10
5-G
18

10
2 M
1

VALERII MAXIMI FACTORVM, ET DICTORVM MEMORABILIVM, LIBRI NOVEM.

FIDELISSIMIS ERVDITISSIMORVM VIRORVM Oliuerij, ſcilicet Arziganenſis, Iodiciq; Badij Aſcenſij commentarijs enarrati, Quibus addita ſunt quattuor & viginti exempla, nuper Aldi Manutij induſtria inuenta, eiuſdemq; Aſcenſij commentarijs exornata.

INSVNT PRAETEREA THEOPHILI VIRI eruditiſſimi perutiles lucubrationes, quæ ſtudioſis non mediocri erunt ad huius auctoris virtutes optimè noſcendas adiumento.

ADIVNCTIS ETIAM AVCTORITATIBVS DIONYSII, LIVII, IVSTINI, PLVTARCHI, & multorum aliorum illuſtrium hiſtoriographorum.

QVÆ OMNIA RECENTI HAC NOSTRA VLTIMA EDITIONE diligentiſſimè expolita ſunt, accuratiſſimeque elaborata.

CVM DVPLICI INDICE, ALTERO CAPITVM, Altero eorum, quæ in toto opere notatu digna viſa ſunt.



CARMELITANI SCALZI DI S. MARIA DELLA SCALA

Sancte Marie de Scala

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS MDXC.

Apud Laurentium Bertellum.

TABVLA ALPHABETICA
RERVM PARTICVLARIVM.

ATTILIVS Ruffus manu teterri ſe confodi per ſomnium uidit quod die ſequenti factum fuit. De Somnijs, capitulo Propitioribus, libro primo. carte 10.

Attilius Auiola etiā à medicis creditur mortuus, rogo poſitus, ſe uiuere proclamauit. De Miraculis, lib. 1. cap. Aliquid admirationis. cart. 27

Actius poeta Iulio Cæſari in collegiū poetarum venienti, nunquam aſſurrexit, quia in comparatione communium ſtudiorum ſe ſuperiorem eſſe cōfidebat. De fiducia ſui lib. 3 cap. Magno ſpatio. car. 76

Actius Poeta à Bruto honoratus. De Cupiditate gloriæ, lib. 8 c. Similiter. c. 197

Agathocles Syracuſanū Rex Carthaginienſes ab obſidione vrbis ſuæ in Aphricā tranſcundo amouit. De Stratagemate, li. 7. ca. Agathocles car. 169

Ageſilaus leges Lycurgi, quæ de indemnatis ſupplicium ſumi vetabant, abſoluit, & punitis ſontibus illico reſtituit de ſapienter dictis, cap. Nihil etiam, lib. 7 c. 162

Agamemnonis in immolatione Iphigeniæ affectus qualiter à pictore expreſſus. Quædam mul. ar. ef. cap. Quid ille, lib. 8 c. 193

Alcibiades eadem ſuam vidit per ſomnium. Somnijs, lib. 1. ca. Alcibiades quoque, c. 23

Idem Pericli auunculo perſuaſit, vt ſi pecuniæ capenſæ rationem nō poſſet reddere, ſic faceret, q nō redderet. De Indole, cap. Et vt à Græcis, lib. 2 c. 56

Alexander Maced. domum. Rex Caſſandrū ſe occiſurum per ſomnium vidit. De Somnijs, cap. Quam bene, lib. 1 car. 21

Idem patientia pueri ſibi cum thoribulo aſſiſtentis in ſacrificio delectatus eſt. De Patientia cap. Vetuſto, lib. 3 car. 66

Idem literis admonitus, vt Philippi medici vitaret inſidias, potionem ab eo datā hauſit, & tunc et legendas dedit. De Conſtantia cap. Alexander, lib. 3 cart. 80

Idem Xenocratis philoſophi amicitiā emere voluit, philoſophus vero vēdere noluit. De Abſtinentia, lib. 4. c. Aequæ c. 93

Idem ſenem militem frigore confectā in ſe de ſua igni propinqua ſedere fecit. De Humanitate, c. Cōmemoratione, lib. 5. c. 109

Idem moriens dexterā cuicunq; volenti deoſculandam tradidit, cap. eod. car. 109

Idem Dario offerenti ſibi partem regni cum filia, dixiſſetq; Parmenion, ſi Alexāder eſſet, ſe ea conditione vſurū, reſpōdit, & ego vterer ſi Parmenion eſſem. De Grauiter di. aut fac. li. 6 c. Quanto. c. 144

Idem Agatonis aſtutia occidit aſinum. Vafre dicta, &c. cap. Cum Alexander, lib. 7. c. 165

Idem ſe pingi ab Apelle, & fingi à Liſippo tantūmodo voluit. Quam magni artium affectus ſint, cap. Quantum, lib. 8 c. 193

Idem Anaxarcho dicenti, innumerabiles mundos eſſe, Me miſerum, inquit, quod ne vno potitus ſum De Cupiditate gloriæ, ca. Nam Alexandri, lib. 8 c. 198

Eiuſdem virtus tribus inſolentiſſimis gradibus exaltauit. De ſuperbia, cap. Satis multa, lib. 9 car. 216

Alexander quidam hiſtoricus, qui librū Illirici tractus compoſuit, ſcripſit Dandonē quingentos annos vixiſſe, & nulla ex parte ſeneſcere. De Senectute, cap. Alexander, lib. 8 ca. 197

Alexander alter Rex, & amans vxorē, & timens, cū ad eam accedebat, barbarū quendam ſtricto gladio præire iubebat, quæ tandem ita concita eū occidit. Quam execrā. ca. cap. Hoc rege. lib. 9 cart. 258

Alchimenes Vulcani effigiem mirabilem fabricauit Athenis: Quam magni effectus art. cap. Tenes, lib 8 c. 163

Amphiarai ſepulchrum in formam, & conditionem templi veneratum. Quæ cuiq; magnifica contigerunt, ca. Eodem li. 8. c. 203

Albinus propter falſas ſuſpiciones ab exercitu lapidibus obrutus eſt. De Temeritate cap. Age, lib. 9 car. 219

Anaxagoræ prudens reſponſum. Sapienter dicta, cap. Nec parum, lib. 7 c. 161

Reuerſus ad patriam, videns, poſſeſſiones ſuas deſertas: Nō eſſem, inquit, ſaluus, niſi iſtæ periſſent. De Studio, & cap. Quali, lib. 8 c. 187

Anaximenis aſtutia auertit animum Alexandri à Lampſacena vrbe diruenda. Vafre dicta, &c. cap. Lampſacenæ, lib. 7 c. 165

Antigenides tibicen diſcipulo cantum populo nō approbante, dixit: Mihi cane, & muſis. De Fiducia, lib. 3. cap. Adijciam c. 75

Anacharſis leges telis aranearum comparabat. De Sapienter dic. aut fac. cap. Quam porrò, lib. 7 car. 161

Anaxarchus tyranno eum torquente, linguā ſibi abſcidit, & in vultum illius abiecit. De Patientia, cap. Talis, lib. 3 cart. 67

Antigonus Pyrrhi extincti corpus cremauit honorifice, oſſaq; in Epirū ad fratrē miſit. De Humanitate, c. Cuius tam, lib. 5. c. 110

Antipater poeta natali ſuo febre implicabatur, eodemque natalis die defunctus eſt. De Miraculis, c. At poeta, lib. 1. cap. 29

Antiochus magnus Rex Regni ſui parte mulctatus, Pop. R. gratias egit, q modicis Regni terminis vteretur. De animi moderatione, cap. vlt. lib. 4 c. 87

Et de Luxuria, c. Antiochus, lib. 9 car. 207

Antonius Auguſti centurionem ad ſe adductum, cū eum blandicijs, aut minis ad amicitiam ſuam non poſſet allicere, incolumitatem illi tribuit. De Con. cap. Non indignabantur, lib. 3 cart. 78

Antonia forma, & ætate florens, mariti cineribus nulli nubēdo fidē cuſtodiuit. De Abſt. cap. Antonia, lib. 4 car. 89

Antiochus occiſus ab vxore Laodice. De Similitudine formæ, c. Regi, lib. 9 c. 230

Antius Reſtio ſerui aſtutia à morte ſeruatur. De Fidelitate ſeruorum, cap. vlt. li. 6. c. 150

Apollo aurea veſte nudatus egit, vt ſacrilegæ manus inter fragmenta reperirentur abſciſſæ. De Neglecta relig. c. Acer. li. 1. c. 7

Apelles pictor, à quo ſolo Alexander pingi voluit. Quam magni effectus artium, cap. Quantum, lib 8 car. 193

Appius cenſor Potitiorum ritum ad ſeruorum miniſterium tranſtulit. De Neglecta relig. cap. Hercules, lib. 1 car. 6

Idem dicebat, Negocium melius Romano populo committi, quàm ocium. Sapienter dicta, c. Appium Claudium, lib 7 c. 157

Idem cum eſſet ob claſſem amiſſam damnandus, hymbris beneficio tutus euaſit. De iudicijs, cap. Appius, lib 8 car. 177

Idem exercitui ſuo odioſus, male pugnauit. De ira, & odio, cap. Illa vero, lib 9. c 212

Ariſtomenis cor pilis refertū ſimile traditur. De Miraculis, cap. Nec illius, lib 1. c 29

Armonia Ieronis Regis filia cum nutricis filia hoſtili manu truncata eſt. De Fortitudine, cap. vlt. lib. 3 car 65

Archita Tarentinus villicum ſuum impunitum dimiſit, quia iratus punire noluit. De Animi moder. cap. Tarentinus, lib. 4. c 85

Artaxerxes Ocham ſororem viuam, c. deorſum verſo defodit. De Crudelitate, c. aperitior, lib. 6 car. 219

Ariſtophanis dictum elegans: Non oportere in vrbe nutrire leonem, ſin autem ſit altus, ei obſequi conuenire. Sapienter dicta, cap. Ariſtophanis, lib. 7 car. 160

Ariopagitum iudicium. Inſames rei, cap. Eadem, lib. 8 car. 180

Ariſtoteles Caliſthenem ad Alexandrū mittens, eum monuit, vt ſileret, aut iocundiſſime loqueretur, cap. Ariſtoteles. De ſapienter dictis, lib 7 car. 161

Argathonius Gaditanus, 80 annis patriam ſuam rexit, quadragintā natus acceſſit ad regnum. De Senectute, cap. Argathonius, lib 8 car. 196

Ariobarzanes filiæ Cappadociæ Regnum ceſſit. De Parentum amorem, cap. At Seleucus, lib. 5 car. 128

Ariſtides Themiſtoclis conſilium vtile fore dixit, ſed non iuſtum. De iuſtitia, cap. Alcxius, lib. 6 car. 146

Idem patria iuſſus exceſſit. De Ingratis cap. Ariſtides, lib. 5 car. 118

Artemiſia Regina ſepulchrum viro cōdidit, quod inter ſeptem mundi miracula ſcribitur. De amore coniugali, cap. Sunt & alienigeni, lib. 4 car. 99

Archimedes Syracuſa capta à milite truncatus eſt. De ſtudio, c. Archimed lib. 8. c. 187

Attalus Rex Aſiam teſtamento legauit P. R. De Gratit. c. Liberalis, lib. 5 car. 114

Idem de Liberalitate, cap. Quæri, lib. 4. cart. 105

Attilius Seranus, & Lucius Scribonius ædiles ludos matris Deum diſcretis locis ſenatus, & populi ſoluerunt. De Inſtit. cap. Per quingentos, lib. 2 car. 36

Attilius Colatinus inter Luctarium conſulem, & Valerium prætorem de triumpho ſententiam protulit. De Iure triumphandi, cap. Ob leuia, lib. 2 c. 49

Attilius alter Cæſaris miles nauali Maſilienſium bello abſciſſa dextra, ſiniſtra hoſtilẽ puppim tenuit, & demerſit. De Fortitudinem, c. Nec Attilium, lib. 3 car. 62

Attilius Regulus Carthaginẽ crebris victorijs cõtundens, ſcripſit ſenatui, vt ei ſucceſſorẽ mitteret, q a morte villici, agello ſuo deſerto, non erat vnde vxor, & filij alerentur. De Paupertate, c. Eiuſdem, lib. 4 c. 95

Idem reſectis palpebris machina incluſus, in qua vndique acuti claui eminebãt, vigilia extinctus eſt. De Crudelitate, ca. Tranſgrediamur, lib. 9 cart. 219

Attilius alter, ſed eiuſdem generis rei ruſticæ rei dabat operam cum à legatis ſenatus ad ſummendum P. R. imperiũ inuitaretur. De Paupertate, cap. Attilium, lib. 4 c. 95

Athenienſes Thimagoram occiderunt, eo quòd Darium Regem Perſarũ more blande ſalutauerat. De Seueritate, cap. Athenienſes, lib. 9 car. 142

Idem decem imperatores ſuos cum victoria uenientes necauerunt. De Temeritate, ca. vltimo, li. 9 c. 218

Aſinius Pollio quendam centum & triginta annis vixiſſe tradit. De Senectute, cap. Agathonis, lib. 8 car. 196

Aulus Fuluius filium in caſtra Catilinæ euntẽ retraxit, & ſupplicio mortis affecit. De parentum ſeueritate aduerſus lib. cap. Nec minus, lib 5 c. 130

Aulus Albinus ob ſuſpicionem ab exercitu lapidibus obrutus eſt. De Temeritate, cap. Age, lib 9 car. 219

Auguſtus medici ſomnio monitus Philippico bello, quia æger lectica uectus eſt. De Somnijs, cap. 1. li. 1 c. 18

Idem. Dicta improb. cap. ult. lib. 9 c. 231

Eodẽ tempore inuentus eſt, qui ſe filiũ Octauiæ ſororis ſua diceret. De ijs, qui in fimo loco nati, cap. Nec diui, lib. 9 c. 230

Aulus Poſthumus dictator apud Regillũ lacum cum Tuſculanorum duce pugnauit. De Mirac. cap. Multa etiam, lib. 1 c. 23

B

Berenicæ mulieri ſoli inter fœminas gymnico certamini intereſſe conceſſum eſt, quæ cuique magni, cap. vltimo, lib. 8 car. 203

Eadem occiſorem filij occidit. De ultione, cap. Clare, lib. 9 car. 220

Bias ex patria ſua, quam hoſtis inuaſerat, ua cuus fugiens, omnia bona ferre ſecũ dicebat. De Sapien. dictis, cap. Bias, li. 7. c. 160

Idem dicebat, Sic in amicitia homines debere uerſari, ut meminerint eos ad graues inimicitias poſſe conuerti. Vaſre dicta, ca. Bias, lib. 7 car. 165

Blaſius Salapiam patriam ſuam Hannibali ſubiectam Romanis tradidit. De Conſtantia, cap. Compluta, lib. 5 car. 78

Brennus Apollinis templum ingreſſus, in ſe manus conuertit. De Neglecta religione, cap. Acer, lib. 1 car. 7

Brutus conſul primus cum Arunte Tarquinij filio concurrens, exanimis cũ hoſte pariter corruit. De pietate erga patriam, cap. Brutus lib. 5 car. 129

Idem filios occidit. De Parentum moderatione aduerſ. ſuſc. lib. cap. Luc. li. 5 c. 130

Idem dementiam finxit. Vaſre dicta, c. Quo in genere, lib. 7 cart. 163

Brutus alter iuſſu M. Antonij occiſus, De Cupiditate uitæ, c. Quid Brutus, li. 9. c. 229

Buſa fœmina decem millia Romanorum intra Canuſium educauit. De Liberalitate, cap. Itaque, lib. 4 car. 104

C

Calanus Indus ardenti rogo ſe ſuperiniectus, dixit Alexandro, In breui te uidebo. De Mir. c. Quæ tam, lib. 1. c. 29

Calpurnia uxor Cæſaris nocte præcedente diem mortis, vidit per ſomnium eum uulneribus confoſſum De Somnijs, c. 1. li. 1. c. 18

Calidius Bononienſis, & cætera. De Iudicijs, cap. Callidius, lib. 8 car. 178

C. Afrania cauſas agens, ſic ſe geſſit, ut improbæ mulieres Afraniæ uocentur. Quæ mulieres. cap. Caia, li. 8 c. 181

Calphurnius Piſo Titium præfectum, quòd arma tradidiſſet hoſtibus, affecit contumelia. De Diſciplina militari, ca. Lucius quoque, lib. 2 car. 47

Camillus precatus eſt, ut ſi cui deorũ nimia fortuna P. R. uideretur, in ſe uerteret. De Ominibus, cap. 1. li. 1 car. 11

Cambiſes malum iudicem excoriari fecit, & filium ſuper pellem eius ſedere. De ſeueritate, cap. ult. lib. 6. car. 142

Campani Romanos ad Caudinas furcas ſubiugum miſſos benigne receperunt. De humanitate, & clemẽtia, c. Cãpani, li. 5. c. 111

Camillus magiſtrũ nobilium puerorũ, quos ad illum duxerat, cũ his ad eorũ parentes remiſit. De iuſtitia, c. Camillo, lib. 6 c. 144

Idem cenſor cum poſthumio damnauit eos, qui cælibes ad ſenectutem peruenerant. De Cenſorijs, cap. Camillus, lib. 2 c. 51

Idem capta à Gallis, urbe, ab exilio reuocatus eſt, & dictator factus. De animi moderatione, cap. Via iuuat, lib. 4 c. 81

Idem in exilium miſſus. De ingratitudine, cap Hunc ingratum, lib. 1 car. 115

Carneades manum ad menſam ponere obliuiſcebatur, & cum Chriſippo diſputaturus, eleboro ſe purgabat: De ſtudio, & induſtria, cap. Carneades, lib. 8 car. 186

Carundas Tyrius legem tulerat, ut qui concionem cum ferro intraret, interficeretur, & quia cõtra legem fecit, ſeipſum, occidit. De iuſtitia, cap. ult. lib. 6 car. 156

Carthaginienſes Regulum morte crudeliſſima occiderunt. De Crudelitate, ca. Tranſgrediamur, lib. 9 car. 219

Ijdem Hannibalem à conſpectu ſuo amouerunt. De ingratitudine, c. Atne, li. 5. c. 117

Ijdem Xantippum eorum ducem domũ uehentes, in mari ſubmerſerunt. De Perfidia, cap. Verum, lib. 9 car. 214.

Caſtor, & Pollux apud lacum Iuturnæ uiſi ſunt. De Miraculis, cap. 1. li. 1 c. 24

Caſſius à Pindaro ſeruo ſuo iubente occiſus. De fide ſeruorum, c. Alia, lib 6 c. 150

Idem filium ſuũ de amicorũ conſilio crimine affectati Regni damnauit, & necari iuſſit. De Seuerit. parent. ca. Huius, li. 5 c. 129

Caſſius Parmenſis apud Athenas per ſomnium ſuum uidit interitum. De Somnijs, cap. uincit, lib. 1 car. 20

Cato prior dictus portius L. Flaminium ſenatu mouit, quia mulieris arbitrio tempus cuiuſdam perituri ſtatuit. De Cenſoria nota, cap. Horum, lib. 2 c. 58

Idẽ puer rogatus à Latinis, ut pro ipſis apud auunculum intercederet, conſtanter negauit. De Indole, c Hic ſpiritus, lib. 3 c. 56

Idem gladium ſibi è uagina in prœlio elapſum, hoſtiumque pedibus ſubiectum, uiolenter eripuit. De fortitudine, cap. Fœlicior, li. 3 cart. 63

Idem literarum Latinarum monumenta õnibus auxit, militarem diſciplinã adiuuit. De his qui humili, cap Marci uero, li. 3 c. 69

Idem ab inimicis in quæſtionem publ. euocatus, Tiberium Gracchum inimicum ſuũ iudicem aſſumpſit. De Fiducia ſui, cap Cato, li. 3 car. 74

Idem annũ agens 86. cauſam ſuam egit. Idẽ literas græcas, & latinas ſenex didicit. De Studio, cap. Cato, lib. 8 car. 185

Idem tranſmarinã prouinciam imperio petẽs, eodem cibo, eodemq; uino, quo naute uſus eſt. De abſtinentia, ca. Age, lib. 4 c. 98

Idem cum Luc. Mario legem tulit contra Imperatores, qui falſum numerum occiſorum hoſtium, aut amiſſorum ciuium retulerunt De Iure triumphan. cap. Ob leuia, lib. 2 car. 49

Cato poſterior Vticenſis dictus, quia ibi ſeipſum occidit. De fortitudine, cap. Tui quoque, li. 3 c. 60

Idem græcis literis dedit operam. De Studio, cap. Cato, li. 8 car. 185

Eiuſdem uita cõtinentiſſima, quia ex eodem utero. & continentia nata eſt & Cato. De Abſtinentia, cap. Verum, lib. 4 car. 89

Idem in ciuilibus bellis ſecum habuit filiũ, & xij. ſeruos tñi, Ibid. cap. Multũ, li. 4. c. 92

Eidem prætura negata. De Repulſis, cap. ultimo, li. 7 c. 170

Eidem ex Cypro uenienti ad ripam Tiberis occurrerunt conſules cũ toto ſenatu. Quæ cuique, cap. Poteſt, lib. 8 car. 202

Idem contra literas Pompei. Quæ libere dicta, cap. Quid, li 6 car. 133

Eundem cum iuſſu Cæſaris conſulis duceretur in carcerem, uniuerſus ſenatus ſecutus eſt De Maieſtate, ca. Marcum, lib. 2 c. 55

Cecilia Metelli nepoti ſuæ. omen petens nuptiale, in ſacello ſuo ſedẽ dedit. De Omi, cap. At Cecilia, li. 1 c. 12

Catilina filiũ puberem & unicũ, ut Aurelia Oreſtilla ei nuberet, ueneno occidit. De Luxuria, cap. uerum præcipue, li. 9. c. 206

Idem M. Cic. in ſenatu dicente, incendiũ ab eo excitatũ, dixit. Si aqua non potero, ruina extinguam. Dicta improba, cap. Lucius, lib. 9 car. 222

Cæſar Iulius dum bouem ſacrificaret, cor in extis repertum non eſt. De prodigijs cap. Cneum, lib. 1 cart. 16

Idem. De ſomnijs, cap. Sed qm, lib. 1 c. 18

Idem Caſſio in acie Philippenſi ut uiuens ſe obtulit. De Miraculis, cap. Facta mentione, lib. 1 car. 26

Idem in Neruiorum bello male pugnanti militi ſcutum detraxit, & impugnãdo acriter bellum reſtituit. De fortitudine cap. Sed, lib. 3 car 61

Idem alio bello aquiliferũ in fugam uerſum retraxit. De Fort cap. eodem, lib. 3 c. 61

Idem nauicula tranſire conatus eſt Adriaticum. De Temeritate, cap. Nam C. Cæſaris, lib. 9 car. 218

Idem moriens tribus & 20. confoſſus uulneribus, totam demiſit, ut pars corporis inferior tecta conlaberetur. De Verecundia, ca. quam præcipuam, li. 4 car. 97

Idem oblato ſibi Pompei cap. fleuit, & illud multis odoribus cremandum curauit. De Humanitate, cap. Hæc, lib. 5 car. 109

Idem Catonis morte audita, ſe illius gloriæ inuidiſſe dixit, & illum ſuæ, eiuſq; bona liberis illius ſeruauit, cap. Cat. ibid. c. 106

Idem Aſiam petens à piratis captus ſe redemit, ſed illos paulopoſt crucifixit. De uarietate, cap. C. autem, lib. 6 car. 154

Idem

Idem eloquentia floruit. Quanta ſit vis eloquentiæ, cap. Diuus, lib. 8 car. 190
Cœlius Siculus flaminio abijt. De ſeruata religione. cap. Conſimili, lib. 1 car. 3
Celleius eques Rom. à Cæſare induci non potuit, vt filiũ abdicaret. De Parentũ amore aduer. liberos, cap. Non iam, lib. 5. c. 158
C. Hoſtilius Mancinus in Hiſpaniã iturus, nauem conſcendens, vocem audiuit, dicẽtem, Mancine mane. De Prodigijs, ca. Flaminij, lib. 1
Cyri ſuperioris potẽtis Aſtyagæ auo ſuo per ſomnium ſignificata eſt. De Somnijs, cap. Nec Cyrus, lib. 1 car. 22
Idem beneficio filij uſq; ad illud tempus mutus, eſſe vocalis effectus, ſaluatus eſt. De Pietate erga patria, cap. Quis enim, lib. 5. c. 123
Idem militum ſuorum omnium tenebat nomina De Studio, cap. vlt. lib. 8 car. 189
Cimonis pueritia ſtolida, ſed adoleſcentia ſalutaris. De Varietate caſum, cap. Cimonis, lib. 6 car. 155
Idem patris ſui ſepulturam voluntarijs uinculis emit, De pietate erga parentes, cap. Nec te, lib. 5 car. 122
Cimon alitur ubere filiæ in carcere alitus eſt. Ibidem, ca. Idem prædicatum, lib. 5. c. 122
Cinegirus abſciſſis manibus, nauem hoſtium dentibus tenuit. De Fortitudine, ca. Nec Attilium, lib. 3 car. 62
Cyppo Genutio portam egredienti, in capite cornua apparuerunt. De Pietate erga patriam, cap. Genutio, lib. 5 car. 125
Claudius Pulcher ſcænam uarietate colorũ adumbauit. De Inſtitut. antiq. cap. Claudius. lib. 2 car. 39
Claudius Centumalis à Catone damnatus, eſt, q domũ ſuppreſſa eius cõditione uẽderet. De Priuatis iudicijs, c. 2. li. 8. c. 180
Claudia virgo Veſtalis patrem triumphantem à uiolentia tribuni ſeruauit. De Pietate erga parentes, cap. Magna, lib. 5 c. 121
Eadem, quia fratrum ſuum Claudium optauit reuiſcere, mulata eſt. De Iudicijs cap. Adijciatur, lib. 8 car. 179
Clearchus militibus ſuis dicebat, Imperatorem potius, quàm hoſtẽ metui debere. De Diſcip. milit. cap. Clearchus, lib. 2 car. 49
Cleobis, & Biton parentes per ignes uexerunt. De Pietate erga parentes, cap. Notiora, lib. 5 car. 122
Clodia, xv. & cap. expleuit annum, De Senectute, cap. Muliebri, lib. 8 c. 195
Cornelius Gallus, & T. Etherens inter uſum puerilis Veneris abſumpti ſunt. De Morte non vulgati, c. Cornelius, lib. 9 c. 225
Cornelius Timinnit in carcere moritur. De Pudicitia, cap. Caius Feſc. lib. 6 c. 134
Cota P. Aureliũ uirgis cæſum inter pedites poſuit, quia eius culpa ager inceſus fuerat De Diſcipl. milit. cap Nam lib 2. c. 45
Crœſus vidit per ſomniũ filium ferro morituram. De Somnijs, cap. Efficax, lib. 1 c. 21
Codrus, ut patriam liberaret, incognitus hoſtibus ſe occidendum tradidit. De Pietate erga patriam, cap. At caterna, lib. 5 c. 126
Creteſes, quos oderunt, mala cõſuetudine uti optant. Sapiẽter dicta, cap. vlt. lib. 7. c. 162
Craſſus eſt locuplete pauper eſt factus. De Varietate caſuũ, c. Quid Craſſo, li. 6. c. 154
Criſippus Volumen exactiſſimæ ſobtilitatis reliquit. De Studio, c. Citerioris. li. 8. c. 188
Curtius inhiatum terræ ſe armatus in mediam patrem iniecit. De Pietate erga patriam, cap Cum autem, lib. 5 car. 123
Coma prædo deductus, ut interrogaretur de conſcijs, operto capite, nixus genibus, inter manus cuſtodum capitauit. De Morte non vulg. c. Sunt & externæ, lib. 9 c. 225
Cornelius Scipio, dictus eſt Serapio, quia illi erat ſimilis. De Similitudine formæ, cap. Eximiæ, lib. 9 car. 220

D

Darius perfidem à Magorum crudeli tyrannide liberauit. De Fortitudine, cap. Age, lib. 3 car. 64
Idem loco parietibus ſepto cineribus completo homines necabat. De Crudelitate, cap Ochus, lib. 9 car. 210
Damaſippus capita principum ciuitatis hoſtiarum capitibus miſceri iuſſit. De Crudelitate, cap. Damaſippus, lib. 9 car. 209
Darij mater. De Amicitia, cap. Quod ita, lib. 4 car. 104
Damon, & Pythias, ibidem, c. Damon. c. 103
Daphita ſophiſta deludens Apollinis reſponſum, deluſus eſt. De Miraculis, Cap. Non inuitus, lib. 1 car. 29
Deiotarus omine fretus, abſtinuit ab uſu domus, quæ nocte ſequẽti ruit. De Auſpicijs, cap. Deiotarus, lib. 1 car. 11
Demoſthenes patrem habuit ſæculo ſuo uix notum. De his, qui infimo loco nati cap. vltimo, lib. 3 car. 70
Idem ancillam à reddenda pecunia apud eam depoſita liberauit. Vafre dicta, &c. cap. Demoſthenis, lib. 7 car. 165
Idem Demoſthene primam literam exprimere non potentis. De Studio, cap. Græca, lib. 8 car. 184
Demadis dictũ ſapiens. Sapienter dicta. cap. Demadis, lib 7 car. 161
Democritus diues admodum retenta parua ſumma, reliquum patriæ donauit. De Studio, cap. At Democritus, lib. 8 car. 186
Decius Latino bello fidem ſomnij ſecutus ſe deuouit, & occidit. De Somnijs cap. Illud, lib. 1 car. 19
Idem. De Pietate erga patriam, cap. Publius, lib. 5 car. 125
Decius Lælius. De Amicitia, cap. Ab hoc, lib. 4 car. 102
Dionyſius maior, ſpoliatis Deorum ſuorum templis, iocabatur. De Neg. relig. cap. Syracuſis. lib. 1 car. 8
Idem. De Somni, cap. Inter priuatum, & cap. ſequenti, lib. 1 car. 22
Diogenes Alexandri munera reſpuit, ſed ne à Sole ei non obſtaret. petij. De Abſtinentia, cap. Alexander. & ſequenti, lib. 4 c. 93
Dionyſius filius ea tyrãno inops factus, pueros apud Corinthum literas docuit. De Varietate caſuum, cap. Dionyſius, lib. 6. c. 156
Dion Syracuſanus monitus, ut duorum amicorum caueret inſidias, dixit, ſe uelle potius uita carere, quam amicos, & inimicos iuxta ponere. De Conſtantia, cap. Quem Syrracuſans, lib. 3 car. 80
Idem apud Metagram exul, cum principẽ Vrbis adire volens, non admitteretur, ait Forſitan & nos, cum in ſtatu eſſemus. aliquid tale fecimus. De Animi moderatione cap. Nequaquam. lib. 4 car. 86
Diphilus Tragœdus pronnnciando verba illa miſeria noſtra magnam manum direxit in Pompeium. quæ libere dicta, cap. Diphilus, lib 6 car. 138
Decius Brutus Actij poetæ uerſibus aditus, templorum, quæ ex manubijs conſecrauerat, adornauit. De Cupiditate gloriæ, cap. Similiter, lib. 8 car. 197
Eidem pro redemptione cuiuſdam urbia aurum promittenti, reſponſum fuit. Ferrum à maioribus ſibi traditum, quo urbes tuerentur, non aurum, quo libertatem ab Cinaro Imperatore emerent, druſum intra coniugis charitatẽ clauſum tenuit. de Abſtinentia, cap. druſum, lib. 4 car. 90
Duo Archades, quorum unus per ſomnũ uidit Alterũ ab hoſpite occidi, & factũ eſt, de Somnijs, cap. vlt. lib 1 car. 23
Duabus ex fratribus in acie concurrentibus, alter alterum interemit, quo cognito ſe occidit. de Pietate erga fratres, cap ultimo, lib. 5 car. 167
Duæ mulieres gaudio extinctæ ſunt uiſis filij, quos putabant mortuos. de Morte non uulg. cap. Vix uerſimile, lib. 9 c. 224

E

Ægyptij extra urbem contra Auitum Gab. educti, iuſſique caſtra ſua uallo cingere, opus id locari publice decreuerum. de Luxuria, ca pen. lib 9. c. 230
Aegeſias philoſophus præſentis vitæ mala tãto tempore animus ingredebatur plurimis uoluntariæ mortis cauſam ingeneraret. Quanta ſit vis eloq. cap. ulcimo, lib. 8 car. 181
Aegenatius Metellus vxorem, quia uinum biberat, occidit, de ſeueritate, Cap. Aegenatij, lib. 6 car. 141
Aelia familia avj. numero vnam domunculam habebat, & vnum in agro. Veiente fundum. de Paupertate, c. Quid Aelia, & cap. ſequenti, lib. 4 car. 95
Aelius prætor picum capiti ſuo incidentem occidit. de Pietate erga parentes, cap. Genitus, lib. 5 car. 125
Aelius Mantia cõtra Pompeiũ multa libere protulit Libere dicta, c. Aelius, lib 6 c 137
Elanicus ait quoſdam in Etholia ducentos expleſſe annos. de Senectute, cap. Helanicus. lib. 8 car. 196
Aemilius Paulus obitum filiorum forti animo pertulit. de Paren. qui ob filiorũ, cap. Aemilius, lib. 5 car. 131
Aemilius Lepidus puer progreſſus in aciem occidit hoſtem, ſeruauit ciuem. de Indole, cap. Aemilius. lib. 3 car. 56
Epaminundas fortiter pugnando pro patria lancea trans fixus interijs. de Fort. ca. Excellentiſſimo, lib. 3 car. 64
Idem munus ſordidum ſibi commiſſum, ſpecioſiſſimum reddidit. de Fiducia, ca. Non patiuntur, lib. 3 car. 75
Aeneas deos Troia aduectos Lauinij collocauit, Aſcanius bis Albam tranſtulit, ſponte tamen primum, ſacrarium petierunt. de Mirac. cap. Referam, lib. 1 car. 25
Aequicius tribunus plebis cum prætore Glaucia, & Saturnino trib. ſeditionem fecit. de Fortitudine, cap. Item cum, lib. 3 c. 62
Aeſculapius Tarullũ loci ſibi conſecrati violatorem occidi fecit. de Neglecta religione cap. Nec minus, lib. 1 car. 7
Idem ab Aepidauro Romam accerſitus, peſtẽ ſedauit. de Miraculis, cap. Sed, ut lib. 1 car. 24
Aegeles athleta mutus, cũ ſibi præmium uictoriæ eriperetur, uocalis euaſit. Ibidem cap. Aegeles Samnius. car. 28
Aeſopus tragœdus filiũ habuit, perditæ non ſolum, ſed & furioſæ libidinis. de Luxuria cap. Cetus, lib. 9 car. 203
Aeſchilus poeta, huic aperto in loco ſedenti aquilã ſuperuolitans teſtudinẽ capiti eius illuſit, & occidit. de Morte non uulg. cap. Aeſchili, lib. 6 car. 225
Aeſopus hiſtorico Hortenſi cauſas agẽti aſſidebat. Quantum ſit momentum, &c. cap. Quintus autem, lib. 8 car. 192

Æſchines apud Rhodum exul ſuâ, & Demoſthenis orônem recitauit, Ibid.c.vlt. c.192
Ephialtes patrem pueri, quem vnice diligebat, Hens, & dolens condemnauit. De Conſtantia, cap. Pros imum, lib.3 car.79
Æthiopes (vt Herodotus ſcribit) 122.&c.annos tranſgrediantur. De Senectute, ca. Hunus Regis, lib.8 car.196
Epimenides Gnoſius vixit (vt Theopompus refert) annis centum & quinquaginta ſeptem, Ibidem, cap. Et Epimenides. car.196
Eumenes Rex Aſiæ Perſicum bellum parare aduerſum Romanos ſignificauit, quod ante perfectum fuit, quàm ſcire potuerit. De Inſtit.ant.cap.Ergo, lib.2 car.33
Euclides à Platone lectus eſt, vt ſacræ aræ conductoribus conſuleret, quia geometer. Suæ quenq; artis, cap. Platonis, lib 8 c.194
Euſtanor pictor, cum Neptuni imaginis ſuperiores partes excellentiſſime complexus eſſet, inferiores complere non potuit. Quædam nulla arte, &c.cap.1.lib.8 c.193
Euripides matrem habuit oleorũ venditricẽ. De his, qui humili loco nati, c.vlt.li.3.c.70
Etruſci viuorum corpora mortuis alligata tandiu tenebant, donec putreſcerent. De Crudelitate, cap. Atrie, lib.9 car.211

F

Fabius Maximus occentu ſoricis audito, dictaturam depoſuit. De Religione ſeruata, cap. Occentus, lib.8 c.3
Idem rus petens, Marco Craſſo narrauit quæ in ſenatu acta erant, ob quæ à conſulibus obiurgatus eſt. De inſtitutis antiq.ca.Maiores, lib.2 car.33
Idem à filio conſule inuitatus, vt inter ſe. & lictore, procederet, noluit, quia cõtra morẽ. De inſtitutis antiq.ca Maxima, lib.2. c.34
Idem ad filium conſulem legatus miſſus, citatus, quia equo deſcenderat, dixit? Non fili imperium tuum contempſi, ſed experiri volui, &c. De inſtitutis antiq.cap. Eodẽ lib.2 car.34
Idem trabeatos equites idibus Iulij tranſuehi inſtituit, ibidem, c.Equeſtris, lib.1.c.35
Idem cũ P.Decio forenſem turbã in quatuor tribus deſcripſit. ibidem, c.Equeſtris, c.35
Idem Minutio magiſtro æquitũ ſibi æquam temere ſumpto, prælio, periclitanti opem tulit. De Gratis, cap. Fabio, lib.5 car.112
Eodem adoleſcente magis infame, nil illo ſene ornatius, aut ſpecioſius. De Mutatione morum, cap. Nihil, lib.6 car.152
Idem Nolanum peditem, & Lucanũ equitem ſtrenuæ operæ, ſed fidei dubiæ uafro cõſilio ad ſe traxit. Vafro dicta, Fabi. li.7.c 164,
Idem filium ſuũ, & illuſtrem ne conſul crearetur cum populo egit, ne imperium in vna familia continuaretur. De Animi mod. cap. Fabius, lib.4 car.18
Idẽ Etruſcis, & Veientibus ſuperatis triumphum renuit, quia eo bello frater eius corruerat. De Pietate erga parentes, cap. M. vero, lib.5 car.123
Idem captiuos ab Hannibale redemit, agrũ, quem vnicum habebat, vendidit. De liberalitate, cap.2.lib.4 car.104
Idem ſeculum vnũ vixit.i.centũ annos. De Senectute, cap. Quintus aũt lib.8 c.195
Idem quinq; conſulatibus ſalubriter geſtis, moriẽs ſumptus funeri defuit, ſed de publico fact⁹ eſt. De Gratis, c. Magnũ, li.5.c.112
Fabricius cenſor. Cornelium Rufinum, q̃ x. pondo argentea uaſa haberet, ab ordine ſenatorio mouit. De Cenſoria nota c. Quid de, lib.2 car.32
Idem de Samnitibus, quod in clientela habebat, remiſit oblata. De Abſtinentia, cap. Idem ſenſit, lib.4 car.90
Fabius pictor munera quæ legatus priuatim ab Tholo rege acceperat, in ærariũ miſit. De abſtinentia, c.Atq; huic, lib.4 c.91
Fabius Gurges, De eodem, & ib. c.91
Fabius Ceſo ob Agrariam legem equitibus odioſus, eos in hoſtem ducere non potuit. De Ira, cap. Manlio, lib.9 car.212
Fabius Rutilianus contra dictatoris præceptum cũ Samnitibus pugnauit, & vicit. De Fortitudine, cap. Strenuus, lib.3 c.59
Idem quinquies conſul legatus cum filio ad periculoſum bellum ire non renuit. De Parentum amore, cap.1 lib.5 car.127
Fauſtus filius Syllæ à Caſſio colapho percuſſus eſt, q̃ proſcriptionem paternam laudaret. De Indole, cap. Cuius, lib.3 c.56
Fauonius Pompeio faſcia candida crus alligatum habenti: Non refert, inquit, qua in parte corporis diadema ſit. Quæ, libere, dicta, cap. Cui, lib.6 car.137
Falaris tyrannus ob Agrigentino populo lapidibus obrutus eſt. De Patientia: cap. Incipiam, lib.3. car.66
Fœminæ in ſacris Bacchanalibus ſtupratæ, à cognatis domi necatæ ſunt. De Seueritate, cap. Conſimili, lib.6 car.141
Fidias ſimulachrum Iouis Olympij ſculpſit pſtãtiſſimũ. De Fiducia, c.Fidias, li.3 c.75
Idem clypeo Mineruæ effigiem ſuã incluſit. De Cupiditate gloriæ, cap. Nã, li.8.c.198
Focion in ſententia ſua perſtitit, & ſi in contraria in melius ceſſerit. De Conſtantia, ca. Phocion, lib.3 car.79
Idem in eculeo ab Ath. poſitus eſt, cum mortui oſſa extra patriam eiecta. De Ingratitudine, cap. Phocion, lib.5 car.139
Filius Curionis ſeacentis ſeſtertium alieni eris aſpexit, contractum. De Luxuria, cap. Conſimilis, lib 6 car.205
Flaminius cõſul apud Traſimenũ cum Hannibale congreſſus eſt. De Prodigijs cap.C. autem, lib.1 car.14
Flaminius alter Philippum Regem Macedoniæ vicit, & triumphauit. De Gratis, ca. At Flaminij, lib.5 car.113
Fuluius Flaccus obſedit Capuam, vbi Velitum uſus à Q. Neuio inſtitutus eſt, De Inſtitutis, antiquis, cap. Velitũ lib.2 c.36
Idem filium de parricidio ſuſpectum, heredem inſtituit. De Parentum aduer. fi.mod. cap. Idem fecit, lib.5 car.130
Idem triũphũ ſibi decretũ repudiauit. De Iure triumphandi, ca. Quid faceas, lib.2.c.50
Idem literas ſenatus ieis fauentes, manus ſiniſtra tenuit, lictorem lege agere iuſſit. De Conſtantia, cap.2.lib.3 car.76

G

Gaius Figulis initio Comitiorum è Gallia reuocatus eſt, & ſe conſulatu abdicauit, De Religione ſeruata, cap. Laudabile, lib.1 car.3
Gaius Claudius pp exta patũ curioſe admota Flaminio abijt. Ibidem, c. Cũſimili, c.3
Gaio Flaminio ſoricis occentus magiſterium equitũ ademit. Ibid.c. Occentusque. c.3
Gaius Fabius Gallis Capitoliũ obſidentibus ſacra gerẽs in Quirinalẽ collẽ per medias hoſtiũ ſtationes uenit. Ibid.cap. Eadẽ.c.5.
Idem, cum in æde Salutis parietes pinxiſſet, & nomen ſuũ bis inſcripſit. De Cupiditate gloriæ.cap. Illa, lib. 8 car.199
Gaius Marius omine ab aſello aquam petẽte, fugit ad mare traiecit in Aphricam. De Ominibus, cap. C. autem, lib.1 c.12
Idem poſt triumphos canthara ſemper potauit, Liberum patrem imitatus. Qui ex illuſtribus, cap. pen. lib.3 car.71
Idem militem capite cenſum elegit contra antiquam conſuetudinem. De Inſtitutis, antiquis, cap. Laudando, lib.2 car.36
Idem duas cohortes vim Cimbrorum mire ſuſtinentes. in ipſa acie conditionem fœderis ciuitate donauit, dicens, Se inter armorum ſtrepitum uerba iuris ciuilis audire non potuiſſe, De Gratis, cap. Nam C. quidem Marij, lib.5 car.213
Idem Druſum nepotem ſuum tribunum à milite iure cæſum pronunciauit, quia cum de ſtupro compellauerat. De Pudicitia, ca. Hoc monuit, lib.6 car.134
Idem ex ignobili, & inhonorato ampliſſimis honoribus functus eſt. De Varietate caſ. cap. Iam C. Marius, lib 6 car.154
Idem inter Licinium, & Faniam ſumptus arbiter iudicauit. De Priuatis iu.cap. Multo, lib.8 car.180
Idem in quod in L. Saturnino Puninit. ſub Sylla incidit. Qui quę in alijs, &c.cap.C. autem Marius, lib 8 car.183
Idem M. Antonium occidi fecit, capus eius menſæ oppoſitũ lætis manibus tenuit. De Crudelitatem, cap. Cuius, lib.9 c.208
Eiuſdem legatus ad Syllam miſſus pro legionibus accipiẽdis, à militib. aberuncatus eſt. de Seditione, ca. Cũ C. Marius, li.9.c.218
Gaium Marium alterum ſeruus eius. ut eum Syllanæ crudelitati eriperet, interemit. De Fide ſeruorũ, c. Conſulem, lib.6 c.149
Gaius Caſſius ntãtibus Rhodijs, ne cunctis ſimulacris deorum ſpoliarentur, Solem à ſe relictutum reſpondiſſe. De omnibus, cap. Conſentaneo, lib.1 car.12
Idem Fauſtum Syllæ filium paternam proſcriptionẽ laudamento colapho percuſſit. De indole. cap. Cuius filium, l.b.3 c.57
Idem errore lapſus, putans exercitum Bruti eſſe deletum, in ſe manus uertit. Quantũ valet error, c. Nam C. Caſſiũ, lib.9 c.220
Gaius Gracchus per quietem vidit T. Fratrem ſuum dicentem, Se nulla ratione vitare poſſe, ne eo fato periret, quo ipſe occidiſſet. De Somnijs, cap. C. autem Gracchoo, lib.1 car.20
Idem ſeruo ſuo ſe occidendum tradidit. De Fide ſeruorum, cap. Aeque, lib.6 c.149
Idem, cum ad populum concionabantur, retinebat poſt ſe ſeruum cum fiſtula muſicę peritum. Quantum ſit mo. in pronunc. cap.1.lib.8 car.190
Gaius Antonius ſcænam argento prætexuit De inſt. antiq.c. Claudius, lib.2 c.39
Idem Catilinę victor abſterſos gladios in caſtra retulit. De Iurę triumphan.c. Quintus Catulus, lib.2 car.51
Gaius Geta, à L. Metello, & Cn. Domitio Cenſoribus ſenatus motus, poſtea Cenſor eſt factus, De Cenſoria nota, cap. Turpis, lib.2 car.53
Gaius Flauius ſcriba ius ciuile per multa tempora abditum vulgauit. De Inſt. antiquis, cap. Ius ciuile, lib.2 car.35
Eodem prætore creato, quia ignobilis nobiles annulos abiecerũt, & equorum faleras. De Ira, cap. Nam quis, lib.9 car.212
Gaius Sempronius Atracinus apud Verruginem pugnans cũ Volſcis, acies eius equis delapſa in hoſtes erupit. De Fortitudine, cap. Reddendus, lib.3 car.59
Gaius Duellius reuertens à cœna præcedente tibicine, & fidicine icedebat. De his qui cul in cap. C. autem, lib.3 car.71
Gaius Piſo Paicano conſulatum priuſquam adpiſceretur,

adipiſceretur,eripuit.De Conſtantia, cap. C.etiam,lib.3 cart.77

Gaius Bloſius interrogatus, ſi Gracchus dixiſſet, vt faces templo Iouis ſubderet,feciſſet ne? Reſpondit, ſe facturum. De Amicitia,cap.Inimicus,lib.4 cart.101

Gaius Vettenus, quia digitos ſiniſtræ manus ſibi abſcidit,vinculis perpetuis damnatus eſt. De Seueritate,c.Ne in C.li.6.c.140

Gaius Decianus,qa in oratione ſua de morte Saturnini queſtus eſt, accuſationis ſuæ damnum tulit.De Iudicijs,cap.At Scipioni,lib.8 cat.179

Gaius Plotius non patiens ſeruorum ſuorũ torturam,quam pro eius latebris patiebantur,iugulum præbuit. De Fide ſeruorũ,cap. Adiunxit,lib.6 cat.150

Gaius Colconius Seruilia lege reus, vitio patroni abſolutus eſt, patronus vero damnatus. De Iudicijs,ca.C.etiam,lib 8 c.177

Gaius Viſelios ab actione Octaciliæ mulieris ſentẽtia.Galli Aquilij abſolutus eſt. De Priuato iud.cap.C.Viſelius,lib.8 c.180

Gaius Aquilius magnæ auctoritatis vir. lib. cat.180

Gaius Titinius cũ Fania vxore à Caio Mario in ea cauſa ſumpto iudice,dãnatus eſt. Ibidem,cap.Multo. cat.180

Idem C.Marius Minturnis carceratus erat, & cum ad eum occidendus Cymbis quidã miſſus fuiſſet,territus maieſtate viri aufugit,De Maieſtate,ca.C.etiam,lib.2.c.55

Idem auide eiuſdem hauſit ſanguinẽ, à templis tñ,& aris Deorum abſtinuit. De Iure triumphan.cap.L.Cinna,lib.2 c.31

Idem ſeditiones Saturnini trib.pl. ſedauit,& populum ad vindictam impulit. De fortitudine,cap.Item cum Trib.lib.3 c.61

Gaius Fimbria Scæuola in funere C. Marij iugulari decreuerat. Dicta improba,c.Non tam atrox,lib 9 cat.212

Gaius Licinius Stolo legem tulit, Ne quis vltra quingenta iugera poſſideret, contra faciens damnatus eſt.Qui quæ in alijs.&c. cap.Marcus vero,lib.8 cart.183

Gabinius ab accuſatoris inſolentia abſolutus eſt,licet reus.Infames, &c. cap.A.Gabinius,lib.8 cat 176

Gemellus domi ſuæ lupanar inſtituit. De Luxuria,cap.Aeque,lib 9 cat.206

Gyges Rex Lydiæ petens ab Apolline, an aliquis ſe eſſet felicior,rñdit, Quod Aglaius is erat Arcadum pauperrimus,ſed ſuo, contentus De Felic.cap.Clara,li.7 c.137

Gorgias Leontinus annum agens 7.& centeſimũ interrogatus: Quare tandiu vellet viuere ait.Quia nihil habeo, meã ſenectutẽ accuſem. De Senec.c.Gorgias,li.8.c.196

Idem oẽs ætatis ſuæ præſtãtes in cõuentu poſcere qua de re quiſque audire vellet auſus eſt.Quę cuiq; magni,c.Gorgię,li.8.c.202

Gorgia Epirota, dum mater efferretur, vtero elapſus,vagitũ dedit. De Miraculis, ca. Gorgiæ,lib,1 c.28

Glaucia prætor ſeditionem faciens, à G. Mario Scauro hortante repreſſus eſt.De Fortitudine,cap.Item cum,lib.3 cat.61

Idem Bituitum Regem Aruernorum in colloquio cœpit,& Romã naui miſit. De Perfidia,cap.Cneum,lib 9 cat.217

Idem Scaurum in iudicium Populi vocauit, Scaurus Scauri ad eũ acceſſit accuſatorem, quem contra dñm inſtructus,is ad dñm vinctum remiſit. De Ioſt. c. Cuius, li.6.c.146

Gnei Scipionis filia exiſtens in Hiſpania nupta,& ex ærario dotata eſt. De Paupertate, cap.Itaque,lib.4 cat.96

Gnei Scipione Aphr. ſuperioris filio, & Cicereio ſcriba præturã petẽte Cicereius,& ſi ſuperior,illi tñ ob patris verecundiã ceſſit. De Verecundia,c.Nos autem,lib.4 c.97

Gneus Carbo iuſſu Pompei interemptus eſt, quem adoleſcentẽ,& de paternis bonis certantem protexerat. De Ingratitudine,cap. Quo te,lib.5 cat.117

Idem ab exercitu uita priuatus eſt, quia diſciplinam militarem aſtringere voluit. De Seditione,cap.vltimo,lib.9 cart.218

Idem,vel frater eius ad ſuppliciũ ductus, petijt à militibus, vt ſibi aluũ leuare liceret, quo diutius vitam traheret. De Cupiditate vitæ,c.Cn.quoque,lib.9 c.227

Idẽ Aphricanũ à ruina Numantiæ venientẽ rogauit,vt pro morte T.Grac aliqd loqueretur. Quæ libere dicta,c.Quid,li.5.c.136

Gneus Cornelius Scipio, quia in Hiſpania ire recuſauit,dicens,Quod recte facere neſcire,dãnatus eſt. De Seueritate,ca. Cneus autem Cornelius,lib.6 c.140

H

HAla magiſter militum Spuriũ Melium Regnum affectantẽ occidit. De Ingratitudine,ca.Hala,lib.5 c.116

Hannibal per ſomnium vidit iuuenem ſibi à Ioue miſſum inuadendæ Italiæ ducem. De Somnijs,cap.Hannibalis,lib.1 c.20

Idem ſenatum Rom. redimendorum 6.millia captiuorũ poteſtatem fecit. De Diſcipl. mil.cap.Conſimili,lib 2 cart 48

Idem dux belli apud Pruſiam Regem, dixit illi,An tu vitulinæ carunculæ,qui Imperatori veteri mauis credere,cum ille diceret. Hoc ſibi extis non ſignificari. De Fid. cap. Hannibal,lib 3 cat.76

Idem corpora Aemilij Pauli, Tyberij Gracchi,M.Marcelli,quantum in ipſo fuit,honore ſepulturæ mandauit. De Humanitate,cap.Facta,lib.5 cat.111

Idem à Romano conſule nauali victus bello,miſit Carth.quæſitũ, an pugnare deberet. Vafre dicta,&c.5.Hanibal,li.7.c.166

Idem, cum totius Italiæ agros vaſtaret, Fabij fundum in tactũ reliquit, vt illũ ſuſpectum ſuis redderet,c.Indẽ,Ibidẽ, c.166

Idem Cannenſi bello Solem, & puluerem à tergo habere curauit. De Stratagematis,c. Quid Hannibal,lib.7 c.169

Eundem poſt tot victorias Carthaginienſes à conſpectu ſuo ſubmouerunt.De Ingratitudine,cap.At ne,lib.5 car.117

Idem flumine Gelo ponte conſtructo de Romanorũ cadaueribus duxit exercitũ. De Crudelitate,c.Horum Dux,lib.9 c.209

Idem Captiuos onere itineris feſſos, priori parte pedũ receiſa relinquebat. Quos in caſtris ducebat, vſq; ad mortem inuicem pugnare cogebat,Ibidem. cart.209

Idem Campana luxuria fractus eſt.De Luxuria,cap.At Campana,lib.9 car.206

Idem nouum agens annum, altaria tenens, iurauit. Cum primum per ætatem poſſet, ſe R.Populo hoſtem futurum. De Ira,cap. Quam vehemens,lib.9 car.214

Idem ſignificare volens quanto odio Carth. & Romani diſſiderent,excitato ẽ pede puluere,tũc finẽ bellũ,inquit,cũ oẽs partes illius pulueris cõueniſſent,Ibidem c.214

Idem poſt Cannenſem pugnam neminem ſuorum ciuium admiſit in caſtris, nec reſſum per interpretem dedit. De Superbia. cap.Hannibal,li.9 car.216

Hamilcar dux Carth. dum obſideret Syracuſas audiuit in ſomnio,& Se die proxima intra vrbem illã cenaturum,quod & factũ eſt,quiã captis caſtris eius,in vrbem eſt deductus De Somnijs,c.At Carth. lib.1.c.22

Idem quatuor pueriles ſuos intuẽs, tot leoninos catulos in perniciem Romani Imperij alere ſe iactabat.De Ira, cap. Quam vehemens,lib.9 cat.214

Haſdrubal à ſeruo quodã,cuius dñm occiderat,interẽpt⁹ eſt De patiẽtia,c.vl.li.3.c 68

Euidẽ & Xantippi inſidijs Regulus captus eſt.De Religione,c.Sed quæ,lib.1 c.7

Hanno Dux Carthaginienſium Olbiam oppidũ defendens,& fortiſſime dimicãs corruit.De Humanitate,c.Atque,li.5 c.107

Idem ad colloquiũ R.conſulis ire nõ timuit, cum ſocius eius Hamilcar nõ auderet. De Fide publica,c.Speciosa,lib 6 cat.147

Idẽ poſt Cãnenſem pugnã cõſuluit Carthagi.De Sapiẽter dictis,c.Sed neſcio,l.7.c.164

Hercules de neglectis religionis ſuæ ſacris de Appijs vindictam ſumpſit. nam 30. ex ijs eodẽ anno extincti ſunt. De Neglecta relig.cap.Hercules.lib.1 cart.7

Heluius Cinna Trib. pl. ex funere Cæſaris domum rediens pro Cornelio Cinna à populo diſcerptus eſt.De Errore,cap. C Heluius.lib.9 cat.220

Herodotus hiſtoricus ſcrib. Aethiopes centum 30.annos viuere de Senectute,c. Huius Regis,lib 8 cat.196

Herennius Siculus, eũ in carcere duceretur, illiſo in poſtẽ capite,extinctus eſt.De Mortem non vul cap Acer,lib.9 cat.225

Hypſicratea vxor Mithridatis in virili habitu per aſpera loca ſecuta eſt.De Amore cõiug cap Hypſicratea,lib 4 cat.99

Hircius,& Panſa pro rep.dimicãtem corruerunt.De Gratis,c.C.Marij,lib 5 c.113

Hybreas cuidam ſeruo conſimilis fuit.De Similitudine formæ,c.Hybreã,lib 9 c.230

Hippo fœmina ab hoſtili claſſe capta, ſe in mari præcipitem dedit.De Pudicitia, cap. Atque,lib.6 cat.135

Homerus poeta,quia quæſtionem à piſcatoribus poſitã ſoluere non potuit, dolore abſumptus creditur. De Morte non vulg. ca. Non vulgatis lib.9 c.226

Hortenſia pro ſe,& ordine matronarum feliciter cauſam egit. Quæ Mulieres apud magiſtratum,&c. vltimo,lib.8 c.181

I

IAſon à quibuſdã iuuenibus, quos à Thraſillo quodã cædi cõceſſerat, extinctus,eſt De Vltione,c.Iaſon.lib.9 c.221

Iaſoni Pheræo quidam vulnus intulit, quo vomicã erupit,quæ à medicis ſanari non poterat. De Mirac.c.Diuinæ,lib.1 c.28

Iero Rex Syracuſanus, ſeditione cum tota ſtirpe ſua interijt.De fortitudine, cap. ultim.lib.3 cat.65

Idem.xc.iiij annis.De Senectute,cap. Iungam,lib.8 cat.195

Ignotus pater de filio dubitans, quia ſibi parabat inſidias,expertus eſt. De parentum mo.&c.cap.vltimo,lib. 5 cat.130

Ieronymus tyrannus à Theodoro grauiſſimo uiro per tormẽta parricidij conſocios extorquere non potuit.De Patientia, cap. In Theodoro,lib.3 c.67

Iſocrates xc. annum agens, librum compoſuit.De Studio,c.Atque,li.8 c.185

Iunius Bubulcus, & M. Valerius Cenſores L. Antonium ſenatu mouerunt, uxorẽ repudiaſſet abſque conſilio amicorum.De Cenſoria nota,cap.Horum,lib.2 c.51

Inſtituendorum ludorum,cauſa traditur. De Inſtit.antiq.ca.Per quingentos,lib.2.c.36

Vibius Accius uexillũ intra Punicum prote-

cit uallũ. De Fortit.c. Ceterum, lib.3.c.61

Iulia Cæſaris filia, viſa ueſte Pompeij cruentata, exanimis cõcidit, & partũ eiecit. De Amore coniug.c. Cõſimilis, lib 4.car.99

Iunonis ſimulacrũ, quod à Veijs Romanã vehebatur, interrogatũ, An Romam migrare uellet, reſpondit, Sic, De Miraculis, cap. Nec minus, lib. 1. car. 24

Iuuentius Talpa receptis literis, quòd ſupplicationes à ſenatu ei decretæ erant, gaudio expirauit De Morte non vulgari, cap. Sed minus, lib.9. car. 224

L

LAbienus admonuit Scipionem, vt forti militi armillas donaret. De Cupiditate gloriæ, cap. Atque, lib.8. c.197

Lacedæmonij, libros Archilochi extra urbem portari, iuſſerunt, quia eorum impudicam lectionem putabant. De Seueritate, c. Lacedemonij, lib.6. car.141

Idem Philippo Mace. rñderunt. Si quid eis morte grauius imperaret, ſe mortẽ prælaturos Grauiter dicta, c. Atq; hæc, li.6.c.144

Lælius Bloſium interrogauit, Si Gracchus iuſſiſſet faces templo Iouis ſubdere feciſſet ne. Reſpondit, Sic de Amicitia, cap. Inimicus, lib.4. car.101

Idem cum Scipione amico in maris littore conchulas, & calculos lectitauit, de Ocio, cap. Par uerò, lib.8. car.181

Lartes Tolumnius Rex Veientium colluſori ſuo per iocum dicens, occide, ſatellibus occidendi Romanorũ legatos cauſam dedit. De Errore, cap. Ceterum, lib.7 c.220

Legati Romanorum, cũ apud Tarẽtinos graues iniurias paſſi eſſent, queſti nõ ſunt. De Inſtitutis antiq. cap. Relatis. lib.2. c.34

Legati Lacedæmonienſes Athenis ſpectantes ludos, ſenes quendã ſeſſum receperunt De Verecundia, cap. ultimo, lib.4. c 98

Lectorius Cn. Gracchum in ponte Sublicio quoad potuit texit, ſed ui obrutus gladio ſe confidit, & in Tyberim iecit. De Amicitia, cap. In eadem, lib.4. car.101

Leonidas Spartanus cum trecentibus militibus toto Xerxis exercitui ſe obiecit. De Fort. cap. Hoc loci, lib.3. car.64

Lentulus Spinter uerſatilem locum argentatis choragijs adornauit. De Inſtitutis antiquis. cap. Claudius, lib.2 car.39

Lentulus Marcellinus grauia uerba contra Pompeium libere locutus eſt, Quæ libere dicta, c. Cn. aũt Lentulus, lib.6. car.137

Liuius Druſus viribus, & acie oculorum deficiens, ius ciuile interpretatus eſt. De Studio, cap. conſimilis, lib.8. car.184

Ligurgus uir optimus leges ſaluberrimas patriæ dedit, tandem patria pulſus eſt. De Ingratitudine, c. Nemiũem, lib.5 c.187

Liuius Salinator victor Haſdrubale, cũ nunciatũ eſſet aliquos fugere, ait eis oportere parci, ne hoſtibus tãtę cladis nũcij deſint domeſtici. De Fid. ſui, cap Liu. lib.3 c.73

Idem interrogatus, cur cũ hoſte tam cito pugnare veller, Reſpõdit, Vt ex hoſte gloriã aut ex proſtratis ciuibus gaudiũ caperẽ. De Ira, cap. Cum aduerſus, lib.9. car.211

Idem in Vmbria apud Metaurũ flumen, cũ Claudio Nerone Haſdrubalem vicit. De Stratagematis, c. illud quoque, lib.7.c.168

Liſippus fictor tantus in arte fuit, vt Alexander ab alio fingi noluerit. Quã magni eſſet. cap. quantum, lib.8 car.193

Liuia Rutilij ſeptẽ & 90. vixit annis. De Senectute, cap. Muliebris, lib.8 car.195

Licinius Macer vir prætorius repetũdarum reus, ne bona ſua haſtæ ſubijcirentur, ſententiam mortis præuenit. De Morte non vulgari, cap. Conſimili, lib.6. car.225

Licius Fimbria iudicium de uiro bono nunquam fiuire uoluit. Sapienter dicta, c. Quid illud, lib 7. car.158

Licinius Hoplomachus petijt patri ſeni inter dici bonis, quo breuiter functo, omnia conſumnauit. Qui quæ in alijs, & cap. Ne illos, li.8. car.182

Lucius Lamia rogo impoſitus, uocem emiſit. De Miraculis, cap. Aliquid. lib. 1.c.27

Lucius Quintus Cincin. Minutium conſulatum deponere compulit. De Diſciplina mili. cap. Age. lib.2 car.46

Idem. De Animi modeſt c. Age, lib.4 c.81

Lucius Minutius conſulatum depoſuit. De Diſciplina militari, cap age. lib.2 c.46

Lucius Martius Trib mil. occiſis in Hiſpania Scipionib. reliquias exercituũ mira virtute collegit, nec tñ titulũ, quẽ aſſũpſit, ſenatui placuit. De Iure triũph c.1 li.2 c.49

Eiuſdem concionantis capite flamma effulſit. De Prodigijs, cap. Aeque, lib.1 c 13

Idem. Quæ cuiquam mag. cont. cap. Sed neſcio, lib.8. car.202

Lucius Marius, & Marcus Cato tulerunt legem pęnã Imperatoribus imponentẽ, qui falsũ numerũ cæſorũ hoſtiũ, aut amicorũ ciuiũ retuliſſẽt. De Iure triũph. c.1. l.2. c 49

Lucius Opimius Fregelanos ad deditionem cõpulſis, non triumphauit. De iure triũph. cap Sapientiores, lib.2. car.50

Lucius Cinna auide humanum hauſit ſanguinem, à templis tñ, & aris abſtinuit. De Iure triumph. cap. Lucius, lib.2 car.51

Lucius Sylla de ciuibus bellis nullum geſſit triumphum, Ibidem. cap. Eodem. car.51

Idem cum immolaret, viſa angue aruſpicis hortatu, exercitũ mouit, & fortiſſima Samnitum caſtra cœpit. De Prodigijs, cap. Lucius Sylla, lib.1 car.14

Idem clamidatus, & crepidatus inceſſit. Qui ex illuſt. cap. Lucius quoque, lib.3 car.71

Idem Pompeio priuato caput adaperuit, ſella ſurrexit, equo deſcendit. De Gratis, cap. C. Marij, lib.5 car.113

Idem ſeruum proditorem domini ſui manumiſit, & de ſaxo Tarpeio deijci fecit. De Iuſtitia. cap. Iam Lucius, lib.6 car.146

Idem uſq; ad quæſturam uita mox, & libidine inquinata egit, qui poſtmodũ tanta geſſit. De Mut. morum, cap. vlt. lib.6 c.252

Idem præturæ repulſam tulit, qui poſtea leges nouas condidit, & ueteres abrogauit. De Repulſis, cap. Quid tam. lib.7 c.170

Idem traditionem Iugurth. Marij ab Ocho factam annulo ſuo ſculptã habuit. De Cupiditate gloriæ, ca Lucius. lib.8 c.197

Idem urbem totã, & partes Italiæ ciuili ſanguine inundauit. De Crudelitate; cap. Lucius Sylla, lib.9 car.207

Idem Puteolis tanta concitatione efferbuit, ut ſpiritum cruore commiſtum minis euomeret. De Ira, cap. Quid Syl. lib.9 c.113

Lucius Antonius à ſenatu motus eſt, q uxorem nullo amicorum conſulto repudiauit. de Cenſoria nota, ca. Horum, lib.2 c.51

Lucius Flam. à ſenatu motus eſt, q tempus ſupplicij cuiuſdam ad arbitriũ mulieris ſtatuit, cap. Sicut ibidem. car.58

Lucius Septimuleius. C. Gracchi caput abſcidit, & pilo per urbem tulit. De Auaritia cap. Ceterum. lib.9 car.254

Lucius Aequitius in cuſtodia ductus, à populo conuulſis clauſtris ereptus eſt. De Seditione, cap aed, ot lib.9 car.217

Lucius Cornelius Merula in Iouis ſacrario venas ſibi incidit, ne ludibrio eſſet. De Morte nõ vulgari, c Qua tẽpeſtate, lib. 9.c.225

Idem Hannonis corpus amplo funere extulit, quia fortiter pugnando corruerat. De Humanitate, cap. Atque, lib.5 car 107

Luctatius conſul, & Valerius prætor Pœnorum claſſem deleuerunt, Luctatio triumphus decretus eſt, Valerio negatus. De Iure triumph. cap. 1. lib.2 car 49

Lucretia à Sexto Tarqu. vim paſſa, gladio ſe trãsfixit De Pudicitia, c. Dux, lib 6.c. 132

Lucius Furius Philippus Cenſor Metellum pluresq; Rom. equites ademptis equis publicis inter ærarios retulerunt De Cenſoria nota, cap. Turpis, lib.2 car.53

Idem ſegnitiem ſenatos pro roſtris exprobratus, alio ſenatu opus eſſe dixit. Quæ libere dicta, cap. Lucius, lib.6 car.136

Lucius Metellus Cenſor Getam ſenatu mouit. De Cenſoria nota, c. Turpit, li 2 c.53

Lucius Gellius filium de ſtupro in nouercã, & parricidio ſuſpectũ, ſenatus conſilio abſoluit. De Parentũ aduer. ſuſceptos liberos mod. c. Lucius Gellius, lib.5 car.130

Lucullus conſul Scipionẽ Aemilianũ ex Hiſpania in Aphricam petẽdi auxilij gratia miſit. De Maieſt. c. Nec filij lib.2 c.54

Lucius Sempronius, & M. Valerius Cenſores 21. iuuenes equis publicis ſpoliatos, in numerum ærariorum retulerunt. De Cenſoria not cap. Equeſtris, lib.2 car.53

Lucium Sicinium Dentatum centies & vicies ī acie deſcẽdiſſe auctores. & M. Varro tradunt. De Fort. c. Sed quod, lib.3 c.63

Lucius Craſſus cõſul in Gallia Carbonẽ docuit à ſe patrem ſuũ ſorde ſua fuiſſe dãnatum. De Fid. cap. Cuius factũ, lib.3 c.74

Idem cum Cn. Carbonem detuliſſet. ſeruus illius ſcriniũ attulit plura continens, quibus opprimi poterat, quod vt ſignificatum erat ad illum cum ſeruo vincto remiſit De Iuſt. cap. Nec aliter, lib.6 car.146

Idem conſulatu petens nunq̃ induci potuit, vt pſente Scæuola ſocero ſuo populo ſupplex fieret. De Verecũdia, c. Ac ne, li.4.c.97

Idem Cn. Domitio obiectanti ſibi luxuriem columnarũ, maiorẽ illius confeſtim oſtendit. De Luxuria, ca. Co. Dom. lib 9 c.204

Idem in M. Marcellum ferens teſtimonium vanus apparuit. De Teſtibus, cap. L. quoq; Craſſus, lib 8 car.182

Lucius Lentulus ſitus prænauigans, vidit rogum ipſi Fortunæ pudendum, in quo Pompeij corpus cremabatur. De Miraculis, ca. Iam quidem, lib.1 cart.26

Idem conſularis lege Cecilia repetundarum damnatus cenſuram ademptus eſt. De Varietate caſuum, cap.1. lib.6 c.153

Lucius Piſo de graui crimine accuſatus, cũ humi proſtratus pedes iudicũ oſcularetur, os eius cœno repletũ, ſeueritatẽ in miſericordiã uertit. De Iud. c Item Lu. li.8.c.177

Lucius Regimus Trib. pl. Scipionem in carcerem coniectum, cuſtodia liberauit, & fugæ eius comitem fecit. De Amicitia. ca. L. autem, lib 4 car.108

Lucius Albinus vrbe à Gallis capta, coniugem, & liberos plauſtro vehẽs, deſcẽdere iuſſit, & virgines ſacra portãtes impoſuit. De Religione, c. Obruitur, lib.1 cart.4

Lucius Furius Bibaculus prætor arma ancylia tulit, quamuis huius muneris uacationem haberet, ibidem, cap. Obruitur, car.4.

Lucius Paulus omen arripuit cõtra Perſen Regem, cuius bellum ei decretum erat, q filia ſua Perſam periſſe diceret, catulus.n. erat. De Ominibus, c. Quid illud, li.2.c.18

Lucij

Lucij Petilij agro duæ archæ repertæ, in quarum vna libri quidam erant, qui in conſpectu populi deuſti ſunt. De Religione, cap. magna, lib. 1 cart 5

Lucius Atracinus à cauſæ dictione ſociorũ fauore liberatus eſt. De Iuſtitia, cap. Summa, lib. 6 cart 145

Lucius Mummius. De Repulſis, cap. Q autẽ, lib 7 cart. 170

Lucius Domitius paſtorem, qui apium venabulo occiderat, crucifixit, quia telum retineri prohibuerat. De Seueritate, cap. Aeque tenax, lib. 6 cart. 140

Lucius Scipio ſtatuam clamidatam, & crepidatam in capitolio poſuit. De his, qui cul. cap L ucij vero, lib. 5 cart. 71

Lucius Scribonius cum Attilio Serano ædiles in ludis matris Deum locis ſenatũ à populo diſcreuerunt. De Inſtitutis antiq. cap Per quingentos, lib. 2 cat. 36

Lucius Flaccus, & M. Antonius Duronium ſenatu mouerunt, ꝙ legẽ de coercendis cõuiuiorum ſumptibus Trib. pl abrogauerat. De Cenſoria nota, cap. M. aũt lib. 1 c. 52

Lucius Iulius cum Claudio Nerone, & Liuio Salinatore ſecundi Punici belli tempore cenſuram geſſit. De Cenſoria nota, cap. Age, lib. 2 car. 52

M

Marcellus ab aruſpice monitus, ne quid cum hoſte temere conaretur, nocte ſpeculandi cauſa cum paucis egreſſus, occiſus eſt. De Prodig. cap. Et conſulatus, lib. 1. car. 15

Marchus Craſſus multis edoctus prodigijs, ne cum hoſte confligeret, cum filio occiſus eſt, & deletus exercitus, Ibidem, c. Non ſinit, lib. 1 car. 16

Idem relicta ſibi in quodam teſtamento repudiauit. De Auaritia, cap. Cum admodum, lib. 9 car. 214

Marcus Antonius, cũ in cõuiuio caput cuiuſdã Senatoris eſſet allatũ, ſe eũ non cognoſcere dixit. De ſuperbia, c. Terrũ, li 9. c. 215

Idem Duronium ſenatu mouit, ꝙ legem de coercẽdis conuiuiorũ ſumptibus abrogauerat. De Cenſoria nota, ca. M. aũt, li. 2 c. 52

Idem ſeruo ſuo cõmiſit, vt corpus M. Bruti cum paludamento ſuo ſepeliret, quod cum non feciſſet, in eum animaduertit. De Humanitate, cap M aũt Antonij, lib. 5. c. 109

Marcus Antonius diſertus, quæſtor in Aſiam proficiſcens, apud Brunduſium edoctus ſe apud L. Caſſium prætorem poſtulatũ, ſtatim regreſſus eſt, & abſolutus. De Fiducia, cap. Contra. li. 3 cart 74

Marcus Cornelius propter exta parũ curioſe admota, flaminio abire coactus eſt. De Religione, cap. Conſimil. lib. 1 cart. 3

Marcus Atrilius Reg. De hoc ſupra in c. M. Aemilius Porcinna, quia nimis altam domum in Alſienſi agro cõſtruxit, mulctatus eſt. De Iudicijs, ca. Admodũ, lib. 8. car. 179

Marcus Aemilius Porcinna prætor cauſam filiæ, quæ matrẽ occiderat, nõ diremit. De Iudicijs, cap. Atque. lib 8 car. 179

Idem contra Antiochũ (De hoc vide in B. M. B. omine) ſuũ vidit interitum. De Ominibus, cap. Marci etiam, lib. 1 cart. 12

Idem vltimum initurus bellum, quibuſdam contradicentibus, inquit, Hodie aut recte erit, aut nihil curabo. Grauiter, dicta, cap. Marcus, lib. 6 car. 143

M. Aquilius cum poſſet glorioſe mori, Mithridati turpiter maluit ſeruire. De Cupiditate vitæ, cap. M. Aquilius, lib. 9 c. 227

Marcus Coriolanus, cũ ob ingentia eius facta à cõſule muneribus donaretur, nil aliud, niſi captiui cuiuſdã ſalutem, & equũ quo in acie vteretur, voluit. De Abſtinẽtia, ca. Deinceps, lib. 4 cart 90

Idem precibus Veturiæ matris caſtra ab vrbe mouit De Gratis, cap. Atque, li. 5 c. 111

Et de pietate erga patrem, C. Coriolanus, & M. Scaurus Arbeletarũ inſtituerunt certamina. De Iuſt ant. c. Arbeletarũ, li. 2. c 39

Idem, cum accuſatus eſſet; dixit. Varius Seuerus Marcum Scaurũ accuſat, Scaurus negat, vt creditis, populus Variũ repulit. De Fiducia, cap Eadem, lib. 3 car. 74.

Idem x. ſeruorum, & 5. & triginta millium nummum ſuſcepit patrimonium. De Paupertate, cap. M aũt, lib. 4 cat 96

marcus Atilius Glabrio auream ſtatuã patri in Italiam primus appoſuit. De Inſtit. antiq. cap. Statuam, lib. 2 car. 39

marcus, & Decius filij Bruti Romæ Gladiatorium munus dederunt. Ibidem. car. 39

Idem M. Scaurus contra C. Memmiũ, & C Flauium repetundarũ reos teſtificatus eſt. De Teſtibus, cap. M. etiam, lib 8 car. 182

Idem Scaurus Romanis apud Atheſim impetu Romanorum fuſis, fugiẽtibuſq; filio ſuo miſit, ſe oſſibus eius in acie occiſi libẽtius occurſurum, quàm ſic viſurum. De Seueritate parent. cap. M. vero, lib 5 car 129

Manlius Torquatus filiũ ei prouocatũ, quia ſe inſcio pugnauit, ſecuri percuſſit. De Diſciplina milit. cap. At noſtra, lib 2 car 46

Idem patrem à Trib. pl quia ei diem ad populum dixerat, amore illi illato, liberauit. De Pietate erga par cap. Lu lib. 5 c. 120

Idem Gallum eum prouocantem ſingulari pugna necauit, à quo torquea ſũpta, Torquatus dictus eſt. De Fortitudine, cap Eodem, lib. 3. car. 58

Idem ſenatui dubitanti, an Latinos ordinem ſuum reciperent, prohibuit. Grauiter dicta, cap. Ciuitate, lib. 6 car. 142

Eidem in vrbem cum triumpho ingredienti, nullus iuuenum ei obuiam proceſſit. De Ira, cap. Manlio, lib. 9 car. 212

Idem Iuuentæ annis adeo hebes fuit, vt à patre operi ruſtico deputaretur. De Mutatione mo. cap. 2. lib. 6 car. 151

Marcus Marcellus Syracuſas cœpit, nec triũphauit. De Iure triomph. cap. Quinetiam lib. 2 carter. 50

Idem apud Padum Gallorum Regem ſuperauit, occidit, & arma Ioui Pheretrio dicauit. De Fort. cap. Nec Marci, lib. 3 c. 58

Idem primus & Hannibalem vinci, & Syracuſas capi poſſe docuit, improbatiſq; legatorum à Senatu querelis, eos in clientelam ad miſit De aĩ mod. c. At M. Mar. li. 3. c. 82

Idem Syracuſas captis, ex alto ruinam aſpiciens, lachrymas continere non potuit. De Humanitate, cap. Age, lib. 5 car. 108

Idem Claſtidiũ, & Syracuſis potitus, cũ Honori, & Virtuti templũ conſecrare vellet, à collegio vetitus eſt augurũ, quaſi vna ædes duobus Dijs dicari recte nõ poſſet, q a, &c. De Relig. cap. Non mirum, lib. 1 cart 4.

Maſiniſſa dentes eburneos ex fano Iunonis ablatos, apportari iuſſit. De Neglecta relig. cap. At non, lib. 1 car. 8

Idem ac egreſſus annum, vt hymbre, ac frigore caput tegeret, nunquã adduci potuit. De Senectute, cap. Iungam, lib. 8 c. 195

Marcus Manlius ex arce, qua Gallos depulerat, præcipitatus eſt. De Seueritate, ca. 1. lib 6 car. 139

Marcus Lepidus cum ſeditioſis copijs extinctus eſt. De Iure triũph. c. Q Cat. li. 2. c. 50

Marcus Valerius Max, cenſor, L. Antonium ſenatu mouit, quia vxorem repudiauit. De Cenſoria nota, cap. Horum, lib. 2 car. 51

Marchus Atilius Regulus filius alterius Reguli Cenſor. M. Metulium, &c. De Cenſoria nota, cap. Turpis, lib. 2 car. 53

Marcus Meſſala cenſoria nota perſtrictus, quia ignominia virtutem acuit, Cenſor factus eſt. De Cenſoria not. c. vlt. li. 2 c. 13.

Marcus Atilius alter, vel Marcus Papyrius (ſecundum Liuium) Gallo ſibi barbã permulcẽti, Scipionẽ capiti inflixit. De Fort. cap. Magnum, li 3 car. 58

Marcus Sceua loco tuendo præpoſitus, ſcuto trito, & viginti ictibus perfoſſo, erutoq; oculo ſuper ingentem ſtragem, quam fecerat, corruit. De Fort. cap. Claſſi. lib. 3 c 63

marcus Perpenna Ariſtonicum Regem cœpit, Craſſia ne ſtragis punitor extulit. De ijs qui humili loco nati, cap. Non parum lib. 3 car. 69

Idem de Senectute, cap. Iam lib 8 c. 195

marco Palicano conſulatus prius quã adipiſceretur, adeptus eſt De conſtantia, cap. C etiam Piſonem, lib 3 cart. 77

marcus Bibulus filiorum ſuorum occiſores, quos Cleopatra ad ſe vinctos miſerat, ei remiſit, dicẽs, Vindictã hãc eſſe ſenat° & nõ ſuã De Animi mo. c. Ad externa, li. 4 c. 84

marci Flacci corpus trucidatum, & penates ab imis eruti fundamẽti. De Seueritate, c. Quantum ergo, lib. 6 car. 139

marcus Curius iuuenem quendã edicto non reſpondentem, bona eius ſub haſta vendidit. De Seuerit. cap Id factum, lib. 6 c. 140.

Idem legatos Samnitum magnum auri pondus offerentes, repulit. De Abſtinentia, ca Marcus autem, lib. 4 car. 90

M. Antonius diſertus nullam ex rationibus ſuis ſe ſcripſiſſe dicebat, quia, &c. Vafre dicta cap. Nam Marco Antonio, li. 7 c. 163

Eiuſdem ſeruus contra eũ vehementiſſime tortus, in nullo eius læſit. De Fide ſerui, cap. 2 lib. 6 car. 149

marcus Lectorius, ꝙ puerum de ſtupro appellaſſet accuſatus, etiam prætor mortem impudicitiæ crimine damnatus eſt. De Pudicitia, cap. Libidinoſi, lib 6 c. 134

marcus Caſtricius conſ. iuſſa detractans, audiuit, Ergo habeo multos annos. Quæ, li. dicta cap. M etiam, lib 6 car. 138

marcus Claudius ob turpem pacem cũ Corſis factam, in carcere necatus eſt. De Seueritate, cap Libertatis, lib. 6 car. 140

marcus voluſius proſcriptus, ſtipem ignoto habitu quærens, in Bruti caſtra venit. Vafre dicta, & facta, ca. Veniam, lib. 7 c. 164

M Aemilius Scaurus repetundarum reus, ob recentem memoriam abſolutus eſt. De Teſtibus, cap. M etiam, lib. 8 car. 182

marcus Terentius Varro non ſæculo, quo vixit, quàm ſtilo fuit viuacior. De Studio, cap. Terentius, lib 8. car 184

M. Fuluius Flaccus mouenti, & oranti ſenatui, ne quaſdam leges induceret, nõ reſpõdit. De Superbia, cap 1. lib. 9 car. 215

marcus Druſus trib. pl. L. Philippum conſulem miſit in carcerem, ad ſenatũ, non iuit, ſed ad ſe, venire iuſſit. De Superbia, c. Quę M quoque lib 9 cart. 216

magnus Chilo, M. Metellũ, qui à Cæſare ſeruatus fuerat, occidit. Dicta improb. c. Conſternatum, l b. 9 car. 222

M. Aemilius Lepidus cũ Fuluio Flacco cenſor factus inimicitias depoſuit. Qui ex inimicis, cap. 2 l. b. 4 cart. 87

Idem filio Ptolemæi Regis Aegypti tutor à ſenatu,

ſenatu, datus, quem ipſe tutorem reliquerat. De Fide pub. cap. 2. li. 6 car. 147

M. Menenius Agrippa auctor pacis inter ſenatum & plebem, adeo pauper obijt, vt pecunia populi ſepultus fuerit. De Paupertate, cap. Quantæ, lib. 4 car. 94

M. Plautius mortua vxore, gladio incubuit, & eodē rogo cremati ſunt. De Amore coniugali cap. Eiuſdem, lib. 4 car. 95

M. Terentius partes Bruti ſecutus, à M. Antonio occiſus eſt. De Amicitia, cap. Iungendus, lib. 4 car. 10

marcus Agrippa, & decius Lælius grandi, & fructuoſa cōiuncti amicitia referūtur. De Amicitia, cap. ab hoc, lib. 4 car. 102

marcus contra Brutios, & Lucanos cum Roma. decertantes, R. opem præſens attulit. De Mirac. cap. Quid Martis, lib. 1 c. 25

M. Cotta Cn. Carbonem, à quo pater eius damnatus fuerat iudicio affixit. De Pietate erga patrem cap. hanc pié. lib. 5 c. 121

metellus Pontifex maximus Poſthumium cōſulem ire in Aphricam, neglectis ſacris, paſſus nō eſt. De Relig. c. Met. lib. 1. cap. 3

metellus Numidicus ſpectans quo tenderet Saturnini trib. pl. conatus, abijt in exilium. De Conſtantia, cap. Metellus, lib. 3 c. 77.

Idem in Aſia exulanti, literæ reditus ſui traditæ ſunt, is vero, mutato vultu, gaudium intra ſe continuit, ſicq́ue cōſtat pari vultu eundem reſtitutum fuiſſe. De Animi modeſtia, cap. Numidicus, lib. 4 car. 84

metellus Macedonicus cum Aphricano minore acerrimo animo diſſidebat, at tātum morte eius audita, Concurrite, inquit, ciues, quia mœnia vrbis noſtræ euerſa ſunt. Ibidem, cap Scutio. car. 83.

Metellus Pius conſul pro calido rogabat populum, quòd is trib. pl. legem tulerat, qua pater eius reſtitueretur. De gratias, ca. Metellus vero, lib. 4 car. 113

Idem cōſul in Hiſpania luxuria plena fuit, De Luxuria, c. Quid enim, lib 9 c. 205

Idem hiſtrioni ſimillimus fuit. De Similitudine formæ, ca. Generoſiſſimus, li. 9. c. 229

Metellus Celer C. Sergium damnauit, quia matri familiæ pecuniam promiſit. De Pudicitia, cap. Metellus, lib. 6 car. 134

Meſius ædilis ludos Florales fecit, Catone ſpectante ſed receſſit. De Maieſtate, ca. Eodem, lib. 2 car. 55

midæ dormienti formicæ in os grana tritici cōgeſſerūt De prodigijs, c. Midę. li. 1. c. 17

milo in ſciſſam quercum adegit manus, ſed excuſſis cuneis manus euellere nō potuit, & à feris comeſtus eſt. De Morte nō vulg. cap. Iungam lib. 9 car. 226

Mithridates vna epiſtola. 80. millia Ro. per Aſiam diſperſa occidi fecit. Crudeli, ca. Tā Hercle, lib. 9 car. 209

Idem bellū cū patre, de Regno paterno geſſit. Dicta improb. c. Mithridates, li. 9. c. 223

Eiuſdem filia Laodicea Regina duplici ordine dentium nata eſt. De Miraculis, cap. Mithridatis, lib. 1 car. 29

Milciades in carcere, & vinculis ab Ath. mori coactus eſt. De ingrat. c. Bene, li. 7. c. 118

Minucius magiſter equitum Fabio æquatus, ſponte imperium depoſuit. De Gratis, cap. Fabio autem, lib. 5 car. 112

Molo Rhetor primus exterarum gentium in ſenatu ſine interprete auditus eſt. De inſtitutis antiq. cap. Quapropter, lib. 1 car. 33

Miſicanes Mithridatis filius æger à ſenatu curatus, & in patriam miſſus eſt. De Hum. cap. Confecto, lib. 5 car. 1[illegible]6

Mulier quædam à Philippo temulēto damnata, prouoco, inquit, ad Philippū ſobriū. Libere dicta, cap. inſerit, lib. 6 car. 138

Item alia orabat pro incolumitate Dionyſij, ibidem. car. 138

Numatius Flaccus in oppido Acerſeres obſeſſus, omnes, quos amicos eius cenſuit, iugulatos à muris præcipitauit. De Crudelitate, cap. Munatius, lib. 9 car. 209

N

NEro Tyberius, & Liuius Salinator ex inimicis iuncti ſunt amicitia. Qui ex inimicis, &c. cap. Sexti Liuij, lib. 4 car. 87

Idem Adrubalē apud Methaurū fluuium occiderunt. De Stratag. ca. illud, lib. 7 c. 168

Naſimenis vxor filij, & filiæ ſtupro ſuperueniens obmutuit. De Miraculis, cap. Mirabilior, lib. 1 car. 28

Numantini à Scipione obſeſſi, humanorum corporum dapibus vſi ſunt. De Neceſſitate, cap. Numantini, lib. 7 car. 173

O

OCtauius conſul dirum omen, quemadmodum timuit, ita vitare non potuit. De prodigijs, cap. iam, li. 1 c. 15

Opimius Fregellanis ad deditionem compulſis, triumphum petijt, nec obtinuit. De iure triumphandi, cap. 3. lib. 2 car. 50

Oratius Cocles in ponte Sublicio Æthruſcorum vim ſuſtinuit, & in Tyberim ſe præcipitauit. De fortitudine, cap. 1. lib. 3 c. 57

Otryadis pugna. De Fortitudine, cap. Otryade, lib. 3 car. 64

Omaſo puero ſuo faciens, damnatus eſt. De iudicijs, c. Non ſupprimenda, lib. 8 c. 179

Octauius Balbus triumuiros fugiens, cū iam eſſet in tuto audiens, q filius trucidabatur, regreſſus ſe neci, quā euaſerat, obtulit. De indulgentia patrū, c. Sed neſcio, li. 5. c. 158

Oratius Puluillus audita filij morte ædē dedicans, manum à poſte nō mouit. De Parentibus, &c. cap. Oratius Pul. li. 5. c. 10. c. 135

Oratius vnuſq; ex trigeminis, Oratiam ſororem ſuam occidit. De Seueritate, cap. Oratius, lib. car. 140

Opimius conſul C. Gracchi caput. L. Septimuleio auro repenſaturum, promiſit. De Auaritia, cap. Cæterum, lib. 9 car. 214

Oratius ob ſororis necem, à Tullio Rege damnatus, à populo abſolutus eſt. De iudicijs, cap. 1. lib. 8 car. 169

P

PAuſanias poſt maxima opera edita. Aſiæ moribus effœminatus eſt. De inſtitutis ant. cap. Quod eos, lib. 2 c. 41

Idem Philippū, vt gloria poliretur, occidit. De cupiditate glor. c. Quorum, li. 8. c. 199

Papyrius Curſor Fabium magiſtrum equitum, quia cōtra eius edictum pugnauerat, virgis cædi iuſſit. De diſcipl. mil. cap. Eiuſdem, lib. 2 car. 46

Idem. De For. cap. Strenuus, lib. 3 car. 59

Idem Phaliſcos ab ira Pop. Rom. in eos ſæuire cupiens, liberauit. De iuſtitia, cap. Eadem, lib. 6 car. 144

Idem Pullulariū ante aciem miſſi, in cuius pectus primum hoſtium pilum directum eſt. Sapienter dicta, cap. Papyrius, lib. 7 c. 158

Papyrius Maſſo, cū pro re bene geſta triumphum non impetraſſet, in Albano monte triūphauit. De his, qui cul. cor. Nā, li. 3. c. 21

Pauli Æmilij lecto funebri legati Macedoniæ ſe ſponte ſubiecerunt. De Maieſtate, cap. Hoc quidem, lib. 2 car. 54

Idem, cum Macedonicis opibus vrbis Romæ paupertatem expleuiſſet, nihil ſibi retinuit. De Abſtinentia, cap. At per ſe, lib. 4 c. 91

Idem Perſen Regem genibus ſuis obuolutum erexit, & iuxta ſe ſedere fecit. De Humanitate, cap. Lucij, lib. 5 car. 108

Pedanius centurio ſub. Valerio Flacco vexillum in caſtra Hannibalis tulit. De fortitudine, cap. Cæterum, lib. 3 car. 61

Paſcelius iuris ciuilis ſcientia clarus, nulla ui induci potuit, vt de aliqua re, quam triumuiri dederant formulam componeret. Quæ libere dicta, cap. Age, lib 6 car. 138

Petiliū conſulem aduerſus Ligures fortiter pugnantem, occidi milites ſui paſſi ſunt. De diſciplina mil. cap. age, lib. 2 car. 46

Idem vero montem expugnans, cui Leto nomen erat, dixit: Hodie Letum capiam, ea die mortem cœpit. De omnibus, cap. annotatu, lib. 1 car. 13

Perſes Rex apud Albam relegatus, mortuus eſt, & funere pu. à ſenatu elatus eſt. De humanitate, cap. Conſimili, lib. 5 c. 106

Pericles fuit uir ſummæ, & ſuauiſſimæ eloquentiæ. Quanta ſit uis eloquen. cap. pericles autem, lib 8 car. 190

Idem Sophocli collegæ dixit. Prætorem non ſolum manus, ſed etiā oculos habere continentes. De abſtinentia, cap. ac ne li. 4 c. 92

Idem, cum propter eclypſim Solis Athenienſes turbarentur, ratione oſtenſa, eos à metu abſoluit. Quam magni effectus ar. cap. Sed ut lib. 8 car. 195

Idem intra quatriduum duobus optimis filijs ſpoliatus, vultum retinuit priſtinum. De parentū, qui obitū, &c. c. Princeps, li. 5. c. 231

Petilini Romanis ſeruando fidem periclitati ſunt. de fide pub idem, lib. 6 c. 148

Perillus inuentor tauri Ænei. de crudelitate, cap. ſæuus, lib. 9 car. 211

Penates dij Lauinio alatis, inde priſtinum ſacrarium repetierunt. De miraculis, cap. referam, lib. 1 car. 26

Pythagoras, ut literis daret operam, plurimas regiones peruagatus eſt. de Studio, c. atque, lib. 8 car. 185

Eidem tantus honos habitus eſt, vt quidquid diceret pro cauſa, ſufficeret eū dixiſſe Quę cuiq; magnifica cōtig c. Cęterū, li 8. c. 222

Pyndarus Gymnaſio dormiens, mortuus eſt. De morte nō vul. c. at Pyndarus, lib. 9. c. 226

Polydamus ſpelunca, pp hymbrem fugiens, ipſa ruente, oppreſſus eſt, ibidē. c. vlt. c. 227

Piſo conſulatum Palicano priuſquam adipiſceretur, eripuit. De conſtantia, cap. carus etiam Piſonem, lib. 3 car. 77

Pittacbus meritis ſuis dñium adeptus eſt, ſolum quid cōtra Alcęum, poſſet, admonuit. De animi mod. cap. Pittaci, lib. 4 c. 86

Pyrrhus iratus, q Tarentini in conuiuio verbis eum de honeſtauerant, audiens, q ebrij hoc dixiſſent placatus eſt. De humanitate, cap. Æque, lib. 5 car. 110

Idem Romanorum legatis caſtra ſua petentibus, quo tutius uenirent obuiam miſit, & quo ornatius reciperentur ipſe eis ad portam occurrit, ibidem car. 110

Idem, cum pecunia ex fano Proſerpinæ rapta nauigaret, ui tempeſtatis cum tota claſſe uicinis deæ litoribus illiſus eſt. De neglecta, cap. Tam me, lib. 1 car. 7

Piſiſtratus iuueni, qui filiæ in publico oſculum dederat, indulſit. De humanitate, cap. Non tam, lib. 5 car. 119

Idem eloquentia tanta ualuit, ut Athenienſes ſibi urbis imperium traderent. Quanta ſit uis eloquentiæ, cap. piſiſtratus, li. 8. c. 190

Philemon propter ficus ab aſello comeſtas, riſu extinctus eſt. De morte non vulg. cap. Philemonem, lib. 9 car. 226

Philon

Philon architectus & arte ſua,& eloquentia mirabilis. Suæ quęq; artis,&c.cap Gloriæ tui,lib.8 c.194

Philippus Maced. Alexandrum filium monet,ne ſibi fidos putet,quos pecunia conciliat. Sapienter dicta, cap Age,lib.7.c.160

Idem monitus, vt à quadriga caueret, quadrigam in capulo gladij Pauſaniæ cęlatā nō vitauit. De Mir.cap.Eodem,lib.1.c.29

Phileni fratres amore patriæ viui defoſſi ſunt. De pietate erga patriam,cap. Sequitur,lib.5 car.127

Poſthumus cōſul Aphricā petens à Metello Pont. ne ſacra deſereret,reuocatus eſt. De Religione,cap. Metel lib.1 car.3

Pompeius Cæſarem fugiens, apud Paphum omine territus eſt. De Ominibus,ca. Pompeius,lib.1 car.12

Idem legatus P. R. à Genthio Rege captus, ardenti lucernæ dignum admouit. De Patientia cap. Pompeij,lib.5 car.66

Idem victus à Cæſare, cum apud Lariſſam populus ei obuiam pergeret,Ite, inquit,& officium hoc victori pręſtate. De Verecundia,cap. Pompeius,lib.4 car.97

Idem multis prodigijs monitus erat, ne ultima belli fortunam cū Cæſ. experiretur. De prodigijs,cap. Cn.etiam Pomp.lib.1.c.16

Idem aquæ decurſu per ſemitas ante omnes æſtiuum minuit calorem. De inſtitutis antiq cap.Cn.lib.2 39

Eiuſdem caput togo inops portatur,qui Tigranis tēpora inſigni regio texerat. De Humanitate,cap. Hæc L. Pauli,lib.5 c.108

Idem priuato L. Sylla dictatore caput adoperauit,ſella aſſurrexit,&c. De Gratis,cap. C. Marij, lib 5 car.113

Idem,Cn. Carbonem,à quo adoleſcens protectus fuerat, occidi mandauit. De Ingratis,cap Quo te,lib 5 car.117

Idem Theophanem Mythelenæum rerum ſcriptorem ciuitate donauit. De.Cupiditate gloriæ,c.Ne Pompeius,lib.8 c.187

In eundem multa, & maxima fortuna contulit.Quę cuiq; mag.c.Iā quæ,lib 8.c.201

Idem Hypſæum nobilem uirum pedibus ſuis proſtratum, iacentem reliquit. De Superbia,c.Cn.autem,lib.9 car.215

Idem Vibius ingenuus, & Publicius libertinus ſimiles fuerunt. De ſimilitudine formæ,cap. Magno,lib.9 car.229

Pontius Aufidianus ſeruum,qui filiam ſuam ſtuprari procurauerat,ipſum,& ipſā occidit.De Pudicitia.cap.Nec,lib 6. c.133

Poliſtratus, & Hippoclides, philoſophi eadē die nati ſunt, & mortui. De Miraculis. c. Hoc loco,lib.1 car.30

Poſthumus Tiburtus filiū, qui non ſuo iuſſu pugnauit,ſecuri percuſſit. De diſciplina milit.cap.Ar moſtia,lib.2 car.45

Poſthumius Cenſor cum Camillo eos, qui cælibes ad ſenium peruenerunt,æra in ęrarium inferre iuſſerunt. De cenſoria nota, cap.Camillus,lib.2 car.51

Porſena Mutium, qui ad eum occidendum penetrauerat remiſit incolumem. De Patientia,cap.Quid enim,lib.3 car.66

Pompilius Lenas legatus ad Antiochū Regem Syriæ mandata ſenatus detulit. Grauiter di.cap.Cn.vero,lib.6 car.143

Porcia M. Catonis filia audita morte Bruti mariti ſui, carbones ardentes hauſit,quia ferri copia nō dabatur. De Amore coniug. cap. Tuos,lib.4 car.99

Pomponius agmen C. Gracchum inſequentium in porta Capena vſq; ad mortem tenuit. De Amicitia,c.In eadem,lib.4.c.102

Populus Romanus Aſiam bello captā Attalo, Regi dono dedit. De liberalitate, cap. Quæri,lib.4 car.105

Pupili ira miles conſulari imperio prælatus eſt. De Ira,cap.Age, lib.9. car.212

Palemon vir pditæ vitæ Xenocratis philoſophi ſcholā intrauit, vbi totā luxuriā exuit. De Varietate caſuū.c. Perditæ,lib 6.c.174

Policrates Samiorum tyrannus omniū fortunæ dono uſus in uertice montis crucifixus eſt. Ibidem,cap.At inuidiam. c.155

Publius Licinius Veſtalem virginem æterni ignis parum diligentem cuſtodem flagro admouit. De Religione,cap. Adijciendum, lib.1 car.3

Publio Volumnio,& Seruio Sulpitio conſulibus bos locutus eſt,& alia viſa prodigia. De prodigijs,cap. Præcipue, lib.1 c.14

Publius Craſſus ſummo ſtudio, & diligentia Latinam didicit linguam. De Studio,c. Iam,P.Craſſus,lib.8 car.184

Publius Clodius inceſti reus, ut abſolueretur,matronas, & pueros iudicibus tribuit. De Luxuria,cap. Publij aut,lib.9. c.205

Publius Seruilius conſularis per forum tranſiens, contra reum quidam dixit teſtimonium, & damnatus eſt. De teſtibus capit. vltim.lib 8 car.182

Publius Clodius Pulcher accuſatus inceſti à tribus Lentulis. unum ex his ſuo teſtis patrocinio. Qui ex amicis, &c. cap. Ciceronis,lib.4 car.89

Publius Melius. concupitæ dominationis reus,capite damnatus eſt. Domus eius area facta Aequimelij traxit vocabulum. De Seueritate,cap. Eadem,lib.6 car.139

Publius. Sempronius Sophus vxorem repudiauit.quòd ſe inſcio,ludos ſpectauit Ibid. cap. Iungendus. car.142

Publius Menius in libertū ſibi admodū gratū animaduertit,q filię ſuę iā puberi oſculū dedit. De Pudicitia,c Quid,P.li.6.c.133

Publius Philus inimicos Hiſpaniam ſecturus ſecum legatos ire coegit. De Fiducia, cap. Bellica,lib.3 car.73

Publius Attilius Philiſcus filiam ſuam ſtuprum paſſam interemit. De Pudicitia,cap. Dicerem,lib.6 car.133

Publius Mucius trib.pl. nouem contribunos uiuos cremari fecit. De Seueritate,cap. Idē ſibi,lib.6 car.140

Publicia, & Lycinia; quia viros necauerunt; à propinquis earū ſtrangulatæ ſunt. De Seueritate, cap. Publicia,lib.6 car.141

Publius Dolabella dubiam quæſtionem ad iudices Areopagitas miſit. Infames,&c.c. vlt.lib.8 car.180

Platoni puerulo in cunis iacenti, apes, mel labris inſeruierunt. De prodigijs,cap. Formicis,lib.1 car.18

Idem aduerſus ſeruum vehementer iratus, uindictam amico commiſit. De animi mo. cap. Nicias,lib.4 car.85

Idem beatum orbem terrarum futurum aiebat,cum ſapiētes regnarent, autem Reges ſapere cœpiſſent. Sapienter dicta,c. Item, Platonis,lib.7 car.160

Idem ſacræ aræ conductores de hoc ſecum deliberantes,ad Euclidem remiſit. Suæ artis,&c cap. Platonis,lib.8 car.194

Idem ipſe ſapientiſſimus, ut ſapientior fieret orbem peragrauit. De Studio, &c Plato,lib.8 car 186.

Pluton ſolus è manibus circumſtantium patrem, ut eum occiderent, eripuit. De Pietate erga patrem,cap. vlt.lib.5 car.123

Praxiteles ſculptor Vulcani vxorem ſculpſit in marmore tātæ pulchritudinis,vt à complexu cuiuſdam tuta nō fuerit. Quam magni effec.c. Cuius coniugem,lib.8 c.193

Prodigia. De Prodigijs,cap. Præcipue,& cap. eiuſdem,lib.1 car.14

Proſerpina theſauri eius ſpoliator Romam tractus,in carcere mortuus eſt. De Neglecta relig cap. Tam me.lib.1 car 7

Prutias Rex Bithyniæ filiū habuit, qui pro ſuperiori ordine dētium, unum os habuit æqualiter extremum. De Miraculis, cap. Quid,lib.1 car.25

Eidem Romā uenienti quæſtor obuiam miſſus eſt,& Romæ conducta domus. De Humanit.cap. Idem Senatus,lib.5 c.107

Priuernates Senatui vrbe reſpondentes impuniti,& ciuitate donati ſunt. Quæ libere dicta,cap.2.lib.2 lib 6 car.135

Ptolemæus Rex Aegypti à fratre pulſus,per ſenatum reſtitutus eſt. De Human.ca. Nec Aegyptus,lib.5 cap.107

Ptolemæus Phiſcon ſororem fratri ſuo nuptam, ſibi nubere compulit. De Luxuria cap. Iam Ptolemæus,lib.9 cap.207

Idem filium, quē ex uxore, eademq; ſorore genuerat,in conſpectu ſuo occidi fecit. De Crudelitate,cap. Iterum,lib.9 c.210

Ptolemęus rex Cypri, cum pecunia periturum ſe videret, ea naui impoſita, vt demergeret,& hoſtem ea priuaret,mergere non ſuſtinuit. De Auaritia,ca. Odio,li.9.c.215

Q

QVintus Fuluius Flaccus, quia tegulas ea Iunonis templo abſtulit, poſt graues pœnas expirauit. De Neglecta religione,c. Quintus autem,lib 1 c.7

Idem fratrem ſenatu mouit. De Diſcip.milit.cap.Q.lib 2 car. 47

Quintus Pleminius theatro Proſerpinæ ſpoliato,Romam tractus,in carcere obijt. De Neg.reg.c. Tam me,lib.1 car.7

Quintus Neuius centurio, dum Capua obſiderent, Velitum vſum inſtituit. De inſtitutis ant.cap. Velitum,lib.2 car.36

Quintus Catulus ſpectantium conſeſſum velorum vmbraculis texit. De Inſt. ant.ca. Religione,lib.2 car.39

Idem, M. Lepido collega ſuo cum ſeditioſis copijs extincto,cum moderato gaudio regreditur, De Iure triumphandi,cap.Q.Catulus,lib.2 car.50

Eundem P. Romanus ad ſydera uſq; uexit. Quæ cuique magni.con.cap. Q etiam Catulum,lib.8 car.201

Eiuſdem prima ætas multi luxus, & delitiarum fuit. De Mutatione morum,cap. Quia ignorat,lib.6 car.152

Idem à Mario mori iuſſus,recenti calce illicito,multoq; igni calefacto cubiculo,incluſus ſe peremit. De morte non vulg.ca. Maioris,lib.9 car.224

Q. Valerius prætor Colatini iudicio triumpho caruit. De iure triumph.c.1.li.2.c.49

Quintus Salinator. De Cenſoria not. cap. Age,lib.2 car.52

Q Metellus repetundarum cauſam dicens, tabellas rationum protulit, quas videre voluerunt non in talibus,ſed in vita eius argumenta ponentes. De Maieſtate,c. Eſt & illa,lib.2 car.59

Idem ab obſidione cuiuſdam urbis diſceſſit, ne filij in conſpectū patris trucidarentur. De Humanit. cap. Quintus,lib.5 c.108

Idem victa Celtib.inter ſe illa uictoria boni an mali reſpectu acceſſerit,inquit, Sapiēter dicta,cap. Quinti quoque,lib.9 c.158

Eiuſdem beneficia à prima uitæ die vſq; ad vltimam

vltimam commemorantur. De felicitate, cap. Videamus, lib. 7 c.156

Idem interrogatus ab amico de quodam re occulta, inquit, deſine, nam ſi conſilij mei interiorem tunicam conſciam ſenſero, ſtatim eam cremabo. De Stratagematis, cap. memorabilis, lib. 7 c.168

Q. Cæpio claris functus honoribus, in publicis vinculis depoſuit ſpiritum. De Varietate caſuum, cap. Craſſum, lib. 6 car.153

Quintus Cotius à duobus Celtiberorum fortiſſimis prouocatus ſingulari certamine vicit. De Fort. ca. Quorum virtuti, li. 3. c. 62

Quinto Fab. filio Q. Fabij Maximi Allobrogi bonis interdictū eſt. Qui à parēt. &c. cap Age, lib. 3 car.70

Quintus Aelius Tubero à Comitijs prætorijs repulſus, quia trieliniū deformiter ſtrauit. De repulſis, ca. Quintus, lib. 7 c.169

Quintus Hortenſius nepotem habuit infamiſſimum. Qui à parent. &c. degenera. ca. Iam, lib. 3 cart.78

Idem filiū propter eius nequitiam inuiſum habebat, tñ eū heredē inſtituit. De Parētū adoe. ſnſce. li. mo. c. Quoti nūt, lib. 5. c.130

Idem non minus in decoro corporis motu, quàm in eloquentia poſuit. Quantum ſit momentum, cap Quotus, lib. 8 c.191

Quintus Antiſtius vxorē repudiauit, q occulte loquentē cū quadā libertina viderat. De Seueritate, ca. Nec aliter, lib. 6 c.141

Idem aſcripta ſibi in quodam falſo teſtamento recepit. De Auaritia, cap. cum admodum, lib. 9 car.214

Quintus Fabius Maximus pecuniam pro captiuis Hannibali ſoluit, & fraudatus ca publice tacuit. Magiſtrum equitū ſibi dictatori quamū pariente tulit. De Conſtantia, cap. Atque, & cap ſequenti, lib. 3 c.77

Idem, quia P. Craſſo errans aliquid occulrū narrauit, à conſulibus obiurgatus eſt. De Iuſtit. cap. Maiores, lib. 2 car.31

Quintus Fabius Seruilianus pœnas à filio dubiæ caſtitatis exegit. De Pudicitia, cap. Quintus vero, lib. 6 car.133

Quintus Fab. Labeo inter Neapolitanos, & Nolanos fines diremit. Vafre dicta, ca. Q. Fabius, lib. 7 c.163

Quintus Scæuola augur Marium Hoſtem iudicare noluit, Sylla iubente, & exitiū ſibi truculentius minitante. De Conſtantia, c. Ceterum, lib. 3 car.78

Idem quæſtiones de iure prætorito conſulebantur ad Futiū, & Caſcliū cōſulentes mittebat. Suæſquenq; artis, &c ca. 1. li 8. c. 194

Idem, cum teſtimonium dixiſſe valde eum, contra quem diaerat, læſurum, adiecit, Ita ſibi credi debere, ſi alij idem aſſererēt, quia vnius teſtimonio credere peſſimi exempli eſt. De animi moderatione, cap. Quòd animi, lib. 4 cart.83

Quintus Cæcilius Metellus conſulatus repulſam paſſus, poſt modum de Pſeudo Philippo duxit triumphum. De Repulſis, cap. Quintum autem, lib. 7 c.170

Quintus Varius trib. pl. legem peſtiferam tulit, in quã ipſe idem incidit. Qui quę in ali. &c. cap. vlt. lib. 8 cat.103

Quintus Cincinnatus conſulatus honorem continuari ſibi paſſus non eſt, quia contra ius De Animi moderatio, c. Age, li. 4. c. 81

Idem quatuor iugera agri poſſidenti dictatura delata eſt. De Paupertate, cap. Atque, lib. 4 cat.95

Quintus Caſſius occidendi ſui gratia cū pugionibus deprehēſos, recepta pecunia, dimiſit. De Auaritia, c. Verū aliquãto, li. 9. c. 214

Quintus Pomp. ad exercitum Cn. Pompei miſſus, à militibus trūcatus eſt. De ſeditione, cap. Quiritum, lib. 9 car.218

Quintus Fabius Gurges, Numerius, Pictor, & Vgolinus Legati ad Ptolemæum munera priuatim ab eo accepta, in ærarium poſuerunt. De Abſtinentia, cap. Atque, huic, lib. 4 c.95

Quinto Tuberoni conſuli Aetholorū legati vaſa argentea cum obtuliſſent, cum eis abire iuſſi ſunt. Ibidem, ca. Curij. c.91

Quintus Pappus puellam, & ſalinū habuit, De Paupertate, cap. In C, lib. 4 c.94

Quintus Conſidius Rep. propter ſeditionem Catilinæ conſternata, cū ingētem ſummã haberet in fœnore, nil exegit. De Liberalitate, cap. In Quinto, lib. 4 car.104

Quinti Claudij ſtatua in tēplo matris deū poſita, templo bis exuſto, manſit intacta. De miraculis, cap. Iam quidem lib. 1. c.15

Quintus Criſpinus Badium contra hoſtem ſuum nunc ſecum pugnare volentem tracteit. De Humanitate, cap. Quid de Quinto. lib. 3 car.107

Quintus Mar. Rex filium vnicum ſummæ pietatis, & magnæ ſpei amiſit, & patiēter tulit. De Parētū mo. c. Quintus, li 5 c.130

Quintus Flac. apud populum reus, cum 14. tribuum ſuffragijs dānatus eſſet, accuſantis odio abſolutus eſt. Infames, &c. cap. Quintus, lib 8 car.177

R

REx quidnam ſubtilis iudicij, oblatum ſibi diadema, antequam capiti imponeret, verba valde notanda protulit. Sapientes dicta, c. Rex etiam. lib. 7. c. 160

Reginæ Cypriorum currus aſcenſuræ, corporibus mulierū gradibus vtebantur, quo melius pedes ponerent. De Luxuria, cap. Sed tamen, lib. 9 car.207

Romulus, & Remus Lupercalium morem inſtituerunt. De inſtitutis ant. cap. Equeſtris, lib. 2 car.39

Idem, ab Acron rẽ Cenninenſium rege prouocatus, eum occidit, & ſpolia Ioui Feretrio retulit. De Fort. cap. Redeo, lib. 3. c.58

Idem à Senatu in curia apud paludē Capreæ laceratus eſt. De Ingrat. ca. 1. lib. 5 c.114

Rutilius conſul ex ludo C. Aurelij Scauri vitanti, & inferendi eius rõnem inuenit. De Inſtitutis antiquis, cap. Armorū, lib. 2. c. 36

Idem Q. Fabium generum ſuum, quia negligentia aciem amiſerat, prouincia iuſſit excedere. De Diſciplina mil. c. Eius, li. 2. c. 44

Idem in Sicilia opera Publicanis dedit, Siculis leges dedit, eos à fugitiuorum bello liberauit. De Sublimitate, &c. c. At, lib 6. c.152

Idem Publicanorum conſpiratione perculſus, in Aſiam abijt in exilium, cui Aſię ciuitates legatos miſerunt obuiam. De Modeſtate, c. Quid damnatione, lib. 2 c.55

Idem amico dicenti ſibi. Quid mihi tua amicitia opus, ſi quod rogo non facis. Reſpondit. Quid mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſte facturus ſum. Grauiter, cap. P. autem, li. 6 car.143

Romani omnes ſecundo punico bello ærario exhauſto, mirabiliter contulerunt. De Pietate erga patriam, cap. Age, li. 5. c 126

Idem vrbe à Gallis, panem de Capitolio proiecerunt. De Stratagematis, cap. Illud quoque, li. 7 car.168

Roſcius hiſtrio nullum ſpectanti populo geſtum fecit, niſi quem domi penitus meditatus erat. De Studio, ca. Nec Roſcius, li. 8. c. 184

Idem Hortenſio cauſas agente aſtitiſſe, vt ſorte peritos geſtus referret in ſcenā. Quantū ſit momentum, cap. Quintus autem Hortenſius, lib. 8 cart.191

Romanæ matronę legem Opiam de ornatu mulierum tolli procurauerunt, De Luxuria cap. Vrbi, lib. 9 car.204

Romanus populus. De Seditione per totum titulum, lib. 9 car.217

S

SAmij Prienenſibus auxilium implorantibus, Sybillã eis deriſus gratia miſerunt. De Omnibus, cap. Adijci, lib. 1. c.13

Saturninus Vetulio proſcriptum ſe audiens abſumptis prætorijs inſignibus in Siciliā euaſit. De Vafre dicta, cap. Aliquanto, lib. 7 car.164

Samnites, quia conſilium Herennij Pontificis ſpreuerunt, ſub iugū miſſi ſunt. Sapientes dicta, cap. Ne Samnites, li. 7 car.162

Saguntini cum vim Hannibalis ſuſtinere nō poſſent, incendio cū charis omnibus, conſumpti ſunt. De Fide publica, cap. Poſt duorum, lib. 6 c.148

Seruius Tullus dormienti flamma circa caput eius micuit, imperium ſibi enuncians. De Prodigijs, cap 1 c.14

Seruio Sulpitio, & P. Volumnio, conſul. bos locutus eſt, & alia prodigia viſa, Ibidē, ca Præcipue. car.14

Sextus Pompeius cum operis auctore interfuit funeri mulieris veneno pereuntis. De Inſtitutis antiq cap. Duæ etiam, lib. 2. c. 42

Sergius Orata penſilia balnea, & alia luxuriæ inſtrumenta inſtituit. De Luxuria. cap. Caius Sergius, lib9 c 203

Sergius Galba octo mil. iuuentutis triū ciuitatū Luſitanię partim vendidit, partim occidit. De Perfidia, c. Sergius, lib. 9 c:216

Idem contra Cæſarem venditionem bonorum Pompei caprobando. Quę libere dicta, cap. Iam Seruij Galbæ, lib. 6 c.138

Idem à Libonio trib. pl. accuſatus, cum iam pro ſe nihil recuſaret, liberos ſuos paruulos flens commendare cœpit quo facto mitigata concione, pœnã indulſit. De iudicijs, cap. Cum à Libone, lib. 8 car.169

Semiramis Regina Babyloniam perditã recuperauit. De Ira, cap. vlt. lib. 9 c.154

Sēpronio Scipionis Aemiliani vaor, vt quendam, qui Tyberij fratris ſui dicebat filium agnoſcere compelli nō potuit. De conſtantia, cap. Quid fœminæ, li, 3 car.78

Septem Sapientes auream menſam, à piſcatoribus captum Apollini tradiderunt. De Animi mod. cap Huius viri, lib 4 car.86

Sextus Liuius Salinator cum Tyberio Nerone conſul, ex inimico amicus eſt factus. Qui ex inimicis, cap. Sexti, lib. 4 c.87

Sextus Tarquinius Gabios dolo cœpit. De Stratagematis, cap. At ne, li. 7 c.169

Sextus Terētius pro Decio Bruto occiſoribus ſe obiecit, ſed cognitus euaſit. De Amicitia, cap. Iungendus, lib. 4 c.102

Sextilius. G. quendam Cæſarem, qui eum à grauiſſimo defenderat crimine, inimico iugulandum tradidit. De Ingratitudine, ca. Quo enim, lib. 5 car.116

Sextus Titius innocens, quia Saturnini imaginem domi habuit, damnatus eſt. Infames, &c ca. Sextum, lib. 7 ca.179

Scipio Naſica cōſule Corſica reuocatus eſt, quia comitia conſulatus non rite facta fuerunt. De Relig. cap. Laudabile, lib. 1 c.3

Idem apparatum ſcæniicorum ſub haſta vendi fecit, & ne ſedentes ludos aſpiciant. De Inſtitutis antiq c. Vellitum, lib. 2 c.36

Idem Tyberium Gracchum trucidauit, nec triumphum duxit. De iure triumphandi, cap.

cap. Quinetiam, lib. 2 — car. 50
Idem adilitatem petens, repulſam paſſus eſt, quia ab viro petijt, ſi manibus ambularet. De Repulſis, ca. Publius aũt, lib. 7 — c. 169
Idem Tyberium Gracchum quædam con tra Remp. molicorẽ obtruncauit. De Fortitudine, cap. Togæ, lib. 3 — car 60
Idem Apollinis monitu à Peſſinunte accer ſitam deam manibus & penatibus recepit. Quæ cuiq; magni, cap. Verum, lib. 8. c. 200
Idem plebe propter annonam obſtrepente, dixit: Tacete Quirites, plus enim ego, quã vos quid reip. expediat, intelligo. De Fiducia, cap In quamcunque lib. 3 — car. 73
Idem ſub titulo legationis Pergamum ſeceſſit, & ibi uiuendi finem fecit. De Ingratitudine, c. Quis ignorat, lib. 5 — c. 116
Si non ides nauigaturus, cũ nauem ad littus appuliſſet, mortui corpus inhumati ſepeliit a quo admonitus, ne ſequenti die nauigaret, quod fecit, qui inde nauem ſoluerunt, abſorti ſunt. De Somnijs, ca. Longe, li. 1. c. 21
Eidem cœnanti nunciatum eſt, duos iuuenes eum petere. egreſſus, neminem reperit, & domus corruit. De Miraculis, cap. Aeque, lib. 1 — car. 28
Eidem octuaginta annos docuiſſe carmina, & in eorum certamina deſcẽdiſſe ſe gloriatur. De Studio, cap Simonides, li. 8. c. 188
Sciphio Aphricanus ſuperior, victa Carthagine transfugas Romanos crucifixit, Latinos ſecuri percuſſit. De Diſciplina militari, cap. Nihil, lib. 2 — car. 47
Eidem ob receideratas Hiſpanias triumphus decretus non eſt. De Iure triumphan. cap. Quinetiam, lib. 2 — car 50
Eidem Antiochus Rex filium captum remiſit. De Maieſtate, cap. Sed quid mirum, lib. 2 — car. 54
Ad Aphricanum eundem in Literniną villa duces latronũ venerunt, & vt deum venerati ſunt, Ibidem. — car. 54
Eidem conſulatus certior legitimo tempore datus eſt. Quæ cuiq; magnifica cont. ca. 2. lib. 8 — car. 199
Idem apud Siciliam aliquando Gymnaſio dedit operam, pallioque, & crepidis vſus eſt. Qui ea illuſtr. cap. 1. lib. 3 — car. 71
Idem in Hiſpaniam quartum & vigeſimum agens annum, nullo illuc ire audente, miſſus eſt cum imperio, vbi ciuitatem aadiũ obſideret, adeuntibus tribunal ſuũ, ſtatuit, vt craſtina die in æde, quę intra vrbẽ erat, adeſſent, quia eis ius d ceret, quod factũ eſt. De Fiducia, cap. . lib. 3 — car. 72
Idem tracto in Aphricam exercitu ſpeculatores Hannibalis admiſit in caſtra, & cuncta videre paſſus eſt, nec quidquam de viribus Hannibalis, aut conſilijs percunctatus eſt. De Fiducia, c. eodem, lib 3 — car. 72
Idem, cum à L. Scipione fratre ſuo, cuius ipſe in Aſia legatus fuerat, certæ pecuniç ratio quæreretur, prolatusq; liber eſſet expẽſarum, indignatus de ea re dubitari, quæ ſub ipſo legato adminiſtrata eſſet, abſceſſit. Ibidem. — car 73
Idem cum dies dicta eſſet ad populum, conſcendit roſtra, & corona triumphali capiti impoſita, ſequentes ſenatu, equeſtri ordine, & vniuerſa plebe per exit in Capitolium, Ibidem. — car. 73
Eidem uoluerunt maiores ſtatuas ponere in Comicio, in Roſtris, in curia, in ipſa Iouis maximi eccleſia, multaq. ſublimia, ſed ipſe paſſus non eſt. De Animi moder. cap. Non deſine, lib. 4 — car. 82
Idem cum T. Graccho diſcidens, amicus factus, cui & filiã ſuam Corneliã dedit vxorem Qui ea inimicis, ca. Clarum, li. 4 c. 87
Idem capta Carthagine, virginem eximiæ formæ, illuſtri progenie ortam, oblatam ſibi, parentibus, & ſponſo eius intactam reſtituit. De Abſtinentia, cap. Quartum, li. 4. car. 89
Idem Ennij poetæ effigiem in monumentis gentis Corneliæ locari uoluit, quod ingenio ſuo opera eius illuſtrata putaret. De Cupiditate gloriæ, c. Superior, lib. 8 — car. 157
Idem expugnata Carthagine, literas per ciuitates miſit, ut ornamenta templorum ſuorum à Pœnis rapta depoſceret. De Humanitate, cap. Aphricani, lib. 5 — car. 107
Idem patrem ſuũ cum Hannibale apud Ticinum flu. pugnantem, & ſaucium ſeruauit. De Pietate erga par. c. Eadem, lib. 5. c. 120
Idem Senatum orauit, ut prouinciam fratri ſuo reſtitueret, ſeq; ei legatum iturum promiſit. De Pietate erga fratres, cap. Atque hæc, lib 5 — car. 123
Idem poſt Cannenſem cladẽ reliquias exercitus Italiam deſerere diſtracto gladio tribuni. De Pietate erga patriam, cap. Non eſt extinctus, lib. 5 — car. 126
Idem nauem nobilium Carthaginienſium onuſtam, & à ſe deductã, dimiſit quia dixerunt ſe legatos ad ſe miſſos. De Fide pub. c. Huius exemplum, lib. 6 — car 148
Idem ab ingrata patria exulans, ignobilis vici accola vitam finiuit. De Ingratitudine, cap. Prior, lib 5 — car. 115
Idem Turpe eſſe dicebat in re militari dicere. Non putabam. Item negabat aliter cũ hoſte confligere debere, quàm aut ſi occaſio aduenſſet, aut neceſſitas. Sapienter dicta, cap. Scipio, lib. 7 — car 158
Idem ex Sicilia traiecturus in Aphricam, iuuenum trecentorum equos ſumpſit, & arma, quæ Romanis fortibus viris tradidit, illos autem inexpertos dimiſit. Vaſte dicta, cap. Scipio, lib. 7 — car. 163
Idem cum duabus quinque remibus ad Siphacem ex Hiſpania traiecit in Aphricam De Temeritate, cap. 2. lib 6 — car. 218
Scipio eiuſdem Aphricani filius ab Antiocho Rege captus, patri redditus fuit. De Maieſtate, cap. Sed quid mirum, lib 2 c 54
Idem præturam turpiter adeptus, a nopinquis ſedere, & ius reddere vetitus eſt, annulomq; ne, in quo patris effigies ſculpta erat, detraxerunt. Qui à parent. cla. deg cap. Quid enim, lib. 7 — car. 70
Scipio Metellus capta naue, in qua vehebatur, gladio ſe transfixit. De Fortitudine, ca. Eodem, lib. 3 — car. 58
Scipio Aſiaticus Antiochum Regem vicit, & Aſiam imperio P. R. ſubiecit, peculatus tamen reus factus, in carcerem ductus eſt. De Ingratitudine, cap. Talis, lib. 5 — c. 115
Scipio Aphricanus poſterior auctor fuit, ut in ludis matris Deum Senatus à populo diuerſis locis ſederent, quæ res fauorẽ ei abſtulit vulgi. De Inſtitutis antiqu. cap. Per quingentos, lib. 1 — car. 36
Idem conſul in Hiſpaniam miſſus, Numantiam cœpit, exuſſit, & ſolo æquauit. De Diſciplina milit. cap. 2. lib. 2 — car. 44
Idem Punico euerſo Imperio exterarum gentium transfugas in ædendis ſpectaculis feris obiecit. Ibidem, cap. Nã poſterior. c. 48
Idem a Lucio cõſule ex Hiſpania miſſus in Aphricam, Maſiniſſa & Carthaginienſes de pace tanquam imperatorem habuerũt. De Maieſtate, cap. Nec filij, lib. 2 — c 54
Idem, cũ validã vrbem obſideret, quibuſdam ſuadentibus, vt quędam facere reſpondit: Non eſſe eiuſdem aliquos, & capere, & timere. De Fiducia, cap. Aurei, lib. 3 — c. 73
Idem hoſtem ſingulari certamine prouocantem interemit. De Fortitu. cap. Eodem, lib. 3 — car. 58
Idem & Lælius ocio dediti, nonnunquam Caietæ, & Laurẽti littoribus cõculcas, & calculos lectitarunt. De Ocio, c. 2 lib. 8 — c. 189
Idem Tyb. Gracchum iure cæſum cuidam interroganti reſpondit orto inde murmure, Taceant, inquit, quibus Italia nouerca eſt non ſolutus uereor quos ligatos adduxi. Quę liber dicta, cap. Quid Phil. li. 6. c. 135
Eidem populus conſulatus dedit, prouincias Aphricam, & Hiſpaniam ſine ſorte conceſſit. Quę cuiq; ma ca. Tradunt, lib. 8. c. 200
Idem Cottam apud populum accuſauit, & nocens abſolutus eſt, ne accuſatoris potentia reus abeſſe videretur. De Iudicijs, cap. Sed quemadmodum lib. 8 — car. 179
Idem Cenſor factus, dixit; Se omnia ſtic facturũ, ſi daretur ſibi collega, vel non daret. Grauiter dicte, cap. Nihilo, lib. 6 — c. 142
Idem, cum inter patres contentio eſſet de altero duorum in Hiſpania cõtra Viriatum mittendo, cunctis eius ſententiam expectantibus, dixit, Neuter mihi placet, quia vnus nihil habet, alter nihil ſatis eſt, Ibidem, cap. Idem. — car. 145
Idem duabus vrbibus Numantia, & Carthagine euerſis, ocioſiorem domi inuenit, mortis punitorem in foro non reperit. De Ingratitudine. cap. Nihilo, lib 5 — car. 115
Scithæ Dario fines eorum ingreſſo interroganti, quem finem fugæ, aut pugnæ initiũ facturi eſſent. Reſponderunt: Cum ad parentum ſepulchra veniſſent, ſcituros qua liter prœliari ſolerent. De Pietate erga parentes, cap. Sicut, lib. 5 — car. 122
Siculus quidam dicenti prætori, ſe admirari cur ſibi ſimilis eſſet, cum pater ſuus nunquã in Sicilia fuerit. Reſpondit, Sed meus Romæ fuit. De Simil. for. c. Ille, li. 9. c. 230
Syphax Numidiæ Rex captiuus, apud Tyburi mortuus, de publico ſepultus eſt. De Humanitate, c. Illud quoque, lib. 5 — c 106
De eodem De Varietate caſuum, cap. Sequitur, lib 6 — car. 156
Scæua (vel Sexuola) Cæſaris miles Britannico bello pro caſtello mirabilem edidit pugnam. De Fortitudine, cap. Claſſicam vero, lib 3 — car 62
Senatus poſt Cãnenſem cladem vltra xxx. diem luctum extendi vetuit Matronæ candida vti veſte, & aris thura dare coactę. De Religione, cap. Sed, lib. 1 — car. 6
Idem, cum aduerſus Hannibalem Claudium Neronem, & Liuium Salinatorem conſules mitteret acerrime diſſidentes omnes in gratiam reduxit. Sapienter dicta, ca. Cum aduerſus, lib. 7 — car. 158
Idem, cum Ptolemæus Rex Aegypti ſe filio ſuo tutorem reliquiſſet. M. Aemilium Lepidum virum iure, eximmſi ad tutelam pueri Alexandriam miſit. De Fide publica, ca. Cum Ptolemæus, lib. 6 — car. 147
Idem, tegulas marmoreas, quas Fuluius Flaccus ex templo Iunonis Laciniæ tulerat, reportari curauit. De Neglecta religione, ca. Quintus autem, lib. 1 — car. 7
Idem certo loco, qui Senaculum dicebatur, cõueniebat, vt inde citius veniret in curiã. De Inſtitutis antiqu cap. Sed vi, li. 2. c. 34
Idem Ca rh. … ne precio reddidit, Siphacem, & … m Regis funere pub. extulit, Muſicam, Maſiniſſæ filio, Prulæ Bythi

ſtæ

niæ Regi impendia fecit, Ptolemæo Regi Aegypti à minore fratre pulſo opem tulit. De Humanitate, cap. 2. cum pluribus ſequentibus, lib. 5 car. 107
Idem duabus mulieribus Capuanis urbe capta, libertatem, & bona reſtituit. De Gratis, cap. Atque, lib. 5 car. 111
Idem, cũ Tymochares Ambrachienſis promiſiſſet Fabricio ſe Pyrrhũ ueneno necaturũ, ſcripſit ei, vt aduerſus tales inſidias ſe cautius ageret. De Iuſtitia. cap. Tymochares, lib. 6 car. 145
Socrates ex Phænare, matre obſtetrice, & marmorario patre editus, ad tam clariſſimum gloriæ lumẽ acceſſit. De his, qui humili loco nati, cap. Sed vt, lib. 3 car. 69
Idem, cum tota ciuitas Athenienſium triſtem ſententiã tuliſſet de quibuſdam, nullis terroribus induci potuit, ut conſentiret. de Conſtantia, cap. Socratis, lib. 4 c. 79
Idem, cum Athenis cauſam diceret, & Lyſias ei quendam orationem ſupplicem attuliſſet, Aufer, inquit, iſtam. Nã ſi adduci poſſim, vt eam in ultimam Scythiæ regionem peroratem, iterum me ipſum morte mulctandum concederem. Grauiter dicta, cap. Socrates, lib. 6 car. 144
Idem nil à Dijs immortalibus petendũ eſſe dicebat, niſi ut bona tribuerent, Sapienter dicta, cap. Socrates, lib. 7 car. 159
Idem ętatis iam prouectę, fidibus dedit operam, ſatius iudicans eius artis uſum ſero, quàm nunquam, diſcere. De Studio. c. Socratem, lib. 8 car. 187
Idem, cum filiolis interpoſita arundine cruribus luſit. & ſi ab Alcibiade riſus eſt. De Ocio, cap. Idque, lib. 8 car. 189
Solon multum de patria ſua meritus, ſenectutem exul Cypri egit. De Ingratitudine, cap. Iam Solon, lib. 5 car. 118
Idem neminem, dum uiueret, beatum dici debere putabat. Sapiẽter dicta, c. Age. li. 7. c. 160
Idem fato proximus, audiens aſtantes colloqui erexit caput & interrogatus quare hoc feciſſet Reſpondit. Vt cum id quod li ... dediceri, moriar. De Studio, cap. Nã Solon. lib. 8 car. 188
Sophocles ætate ſenior, interrogatus, An ueneris uteretur, inquit, Dij meliora, libenter enim iſtinc, tanquam ex aliqua furioſa profugi dominatione, De Abſtinentia, c. Sophocles, lib. 4 car. 93
Idem gaudio mortuus eſt. De Morte non vulgari, cap. Sophocles, lib. 9 car. 226
Spurius Caruilius primus uxorem ſterilitatis cauſa repudiauit. De Inſtitutis ant. cap. Repudium, lib. 2 car. 31
Spurina, cũ mulrarum matronarũ ſollicitaret oculos, oris decorẽ uulneribus cõfodit. De Verecundia, c. Quo ſequitur, li. 4 c. 98
Spurina aliter aruſpex Cæſari prædixerat, vt proximos xxx. dies caueret, quorũ ultimus Idus Martij erat, quo die, cũ Cæſar illi diceret. An neſcis Idus Martias ueniſſe, & ille. An ſcis illas tibi nondũ præteriiſſe. Quã magni effectus artis, c. Spurinę, li. 8. c. 192
Spartanus quidã magiſtratus repulſam paſſus gaudere ſe dixit, ꝙ patria ſua aliquos ſe meliores habe[ret]. grauiter dicta, c. vl. li. 6. c. 144
Speuſippus Tegetes amicis ortantibus, ut quẽ in adminiſtratione reip. habebat ęmulũ virũ, alioqui bonũ, ſubmoueret, negauit ſe factũ, cũ ne quẽ locũ bonus tenebat, malus occuparet. De ... mod. c. Nũ minoris, li. 4. c. 86
Spurius Caſſius ſuſpicione concupitę donationis occiſus eſt, & domus ſuæ ruina oppreſſus. De Seu. c. Par idignatio, li. 6. c. 139
Sulpitio ſacrificanti apex elapſus è capite abſtulit ſacerdotium. De Religione, cap. Ad Sulpitio, lib. 1 car. 3
Sulpitius Gallus vxorem, quòd foris aperto capite uerſam cognouerat, repudiauit. De Seueritate, cap. Horridum, lib. 9 c. 141
Sulpitio Betico, & Licinio Stolone conſul. ludi inſtituti ſunt. De Inſtitutis antiq. cap. Per, lib. 2 car. 36
Sulpitia Quinti Fuluij Flacci uxor matronarum Romanorum iudicio ceteris caſtitate prælata eſt. Quæ cuique magn. con. cap. Merito, lib. 8 car. 202
Sulpitia uxor Lentuli Cruſtellionis matre uetante, clam uirum proſcriptũ in Siciliã ſecuta eſt. De Fide uxo. c. vlt. lib. 6 c. 149
Scæuola pila luſiſſe traditur, alea etiã, & calculis aliquando uacaſſe. De Ocio, cap. Scæuola, lib. 8 car. 189
Idem Aſiam prouinciam tam iuſte rexit, vt ſenatus magiſtratibus illuc ituris, illum in exemplum adduceret. Quæ cuiq; magn. cont. Ac ne, lib. 8 car. 201

T

Thales Philoſophus interrogatus, An facta hominũ, deos fallerent, inquit. Nec cogitata. Sapienter dicta, c. Magnifice. lib. 7 car. 161
Tarquinius Priſcus, M. Tulliũ Virum uirum inſutum culeo, in mari abijci iuſſit, quia librum ſacrorum ciuiliſi, quem in cuſtodia habebat, corruptũ ſcribendum tradidit. de Religione. cap. Tarq. lib. 1 car. 6
Tarquinij Superbo Veientibus, & Hetruſcis cũ Valerio Publicola R. conſule pugnantibus, tantus horror repente inceſſit, ut lictores fugerẽt. De Mirac. c. Val. lib. 1. c. 55
Thamyris Regina Scytharũ caput Cyri abſciſſum in utrem ſanguine humano plenũ abijci iuſſit. De Vltione, c. clare, li. 9. c. 202
Tarpeiam Virginem, Tacius Sabinorũ Rex induxit munere, ut in arcem cui pater eius Tarpeius, præerat, eum induceret. De Perfidia, cap. Romulo, li. 9 car. 216
Teogenes Numantinorũ dux, deſperatis rebus ſuis, incenſa urbe eſt ciuibus ſe flãmis iniecit. De Fortit. cap. Ac, lib. 3 car. 65
Terentius Varro apud Cãnas infeliciter dimicauit. De Neglecta relig. cap. 1. li. 1. c. 6
Terentius Culeo, qui à Carthaginienſibus captus à Scipione recuperatus fuerat, eum triumphantem cum pileo ſecutus eſt. De Gratis, cap. Tam hercle, lib. 5 car. 112
Theſeus poſt multa beneficia Athenienſibus præſtita, actus in exiliũ, Schiron in ſiluam tumulum habuit. De Ingratitudine, cap. Deſtrahe, lib. 5 car. 118
Themiſtocles, cum patriam ſuam principem Gręcię reddidiſſet, eandem eũ Xerxis Regis opem petere cõpulit. Ibidem, ca. Themiſtocles, lib. 5 car. 119
Theramenes à xxx. tyrannis Athenis uenenum coactus, ſumere incunctanter hauſit. De Fortitudine, cap. Ac ne, lib. 3 car. 65
Teſtamenta quędã iure facta reſciſſa ſunt, quędam, quæ reſcindi poterant, rata manſerunt, quędã contra opinionẽ hoĩm heredes habuerunt. De Teſtamẽti, quæ reſciſſa ſunt, cũ duob. tulis ſequẽtibus, li. 7. c. 174
Tertia Aemilia Aphricani prioris uxor, ſciẽs unam ex ancillis uiro gratiã, diſſimulauit, & poſt mortem uiri eam maritauit. De Fide uxorum, cap. Atque vt, lib. 6 c. 149
Terentia Ciceronis uxor centũ & tribus uixit annis. De Senec. c. Mulierib., li. 8. c. 19
Theopompus hiſtoricus poſteritati tradidit memoriã illius, qui templũ Dianæ Epheſię incendere uoluit, ut fama eius ex hoc per orbem diuulgaretur. De Cupiditate gloriæ, cap vlt. lib. 8 car. 199
Theodorus Cirenęus Liſimacho ſibi crucem minitãti, inquit Mea nihil humi, an ſublime putreſcã. Quæ libere dictã, c. vlt. li. 6. c. 138
Themiſtocles, ut ab oppugnatione patriæ ſuę, quæ cum exulare coegerat, abſtineret, hauſto tauri ſãguine, uita exceſſit. De Pietate erga patriam, ca. Themiſt. lib. 5. c. 126
Idem tam triſtem egit adoleſcentiam, quòd abdicari à patre meruit, & matrem ſuſpẽdio mori coegit. De Varietate caſuum, ca. Piget lib. 6 car. 154
Idem interrogatus à quodam, Cui potius filiam tradere, pauperi, ſed ornato, an diuiti parum probato Reſpondit, Malo virum, qui pecunię, qui pecunia, quæ egeat, uiro. Sapienter dicta, cap. Ac ne lib. 7 c. 161
Idem omnium ciuium ſuorum nomina in memoria tenuit, & breuis moræ ſpacio grææ linguæ cõmercium habuit. De Studio, cap. Quali porrò, lib. 8 car. 187
Idem plerunq; noctes ducens, in publico uerſabatur, interrogatus qd hoc eſſet, dicebat Quia me trophea Miltiadis excitauit. De Cupiditate gloriæ, c. Sed melius, li. 8. c. 198
Tyberius Gracchus ... augures, quòd in Comitijs ... ſe factis erratũ fuerat, ob quę conſules, qui tam in prouincias ierãt reuocati ſunt. De Religione, ca. Laudabile, lib. 1 car. 3
Idem Flaui hoſpitis ſui inſidijs in locum tractus eſt, ubi à Magone Pœnorũ duce occiſus eſt. De Prodigijs, cap. Minus. lib. 1 c. 15
Idem C. Claudio ... tractus, abſque colega abſ... noluit. De Iuſtitia, cap Cũ Tyberius, lib. 6 car. 145
Tyberius alter interẽpto ſenatu, cuncta per plebem agi debere minitãs, à Scipione Naſica deremptus eſt. De Fortitudine, ca. Togæ quoque, lib. 3 car. 61
Tyberius Imperator à Ticino in Germaniã ad fratrem Druſum languentem cum magno labore, & periculo feſtinus acceſſit. de Pietate erga frẽs, c. Hoc exẽplo, li. 5. c. 124
Titinenius Centurio explorator miſſus à Caſſio, & rediens eſt ipſum extinctũ comperiſſet confeſtim ſe occidit, & ſuper illũ examinem ſe occidit. Quantum ualet error, cap Titinij, lib 9 car. 220
Tygranes Rex Armeniæ filium habuit Tygranem, vel Satraſtrum, qui cõtra eum cõſpirauit, bellumque geſſit. Dicta improba cap. quanquam, lib 9 car. 223
Titus Aufidius Aſiatici publicani particulam tenuit, poſtmodum totam Aſiam pro conſulari imperio adminiſtrauit. De Sublimitate à ſtatu humili, cap. lib 6 c. 152
Titus Veturius, Plotiũ, qui uerberibus affecerat, eũ accuſauit, Senatus Plotiũ cõiecit in carcerẽ. De Pudicitia, c. Titius, lib. 6. c. 134
Tyberij, & C. Gracchorũ corpora inhumata iacuerunt. De Seuer. c. Vigint, li. 6. c. 139
Tullius Cicero ſumma Romanæ eloquentiæ glorioſiſſimus literarum compoſitor, fons abundantiſſimus. De Inſtitutis anti. cap. Quapropter, lib. 2 car. 33
Idem ... urbe pulſus per ſomnium uidit. Mario indicante, reditum ſuum. De Somnijs, cap. Ac ne illud quidem, lib. 1 car. 19
Eidem proſcripto apud Caietam egenti, M. Pompilius Lenas caput abſcidit, & in urbẽ portauit. De Ingrat. c. Sed ut, li. 5. c. 117
Idem orationẽ pro Gallo habuit contra M. Callidũ accuſatorem. Quantũ ſit momẽti in pronunc. &c. ca. Nam M. Cic. lib. 8. c. 193

Eiuſdem

Eiuſdem teſtimoniũ reprobatum fuit. De Teſtibus, cap. Quid M. Cicero, lib. 8 c. 182

Turulius lucrum Æſculapij violauit, & in ipſo occiſus eſt. De Neglecta religio, cap. Nec mirum, lib 1 car. 7

Tuſculani Camillo ad delendam eorum ciuitatem miſſo, cuncti togati venerunt obuiam, afferentes exercitui neceſſaria. Vafre dicta, c. Tuſculanis, lib. 7 car. 186

Idem ciuitate donati R. de Põpilia tribu ſe vẽdicauerũt. De Vltione, c. Tr. pl. li. 9. c. 221

Turia vxor Q Lucretij, virum ſuum proſcriptum à triumuiris ſeruauit. De uide vxorum, cap. penult. lib. 6 car. 149

Tullus Volſcorũ dux ſuos ad pacẽ cum Romanis promorea, aſtute cõcitauit ad bellũ. Vafre dicta, c. At Volſcorum, li. 7 c. 167

Tullus Hoſtilius cum fidenatibus pugnans, aſtutia ſua exercitũ ſuũ territũ alacrẽ reddidit. De Stratagemate, c. Olbus, lib. 7 c. 167

Tucia virgo Teſtalis cribro hauſit aquã. Infames, &c cap. Eodem, lib. 8 car. 177

Tullia carpentum ſuper corpus occiſi patris agi iuſſit. Dicta improba, cap. Nunc quatenus, lib. 9 car. 221

Tullus Toſtilius fulmine ictus, cum tota domo conflagrauit. De morte non vulg. cap. Tullus, lib. 9 car. 224

Thraſibullus liberare cupiens patriam à tyrannica ſeruitute, egregio facto elegãtius verbum adiecit. De pietate erga patriam, cap. Ab eodem, lib. 5 car. 127

Triumuiri, quia in officio ſuo negligentes fuere, à trib. pl. damnati ſunt. Infames, &c. cap. Poſſumus, & cap. ſeq. lib. 8 c. 179

Tribunorum collegiũ Cotta collegam ſuum creditoribus ſatisfacere recuſantem, cõpulerunt. De Iuſtitia, c. Magnam, lib. 6. c. 146

V

VAlerio Publicola cũ Tarquinio, Veientibus, Hetruſcisque pugnante, è proxima ſilua uox ingens audita eſt in hunc modum. Vno plus Hetruſci cadent, Romanus exercitus victor abibit. De Miraculis, cap. Valerio, lib 1 car. 25

Idem poſt exactos Reges conſul poteſtatem ſuã minuit ędes ſuas, quia alto loco erãt, diruit. De Animi mod. c. Atque, lib. 4 c. 80

Idem adeo pauper diſceſſit, vt funeri impenſa deeſſet, ſed de publico facta eſt. De Paupertate, cap. Regio, lib. 4 car. 94

Idem plebem diſſidentẽ à patribus eloquentia ſua ſanauit, & ſenatui ſubiecit. Quãta ſit vis eloq. c. Regibus, lib. 8 car. 190

Valeſius vir locuples ruſticæ vitæ, laborantibus tribus filijs ſuis vſq; ad deſperationẽ medicorũ, ſecutus Oraculum, inuentamq; Ditis patris aram, & ſacris rite peractis, filios induxit incolumes. Hanc arã Valerius Publicola ludis prius, & lectiſternijs factis, vt prius erat, terra obrui fecit. De Inſtitutis antiq. c. Cũ ingenti, & ſequẽti, li. 2. c. 38

Valerius Coruinus prouocatus ad ſingularem pugnã à Gallo quodã, coruo iuuante, Gallũ occidit. De Fort. c. Eodem, li. 3. c. 58

Idem centeſimũ cõplens annũ, integris viribus, nõ ſolũ urbanis ſeruiens, ſed ẽt agreſtibus. De Senectute, c. Marc. Val. li. 8. c. 195

Valerius Flaccus hortando ſuos cũ Pediano Centurione Hannibalis caſtra irrupit. De Fortitudine, cap. Cæterum, lib. 3 c. 61

Idem tempore ſecũdi Pun. bel uitã luxurioſam egit, ſed poſtea, qui luxuriæ exemplũ fuerat, modeſtiæ & ſanctitatis fuit. De Mutatione morum, c. Caius quoq;, li. 6. c. 151

Volumnius partes Bruti, & Caſſij ſecutus, poſſe fugere Ad Antoniũ rogauit, vt ad locũ, vbi Lucullus amicus eius iacebat mortuus, duceretur, & ibi occideretur, quod factũ eſt. De Amicitia, c. Luc. aũt, li. 4. c. 101

Vxor Aſdrubalis, capta Carthagine, cũ filijs in incendium ardentis patrię ſe iniecit. De Fortitudine, cap. Verum, lib. 3 car. 65

Vxores Miniorum, qui mori ea nocte debebant, impetrato a cuſtodibus aditu mutata cũ eis veſte, remanſerũt, & ipſos abire paſſæ ſunt. De Amore cõiugali, c. vl. li. 4. c. 100

Veſtæ numen diſciplinam Aemiliæ Veſtalis virginis, ab omni extincti ignis reprehẽſione ſeruauit. De Relig c. Maxime, lib. 1. c. 3

Virginis filiam, ne à Decemuiro pateretur ſtuprum, occidit. De Pudicitia, cap. Virginius, lib. 6 car. 133

Vxor Orgiagontis à Centurione vim paſſa, eũ occidi fecit, & caput eius ante pedes mariti iecit. Ibidem, cap. Vehementius, c. 135

Vxores Theutonicorum, cum non impetraſſent, vt ad Veſtales virgines mitterentur, laqueo ſe ſuſpenderunt, Ibidem. c. 135

Vrbanus Panopionis ſeruus, aſſumptis veſtibus dñi, & annulo dominũ poſtico clã emiſſum, ſe occidi pro domino paſſus eſt. De Fide ſeruorum, cap. Quid Vrbani, li. 6. c. 150

Ventidius, Aſculo capto, in triumphum ductus, de Parthis poſt modũ triũphauit. De Sublimitate à humili ſtatu, c. vl. li. 6. c. 152

Vacca in Auentino ſacrificata vrbem Romanum totius orbis dominam reddidit. Vafre dicta, cap. Seruio, lib. 7 car. 163

Volſinentiũ vrbs, dum ordinata fuit, caput Etruriæ habebatur, eadem iñ luxuria lapſa in profundorum malorũ, & turpitudinis decidit. De Luxuria, c. Quę etiã, li. 9. c. 206

Viriatus in amicorum manibus interemptus eſt. De perfidia, ca. Viriati, lib. 9 c. 217

Vectius Salaſſus, ab vxore occiſus eſt. Dicta improba, aut facta, ca. Ne vitius, li. 9. c. 222

X

XAntippus Lacedæmon a Carthaginienſibus, quorum dux fuerat, in mari demerſus. De Perfidia, cap. Verum, lib. 9 car. 217

Xenocrates teſtimonium dicturus, cum de modo iuſiurãdi cauſa ad aram acceſſiſſet, cunctis iudicibus iurare inhibitus eſt. De Maieſtate, cap. vlt. lib. 2 car. 56

Idem interrogatus, Cur maledicto non reſponderet, ait; Quia dixiſſe me aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam. Sapienter dicta, cap. Quid Xenocratis, lib. 7 car. 160

Idem à ſcorto tempratus per totam noctem, ad intemperantiam corrumpi non potuit, De Abſtinentia, cap. Aeque, lib. 4 car. 93

Xenophon audita morte filij fortiter pugnãtis, patienter tulit. De parentibus qui obitum, &c. c. Xenophon, lib. 5 c. 132

Idem quendam Latinorum Regem octingẽtis annis uixiſſe tradit, patrem vero ſexcentis. De Senectute, cap. vlt. lib. 8. car. 196

Xenophilus centũ quinque uixit annis, omnis humani incommodi expers, in ſummo perfectiſſimæ doctrinæ ſplendore, Ibidẽ, cap. Biennio, lib. 8 car. 196

Xerſes huius in exercitu, cum tranſiret in Græciam, æqua leporem peperit, vinum miſſum in pateram, etiam tertio, in ſanguinem eſt conuerſum. De Prodigijs, cap. In exercitu, lib. 1 car. 17

De eodem. De Maieſtate, cap. Dandum, lib. 2 car. 55

Et de Superbia, cap. Iam Xerſes, lib. 9. c. 216

Z

ZEnon Philoſophus Phalarim tyrannum ab Agrigentino populo lapidibus obrui fecit. De Patientia, cap. Incipiam, lib. 3 car. 66

Zenon alter Clearcho tyranno, a quo tortus erat, aurem dentibus abſcidit, Ibidem, cap. Eiuſdem, lib. 3 car. 66

Zeuſis pictor, depicta Helena, non quæſiuit iudicium hominum, &c. De Fiducia, capitulo Zeuſis. lib. 3 car. 75

Zeleucus Locrenſis, quia filius eius contra legem ſuã fecerat, vnũ oculũ ſibi, filio aliũ fecit erui. De Iuſtitia, cap. Nihil, li. 6. c. 147

CAPITA PRIMI LIBRI.

Cap. 1. DE cultu Deorum. carte 2
Cap. 2. De neglecta religione. car. 7
Cap. 3. De Simulata religione. car. 10
Cap. 4. De Auſpicijs. car. 10
Cap. 5. De ominibus. car. 11
Cap. 6. De Prodigijs. car. 13
Cap. 7. De Somnijs. car. 18
Cap. 8. De Miraculis. car. 23

CAPITA SECVNDI LIBRI.

Cap. 1. De Inſtitutis antiquis. carte 30
Cap. 2. De Diſciplina militari. car. 44
Cap. 3. De Iure triumphandi. car. 49
Cap. 4. De Cenſoria nota. car. 50
Cap. 5. De Maieſtate. car. 53

CAPITA TERTII LIBRI.

Cap. 1. De indole. car. 56
Cap. 2. De Fortitudine. car. 57
Cap. 3. De Patientia. car 66
Cap. 4. De his, qui humili loco nati, clari euaſerunt. c. 69
Cap. 5. De his, qui à parẽtibus claris degenerarunt. c. 70
Cap. 6. De his, qui cultu corporis ſibi, nimium indulſerunt. car. 71
Cap. 7. De Fiducia. car. 72
Cap. 8. De Conſtantia ſui. car. 76

CAPITA QVARTI LIBRI.

Cap. 1. De Moderatione animi. car. 80

D: his

Cap. 2. De his, qui ex inimicis iuncti ſunt amicitia. c. 87
Cap. 3. De Abſtinentia, & Continentia. car. 88
Cap. 4. De Paupertate. car 94
Cap. 5. De Verecundia. car. 96
Cap. 6. De Amore coniugali. car. 98
Cap. 7. De Amicitia. car. 100
Cap. 8. De Liberalitate. car. 104

CAPITA QVINTI LIBRI.

Cap. 1. De Humanitate. carte 106
Cap. 2. De Gratitudine. car. 101
Cap. 3. De Ingratitudine. car 114
Cap. 4. De Pietate erga parentes. car. 120
Cap. 5. De Pietate erga fratres. car. 123
Cap. 6. De Pietate erga patriam. car. 124
Cap. 7. De Parentum amore, & indulgentia in liberos. car. 127
Cap. 8. De Parentum ſeueritate aduerſus liberos. c. 129
Cap. 9. De Parentum moder. aduerſus ſuſpectos. car. 130
Cap. 10. De Parentibus, qui obitum filiorum forti animo tulernat. car. 131

CAPITA SEXTI LIBRI.

Cap. 1. De Pudicitia. car. 132
Cap. 2. Quæ libere dicta, aut facta ſunt. car. 135
Cap. 3. De Seueritate. car. 136
Cap. 4. De grauiter dictis, aut factis. car. 142
Cap. 5. De Iuſtitia. car. 144
Cap. 6. De Fide publica. car. 147
Cap. 7. De fide uxorum erga viros. car. 148
Cap. 8. De fide ſeruorum erga dominos. car. 149
Cap. 9. De Mutatione morum, & fortunæ. car. 151
Cap. 10. De Sublimitate à ſtatu humili. car. 152
Cap. 11. De varietate caſuum. car. 153

CAPITA SEPTIMI LIBRI.

Cap. 1. De Felicitate carte 156
Cap. 2 De Sapienter dictis, aut factis. car. 157
Cap. 3. Vafre dicta, aut facta. car. 162
Cap. 4. De Strategemate. car. 167
Cap. 5. De Repulſis. car. 169
Cap 6. De Neceſſitate. car. 170
Cap. 7. De Teſtamentis, quæ reſciſſa ſunt. car. 173
Cap. 8. De Teſtamentis, quæ rata manſerunt. car. 174
Cap. 9. Qui aduerſus opiniones hominum hæredes habuerunt. car. 168

CAPITA OCTAVI LIBRI.

Cap. 1. Infames rei, quibus de cauſis, aut damnati, aut abſoluti ſunt. carte 176
Cap. 2. De Priuatis iudicijs. car. 180
Cap. 3. Quæ mulieres pro ſe, aut alijs cauſas egerunt. car. 181
Cap 4. De Quæſtionibus. car. 181
Cap. 5. De Teſtibus. car. 182
Cap. 6. Qui, quæ in alijs vindicarunt, ipſi commiſerunt. car. 183
Cap. 7. De Studio, & induſtria. car. 183
Cap. 8. De Ocio. car. 189
Cap. 9 Quanta ſit vis eloquentiæ. car. 190
Cap. 10. Quantum momentum ſit in pronunciatione, & apto motu corporis. car. 191
Cap. 11. Quam magni effectus artium ſint. car. 192
Cap. 12. Quædam nulla arte effici poſſe. car. 193
Cap. 13. Quemq; artis, & anctorem, & diſputatorem optimum eſſe. car. 194
Cap. 14. De Senectute. car. 195
Cap. 15. De cupiditate gloriæ. car. 197
Cap. 16. Qui cuique magnifica contigerunt. car. 199

CAPITA NONI LIBRI.

Cap. 1. De Luxuria. carte 203
Cap. 2. De crudelitate. car. 207
Cap. 3. De ira, & odio. car. 211
Cap. 4. De Auaritia. car. 214
Cap. 5. De Superbia, & impotentia. car. 215
Cap. 6. De Perfidia. car. 216
Cap. 7. De Vi, & ſeditione. car. 217
Cap. 8. De Temeritate. car. 218
Cap. 9. Quantum ualet error. car. 219
Cap. 10. De vltione. car. 220
Cap. 11. Dicta improba, aut facta ſcelerata. car. 221
Cap. 12. De Morte non vulgari. car. 224
Cap. 13. De cupiditate vitæ. car. 227
Cap. 14. Quam exquiſita cuſtodia uſi ſunt, quibus ſuſpecti domeſtici fuerunt. car. 228
Cap. 15. De Similitudine formæ car. 229
Cap. 16. De ijs, qui infimo loco nati, mendacio ſe clariſſimis familijs inſerere conati ſunt. car. 230

COMPENDIOSA VITA VALERII MAXIMI.

VALERIVS Maximus ciuis Rom. Patricio genere natus, omnem pueritiam, & magnam adoleſcentiæ partem literis percipiendis, & honeſtis artibus dedit: inde ſumpta uirili toga, ſe contulit ad rei militaris diſciplinam, vbi aliquandiu ſtipendia feciſſe, & in Aſiam cum Sexto Pompeio nauigaſſe dicitur. Vnde reuerſus, cũ videret ſe patriæ ſuæ tã bene dicendo, quàm bene faciendo poſſe prodeſſe, a quo incœpto ſtudio militiæ gloria detinuerat, eodem regreſſus ſtatuis vrbis Rom. extrarumq; gentium facta, ſimul ac dicta memoratu digna (ut ipſe fatetur,) literarum monumentis commodare: quod fœliciter, & glorioſè conſecutus eſt. Floruit autem Tyberij Caſ. temporibus: & ſub eius imperio hãc ſcripſit hiſtoriam: cuius etiam numen inuocat. Imperatores enim Romanos, cum virtute ſua iuſte, ſancteque geſſiſſent imperium, diuino celebrabantur honore, & in deorum numerum transferebantur: unde etiam diuos Imperatores appellamus. Genus vero ſuum paternum à gente Valeria, maternum à Fabia duxiſſe fertur: unde Valer. Max. ex utraque familia ei nomen eſt, de cuius morte certi nihil poteſt afferri.

VALERII MAXIMI FACTORVM, AC DICTORVM MEMORABILIVM,

LIBER PRIMVS, AD TIBERIVM CAESAREM.

HYPOTHESIS SEQ. EXORDII.

HOc in exordio in vnum librum Valerius pollicetur ſe collecturum factaq́;, ac dicta memoranda, quæ apud alios auctores, alioqui illuſtres, lare, diffuſe diſperſa ſunt adeo, vt non niſi permagno inueniri labore poſſint, Aitq́; ſe facturum id, non quod aut elegantia, aut diligentia illuſtreis illos auctores ſe ſuperare poſſe confidat, aut vt omnia complectatur, ſed vt quærenti dictum aliquod, aut præclarum factum, immenſus quærendi labor abſit. Tiberij Cæſaris diuinum inuocat numen, vt cœptis faueat ſuis. Ad vltimum, quoniam à deorum cultis ſe auſpicaturum proponit, de eius origine primum breui diſſerendum cenſet.

PROLOGVS.

VRBIS Romæ, exterarumq́; gentium facta ſimul, ac dicta memoratu digna, quæ apud alios latius diffuſa ſunt, quàm vt breuiter cognoſci poſſint ab illuſtribus electa auctoribus, deligere conſtitui: ut documenta ſumere volentibus longe inquiſitionis labor abſit. Nec mihi cuncta cõplectendi cupido inceſſit. quis.n. omnis æui geſta, modico voluminũ numero cõprehenderit? Aut quis compos mentis, domeſticæ, peregrinæq́; hiſtoriæ ſeriem, felici ſuperiorum ſtylo conditam, vel attentiore cura vel præſtantiore facundia, traditurum ſe ſperauerit? Te igitur huic cœpto, penes quem hominum, deorumq́; conſenſus, maris, ac terræ regimen eſſe voluit, certiſſima ſalus patriæ Cæſar, inuoco: cuius cæleſti prouidentia virtutes, de quibus dicturus ſum, benigniſſime fouentur: vitia ſeueriſſime vindicãtur. Nam ſi priſci Oratores ab Ioue Opt. Max. bene orſi ſunt, ſi excellentiſſimi Vates à numine aliquo principia traxerũt, mea paruitas eò iuſtius ad fauorem tuum decurrerit, quòd cetera diuinitas opinione colligitur, tua præſenti fide, paterno auitoq́; ſyderi par videtur: quorum eximio fulgore multum cæremonijs noſtris inclytæ claritatis acceſſit.* Reliquos.n. deos accepimus, Cæſares dedimus. Et quoniam initium à cultu deorum petere in animo eſt, de conditione eius ſummatim diſſeram.*

* Tiberiũ inuocat, idq́; præter hiſto- ... æ leges, & ſiquidẽ ... d quoque probaut. ... oué ego ... opt. Cice. Ver. 1. Adulatio ... a mea.

* Iul. Cæ- ſa. & Aug. dei.

Olev.

VRBIS Romæ exterarumq́; gentium facta ſimul, ac dicta memoratu digna, quæ apud alios latius diffuſa ſunt] In hac præfatione Valer. ſeruat quod proprium eſt exordij, vt attentionem captet, & docilitatem. Proponit.n. quibus de rebus dicturus ſit, & ſe rem vtilem ſcripturum pollicetur, idq́; q̃ breuiſſime facturum, Beneuolentiam quoq; comparat à perſona ſui, cum officium ſuum ſine arrogãtia laudet, extenuat quoque meritum ſuum, cum dicat, ſe non tantum ingenio, & induſtria valere, vt omnia cõplecti poſſit, neq; confidat, ea etiam de quibus tractaturus ſit, ſe vel ornatius, vel copioſius, quam ceteros eſſe ſcripturum. in reliqua vero parte nihil aliud agit, niſi vt plane aduletur Tiberio, nam inuocat eius numen, quod proprium eſt poetarum, idq́; ſine adulationis ſuſpicione fieri nõ poteſt. [Vrbis Romæ] Eo ordine hiſtoriam exequitur, quo nunc proponit, nam vbiq; primo domeſtica ponit exempla, deinde externa ſubiungit. [Exterarumq́; gẽtium] Quia omnia ferme omnium rerum exempla, ex multis, & pene innumerabilibus, tã Græcorum, quã Latinorum voluminibus, in vnum congeſta propoſuit. Exterarum dicitur & externarum, nam & exter inuenitur. Stat. exter honos dixit Virg. lib. 4. Et nos fas extera q̃rere regna, at lib. 6. Externiq́; iterum thalami. Heſternus vero aſpiratum & cum ſ, aliud eſt, nã ab heri deducitur. [Facta ſimul, ac dicta] Vt quiſq; recte fecerit, aut dixerit, oculis noſtris ſubijciatur. [Quæ apud alios] Vtilitatẽ oſtendit operis ſui, dicit.n. apud alios eiuſmodi prolixe tractata eſſe, & ob eam rem non facile comprehendi poſſe. [Latius diffuſa ſunt] Latius diſperſa ſunt, vt non breuiter cognoſci poſſint. Bene hic breuiter, quia apud alios latius, ſi quidem ita percipi oportet, quemadmodum apud eos ſcripta inueniuntur. [Illuſtribus auctoribus] Ab auctoritate etiam comparat fidem ſcriptis ſuis. [Documenta] Hic nititur beneuolos reddere auditores, qui profitetur, ſe illis minuere laborẽ. [Documenta] Exẽpla, & monumenta virtutis, vel vitij, virtutis ad ſuadendum, vitij ad deterrendum, vt alterum imitemur, alterũ fugiamus. [Labor abſit] Nã alioquin neceſſe foret, vt apud multos eiuſmodi exempla inueniremus, quod ſine maximo labore confici non poſſet. [Nec mihi cuncta complectendi] Quia non ſatis eſt ad beneuolentiã contrahendam officium ſuum laudare, niſi id quoq; extenuaueris, ideo hoc facit, & attentionẽ parat, cum breuiter id ſe facturũ polliceatur. Nã cum dicat ſe nolle cuncta complecti, ſignificat ſe hiſtoriam breuiori libro velle comprehendere. [Quis.n. omnis æui] Nõ enim, inquit, ego mihi, viribuſq́; meis ita cõfido, vt audeã omnia polliceri, immo vero de multis pauca perſcribã, neque.n. ita ingenio meo fretus ſum, vt ornatius, quã cæteri ſcriptores ſcribere audeã. [Voluminum numero] Vtpote. 9. libris, hoc inter volumẽ, & librum intereſt, quã volumen ſignificat partẽ operis, nõ autem totum librum, liber vero & pro toto codice, & pro volumina accipiẽ. Idq́; Plin oratoris teſtimonio comprobatur, qui dixit libri tres in ſex volumina propter amplitudinem diuiſi. [Aut quis compos mentis] Bene dixit, niſi ſtultus fuerit. nam qui ſupra vires aliquid audet, hic prope inſaniã acceſſiſſe videtur. Vnde Flaccus, Sumite materiã veſtris, qui ſcribitis, æquã Viribus, & verſate diu, quid ferre recuſent. Quid valeant humeri. Quis ergo, inquit, niſi male ſanus audeat ceteros ſcriptores eloquentia, & induſtria ſuperare? [Seriem] Ordinem à ſerendo, hoc eſt ordinando dictã. [Felici] Fœcundo, & copioſo. [Superiori] Maiori, & eleganti. [Conditam] Cõpoſitam. [Quis ſperauerit] q.d. nemo, [Te igitur, penes quem] Iam, adulari incipit, ſic & Virg. Tuq́; adeo, quẽ mox, quæ ſint habitura deorum Cõcilia incertum eſt, &c. Nec mirum eſt, ꝙ tam plane aduletur, non.n. mos eſt ſcriptoribus inuocare. Hoc autem loco inuocat Imperatorẽ quaſi Deum, quod ſine adulatione facere non poteſt, quòd mos non ſit. Liu. Cum bonis potius hominibus, votiſq́;, ac precationibus deorum, dearumq́;, ſi, vt poetis, nobis quoque mos eſſet, libentius inciperemus, vt orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent. [Conſenſus] Hominum. Quia Dij, & hoĩes ita cõſenſerunt, vt toties orbis terrarum, mariſq́; Imperium obtineres. [Certiſſima ſalus patriæ]. Quia ſalus patriæ in te vno poſita eſt, nam Imperatores per adulationẽ parentes patriæ dicebantur, quod Ciceroni non per adulationẽ datum fuit poſt extinctam nefariam Catilinæ coniurationem in conſulatu ſuo. Iuuen. Roma patrem patriæ Ciceronẽ libera dixit. [Virtutes fouentur Et vitia vindicantur] Id fortaſſe dicit quod facere deberet, vt virtutes foueret, & vitia vindicaret. cũ enim dicimus

Exter Externus Heſternus.

Documentum:

Liber Volumen.

Series.

hominem aliquid magnum facere, ſi facit confirmamus, ſi non facit hortamur, vt faciat. [Fouentur] Suſtẽtantur. [Nam ſi priſci oratores] Oſtẽdit ſe rectius inuocaſſe Cæſaris numẽ, quàm ceterorum deorum, quos ab oratoribus, & poetis inuocari conſueuũ eſt. dicit enim, ſi antiqui oratores, & poetæ ab aliquo numine incępere, hi ab Ioue, illi ab alio numine, ego, quo minor ſum ceteris, hoc iuſtius ad te cõfugio quẽ videmus diuinos honores meruiſſe, ꝙ aũt priſci oratores inuocauerint numina antequam orationes inchoarent, oſtendit Virg. in 9. Aeneid præfatus diuos ſolio rex infit ab alto. Nam & Ser. in enarratione huius carminis ſic inquit. More antiquo. nam maiores nullam orationem, niſi inuocatis numinibus inchoabãt, ſicut ſunt oẽs orationes Catonis, & Gracchi, nã generale caput in omnibus legimus. Vnde Cic. per irriſionem ait, Si quid ea vetere aliqua oratione Iouem ego optimum maximum, &c. [Ab Ioue Opt. Max.] Cic. in oratione cõtra Clodium. Quo circa te Capitoline, quem pp beneficia P. R optimum, pp vim maximũ appellauit. Item lib. 2. de Fin. bonorum & malorum. Cum dicimus Iouem optimum maximum, eundemq́, ſalutarẽ, hoſpitalem, ſtatorem, intelligi volumus ſalutẽ omnium in ſua eſſe tutela. [Numine] Quia ita incipere ſolebãt oratores antiqui. [Ordi] Scilicet exordia ſũpſere. [Numine] Vt ab Apolline, a Libero, à Cerere. Vnde Virg. vos ò clariſſima mundi: Lumina labentem cœlo, quæ ducitis annum, Liber, & alma Ceres. Cetera diuinitas, ceteri inquit Dij tñ opinione colliguntur. i. tñ modo homines opinantur, ceteros eſſe Deos, ꝙ eos nunquã viderint. Cæſares aũt vident: ergo ceterorũ quidem fides eſt, ſed incerta Cæſarum aũt præſens, & certa, quia Dij Cæſares oculis ipſis conſpiciuntur, ergo qũ de Cæſaribus fides eſt certior, atq; præſentior q̃ de ceteris dijs, tanto iuſtius ergo tuum numen inuocaui, q̃ ceterorum deorum ab oratoribus & poetis inuocãtur. [Paterno, auitoq́; ſideri] Plin. lib. 2. nat. hiſt. dicit, non multo poſt, obitũ C. Cæſaris in ludis, quos faciebat Auguſtus Veneri genitrici apparuiſſe ſydus crinitum per ſeptem dies i regione cœli ſub ſeptentrionibus, ꝙ oriebatur circa 11. horã diei. Eo ſigno ſignificari vulgus credidit Cæſaris animã inter deorum immortalium numina receptam. Et Hoc teſtatur ipſe Plin. ex verbis Auguſti, qui qdẽ interiori gaudio ſibi illud natũ, ſeſeq́; in eo naſci interpretatus eſt, hoc inquit ſalutare terris fuit. Vnde Virg. Ecce Dionęi proceſſit Cæſaris aſtrum. In cuius tñ carminis expoſitione Seruius nõ Veneri genitrici, ſed patri Cæſari funebres tũc celebraſſe ludos Auguſtũ dicit. Bene ergo dixit paterno, auitoq́; ſideri. i. Paterno Octauiani. [Auito] Iulij Cęſaris. [Cæremonijs noſtris] Quia maxima leſtina celebrantur ſacra patris, & aui, quorum diuinitate auctæ ſunt cæremoniæ noſtræ. [Reliquos enim deos accepimus] Nec immerito quidẽ factũ eſt, vt virtute Iulij Cæſ. Romani dicerentur deorũ auctores. [Accepimus] Scilicet ab alijs gentibus. [Dedimus] Scilicet nos. [Et qm̃ initium.] Quandoquidem huc animus intendit, vt principium noſtrũ ſumat à religione, ab ea dicere incipiemus.

ASCEN: VRbis Romę. More oratorio, quo ordine rem proſecuturus eſt, propoſuit. Deinde inueterato ſui temporis errore, inuocat nõ deũ ipſũ patrẽ luminũ, vñ oẽ datũ & oẽ donũ perfectũ deſcendit, ſed Tyberiũ Cęſarẽ, quẽ recepto iam tum conſenſu, in diuorũ numerum aſciſcit, quẽ qdem errorẽ Laur. Valla, vt acri vir eſt ingenio, acerbe ſatis deteſtatur. Poſtremo loco ꝓpoſita exeq̃t, vt ſuis locis declarabimus. In ꝓpoſitione reddit lectorẽ ex ordine rerũ, quo prius domeſtica, q̃ cætera ſe ſcripturũ dicit, docilẽ, & difficultate ſuſcepti negocij attẽtũ, & ex vtilitate, & breuitate, beneuolũ, ſimulq́; breuitatẽ, ne vitio det, purgat, vt cũ ordine latius aperiemus: quẽ ab vltima primę periodi parte auſpicabimur: q̃a ferè i cõſtruẽdo, & reſoluẽdo, cõtrarius eſt ordo: vt q̃ hic vltima fuerint, ſint illic ferè prima. Ordo igitur eſt. Conſtitui. i. maturo cõſenſu, & præuia deliberatione ſtatui, deligere. i. de multis legere, & decerpere, facta ſimul ac dicta vrbis Romę, & gentiũ exterarum. i. aliarũ nationũ extra ciuitatẽ Romanam, digna memoratu. i. quæ memorentur, hoc eſt recitẽtur, & ad memoriã reducant. Notum eſt, Valla auctore, oẽs vrbes oppida poſſe dici, præter Romam, quæ tñ vrbs dr̃, vſq; adeo, vt ſi per ſe ponatur, vrbs Roma intelligatur, quo circa poſſit ſupẽrflua videri appoſitio, nã ſatis eſſet vrbis, cæterarumq́; gentium, verum quia dignitas quædã ex nobilitate rerum geſtarũ accreuit Romæ, noluit id nomẽ ꝑtermittere, vnde aũt Roma dicta ſit, an ab Romulo, an ab Roma, an ab ῥώμη in alijs auctoribus, vbi plus ſermonis, quã morum elegantiã venaramur, diſquirendum cenſeo. Bene aũt pręponit facta, vtpote, in quibus plus eſt põderis, & quę plus ad imitãdum inuitãt quã dicta. Et reuera, Romani prius pręclare facere, quã dicere cœperunt, quę. ſ. facta, & dicta ſunt diffuſa apud alios. ſ. auctores, ſeu ſcriptores, latius. i. extenſius, & diffuſius, q̃ vt elegans ſermo dici poſſet etiã, quã quæ in eadẽ elegantia, & ſententia poſſint cognoſci breuiter, vt modo cognoſci poterunt, cõſtitui inquis ea deligere, electa. i. excerpta cũ iudicio ab auctoribus illuſtribus. i. claris, nihil ergo triuiale, aut protritum adducet, ideo aũt conſtitui, vt labor longe inquiſitionis abſit, volẽtibus. i. ijs qui volent, aut voluerint. Credo aũt volẽtibus datiuũ eſſe cõmunẽ, nã ablatiuum termini a quo regit, vt abſum domo, &c. ſumere. i. capere per ſe documenta. i. exempla, & monumenta, quibus moneantur, quid in faciendo, aut dicendo, & imitari, & denitare debeãt, qui maximus eſt legendę hiſtorię fructus, vñ Liui⁹ in pręfatione, Hoc illud eſt pręcipue in cognitione rerũ ſalubre, ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illuſtri poſita monumẽto intueri, vnde tibi tuæq́: reipub. quod imitere capias, vnde fœdum inceptu, fœdumq́; exitu, ꝙ vites, &c. Nec (ne forte prolixitate deterrearis) cupido. i. cupiditas complectendi cuncta. ſ. facta & dicta memoratu digna, inceſſit. i. irrepſit mihi. dicitur etiam inceſſo te, quaſi laceſſo. Quis. n. comprehẽderit modico numero voluminum geſta omnis æui, q. d. nemo, in ea tamen re ingẽtem laudem meruit Antonius Sabellicus. Aut quis (Si videlicet magno voluminum numero omnia complecti tentauerit) compos mentis. i. non inſanus, ſperauerit ſe traditurum, vel attentiore cura, vel præſtantiori facundia ſeriem. i. traſpoſitam, & coordinationem hiſtoriæ domeſticæ. i. ciuitatis tuæ, & peregrinæ. i. externæ, conditam felici. i. fœcundo, & benefortunato ſtilo ſuperiorũ. i. priorum ſcriptorũ, d. q. etiã nullus. Et eſt argumentatio ſic cõcludẽs. Qui quæ ab alijs ſcripta ſunt, reponũt, difficillime poterũt omnia cõplecti, nam paucis voluminibus non poterunt omnia dicere, & prolixis aut eadẽ ſimiliter, dicẽt, & erunt ſuperuacanei, ac ridiculi, aut cura attentiore. ſ. ad veritatẽ rei ſeruandam, aut facundia præſtantiore. quod polliceri videtur arrogantis animi, aut ſibi non ſatis conſtantis. Alterutrum iñ polliceri habent, qui alios imitari volũt. Quia, vt inquit in dicta præfatione Liuius, dum noui ſemper ſcriptores, aut in reb. certius allaturos aliquid ſe, aut ſcribendi arte rudem vetuſtatem ſuperaturos credunt. Te igitur huic cœpto, &c. poſtquã propoſuit, inuocat vt dixi, Tyberium Cęſarem tempori magis inſeruiens, quã veritati. Quo uitio, aut adulationis aut metriculoſitatis laborauerũt, & Luc. qui Neronem inuocat, & Martialis, qui Domitianum teterrima hominum monſtra. Sed ſtylum contraham, ideo breuis futurus, ꝙ ab Oliuerio bene dicta neq; inculcare, neq; delere volui. Ordo igitur eſt. Igitur quia hoc facere conſtitui, O Cęſar Tiberi videlicet appoſitiue, certiſſima ſalus patriæ. ſ. noſtrę, (vnde pater patrię dici merearis) ego inuoco. i. in fauorẽ, & auxilium voco te penes quem. i. in cuius poteſtate, cõſenſus hominum, & deorum forte propter auſpicia fauſta deorum (addit) voluit regimen. i. imperium maris, ac terrę eſſe, cuius cœleſti prouidentia virtutes de quibus ſum dicturus, fouẽtur benigniſſime, & vitia vindicantur ſeueriſſime. probat deinde, ꝙ eum rite inuocet. Nã ſi priſci oratores, vt Cato, Gracchi, & ceteri (de quibus Oliuer. exacte) orſi ſunt. i. exordia fecerunt incipientes bene. i. decenter, aut potius ab Ioue optimo maximo, epitheta ſummo deo cõgrua, qui cum optimus dicit, intelligitur ſumme bonus, & ſumme ſciens, nã bonos etiam ſcientes dicimus, cum maximus potentiſſimus. Si excellentiſſimi vates i. poetę, vt Orpheus, Homerus, Virgilius traxerunt principia. ſ. canendi. A numine. i. deo aliquo. mea paruitas. i. modicitas decurrerit eo iuſtius ad tuum fauorẽ, quo legendũ eſt, ꝙ. i. quia cetera diuinitas. i. ceterorum, qui cum homines eſſent, pro dijs recepti ſunt, colligitur opinione ſ. hominũ. i. perſuaſione, tua ſup. diuinitas, vſ fide. i. fidei approbatione pręſenti. i. coram oculis nõſtris verſanti, par. i. ęqualis, ſideri paterno. ſ. Octauij patris tui adoptiui & auito. i. Iulij Cęſaris Octauij Auguſti patris adoptiui, quorum. ſ. duorum Imperatorũ, Iulij, & Octauij fulgore, qa ſideri dixit eximio, acceſſit. i. additum eſt multum inclitæ claritatis noſtris cęremonijs. i. ſacrificijs, nam per ſidus, quod in eorum ludis apparuit, ratificata fuit eorum diuinitas, & approbatę Romanę cęremonię. Probat alia viã, quod dixit Nos enim accepimus. ſ. ab alijs nationibus, pręſertim à Troianis, reliquos deos, quia apud alios natos, & nos dedimus ſupple alijs Cęſa. ſupple deos, quos alij quoque colerent. Et quoniam in animo eſt. i. conſtitui petere initium. ſ. dicendi, à cultu deorum, diſſeram, id eſt diſerte, hoc eſt expreſſe diſputato, de conditione. i. origine, qua conditum eſt eius. ſ. cultus deorum.

DE CVLTV DEORVM. CAP. I.

*Ex Cice. Orat. de reſponſis Aruſp.

*MAIORES, * ſtatas, ſolenneſque cæremonias, pontificum ſcientia: bene gerendarum rerum auctoritates, Augurum obſeruatione: Apollinis prædictiones, vatum libris: Portentorum depulſa, Hetruſca diſciplina explicari voluerunt. Priſco etiam inſtituto rebus diuinis opera datur: cum aliquid commendandum eſt, precatione: cum expoſcendum, voto: cum ſoluendum, gratulatione: cum inquirendum, vel extis, vel ſortibus impartito, cum ſolenni ritu peragendum, ſacrificio: quo etiam oſtentorum, ac fulgurum denunciationes procurantur.*

OLIV.

MAIORES ſtatas] Aggreditur nunc, quod pollicitus eſt, vt exempla proponat memoratu digna, & primo quidem de religione quibus facile percipi poteſt, eam præ ceteris curæ fuiſſe maioribus, vt nihil, ne minimum quidem prætermitterent, quod ad religionem pertinere videretur. Primo igitur dicit de inſtitutis maiorum, quæ ad religionẽ ſpectabãt, q̃ illi omnibus in rebus diligentiſſime ſeruabant. Eſt aũt religio, virtus, quæ ſuperiori cuidã naturę.i.deo cultum cerimoniamq; affert, dicta à relegendo teſte Cic.lib.de nat. deor. qui ſuperſtitioſus à religioſis ita diſtinguit. Qui totos, inquit, dies precabantur, & immolabãt, vt ſui ſibi liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati, quod nomen primo latius patuit. Qui aũt omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractant, & tanquã relegerent, dicti ſunt religioſi ex relegendo. [Maiores] Antiq. & veteres illi, quorũ mores fuere meliores, nã ipſi deorũ cultũ p̃ cæteris rebus procurarunt. Maiores, & minores quoties de priſcis, & poſteris dicimus numero tñ plurali declinant. Statas cæremonias. ſtatæ cæremoniæ, vt vult Feſtus Põpeius, dicebant ſacrificia, quæ certis quibuſdã diebus, & ſtatutis celebrabantur. Vnde Cato, Sacra ſtata, & ſolemnia ſancta deſeruiſti. alij ſtates pro ſtatutas dñt; quidam etiã Iouis ſtatoris ſacra. Sed Feſti melior eſt ſñia, & expoſitio. [Solennes] Anniuerſalia ſacrificia, q̃ ſingulis quibuſcũq; annis fiebant, nã ſolẽnis à ſolo & anno componitur. [Ceremonias] Cæremoniæ apud latinos generaliter dñr oẽs ritus ſacrificiorum, à Ceretn oppido, vt ipſe paulo poſt dicturus ẽ, vel à charitete, vt alijs placet. [Põtificum ſciẽtia] Iure canonico, vt nos nũc dicimus, ſiue põtificio, nã põtifices docebãt quibus templis, quibus dijs, quo tempore, quo ritu, quibuſq; in hoſtiis ſacrificia fieri deberent. [Gerendarum rerum] Quæ ſacrificia q̃ pro rebus gerendis ſuſcepiſſent, earum rerũ auctoritate cõfirmata ſolẽnia habebant niſi imperator rẽ cũ hoſte cõmiſſurus, taurũ Marti immolaſſet, & poſtea victoriã cõſecutus eſſet id ſacrificiũ ex re bene geſta cõprobatum ſolẽne habebat, nã ex eo quod res bene geſſiſſent intelligebãt, ea ſacrificia dijs accepta fuiſſe, & ita cõfirmata auctoritate, ſolẽnia haberi incipiebant. [Augurum obſeruatione] Vt q̃ captis auſpicijs augeres dijs grata, & p̃bata fuiſſe dixiſſent, ea ſolẽnia haberent. [Apollinis p̃dictiones vatum] Vt quæ

Phœbades

ſacrificia Phœbades oraculo Apollinis fieri debere dixiſſent, ac dijs placere, haberent ſolẽnia, ſicut ſæpe cõſultus Apollo, quũ ſacrificia fieri deberent, vel ad irã deorum placãdam, vel ad victoriã cõſequendã, vel ſi quid aliud opus eſſet indebant Phœbades, vel tauro vel agno, vel hoc ritu, vel illo, vel Ioui, vel Marti, vel his, vel illis ſacrificiũ eſſe faciendũ [Vatũ] Phœbadũ. Nã Phœbades Apollinis vates dñr, erãt aũt virgines ſic à Phœbo denominatæ, q̃ tẽplũ Apol. ingreſſæ, cũ ad ipſius adita, hoc ẽ penetralia veniſſent, Apollineo ſpiritu afflatæ, futura p̃dicebãt. [Libris portẽtorum depulſis] .i. ſuperſtitioſorũ hoium reiectis libris, nam vt Liuius tradit, ſacrificuli quidam externi venerũt Romam, qui ſuperſtitione potius q̃ religione animos hominũ aſtringerent. [Aut libris portentorum depulſis,] Quia Romani

Magice ars à Roma. neglecta.

nunquã magicã artẽ admittere voluerunt, q̃ Virg. p̃ Didonem teſtari vr, cum eã ita loquentẽ inducit, Teſtor cara deos, & te germana, tuumq; Dulce caput, magicas inuitam accingier artes. Vbi Seruius. Cum multa inquit ſacra Romani ſuſciperẽt, magica ſemper damnarunt. Cic. quoq; & Plin. magicos, & mathematicos impugnant. Auguſti. quoq; in ciuitate dei tradit aduerſus magicas artes legẽ 12. tab. eſſe. Libris ergo portentorum. i. magorũ, qui portentis quibuſdã denunciatis, in terrorẽ hoies cõuertunt, ita vt eos ſui cõpotes eſſe non ſinant. [Hetruſca diſciplina] ſm morẽ Hetruſcorum, quem à Thage in agro Tarquinienſi didicerunt, nã inde ſacra, & cæremonias oẽs Romani ſumpſerunt. Cõſtat.n. Hetruſcos omnis diuini cultus ſtudioſiſſimos fuiſſe, hæc aũt omnia Cic. in oratione cõtra P. Clodium pleniſſime oñdit, q̃ illorũ, inquit, prudẽtiã, nõ dicã aſſequi, ſed quanta fuerit perſpicere põt, qui ſtatas, ſolẽneſq; cæremonias, põtificum rerum bene gerẽdarũ auctoritates augurũ fatorum, veteres prædictiones Apollinis vatum libros, portẽtorum explanationes Hetruſcorum diſciplina cõtineri putarunt, quæ tãta eſt vt noſtri memoria primum, Italici belli funeſta principia, poſt Syllani, Cinnaniq; tẽporis extremũ pene diſcrimẽ, tũ hãc recentẽ vrbis inflãmãdæ, delẽdiq; imperij cõiurationẽ non obſcure paulo ante p̃dixerit. [Explicari] Euolui, exponi, diffiniri. [Priſco ẽt inſtituto] Nõ ſolũ inquit, in obſeruando cultu deorum Hetruſcã diſciplinã ſecuti ſunt Romani, ſed ẽt alii ritus quidã ſacrificãdi à veteribus inſtituti ſeruãtur, ergo priſco inſtituto, quia nõ ſolũ ſacrificant ſm Hetruſcã diſciplinã, ſed etiã ſm inſtitutionẽ maiorũ, nã ſicut illi maiores inſtituerunt, ita q̃ ſequuntur maiorũ inſtitutis ſunt p̃cepta. [Rebus diuinis opera datur] .i. ſacrificia diis exhibẽtur, nam diuinis rebus operam dare nihil aliud eſt niſi ſacrificare. [Cum aliquid cõmendandum] Vt cum aliquod bellum ſuſciperent, & diis exercitũ P.R. cõmendarent, diis ſacrificabant, deinde cum iam bello ſuſcepto prælium inituri eſſent, numinibus aliquid vouebãt, vel templum, vel arã, vel munus aliquod, ſi P.R. victoriã conceſſiſſent, poſtremo victoria potiti, q̃ à diis petierant, in actione gratiarum vota p̃ſoluebant, & hos ritus oñdit inſtitutis maiores. [Cõmendandum] ordinem ſecutus rectiſſimum cum dicat, cõmendandum precatione, expoſcendum voto, ſoluẽdum gratulatione, primo.n. anteq̃ bella ſuſciperentur, commendabantur exercitus. deinde cum prælium cõmittendum fuerat, votis expoſcebatur victoria, poſtremo victis hoſtibus, quod votum fuerat, cum gratiarum actione perſoluebatur. Ergo cõmendãdũ ſuſceptis bellis, expoſcendum cõmiſſis prœliis, ſoluendũ debellatis hoſtibus, & deuictis bellorum caſibus. [Gratulatione] quia

Gratulari

diis gratias agebãt pro re bene geſta, nã gratulari, cũ ad deos refertur, gratias agere, alias vero cum alio pariter de re aliqua lætari ſignat. [Cum inquirendum, vel extis, vel ſortibus] Sunt inquit, & alii ritus ſacrificandi à maioribus inſtituti, vt cũ irati ſunt dii, & ſacrificiis ira eorum placare volumus, primo inquirendũ eſt, cur irati ſint, & poſtq̃ explorata fuerit ira deorũ, pro qualitate piaculi adhibẽdũ ſacrificiũ, explorabat aũt ira deorũ vel per exta, vel per ſortes; per exta hoc modo, ſi triſtia fuiſſent vel pallida, vel aliqua parte mutilata, ſignificabãt deos iratos eſſe, ſi vero læta, vigentia, & integra, dii ſignificabãtur eſſe placati. [Vel ſortibus] Duplex fuit apud priſcos præcipuum diui-

Duplex diuinandi genus.

nandi genus per ſortes, vnas quidem ſortes Virgilianas appellabant, cum perpetuo Virg. codice, deſtinati, qui occurriſſent verſus excipiebant, de quo genere Helius Spartianus in Adriani vita, quo quidem tempore cum ſolicitus de imperatoris erga ſe iudicio Virgilianas conſuleret ſortes, in hos incidit verſus: Quis procul ille autem ramis inſignis oliuæ, Sacra ferens? noſco crines, incanaq; menta, Romani regis. primam qui legibus vrbem, Fundauit, curibus paruis, & paupere terra. Alterum fuit ſortium genus vetuſtiſſimum, à ſacerdotibus confictum, reſponſiſq; oraculorum non diſſimile, quod inſcripta foliis arborum, tabelliſq; diuerſorum euentuum, eulogia ad deorum puluinaria erant ita diſpoſita, vt quod petitioni conducere videretur, artificio quodam in ſpem, vel in metum ſciſcitantem inducerent, hinc illud Liuii lib. 22. ſortes attenuatas, vnamq; excidiſſe ita ſcriptã, Mauors, telum ſuum concutit. Quo horẽt procurationes idem Liu. docet. [Impartito] Adhibito ſolenni ritu. primo inquirendum eſt, poſt inquiſitionem pro qualitate piaculi adhibendum eſt ſacrificium, ergo vbi cauſam cognouiſſent, iræ deorum in extis, vel ſortibus ſtatim expiabantur ritu ſacrorum. [Quo] .ſ. ſacrificio non eodem dicit ſacrificio purgari denunciationes fulgurum, & oſtentorum, quo purgabant ea, quæ ſortibus, vel extis inquiſita ſunt, ſed alio ſacrificio, videlicet ſacrificio oſtentorum. Vt v.g. ſi lapidibus pluiſſet, nouẽdiali ſacrificio expurgabatur, quia 9. diebus ſacrificiis operam dari oportebat. Liu. id multis in locis, ſed lib. 5. ſecundi punici belli, per aliquot inquit, dies conſules diuinis rebus operam dederunt, & per oẽs dies ſacrum nouendiale fuit. [Ac fulgurum] Vt ſi tecta publica de cœlo tacta fuiſſent, maioribus hoſtiis expiari oportebat. [Denunciationes] quia denunciabant aliquid inſtare reip. [Procurantur] Expiantur, purgantur.

MAiores ſtatas] Quemadmodum promiſit de religionis, & deorum cultus origine diſſerit, docens quorũ auctoritate

ASCEN.

diuerſa eius genera fulciantur, vt cum ordine explanabimus. Ordo aũt eſt. Maiores ſup. noſtri. i. priſci Romani, voluerũt ceremonias. i. operationes, aut res diuinas, aut ſacrificationes, ſtatas. i. certo die cõſtitutas, & ſolemnes, i. anniuerſalia ſacra, quæ ſolemniter ſemel quotannis fiebant explicari ſcientia pontificum. i. iure pontificio, quod nunc canonicum dicunt, & voluerunt auctoritatem bene gerendarum rerum. i. auſpicia. Explicari. i. declarari, & denunciari obſeruatione, i. animaduerſione augurum, & voluerunt ꝓdictioné. i. vaticinia, & oracula Apollinis, explicari libris vatum, præcipue ſibyllinis, & voluerũt depulſa. i. depulſiones, & amotiones portentorum, q̃ mali quippiam portenderent, explicari diſciplina Hetruſca, quia Hetruſci in ea ſuperſtitione peritiſſimi habebãtur. Hęc aũt q̃ in vno duntaxat exemplo cognoui, vera mihi videtur lectio, quæ ſuos quæq; auctores habet cæremonia, alij legunt omnia in ablatiuo, præter principium, vt ſit ordo, maiores noſtri voluerunt ceremonias, ſtatas, & ſolemnes explicari, ſcientia pontificum, auctoritate rerum gerẽdarum, obſeruatione augurum, prædictione Apollinis, depulſis portẽtorum, Hetruſca diſciplina, quæ lectio certe nõ placet, præcipue in ſecundo arti. nam quæ eſſet auctoritas bene gerendarum rerum, qua cæremoniæ explicentur. Sed pergamus, ſuum cuiq; iudicium relinquentes, id tñ (tacere. n. non poſſum) quod ſequitur lectionem noſtram, cuiſimile eſt approbat. Opera datur rebus diuinis. i. cæremonijs, & ſacrificijs etiam, q. d. non tñ dictis modis, ſed etiã alijs. Priſco. i. ex antiquo inſtituto. i. more vt pote precatione, cũ aliquid, vel alicuius ſalus, aut honor, eſt commendandum. ſ. dijs, voto. i. re vota, cum aliquid eſt expoſcẽdum. i. quaſi iuſte à deo petendũ, gratulatione. i. quaſi gratiarum actione, cum aliquid eſt exoluẽdum. ſ. deo pro ſuſcepto beneficio, & extis vel ſortibus, cum aliquid eſt inquirendũ. Exta ſunt eminentiora inteſtina, e quibus iudicabãt. Sortes in Hetruria inuentæ dicunt, dæmonum nimirum fraude, vnde eas latere quàm noſci præſtat. Sacrificio impartito. i. dijs, non voto, ſed iam impenſo, cum peragendum ſit ritu ſolemni, quia prius offerebant, & deinde operabantur, quo. ſ. ſacrificio licet non eiuſdem rei, denunciationes oſtentorum, ac fulgurum. i. quæ augures aut aruſpices denunciauerunt procuranda, procurantur, id eſt, cura præuia, ne quod minantur, eueniat, purgantur.

ASCEN. Maiores ſtatas. Non ab re priſci Grammatici inter officij ſui partes, haud vltimam ſtatuerunt poſituræ rationem, Nicanorq; in eo genere tantum ſtudij collocauit, vt inde στιγματίας appellari meruerit. Emendatus. n. codex, niſi diſtinctus eſſet, qui pót? Ecce confuſio in hoc Valerij capite, textu orationis, aut nullus, aut certe inſulſus extabat ſẽſus. Accepit hæc (vt ad rem veniam) Val. ex Cicerone, cuius in ea, q̃ de Aruſpicũ reſpõſis inſcripſit oratione, verba ſunt hæc. Ego vero primum habeo auctores, ac magiſtros religionũ colendarũ maiores noſtros, quorum mihi fuiſſe tanta ſapientia videtur, vt ſatis ſuperq; prudentes ſint, qui illorum prudentiam non dicam aſſequi, ſed quanta fuerit proſpicere poſſunt. Qui ſtatas, ſolemneſq; cæremonias pontificum, rerum bene gerendarum auctoritates augurio ſatorum. Veteris ꝓdictiones Apollinis, Vatum libris. Portẽtorum explanationes, Hetruſcorum diſciplinã cõtineri putarũt, &c. Ex iis arbitror, vt apparet, aliter eẽ diſtinguẽda cõmota, q̃ compitalicii magiſtri conſueuerunt hoc ordine, atq; ſenſu. Maiores noſtri ſtatas, & ſolẽnes cæremonias. Pontificum ſcientia voluerunt explicari, nã tota ſacrificandi ratio à collegio põtificum, petebat, vt diſcimus ex Cice. Liuioq;. Sed auctoritatẽ rerum bene gerẽdarũ voluerunt explicari obſeruatione augurum, qppe Romani publice, niſi auſpicato, nihil inchoabant, vt auctor eſt ipſe Tullius. Prædictiones, & Apollinis oracula, Vatum. i. Sibyllarũ, vl Martiorum libris. Depulſa vero portẽtorum. i. ꝓcurationes ad auertẽdas portẽtorum minas, Hetruſca diſciplina explicari voluerunt. Priſco etiã inſtituto. i. veteri ſacrorum cõſuetudine, impartito ſacrificio, cum ſolẽni ritu, rebus diuinis opera dat, quõ ꝓcatione aliquid eſt cõmẽdãdum, quõ eſt expoſcẽdum voto, quõ exoluẽdum, gratulatione, quõ inquirẽdum, vel extis, vel ſortibus, repetẽdum ſemper eſt, priſco inſtituto rebus diuinis opera dat, per ſingula cõmota, ſicut illud, explicari voluerunt in ſuperioribus. Hæc eſt elegans & vera Gregorii Merulæ expoſitio, q̃ Dñs eruditus admodum Iuuenis eius auditor excerpſit, & mecum cõmunicauit, is affirmabat, Merulã iuſſiſſe induci, verbum peragẽdum, quia ſẽſum deſtrueret. Aliqua Codr⁹ Vrce⁹, & Raphael Rhegius ad hãc rẽ prodiderũt, ſed vtroq; prior, vt accepi, Merula iã promulgarat, & ſi pręẽtus eſt editione, nõ ꝓpterea ſua laude fraudari debet.

DE CERERE PLACANDA.

*Tantum autem ſtudium antiquis non ſolum obſeruandæ, ſed etiam amplificandæ religionis fuit, vt florentiſſima tum, & opulentiſſima ciuitate, * decem principum filij. S. C. ſingulis Hetruriæ populis, percipiendæ ſacrorum diſciplinæ gratia traderentur: Cererique, quàm more græco venerari inſtituerant, ſacerdotem à * Velia, cum id oppidum nondum ciuitatis nomen accepiſſet: Chaleitanam peterent, vel, vt alij dicunt, Caliphenam: ne deæ vetuſtis ritibus perita deeſſet Antiſtes. Cuius cum in vrbe pulcherrimum templum haberent, Gracchano interitu pollutum, moniti Sibyllinis libris, vt vetuſtiſſimam Cererem placarent: * Ennã (quoniam ſacra eius indè orta credebant) quindecim viros ad eam propitiandam miſerunt. Item matri Deum ſæpenumero imperatores noſtri, compotes victoriarum, ſuſcepta vota Peſinuntem profecti, ſoluerunt.*

*Sex ſcribit Cic. li. 1. Diuina.

*Ex Cice. Orat. pro Corn. Balbo.

* Aetnam Ex Cicer. ver. vi.

OLIV. Tantum autem ſtudium,] Cõmendat antiquos, quod adhibuere ad religionem colendã, cum, inquit, Hetruſci eo tempore ceteris gentibus religione præſtaret, ſenatuſconſulto decẽ principum filij ſingulis ciuitatibus Hetruriæ tradebantur, vt plene diſciplinam ſacrificandi perciperent, cuius rei Cic. meminit lib. de diuinat. dicit. n. Bene apud maiores noſtros ſenatus tum, cum florebat imperiũ, decreuit vt de principũ filijs ſex electi, ſingulis Hetruriæ populis, in diſciplinã traderent, ne ars tãta ꝓp tenuitatem hominum, & religionis auctoritatẽ adduceret ad mercedẽ, & q̃ſtum, in quo tñ à Vale. de numero diſſentit. [Tñ autẽ ſtudium] Tametſi hæc religio ſuperſtitio potius dicenda ſit, quippe dæmonum cultrix, & q̃ verum deum non inuenerat, hæc tñ exẽpla non parum nobis prodeſſe põt, nã ſi dæmonum cultores à deo religionis obſeruãtes fuiſſe vñr, quid nobis faciendum eſt, qui verum deum vera religione colimus, & veri cultus certa pmia expectamus? [Florẽtiſſima tum] Reſpicit illud, quia dici poſſet, hoc ideo faciebant Rom. vt placatis dijs vrbẽ ſuã ex parua magnã, ex paupere ditem facerẽt, imo, inquit, ciuitas tum erat florẽtiſſima, & opulẽtiſſima [Cereri quoque.] Hinc quoq; diligentia, quã circa religionẽ habuere maiores, oſtẽdi põt, q cum vellent Cereri ſuo ritu ſacra celebrari, miſerunt in Græciã, vnde ſacrificia orta eſſe dicebant, deinde in Siciliã, quia inde Ceres ꝓ dea coli cœpiſſet, cũ filiã ſuã Proſerpinã à Plutone, raptam inquireret, inde enim ſacra Cereris principium habuiſſe credebãt, ergo ne qd omnino deeſſet, nullum locum prætermiſerunt, vbi dea aliq̃ cultu diceret. [Cereri quoq;] Ad ſpeciẽ ſenſim deſcendit, ergo Cereri ad honorẽ Cereris. [More Græco] Ne ſi mutato ritu ſacrificarẽt, piaculum cõmitterẽt. [Sacerdotem] Tñ ſtudium fuit, vt ẽt ſacerdotem peterent, quo docta, & perita antiſtes, ſacrificia deæ ſuo ritu, & more celebraret. Fiebãt aũt Cereris ſacra à ſolis matronis, teſte Liu. lib. 2. ſcdi pun. belli. Sacrum, inqt, anniuerſarium Cereris intermiſſum eſt, quia nec lugentibus facere id fas eſt, nec vlla illa tẽpeſtate matrona luct⁹ expers fuerat. [A Velia] Velia oppidũ eſt Calabriæ, ſic à paludib. quib. circundatum eſt appellatũ, nã ἕλος ſignat paludẽ, daſea vero, hoc eſt aſpirã in digama cõuertiẽ. i. in ϛ. cõſonãtem, ſicut multis in nominib. fieri ſolet, vt henetus venetus, heſpera veſpera, & multis alijs ſiñr. [Vetuſtis ritibus deeſſet antiſtes] Ne quid de ritu ſacrorum eius ꝓtermitterẽt. [Perita] Quæ ſacrorum eius peritiã hñet, riteq; ſacrificare & ſciret, & poſſet. [Antiſtes] Sacerdos ab anteſtando, eſt aũt cuſtos, & princeps tẽpli. [Cuius cũ ĩ vrbe pulcherrimũ templũ] Nec ſatis habuere maiores accerſitam à Velia ſacerdotẽ ſacrificandi peritã, q̃ vetuſto ritu Cereri ſacrificia faceret, qui ẽt cũ in vrbe tẽplũ ei cõditũ eſſet ampliſſimũ, & oſtẽtis ciuitas laboraret moniti libris Sibyllinis, vt Cererem vetuſtiſsimã placarent Aetnã. 15. hoĩes miſerũt ad eã placãdã, qm̃ inde ſacrificia eius pricipia, vt dicimus, habuiſſe credebanẽ, nam Aetna mõs eſt Siciliæ à poetis decantatus, & in cuius radicib. eſt eiuſdẽ noĩs oppidũ, teſte Str. li. 6. ĩ deſcriptione Siciliæ. dicit. n. Centuripis aũt ꝓpinquũ eſt, cui le ſane oppidũ vocatum Aetna, ex mõte cõſceſſuros accipit, atq. tranſmittit, hic. n. primus mõtis aſcenſus ĩchoat, illuc miſſi fuere legati. Nã cũ Proſerpina Cereris filia cũ Cyane nympha, & ſirenib⁹ flores colligeret à Plutone rapta eſt, mater inſcia, à quo ſibi filia ſurrepta fuiſſet,

Hetruſcã diſciplinã quãti facerent Romani.

Cereri ſacrificium.

Velia.

fuiſſet, errando cū tempus ei diurnum non ſufficeret, noctu eā facibus accēſis per triuia, & quadriuia vlulādo quærebat, vnde permāſit in eius ſacris, vt certis diebus à matronis exerceatur vlulatus ad imitationē eius. [Moniti libris Sibyllinis] Hoc etiā refert Lactan. de falſa religione, dicit.n. rep. tandem perturbata ſeditionibus, & oſtētis, cū moniti eſsēt carminibus Sibyllinis, Cererem debere placari, legatos Aetnam miſerunt. [Itē matri deū,] Et hoc eſt ſeruatæ religionis exemplū non mediocre, ꝙ imperatores R. quæ matri deū pro cōſequenda victoria ī bello vota feciſſent, eadē Peſſinuntē profecti, cū ſumma deuotione perſoluerent, ꝙ ibi numen eius coleretur in primis. [Itē] Rurſus vel ſimiliter non ſolū Cereri, ſed etiā matri deum eſt habitus honos. [Cōpotes victoriarum] Cū victorias obtinuiſſent.

Cybeles templum.

[Peſinūtem] Oppidum eſt Phrygiæ, vbi Cybeles ſimulacrum colebatur, quod cū à Peſſinunte oraculo Apollinis Romā tranſlatū eſſet, apud Scipio. Naſicā conſenſu ſenatus collocatū eſt, quia reſpōſum fuerat ab oraculo, vt cum Romā dea veniſſet, tum curarēt, vt eam qui vir optimus eſſet, Romæ hoſpitio acciperet, de cuius aduentu ſuo loco dicemus lib. 8. cap. vltimo.

Ascan.

TAntum aūt ſtudium] Vt vero, & pie monet Oli. ingens nobis propoſita eſt cura obſeruandæ piæ religionis, cum priſci Romani ſuperſtitionis ſacrilegæ, nedū ſtultæ, & ab ipſis ſpiritibus in perniciem, ac ſeruitutem generis humani introductæ, tā anxie obſeruantes fuerint. Quis itaq; verbis explicet, quantū debeamus ſaluatori noſtro, qui nos nō ſolum à peccati iogo, ſed etiā à ſuperſtitione miſerrima liberauit? Nihil.n. miſerius q̄ quot mortales nouerimus, tāquā deos venerari, tātūq; deorū numerū cōſtituere, vt nulla fere virtus, nullūq; vitiū ſit, ꝙ nō diuinitate donauerit ſtulta gētilitas, vnde honorē, virtutē, victoriā, pallorem, febrē, fortunā, vt numina adorabāt, & ſi quis dicat à prudētioribus creditū vnum fuiſſe numē. Nā vt Pli. aſſerit, fragilis, & laborioſa mortalitas in partes iſta digeſſit plures, fragilitatis ſuæ memor, vt portionibus quiſq; coleret, quo maxime indigeret: dicā perpaucos fuiſſe, aut nullos, q id ſincere crederēt, nā ſi vnius veri dei cetera numina mēbra, quædā credi diſſent, nō cenſuiſſent inter ſe tam diuerſa, vt vno ſacello coli nō poſſent. Nos.n. ſic ſanctorum cōmunionē credimus, vt quod vni placere cōſtet, omnibus placeat. Verū iuxta inſtitutū noſtrū ordinē proſequamur, Aūt ꝓ ſed tm ſtudiū.i. tam ſtudioſus conatus, non ſolū obſeruādæ religionis.ſ. ſemel inſtitutæ, ſed etiā amplificādæ religionis fuit antiquis.i. priſcis Romanis, vt ciuitate ſup. exiſtente, tū florētiſſima & opulētiſſima, quæ res negligentiā religionis generare ſolēt: In aduerſitatibus.n. & timore Deū inuocamus, vnde illud, primos in orbe deos fecit timor, & illud Grego. Mala, quæ hic patimur, ad eū nos ire cōpellūt, iuxta ꝙ Pſal. Ad dūm cū tribularer clamaui, &c. Et cōtra. īpinguatus eſt dilectus meus, & recalcitrauit. decē (Cicero ſeu dicit) filij principū.i. maiorū ciuitatis, cū pauperrimus quiſq; nūc religioni deſtinetur, niſi honores cū quæſtu potiores inuitēt, traderentur ſenatuſcōſulto .i. ex decreto ſenatus ſingulis populis Hetruriæ, ſunt qui 12. populos Hetruriæ fuiſſe dicāt, & ab illis 12. lictorū numerū ſumptū, vnde cētū viginti fuerint filij mittēdi, aut ſm Cic. 72. qui numerus diſcipulorum Chriſti fuit, traderētur, dicit, gratia diſciplinæ ſacrorū percipiendæ, in qua Hetruſci habebātur periti ſſimi. (Et repete à ſuperiore, nā lectio cōdependet) vt peterēt Cereri.i. ad honorem Cereris Chalcitanā, vel vt alij dīt, Caliphenam ſacerdotē.i. quæ eſſet ſacerdos Cereri, q̄.ſ. Cererē, inſtituerāt.i. inceperant, aut propoſuerāt venerari more græco.i. vt græci, à quibus primū venerata eſt eam venerabātur, peterēt, dico à Velia, cū hæc ſcriberentur oppido Calabriæ, cū id oppidū nundum.ſ. nō adhuc accepiſſet nomē ciuitatis, nō omnia ergo oppida ciuitates conſtituūt, ſed ea dūtaxat, in quibus cōmunibus legibus, & iure conſtituto ſolēniter viuitur, q̄ dignitatē nunc Galli traxerūt ad ea oppida in quibus eſt epiſcopalis ſedes, cū & aliæ ciuitates ſint. Pertinet aūt ad ſtudium religionis, ꝙ opulentiſſima ciuitas nō dedignata ſit ab oppidulo nōdum ciuitate ſacerdotem petere, notum aūt eſt ſacerdotē cōmunis eſſe generis, vnde hic fœmininum eſt, ideo aūt petierunt, Ne Antiſtes.i. princeps ſacerdotū, perita.i. exercita, vetuſtis ritibus, deeſſet deæ .ſ. Cereri. Cuius.ſ. deæ, cū haberent pulcherrimū templū in vrbe, & pollutū ſup. haberēt, aut eſſet interitu Gracchano, quia alter Gracchorū in eo interijt, antiqui ſup. aut maiores noſtri, moniti libris Sibyllinis, à ſibylla Cumana ſcriptis, & ad Tarquinium allatis, in quibus fata Romana continebantur, vt placarent Cererem vetuſtiſſimam, aut vetuſtiſſimo more, aut antiquiſſimam, quod eam à prima ciuitatū inſtitutione coluiſſent mortales. Nam non eſt ciuitas ſine legibus, legū aūt inuētrix Ceres. Vnde Maro, legiferæ Cereri dixit, miſerūt Aetnam oppidulū Siciliæ, nō ꝓcul ab Aetne mōte, de qua dicit Strab. lib. 6. Intra inſulā eſt Aetna, modicis quidē poſſeſſa inquilinis, ſuper collem iacēs, in qua Cereris ædes eſt. Ea mōtanas amplectitur planicies totas arabiles, &c. 15. viros ad eā propitiādā, qm̄ credebant ſacra eius.ſ. deæ Cereris orta inde, Itē matri deū. Oſtēdit ſimilem diligentiā factam in ſeruāda religione circa cultū matris deū, Cybeles nomine, cuius cū antiquiſſima veneratio Peſſinunti eſſet in Phryia: miſerunt ſæpe illuc ad gratulandum poſt obtentam victoriam. Declinatur aūt Peſſinus Peſſinūtis, vt Hiericus Hiericuntis, opus opuntis, amathus amathuntis.

Theo.

VElia] non Calabriæ, ſed Lucanis ciuitas, de qua Strabo, Pliniusq́;, & Gellius ex Higynio. [Gracchano interitu] Cic. de ſignis in Verrem in deſcriptione Siciliæ. Apud patres, inqt, noſtros atroci, ac difficile reip. tēpore, quo Tib. Graccho occiſo, magnorū periculorū metus ex oſtentis portenderetur. P.M.L. Calpburnio Coſſ. aditum eſt ad libros Sibyllinos, à quibus inuentū eſt, Cererē antiquiſtimā placari oportere. hæc Cic. Locū Codrus explicauit Aetnam, quidam ſcribendū putāt Ennam cum Liuio Sillioq́;, & alijs auctoribus, inde Ceres Ennea auctor obſcœni carminis Enneæ Cererem nurus frequentauit. [Peſſinunrem] Corrige Peſinuntē, ſicut apud Liu. frequenter admonuit Ianus Herodiani teſtimonio, cum Minutianus vbiq; Peſinuntem perpetuam ſcripſiſſet Herodiani verba ſunt hæc, Cybeles, inquit, ſimulacrum decidiſſe ferunt in quendam Phrygiæ agrū, cui nomē Peſinunti à caſu eius ſimulacri factum putāt, ibi.n. à principio cōparuiſſe. Licet apud alios cōperiam. pugnam illic Ilum Phryga. Tantalumq́. Lydum inter ſe conſeruiſſe, ſiue de via ortā, ſiue potius ob raptū Ganymedis, quomodocunq; dijs æquis viribus decertatum foret, ac permulti vtrinque cecidiſſent, nomen ex ea clade loco eſſe impoſitum. hic etiam fama fert Ganymedem ipſum, trahentibus in diuerſa, amatoris, ac germani manibus vita eſſe orbatum, ſublatumq́. è medio pro calamitatis ſolatio relata ad Iouem raptorem fabula, diuinis fuiſſe honoribus affectum.

Peſinus vnde.

DE METELLO PONTIFICE.

*METELLVS vero *Pont. Max. Poſthumium conſulem, eundemq́; Flaminem Martialem, ad bellum gerendum Aphricam petentem, ne à ſacris diſcederet, multa * indicta, vrbem egredi paſſus non eſt, religioniq́; ſummum imperium ceſſit: quoniam tuto ſe Poſthumius Martio certamini commiſſurus non videbatur, cæremonijs Martis deſertis.*

* Ex Liu. lib. 29.

* Dicta.

Oliv.

METELLVS vero Pont. Max.] Sub cuius poteſtate ceteri oēs pontifices, & ſacerdotes poſiti erant. Vnde etiā maximus dictus eſt, quia reliqui oēs ipſo erant inferiores. Eundemq́. flaminem].i. ſacerdotē, Flamines, vt Varro teſtatur, dicti ſunt, ꝙ caput vinctū hāt filo, & cognomen accipiunt ab eo deo, cui, ſacra faciunt, ſed partim ſunt aperta, vt Mar. vulcanalis, obſcuriora partim, vt dialis à Ioue, furialis à furia, cuius i faſtis feriæ erāt furiales. Liu. vero ſcribit. Numā flaminē Ioui aſsiduum ſacerdotē creauiſſe, inſigniq́. eū veſte, & curuli regia ſella adornaſſe, huic duos flamines adiecisse, Marti vnum, alterum Quirino. Creati ſunt ēt à Pont. Max. flamines, & à Dictatore in oppidis, ſeu municipijs, ſcribunt Cic. & Liu. ergo flamē dictus, vt quaſi filamen à filo lanæ, quo caput vinctum habebat, ꝙ aperto oīno capite eſſe nō liceret. Dio. ēt Alicar. lib. 2. à flāma aſſumpta, inquit, omni diuini cultus inſtitutione, atq; conſcripta in octo diuiſit partes, quot erāt ēt ſacrorum ordines, tradidit aūt vnam ſacrorum miniſteriorum conſtitutionē xxx. curionibus, quos dixi hoſtias immolare publicas procuriis, ſecundam vero ijs qui vocantur à græcis ſtephenori, à R. vero flamines, quos à geſtatione pileorum, & infularum, quas adhuc ferunt. flāmā vocantes hoc noīe appellant, inuenies, qui dicāt, ideo flamines dictos eſſe quaſi filamines, ꝙ in ſummo flaminis apice eſſet virgula quædam lanata.i. virgula, in cuius extremitate modica lana erat alligata, quod conſtat ab Aſcanio apud Albam primo fuiſſe inſtitutum, & ſm quoſdam ad terrorē coruorum, qui plerunq; ſacrificantibus ſuperuenientes, non obſeruātibus exta ſacerdotibus, correpta protinus auferebāt ſecundum alios, quia æſtatis tempore, cum calor intenſius feruerer, ne Pileum ferre non poſſent, nec capite detecto eſſe liceret, ad ſatisfactionem

Flamines:

huius,& temperamentum illius virgā illam lanatam in capite geſtabant.[Ad bellum]Mittebatur.n.cum imperio.[Sacris] Quæ.ſ.Marti debebat,& facere ſolebat,quia Martialis flamen eſſet.[Multa indicta]Iniuncta pœna,ſi vrbe egrederetur.[Religioniſq; ſummo] Nunc cauſam ſubiungit, quare hoc exēplū poſuerit,vt oſtēdat maiores nihil habuiſſe potiſſimum præter religionem.Qm̄] iuſtā cauſam,ſubiungit, cur ille ſe religioni ſubiecerit.Nā ſi ſacra Martis deſeruiſſet, quomodo ſperare potuiſſet Martem ſibi futurum propitium?

ASCEN. METellus vero Pont.Max. ſenatuſconſulto, & quaſi communi totius ciuitatis decreto. Tranſit ad ſingulorum, & primo ſummi pontificis in ſeruanda religione, auctoritatem, & flaminis Martialis obedientiam, nam vtriq; laudi datur,& illi,q̄ iuſſerit,& huic,q̄ obediuerit.

THEO. FLamines] Dio.ait flamines à flamentis appellatos, non vt iſti legūt à flamma.grecus enim Dio.codex habet, flamma vocant, & ita Parthaſius olim caſtigauit.[Multa in dicta] Immo dicta ex antiquis exempla. Nam multa dici ſole, non indici.[Inconſulto.d.vetuſti codices hoc non habent, At ſaltē ſi placet,emenda,inconſulto eo,ſcilicet Poſthumio.

DE TIBERIO GRACCHO.

LAVDABILE 12.faſcium religioſum obſequium: laudabilior quatuor et viginti in conſimili re obedientia.à Tiberio enim Graccho, ad collegium augurum literis ex prouincia miſſis:quibus ſignificabat ſe, cum libros ad ſacra populi pertinentes legeret, animaduertiſſe vitio tabernaculū captum, comitijs conſularibus, quæ ipſe feciſſet: eaq; re ab auguribus ad ſenatum relata, iuſſu eius C. Figulus è Gallia, Scipio Naſica è Corſica Romam redierunt,& ſe conſulatu abdicauerūt.*

*Ex prouincia Sardinia.Cic.li. 2. ad Q.F. & 2.de natu.deorū.

OLIV. LAVDABILE] Tib.Grac.ſequentis anni conſules creauerat,C.Figulū,& Scipionem Naſicā, qui cum magiſtratum iniſſent, & in prouincias vterq; ſuam diſceſſiſſent, paulo poſt à Tib.Grac.qui tunc procōſul erat in Aſia,literæ miſſæ ſunt ad collegiū augurū, quibus ſignificabat, ſe vitio cōſules creaſſe,non recte capto tabernaculo,hoc aūt ſe cognouiſſe,dū libros augurales inſpiceret. Augures.n. cōtinuo rem detulerūt ad ſenatū,qui ſtatim iuſſit vtrūq; Romam redire,ſeq; abdicare magiſtratu.Duodecim faſcium] Faſces erant inſignia conſulatus à faſciculis virgarū ſecuribus alligatis, quas lictores cōſuli præferebant ad terrorem, lictores aūt à ligādo dicti ſunt,qd̄ nocentes ad pallū ligarent,virgiſq́. cederent, & ſecuri percuterent,erant aūt 24.quorum 12.cū vno,alteri cōſuli totidē parebāt,ergo 12.faſciū.i. vnius cōſulis obedientia laudabilis fuit, quia Poſthumus,qui cōſul erat,& 12 faſces hēbat,paruit pontifici,ſed quatuor, & 20.i.duorū cōſulū obediētia laudabilior fuit.[Obſequiū] Obedientia, & in bona parte accipitur,at illud Terentianum. Obſequiū amicos,veritas odiū parit,pro aſſentatione quadā vt accipi,cū dicat Donatus,obſequiū aſſentator debet,veritatem amicus.[A Tiberio] Qui eos conſules vitio creauerat.[Collegium] Augures plures erāt, & qui in eodē magiſtratu plures ſunt,collegę dr̄, ipſorū vero cœtus collegium.[Animaduertiſſe] Cōprehendiſſe animaduertere cum accuſatiuo ſine propoſitione cōſiderare,& cōprehēdere ſignat Cic.Animaduerti Brute ſæpe Catonē,animaduertere cū accuſatiuo cū præpoſitione in,aliquē iuſta de cauſa punire,hinc fit animaduerſio,punitio.[Vitio ca.tab.] Plu.ita diffinit quid ſit capere vitio tabernaculū, ſi tabernaculū,inquit,cepiſſetis, qui auguriū capturus eſſet,ita, vt antequā auſpicium ceperit,aliquid aliud egiſſet quod ad augurium non pertineret, tū id tabernaculū vitio captū eſſe dicebatur, & ſi auſpicia cepiſſet i eo,nihil valebāt.Cic.quoq; lib.de diuin.ita inquit, quid apud te ſcriptū eſt de Tib.Grac.nonne,& augurū,& aruſpicum cōprobat diſciplina,qui cum tabernaculum vitio cepiſſet imprudens,quod inauſpicato pomerium trangreſſus eſſet, comitia cōſulibus creādis habuerit. [Libros ad ſacra pert.] Vel augurales, vel ſybillinos [Comitijs conſu.] Quæ ad creandos Coſ. habuerat.Comitia vt ſcr. Aſconius,fuerunt ædilitia prætoria, tribunitia, & conſularia. Aulus vero Gel.dicit, comitia alia fuiſſe curiata,alia centuriata.Comitium aūt erat locus dictus, teſte Varone,q̄ ibi coibant comitijs curiatis magiſtratus creādi cauſa, nam in cāpo Martio eligebatur magiſtratus, habitis comitijs.De ordine aūt comitiorū multa apud Liu. plura apud Dio.lib.8.vbi de Coriolani damnatione loquitur,videre licet. [Corſica]Hæc inſula procul eſt è Sardinia 60.ſtad.auct.Str.

Animaduertiſſe.

ASCEN. LAudabile tranſit ad aliud exēplum dicens, Laudabile ſup. fuit obſequium religioſum 12.faſcium.i.conſulis, cui 12. erant lictores cum faſcibus,ſed ſup obedientia quatuor & 20. ſup.faſciū.i.duorum conſulum.ſup erat laudabilior.Enim pro quia,literis miſſis à Tib.Graccho ex prouincia ad collegiū augurum,quibus.ſ.literis ſignificabat ſe animaduertiſſe,cū legeret libros pertinentes ad ſacra populi.ſ.Roni. animaduertiſſe dico, tabernaculum captum vitio comitiis conſularibus.i.quibus conuenerant ad Coſ.creandos,quæ.ſ.comitia ipſe.ſ.Tiberius feciſſet,& ea re relata ab auguribus ad ſenatum.

THEO. GRaccho]Gracchus, & ortus ſine aſpiratione dici debere. Var.ait,& ortum quidem q̄ in eo oriantur omnia. Gracchum vero à getendo,q̄ eius mater 12.mēſibus eum geſtauit, vnde à gracilitate corporis,vt quidam volunt, Gracchus, ſed cōſuetudo.& Gracchos,& hortos cum aſpiratione vſurpauit. hæc olim Ianus ex Chariſio recitauit.

DE P. CAELIO, M. CORNELIO, ET ALIIS

COnſimili ratione poſt P.Cælius, Marcus Cornelius, M.Cethegus, & C.Claudius propter exta parum curioſe admota aris deorum immortalium, varijs temporibus, bellisque diuerſis, Flaminio abire iuſſi ſunt, coactique etiam.*

*Imo ante Ex Liu. li. 26.& Plutar.i Marc.

OLIV. CONSIMILI ratione] Eadem ratio fuit,q̄ tres flamines ſacerdotium deponere ſunt coacti: quia videlicet parū diligēter exta altaribus admouiſſent. [Exta parum curioſe] quia cæſa victima, & immolata ſacerdotes primò lāce impoſita debebant exta diligenter altaribus admouere,deinde quaſi ſacrata ſuſcipere,& ſic veſci,quod cum illi negligenter feciſſent, ſacerdotio priuati ſunt.[Cōſimili ratione] Vt religioni cederēt. [Admota]oblata,appropinquata.[Flaminio] Sacerdotio flaminis,nam ſicut à pontifice pontificatus dicitur,ſic à flamine,hoc eſt ſacerdote flaminium ſacerdotium. [Coacti] quia ſacerdotio abire nolebant.

Flaminio.

ASCEN. COnſimili,&c.]Ordo eſt.Pub.Cęlius, M.Cornelius Cethegus, & C.Claudi iuſſi ſunt,& etiam coacti,quod plus eſt, ideo autem coacti,quia parere recuſauerunt, vnde cogentium non coactorum hoc loco commendatur religio, coacti itaque ſunt conſimili ratione plus.i.deinceps,variis tēporibus,& bellis diuerſis, abire Flaminio,i.ſacerdotio,propter exta admota ſ.ab eis,aris deorum immortalium parum.i nō ſatis curioſe.i. accurate. Vbi ſignandum curioſum non ſemper in malum accipi,nam hic vitio datur,non curioſe egiſſe.

DE SVLPITIO.

AT Sulpitio inter ſacrificandum è capite apex prolapſus,e idem ſacerdotium abſtulit.*

*Plutar.in Marce.

OLIV. AT Sulpitio inter.]Ob nullam aliam rem Sulpit. ſacerdotio priuatus eſt, niſi quod apex ò capite ceciderat. erat autem apex in ſummo flaminis pileo virga lanata, vt ſupra diximus.i.in cuius extremitate modica lana erat alligata. Virg. Ecce leui ſummo de vertice viſus Iulij. Fundere lumen apex, & circum tempora paſci.

ASCEN. AT Sulpitio.] Superiores,qui propter exta non ſatis curioſe admota aris videntur ſatis iuſte coacti abire flaminio, ſeu ſacerdotio,quod vulgo dicimus degradari.

DE FABIO MAXIMO.

OCcentuſq; ſoricis auditus, Fabio Max.dictaturam,C.Flaminio magiſterium equitum deponendi, cauſam præbuit.*

* De aliis hoc Plau. in Marc.

OLIV. OCcentus] Vix,inquit,creati fuerant dictator, & magiſter equitum,cum ſacrificātes vocem ſoricis audiuere, & magiſtratum deponere coacti ſunt. Plin.ait contentu ſoricum dirimi auſpicia,annales referti ſunt.

ASCEN. OCcentuſq́.&c.]Alij concentus legunt, ſed rectius occentus,quaſi à ſtrependo ſonus factus intelligatur.

THEO. CONCENTVS.] Lego occentus ex antiquis codicibus.

De

DE PVBLIO LICINIO

*Liu. lib. 28.

ADIICIENDVM *his, quòd* * *P. Licinio Pót. Max. Virgo veſtalis, quia quadam nocte parum diligens æterni ignis cuſtos fuiſſet, digna viſa eſt, quæ flagro admoueretur.*

OLIV. ADIICIENDVM bis.] In æde deæ Veſtæ ignis æternus ſeruabatur, cui ſemper vna ex veſtalibus diligentiſſima cuſtos adhibebatur, quæ vigilando ſeruaret, ne aliquo caſu extingueretur ignis, forte accidit, vt vna oppreſſa ſomno ignem extingui permiſerit, quod cum pótifici cognitum eſſet, flagellis tota ferme cófecta eſt. Liu. 8. ſecundi punici belli, plus, inquit, oíbus, aut nunciatis peregre, aut viſis domi prodigijs terruit animos hoíum, ignis in æde Veſtæ extinctus, ob q̄ cǽm cæſa flagro eſt Veſtalis virgo, cuius cuſtodia eius noctis fuerat iuſſu pótificis. P. Licinij: id q̄q̄ nihil portédétibus dijs, cæterū qa negligētia humana acciderat, tñ & hoſtijs maiorib⁹ procurari, & ſupplicationé haberi ad Veſtæ aram placuit. [Virgo ue.] ideo virgines Veſtales perpetuū igné ſeruabát, vt ad ſimulacrū cœleſtiū ſiderū cuſtos imperij flāma vigilaret, teſte Floro, qui dicit Numa Póp. focum in primis Veſtæ virgini colédú dedit, vt ad ſimulacrū cœleſtium ſiderū cuſtos imperij flāma vigilaret. Alij dñt, ꝙ ideo ſeruabát, vt ſignificarét, ſe ita ꝑpetuo putas, & inuiolatas eſſe debere, ſicut inuiolatus ſeruabaẗ ignis, his. n. teſte Liuio ſtipēdium de publico dari ſtatuit Numa Póp. qui hoc ſacerdotiū iſtituit, vt aſſiduę tépli antiſtites eſſent, eaſq́; virginitate & aliis cæremoniis venerabiles, & ſanctas fecit, eſt aūt Veſta q̄ *ἑστία* græce dr, hāc aūt terram eſſe perhibent, q̄ ignem habere manifeſtū eſt. [Flagro admoueretur,] Verberibus cęderetur.

ASCEN. ADiiciendum his, &c. Adducit ſcrupuloſæ obſeruationis exempla, quæ ſi non aliud, hoc tñ vtilitatis nobis afferre debēt, vt memores ſimus quātum in vera religione obſeruāda diligétiæ habere debeamus, cum Hethnici in ſuperſtitione ſua tā anxij obſeruatores fuerint, vt ꝓ igne ꝑ negligétiā extincto, ſacerdotula eius cuſtos flagris ſit admota. i. virgis acriter cæſa.

DE VIRGINE AEMILIA.

*Dio. lib. 2.

MAXIMAE *vero virginis* * *Aemilię diſciplinam extincto igne, tutam ab omni reprehenſione Veſtæ numen præſtitit: quia adorante, cum carbaſum, quā optimā habebat, foculo impoſuiſſet ſubito ignis emicuit.*

OLIV. MAXIMAE Vir.] Diony. Alicarnaſ. deficiéte inquit aliquando negligentia quadā igne cuſtode tunc eius Aemilia, aliaq́. virgine nuper electarum, & tunc dicentium tradente, cuius cura perturbationé fuiſſe tota in vrbe, multā, & inquiſitioné per pontifices, ne pollutio aliqua circa igné ſacerdotibus extitiſſet, túc aūt Aemiliam ferunt inſonté quidé, ſed dubitandā ex huiuſi caſu pontificibus, ſacerdotibus, & aliis virginibus manus ſuper arā tendenté ita dixiſſe, Veſta vrbis Roma. cuſtos, ſiquidē pie, & iuſte ſacra tibi perfeci, annis paulominus 30. & animū purū habés, & corpus caſtū, demonſtra mihi, ſitq́; auxilio, neq; patiaris ipédas ſacerdoté tuā, morte mori miſerrima, ſi vero impié aliquod geſtū eſt à me, meo ipſius ſupplitio vrbis pollutioné expia. hæc dicété, & ſcindenté à carbaſea veſte, qua túc amicta erat, faſciā poſt preces factas, iecíſſe eā ſuper arā dñt, & ex frigido multo ante, nullāq; ſeruáte ſcintillā cinere flammam emicuiſſe multam per carbaſum, ita vt nec ciuitati luſtratione, nec nouo opus eſſet igne. dicit ergo Val. illa quidé, q̄ negligés fuerat, flagelis cruciata, at vero Aemilia, tametſi neſcio quo ignis extinctus eſſet, tantā tñ aío religioné cócepit, vt cum ſupplex deæ miſericordiá imploraret, foculo carbaſū ſuū ſuppónés, meruit incéſo carbaſo igné extinctū ſuſcitare, ad id ergo valet aduerſatiua cóiunctio vero, illa quidé pœnas dedit negligentiæ: At vero hanc tutā præſtitit numen, & eſt argtū, ꝙ nó ſolum à pœna, ſed etiā à reprehenſione tutā ſeruauerit, nā nó minor plerunq ſolet eſſe reprehenſio, q̄ pœna. [Diſciplinā] Cuſtodiēdi ignis. [Carbaſum] Materiam poſuit ꝓ forma, eſt. n. carbaſus tenuiſſimi ligni genus, quod nunc ēt frequétiſſime ꝓ velo ſumitur, & eſt metonymia. [Foculo] Diminutiuum à foco, aūt focus locus, vbi foueẗ ignis, ipſum vero elementum ignis eſt, ergo foculo loco, vbi erat ignis extinctus.

ASCEN. MAximæ vero] Contra dicit, approbata eſt diligentia Aemiliæ, etiam dea approbante, vt Oliuer. latius declarat. Ordo eſt, vero pro ſed, q. d. econtrario Numen. i. diuinitas Veſtæ, q̄ nutu, quæ vult, facit, aut dea ipſa ꝓſtitit diſciplinā. i. religioſam obſeruationé, q̄ à maioribus, vt diſciplinā accepit.

THEOPHIL. MAximæ Virginis.] Maximę dignitatis nó familiæ nomen eſt, aut propriū. Nā maxima ſic appellaẗ, vt Pont. Maxi.

DE MARCELLO, ET TEMPLO Honoris.

NON *mirum igitur, ſi pro eo imperio augendo cuſtodiendoq́;, pertinax eorum indulgentia Deorum ſemper excubuit: quòd tam ſcrupuloſa cura, paruula quoque momenta religionis examinari videntur: quia nunquam remotos ab exactiſſimo cultu cęremoniarum oculos habuiſſe noſtra ciuitas exiſtimanda eſt.* * *In qua cum Marcellus quintum conſulatum gerens, templum Honori, & Virtuti, Claſtidio prius, deinde Syracuſis potitus nūcupatis debitum votis cóſecrare vellet: à collegio pontificum impeditus eſt; negante vnam cellam duobus Dijs recte dicari: futurum enim ſi quid prodigij accidiſſet in ea, nec dignoſceretur, vtri rem diuinā fieri oporteret; nec duobus,* * *niſi certis Dijs vnà ſacrificari ſolere: ea pontificum admonitione effectum eſt: vt Marcellus, ſeparatis ædibus, Honoris, ac Virtutis ſimulacra ſtatueret: neque aut collegio pontificum auctoritas ampliſſimi viri, aut Marcello adiectio impenſæ, impedimento fuit, quo minus religionibus ſuus tenor, ſuaq́; obſeruatio redderetur.*

*Liu. lib. 27.

*Vt Caſtori & Polluci.

OLIV. NON mirū igitur.] Nunc dicit quid nā pro tanta religionis diligentia P. R. meruerit, vt videlicet deos propitios ſemper habuerit, qui pro imperio ſuo nó ſolum conſeruando, ſed etiā augédo inuigilauerit. Qñquidé igitur adeo diligentes in ſeruanda religione fuere Roma. nihil eſt, quod quiſquam admiretur, ſi tanta fuerit deorum indulgentia in conſeruādo, augendoq́. imperio Romano. [Pertinax.] Perſeuerans, & notandum pertinacé, plerunq., in bonā parté accipi poſſe, vt hoc loco, cū in malā vt plurimū poni cóſueuerit, eſt. n. ꝑtinax is, q vbi nó debet tenax, & obſtinatus eſt, ſed hoc loco pertinacem curā perſeuerantē dixit. [Scrupuloſa] Sollicita, & exquiſita diligētia, vt nihil oíno ꝓtermitteret, nā ſcrupulus lapillus breuis eſt, q breuitate ſua ferme oó vř, ſed calcatus ſolicitudiné creat vnde ſcrupulum ſolicitudiné, & difficultaté dicimus. Terétius, Inieci ſcrupulum, & ſcrupuloſum ſolicitum, & anxium dicimus. [Paruula.] Sicut de occentu ſoricis de apice lapſo. [Momenta.] Inclinationes. [Examinari.] Exquiri. examé proprie dř lingua hilācis, hoc eſt libre, q̄ rectiſſimā eſſe oportet, cū aliquid pēſamus, q̄ ſi huc, aut illuc inclinauerit, plus. minus ue eē intelligimus id ꝙ pēſamus, & ꝑpea examé interdū dicit iudiciū. Vnde Perſius, Examéve improbum illa caſtiges trutina. examen dicit iudicium. ſ. Pop. R. Exactiſſimo exquiſitiſsimo, nam exigere, præter alias ſignificationes, exquirere quoq. ſignificat. [Cæremoniarum] Cæremoniæ, vt ipſe paulo poſt dicturus eſt, dictæ ſunt, quia vrbe à Gallis capta, cū Veſtales virgines, ſimulacra deorum ex hoſtibus erepta traducerét, Cærete oppidū potiſsimū cóuenere, vbi benigne fuerūt hoſpitio ſuſceptę, donec à Gallis ciuitas ꝑ Camillū recuperata, & liberata fuit i huius beneficii memoriā Romani præſtiterunt, vt omnis cultus diuinus, omniſq́; ſacrorum ritus cæremoniæ dicerēẗ à Cerete oppido. [In qua cū M. Marcellus] Cóſul primo Claſtidium Galliæ Ciſalpinæ oppidum, ꝙ nunc Caſtigium dicitur, oppugnando fortiter ceperat: deinde magno labore, atq; virtute Syracuſas expugnauerat, itaq́. ea duorū oppidorū expugnatione duobus dijs vota fecerat, Honori. ſ. & Virtuti templū ædificaturū, parta victoria Romā venit, & cum vota perſoluere vellet, vtrique. ſ. téplum vnum ædificare, pontifices reſtitere, quia dicerét, id cótra religionem eſſe Liuius ſecundi punici belli lib. 7. de hac impeditione ſic breuiter refert. Conſulum alter, Quintus Criſpinus ad exercitum, quem Quint. Flau. habuerat cum ſupplemento in Lucanos eſt profectus Marcellum aliæ, atq; aliæ obiectæ animo religiones tenebant, in quibus, quod cum bello Gallico ad Claſtidium ædé Honori, & Virtuti vouiſſet, dedicatio eius à pontificibus impediebatur, quod negabát vnā cellam duobus diis recte dicari, ꝙ ſi de cœlo tacta, aut ꝓdigii aliquid in ea factum eſſet, difficilis in ea procuratio foret, ꝙ utri Deo res diuina fieret, ſciri non poſſet, neque enim duobus, niſi certis diis rite vna hoſtia fieri, ita addita Virtutis ædes à properato opere

Pertinax in bonum

Examinare.

Claſtidiū.

neq; tñ ab ipſo ædes eæ dedicatæ ſunt, tum demũ ad exercitũ, quem priore anno Venuſiæ reliquerat, cum ſupplemento pꝓficiſcitur. [Nuncupatis.] Votũ duplex eſt, conceptiuũ, & nuncupatiuum. Cõceptiuum, quod animo, & mente ſolũ concipitur, ſed verbis nõ exprimitur, Nuncupatiuum vero, quod nominatũ voce declaratur, atq. vouetur, vt ſi dixero, ſi valetudinẽ recuperauero, ſtatuam argenteã in templo Mariæ virginis cõſtituam, & erigam. Qui vota nũcupaſſet, ea libellis inſcripta templorum porticibus affigebãt. [Si quid prodigij.] vt ſi ſerpẽs in eo templo apparuiſſet, dignoſci nõ potuiſſet ab vtro profectũ. & illud oſtentum eſſet, propterea nec vtri eſſet ſacrificãdũ: aut ſi templũ de cœlo tactum fuiſſet, pari ratione dignoſci non potuiſſet, cuo illud expiandum eſſet. [Rem diuinam fieri] Sacrificare ſignat. [Niſi certis dijs] Vt Polluci, & Caſtori: vt Apollini, & Dianæ, vt Veneri, & Adoni, vt Cybele, & Atti, hæc numina ſocietatẽ quandam inter ſe habere dicebantur. Itaq. ambobus vna ſacrificabatur, præſertim Caſtori, & Polluci, ita tñ vt vtriq. ſuus haberetur honos, & ideo Marcellus coactus eſt hac admonitione, & ſuperſtitione pontificum, nõ vnã ædẽ duobus dijs, ſed duas ædificare, & cõſecrare. [Separatis ædibus.] Aedes licet plurali numero vt plurimã, priuatarum vniuſcuiuſq. domũ ſignificet, ſingulari vero templum, tñ in plurali plerũq., & pro templo accipitur vt hoc loco, ſunt qui dicãt cũ adiectione aliqua eſſe dicendũ, vt in æde ſacra, in æde Pacis, & in æde Apollinis, eodẽ modo in plurali, vt ſacræ ædes, deorũ ædes, aut nimpharum ædes, ſi vero abſolute dixerimus ædes, domũ tantummodo deſignare, & propterea apud Iuriſcõſultos inueniri ędes ꝓ omni ſpecie ædificij. [Collegio.] Quia collegiũ nõ reſpexit ampliſſimi viri auctoritatem. Voluit. n. religionis ritũ, ſanctitatẽq; ſeruatã, nec duplicata quidẽ impenſa Marcellũ à ſoluẽdo voto deterruit, nã duo templa conſtituit, qui vnum tãtũmodo vouerat, & in hoc Val. diſſentit à Liuio, qui nõ dedicata ab eo fuiſſe dicit. ſicut ſupra oſtẽdimus [Adiectio impenſæ.] Acceſſio expenſæ, vt vbi tẽplum vnũ votum eſſet, duo dedicarent. [Suus te.] Suus ordo, ſuaq; lex. [Obſeruatio.] Honor & reuerẽtia, vt religio ſuum ordinem, ſuamq; obſeruationẽ retineret. Differt tñ inter obſeruantiam, & obſeruationem, quia obſeruatio pro quadã animaduerſione accipitur in modum ſpeculationis, obſeruantia vero eſt veneratio quędam, & honoris exhibitio.

Obſeruatio.

ASCEN. NOn mirum. Tranſiturus ad religionis in Marcello narrationem more ſuo præfatur dicens. Igitur. i. qñquidem tam anxie religionem ſeruarint, vt concentu ſoricis mouerentur, nõ mirũ ſupple eſt, ſi indulgentia. i. opera clementer impẽſa pertinax. i. perſeuerans, quaſi obſtinato animo (vnde licet in bono ſit hoc loco tñ neſcio quid quaſi nimium, ſiquid in his nimium eſſe poſſit, notatur, tractum eſt verbale à pertinẽdo. i. perpetuo tenendo contra omnes eripere volentes, indulgentia vero ab indulgẽdo, indulgere aũt eſt clemẽti, aut facili animo operam dare, & quaſi diſſimulãdo ignoſcere, vnde mollis educatio liberorũ indulgentia, auctore Quĩtiliano, vocatur, & quia Deus qñ citra cõdignũ punit, imo miſericorditer ignoſcit, aut culpam remittit, nobis quodammodo indulgere videtur. i. affectione paterna peccata noſtra regere, ideo indulgentiã pro venia eccleſia liberius ſæpe, q̃ vocabulum patiatur, accipit, nõ tñ tam abſurde, vt nonnulli cauillantur) Si inquã pertinax indulgẽtia eorũ deorum. i. taliũ quales coluit, excubuit. i. more excubantium intẽta fuit, & quaſi vigilans cũ vtrũque hominis non dei ſit, pro eo. i. tali, & tã religioſo imperio augẽdo & cuſtodiẽdo, ne imminuatur, quod. i. quia, quoque. i. etiã paruula momenta. i. põdera religionis, vt eſt concẽtus ſoricis, vñr examinari. i. experiri, diſcuti, tã ſcrupuloſa. i. anxia cura, quia noſtra. i. Romana ciuit. nunquã. i. nonunquã, non eſt exiſtimanda. i. iudicãda, aut cẽſenda, habuiſſe vnquã oculos remotos ab exactiſſimo cultu cęremoniarum. i. rerum diuinarũ. In qua. ſ. ciuitate, cum Marcellus gerens v. conſulatum vellet, potitus prius Claſtidio oppido, ĩ Ciſalpina illis, nobis, trãſalpina, Gallia, deinde potitis Syracuſis vrbe opulẽtiſſima in Sicilia, hoc eſt poſtquam votis cõpos factus eas vrbes expugnauerat, cõſecrare honori. ſ. deo ſic dicto, & virtuti. ſ. bellicæ. i. fortitudini, quæ propriæ, virtus dr, tẽplum. ſ. cõmune debitum. ſ. illis, votis nuncupatis. i. expreſſis vocaliter, & non ſolũ aio cõceptis, impeditus eſt à collegio põtificum negante. i. quod collegium negabat, vnã cellã (q̃ imperiti capellã vocant). i. ſacellum dicari. i. conſecrari, recte. i. decenter duobus dijs. Quorum diuerſa eſſent numina. Enim ꝓ quia ſup. dicebant futurum ſupple eſſe, ſi quid prodigij accidiſſet in ea. ſ. cella, ne. i. vt non dignoſceretur, vtri. ſ. deorum oporteret rẽ. ſ. diuinã fieri, nec ſolere ſacrificari. i. vnum ſacrificium fieri, duobus Dijs, niſi certis, vt Polluci, & Caſtori, Apollini, & Dianæ, & ſimilibus, quorum vna, aut ſubalterna putaretur poteſtas Effectum eſt ea admonitione, vt Marce. i. ſtatueret ſimulacra honoris, & virtutis ædibus ſeparatis, neq. aut auctoritas ampliſſimi viri, videlicet Marcelli, fuit impedimento collegio põtificum, quia ei obtẽperaturum eſt, aut adiectio. i. incrementum impenſæ videlicet binarum ædium fuit impedimento. Marcello, quia vota perſoluit, nõ fuit, dicit impedimento, quo minus, i. vt non ſuus. i. debitus tenor, & ſua obſeruatio redderetur religionibus.

DE FVRIO BIBACVLO, ET L Aluanio.

*OBRVITVR etiam tot illuſtribus conſularibus L. Furius Bibaculus, exempliq; locum vix poſt Marcellum inuenit. Sed pij: ſimul, ac religioſi animi laude fraudandus non eſt: qui prætor à patre ſuo collegij Saliorum magiſtro iuſſus, ſex lictoribus præcedentibus arma ancilia tulit: quamuis vacationẽ huius officij, honoris beneficio haberet. Omnia namq; poſt religionem ponenda ſemper noſtra ciuitas duxit: etiam in quibus ſummæ maieſtatis conſpici decus uoluit. Quapropter nõ dubitauerunt ſacris imperia ſeruire: ita ſe humanarum rerum futura regimen exiſtimantia, ſi diuinæ potentiæ bene, atq; cõſtanter fuiſſent famulata. Quod animi indicium in priuatorum quoq; pectoribus verſatum eſt. Vrbe. n. à Gallis capta cum Flamen Quirinalis, uirginesq; Veſtales ſacra, onere partito, ferrẽt, eaſq; Põtem ſublicium tranſgreſſas, & cliuum, qui ducit ad Ianiculum, deſcendere incipientes, L. Aluanus plauſtro coniugem, & liberos vehens aſpexiſſet: propior publicæ religioni, quàm priuatæ charitati, ſuis, vt plauſtro deſcenderent, imperauit: atq; in id virgines, & ſacra impoſita, omiſſo cœpto itinere * Cæreæ oppidũ peruexit, vbi cum ſumma veneratione recepta, grata memoria, ad hoc vſque tempus hoſpitalem humanitatem teſtantur. inde enim inſtitutũ eſt, ſacra * Cæremonias vocari: quia Cæretani ea, infracto Reip. ſtatu perinde ac florente, coluerunt. Quare agreſte illud, & ſordidum plauſtrum, tempeſtiue capax, cuiuſlibet fulgentiſſimi triũphalis currus, vel æquauerit gloriam, vel anteſſcerit.*

*Cerete & peruexit Liui.

*Caremonia.

OLIV. OBRVITVR tot illuſtribus.] Cum ancylia 12. ſalij per vrbem, vetuſto more, geſtarent, illiq; ſacro vrbis prætor intereſſet, Luc. Fur. Bibaculus ſorte pater eius tunc ſaliorum magiſter iuſſit eum ancylia tollere, & ferre per vrbem, tanquã non prætor, ſed vnus eſſet è ſalijs, paruit ſummum prætoris imperium pręcepto patris, q̃ q̃ honeſte negare potuiſſet, quũ officij maioris gr̃a vacationẽ, & immunitatẽ habebat, tñ quia omne, quod Dijs exhibetur officium laudabile ſemper habetur, & eſt, nõ duxit indignum ancylia ferre ꝑeuntibus lictoribus, fuit autẽ ꝓtor ſecundo pun. bel. [Obruitur] Quaſi inq̃t, Fur. Bibaculus opprimit, vt emergere vix poſſit in tãto fulgore, & claritate ſuperiorum exẽplorum, [Cõſularibus.] Vir conſularis dr̃, qui aliqñ geſſerit cõſulatum, ſicut prætorius q ꝓturã, Cẽſorius, q cẽſurã adminiſtrauerit. [Vix poſt Marcellum.] Vix dignus eſt inq̃t, q ſubiungat Marcello. [Sed pij.] Quia paruit patrui. [Religioſi] quod principi ſaliorum collegij. [Collegij ſali.] Salij, vt Liu. tradit 12. ĩ vrbe fuere à Numa cõſtituti, & marti gradiuo cõſecrati, qui totidẽ ancylia ꝑ vrbẽ cũ ſaltibus geſtabãt, atq. tripudijs, canentes veterẽ Mamurij memoriã. Ancylia vero ſcuta erant, q oras. i. extremitates habebãt in ſimilitudinẽ labiorum. Vnde & ancylia dicta ſunt ab oris, q̃ ſunt circum labrum ſm̃ alios vero ab ἀγχῶ, qua ciuitas laborabat, tunc cum de cœlo lapſum eſt ſcutũ, cõſtat. n. regnãte Numa breue ſcutũ, atq. rotundũ de cœlo lapſum, de quo Oui. Ecce leui ſcutũ verſatũ leniter aura. Decidit, à populo clamor ad aſtra venit. Cõſulti deinde auſpices reſpõderũt, Ibi futurũ totius orbis imperiũ, vbi ſcutũ illud ſeruaretur, quo accepto reſpõſo, & honoris gratia, & quo idẽ tutius ſeruaretur, ne ab hoſtibus ſurripi poſſet, Numa Põp. 12. alia ad ſimilitudinẽ cęleſtis illius fabricari iuſſit, quæ fuere in

Saliorum collegium Ancylia.

templo

templo Martis repoſita, & cum 12. ſacerdotes adoleſcētes Numa ipſi Marti gradiuo delegiſſet & illiſq; dediſſet īſigna pictās tunicas, & ſuper tunicas Aeneum pictori tegmen, iuſſit ipſa cæleſtia arma quæ ancylia nominauit, ſuſpenſa collo ab alijs per vrbem portari cū ſalio, atq; tripudijs carmina decātari, & ſalii dicti ſunt à ſaltu, teſte Ouid qui dicit. Iā dederat ſaliis à ſaltu nomina dicta. Armaq;, & ad certos verba canenda modos. Inter cetera carmina hoc fuiſſe dicunt, Veterem Mamurii memoriam, quia cum Numa acceerciſſet, vndiq; ſabros, qui ſcuta alia cœleſti ſimilia fabricarēt, inuentus eſt quidā Mamurius, qui ceteros artificio ſuperauit, nā adeo ſimillima fecit, vt à cæleſti diſcerni non poſſent. Iuſſus itaq; primū petere quod vellet, nihil aliud petiſſe dr̄ niſi vt Salii ancylia geſtantes per vrbem canerent in veterem Mamurii memoriā. Vnde Ouid. Tunc ſic Mamurius merces mihi gloria dixit. Nominaq́, extrema carmine noſtra ſonent. Idq́; ſacerdotes operi promiſſa vetuſto Pręmia perſoluunt Mamuriumq́; vocant. Fuit autē tantæ reuerentiæ ſaliorumq; collegiū, vt Aphricanus nō erubuerit vnū fieri de ſaliis, teſte Liu. lib. 6. de bel. Mac. nec L. Furius Bibaculus, vt in hoc exēplo patri ſuo ſaliorum magiſtro parere recuſauit, quāuis prætor eſſet, oēs aūt ſalios ex gente patricia fuiſſe creatos teſtatur Dio. de antiquitatibus Ro. dicit. n. Sexta autē pars inſtitutionis circa diuina his diſtributa eſt, qui uocant̄ à Ro. ſalii, quos Numa ipſe ex patriciis creauit iuuenes 12. ſpectatiſſimos deligēs. quorum ſacra manent in palatio, vocanturq́; palatini. Hi quidē agonales, à quibuſdā verò collini vocati ſalii, quorū quidē ſacrarium in collino eſt monte poſt Numā conditum ab Hoſtilio rege ex voto, quod idem bello Sabino nuncuparat, hi autē ſalii oēs iactatores quidē ſunt, & laudatores armatorum deorum. Solemnitas autē eorum eſt circiter pātanea mēſe Martio, quæ ſumptu agitur publico, multaq́, alia de his Dion. tradit, quæ hic referre lōgum, & tædioſum eſſet. Sex lictoribus, cōſul 12. lictores habebat, prætor autē ſex. [Vacationē] Quia prætura faciebat illum huius officii, & laboris īmunē, ergo vacationē immunitatē, officij. ſ. geſtādi ancylia. [Honoris.] Magiſtratus. ſ. præturæ. Omnia poſt religionē]. i. omnia cedere religioni. [Etiā ī quibus.] Subauditur ea, hoc eſt imperia. [Summæ ma. de.] Vt in cōſularibus, prætoriiſq́; viris. [Regimen] Exiſtimabant ſe reges eſſe futuros. [Bene] Atq; cōſtanter, bene vtrunque coniunxit, quia neceſſarium, nā potuiſſent bene certo tp̄e ſeruire, ſed nō cōſtanter. i. perſeueranter, ideo dixit bene & cōſtanter. [Quod animi iu.] Vere inquā maiores noſtri ita exiſtimarentur, ſe futuros reges, ſi diligenter, pieq́; religionē ſeruarēt, vt nihil, quod ad eius fructum ptineret, omitterent. nam & L. Aluanius, quamuis plebeius eſſet, & humilis, dijs immortalibus tantā reuerētiā exhibuit, vt liberorum ſuorum curam religioni poſtpoſuerit. [Veſtales, virgineſq́;] Virgines Deæ Veſte cōſecratæ. [Onere partito] Quia æqua portione diuiſerant inter ſe ſimulacra deorum, & reliqua ſacra, quæ cum multa eſſent, niſi à multis ferri nō poterāt. [Sublicium pōtē] Sublicium, quaſi ſub Lucium, nā ſublucari purgare ſig̃nat, vnde ſublicium lignum purgatiuum: ergo pons ſublicius pōs ligneus à ſubliciis dictus, ſunt. n. ſublicia ligna quæ ſuſtinēt pontem, hic autē primum factus eſt à pōtificibus, & ſæpe reſtitutus, vnde etiā pōtifices dicti ſunt. [Cliuum] Cliuus dr̄ locus molliter arduus. [Ad ianiculum] Quia ianiculum amnem Tyberis ponte cōiunxit, dictum, quod ianua ſit euntibus in Hetruriā. [L. Alua] Hæc idē Liu. teſtatur lib. 5. dicit, enim Flamen interim Quirinalis, virgineſq́; Veſtales, omiſſa rerum ſuarum cura, quæ ſecum ferenda ſacrorum, quæq;, quia vires ad omnia ferenda deerāt, relinquenda eſſent conſultantes, quiſve ea locus fideli aſſeruaturus eſſet cuſtodia, optimum ducunt cōdita in doliolis ſacello proximo ædibus flaminis quirinalis, vbi nunc deſpui religio eſt, defodere, cetera inter ſe onere partito ferunt ur via, quæ ſublicio pōte ducit ad ianiculum, in eo cliuo eas cum L. Aluanus de plebe R. homo conſpexiſſet, plauſtro cōiugem, ac liberos hñs inter ceterā turbam, quæ inutilis bello ex vrbe excedebat, ſaluo etiam tum diſcrimine diuinarum humanarumq́; rerum irreligioſum ratus, ſacerdotes publicos, ſacraq́; P. R. pedibus ire, ferriq́; ſe, ac ſuo vehiculo cōſpici, deſcendere vxorem, ac pueros iuſſit, virgines, ſacraq́. in plauſtrum impoſuit, & Cęre, quo iter, erat, ſacerdotes peruexit. [Propior. i. publicæ religioni magis conſentiens. [Cærete oppidum] Indeclinabile eſt, ſicut præneſte, hoc autē oppidum primum appellabat̄ agyllina, ſed cum latini ingrederentur hanc vrbem, & ignorātes nomen eius inquirerent, oppidiani qui Græci erant, exiſtimantes ſe ſalutari, aut optimū eſſe putantes, ſi eos prius ipſi ſalutarēt, reſpōderūt χαῖρε inde ciuitati nomen remanſit, vt Cęre, ſiue Cærete diceret, & quia dixi eſſe īdeclinabile, ſunt tñ qui volunt declinari, hoc Cærete huius Cæretis. Liu. tñ vt ſupra vidimus, hoc Cære indeclinabile dixit, & nomen patrium, hic & hæc Cæres huius Cæretis. Virg. lib. 8. Eſt ingēs gelidum lucus ꝓpe Cæretis amnē, qui teſte Seruio minio dr̄, vt idē lib. 10. Qui cærete domo qui ſunt minionis ī aruis, fuit autē Cærete, vt vult Str. à Pelaſgis ē Theſſalia profectis cōditum, & à thyrenis aduerſus agyllinos belligerātibus denominatum, cum quidā murum ſubiēs vrbis nomē percunctaretur, pro reſponſo à Theſſalis, accepit ſalutē renunciātibus χαῖρε, quod tum ii bonum omē accipiētes captā vrbē ſubmutato vocauere nomine. 10. autē milibus paſſuum diſtat ab vrbe. [Teſtant̄] Teſtificātur & quaſi probāt. [Inde] Ex hac hoſpitalitate. [Quare agreſte illud] Tm̄ valuit occaſio ſuſcipiēdi ſacra Rō. vt plauſtrum agreſte par, vel etiā maius, fuerit, & hri potuerit, triumphali currui, q tāto ornamēto & apparatu īſtructus Impatores ad capitoliū vehere cōſueuerat. [Tēpeſtiue capax] q̄ ſuo tp̄e unus acceperat egregiū. [Anteceſſerit] ſupauerit, fulgentiſſimi] q̄tocunq; apparatu ornatiſſimi fuerit.

Ascen.

OBRVITVR, &c. Ordo eſt. Furius Bibaculus, vir clarus quidem, ſed non conſularis, obruitur i. opprimitur etiam tot illuſtribus ſup. viris conſulatibus .i. qui conſulatum geſſerint, vix inuenit locum exempli. i. vt eius exēplum de obſeruata religione recitet̄ poſt Marcellum, de quo iā dcm̄, ſed q. d. licet poſt conſulares, tñ non eſt fraudandus laude animi pij ſimul, ac religioſi. Qui præ. i. cum eſſet prætor iuſſus à patre ſuo magiſtro collegij ſaliorum, q pręſul dici poſſet. i. primus Sacerdotum Martis, dum ancylia ferrēt per vrbē ſalientium, tulit arma. ſ. Martis ancylia dicta, ſex liſtoribus pręcedētibus, cum cōſulibus duodeni eſſēt, quāuis hr̄et vacationem. i. exēptionē huius officij. ſ. portādorum ancylium, vel ancyliorum, vtrunq; .n. dr̄, beneficio honoris. ſ. pretorii. Nāq; noſtra. i. Romana ciuitas duxit, ſemper oīa hñda poſt religionē. i. cultum deorū etiā ſup. illa in quibus voluit decus ſummæ maieſtatis cōſpici. Quapropter imperia. i. imperatores, nō dubitauerunt ſeruire ſacris. i. rebus diuinis exiſtimantia. i. iudicantes ſe futura. i. ſe futuros, regimē rectores rerum humanarum, famulata. i. ſi fuiſſēt famulata, i. ſi ipſi fuiſſet famulati. (Nā vt ſeruitia ꝓ ſeruis paſſim ponuntur, ita imperia pro imperatoribus ponit) bene, & cōſtanter, potētię diuinę. Quod animi iu.] trāſit ad aliud exēplum di. Quod iudicium animi, videlicet diuina humanis eſſe anteponēda, verſatum eſt quoq; in pectoribus priuatorum. i. non gerentium magiſtratum, aut, vt dicunt, officium publicum. Vrbe. n. videlicet Roma capta à Gallis, cū flamē. i. ſacerdos quirinalis. i. Quirini, ſeu Romuli, & virgines Veſtales, quæ illis erāt, quales nobis ſanctæ moniales, ferrēt. i. portarēt, ſacra. i. res ſacras, onere partito. i. iter ipſas diuiſo, & Luc. Aluanius vehēs plauſtro. i. curru cōiugē, & liberos aſpexiſſet eas trāſgreſſas pōtē ſublicium, i. ligneum tyberi impoſitum, & incipiētes deſcēdere cliuum. i. de cliuo, q ducit ad ianiculum ſuburbium vrbis, qua ī Hetruriā itur. Propior. i. vicinior, hoc eſt magis propinquus in affectione religioni publicę, quā charitati priuatæ imperauit ſuis, vt diſcēderēt plauſtro, atq; omiſſo itinere cœpto peruexit Cærete oppidum ſic ab euētu dictum virgines. ſ. Veſtales, & ſacra ſpoſita ī id. ſ. plauſtrum, vbi ipſa ſacra recepta cum ſumma veneratione, teſtātur vſq; ad hoc tp̄s, quo hæc ſcripta ſunt, humanitatē hoſpitalē. i. in hoſpitalitate exihibitā, memoria grata ob gratitudinē cōſeruata. n. ꝓ quia, inſtitutum eſt inde ſacra. i. res diuinas vocari cęrimonias (quaſi à Cærete, cum tñ à Cerere alii malint, nā prima corripitur) quia cereiani coluerunt ea ꝑiode. i. æqualiter ī ſtatu reip. fracto, ac florēte. Quare illud plauſtrum agreſte, & ſordidū, capax. ſ. maiorum vtpote diuinorum tēpeſtiue. i. in tp̄e neceſſitatis, vel æquauerit, vel anteceſſerit gloriā cuiuſlibet currus triumphalis, ſubaudi etiā fulgētiſſimi.

DE CAIO FABIO.

*EADEM reipublicę * tempeſtate C. Fabius Dorſo memorabile exemplum ſeruatæ religionis dedit. Namque Gallis Capitolium obſidentibus: ne ſtatutum Fabiæ gentis ſacrificium interrumperetur: Gabino ritu cinctus, manibus, humeriſq́; ſacra gerens, per medias hoſtium ſtationes, in Quirinalem collē peruenit: vbi omnibus ſolemni more peractis, in capitoliū poſt diuinā venerationem victriciū armorum perinde, ac victor rediit.* *Liu. li. 4.

EADEM

Marginal notes (left): Vacatio. — Cærete oppidum. — Agyllina

OLIV.

EADEM rei.temp.] Cum capitolium obſideretur à Gallis, quo pauci admodum Romani ciues, vrbe iam capta, confugerant, inter cœteros erat C.F.Dorſo, cui pariter, & familiæ ſuæ Quirini ſacra fuerant demandata, vt certo tempore ea in quirinali colle celebrarent, cum igitur ſacrorum dies inſtaret, iamq; vrbem totã Galli occupaſſent, nõ dubitauit ſalutem ſuã pro deorũ ſacris exponere, nam de capitolio deſcendit, & Gabino ritu incinctus per medias hoſtiũ acies in Quirinalẽ collẽ peruenit, debita ſacrificia peregit, & in capitoliũ ſaluus, & incolumis rediuit, ꝙ idem Liu. teſtatur, eodẽ lib. dicit.n. Sacrificiũ erat ſtatutũ Fabiæ genti in quirinali colle, ad id faciẽdum. Caius Fabius Dorſo, Gabino cinctus ritu ſacra manibus gerẽs cũ de capitolio deſcẽdiſſet, ꝑ medias hoſtiũ ſtationes egreſſus, nihil ad vocem cuiuſq; terrorem ve motus in quirinalẽ collẽ peruenit, ibiq; oĩbus ſolẽniter peractis, eadẽ reuerſus ſimiliter cõſtanti vultu, graduq;, ſatis ſperans propitios eſſe Deos, quorum cultũ, ne mortis quidẽ metu prohibitus deſeruiſſet, in capitolium ad ſuos rediit, ſeu attonitis Gallis miraculo audaciæ, ſeu religione etiã motis, cuius haudquaquã negligens eſt. [Eadem tẽpeſtate.] Eadẽ calamitate, ſed tempeſtas, aliqñ pro tpe

Tẽpeſtas,

ponitur, in qua ſignificatione frequenter vtitur Sal. [Dorſo.] Multi legunt dorſo ſuo, ſed vt Liu. & Cic. docent, Dorſo cognomẽ fuit: ergo legentiũ imperitia ſuo additum eſt. [Interrumperet.] Nã ſtatuto die ſacra Quirino exhibebant. [Gabino ri. inci.] Videlicet tota per tergũ reiecta ſub lacerto, ita ad dexterã partẽ laciniã traheret, & ſub veſte exteriore laciniæ manus dextera teneretur, hoc factũ eſt, quia cũ Gabini ſacra celebrarent, hoſtes ſuperuenere, illi aũt reiecta ꝑ tergũ lacinia veſtis, vt eſſent expeditiores, hoſtẽ inſecuti fuderunt, atq. fugarunt, de hoc ritu Luc. Turba minor ſequitur ritu ſuccincta Gabino. [Perinde] Nõ aliter quã ſi hoſtes viciſſet, qui victores vrbẽ occupauerant.

Gabinus cinctus.

ASCEN.

EADEM reip. temp.] Affert C. Fabij Dorſonis in ſeruanda religione memorabile exemplum ab Oliuerio ſatis explicatum. Ordo igitur textus eſt. C.i. Caius profertur tñ Gaius, quia à gaudio prænomen illud inditum volunt. Fab.i. in gente Fabia, quæ à Fabis, quas feliciter ſeuit, cognomẽ ſumpſit Dorſo.ſ.noĩe, aut agnomine, nã quæ alijs cognomina, aut agnomina alijs pñt fieri nomina, dedit eadem tempeſtate.i. calamitate. reip.i. quæ reſp. Romana multis vrgebatur aduerſitatibus, exẽplum memorabile.i. memoratu dignũ religionis ſeruatæ.i. obſeruatæ, & non prætermiſſę. Namq; Gallis.ſ. Senonibus obſidentibus capitolium.i. arcem tarpeiã à capite humano, cũ fundamenta eius iacerentur, illic inuento, aut ꝙ caput eſſet vrbis dictum, ne ſacrificiũ ſtatutũ gentis Fabiæ.i. ſtatuto die à Fabia gente. Quirino fieri ſolitũ interrumperetur.i. prætermitteretẽ. ipſe cinctus ritu.i. more Gabino.i. toga per tergũ riecta, & ſub lacerto altera eius lacinia, aut nexa, aut tenta gerens manibus, humeriſq; ſacra, id eſt ſacrificiis neceſſaria, ꝑuenit per medias ſtationes hoſtiũ (Stationes aũt ſunt vbi, aut naues, aut milites ſtãt ad tempus, erectæ videlicet, & erecti in omnem occaſionẽ, & reſiſtendi, & inuadendi, ſumpto vocabulo à ſtando, quod in periculo ſunt: aut die quieſcere volunt, ſtare dicantur) in collẽ quirinalem, vbi Quirino ſacra fiebant, & eſt vnus è ſeptẽ collibus Romæ. Vbi, id eſt in quo colle, omnibus, ſcilicet ad ſacrificium pertinẽtibus, peractis more ſolenni, rediit in capitolium perinde, ac id eſt tanquam victor euaſerit, aut quia iam hoſtes per quorũ ſtationes euaſerat, viciſſe ſibi videbat, aut quia poſt ſacrificiũ de victoria ſpei plenus erat, aut quia incinctu Gabino exierat, vt Gabini olim, victor rediiſſe viſus erat, poſt diuinã venerationẽ, armorum victricium, quibus Romulus victor euaſerat, qbus verbis ſignificat haſtã, aut aliud qppiã armorũ Quirinũ illic fuiſſe, cui diuinos exhibebãt honores. Niſi forte de cinctu Gabino, in quo, vt Gabini olim, ipſe iã vicerat, intelligi malis.

DE P. CORNELIO ET BAEBIO Pamphilo Coſs.

* Liu. lib. 40.

MAGNA conſeruandæ * religionis etiam Pub. Cornelio & Bæbio Pamphilio Coſs. apud maiores noſtros acta cura eſt. Siquidem in agro Lucij Petilij ſcribæ ſub Ianiculo cultoribus terram altius verſantibus: duabus arcis lapideis repertis: quarum in altera ſcriptura indicabat, * corpus Numæ, Pompolij filij fuiſſe: in altera libri reconditi erant, Latini ſeptem de iure Pontificũ, totidemq; Græci de diſciplina ſapientiæ, Latinos magna diligentia aſſeruandos curauerunt: Græcos, quia aliqua ex parte ad ſoluendã religionem pertinere exiſtimabantur, Petilius prætor vrbanus ex auctoritate Senatus per victimarios facto igne, in cõſpectu populi cremauit. Noluerũt.n. priſci viri quidq̃ in hac ciuitatẽ aſſeruari, quo animi hoĩum à Deorũ cultu auocarentur.

* Numæ corpus, & 14 libri regales.

OLIV.

MAGNA cõſeruãdæ religionis.] Liu. de bel. Maced. lib. 10. Eodem inquit anno in agro L. Petilii ſcribę ſub Ianiculo dum cultores altius moliuntur terram, duæ lapideę arcæ octonos fermè pedes, longæ, quaternos latæ, inuentæ ſunt operculis plumbo deuinctis, literis Latinis, Græciſq; vtraq; arca inſcripta erat. In altera Numam Pompilium Pomponii filium regem Romanũ ſepultũ eſſe, in altera libros Numæ Pompilii ineſſe. eas arcas, cum ex amicorum ſententia, dñs aperuiſſet, quæ titulum ſepulti regis habuerat, inanis inuẽta ſine vllo veſtigio corporis humani, ac vllius rei per tabem tot annorum omnibus abſumptis, in altera duo faſces cãdelis inuoluti, ſeptenos habuere libros, nõ integros modos, ſed recẽtiſſima ſpecie. [vtt. lib. latini de iure Pontificio erãt, 7. Græci de diſciplina ſapiẽtiæ, quæ illius ætatis eſſe potuit. Addit Antias Val. Pythagoricos fuiſſe uulgatæ opinionis, qua creditur Pythagoræ auditorẽ fuiſſe Numã, mẽdatio probabili accõmodat fidẽ primo ab amicis, qui in re præſenti fuerunt. libri lecti, mox pluribus legẽtibus cum vulgarentur, Q. Petilius prætor vrbanus ſtudioſus legendi hos libros à L. Petilio ſumpſit, & erat familiaris vſus, ꝙ ſcribã eum quæſtor Q. Petilius in decuriã legerat, lectis rerũ ſummis, cum animaduertiſſet pleraq; diſſoluendarum religionũ eſſe. L. Peti. dixit ſeſe eos libros in ignem coniecturũ eſſe prius quam faceret, ſe ei permittere vti, ſi ꝙ ius, ſeu auxiliũ ſe hẽ ad eos libros repetendos exiſtimaret, reperirentur, id integra ſua gratia eum facturum. Scriba ad trib. pleb. adiit, à Tribunis ad Senatum res eſt reiecta, prætor ſe, & iuſiurandum dare paratum ſuũ eſſe aiebat, libros eos legi ſaruariq; non oportere. Senatus cenſuit ſatis hfidum ꝙ prætor iuſiurandum polliceretur, libros primo quoq; tempore in comitio cremandos eſſe preciũ pro libris quantũ Q. Petilio prætori maioriq; parti tribunorũ plebis videretur, dño eſſe ſoluẽdũ, id ſcriba, nõ accepit, libri in comitio igne per victimarios facto in cõſpectu populi cremati ſunt. De num. lib. Plin. lib. 13. nat. hiſt. varias refert ſcriptorũ opiniones, vt alii 14. alii plures, alii pauciores fuiſſe dicãt. L. Petilii ſcribæ] Varro non Petilii, ſed Ter. agrum fuiſſe dicit, teſte Aug. de ciu. Dei, ꝙ ita ſoluitur vt intelligamus agrum fuiſſe Petilii, eius cultorẽ fuiſſe Terẽ. lib. de diſc. ſapien.] i. de philoſophia, erãt.n. compoſiti de ſapientia, videlicet quid eſſet ſapientia, Sapientia autẽ eadẽ eſt q̃ philoſophia. Sed philoſophi, vt plurimum, irreligioſi eſſe ſolẽt, nihil.n. credunt, ꝙ ratione naturali probari nõ poſſit [Petilius prætor,] Cum ad prætorẽ delati eſſent, intauit cõtra remp. eſſe, vt legerentur, quia ad ſoluendã religionẽ, qua reſpectu, fouebatur, pertinerẽt. [Victimarios] Per miniſtros victimarum, qui victimas ligabãt, cultrum, aquã, & molã parabãt, & reliqua, quæ ſacris erãt neceſſaria, victimarii dicebãtur, erant igit̃ miniſtri ſacrificiorum [Auocarẽtur] Amouerent̃, abſtraherẽtur. [Noluerunt enim.] Reddit rõnẽ, cur id fecerint maiores, vt animos Romanorum religioni deditiſſimos eſſe oſtẽderẽt. In hoc autẽ imitati ſunt Lacedæmonios, q Archilochi libros, q cõtra religionẽ eſſẽt exportari è ſua ciuitate iuſſerunt.

ASCEN.

MAGNA, &c.] Laudat factum Petilii, qui auctoritate Senatus quoſdam libros Numæ, qui contra religionem facere videbantur, cremandos curauit. Quod non oẽs fortaſſis laudandum cenſerent, quia peiores ſuſpicari liceat, q̃ fortaſſis erãt, aut etiam nõ nihil ad noſtrã pietatem facient cõtinuiſſe, ꝙ in aliis arcis cõpertum eſt. Sed illud aſſerere planè diuinantium eſſet. Mihi certè pium videtur, ea cõcremaſſe, quę contra religionem facerent, etiam ſi non bona erat, nam bonã putabant. Et nobis ex hoc exemplo curandũ, ſi quid contra religionem noſtram nouerimus, id ſtatim aboleamus. Titulus aũt inſcite poſitus eſt nihil enim conſules egerant. Ordo eſt. Magna cura conſeruandæ religionis acta eſt apud maiores noſtros.i. priſcos Ro. etiam P. Corn & Bæbio Pamphilio conſulibus.i. cũ illi eſſent cõſules, Siquidem,i. quia cultoribus.ſ. terrarum verſantibus.i. fodiendo inuertentibus, altius.i. profundius terram in agro Lucii Petilij ſcribæ (Var. tñ, vt eſt apud Aug. de ciu. Dei. Terent. fuiſſe dicit, ſed forte Petilius dñs erat fundi Ter. cultor, aut conductor) duabus arcis lapideis repertis.i. poſtquã repertæ erant duæ arcæ: in quarum altera ſcriptura quæ erat in fronte,

frونte, indicabat corpus Numæ filij Pomp. 1. regis Ro. fuiſſe. i. ex titulo cognoſcebatur, q in altera arcarũ fuerat corpus Numæ. in altera. ſ. arca libri 7. latini de iure Pont. & totidem. ſ. alteri ſeptem Græci de diſciplina ſapientiæ erant recõditi. i. diligenter conſeruati. patres ſup. vbi id reſciuerunt per prætorẽ vrbanũ curauerunt latinos ſup. libros aſſeruandos, id eſt vt aſſeruarentur magna diligentia, Petilius. ſ. Quintus nõ Lucius prætor vrbanus cremauit in cõſpectu populi, quia in comitijs, igne facto per victimarios, id eſt qui victimas cremandi, & mactãdi curã habebãt, cremauit, dico græcos, quia exiſtimabantur pertinere ad ſoluendã, id eſt relaxandã & imminuendam religionem (Bene ſoluendã dicit: ſiquidem à religando dictam volũt) ex aliqua parte, etenim pro quia priſci viri noluerunt quidquã obſeruari. i. cuſtodiri, in hac. i. noſtra hoc eſt Romana ciuitate quo. i. per quod animi hominum auocarentur à cultu deorum.

THEO. VICTIMARIOS.] Sacerdotes, aut ipſi percutiebant victimas, & Agones appellabantur, aut ipſis tenentibus, alter impingebat cultrum, quem victimarium vocabant. & popam Virg. Supponunt alij cultros, hæc ex Aelio Spartiano, Lutatio, Placido, Phoca Grammatico. Propertius, Succinctique calent ad noua ſacra Popæ. M. Tullium, Diony. Alicarnaſeus. M. vocat Attilium, dubium tamen vtri de veræ lectionis incolumitate magis oporteat credi.

DE TARQVINIO REGE.

* M. Attilium vocat Diony. lib. 53. *TARQVINIVS autem rex * M. Tullium Duumvirum, quòd librum ſecreta ciuilium ſacrorũ continentem, cuſtodiæ ſuæ commiſſum, corruptus Petronio. Sabino deſcribendum dediſſet, culeo inſutum in mare abyci iuſſit: idq́ue ſupplicij genus non multo poſt parricidis lege irrogatum eſt. iuſtiſſime quidem: quia pari vindicta parentum, ac Deorum violatio expianda eſt.*

OLIV. LIBRVM ſe. ci. ſa. con.] Vnum ex libris ſibyllinis fuiſſe intelligemus, eiuſmodi autem libri occulte ſeruabantur, & ſecrete, qm̃ igitur duumuir id perfecit, quod celari oportuit, iuſto ſupplicio affectus eſt. [Corr.] ſ. pecunia. [Duumuirũ.] Duo primum fuere tm̃ modo, qui libris Sibyllinis præficiebantur, & hi erant patritij. deinde 10. præfecti ſunt, poſtea 16. vſque ad Syllana tempora, poſtremo. i. fuerunt, & licet fuerint plures in his tñ 2. virorum nomen remanſit. [Culeo in.] Culeus erat corium lupinum, in quo gallus, ſerpens, & ſymia includebantur, deinde qui eiuſmodi ſupplicium meruiſſet, inſuebatur hoc culeo, & in mare, vel in proximum fluẽtem, proiiciebatur. pœna autem erat, quia gallus ſerpentem, ſerpens ſymiam, ſymia hominem inſequebatur: hoc aũt ſupplicij genus parricidis irrogatum eſt P. Malcolus, matre interempta, primus oĩum inſutus culeo in mare præcipitatus eſt. [Multo poſt.] Quia vſq; ad tẽpora Syllæ, & Marij, qui ſexageſimo fuerunt ab vrb. cond. anno hoc, lege Pompeiana, datum eſt ad populum. [Irrogatũ] Iniunctum, impoſitum. [Iuſtiſſime quidem.] Probant hanc P. R. ſententiam iuſtiſſimam fuiſſe: qui voluerunt parricidas hoc eodẽ ſupplicij genere affici. [Vindicta] pœna, à præcedente, quod ſequitur, nam ex pœna ſequitur vindicta. [Expianda.] purganda.

Decemuiri.

Culeus.

ASCEN. TArquinius autem Rex.] probat iudicium Tarquinij regis in re fere ſimili dicens, Tarqui. autem rex iuſſit M. Tol. duumuirum, id eſt fungentem cum altero viro officio cuſtodiendi ſacros libros, & vt vero ſimile eſt, ſibillinos, inſutum culeo, id eſt ſacco coriaceo, abiici in mare, quòd, id eſt quia ipſe corruptus ſcilicet pecunia: dediſſet Petronio Sabino deſcribẽdum, id eſt de Archetypo ſcribendum, aut tranſcribendũ librũ continentem ſecreta ſacrorum ciuiliũ, commiſſum, id eſt creditũ ſuæ cuſtodiæ. Et id genus ſupplicij, videlicet inſutũ culeo, cum ſymia, cane, & gallo gallinaceo immergendi in mare: irrogatum, id eſt facta rogatione, illatum cum lege ſcilicet ſancita publice, multo poſt. Alij legunt, vt Aldinus codex atteſtatur, nõ multo poſt, quarum lectionũ vtra ſit verior, calculus iudicet, ad rem nihil refert. parricidis, id eſt interfectoribus parẽtũ, & quidem iuſtiſſime ſup. irrogatum eſt, quia violatio parentũ, ac deorũ eſt expianda, i. purgãda pari. i. æquali vindicta, i. pœna, & vltione. Merito tamen debetur grauior Dei cõtemptori, quàm patris etiam occiſori: niſi quod parricida omnis Deum in mandatis contemnit. Sanè expiare eſt intuitu pietatis, id eſt vt Deum placemus, malum, & malos de medio tollere.

DE MARCO ATTILIO REGVLO, & Senatu Rom.

*SED quæ ad cuſtodiam * religionis attinent: neſcio an omnes M. Attilius Regulus præceſſerit, qui ex victore ſpecioſiſſimo, inſidijs Haſdrubalis, & Xanthippi Lacedæmonij ducis, ad miſerabilem captiui fortunam deductus, ac miſſus S. P. Q. R. legatus, vt ex ſe vno, & ſene complures Pœnorum iuuenes penſarentur, in contrarium dato conſilio, Carthaginem petijt: non ignarus * ad quàm crudeles quamq́ue etiam merito ſibi infeſtos Deos reuerteretur: verum quia his iurauerat, ſi captiui eorum redditi non forent, ad eos ſeſe rediturum. Potuerunt profecto Dij immortales, efferatam mitigare ſæuitiam: ceterum quo clarior eſſet Attilij gloria, Carthaginienſes moribus ſuis vti paſſi ſunt, tertio Punico bello religioſiſſimi ſpiritus tam crudeliter vexati, vrbis eorũ interitu iuſta exacturi piacula. * Quanto noſtræ ciuitatis Senatus venerabilior in Deos? qui poſt Cannenſem cladẽ decreuit, ne matronæ vltra trigeſimum diẽ luctus ſuos extenderent, vti ab his ſacra Cereris peragi poſſent, quia maiore pene Romanorũ viriũ parte in execrabili, ac diro ſolo iacente, nullius penates mœroris expertes erant. Itaque matres, ac filiæ, coniugesq́; & ſorores, nuper interfectorũ abſterſis lachrymis, depoſitiq́; doloris inſignibus, candidam induere veſtem, & aris thura dare coactæ ſunt; qua quidem conſtantia obtinendæ religionis, magnus cœleſtibus iniectus eſt rubor, vlterius, aduerſus eam ſæuiendi gẽtem, quę ne iniuriarũ quidem acerbitate ab eorum cultu abſterreri potuerit.*

* Cic. lib. 3. de officiis.

* Liu. lib. 11. cap. 2.

* Liu. lib. 22.

OLIV. SEd quæ ad cuſtodiam.] Hic M. Att. Regulus fuit, qui primo Pun. bel. poſt grauiſſima Carthag. clades illatas, tandem inſidijs Haſdrubalis, & Xanthippi Lacedæmonij ducis captus, & Carthaginem ductus Romam miſſus eſt ad Senatũ, vt ipſius permutatione omnes Carthaginienſium captiui reſtituerentur, conſentiq́; ſolo eius ſacramẽto, nullo alio de reditu ſuo valde illum aſtrinxerunt; hoc in Senatu cum Attilius expoſuiſſet, primus de hac re ſnĩam rogatus negauit pro ſe vno & ſene, tot iuuenes & validos hoſtibus eſſe reddendos, in cuius ſnĩam facto ſenatuſconſulto, non reddi. ſ. captiuos, cũ, vt in patria remaneret, à familiaribus, & liberis enixe rogaretur, qui dicerent, nefas non eſſe perfidis fidẽ nõ ſeruaſſe, nulla ratione adduci potuit, vt à fide deſiſteret, maluit ergo ad certũ ſuppliciũ redire, q̃ iuſiurandũ violare. poterat hic ſaluti ſuæ cõſulere, ſed quamuis ſe ſciret ad ſęuiſſimũ hoſtem rediturum, tñ religionẽ ſeruandam eſſe putauit; nouis namq́;, & exquiſitis exemplorũ modis excruciatus eſt, etenim reſectis palpebris in machinam coniectus eſt, cui erãt aculei præfixi, vel claui cuſpidibus acutis in interiorem partem verſi: tractaq́; eſt per totam ciuitatẽ machina, & in oẽs partes verſata, denique poſt multos cruciatus in mare deiecta. Cicero in oratione cõtra Piſonẽ: Ne mihi ille M. Attilius Regulus quẽ Carthaginiẽſes reſectis palpebris, illigatum in machina necauerunt, vigilando ſupplicio vr affectus. Suppliciũ. n. fuiſſe venenũ à Carthag. quo tpe Romam ad Senatũ pro captiuorũ permutatione legatũ miſere, quod eiuſmodi fuit, vt non ſtatim eũ interimeret, ſed mortem in die proferret eo cõſilio, poſtea verò graſſantem ſenſim veneno, cor tabeſceret. Alij aliter ferunt de huius viri ſupplicio. dñt. n. q eũ Carthagin. in atras, & profundas tenebras claudebãt, ac diu retentum, poſt vbi ſol viſus erat ardentiſſimus, repente educebant, & aduerſus ictum ſolis oppoſitum continebant, atque intendere in cælum oculos cogebãt, palpebraſq́: eius ne cõniuere poſſet, ſurſum & deorſum ductas inſuebãt. Tuditanus aũt ſumno diu prohibitũ, atq; ita vita priuatũ refert. idq́, vbi Romæ cognitũ eſt, nobiliſſimos Pœnorum captiuos liberis Reguli à Senatu deditos, & ab his in armario muricibus præfixo deſtitutos eadem inſomnia cruciatos interiiſſe. [Ad cu.] Ad conſeruationem religionis. Neſcio] q. d. credo, ita mihi vr [Specioſiſſimo,] pulcherrimo, & glorioſiſſimo. [Miſerabilẽ] Deſcribit fortunæ ſtatum quæ fecit vt Attilius, qui ſemper multis prœliis victor, extiterat

Tuditanus.

ædilis curulis, aliud plebei, quidnam eſſet officiũ curulis Cic. Verrinarum lib. vlt. oſtendit Nunc ſum, inquit deſignatus ædilis: habeo rõnem, quid à Pop. R acceperim, mihi ſanctiſſimos ludos maxima cũ cæremonia Cereri, Libero, liberæq; faciẽdos mihi Florem matrẽ, populo plebiq; ludorũ celebritate placandum: mihi ludos antiquiſſimos, qui primi Romani ſunt nominati, maxima cũ dignitate, ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæ eſſe faciendos, mihi ſacrorũ ædium procurationem, mihi totã vrbem tuendã eſſe cõmiſſam ob earum rerũ, laboremq́;, & ſollicitudinẽ fructus illos datos, antiquiorẽ ſententiæ dictæ locũ, togam prætextã ſellam curulem, ædiles plebei ædibus tñ præerant. l. 2. ff. de ori. iu. ſic inſcribitur. Itemq́;, vt eſſent, qui ædibus præeſſens, in quibus omnia ſcita ſua plebis deferebat, duos ex plebe cõſtituerant, qui etiã ædiles appellati ſunt. [Circenſes ludi.] Erant iidem, qui & Romani, ſicut idem Cic. eodem loco teſtatur, hi fiebant in honorẽ Iouis, Iunonis, & Mineruæ. [Puerum hiſtrionem.] Sunt qui velint hiſtrionem ab Hiſtria dictũ, quia primus, qui Romæ ſcenicã artem exercuit, ab Hiſtria venerit, alij non ab Hiſtria, ſed ab Hetruria accitos Romã hiſtriones, fuiſſe dicunt. erãt aũt hiſtriones, qui latine ludij dicuntur, qui perſonati in ſcena comœdias, & tragœdias agebãt, voce, & corporis geſtu, de quibus Cic. in Par. Hiſtrio, inquit, ſi paululũ ſe moueat extra numerum, aut ſi verſus pronunciatus eſt ſyllaba vna breuior, aut lõgior, exſibilatur, exploditur. Poſt aliquot annos.] Quia in memoriã Romanis rediit, id factum fuiſſe cõtra maieſtatem populi Romani. Expiatum, expurgatum quia ſeruilis conditionis puerum excubiis Iouis præfecerat.

ASCEN.

CReditum eſt. Secundus titulus eſt de neglecta religione, in quo non minor ſuperſtitio Romanorum, & illuſio dæmonum conſpicitur, immo aliquanto euidentior. Nam miſeri mortales ſe ob negligenter celebratos ludos cladem accepiſſe putabant, & forte acceperant, quos tum melius fuiſſet penitus fuiſſe omiſſos, At dices Dii iuſſerãt ſibi eos rite celebrari, fateor, ſed quia iuſſerunt, ſignificauerunt, ſe non Deos eſſe, ſed malignos ſpiritus. ſ. q per id genus ſpectacula animas mortaliũ captabant, & vt nõ intermitterentur, aut ne negligenter fierẽt, perſuaſerunt occulta inſpiratione mala, quæ euenerãt, propterea eueniſſe, cum vero ſimilius ſit, alias fuiſſe euẽtorum cauſas, ſed futuram ab illis poſt cognita, ſiue ex aſtris, ſiue ex alia rerũ diſpoſitione tali negligentiæ, aut ante, aut poſt euentum imputaſſe: fieri etiã potuit, vt Deo permittente ꝓp eorum affectatã cæcitatem, dæmones, talem rerum exitum, qualem mentiti fuerãt, ꝓcurarint. De qua re ſane, docte, & abunde diſputat diuus Aug. in 1. lib de Ciu. Dei. Ordo eſt. Creditum eſt Varronẽ .ſ. Caium re cõſulem dimicaſſe tã infeliciter, vt. ſ. eũ dimicaſſe conſtat, cum Carth. apud cannas vicum Apuliæ, ob iram Iunonis, ꝙ cum ipſe ædilis. i. cũ eſſet ædilis, faceret ludos circenſes. i. Romanos à circo dictos, poſuiſſet in templo Iouis optimi maximi ad excubias tenẽdas, puerũ hiſtrionem. i. ludium, ac minimũ, ꝙ ferè mollis erat, facie eximia, qua aut ipſe ædilis captus erat, aut populus capi poterat, aut ꝙ ſeruus erat, alioquin quid retuliſſet? Quod factũ reperitum memoria. i. reductũ in memoriã poſt aliquot annos eſt expiatum, id eſt purgatum ſacrificiis.

DE POTITIIS ET APPIO CLAVDIO.

* Liu. lib. 11.

*HERCVLES * quoque detractæ religionis ſuæ & grauem, & manifeſtam pœnam exegiſſe traditur. Nam cum Potitij ſacrorum eius ritum, quem pro dono genti eorum ab ipſo aſſignatum, velut hæreditarium obtinuerant, auctore Appio Cenſore, ad humile ſeruorum miniſterium tranſtuliſſent: omnes qui erant numero ſuper xxx. puberes, intra annum extincti ſunt. Nomenque Potitium in duodecim familias diuiſum propè interijt. Appius vero luminibus captus eſt.*

OLIV.

HERCVLES quoque detractæ,] Sicut graui ſupplicio Iupiter vltus eſt numen ſuum, & Hercules, qui cum Potitij antiquiſſimæ familię eius ſacris prępoſiti eſſent, & ab ipſo inſtituti, cumq́ue poſt aliquos annos ſuadente Claudio, ad ſeruorum miniſterium ſacrificia trãſtuliſſent, iratus oẽs illius familiæ paruo tpe interemit. Appiũ luminibus priuauit. [Detractæ.] Diminutæ Potitii ſacrorũ ritum.] Herc. vt auctor eſt Liu. poſt occiſum Cacum ꝓp abactas boues, cum eſſet ad Euãdrum deductus, ſe Iouis filium per Caci mortem virtute probauit, ob quam rem ab Euandro benigne eſt hoſpitio ſuſceptus, & pro numine habitus, denique ara maxima eſt ei conſtituta, quod Herculi Delphicus Apollo in Italia fore prædixerat. & Carmenta mater Euandri multo antea fuerat vaticinata, cum ergo de ſuo armento ad ſua ſacrificia boues dediſſet, Inuenti ſunt duo ſenex, Pinarius, & Potitius, quibus qualiter ſe vellet coli oſtendit. ſ. vt mane, & veſperi ei ſacrificaretur, profecto itaque matutino ſacrificio, cum circa ſolis occaſum eſſent ſacra repetenda, Potitius prior aduenit Pinarius poſtea exiis iã conſumptis: vnde iratus Herc. ſtatuis, vt Pinariorum familia tñ miniſtra eſſet epulantibus potitiis, & complentibus ſacra, vnde & pinarii dicti ſunt à πεῖνα, quæ Græce dr̃ fames, nam ſenem illum, vt vult Ser. conſtat alio nomine ſuiſſe nuncupatum, Vnde Virg. Primusq; potitius auctor. Et domus Herculei cuſtos pinaria ſacri. [Auctore Ap. Quia Appius auctor fuerat, vt hoc ſacrificium transferretur ad miniſterium ſeruorum. Sciendum eſt ꝙ teſte Macr. ſatum lib. 1. Sacris Herculis mulieres interẽſſe nõ licebat. [Luminibus ca. eſt.] Oculis & luce priuatus. De hoc Appio dicemus lib. 7. c. de ſenectute. fuit autẽm qui cũ Pyrrho Epirotarũ rege pacem, quibus ille petebat, cõditionib. fieri diſſuaſit anno ab vrbe cõdita cccclxi. teſte Eutropio li 2.

* Potitij Cacus.

Pinarii.

Appius vnde cœcus.

ASCAN.

HErcules quoq; Significat, qua vindicta proſecutus ſit Hercules ſuorum ſacrorum ad ſeruos tranſlationem, in quo mirabile eſt, quomodo eum ꝓ Deo coluerint, quem mortuum nõ ignorarent. Sed ordo eſt. Herc. quoq; i. etiam traditur à ſcriptoribus annalium Romanorum, exegiſſe, & grauem, & manifeſtam pœnã religionis ſuæ detractæ i. imminutæ, & vilipenſæ. Nã cum Potitii antiquiſſimi illi Romani tranſtuliſſent ritum ſacrorum eius Quem. ſ. ritum obtinuerant velut hęreditarium aſſignatum ab ipſo. ſ. Hercule genti eorum. i. Potitiorũ ꝓ dono Auctore Appio cẽſore ad humile miniſterium ſeruorum, oẽs. ſ. Potitii puberes, qui erant ſuper 30. numero extincti ſunt intra annum, id eſt ſpatio vnius anni, & nomen Potitium diuiſum in xii. familias interiit prope. i. quaſi totum, Appius verò auctor tranſlationis captus eſt luminibus, id eſt excæcatus.

DE MILITIB. ROM. ET BRENNO.

*ACER etiam ſui numinis vindex Apollo, qui Carthagine à Romanis oppreſſa, veſte aurea nudatus, id egit, vt ſacrilegæ manus inter fragmenta eius abſciſſę inuenirentur. * Brennus Gallorum dux, Delphis Apollinis templum ingreſſus, Dei voluntate in ſe manus vertit.*

* Iuſt. lib. 24.

OLIV.

ACER etiam ſui numinis vindex Apollo,] Apollo nihilo ſegnius, & ipſe ſuum numem vltus eſt. Cum enim Scipio Aphricanus inferior Carthaginem militibus diripiendam conceſſiſſet, quidã Apollinis templum ingreſſus eius ſimulacrum aurea veſte indutum ſpoliare tentauit, quare indignatus Apollo, id egit, vt ſacrilegæ manus inter fragmenta veſtis, & fimbrias à corpore abſciſſæ reperirent. [Inter fragmenta] Inter fimbrias. Acer vindex. Vehemens & aſper vltor. [Brennus Gallorũ dux] hic fuit, quo duce Roma capta, & incẽſa fuit, ẽm quoſdã. [Apollinis tẽplũ.] De hac ſpoliatione tẽpli meminit Iuſt. [In ſe manus vertit.] Inſtinctu numinis, hoc eſt inſtigante numine ſe ipm gladio trãſfixit, qa eius tẽplũ ingreſſus fuerat violaturus.

Brenni mores.

ASCAN.

ACer ſui, &c. ingenioſe, ne ſuos ſacrilegii taxet, apertius meminit de vindicante Deo, q̃ de iis, de quibus vindictã ſumpſit, dicẽs. Apollo etiã, q. d. nõ ſolũ Herc. ſup. acer. i. vehemens, & acerbus vindex numinis ſui. ſ. lxſi, q Carthagine oppreſſa à Rom. ſub Scipione minore nudatus veſte aurea, egit, id, vt manus ſacrilegæ. i. q̃ ſacrilegium cõmiſerant, inuenirẽt abſciſſæ (non dicit à quo quaſi à numine factum ſit, cũ forte à petentibus partem prædæ factum putes) inter fragmenta .ſ. tunicæ, vñ ea nõ intertexto, ſed obducto auro erat. Brennus, &c. Affert ẽm exemplum de vindicta Apollinis in ſacrilegiũ Brenni ducis Gallorum in Gallogræcia, qui cum Delphicũ tẽplum ſpoliaſſet in furorem verſus ſibi manũ intulit. Ordo eſt. Brennus dux Gallorum ingreſſus templum Apollinis Delphis, id eſt quod erat opulentiſſimum apud Delphos, vertit manus in ſe, i. ſeipſum interemit voluntate Dei, ſcilicet Apollinis.

THEO.

IN ſe manus vertit.] Quomodo dolorem vulnerum ferre nõ poſſet, vt Trogus autumat, vt Pauſanias, impar inuidiæ, q̃ flagrabat apud ſuos ob rem male geſtam. [Ingreſſus.] Caſtiga aggreſſus, Apoll. templum Brennus ingreſſus non eſt, niſi templum pro finibus accipias, & loco templi.

DE

DE TVRVLIO.

* Diony. lib.5. NEc minus * efficax vltor contemptæ religionis filius quoque eius Aeſculapius, qui conſecratum templo ſuo lucum à Turulio præfecto Antonij, ad naues ei faciendas magna ex parte ſucciſum dolens, inter ipſum nefarium miniſteriũ, deuictis partibus Antonij, imperio Cæſaris morti deſtinatum Turulium, manifeſtis numinis ſui viribus, in eum locum, quem violauerat traxit: effecitq́; , vt ibi potiſſimum à militibus Cæſarianis occiſus, eodẽ exitio, & euerſis iam arboribus pœnas lueret, & adhuc ſuperantibus, impunitatem conſimilis iniuriæ pareret: ſuamq́; venerationem, quam apud colentes maximam ſemper habuerat, Deus multiplicauit.

OLIV. NEc minus efficax vltor.] Deuictis partibus Bruti & Caſſij Caſ. interfectorum, Oct. Antonius, & Lepidus inter ſe orbem diuiſerunt: Oct. occidentem plagam, Antonius orientem, Lepidus meridianam obtinuit. Et cum Octauiam Octauij ſororem Anto. duxiſſet vxorem, vt initæ confœderatio vim maiorem poſſet habere, ſe contulit in Aegyptum, vbi captus illecebris Cleopatræ Reginæ diuortij libellum paulo poſt miſit Octauiæ. Quare indignatus Auguſtus bellum intulit Antonio, quem cum Cleopatra Nauali prælio apud Leucadem Ambrachiæ promũtorium ſuperauit. Cuius cladis acceptæ cauſam illam fuiſſe dicunt, quod Ant. præfectum quendam in lucum Aeſculapio conſecratum ad ligna ſuccidenda nauiũ conficiendarũ gratia miſiſſet, nã caſus ita tulit, vt eo ipſo tẽpe quo ligna cędebantur, Antonij partes deuincerentur, vbi lucum cędendo violauerat. Lucum.] Lucus dr̃ quaſi luca carens. & p antiphraſim dictus eſt, quia non luceat, nam arborum denſitate radij ſolis lucũ penetrare nõ poſſunt Sic.n. Seru. ſic Priſcianus ſentiunt, multa nomina per antiphaſim dicta eſſe, vt bellum, parcæ, lucus, alii de luco aliter ſentiunt, ſed hos ego auctores habeo. [Miniſterium] Dum exciderentur trabes. [Lueret.] Perſolueret. [Superantibus] .ſ. arboribus, hoc eſt reſtantibus. Impunitatem.] Ne quis poſtea id impune auderet facere.

ASCEN. NEc minus. Nec, ideſt & non, & Aeſculapius filius eius, ſcilicet Apollinis, non minus efficax vltor ſup. fuit religionis contemptę, qui dolens lucum, ideſt ſyluam incæduam, & ſacram, conſecratum templo ſuo, ideſt ad obſeruantiam templi, ſucciſum ſup. eſſe ex magna parte à Turulio præfecto Antonii ad naues faciendas ei, ſcilicet Ant. partibus Antonii deuictis, ideſt poſtquam partes Antonii erant deuictę, inter ipſum nefarium miniſterium .i. dum adhuc naues fierent traxit .ſ. Aeſculapius Turuliũ deſtinatũ morti imperio Cæſa. ſ. Auguſti, manifeſtis viribus ſui numinis .i. ſuæ diuinitatis in eũ locum, ſ. lucũ, quẽ violauerat, & effecit, vt ipſe Turulius occiſus à militib. Cæſ. potiſſimum ibi, cum alibi occidi potuiſſet, lueret pœnas eodẽ exitio, & .i. ſimul arboribus euerſis, & pareret .i. acquireret arborib. adhuc ſuperãtib. i. extãtibus, impunitatẽ cõſimilis iniuriæ, ne euertant̃, & Deus. ſ. Aeſculapius multiplicauit venerationẽ ſuã (paſſiua vtpote) q̃ habuerat maximã apud colẽtes.

DE QVINTO FVLVIO.

Liu. lib. 42. Tegulæ. Hymbrices. QVINTVS autem * Fuluius Flaccus impune non tulit: quod in cenſura tegulas marmoreas ex Iunonis Laciniæ templo in ædem Fortunæ equeſtris, quã Romæ faciebat, tranſtulit. Negatur enim poſt hoc factum mente conſtitiſſe, quinetiam per ſummam ægritudinem animi, expirauit: cum ex duobus filijs in Lyrico militantibus alterum deceſſiſſe, alterum grauiter audiſſet affectum. * cuius caſu motus Senatus tegulas Locros reportandas curat, decretiq́; circumſpectiſſima ſanctitate impium opus Cenſoris retexuit.

* Hoc Paulo aliter Liu.

OLIV. QVINTVS autem Fuluius Flaccus.] Hic etiam oſtẽditur maiorum diligentia, quã in ſeruanda religione habuere, ne quid omnino prætermitterent expiandum, q̃ Dijs aliquo modo diſplicere cognouiſſent, abbreuiator Liuii Fuluius, inquit, Flaccus cenſor templum Iunonis laciniæ tegulis marmoreis ſpoliauit: vt ædem quam dedicauerat, tegeret. Huius fuit vxor Sulpitia, quæ vt Naſica iudicio Senatus omniũ optimus, ſic matronarum ſentẽtia omnium caſtiſſima iudicata fuit. [In cenſura.] Dum cenſor eſſet, qui alienos mores dãnare cõſueuerat, ipſe in ſacrilegiũ incidit [Tagulas.] Tegulæ dñr, quibus tecta teguntur, vnde a tegẽdo dictæ ſunt tegulæ, ſunt & hymbrices ab hymbre dictæ. [Iunonis laciniæ.] Lacinius latro fuit nobiliſſimus, qui extrema Italię multis latrociniis infeſtabat, hunc Hercules cum occidiſſet ad expiationẽ loci, placationemq́; Iunonis, quæ ſibi irata dicebatur, ei tẽplum dedicauit, & à noĩe latronis Iunonẽ laciniã appellauit. Virg. Hic ſinus Herculei, ſi vera eſt fama tarẽti. Cernitur, attollit ſe diua lacinia cõtra. Alii dñt à rege cõditore fuiſſe nominatum templum illud, de quo diuerſas ſcriptorũ ſententias inuenio, vbi ſitum fuerit, nã Val. cũ dicat in fine huius exẽpli, cuius caſu motus Senatus, tegulas locros reportãdas curauit, innuere vr̃, locris fuiſſe tẽplum iſtud. At Liu. lib. 4. ſecundi Punici belli circa principium, Crotonæ fuiſſe oñdit, cũ ĩ deſcriptione illius vrbis dicat. In vrbe nobile tẽplum, ipſa vrbe erat nobilius laciniæ Iunonis ſanctum oĩbus, circa populis, & paulo infra. Templum inquit, inclytũ diuitiis etiã, non tm̃ ſanctitate. At Stra. lib. 6. poſt fines crotoniatas eſſe vult. Poſt Scyllaceum inq̃t, crotoniatarũ fines ſunt, & Iapigũ terna promontoria, deinde laciniæ Iunonis templum ſuperiori ætate locupletiſſimum, doniſq́; frequẽtiſſimis plenum. Theocritus verò in quadam æcloga ex parte orientali propinquum crotonæ eſſe ſignat, conſtat iſi promontorium lacinium in regione Locrenſi fuiſſe teſte Plin. nat. Hiſt. lib. 3. in deſcriptione locrorũ. In ædem fortunæ] Templum Deæ fortunæ, quæ inſidẽs equo fabricata fuerat, & erecta. [Tranſtulit.] .ſ. locris Romã. [Mente com.] Mente ſana fuiſſe. [Per ſummam ægritudinem.] Per ſummum dolorẽ, & animi perturbationẽ, nam ægritudo tã animi, quã corporis dr̃, ægrotatio corporis tm̃ male valentis. In Illyrico] in bello, qđ geſſit P.R. aduerſus Perſem Macedoniæ regem & Illyricos, fuit circunſpectiſſima, diligentiſſima, & clariſſima. [Retexuit] Deleuit, trãſlatio ſumpta à textoribus, nã qui texunt fila in ordinẽ redigunt, qui verò retexunt opus in ordinẽ redactum delent, ergo retexuit, deleuit, & emẽdauit. Aegritudo.

QVintus autem Ful. Taxat neglectam religionem à Quinto Fuluio cenſore in transferendis tegulis, quam ſi Deus nunc ſtatim puniret in ablatis ſacris, grauem in multos videremus animaduerſionẽ, eum multi tamẽ grauior eos maneat. Ordo eſt. Quintus autem Fuluius Flaccus non tulit, ideſt non abſtulit, aut non tranſegit impune, ideſt ſine punitione, quod tranſtulit in cenſura ſupple ſua, tegulas marmoreas ex templo Iunonis laciniæ, quæ apud locros colebatur, in ędem, ideſt templum fortunę equeſtris, quam ædem faciebat Romæ. Enim pro quia, negatur conſtitiſſe mentem, ideſt cõpotem, aut cõpos fuiſſe mentis poſt hoc factum, quinetiam .i. inſuper expirauit per ſummam ęgritudinem .i. afflictionem animi, cum audiſſet alterum ex duobus filiis militãtibus in Illyrico deceſſiſſe. i. de hoc mundo .i. mortuum eſſe, & alterum affectũ grauiter .i. graui morbo. Cuius .ſ. Quinti Fuluii caſu .i. calamitate Senatus mot* curauit tegulas reportãdas locros, & retexuit .i. diſſoluit impiũ opus cẽſoris circũſpectiſſima .i. prudẽtiſſima ſanctitate decreti. ASCEN.

DE PLEMINIO LEGATO SCIPIONIS.

TAm mehercule, quàm * Pleminij legati Scipionis in theſauro Proſerpinæ ſpoliando ſceleratam auaritiam iuſta animaduerſione vindicauit. Cum enim eum vinctum Romam protrahi iuſſiſſet, ante cauſæ dictionem in carcere, teterrimo genere morbi conſumptus eſt: pecuniam Dea eiuſdem Senatus imperio, & quid? ſummam duplicando, recuperauit. Quæ quod ad Pleminij facinus pertinuit, bene à patribus C. vindicata. Quod ad violentas * regis Pyrrhi ſordeis attinuerat, ſeipſam potenter, atq; efficaciter defendit: coactis .n. Locrenſibus ex theſauro eius, magnam illi pecuniã dare, cum onuſtus nefaria præda nauigaret, vi ſubitæ tẽpeſtatis tota claſſe, vicinis deæ littoribus illiſus eſt: in quibus pecunia incolumis reperta, ſanctiſſimi theſauri cuſtodiæ reſtituta eſt. * Liu. lib. 29. * Pyrrhi ſordes.

OLIV. TAm mehercule] Tam Senatus retexuit opus cenſoris, quam vindicauit auaritiam, &c. Pleminii legati. Pleminium legatum Scipio locris, cũ præſidio P.R. pręfecerat, q ꝑter

multa facinora, quæ fœda nimis, & indigna in Locrenſes edide rat, templum quoq; Proſerpinæ, qđ ibi nobiliſſimum, & opulẽtiſſimum fuerat, nimia auaritia iactus, diripuit, nã ibi theſaurũ ingentem repoſuerunt Locrenſes, quẽ ea ipſius Proſerpinæ locro cõſecerant, cum ibidẽ magni quotidiani prouẽtus imponerẽt quare legatus theſauri cupiditate captus, pecuniã ſurripuit, qđ vbi reſciuit Senatus legatũ Romã vinctũ deduci iuſſit. Cognita deinde cauſa, vbi culpæ affinem eſſe intellexit, in carcerẽ trudi iuſſit, vbi pediculari morbo, vt qui iam volunt, ante cauſæ dictionẽ cõſumptus eſt. Verũ nõ minus ipſa ſe Dea, q̃ eius numen Senatus vindicauit. Cõſtat.n. teſte Liuio lib. 9. ſecundi Punici belli poſt direptionẽ ſacrę pecunię tm̃ omnibus ſacrilegio cõtactis iniectũ eſſe furoris, vt numinis inſtinctu oẽs inter ſe, dux in ducẽ, miles in militem hoſtili quadã rabie cõuerterẽtur, nam rapto poculo argẽteo ex oppidiani cuiuſdã domo, pernitioſa ſtatim orta eſt ſeditio inter Pleminiũ & tribunos militum, vbi accenſa pugna vulneratis, cęſiſq; nõnullis, cũ Ple. de tribunis tanquã ſeditionis auctoribus pararet ſumere ſuppliciũ illorum, milites ex recenti victoria ferociores facti ex omnibus locis ad opẽ ferendã concurrunt, qui cũ violata virgis tribunorũ corpora vidiſſent, in multo impotentiorem iram accenſi ſine reſpectu nõ maieſtatis modo, ſed etiã humanitatis in legatũ mulctatis lictorib. impetũ faciũt, ipſumq; à ſuis interceptũ, & ſecluſum hoſtiliter lacerarunt, & prope exanguẽ, naſo, auribuſq; mutilatis relinquunt. Quibus rebus ad Scipionẽ delatis, qui tunc erat Meſſanæ, poſt paucos dies Locros cum exercitu venit, & cognita cauſa tribunis ſõtibus iudicatis, & in vincula cõiectis, vt Romã ad Senatũ mitterẽtur, Meſſanã rediit. Ple. impotẽs iræ tribunos ad ſe attrahi iuſſit, laceratoſq; omnibus ſupplicijs, quæ pati corpus vllũ poſſit, interfecit, nec ſatiatus viuorum pœnã ſepultos proiecit, ſimili crudelitate in Locrẽſiũ principes eſt vſus, quos ad cõquerẽdas iniurias ad P. Scip. profectos audiuit. Hũc igitur cathenis vinctum Romã tractum fuiſſe ferunt, & in carcerẽ coniectum, & ante dictionem cauſæ mortuum. Clodiũ Licinium lib. 3. rerũ Romanorum refert, hunc ludis votiuis, quos Romæ Aphricanus iterum conſul faciebat, conatum per quoſdã, quos pretio corruperat, aliquot locis vrbẽ incendere, vt frangendi carcerem, fugiendiq; haberent occaſionẽ. Patefacto deinde ſcelere delegatum in Tullianũ ex Senatuſcõſulto, ibiq; teterrimo mortis gñe conſumptum. [Ante cauſæ dictionẽ] Antequã dies ſtatuta veniret, vt cauſam diceret. [Teterrimo gñe morbi] ſ. pediculari morbo, ergo teterrimo, fœdiſſimo, aſperrimo. [Pecuniã Senatus] Vbi quãtitatẽ pecuniæ Senatus intellexit, quã abſtulerat legatus, duplicẽ reddi iuſſit. [Quæ quãtũ ad Pleminij] Pyrrhus cum è Sicilia rediens Locros claſſe præterueheretur inter alia fœda, quæ in Locrẽſes facinora edidit, theſauros quoque Proſerpinæ, intactos ad eam diem ſpoliauit, atq; ita pecunia in naues impoſita ipſe terrã eſt ꝓfectus. Claſſis poſtero die fœdiſſima tẽpeſtate lacerata fuit, oẽſq; naues, quę ſacram pecuniam habuerãt in litora Locrẽſia reuectæ. Liu. lib. 9. ſecundi belli Punici, vbi de Pleminio loquitur, nã auaritia, inquit, ne ſacrorum quidẽ ſpoliatione abſtinuit, nec alia modo tẽpla violata, ſed Proſerpinæ etiã intacti omni ætate theſauri præterquam, ꝙ à Pyrrho, qui cum magno piaculo ſacrilegij ſui manubias retulit, ſpoliati dicebant, ergo ſic ante regiæ naues laceratæ naufragiis, nihil in terrã integri præter ſacrã pecuniã Deæ, quam aſportabant extulerunt. Tum quoq; alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ad vltionem templi furorem adiecit. hac igitur tanta tẽpeſtate, & clade ſuperbiſſimus rex edoctus Deos eſſe, pecuniam omnem conquiſitam in theſauros Proſerpinæ referri iuſſit, nec tñ illi vnquam poſtea proſperi quidquam euenit. Pulſuſque Italia turpiter ſatis ignobili, atq; inhoneſta morte temere nocte ingreſſus Argos occubuit. Senatus igit̃ quantum ad Pleminium pertinet, Deam vltus eſt, quod vero ad Pyrrhum ſpectat, Dea ſeipſam vindicauit. [Sordes] Auaritiã, ſic.n. maiores auaritiã ſordes appellarunt, quia nihil hominẽ faciãt ſordidiorẽ quã auaritia. Sal. Auaritia pecuniæ ſtudiũ habet, quã nemo ſapiens cõcupiuit, ea quaſi malis venenis imbuta corpus, animũque virilẽ effœminat. [Nefaria] Quia contra fas, hoc eſt ius diuinum acceperat. [Vicinis Deæ] Haud procul à Locris. [Illiſus] Impactus. [Sanctiſsimi theſauri] Theſaurus proprie dicitur locus, vbi pecunia, vel alia res precioſa ſeruãda reponitur.

Aſcen. TAm mehercule. Continuatur ſermo ſuperiori. Nam ordo eſt. Mehercule tam ſpectata ſanctitate retexuit ſenatus impium factum Quinti Fuluii quã. i. quantũ iuſta animaduerſione vindicauit ſceleratã auaritiã Pleminii legati Scipionis in ſpoliando theſauro Proſerpinæ, cum.n. iuſſiſſet eum pertrahi vinctũ Romã, conſumptus eſt ante cauſæ dictionẽ. i. purgationẽ facti, teterrimo. i. duriſsimo gñe morbi ĩ carcere, Dea Proſerpina recuperauit imperio eiuſdẽ ſenatus pecuniã. ſ. ablatam, & quidem duplicãdo ſummã, quia non eſt ſatis ablatũ reſtituere in ſacrilegio. Quæ ꝙ. &c. Proſequitur ſacrilegiũ Pyrrhi regis Epyrotarũ in eodem theſauro, & eiuſdem Deæ in eũ animaduerſionem. ordo eſt. Quæ. ſ. Dea Proſerpina, bene vindicata eſt à patribus conſcriptis. i. à ſenatu R. quod ſ. quãtũ, alij legunt quantum, pertinuit ad facinus Pleminii. ſ. legati Scipionis, & qđ attinuerat ad violẽtas ſordes. i. rapinas ſordidas Pyrrhi regis, qui cum rex eſſet opulentiſſimus, & nobiliſsimus, nõ debuit gloriã ſuam ſacrilegio inquinare, defendit ſeipſam, aut ipſa defendit ſe potẽter, atq; efficaciter, qa ablata recepit. Enĩ pro quia Locrenſibus coactis. i. poſtquã Locrenſes fuerãt coacti dare illi. ſ. Pyrrho magnã pecuniã ex theſauro eius. ſ. deæ, cũ nauigaret onuſtus præda nefaria, illiſus eſt cũ tota claſſe littoribus vicinis Deæ. ã. tẽplo ipſius Proſerpinæ, vi tẽpeſtatis ſubitæ. ſ. ſubito ortæ, in qbus. ſ. littorib⁹ pecunia reperta incolumis. i. nõ ſubmerſa, nec imminuta à Pyrrho reſtituta eſt cuſtodiæ ſãctiſſimi theſauri. Hoc aũt gñe vindictæ quaſi bolo quodã abiecto ineſcauerunt dæmones mortaliũ miẽtes, nã cũ ſcirent legẽ Dei animis noſtris inſcriptã, qua iudicamus furtũ, ne dũ ſacrilegiũ iniquũ eſſe, vindictã intulerunt nõ à ſcelere, vt abſtinerent, ſed vt idolatriæ firmius inhærerent, nihil.n. ab hoſte generis humani expectandum, quod non in maius vergat detrimentum.

ATqui.] Valerius hoc non ait. Antonii partes ad Aeſculapii lucum ſuperatas, id qđ hiſtoriæ fides non habet, ſed Antonii fractis opibus ad Actium ab Octa. duci iuſſum Turuliũ à militibus eſſe interemptum in ipſo potiſsimum luco, quẽ ſucciderat, ĩ quo manifeſta numinis Aeſculapii vis apparet. Pleminii, Antiqui codices, partim Poſthumii Leuini legũt, partim P. Leuinii, nec affirmare quiſq̃ põt hoc an illo mõ recti⁹ apud Liuiũ ſcribatur, Lubricus.n. lapſus eſt à P. Leuino in Pleminium. Theo.

EXTERNA.
DE MASINISSA REGE.

AT non * *ſimiliter Maſiniſſa rex Numidarũ, cuius cum præfectus claſſis Melitam appuliſſet, eq̃ue fano Iunonis denteis eburneos eximiæ magnitudinis ſublatos, ad eum pro dono attuliſſet, vt comperit vnde aduecti eſſent, quinqueremi reportandos Melitam, inq̃ue templo Iunonis collocandos curauit, inſculptos gentis ſuæ literis, ſignificantibus regem ignorantem eos accepiſſe, libenter deæ reddidiſſe. Factum Maſiniſſæ animo, quam Punico ſanguini* * *conueniens, quanquam quid attinet mores natione pendi? in media barbarie ortus, ſacrilegium reſcidit alienum.*

* Cic. Verri vi. Proſerpinę tẽplum Locris.

* Conuenientius.

AT nõ ſimiliter Maſiniſſa] Hic fuit Pyrrho lõge diſsimilis, qui non modo ſacrilegiũ nõ commiſit, verũ etiam commiſſum emendauit, Nã cum eburneos dentes de Iunonis tẽplo ſublatos ſibi dono datos eſſe cognouit, et q̃ primũ reſtituẽdos curauit, quod eo magis laude dignũ fuit, quod cum barbarus eſſet, alienũ ſacrilegium emẽdare voluerit. [Melitã.] Inſula in Siculo mari poſita, haud lõge à Sicilia periculoſo diiuncta mari, vt teſtatur Plin lib. 3. nat. hiſt. & Cic. Verrinarũ, in hac aũt fuit oppidum eiuſdẽ nominis, à quo nõ longe in promontorio fanũ Iunonis fuit antiquũ ſumma cum reuerẽtia celebratum, de quo ſublati fuere dẽtes eburnei ſupra dicti. Melita vero penultimã corripit. Ouid. de faſtis, Fertilis eſt Melitæ ſterilis vicina coſiræ Inſula, q̃ Lybici verberat vnda freti. De hac inſula Liu. 21. li. à Lilybeo, inqt cõſul Hierone cũ claſſe regia dimiſſo relictoq. prætore ad tuendã Siciliæ oram, ipſe inſulã Melitã, quæ à Carthagini. tenebat̃, traiecit. [Dentes eburneos] elephantinos. Literis. ſ. Lybicis. [Ignorantẽ.] neq; illos accepiſſet, ſi Iunonis fuiſſe exiſtimaſſet. [Libenter reddidiſſe.] Poſtquã reſciuit de templo Iunonis fuiſſe ſublatos, & laudat Val. Maſiniſſæ factũ, ꝙ propinquior fuerit regali animo, q̃ Punico, tametſi ſanguine, & natione Punicus eſſet, tñ ſui quodãmodo oblitus videbatur [Quã Punico.] Quàm ꝓ nõ dixit. [Sanguini.] Quia conſtat magnificum fuiſſe, & liberalẽ regẽ, ꝙ maxime cognitum eſt poſtquã ſe ſociũ fecit Pop. R. [Quanquã quid?] Quid inquit opus eſt mores ex nationibus cõſiderare, cum in media Oliv.

Melita Inſula.

barbarie

barbarie natus ſit Maſiniſſa, qui non modo aufugit ſacrilegiũ, ſed ab alio cõmiſſum correxit, & emendauit. [Mores natione, perpendi] Sicut de Themiſtocle legitur, quẽ Seriphio cuidam reſpondiſſe ferunt, nec ſi Athenienſis eſſes, clarus vnquã extitiſſes, nec ego, ſi Seriphius eſſem ignobilis. Cũ ille patriã diceret Themiſtocli dediſſe nobilitatem. [Perpẽdi,] Aeſtimari tranſlatio ſumpta a penſante. nam qui penſat pondus, æſtimat. [Reſcidit] Deleuit, cuius verbi præteriti cõtra penult. ceterorũ naturam corripuit. Ouid. Nam cœlo terras, & terris abſcidit vndas.

AIOBN. AT non, &c. [Superius exẽplum miſtũ quodãmodo erat, q̃ de externo rege, ſed in Italia rem patrante, cũ Pleminij domeſtici viri mentione, nunc externum affert, q̃d etiã duplex eſt. Nã quantum ad ſacrilegiũ præfecti claſſis pertinet, neglectę religionis eſt, quãtum verò ad Maſiniſſæ reſtitutionem obſeruatæ eſt religionis exẽplum. Ordo eſt. At Maſiniſſa rex Numidarum, & amicus Rom. Pop. pater Iugurthæ, de quo Saluſt. nõ ſimiliter. ſ. Pyrrho ſup. fecit, cuius cũ præfectus claſſis appuliſſet ſup. claſſe. Melitam. i. ad eam inſulam, quæ in Carthaginis erat ditione, in mari Siculo poſita. Virg. in 3. Aen. datiuo conſtruxit terminum ad quẽ dicẽs. Hic me digreſſum veſtris Deus appulit oris, hic accuſatiuo iungitur gratia præpoſitionis, vel aduerbialiter, ſm aũt Vallam ſubauditur, ſe aut nauem, quia accuſatiuus eſt, vnde nõ dices, ego appuli, ſed appulſus ſũ (ſic tñ legitur) & perfectus attuliſſet pro dono ad eũ. i. Maſiniſſam, dentes eburneos, hoc eſt elephãtinos, miræ magnitudinis, ſublatos è fano Iunonis, vt, i. poſtquã cõperit. i. ſciuit vnde, i. de quo loco eſſent aduecti, curauit reportãdos, quinqueremi ſupnani. habente quinq; remorũ ordines Melitam. i. in Melitam inſulæ eiuſdẽ nominis vrbẽ, & collocandos in templo Iunonis, inſculptos literis ſuæ gentis. i. Numidicis, ſignificantibus regẽ accepiſſe eos ignorantem. ſ. q̃ ſacri eſſent, & reddidiſſe Deæ libenter, quaſi dicat volentem, & ſcientẽ. Factum. i. quod factum eſt conuenientius. i. conſonantius animo Maſiniſſæ, qui præter morem gentis fidus, & iuſtus erat, q̃ ſanguini Punico, quia ferè perfidi, & ſacrilegi ſunt Pœni, à Pœnus aũt ſit punicus, vt à pœna punio, & à mœnibus munio, verſa diphtongo in u longũ, vbi nos legimus conuenientius, alij legunt conueniens, vnde Oli. exponit q̃ pro non vt ſit factum quã. i. non cõueniens, &c. Quanquam. i. tametſi, quid attinet. ſ. ad vnam cẽſuram, mores pendi. i. æſtimari, & appreciari, natione. i. à loco, in quo contingit naſci, quia vbiq; terrarum, & boni & mali, nõ quidẽ naſcũtur, ſed nati fiunt (multũ tñ ad mores facit patria, ſed plus diſciplina) Maſiniſſa ortus in media barbarie, q̃ in Numidia, reſcidit. i. diſſoluit, & irritum fecit ſacrilegiũ alienum. i. ab alio cõmiſſum, vnde quãtum ad Maſiniſſam ſuperioris tituli eſt argũ.

DE DIONYSIO SYRACVSANO.

* Cic. lib. 3. de nat. deorum.
* Proſerpinæ fana.
* Iouis pallium.
* Gelo.
* Iuſt. lib. 20. & 21.

*SYRACVSIS genitus * Dionyſius, tot ſacrilegia ſua quot iam recognoſcimus, iocoſis dictis proſequi voluptatis loco duxit. fano enim * Proſerpinæ ſpoliato Locris, cum per altum ſecundo vento claſſe veheretur: ridens amicis, videtiſne, ait, quam bona nauigatio ab ipſis Dijs immortalibus ſacrilegijs tribuatur? Detracto etiam Ioui Olympio magni ponderis * aureo amiculo, quo eum Tyrannus * Hiero è Manubijs Carthaginienſium ornauerat: iniectoq; ei laneo pallio, dixit, Aeſtate graue eſſe aureum amiculum, hyeme frigidum: laneũ autem ad vtrunque tempus anni aptius. Idem Epidauri Aeſculapio barbam auream demi iuſſit: quòd affirmaret non conuenire patrem Apollinem imberbem, ipſum vero barbatum conſpici. Idem menſas argenteas, atque aureas è fanis ſuſtulit. Quodq; in his more Græciæ ſcriptũ erat, bonorum deorum eas eſſe: Vti ſe bonitate eorũ præ dicauit. Idem victorias aureas, & pateras, & coronas quæ ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, tollebat, & eas ſe accipere, non auferre, dicebat, perquam ſtultũ eſſe argumẽtãdo, à quibus bona precamur, ab his porrigentibus nolle ſumere. * Qui tametſi debita ſupplicia non exoluit, dedecore tamen filij, mortuus pœnas rependit, quas viuus effugerat. Lento enim gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira, tarditatemque ſupplicij grauitate compenſat.*

SYRACVSIS genitus Dionyſius] Nunc de tyranno Dionyſio loquitur, qui valde diſſimilis fuit Maſiniſſæ, nã hic adeo religiones contẽpſit, vt iocabundus multa ſacrilegia cõmiſerit, & quanquam ipſe pœnas euaſerit, eius tñ filius grauiſſimas pœnas dedit. Nam regno pulſus, Corinthũ ſe cõtulit, vbi præ inopia literarum ludũ in publico aperire coactus eſt. [Syracuſis genitus] Bene inquam dixit non oportere mores natione perpendi cum Maſiniſſa in media barbarie natus ſacrilegium emẽdauerit. Dion. vero Syracuſis genitus, quã conſtat vrbem Græcorum fuiſſe præſtantiſſimã, vbi ſtudia humanitatis exercebãtur, nõ tñ ab ingenio ſuo diſcedere potuit, quin ſacrilegia multa committeret. [Syracuſis] Ac ſi diceret, in qua mores, & philoſophorum pcepta vigebant. Syracuſæ, teſte Cic. Verrinarum lib. 6. omnium Græcarum vrbium maxima, atq; pulcherrima fuit. [Recognoſcimus] Quia nota ferme ſunt omnibus eius ſacrilegia. Proſeq. narrare. [Ioui Olymp.] Tẽplũ fuit Iouis Olympij in vrbe Acarnania haud procul à Syracuſis, ſicut vult Cic. in Ver. Alia, inquit, vrbs eſt haud procul à Syracuſis, cui nomẽ eſt Acarnania, in qua Olympij Iouis antiquiſſimum fanum eſt. [Amiculo] Paruo amictu, hoc eſt palliolo. [Manubijs Carthaginẽſium] Quas à Scip. Aphricano ſuperiore acceperat. [Epidauri Aeſculapio barbam,] Epidamnus vrbs eſt Epiri, quæ nunc Dyrrhachium dr̃, Epidaurus verò, teſte Sol. lib. de memorab. mun. vbi loquitur de Achaia, vrbs eſt Achaiæ, querno nemore redimita, & Aeſculapij delubro percelebris, dicet. n. Inachus Achaiæ amnis Argolicum ſecat tractũ, & reliqua, deinde ſubiungit. Epidauro decus eſt Aeſculapij ſacellum, cui incubãtes ægritudinum remedia capeſſunt de monitis ſomniorum, vnde & Aeſculapius Epidaurius ſæpe dictus eſt. Ouid. de Pont. Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas. Sanabit nulla cordis ope, Strabo lib. 8. in deſcriptione locorum Achaiæ, Epidaurus, inq̃, antea Epitaurus vocabatur, eã Cares, Ariſtotele teſte, occuparũt, ſicut & Hermionem, redeuntibus verò Heraclidis Iones ex Attica tetrapoli. i. quaternas vrbes continente, eos ad Argos comitantes etiam in vnis cohabitauere mœnibus, hæc aũt non parum inſignis eſt ciuitas, præſertim ex Aeſculapij charitate nobilitata, quẽ varia morborum genera curaſſe ſomniati ſunt homines; erat verò tẽplum ægrotantium multitudine vſquequaq; refertum, pendentibusq; tabellis in quibus ſanati languores erant inſcripti, quemadmodum & in Coa fiebat inſula pariter, & trica. Sita vrbs eſt in ipſo Saronici ſinus receſſu intimo, ſtadiis 15. ciuitatem hñs nauigationẽ, &c. Plin. quoq; lib. 3. nat. hiſtor. aſſerit hanc vrbem eſſe in Achaia, hinc eſt q̃ vehemẽter admirer Seruium in expoſitione carminis illius Geor. Taygeriq̃, canes domitrix Epidaurus equorum, dixiſſe Epidaurum eſſe ciuitatem Epiri equis nobiliſſimã, ſed id culpã librariorũ factum eſſe arbitror, qui nominis ſimilitudine decepti Epidaurus pro Epidamnus ſcripſerint, quanq̃ omnes tã veteres, quàm nouiter impreſſi codices, quos legerim, Epidaurus habeant, in hoc igitur Epidauro Achaiæ ciuitate Aeſculapius religioſiſſime colebatur, cuius ſimulacrum fingebatur barbatum, quippe qui Deus eſſet medicinæ, Apollinis verò eius patris imberbe, hic ergo videns auream barbam Aeſculapij è mento pendentem, eam demi iuſſit, incongruum eſſe dicens, patrẽ imberbem, & filium eſſe barbatum. [Idem menſas argenteas] Mos fuit apud antiquos, vt menſæ argenteæ in deorum templis conſecrarentur. in his aũt inſcribebatur titulus τῶν ἀγαθῶν θεῶν. i. bonorum deorum, hic vbi literas legiſſet, iniquũ ſane, inquit, eſſe deorum bonitate non vti. [Victorias aureas] Inſignia victoriæ, Cic. victoriolas dixit diminutiuũ. [Victorias] Deæ victoriæ ſtatuas, mos fuit apud maiores, vt imperatores ex hoſtibus parta victoria, ſtatuas quaſdam, & imagines Deæ Victoriæ conſecrarent. Quintilianus de inſtitut. oratoria lib. 9. Themiſtocles, inquit, aureas victorias conflare volebat, pateras, & coronas ſicut apud antiquos fiebant. [Porrectis manibus,] Quaſi offerri viderentur. [Accipere] Non auferre. Differentia inter accipere, & auferre. Nam id accipitur, quod vltro datur, aufertur verò, q̃d ab inuito extorquet, ergo accipimus datum, auferimus negatum. [A quibus bona precamur] Nos Deos, inquit, quotidie precamur, vt nobis bona concedãt, & cũ vltro offerunt, accipere recuſabimus? [Qui tametſi debita ſupplicia] Cic. de nat. deorum lib. vlt. oſtendit hunc feliciter mortuũ, dicit. n. hunc non Olympius Iuppiter fulmine percuſſit, nõ Aeſculapius miſero, diuturnoq; morbo tabeſcẽtẽ interemit, at

qui

OLIVI

qui in ſuo lectulo mortuus in triũphantis modũ in rogum illatus eſt, eamq; poteſtatẽ, quã per ſcelus nactus eſt, quaſi iuſtam, & legitimã, hæreditatis loco filio ſuo tradidit, ſed tñ eam diutius retinere nõ potuit: nã regno pulſus ludi magiſter factus eſt, & in triuio literas docuit, & hoc modo patri pœnas filius dedit. Sed de huius ſacrilegi regis morte Iuſtinus vehementer à Cic. diſſentit, non. n. fœliciter mortuũ in ſuo lectulo iacentẽ, ſed à ſuis crudeliter necatũ fuiſſe dicit, in fine li. 21. ſuorũ epitomatũ. Dicit ẽt Dio, quẽ paulo ante nõ Sicilia, nõ Italia capiebat, aſſiduis belli certaminibus victus, fractuſq; ad poſtremum inſidiis ſuorũ interfici, ſed magis Cic. credendũ eſt. At Corne. Nepos dicit hunc manu fortẽ, belloq; peritũ fuiſſe, & qđ in tyrãno nõ facile reperiẽ, minimè libidinoſum, non luxurioſum, nõ auarũ fuiſſe, nulliuſq; rei cupidum niſi ſanguinis, perpetuiq; imperij ap, ideòq; ob rẽ crudelẽ. [Dedecore fi.] De quo multa Iuſt. lib. 20. vt diximus, ſed quod ad hanc rem pertinet, dicit illũ in ſegnitiẽ lapſum, ſaginã corporis, & nimia luxuria, oculorũ valitudinẽ cõtraxiſſe, adeo ut nõ ſolẽ, nõ puluerem, nõ denique ſplẽdorẽ ipſius lucis ferre poſſet, pulſum deinde Syracuſis, Corinthũ ſe recepiſſe, vbiq; humillima quæq; tutiſſima exiſtimãtẽ, in ſordidiſſimũ vitæ genus deſcẽdiſſe, nõ cõtẽtũ in publico vacare, ſed potare, nec cõſpici ĩ popinis & lupanarib. ſed totis diebus reſidere, cũ perditiſſimo quoq; de minimis rebus diſceptare, pãnoſum & ſqualidũ videri, riſum libentius præbere, quã captare, in macello perſtare, & qđ emere nõ poterat, oculis deuorare, nouiſſimè ſe ludi magiſtrũ profeſſum pueros i triuio docuiſſe: Vñ Oui. lib. de Põto, Ille Syracuſa modo formidatus in vrbe. Vix humili durã reppulit arte famẽ. Ergo dedecore filii, quẽ ex Rege potẽtiſſimo ludi magiſtrum fecit eſſe fortuna. [Lẽto. n. gradu ad vindictã] Sña pulchra & gñalis, hinc q̃ loco maxime accõmodata, videlicet improbũ, quibuis teras, tñ graues manere pœnas. Vñ & Hor. Raro anteceden tẽ ſceleſtũ pœna deſerit, pede claudo, pœna ſenſim pſequitẽ nocẽtẽ. Tarditatẽq; ſupplicii ſicut i Dionyſio Dionyſii filio, q Syracuſis poſt *Corinthi ſtatũ ludũ aperire coactus eſt, legiſ ẽt q obſonia vẽdiderit.

ASCEN. SYracuſis, &c. Ponit multa exẽpla de ſacrilegio Dionyſii tyrãni Siculi, quẽ acriter taxat, eo q nõ in barbara terra, ſed Syracuſana, vbi Græcorũ ſtudia, & mores vigucre, natus, à prauo ingenio nõ ſit retractus. Ordo eſt. Dion. ſ. ſuperior, genitus Syracuſis vrbe clariſſima in Sicilia, duxit loco voluptatis, i. habuit ut rem voluptuoſam, pſequi dictis iocoſis. i. iocularí dicacitate, & ſalib. impiis, tot ſacrilegia ſua, quot tã recognoſcimus. i. recenſemus. Fano. n. Proſerpinæ ſpoliato. ſ. ab eo Locris. i. in ea vrbe vicina Siciliæ, cũ veheref claſſe per altũ. ſ. mare, vento ſecũdo. i. pſpero, quia à tergo flante, ridẽs ait amicis, ſaltẽ ſi illuiatis p metũ, quia veros amicos nõ meruit hre, ò amici, videtis ne, q̃ bona nauigatio tribuatur ſacrilegis, quaſi dicat nobis, ab ipſis Dijs immortalib. Detracto etiã, &c. Ordo eſt. Etiã amiculo. i. gñe quodam amictus aureo, magni ponderis detracto. i. poſtquã ipſum detraxerat, Ioui Olympio. quo. ſ. amiculo Hiero tyrannus ſ. Siciliæ ante eũ ornauerat, eum. ſ. Iouem, e manubiis. i. parte prædæ duci cõpetente Carth. i. quas Scip. abſtulerat Carthaginienſib. & Hieroni dederat, & pallio laneo iniecto ei. ſ. Ioui, hoc eſt idolo eius, dixit amiculum aureũ eſſe graue, & ita moleſtũ æſtate; & frigidũ hyeme: Aũt, p ſed, laneũ ſupple amiculum eſſe aptius ad vtrũq; tempus anni; vnde patet neutrũ eſſe gñis, forte qa amiculus ab amicus diminutiuũ eſt, vñ Flaccus in epiſt. Diſce docẽdus adhuc quæ cenſet amiculus, & ita legendũ erit graue, nõ grauem, niſi forte graue dixeris amiculũ, & laneum ſupple. palliũ aptius: ſed nõ placet: adiectiuũ. n. ad pximũ ſubſtãtiuum adiciunt. Idem Epidauri. Ordo eſt. Idẽ. ſ. Dion. tyrãnus iuſſit barbã auream demi. i. abſtrahi Aeſculapio Apollinis filio, & medicorũ principi, Epidauri, vbi præcipue colebatur, & vñ eius nomen in ſpecie draconis Romã aliqñ accitum crediderunt: iuſſit aũt demi, q affirmaret nõ cõuenire, i. non eſſe decens, & cõueniens Apollinem patrẽ Aeſculapii conſpici imberbem. i. lenẽ, & ſine barba: verũ pro ſed, ipm. i. Aeſculapium barbatum. Qui ideo barbatus fingebatũ, & pingebatũ, qđ cum medicorũ habitus eſſet peritiſſimus, & grauiſſimus, barba illi congrueret: Apollinem autẽ imberbem, q per eũ (eſt. n. ſol) oia virent. Vnde Solis eſt Phœbo, Bacchoq; æterna iuuenta. Et decet æternũ ſua crinis vtrũq; Deum, adem ſ. Dionyſius tyrannus ſuſtulit, i. abſtulit, & ſurripuit è fanis, ædib. ſacris, mẽſas argenteas, atq; aureas, quodq; i. & q, i. quia ſcriptũ erat, in hiſd. mẽſis more Græco, quia Græci, ut res ſacræ nuſcerentur, inſcripſerunt eas noibus deorum, eas. ſ. menſas eſſe bonorũ deorũ: ipſe prædicauit. i. prius, ac palàm dixit, ſe vti bonitate eorũ. i. deorũ. Nam bonos beneficos interdũ uocamus. Idemq; ſ. tyrãnus tollebat. i. auferebat victorias. i. imagines uictoriarũ, quas uictores in rei memoriã in deorum manib. poſuerãt, & pateras, uaſa patentia, Galli tarſias uocãt, & coronas aureas quæ ſuſtinebantur manibus ſimulachrorũ porrectis. i. extenſis, quaſi quod ſuſtinerent porrigentibus, & dicebat ſe accipere. ſ. à dantibus eas. ſ. uictorias, coronas, & pateras aureas nõ auferre. ſ. ab inuitis, argumẽtãdo. i. p rõne adducẽdo, eſſe perquã. i. valde ſtultũ nolle ſumere bona ab his. ſ. Dis porrigentibus ſup. ea. A quibus precamur. ſ. ut porrigãt bona. Qui. ſ. Dionyſius tametſi nõ exoluit debita ſupplicia. ſ. in uita, tñ mortuus rependit. i. pſoluit pœnas. Dedecore. i. per dedecus filii. ſ. Dion. iunioris, (qui regno turpiter pulſus erat) quas effugerat viuus. Enim p qa, diuina ira procedit ad vindictã ſui. i. ad ſe uindicandã, hoc eſt ad uindictã faciendam da iniuria ſibi illata, gradu lento. i. tardo, & cõpenſat tarditatem. i. dilationem ſupplicii, grauitate ſupplicii, quia tanto grauius punit, quãto tardius: Quod licèt ſit piè dictum, & ſatis cõformiter ad fidem noſtrã, tñ non ſatis fideliter ſentit eum fuiſſe ſupplicia paſſum in dedecore filii, qđ nõ ſolũ in opinione viuentiũ ad defunctũ ptinuit, quin verò uõ grauiores multo det pœnas in inferno. Sed loquitur quaſi nullus ſit infernus, aut nihil maneat in hoie, qđ illuc detrudatur. Contra, ſanctè ſuperius dixit manib. ſimulachrorũ quaſi nõ Deos cenſeat, ſed effigies deorũ, ac idola, ſicut reuera erãt habitacula dæmoniorum.

VIctoriat.] Victoriatum vexilla porrectis ſtatuarum manibus imponebant, vt in antiquis numiſmatibus eſt uidere. Sed & ipſum Nemeſis ſimulachrum victoriarum vexilla ſuſtinuiſſe legimus, eaque Enchiridia Græcè dici non latebit Athenæi ſtudioſum. THEO:

DE THYMASITHEO PRINCIPE Liparitanorum.

*IN quam * ne incideret Thymaſiteus Liparitanorum princeps, conſilio ſibi aliter, atq; vniuerſæ patriæ, vtili prouidit exemplo, excepta namque in freto à ciuib. ſuis Piraticam exercentibus magni ponderis aurea cratera, incitatoq; ad eam partiendam populo, ut comperit à Romanis Pythio Apollini decimarum nomine dicatam, eam Delphos perferendam curauit.* *Liu. li. 5.

IN quam ne incideret Tymaſi.] Thimaſiteus Liparitanorũ princeps, valde inquit, diſſimilis fuit Dionyſ. nam ille multa ſacrilegia cõmittebat, hic cõmiſſa corrigebat, licet. n. piraticam exerceret, tñ vt ſenſit prædam ex Romanis captã, Apollini conſacratam eſſe, reddendã curauit. Camil. cũ in obſidione Veiorum decimam prædæ partẽ uouiſſet Apollini ſi potiretur vrbe, poſt aliquot annos Vrbe capta dixit Pop. R religione teneri, quare coactus Pop. R. decimam prædæ partem exoluere, tantã in Camillum exarſit inuidia, vt illum die dicta miſerit i exilium, verũ vt religione ſolueretur, ex hac decima craterem fieri iuſsit Apollini deportandũ, qui cum deportaretur, atq; claſſis Rom. ad Liparam inſulã perueniſſet, capitur à Liparitanis piraticam exercentibus, erat tum in ſummo magiſtratu Thymaſiteus, Romanis vir ſimilior, q̃ ſuis, qui legatos, donũq;, & Delũ cũ mitteretur, & doni cauſam veritus, ipſe multitudinẽ ſuam, quæ vt diuideretur præda efflagitabat, metu iuſtæ religionis impleuit, adductoſq; in publicũ hoſpitium legatos cũ præſidio & nauium Delphos proſecutus eſt: Rom. inde hoſpites redierunt, hoſpitiũ, & amicitia cum Thymaſiteo ex Senatuſconſulto publicè factum, donaq; illi publicè data. De hac decima, & votõ legitur, q cum propter eius ſoluendæ maximam difficultatem grauata longis tributis plebe, exhauſtoq; diutinis bellis ærario, ſeditio appareret in vrbe, matronæ cætibus ad eam rem conſultandam habitis, communi decreto pollicitæ tribunis militum, aurum, oĩa ornamenta ſua in ærariũ detulerũt: grata eas res vt quæ maximè Senatui unquam fuit, honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum; vt ad ſacra ludoſque carpentis feſto veherentur. [Vult exemplo] Vt etiam ad alios tale poſtea exemplum manaret, vt religioni venerationem habere vellent. [Aurea cratera] Dicitur hic crater teris: Virg. crateres magnos ſtatuunt, & vina coronant. Item alibi. Tũ pater Anchiſes magnũ cratera corona induit, impleuitq; mero. Dicit & hæc cratera teſte Statio libro Thebaidos decimo. Et Bacchus in altos crateras, & inuenitur hæc cratera, qđ magis in vſu eſt, ut hoc loco Lim. par. rõne dixit li. 5. auream crateram fieri placuit, nã ab accuſatiuo Græco, vt quidã volunt, fit nominatiuus OLIV:

latinus ἀρατῆρα hæc cratera, qđ in pleriſq; noib. fieri ſolet, vt panthera. [Pythio Apollini] Pythius Apollo dictus eſt à Pythone ſerpente, quẽ interfecit, qui & Pyton, & Python dicebatur, vnde cũ p aſpirato, & ſine aſpiratione ſcribi p̃t, & ſi Pythiũ, & Pytiũ Apollinẽ dicimus, eiuſq; ludos Pythia, ſeu Pytia. Ouid. Met. li. 1. Inſtituit ſacros celebri certamine ludos Pythia perdomitæ ſerpẽtis noie dictos. Quidã verò ſunt, qui volũt Pythium deriuari à πυνθάνομαι, hoc eſt ab interrogatione, eo ꝙ Apollinis oraculũ freq̃nter interrogaret, melior tñ eſt ſuperior expõ.

Ascen. IN quam, &c. Affert exemplũ nõ neglectæ, ſed ſeruatæ religionis, cuiuſmodi & alia, ſed in multis exẽplarib. prętermiſſa ſunt, de hoc aũt ſatis amplẽ Oliu. diſputat. Ordo igiẽ eſt. In quã. ſ. deorũ vindictã, aut irã ne Thymaſiteus princeps Liparitanorũ. i. populorũ Lipares inſulæ vnius ex Aeoleis, incideret, ipſe ſup. ꝓuidit cõſilio i. cõſultẽ, & prudẽter, exemplo vtili aliter ſibi, atq; . i. q̃ vniuerſæ patriæ, qa ſibi ꝓuidit, cũ gloriæ incremẽto ex religionis obſeruatæ laude: patriæ, quia ad p̃dam auidior erat tm̃modo, ad vindictæ euaſionẽ. Hæc aũt lectio in Aldina impreſſione eſt, Oli. Legẽte cõſilio ſibi, & alijs, atq; vniuerſæ patriæ vtili ꝓuidit exẽplo, licet minus placet, nã fruſtra adderet, poſt, & alijs, atq; vniuerſæ, &c. Lege ergo cõſilio ſibi aliter, atq; vniuerſæ, &c. Namq; ꝓ qa, cratera aurea. i. poculo ex ſolido auro.] Declinatur aũt hic crater huius crateris penul. lon. vel crateros, vnde accuſatiuus hũc cratera, à quo, vt in aliis quibuſdã fit, noiatiuus primæ mutato gñe, hæc cratera re, ſicut à ſtater fit ſtatera à caſſide vel caſſida, hæc aſſida, &c. immenſi põderis, qa octo talẽtorũ. vt Sabellic⁹ atteſtaẽ, vipote, q̃ Rom. dicauerãt Apollini Pythio apud Delphos. ooie. i. ex debito, decimarũ. ſ. votarũ à Camillo ex omni præda Veiẽtana, q̃ nimirũ ingens erat. Ea igiẽ cratera, eacepta. i. per inſidias, aut inuaſiones capta, in freto. i. mari, vna cũ legatis ipſam deferẽtib. à ciuibus. i. ſubditis ſuis Liparitanis, exercentib. piraticã. i. latrociniũ maritimũ, & populo incitato. i. ꝓuocato ob eius pretiũ, & immenſitatẽ ad partiendã. i. condiuidendũ eam, vt. i. poſtquã comperit. ſ. Apollini dicatã fuiſſe, curauit eã perferẽdã vna cũ legatis Romanis Delphos, vbi erat Apollo Pythius tẽpli princeps.

DE VINDICATA CERERIS IN ALEXANDRI MILITES EXERCITA.

* Lact. lib. 3. cap. 8

*MILESIA Ceres, Mileto * ab Alexandro capta, milites, qui templum ſpoliaturi irruperant, flamma obiecta priuauit oculis.*

DE PERSIS.

* Hier. lib. 4.

*PERSAE mille * nauium numero Delum compulſi, tẽplo Apollinis religioſas potius manus, quàm rapaces adhibuerunt.*

DE ATHENIENSIBVS.

* Suidas.

* Plato.

*ATHENIENSES * Diagoram philoſophũ pepulerunt, quia ſcribere auſus fuerat, primũ ignoraſſe an dij eſſent, deinde ſi ſint, quales ſint. Idẽ Socratem dãnauerunt, quod nouã religionẽ introducere videbatur. * Idẽ Phidiã tulerunt: quãdiu is è marmore potius quã ebore Mineruã fieri debere dicebat, quòd diutius nitor eſſet mãſurus, ſed ut adiecit, et uilius, tacere iuſſerũt.*

DE DIOMEDONTE.

DIOMEDON vnus ex decem ducibus, qui eadẽ pugna Athenienſibus victoriã, ſibi vero damnationem pepererunt: cũ iã ad nõ meritũ ſupplicium duceretur: nihil aliud locutus eſt, quàm vt vota pro incolumitate exercitus ab ipſo nuncupata ſoluerentur.

Ascen. MILESIA, &c. Hoc exemplũ, & multa ſequẽtia in paucis voluminibus cõperiunẽ, de quorum acceſſione ſcripſit Aldus Manutius ad eorũ inuentorẽ in epiſtola ſua nuncupatoria, cuius tale eſt exemplũ. Miletos, ſeu Miletus vrbs eſt clariſſima in finibus Ioniæ & curiæ lanitio nobilitata, vnde fit adiectiuũ nõ Miletus, ſed Mileſius, q̃ vrbem cum Alexander Mag. cepiſſet, & militibus diripiẽdã dediſſet, milites in templũ Cereris ad ipſum ſpoliandũ irrumpẽtes, ſunt à dea excæcati, obiecta oculis illorũ flãma. Nihil. n. efficaci⁹ facit ad excæcationẽ, q̃ nimius fulgor ex obiectione flammarũ in tabulas æneas. Ordo eſt. Ceres Mileſia. i. ab Mileſiis venerari ſolita, Mileto. ſ. vrbe capta ab Alexãdro. i. magno, priuauit oculis. i. viſu oculorum, hoc eſt viſu, milites. ſ. Alexandri, qui irruperant. i. per vim intrauerant templũ ſpoliaturi. i. ut ſpoliarent templum, priuauit dico oculis, flamma. i. nimia reſplendentia obiecta oculis.

PErſæ, &c. Affert exemplũ potius ſeruatæ, q̃ neglectæ religionis. Nam de neglecta religione verius eſſet exemplum ꝙ de eiſdem Perſis recitat Sabellicus Aeneadis tertiæ li. 2. qui cũ Delphicũ templũ ſpoliare tentaſſent, fulminibus, & fœda tempeſtate, & duorũ ſcopulorũ è Parnaſſi vertice ſubito caſu ad quatuor millia obruti ſunt. Ordo hic eſt. Perſæ cõpulſi. ſ. vi ventorum Delum. i. ad eam inſulã, quæ patria Apollinis, & Dianę dr̃, & vbi inſigne habuit templum oraculis clarũ, numero mille nauiũ, tot. n. Xerti fuiſſe naues Aeſchilos eſt auctor, cũ cẽtũ octuaginta Atticas naues cõtra illas ſtetiſſe dicat: adhibuerũt tẽplo Apollinis, quod in Delo eſt, manus potius religioſas, quia donaria auxerant, quam rapaces, quia nihil abſtulerunt. Ascen.

AThenienſes, &c. Affert tria exempla ſeruatæ religionis ab Athen. & totidẽ neglectæ à Diagora, Socrate, & Phidia. Diagoras. n. Philoſophus vulgo ἄθεος. i. ſine Deo dictus eſt, eo ꝙ Deos negauit, & oẽm deorum opẽ. qui (vt Cic. lib. 4. de nat. deo. dicit) cũ Samothraciã veniſſet, atq; ei quidã amicus dixiſſet, tu q Deos putas humana negligere, nõne animaduertis ea tot tabulis pictis, q̃ multi votis vim tẽpeſtatis effugerint, in portũq; ſalui peruenerint? Ita fit, inq̃t. Illi. n. nunqua picti ſunt, qui naufragia fecerũt, i mariq; perierũt. q. d. qui ſalui euaſerant et euaſuros fuiſſe, tameſi nulla nũcupaſſent vota, at qui perierãt, licet veroſimile ſit, nõ minora nũcupaſſe, nõ minus tñ periiſſe. Vnde ex his qui perierãt potius concluderet, aut Deos nõ eſſe, aut opẽ nullã ferre, q̃ ea ſaluis contra. Soc. aũt (q teſte Cic. in prologo 5. Tuſ. lib.) philoſophiã euocauit è cœlo, & in vrbib. collocauit, domoſq; introduxit, & cœpit de vita, & morib. rebuſq; bonis, & malis quærere, q̃obrẽ, vt ſcr. Solin. Nõ ſolũ cõſenſu hoium verũetiam oraculo Apollinis fuit ſapientiſſimus iudicatus) immerito fuit ab Anyito hoie diuite & factioſo, & à Melito accuſatus; & p Ariſtophanẽ poetã comicũ in comœdia, quas nebulas inſcripſit, falſo criminatus, ꝙ nebulas coleret, & Ath. religionibus detrectaret, & pubẽ ſeduceret. Sunt aũt q aſſerãt Soc. p̃dicaſſe unũ ſolũ Deũ more Iudęorũ, de qb. Iu. Nihil p̃ter nubes & cœli numen adorãt, vñ nebulas coluiſſe criminabãt, & cũ ſu pſtitiones multas dãnaret, religioni detrahere culpabaẽ. Phidias verò ſtatuarius fuit clariſſimus, auctore Quin. lib. 12. tã Dijs q̃ hoib. effingẽdis artifex melior. in ebore vero lõge circa æmulũ, vel ſi nihil niſi Mineruã Athenis, aut Olympiũ in Achaia Iouẽ feciſſet, cuius pulchritudo adieciſſe aliqđ et receptæ religioni vr̃, adeo maieſtas operis Deũ æquauit. Verũ vt hoc loco innuiẽ, cũ laudatus, ꝙ Mineruã i ebore ſic effigiaſſet, dixit meli⁹ i marmore effigiari, ꝙ cãdor i marmore diuturnior eẽt, ſicut reuera eſt. nã marmor quo vetuſtius, eo ſplẽdidi⁹, at ebur vetuſtate croceũ colorẽ cõtrahit, lubẽter ab Atheni audit⁹ eſt, at cũ adieciſſet et vilius ex marmore, q̃ ex ebore fieri tacere iuſſus eſt, qi malè videreẽ de religione Ath. ſentire, ut q impẽſę parcerẽt in deæ cultu, qđ illi nollẽt. Ordo eſt. Ath. pepulerant. ſ. ex vrbe ſua Diagorã philoſophũ, qa fuerat auſus ſcribere ignoraſſe ſup. ſe primũ, An Dij eſſent, deide ſi ſint, quales ſint, cui⁹ ignorationis prior pars durior eſt, qa pauci noſcũt quales ſunt Dii, oẽs tñ boni credũt, eos bonos eſſe, & iuſtos, ac beneficos, qđ ille negabat, vñ ꝓ vtroq; dicto dãnatus eſt. Idem. ſ. Ath. dãnauerũt Socratẽ, ꝙ videbaẽ introducere nouã religionẽ, nõ tñ introduxit. Vñ pęnitẽtia ducti ſunt, Ath. ſed ſera p̃ſertim, ꝙ Platonẽ ꝓ p̃ceptore ſuo orãtẽ audire noluerint. Idẽ. ſ. Ath. tulerũt. i. paſſi ſunt, & libẽter audiuerũt Phidiã. ſ. ſtatuariũ peritiſſimũ q̃diu is dicebat Mineruã dẽe fieri potius è marmore, q̃ ebore, ꝙ. ſ. qa nitor. i. ſplẽdor & cãdor eſſet mãſur⁹ diutius in marmore. ſ. q̃ in ebore, ſed ut. i. poſtq̃ adiecit, & a. et vilius. i. minore impẽſa, qa vili⁹ eſt Athenis marmor et Pariũ, q̃ ebur, ipſi iuſſerũt ſup. eũ tacere, vt q neſciret, qd diceret, aut q ñ rectè ſẽtiret de aio Ath. qa in Dea colenda nõ q̃rerẽt impẽſæ parcere. Phidias.

DIomedon, &c. Hoc quoq; exemplũ ſeruatæ, nõ neglectę religionis ẽ. Quocirca ſuſpicari licet, ꝙ vt ſublata fuerint multa exẽpla, ita perperã locata. Quid. n. minus negligens religionis ipſo Diomedonte, qui ne ad mortẽ quidẽ ꝓficiſcens, eã negligere potuit? Cũ. n. cõtra præſcriptũ magiſtratus Athenienſium cũ alijs ducibus fęliciter quidẽ pugnaſſet, ad mortẽ tñ dãnatus eſſet, ꝙ remp. manifeſto diſcrimini cõmiſiſſet, nõ recuſauit mortẽ, ſed vnum obteſtatus eſt, vt vota ꝓ ſalute exercitus à ſe nũcupata perſoluerent. Ordo eſt. Diomedon vnus ex decẽ ducibus, qui pepererant eadẽ pugna Ath. victoriam, quia hoſte vicerũt: verò ꝓ ſed, ſibi, ſup. ipſis pepererãt. i. acquiſiuerãt Ascen.

damnationem,

damnationem. i. ſñiam mortis, ꝙ contra edictum pugnaſſent, cum duceretur iam ad ſuppliciũ nõ meritũ, nihil locutus eſt aliud, q̃ vt vota nũcupata. i. expſſa voce ſuſcepta, ab ipſo. ſ. Diomedõte, ꝓ incolumitate exercitus, ſoluerẽtur. ſ. a ciuitate Ath.

DE SIMVLATA RELIGIONE. CAP. III.

DE NVMA POMPILIO.

* Liu. li. 1.

NVMA Pompilius, vt Populum R. ſacris obligaret: volebat videri ſibi cum dea Aegeria congreſſus eſſe nocturnos: eiuſdem monitu, ſe quæ accepta Dijs immortalibus ſacra forent, inſtituere.

DE SCIPIONE AFRICANO.

* Liu. lib. 26.

SCIPIO Africanus * non ante ad negocia publica vel priuata ibat, quàm in cella Iouis Capitolini moratus fuiſſet: & ideo Ioue genitus credebatur.

DE L. SYLLA.

* Neſcio vnd Plu. anuta.

L. Sylla quoties * prælium committere deſtinabat, * paruum Apollinis ſignum Delphis ſublatum, in conſpectu militum complexus, orabat, vti promiſſa maturaret.

DE Q. SERTORIO.

* Plut. in vita.

Q. Sertorius * per aſperos Luſitaniæ colles ceruam * albam trahebat, ab ea ſe quænam aut agenda, aut vitanda eſſent, prædicans admoneri.

EXTERNA.

DE MINOE CRETAE INSVLAE REGE.

* Plato in Minoe.

MINOS Cretenſium Rex * nono quoque anno in quoddã præaltum, & vetuſta religione conſecratum ſpecus ſecedere ſolebat, & in eo moratus, tanquam à Ioue, quo ſe ortum ferebat, traditas ſibi leges præerogabat.

DE PISISTRATO ATH. TYRANNO.

* Hier. li. 1.

PISISTRATVS in * recuperanda tyrannide quam amiſerat, ſimulatione reducentis ſe in arcem Mineruæ eſt vſus: cum per oſtentationem ignotæ mulieris, quæ Phia vocabatur, formatæ ad habitum Deę Athenienſes deciperet.

DE LICVRGO LACEDAEMONIOrum Legiſlatore.

* Hier. li. 1. & Plu.

LICVRGVS conſilio * Apollinis grauiſſimæ Lacedæmoniorum ciuitati leges compoſitas ferre ſe perſuaſit.

DE SELEVCO.

* Zeleucus. * Ex Ci. 3. de le. & Liu. 6. c. 5. * Aliunde huc tranſlata verba.

SELEVCVS ſub nomine * Mineruę apud Locrenſes prudentiſſimus habitus eſt * Bacchanalium ſacrorum mos nouus inſtitutus, cum ad pernitioſam veſaniam iretur, ſublatus eſt.

ASCEN.

NVMA Pomp. Titulus hic totus erat ſublatus, aut forte interciderat, ſed vt cõſulto ſublatum putẽ, id facit, ꝙ nihil magis religionẽ à Numa inſtitutã auctoritate, ac fida priuet, quã dicere ſimulatum aſſa aius cum Aegeria congreſſum. Si. n. Numa credidit, nõ ſatis auguſta fore populo, quæ indiceret ſacra, niſi numinis alicuius intercederet auctoritas, multũ fidei eius detraheret, qſquis diceret ficticiũ eſſe eius inuentum. Quocirca cũ Senatus probauerit cremandos libros Numæ, ꝙ religionẽ labefactarent, quanto magis hunc titulum cẽſuerit delendum, q Numæ auctoritatẽ detexerit, de hoc tñ cõmento Numæ ſic dicit Liu. lib. 1. ab vrbe cõdita. Oĩum primũ rem ad multitudinẽ imperitã, & illis ſęculis rudem efficaciſſimã, deorum metum inijciẽdum ratur eſt, qui cũ deſcendere ad aios ſine aliquo cõmẽto miraculi nõ poſſet, ſimulat ſibi cũ dea Aegeria cõgreſſus nocturnos eſſe, eius ſeſe monitu, q̃ accepti ſſima dijs eſſent, ſacra inſtituere. Et paulo poſt. Lucus erat, quẽ medıũ ex opaco ſpecu ſons perenni rigabat aqua, quo qa ſe perſępè Numa ſine arbitris velut ad congreſſum Deæ inferebat, Camenis eum lucũ ſacrauit, ꝙ Dearum ſibi cõſilia cum coniuge ſua Aegeria eſſent, & ſoli fidei ſolenne inſtituit. Hæc ille. Sicut ergo Moyſes verè aſſeruit ſe legẽ à Deo, Deiq; digitis ſcriptam accepiſſe, ita ethnici quoq; legumlatores numinis alicuius interpoſuerũt auctoritatẽ, ſciẽtes difficile eſſe, hoiem hoi parere. Ordo eſt. Numa Põp. q fuit ſcđus Ro. Rex, volebat uideri congreſſ⁹ nocturnos eſſe ſibi cũ Dea Aegeria (q̃ Nympha erat, aut dicta, ut regi maior eſſet autoritas, ſicut Herſilia Romuli coniux ꝓ Nympha eſt culta, aut vulgo credita, ꝙ ſpiritus ſuccubi ꝓ deabus fontiũ, mõtiũ, arborum, fluminũ, aut mariũ ſeſe mortalib. exhibebãt) iõ autẽ id volebat, ut obligaret. i. deuinciret P. R. ſacris. i. rebus diuinis, quas alioqn nõ obſeruaſſet, & volebat videri ſe inſtituere ſacra, q̃ forẽt accepta Dijs immortalib.

SCipio, &c. Scđm exẽplum ſimulatæ religionis de Scipione Africano maiore, de quo Sabellic⁹ Aeneı. 5. li. 4. Fuit Scip. nõ tñ veris virtutibus mirabilis, ſed ab ætate ẽt ineuntẽ in earum oſtẽtatione noua quadã arte cõpoſitus. Is inde ex quo virilẽ togã ſũpſit, nullo die priuatã vllã, aut publicã rẽ prius egit q̃ in Capitolium aſcẽderet, ibiq; io ſecreto ſedẽs, multum tpis ſolus tereret. Addunt qdã antelucanis horis eum in locum uẽtitare ſolitum, ne canibus quidẽ, qui ad cuſtodiã Capitolii alebant illi allatrãtib. Fama pterea tenuit, q̃ huic vulgatæ de homine opinioni aſtipulatur, eum immanis anguis cõcubitu à matre cõceptum. (Quod in Alexan Philippi filio euenıſſe Græcorum qdẽ ꝓdiderunt) obſeruatamq; aliqñ in materno cubiculo ſerpẽtis ſpeciẽ, q̃ hoim interuẽtu continuo oculis euaneſceret. Sed quonam modo hæc cõtingere potuerunt, aliorum erit æſtimatio Miraculi huius fides (qđ ſatis cõſtat) nõ ſolum non eſt ab eo illuſa, ſed cum vitæ inſtituto, tum rerum ab eo geſtarũ gloria vehementer aucta. hæc ille. Ordo eſt Scip. Africanus nõ ibat ad negocia publica, vel priuata, antaq̃ moratus fuiſſet. i. aliquantulum ſolus fuiſſet in cella Iouis Capitolini, & iõ quia Iouis auctoritate ſe oĩa facere ſimulabat, creditus eſt genitus Ioue, in ſpecie tñ ſerpentis, ſicut Alexand. Mag. ſe Iouis Ammonii filium etiam ab eo in ſpecie ſerpentis genitum iactitabat, tametſi ſubinde mater id aſſerentem argutè reprimebat. ASCEN.

L. Sylla, &c. Tertiũ exẽplum aſt de L. Sylla, qui mira geſſit, & ſpecioſam in Marium victoriã, in tyrãnidẽ vertit. Is autẽ, vt ſuis fiduciã faceret, hẽbat ſecum imagunculã Apollinis, Delphis ſublatã, in qua quaſi Apollinis numẽ ineſſet illudq; ſibi ꝓprium hẽret, orabat eã ꝑlia initurus, vt ꝓmiſſam victoriã maturaret: ſimulans videlicet ob religionẽ ſibi ꝓmiſſam victoriã. Ordo eſt. L. Sylla, qui primus Dictaturã inuaſit, & tabulã ꝓſcriptorum ꝓpoſuit, quoties deſtinabat. i. ꝓponebat cõmittere prælium, cõplexus in cõſpectu militum paruum ſignum. i. ſimulachrũ, & imaginẽ Apollinis ſublatũ, id eſt ſubductũ, aut clã ſubtractum Delphis, orabat ſup illud, vti. i. vt maturaret, id eſt acceleraret ꝓmiſſa, quaſi dicat ꝓmiſſã victoriam.

Q. Sertorius. Quartũ exẽplum eſt de Sertorio, in quo licẽt ad numinis, cuius fauorẽ ſimulabat dignitatẽ reſpexiſſe videat author, qa poſt Iouis à Scipione ſimulatum fauorẽ, Apollinis recitauit, & nunc poſt Apollinis Dianæ, tñ potı⁹ tẽporũ ſequit rõnẽ, nã cum dignitate ꝑcedat Iupiter Aegeriã, ſane cum Diana ſit venatrix, eiq; ceruã ſacra, videri poſſet ꝑ ceruã itellexiſſe Dianã. Quã qdẽ ceruã Sertori⁹ nõ ſimulaſſe dñ, ſed reuera habuiſſe rerũ gerendarũ indicẽ. Vñ Sabellic⁹ de eo Aeneadıs 7. li. 4. Ceſſatum eſt aliquot dies Sertorio vehemẽter ſolicito, ꝙ Cerua, q̃ penes ſe religioſè habuerat, aliqtãdiu nullibi locorum extitiſſet, qua demum cõſpecta, ſpei plen⁹, ſuos i aciẽ eduxit, hęc ille. Sertoriũ autẽ Perpẽna i Hiſpania ſuſtulit uirũ igẽti in patriã, & in matrẽ pietate. Ordo eſt. Q. Sertorius hẽbat ꝑ aſperos colles Luſitaniæ, regionis Hiſpaniæ, ceruã albã, ꝑdicãs ſa admoneri ab ea, q̃ nã eſſent agẽda, & q̃ nã vitanda. In quo facto, ut ex Sabellico colligere licet, nõ tã ipſe ſimulator religionis, q̃ nequã ſpũs in forma ceruæ, alioqn nõ fuiſſet vehemẽter ſolicit⁹ in eius amiſſione, nã ſimilẽ facilè iduxiſſet. ASCEN.

MInos, &c. Docet externos quoq; legũlatores ex ſimulata numinis auctoritate legib. à ſe latis fidẽ & venerationẽ peperiſſe. Ponitq; primũ exẽplum Minois regis Cretẽſi. q tã iuſtè regnaſſe & iudicaſſe dr̃ minus, vt mortuus ſit habitus iudex apud inferos, vñ Virg. Aen. 6. Quæſitor Minos vrnã mouet. datiq; putãtur illi coniudices Aecus, & Rhadamãthus, eo ꝙ ipſi ſeuere iudicariut, nã ſñm eundẽ Maronẽ ſequitur eadẽ cura tellure repoſtos. i. quales hic uixerint, tales illic hñr, & eadẽ affectione. Ordo aſt. Minos rex Cretenſium ſolebat nono quoq; anno. i. ſemel per ſingulos 9. ann. Is autem numerus antiqs ſacris erat obſeruatiſſimus, fortè ꝙ ter ternarium includat, oẽ autẽ triuum pſectum. Vñ Maro Aen. v. Præterea ſi no-

num diem mortalibus almum Aurora extulerit. Noſtri quoq. neſcio, an ſuperſtitioſè nouē dierum cęremonias in multis obſeruant. Secedere. i. ſeorſum à cōſpectu mortalium incedere, & ingredi, in quoddā ſpecus. i. antrum, præaltum. i. præ cæteris ꝓfundū, & cōſecratum vetuſta religione. i. obſeruantia, & moratus. i. poſtquam morā traxit in eo prorogabat, aut prærogabat: i. quadam prærogatione, & eminentia auctorizabat, leges ſi quas ferebat, tanquam traditas ſibi a Ioue. quo. ſ. Ioue ferebat. i. aſſerebat ſe ortum. i. progenitum, ex Europa cum verius eſſe Xāthi regis Cretenſium ex Europa filius, ſed quia iuſtè vixit, & ſanctè iudicauit, primusq; vt atteſtatur Ariſt. in Ethicis & Politicis, Cretenſibus leges dedit, Iouis eſſe filius creditus.

cen. PIſiſtratus Hippocratis filius, doctrina & eloquentia inſignis facile Ath. remp. occupauit, vno Solone refragrante. Fuit autē ſæpe eiectus: ſemel quidē à Megade & aliorū principum aduerſæ factionis viris: priusq̄ tyrānidē ſtabilire potuiſſet, orta inde inter libertatis aſſertores diſcordia, Megades, pactus cū Piſiſtrato filiæ nuptiis, eū in vrbē reſtituit; Phia muliere ꝓgrādi ſtatura, nouo ſchemate ornata, & in currum impoſita, q̄ per vrbem circunuecta pro Minerua Piſiſtratum reſtituendum clamitabat. ludibrium (inquit Sabel. Aen. 2. li. 6.) vel barbaris gentib. pudēdū, nō modo ciuitati ſapiētiæ ſtudiis principi olim futuræ. Idem tñ paulo poſt, quia filiā Megadis quam vxorem duxit, non vt vxorē tractauit, rurſus expulſus eſt. Ex hoc aūt ludibrio facile patet, quāto errore tenebant tunc mortales, q nisi ſe deam aliqñ vidiſſe putarent, nō tam facile credidiſſent Phiam eſſe deam: dubitare autē licet, an ab ea Galli oia id genus muliebria fantaſmata, Phias uocēt. Sed ordo eſt. Piſiſtratus eſt vſus, io. i. ad recuperandā tyrannidē. i. dominationē in Athenas, quā amiſerat, ſimulatione Mineruæ reducentis ſe in arcem, hoc eſt ſimulauit ſe reduci in arcem vrbis per Mineruā deam Athenis ſummè venerabilem, cū deciperet Ath per oſtentationem mulieris ignotæ, quæ uocabatur Phia, formatæ ad habitum deæ, id eſt Mineruæ, erat enim prægrandis, & habitu deæ ſpectabilis.

Aſcen. LIcurgus legiſlator prudētiſſimus perſuaſit ciuitati Lacedæmoniorū, qui ſunt Spartani, & Lacones. grauiſſimæ, quia rigidiſſimè vixerunt Spartani: ſe referre leges compoſitas cōſilio Apollinis, qui prudētiſſimus deorū eſt habitꝰ, unde vaticinia illi addūtur, ſic tñ vt ab Ioue ea acceperit, vñ Aen. 3. Quæ Phębo pr omnipotens mihi Phœb. Apollo, Prædixit, &c.

Aſcen. SEleucus.] Exemplū hoc pannoſum, & malè cōſutis panniculis contextum, nā neq; quis ſit Seleucus ſatis aperit, nec qui Locrenſes, quia tñ inter externa ponit, de Locrenſibus Græciæ intelligā, qui Azolæ à malo odore dicti ſunt. Præterea nihil ad rē facit, ꝙ Bacchanalia dicit ſublata, q̄ Romæ nimirū ſublata ſunt. vñ id fruſtum ad aliud caput aſſuēdum putem. De Bacchanaliū aūt abolitione latè ſcribit poſt Liu. & alios, Sabel. Aen. 4. lib. 7. docens cōpertū iudicio Hiſpalæ mulieris, & Ebutii eius amatoris in illis ſacris à nullo flagitii gñe ceſſatū, pluraque ibi fieri virorū, q̄ fœminarum ſtupra, ſi qui minus dedecoris patientes eſſent ꝓ victimis immolari, vñ poſt acerrimam innoxios vtriuſq; ſexus animaduerſionē Conſulibus dicit datum negociū, vt Romæ, ac in tota Italia Bacchanalia diruerēt: Dicta autē erāt Bacchanalia à Baccho, cuius ſacris initiati furore corripiebant, vñ Bacchari verbum notat furere. Ordo eſt Seleucus habitus eſt prudētiſſimus apud Locrēſes, ſ. Azolas i Græcia, iuxta Phocidē, vñ Locri in Brutiis Italiæ iuxta illud Aen. 3. hic & Narritii poſuerunt mœnia Locri. [Sub noīe Mineruę.] qa eius ſe cōſiliū ſequi dictabat, aut qa ſe ꝓ ea geſſit, qđ minus vſ, cum vir deā malè agat. Mus nouus Bacchanaliū iſtitutꝰ (vt opinor Romæ) eſt ſublatus. i. penitus extinctus, cū iret. ſ. ſe rē ab oibus ad veſaniā pnitioſam, qa in oē flagitiū, ut dcm̄ eſt.

DE AVSPICIIS. CAP. IIII.

DE LVCTATIO.

LVCTATIVS, qui primum Punicum bellū confecit, à Senatu prohibitus eſt ſortes Fortunæ Prænestinæ audire. Auſpicijs enim patrijs, nō alienigenis Remp. adminiſtrare oportere iudicabant.

DE C. CORNELIO HISPALO.

Liu. li. 5. *COrnelius Hiſpalus* Prætor peregrinus M. Pompilio Lenate, & L. Calp. Conſulib. edicto Caldæos circa decimū diem abire ex vrbe, atq; Italia iuſſit: leuib. & ineptis ingenijs, fallaci ſyderū interpretatione quæſtuoſa mendaciis ſuis caliginem inijcientes. Idem, qui Sabazij Iouis cultu ſublato mores Rom. inficere conati ſunt, domos ſuas repetere coegit.*

DE L. AEMILIO PAVLO.

L. Aemilius Paulus Conſul, cum Senatus Iſydis, & Seraphis fana diruenda cenſuiſſet, eaq; nemo opificum attingere auderet, poſita prætexta, ſecurim arripuit, templisq; eorundem foribus inflixit.

DE L. TARQVINIO.

L. Tarquinius rex Centurijs equitum, quas Romulus auſpicato conſcripſerat, alias adijcere cupiēs: cum à Decio Accio Nauio augure prohiberetur: offenſus, interrogauit, Poſſet ne fieri, quod ipſe mēte conceperat, poſſe fieri dicente, iuſſit nouacula cotem diſcindi: qua Decius allata, adminiſtrato incredibili facto, effectum ſuæ perfectionis oculis Regis ſubiecit.* *Liu. li. 1.

DE TIB. GRACCHO.

TIB. Gracchus, cum res nouas pararet, auſpicia domi prima luce petijt, quæ illi perquam triſtia reſponderunt: & ianua egreſſus ita pedem offendit, ut digitus ei decuteretur: tres deinde corui in eum aduerſum occinentes, partem tegulæ decuſſam ante ipſum protulerūt, quibus ominibus contemptis, à Scipione Naſica Pōtifice Maximo decuſſus Capitolio, fragmēto ſubſellij ictus procubuit.* * Plut. in Tib. vita.

DE P. CLAVDIO.

P. Claudius bello Punico primo, cum præliū nauale committere vellet, auſpiciaq; more maiorum petijſſet, & pullarius non exire pullos cauea nunciaſſet: abijci eos in mare iuſſit, dicēs, Quia eſſe nolūt, bibāt.* * Cic. lib. 2. de na. deo. Liu. li. 19. hic lib. 8. c. 2.

DE L. IVNIO.

L. Iunius P. Clau. collega neglectis auſpicijs: claſſem tempeſtate amiſit, damnationisque ignominiam, voluntaria morte præuenit.* * Cic. lib. 2. de nat. deo.

DE METELLO.

CVM Luc. Metellus Pont. Max. Tuſculanum petens iret: corui duo in os eius aduerſum, veluti iter impedientes aduolauerunt, vixq; excuderunt, vt domum rediret: inſequente noctu, ædes Veſtæ arſit: quo incendio Metellus inter ipſos ignes raptum Palladium, incolume ſeruauit.* * Liu. lib. 19. Plin. lib. 8. cap. 42.

DE M. TVLLIO CICERONE.

M. Ciceroni mors imminens auſpicio prędicta eſt, cum enim in villa Caietana eſſet, coruus in conſpectu eius horologij ferrū loco motum excuſſit, & protinus ad ipſum tetendit, ac laciniam togæ eo vſq; morſu tenuit, donec ſeruus ad occidendum eum milites veniſſe nunciaret.* * Plut. in uita Cic.

DE MARCO BRVTO.

M. Brutus cum reliquias exercitus ſui aduerſus Cæſarem, & Antonium eduxiſſet, duæ aquilæ ex diuerſis caſtris aduolauerunt, & edita inter ſe pugna, ea quæ ex parte Bruti fuerat, malè mulctata, fugit.* * Plut. in vita Brut.

EXTERNA.

DE REGE ALEXANDRO.

CVM rex Alexander vrbem in Aegypto conſtituere vellet, Architectus Democrates cū Cretā non haberet, polentaq; futuræ vrbis lineamenta deduxiſſet, ingens auium multitudo primo lacu emerſa, polētā depaſta eſt, quod Sacerdotes Aegyptiorū interpretati ſunt aduenarū frequētiæ alimētis ſuffecturā vrbem.* *Curt. lib. 4.

DE

DE DEIOTARO REGE.

*Cic. lib. de diuin.

Deiotaro verò regi, omnia fere auſpicata gerenti, ſalutaris aquila conſpectus fuit, qua viſa, abſtinuit ſe ab eius tecti vſu: quód nocte inſequenti, ruina ſolo æquatum eſt.*

Lvctatius,&c. Ponit exempla de auſpiciis,aut religioſè captis,aut perperá neglectis. Atq; ita poſtquam de religione in gñali egit, tractat de eius ſpeciebus,nam auſpicia, & auguria,nec nó ſortes,miracula,prodigia,& oſtenta, quæ diuinationis ſunt partes, ad religionẽ pertinere putabant, cum meræ ſint ſuperſtitiones, niſi diuina intercedat auctoritas, qđ addo,quia ſorte electus eſt Matthias. Sanè auſpiciú dictum eſt ab auiú inſpectatione, auguriũ ab auiũ garritu,qb.cótinẽtur ſút aruſpicina,& extiſpicina ab hoſtiarũ,& extarũ iſpectione. Sút & aliç diuinationũ ſpẽs, ut qñ ex igne futura iudicãtur,et dr̃ pyromãtia,qñ ex aqua,hydromãtie,qñ ex terra,geomantia:& ex manuũ lineamẽtis chyromãtia,ſed cũ hæc ſine iactura morũ neſciri poſſit,parce de eis agã. Ordo ẽ.L.uct. q cófecit.i.finiuit,primũ bellũ Punicũ.i.Car.geſtũ à R.cũ Pœnis,iuerũt ẽt tria iſignia,phibit* eſt è Senatu audire,aut pot* edire cóſulẽdi gfa Sortes Fortunæ Præneſtinæ,q apud Præneſte colebãt. n. p qa, Senatores iudicabãt oporteẽ ſup.eũ adminiſtrare Rẽp.ſ.R.auſpicijs patriis,q.d.domeſticis,& ñ alienigenis. eiuſdẽ generis aut captis.

Aſcen. Caius,&c. Exemplũ eſt de exactis Caldæis,i.aſtrologis ex aſtrorũ horoſcopo future iudicãtibus,quæ res parum ad auſpicie facit,unde mixte,& ſuffarcinata ſunt hæc quoque exẽpla. Ordo eſt C. Cornelius Hiſpalus Prætor peregrinus, iuſſit edicto.ſ.publico,M.Pom.Lenate. & L.Cal.ſeu Calphurnio Conſulibus,i.dũ illi eſſent Cóſules, Caldæos.ſ.profeſſores aſtrologiæ,abire ex vrbe,atq; Italia.ſ. tota,citra legã,itre x.diẽ.ſ.ab edictio, ut pote inticientes leuibus& ineptis ingeniis.ſ.vulgi (prudẽtibus.n.nó poterãt perſuadere) caliginẽ.i. obſcurã p̃dictionẽ rerũ q̃ſtuoſam.i.lucroſam.ſup.ex fallaci interp̃tatione ſyderũ,qa licet ſydera nó mẽtiant, eorũ indices ſæpè mẽtiunt.

Aſcen. Lucius,&c. Hoc exemplũ auſpicie Senatus confirmat,cũ ordine aperiam. Ordo aũt eſt.L.Aem.Pa.Cóſ. cũ Senatus cenſuiſſet fana.i.tẽpla, aut ſacra ædificia Iſydis & Serapis numinũ Aegyptiorũ diruẽda ſup.eſſe,i.dirui oportere,et nemo opificũ auderet ee attingere, arripuit ſecurim, inſtrũm ferreũ à ſecando dictũ,Prætexta.i.veſte patricia,poſita.i.depoſita, & inflixit eorũdẽ forib. tẽplorum in qb.illa numine colebent.

Aſcen. L. Tarqui. Hoc exemplũ mirabiliter auxit auguriorum obſeruationẽ,cũ miraculi tã manifeſta uis ſit,vt Theo*logi noſtri dubitẽt, qua via factum p̃dicent. Nã ſi dæmoniaca cũ natura id fieri nó poſſit,mirũ eſt eandẽ poteſtatem dæmonibus permiſſam: aliis dicẽtib.nó vere inciſam cutẽ,ſed aut vi,aut natura fiſã fiſſura dæmoniorũ fraude,aut auguris p̃ſtigiis cælata,icidi uiſam,de hoc li.1.Liu.ab urb.cód.ex ee inqt, re, auguriis ſacerdotioq; augurũ tãtus honos acceſſit, vt nihil belli domiq; poſtea, niſi auru auſpicato gereret cócilia,exercitus vocati, ſumma rerũ,vbi aues nó admiſiſſent dirimerent,neque túc Tarq.de equitũ Cẽturijs qdquã mutauit,&c. Ordo eſt. L.Tarq.ſ.Priſcus,Rex Ro.cupiẽs adiicere Cẽturijs equitũ,quas Romulus cóſcripſerat auſpicato.i.capto auſpicio,erãt aũt Rãnien.Tatienſes,Luceres,nouas.ſ.Centurias,vt plures hẽet equites,cum phiberetur equites e Decio Accio Nauio,ſeu Neuio (vt Dio.legit)augeẽ,niſi ſup.auſpiceto id faceret, oſtens*.i.p p inhibitionem,interrogauit illudens artem auctore Liuio, ne p an,id qđ conceperat mẽte, i.aio, poſſet fieri,& ſup. augure iem capto augurio, & conſulens auibus,dicente.i.rũdente,poſſe fieri,iuſſit cotẽ,quæ duriſſimus eſt lapis, diſcindi nouacula.i.cultro taſorio,qa dixit ſe id mẽte cóceepiſſe,que.ſ.cote allata,Decius.i.augur,incredibili facto adminiſtrato.i. per eum, vt miniſtro deorũ patrato, ſubiecit oculis Regis effectũ.i.efficaciã ſuæ p̃feſſionis,vnde ſtatua Accii capite velatu,quo in loco res acta eſt, in Comitijs videlicet erecta eſt cũ cote, ad rei memoriam.

Aſcen. TIb. Grac. Affert tria omina ſiue oſtenta Tib. Grac.necẽ portendentia,q quie cótempſit, necem non euaſit. Erat aũt homo ſeditioſus,qui ut plebi placeret,legẽ agrariam nunquã ſine ſeditione motã,aut tulit, aut ferre parauit. Ea autẽ exigebat,vt agri à P.R.acquiſiti, qui fere in Patrũ Conſcriptorum,& paucorũ nobiliũ erant poſſeſſione,æquis portionibus ciuibus códuiderẽtur: Nota eſt de Gracchis (Nam Caius quoq; Gracchus,frater huius eadẽ de cauſa perijt) hiſtoria. Ordo igiẽ eſt. Tib.Grac.cum pararet.i.diſponeret res nouas,vtpote legem Agrariam promulgare, petijt prima luce auſpicie domu.ſ.ſuæ, inquirens, an quæ pararet, ſuccederent, quæ auſpicie r̃nderunt illi,perquã.i.admodũ valde triſtia,id eſt aduerſa,& egreſſus ianua oſſendit. i. læſit ad obiectũ lapidem,aut limen,ita pedẽ, ut digitus.ſ.pedis decuteret.i.de ſtatione quateretur ei, deinde.i. tertio loco tres corui occinentes.i. rauce voce clamantes,in eũ aduerſum,i.oppoſitum,protulerunt ante ipſum partem tegulæ decuſſam.ſ.de tecto,quibus omnibus quia multa ſunt,aut omnibus contemptis,quia nihilo minus proceſſit,decuſſus ſcilicet in terra in Capitolio,in quod fugeret à Scip.Naſica Pon.maximo, procubit. i.in mortem, ictus, id eſt percuſſus,fragmento. i. fruſtu ſubſellij.i. ſcabelli illic arrepti.

Aſcen. PVblius,&c. Sicut de obſeruata,& de neglecta religione diſtinctim locutus eſt,ita de obſeruatis,& de neglectis auſpicijs loqui inſtituiſſe vr̃, nam hoc, & præcedens, & ſequens exemplum de neglectis eſt auſpiciis. Ordo eſt.P.Clau.cum vellet cómittere. Cum Carth.p̃eliũ nauale,bello Punico primo.nã tria leguntur, & petiſſet more maiorum.i.priſco inſtituto, auſpicia.i.ex auiũ inſpectione rẽ ſtabiliri, & pullarius,i.augur,q ad hoc pullos aſſeruabãt, nunciaſſet pullos non exire cauea,nã ex geſtu exeuntium iudicabant,iuſſit eos abijci in mare,dicẽs, quia nolunt eſſe, id eſt capere eſcam egreſſæ caueam,bibant.ſ. in mare proiecti. Is autem infęliciter pugnauit.

Aſcen. L. Iunius colleg.ſ.in Cóſulatu P. Claudii, emiſit claſſem tẽpeſtate,i.aduerſa diſpóne uẽtorũ,& aquarũ auſpicijs neglectis.i.contemptis,& præuenit morte uoluntaria, quam ſibi intulit ignominiã dãnationis.ſ.à Senatu, ſi vixiſſet.

Aſcen. CVm Metellus.ſ.Lucius, homo Patricius, & Pont. Max. iret.i.iter faceret petẽs Tuſculanũ agrũ,duo corui edolauerunt in os.i.faciem eius aduerſam.i.obiectã illis, veluti impedientes iter,& vix.i. cum magna difficultate excuderunt.i.obtundẽdo effecerunt, vt rediret domũ,ædes Veſtæ arſit noctu pro nocte inſequente.ſ.reditũ eius,in quo incẽdio Metel.ſeruauit Palladiũ. i. ſimulachrum Palladis ex Ilio traductũ raptum inter ipſos ignes,ſeruauit dico incolume.i.illęſum,ipſe tñ urbã luminibus exegit ſenectã,auctore Plin.lib.7.de quo Iuuen Sat. 3. Vel qui ſeruauit trepidã flagranti ex æde Mineruã.

Aſcen. MArcó,&c. Cum Cic. opera Antonii Triumuiri proſcriptus in Caietane ville deliteret, miſſi ſunt qui eũ occiderent,caputq; Romã ferrẽt, q rem coruus illi manifeſto augurio præmóſtrauit. Vnde dicit:Mors imminens M.Ciceroni eſt prędicta, ſup.illi auſpicio. i. eius aſpectione, cum.n. eſſet in ville Caietena, iuxta Caietem urbẽ maritimam Italiæ, coruus auis nigra,& ita mortis p̃nuncia, excuſſit eo conſpectu eius ferrũ horologii. i.qđ i horologio ſolari vmbras faciebat, motũ loco.ſ.ſuo, & tetendit protinus ad ipſum. ſ. Ciceronem poſt motũ ferrũ, quo indicaret illi non ſupereſſe horam vitæ, ac tenuit murſulaciniam. i. pendulam partem togæ ſup. eius, donec ſeruus nunciaret milites veniſſe ad occidendum eum.

Aſcen. M. Brutus vnus interfectorũ Iul. Cæſaris,cũ eduxiſſet in campis Philippicis iuxta Pharſalũ reliquias exercitus ſui aduerſus Cæſ.ſ.Auguſtũ,& Antoniũ. ſ. Triũuirũ, duæ aquilæ aduolauerunt.ſ. in aperto aere ex diuerſis caſtris, quia altera ex caſtris Bruti, altera ex caſtris hoſtilibus, & edita pugna inter ſe, ea.ſ.aquila quæ fuerat ex parte Bruti.i.quæ ex eius caſtris proceſſerat,fugit,mulctata. i. afflicta ab aduerſaria, malè.i.multũ, & id malũ ſuũ ſignificabat exitũ pugnæ futuræ.

Aſcen. CVm Rex Alexander.ſ.magnus,vellet cóſtituere vrbẽ.ſ. Alexandriam in Aegypto.Democrates Architectus, id eſt princeps ædificiorũ faciẽdorum, & pręcipuè mœniũ, cum non hẽret cretam.i.terrã albam,& deduxiſſet lineamẽta futuræ urbis,polenta.i.gñe pultis ex farre candido, ingens multitudo auium emerſa. exiſtens, aut quæ euolauerat è proximo (ſunt qui legunt primo) lacu,depaſta eſt.i.abſumpſit,aut deuorauit, polẽtã, qđ vocabulũ Ouid.et neutrale protulit in Metamor. Dulce dedit teſta, quod coxerat ante polenta,quod.ſ.auſpicium ſacerdotes Aegyptiorũ ſunt interpretati.ſ.dicentes urbem ſufficcturã alimentis frequentiæ, i. multitudini aduenerũ.

Aſcen. Deiotar*. Rex. DEiotaro uerò regi. Trãſit ad omina,& recte qdẽ,nã religioni cóiũgũt ea,q ſi ſine numine diuino eueniũt. Deiotarus rex Ciliciæ fuit,q cũ aqlã vidiſſet dẽclinãtẽ in tectũ,ab ei* vſu ſe q̃primũ abſtinuit,ſeqnti vero nocte corruit,tectũ,Cic.lib. de diui. qđ hoſpitẽ inqt clariſſimũ & optimũ virũ Deiotarũ regẽ cómemorẽ,q nihil vnq̃ niſi auſpicato geſſerit,q cũ itinere quodã p̃poſito, & cóſtituto reuerteret,aquilę admonitus volatu, cóclaue illud, vbi erat mãſurus, declinauit. quo ſi ire prexiſſet in aduerſa fata irruiſſet p̃xima.n.nocte corruit; itaq; vt ex ipſo audierã: p̃ſępe reuerti ex itineẽ,cũ iã p̃greſſ* eſſet multo-

ſet multorũ dierũ viã cõſueuit. Auſpicato, quia nihil fermè niſi captis auſpiciis gerebat, auſpiciũ aũt ab aſpiciandis auibus dictum eſt. Solo æquatũ: Quia corruit. Deiotaro, hoc exemplum non eſt de hoſe, ſed de auſpiciis, in quo Oliuer. propter exẽplaris deprauationẽ deceptus eſt. Ordo eſt. Sed verò cum ſuperiora ferè malum portenderent, conſpectus ſeu conſpectio aquilę fuit ſalutaris Deiotaro regi, quem Cic. defendit, geſtis ferè omnia auſpicata. i. auſpicio præmiſſa (ſunt qui auſpicato legant, nec mi nus placet) quia. ſ. aquila viſa, abſtineuit, id eſt alienauit ſe ab vſu eius tecti, id eſt alti ædificii, quod æquatum eſt ſolo, id eſt terræ planæ, ruina, id eſt per ruinam ſequenti nocte.

THEO. Deiotarus] Rex Armeniæ minoris, & tetrarcha Gallogręciæ, Hirtius in rebus Cæſ. qui Siciliæ, vel Ciliciæ regem ſuſpicantur parum diligẽtes hiſtorię ſunt. Veios migrare. hinc illa indignatio in Neronem. Roma domus fiet. Veios migrante Quirita, ſi non & Veios occupat iſta domus.

DE OMINIBVS CAP. V.

DE SENATV ROM. ET CAMILLO.

*Liu. li. 5. *OMINVM etiam* * *obſeruatio aliquo contractu religionis innexa eſt, quoniam non fortuito motu; ſed diuina prouidentia, conſtare creditur, quæ effecit, vt vrbe à Gallis deleta, deliberantibus P. C. vtrum Veios migrarent, an ſua mœnia reſtituerent, fortè eo tempore, è præſidio cohortibus redeuntibus, Centurio in comitiis exclamaret: Signifer, ſtatue ſignum, hic optimè manebimus; ea. n. voce audita, Senatus accipere omen ſe reſpondit, eueſtigioq́; Veios tranſeundi conſiliũ omiſit. Quam paucis verbis de domicilio futuri ſummi imperii confirmata eſt conditio. Credo, indignum Diis exiſtimantibus: proſperis auſpiciis Romanũ nomen ortum, Veientanæ vrbis appellatione mutari: inclitęq́; victorię decus modo obiecta Vrbis ruinis infundi.* *Liu. li. 5. * *Huius tam praeclari operis auctor Camillus, cũ eſſet precatus: vt ſi cui Deorũ nimia fęlicitas Pop. R. videretur, eius inuidia ſuo aliquo incommodo ſatiaretur: ſubito lapſu decidit, quod omẽ ad damnationẽ qua poſtea oppreſſus eſt, pertinuiſſe viſum eſt: merito aũt de laude inter ſe, victoria, et pia precatio ampliſſimi viri certauerũt; æquè. n. virtutis eſt, et bona patrię auxiſſe, et mala in ſe trãſferre voluiſſe.*

OLIV. Ominum vis. OMINVM obſeruatio] Declarat quare omina religioni ſubiungat. Cic. lib. 1. de diuin. Non ſolum, inqt, deorum voces Pythagorei obſeruauerunt, ſed etiam ominum, quæ maiores noſtri vocant omina, quia ualere cenſebant, iccirco omnibus rebus agendis, quod bonum, fauſtum, fęlix, fortunatumq́; eſſet præfabantur. [Contractu] Coniunctione, & affinitate. [E præſidio,] è loco, vbi pręſidia poſita fuerant. [Hic optimè manebimus. [Ecce omen.] nam ab ore dr omen, quaſi oramenſi, quidquid ex ore egreditur. Senatus accipere ſe ideo hoc dixit, quia in poteſtate uidentis, & audientis erat, an accipere, an reſpuere id uoluerit. [Eueſtigio ſtatim] Tractum inde, quia cũ aliquid repẽte fieri uolumus, ita dicere ſolemus antequam eueſtigio moueare, hoc exequere. [Proſperis auſpiciis] ſcilicet Romuli, & Remi. quorum alteri ſex, alteri 12. vultures apparuerunt. Veientanæ vrbis appellatione. Vt quemadmodũ primo Romanum vocabatur, poſtea Veientanũ appellaret. Inclitæ victoriæ, q̃ Romani ex Veientibus pepererant, vrbe eorũ capta direptaq́;. [Infundi] miſceri. [Huius tam pręclari.] Liu. Dictator, inquit Camil. capta Veiorum vrbe, præcones edicere iubet, ut ab inermi turba abſtineat, is finis ſanguinis fuit: deinde inermes capti, & ad prædã miles permiſſu Dictatoris diſcurrit, q̃ cum ante oculos eius aliquãto ſpe, atq; opinione maior, maioriſq́; precii rerũ ferretur, dr manũ ad cœlũ tollens precatus eſſe Dictator, vt ſi cui hominũ, deorumq́; nimia ſua fortuna Populiq́; Rom. videretur, ut eam inuidiã lenire ſuo priuato incõmodo, q̃ minimo publico Populiq́; Rom. liceret, conuertentem ſe inter hanc uenerationẽ traditur memoria prolapſum cecidiſſe. Idq́; omen pertinuiſſe, (poſtea ab euentu rem coniectantibus) viſum ad damnationẽ ipſius Camilli, cladẽq́; captæ deinde vrbis R. quod poſt paucos accidit annos. Tam præclari operis auctor. Vt reſtituerentur mœnia vrbis Rom. nã ipſe fuit, qui ab exilio renocatus, collectis reliquiis exercitus P. R. fuſus qui apud Alliã fluuium paucis ante diebus turpiter fuerat, atq; fugatus ex vrbe Gallos eiecit. [Inuidia,] Ob captã vrbẽ Veiorũ, quã totius Hetruriæ opulẽtiſſimã fuiſſe cõſtat. Et quia fęlicitas illa videbaẽ eſſe nimia, ueritus eſt, ne cui deorũ faceret inuidiã. [Eius inuid.] Quæ ſua magnitudine Diis ẽt feciſſet inuidiam. Adoraturi in oriẽtem vertebantur. [Lap. cecidit.] Nã ſicut mos erat adoraturo cũ ſe oriẽtẽ verſus cõuertiſſet, plapſus cecidit, hoc idẽ affirmat Cic. li. de nat. deo. [Qua op.] Damnatus. n. fuit die dicta ſibi à L. Apuleio Tribuno pl. de qua damnatione dicemus lib. 5. c. de ingratis. Merito hic laudat Camillũ difficile diſcrimen eſt, inquit, vtrũ maior laus fuerit uiciſſe Veios, an oraſſe Deos, vt in ſe malum omẽ conuerterẽt. [Victoria] Igiẽ, & pietas inter ſe certarũt, q a nõ facile diſcernes, vtrum laudãda magis ſit victoria Camilli, an ipſa præcatio. [Aueiſſe bona.] Deuictis Veis. [Mala deprecatione ſua.]

ASCEN. OMinum ẽt, &c. Poſt auſpicia tractat omina, præmittitq; more ſuo præludium ad aptũ tranſitum faciẽdũ, vñ facilè patet, quod ẽt Aldus animaduertit, ſuperius exemplum nõ pertinuiſſe ad omen. Omen aũt eſt qñ vox ex ore; alicuius excepta, cũ ad aliud propoſitũ ſit dicta, ad alterius rei euentum ab excipienti eã applicaẽ. Neq; tñ ab ore duntaxat capitur, nam & factũ pro omine ſæpè animaduerſum legimus, vt in caſu Camilli proximo loco dicetur; & in procurſu aſelli ad fontem, quem Marius pro omina ſecutus eſt. Sic equorũ lapſus, leporum occurſus, & id genus alia, pro ominib. obſeruata legimus: miſera mortaliũ ſuperſtitione, & certiſſima dæmonum illuſione, quæ eo ſeruitutis pño hoies deuinctos præmebaẽ. Nam quid aſelli procurſus ad fontẽ ad Mariũ pertinuit? Certò ſitt potius, q̃ fame oppreſſus fontẽ pabulo ptulit. At Marius ſibi aquas petendas intellexit, qđ quia proſpere fecit, obſeruatũ eſt, & ſcriptis mandatum: at ſi in mari periſſet, nulla ominis mẽtio facta fuiſſet, qu adeo omina, auſpicia, auguria, & id genus portẽta, nihil efficaciæ credebanẽ hre, niſi in capientib. & ratificantib. vt voluntaria hretur eiuſmodi ſeruitus. Ordo eſt. Obſeruatio ominum eſt ẽt inexa aliquo cõtractu religionis, qm ſup. ominis obſeruatio, creditur cõſtare nõ fortuitu motu, ſed diuina prouidentia, quã rem ſuæ credulitati prætẽdunt ferè diuinatores, affirmantes, quæ fiunt, ab aſtris dependere, & ideo prænoſci poſſe; quæ. ſ. obſeruatio effecit, vt vrbe. ſ. Ro. deleta, præter Capitoliũ, à Gallis, & ſup. Patrib. Cõſcriptis deliberãtib. i. conſulẽtib. vtrũ migrarent Veios iam captos à Camillo, an reſtituerẽt mœnia ſua, cohortibus redeuntibus, fortè eo tpe, quo cõſulatio fieret, è præſidio i. vrbibus, quibus pſidio fuerãt. Centurio exclamaret in comitiis. i. in eo cãpo, quo ad ſuffragia popul' coire ſolebaẽ, ò ſignifer ſtatue. i. fige in terrã, ſignũ, i. uexillũ, nos manebimus optime hic, n. pro qa, ea voce audita, Senatus rñdit, ſe accipere. i. acceptum hre, omẽ, & omiſis eueſtigio. i. illico cõſilium trãſeundi Veios. Quã. i. ò quãtum paucis uerbis eſt cõfirmata. i. ſtabilita cõditio', de domicilio ſummi Imperii futuri. i. ubinam Monarchia arcẽ hret: credo diis exiſtimãtib: indignũ ſup. eſſe nomẽ Romanum ortum proſperis auſpiciis, mutari appellatione vrbis Veietanæ. i. vt Romani deinde Veiẽtes dicerenẽ, & decus inclytæ uictoriæ ĩfundi ruinis vrbis, mõ. i. paulo añ abiectę. Huius, &c. Ordo depẽdet à ſuperiore, nã talis eſt. Camillus auctor huius tã pclari operis, vt. ſ. Veii caperenẽ, & eo nõ migrareẽ, ſed vt reſtituerenẽ mœnia vrbis, cũ eſſet pcatus', vt ſi felicitas P. R. videreẽ, cui i. alicui deorum nimia, ſicut Aeo. 6. Nimiũ Romana ppago Viſa potẽs ſuperis. Inuidia ei'. ſ. Dei ſatiareẽ, et ita ſedareẽ aliquo ĩcõmodo ſuo. ſ. pcãtis Camilli, decidit. i. deorſum in terrã cecidit, ſubito lapſu. i. inopinato caſu, qđ omẽ. ſ. caſus, viſum eſt ptinuiſſe ad dãnatonẽ, ſ. Camilli, qua oppſſus eſt poſtea, qa in exiliũ actus, aut pro ſed, victoria, & pia pcatio ampliſſimi viri, videlicet Camilli, certauerunt merito inter ſe, de laude. i. vtri maior laus dẽretur. n. p qa, eſt æquè. i. æqualiter, aut æquè. i. ęqualis virtutis, & auxiſſe bona patrię, qđ fecit per victoriã, & uoluiſſe trãsferre in ſe mala. ſ. patriæ, quod precatus eſt.

DE LVCIO PAVLO, ET FILIA.

Cic. lib. 1. de diuinat. QVID illud? * *quod L. Paulo Conſuli euenit, quàm memorabile? cum ei ſorte eueniſſet, vt bellum cum rege Perſa gereret, & domum è curia regreſſus, filiolam ſuam nomine Tertiam, quæ tũ erat admodũ paruula, oſculatus: triſtẽ animaduerteret: interrogauit, quid ita eo vultu eſſet. Quæ reſpondit, Perſam periiſſe: deceſſerat aũt catellus: quẽ puella in deliciis habuerat, nomi-*

ne Perſa

ne Perſa: arripuit igitur omen Paulus, æquè fortuito dicto, quaſi certā ſpē clariſſimi triūphi animo præſumpſit.

OLIV. QVID illud, Omen Camilli memorabile fuit. At quod ſequitur non minori memoria dignum. Nam cum Macedonicum bellum. [L. Pau.] Senatus ei extra ordinem decreuiſſet, & ea ipſa die domum ad veſperas rediſſet filiolam ſuam Tertiā, quæ tunc erat paruula admodū, oſculans, animaduertit, triſtiorē. Quam cū interrogaſſet, quid ita triſtis eſſet, mi pater, inquit, Perſa, periit, tum ille arctius puellā complexus, accipio, inquit, mea filia omen. Erat aūt mortua Catella ea noie, quam puella habuerat in delitijs, L. aūt Paulus omen accepit Perſam Macedonū regem, aduerſus quē ſibi decreta fuerat prouincia, eo bello periturū, quod & factum eſt, quando uiuus ductus fuerit in triumphum. Iuſt. lib. 33. Dum hęc aguntur inquit, metu tanti periculoſi belli Rom. Aemi. Pau. creant, eiq; extra ordinem Macedonicum bellum decernunt, qui cū ad exercitum veniſſet, non magnā morā pugnæ fecit, pridie quā confereret bellum, luna nocte defecit, triſte id oſtentū Perſeo oib. præſagientibus, finemq; Macedonici regni portendi vaticinantibus. [Cū rege Perſa] diuerſis modis hoc nomen declinaē, Perſeus Perſei, qua declinatione vſus eſt Iuſt. vt ſupra vidim⁹ cū dixit, triſte id oſtentum Perſeo, ſimili modo, & Liu. lib. 10. bel. Mac. multis in locis, vt ibi videre licet. Declinaē & Perſes huius Perſis, vt fontiſe vř Ser. Honoratus, qui Saluſt. vtitur exemplo in hiſtoriis, quē librū amiſimus, vbi probare intendit ſubtractam eſſe literam. i. huic nomini Achilli, & in eo verſu. Troas relliquias Danaum, atq; immitis Achilli, dicit. o. pp unnoteleuton detraxit. i. literā, quæ plerūq; pro ſibylo habetur, non ſolum neceſſitatis, ſed ēt Euphoniæ cauſa, vt Saluſt. A principio vrbis ad bellum Perſi Macedonicom pro Perſis, itē Perſa huius Perſæ, vt hoc loco.

ASCEN. QVid illud. Affert euidentis ominis exemplum, dicens, Quid illud. i. quid dicendum putas de illo omine, quod euenit Lucio P. ſ. Aemilio Cōſuli, quam. i. quantū ſuputas memorabile. i. memoratu dignū ſit. Cum eueniſſet ſorte, quia Conſules ſortiri ſolebant inter ſe prouincias, aut ſorte legendum eſt, quia extra ſortē decreta eſt ei prouincia, vt gereret bellum cum Perſa (propriū eſt nomē) rege. ſ. Macedoniæ, & egreſſus curia domū, oſculatus filiolā ſuam Tertiā nomine, quæ erat tunc paruula admodū, animaduerteret triſtem, interrogauit, qd ita. i. cur eſſet eo. ſ. tā męſto vultu? Quæ rñdit, Perſam periiſſe. Aūt pro ſed: catellus. i. paruus canis, noie Perſa (nā canes à fluminib. aut regionibus, aut colore noia ſæpe ſumunt) quē puella habuerat in delitiis, deceſſerat. i. mortuus fuerat, non th cani aptum vř uocabulum, non. n. decedit. i. de loco cedit, quod periit, ut anima brutu nam corpus māſit. Igitur quia ſauſtum erat viſum. Paulus. ſ. Aemilius, arripuit. i. auidē accepit, & ratū habuit omen. i. ab ore prolatū rei euentū, & præſumpſit. i. percepit hanc rem, antequā contingeret, & ſumpſit aio. ſ. ſuo. i. cogitatione, edicto fortuito. ſ. puellæ, quaſi certā ſpem triumphi clariſſimi, quē poſtea de Perſa egit, vnde Macedonicus dictus eſt.

*Liu. lib. 41.

DE CAECILIA METELLI.

AT Cæcilia Metelli, dum ſororis filiæ, adultæ ętatis virginis, more priſco, nocte concubina nuptialia petit: omen ipſa fecit: nam cum in ſacello quodam, eius rei gratia aliquamdiu perſediſſet, nec aliqua vox propoſito congruens eſſet audita: feſſa longa ſtandi mora puella, rogauit materteram, ut ſibi pauliſper locum reſidendi accomodaret: cui illa. Ego verò inquit, libenter tibi mea ſede cedo. Quod dictum ab indulgentia profectum, ad certi ominis proceſſit euentum: quoniam Metellus non multo poſt mortua Cæcilia, virginem de qua loquor, in matrimonium duxit.*

*Cic. lib. 1. de diu.

OLIV. AT Cæc. Met.] Cic. lib. 1. de diu. L. Flaccū Flaminem Marti. inquit, audiui, cum diceret Cæciliā Metelli cū uellet ſororis ſuæ filiā in matrimoniū collocare, exiſſe in quendam ſacellum ominis capiendi cauſa, quod fieri more veterum ſolebat, cum virgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet, neq; diu vlla uox extitiſſet, puellam defatigatā petiſſe à matertera, vt ſibi concederet pauliſper, vt in eius ſella requieſceret, illam autē dixiſſe, verē mea puella tibi concedo ſedes meas: quod omē, res conſecuta eſt, ipſa. n. breui mortua eſt. virgo aūt nupſit, cui Cæcilia nupta fuerat. [At Cæcilia Metelli] Scilicet vxor, vt Hectoris Andromache, & Deiphobe Glauci. [More priſco.] Mos. n. fuit apud maiores, vt cum puellę maturæ viro, & plenis iam nubiles annis eſſent, in templis eacubarent, & ibi ſtantes omen acciperent futuri mariti. [Concubia nocte.] Intēpeſta nocte. Var. de lingua latina. Intempeſtū Cœlius dicebat, cū tempus agēdi eſt nullum, quod alii concubiū appellarunt, ꝙ ferè tunc oēs cubarent, eſt ergo prima pars ſomni. Eius rei, petendi nuptialia. [Locum reſidendi.] Vt feſſa nōnihil ſe recrearet. [Mora] quadam indulgentia, & commiſeratione puellæ commota.

ASCEN. AT Cęcilia. Aliud affert omē ea ore Cæciliæ Metelli, dicens. At. i. ſed Cæc. Metelli. i. coniunx, dū more priſco. i. veteri inſtituto, petit nocte concubia. i. qua mortales ſimul cubare ſolēt, & qeſcere, nuptialia. i. pertinētia ad nuptias, filię ſororis, virginis. i. q̄ erat virgo ætatis adultæ. i. iā naturæ viro, ipſa fecit, non accepit omen, nā cū perſediſſet in quodam ſacello. i. parte tēpli, capellā nūc vocāt, aliquandiu gratia eius rei. i. nuptialiū ominū cauſa, nec aliqua vox congruēs propoſito. i. pertinens ad nuptialia virginis, eſſet audita, puella feſſa longa mora ſtandi, rogauit materterā. i. matris ſuæ ſororē, Cæciliā videlicet, Vt accommodaret ſibi pauliſper. i. paululū tpis locū reſidēdi. Cui illa. ſ. Cęcilia, inquit, ego verò. i. certo, & ſerio, cedo tibi mea ſede. i. do tibi ſedē meā, vt ſedeas, qđ dctū profectū ab indulgētia. i. clemēti affectione in puellā, proceſſit ad euētū certi ominis, qm̄ Metellus duxit in matrimoniū virginem, de qua loquor, Cæcilia mortua. i. cum eſſet mortua, non multo poſt.

DE CAIO MARIO, ET OMINIS OBSERVATIONE.

CAIO autem Mario obſeruatio ominis proculdubio ſaluti fuit, quo tempore hoſtis à Senatu iudicatus, in domū Fanniæ Minturnis cuſtodiæ cauſa deductus eſt, animaduertit enim aſellum, cum ei pabulum obiiceretur, neglecto eo, ad aquam procurrētem, quo ſpectaculo, deorum prouidentia quod ſequeretur, oblatū ratus, alioquin etiam interpretandarum religionum peritiſſimus: à multitudine, quę ad opem illi ferendam confluxerat, impetrauit, vt ad mare produceretur, ac protinus nauiculam conſcendit; eaq; in Africam prouectus arma Syllæ victricis effugit.*

*Plut. in vita.

OLIV. Marii caſus varii. CAio aūt.] Cū P. Sulp. Tribunus plebis auctore C. Mar. pernitioſas leges promulgaſſet, vt exules reuocarentur, noui ciues libertiniq; diſtribuerētur in tribus, vt & Conſul. Mar. aduerſus Mitrid. Pōti regē dux crearet, & aduerſantib. Cōſulib. Q. Pōp. & L. Syllę vim intuliſſet, occiſoq; Pōpei Cōſulis filio, genero Syllæ, L. Sylla Cōſul in vrbē cū exercitu venit, & aduerſus factionē Sulp. & Mar. i ipſa vrbe pugnauit, eoſq; expulit. Ea quo duodeci à Senatu hoſtes, inter quos Cōſul Mar. & filius iudicati ſunt. P. Sulp. cū in quadā villa lateret indicio ſerui ſui detectus & occiſus eſt. C. Mar. filius i Africā traiecit, C. M. př Minturnas delatus in paludib. delituit, eo Syllani milites cū veniſſent, ac diligenter, & accuratè eius veſtigia indagarēt, nec eū inuenirēt, paſtorē haud lōgè cōſpicati rogāt primo indice Mariū, fluctuātē deinde, & diſſimulantē, minis, & terrore pertūdūt, qui vbi ſe à militib. circūſundi, & telis vndiq; peti uidit, Mariū indicat, itaq; capiř Marius, Minturnaſq; defert, & in domū Fāniæ mulieris publicè cuſtodiēdus tradiř, ad quē occidēdū ſeruus publicus natione Cimber miſſus, inermē, & ſqualore obſitū, maieſtate tāti viri cōmotus, ſtricto iā gladio, interficere nō ſuſtinuit, & tremebūdus abiecto ferro, refugit, clamitās geminata voce, nō poſſū iterficere Mariū, tū Minturnēſes maieſtate uiri capti, incolumē præſtiterūt. hinc ergo cū abiturus exiret è domo, animaduertit aſellū neglecto pabulo, qđ obiectū ei fuerat, ad aquā contendentē, quo uiſo, omen arripuit, intellexitq; ſibi ſalutē nauigatione quærēdā eſſe, & ſtatim impetrauit à Minturnenſibus, vt ſibi publica nauis traderet, quo facto ſe contulit in Africam, & ibi vires cōparauit: quibus priſtinam fortunam & dignitatem breui recuperauit, ſicut ſuo loco oſtendemus. [Fanniæ.] Quā defendit in iudicio. [Alioquin] Inſuper. [Peritiſſimus] Qui maximam augurii peritiā haberet. [In Africam.] Vbi cōparato exercitu cū ſe Cinnæ coniūxiſſet, vrbem cœpit & priſtinam dignitatē cum magno inimicorum exitio recuperauit.

ASCEN. CAio aūt Mar. Omen hoc in facto, non in verbo captum, nam cum aſinum animaduertiſſet Marius, neglecto pabulo terreſtri, ad aquam bibendam profugere, intellexit neglectis terreſtribus auxiliis, ad marinum auſugium properandum,

dum,quod quia fecit,& proſpere illi ſorte ſucceſſit,religioni à miſeris mortalibus aſcriptum eſt. Sabellicus auctor eſt aſinum, qua potuit voce omem confirmaſſe. Nam ingenti, inquit, voce velut claſſico quodam edito ad fontē peruica geſtulatione procurrit. Ordo eſt. Autem.i.ſed,obſeruatio ominis.ſ.in facto fuit Caio Mario videlicet,priſco,qui ſepties conſul antequam moreretur fuit,ſaluti.i.ad ſalutem.i.ſeruationem vitæ, ſic n.ſalus ferè accipitur,en ſup.tempore,quo tempore , ipſe iudicatus hoſtis Senatus.ſ.Romani deductus eſt cauſa cuſtodiæ,id eſt, vt cuſtodiretur,donec Romam traheretur, Minturnis, id eſt ad villam iuxta paludes , in quibus repertus erat in domum Fauniæ. Oliuerius dicit mulieris, credam viri dicendum, nam Sabellicus vocem ſenis,a quo occultus fuerat,audita dicit,& in Terētio,viri nomē eſt.Enim pro quia. Animaduertit,ſ.cum Minturnenſium nemo auderet in eum manum mittere,cum nec Cimber quidem id auſus fuiſſet,& eum abire permiſiſſent aſellum procurentem ad aquam,ſ.fontalem,cum pabulum.i.cum nutrimentum obijceretur ei,eo.ſ.pabulo neglecto.i.prætermiſſo tanquam ſpreto.Quo ſpectaculo ratus ſup eſt,oblatum ſup.eſſe ſibi prouidentia deorum;id quod ſequeretur,alioquin ,id eſt qui alio quoque modo eſſet peritiſſimus , minime tamen literatus religionum, quæ ad diuinationem pertinerēt, impetrādarum. i.exponendarum quod pertenderēt , impetrauit à multitudine, præſertim Minturnenſium , quæ confluxerat ad opem ferendā illi produceretur ad mare , ac protinus conſcendit naniculam, & prouectus ea,ſcilicet nauicula in Africam effugit arma ſyllę nictricia,ſcilicet tunc,vtpote à quibus victus fuerat.

DE POMPEIO MAGNO.

POMPEIVS vero magnus in acie Pharſalica victus à Cæſare:fuga quærens ſalutem,curſu in inſulam Cyprum (vt aliquid in ea virium contraheret) claſſem direxit , appellensq; ad oppidum Paphum, conſpexit in littore ſpecioſum ædificium, gubernatoremque interrogauit quod ei nomen eſſet, qui reſpondit κακοβασιλέα vocari . quæ vox ſpem eius, quantulacunq; reſtabat, communit . Neq; id diſſimulanter , tulit auertit enim oculos ab illis testis ac dolorem,quem ex diro omine,conceperat,genitu patefecit.

POMPEIVS vero] Omen futuræ cędis factū eſt Pompeio Cæſ.arma fugenti: nam in acie Pharſalica victus cum inſulam Cyprum peteret, vt inde virum aliquid contraheret,vidit a longe eminens ędificium,& interroganti quod ei nomen eſſet,reſponſum eſt κακοβασιλεία, quo audito mœſtus intellexit ſe malum regem experturum. [Pompeius Magnus] Cuius magnitudo totum orbem complexa fuit,nam Cic.Cati. inuecti. 4. paucis verbis oſtendit, quanta fuerit Pompei rerum geſtarum magnitudo, dicit. n. Pompei res geſtæ, atq; virtutes continentur iiſdem,quib. ſolis curſus regionibus,ac terris continetur. [Pharſalica] Theſſalica,nam regio illa diuerſis nominib. fuit appellata Emoniam,Theſſalia, Parſalia, Macedonia, Emathia,campi Philippici:pront eam diuerſi reges occuparūt. [Contraheret] Colligeret,congregaret. [Oppidum Paphum .] Oppidū eſt Cypri , vbi pręcipue colebatur Venus, quæ Paphia dicta Virg. inde Paphum ſublimis abit, ſedesq; reuiſit . Læta ſuæs,&c.κακοβασιλεία malum regem ſicut Ptolomæum expertus eſt. [Neque tulit diſſimulantes,]Nō occultauit illud,quod mente conceperat.

Ol.iv.

POmpeius vero magnus victus,ſ.à Cęſare in acie Pharſalica.i.conflictu apud Pharſalicam vrbem Emathiæ , quærēs ſalutem.i.ſeruationem vitæ,& reip.fuga.i.fugiendo direxit curſu.i.cum celeritate claſſem in Cyprum inſulam, vt contraheret. i.congregaret, aliquid virium.i.copiarum,quæ vires ſunt exercitus in ea.ſ. inſula, & appellens.ſ.claſſem. Aut ſe ad oppidū Paphū.ſ.noie,ſi prępoſuiſſet Paphum,non præpoſuiſſet ad cōſpexit in littore ędificium ſpecioſum,& interrogauit gubernatorem.ſ.nauis,quod nomen eſſet ei. ſ.ædificio.qui reſpondit vocari cacouaſilea. i. malum regem.Nam cacos dr̄ malus, & βασιλεύς Baſileus, profertur tū vaſileus rex, quæ vox cōminuit ſpem eius. ſ. Pompei quantulacunque reſtabat , quia non ſperabat ſe bonum regem inuenturum. Neq; tulit.i.paſſus eſt, id.i.eam ſpei depoſitionem,aut indignationem ſuam diſſimulanter auertit n.oculos ab illis rectis.ſ. tā mali ominis, ac patefacit gemitu.i.gemendo dolorem,quem conceperat ex diro,id eſt execrabili omine.

Ascen.

DE MARCO BRVTO.

*MARCI etiam * Bruti dignus, admiſſo parricidio, euentu eſt omine deſignatus , ſiquidem poſt illud nefarium opus , natalem ſuum celebrans cum Græcum verſum exprimere vellet , ad illud potiſſimum Homericum referendum animo tetendit.*

* Plut. in vita paulo aliter lege Appia. lib.4. * Ilia.a.

Ἀλλά με μοῖρ' ὀλοὴ καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός.

Qui Deus Philippenſi acie,à Cæſare , & Antonio ſigno datus,in eum tela conuertit.

MARCI etiā Bruti.] Nota eſt hiſtoria quomodo Brut. & C.Caſ.in Senatu multis vulneribus confoderunt,q̄ tñ ſuo loco dicemus,ſed quod ad hūc locum pertinet, cum Brut.poſt paratum homicidiū ſacrificarent natali ſuo interpretes,vt mos erat animum adiecit ad carmen Hor. ἀλλά με μοῖρ' ὀλοὴ, καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός. Sed me parca ferox Latonæ que obruit infans. Alius vero ſic traduxit , ſed me ſors miſera & Latonæ perdidit infans. Et ita factum eſt: nam in campis Philippicis: vbi congreſſus eſt cum Auguſto,& M. Ant. forte ita cecidit.vt ſignum belli futuri præponeretur ab Auguſto & Ant.ſignum Apollinis,nam mos erat,vt commiſſuri prœlia, deū aliquem ſignum pugnæ præponerent, vt C. M. Martis ſimulachrū Sylla delphici Apollinis.Cęſ.Veneris genitricis.Ergo qa Apollinis ſignum propoſuit Auguſtus,omen, quod factum eſt,verſus illę quodam modo impleuit, quia in ea pugna ſuperatus eſt, in qua ſignum fuerat Apollo Latonæ filius. [Admiſſo parricido,] hoc non ſine adulatione dictum eſt,vult.n. Val.Cæſarem,patrē patriæ fuiſſe.]Natalē. [Mos fuit apud antiquos vt natalia principes ſua ſolennitet celebrarēt.Virg.Phillida mitte mihi. m.eſt na. Iola. [Signo datis.]Vt milites Cæſariani , & Antoniani à militibus Bruti,& Caſſij dignoſcerentur.

Ol.iv.

Signū prælii.

MArci,&c.Aſſerit omen pernicioſum Bruti dicens. Euentus.i.exitus rei, etiam Mar.Bruti.non ſolum Pōpeij,dignus parricidio admiſſo , dum Cæſarē patrem patrię, etiam ſuum occidit. Nam Cæſ.tribus & viginti vulnerib.confoſſus eſt vno duntaxat gemitu ad primum ictū emiſſo. Marcū. n.Brutum in ſe graſſanter intuitus,Græcis verbis dixiſſe fertur. Et tu fili,hoc eſt etiam tu fili me occidis ,qui in te paterno ſim animo euentus dico Mar. Bruti deſignatus eſt. i. præfiguratus, omine . Siquidem. i. quoniam ipſe celebrans poſt illud nefariū opus,videlicet cædem Iulij Cæſ. Natalem ſuum.i. diem quo natus fuerat,cum vellet exprimere verſum græcum. ſ.aliquem lepidum,& feſtiuum,nam tales multi ſunt apud græcos,tetendit animo.i.animus illi tractus eſt potiſſimum ad referēdum illud Homericum ,quod latine ſonat. Sed parca.i. Dea fatorum fera. i.crudelis in me , & infans.i. filius Latonæ ſemper iuuenili forma,uidelicet Apollo , perdidit me. Qui deus.ſ.Apollo datus à Cæſ. ſ. Auguſto , & Antonio eius,ſ.ſocio ſigno. i.vt ſit ſignum ſeu vexillum, ſup.in acie.i.conflictus Philippenſi. i. Pharſalico, conuertit. ſ. animandos eos, quibus ſigno erat tela in eum . ſ. Marcum Brutum Virg.etiam eſt auctor in bello Actiaco contra Ant.& Cleopatram Auguſtū uſum Apolline. Quinetiam nonnunquam ſeſe pro Apolline geſſit,ad quod alludens idē Maro in Buc.dixit,Caſta faue Lucina,tuus iam regnat Apollo.

Ascen.

DE CAIO CASSIO.

*CONSENTANEO * vocis iactu C. Caſſii aurē fortuna peruelit:quæ orantibus Rhodys , ne ab eo cunctis deorum ſimulacris ſpoliarentur , Solem à ſe relinqui reſpondere voluit: vt rapiciſſimi victoris inſolentiam:dicti tumore protraheret: abiectumq; Macedonia pugna non effigiem Solis, quam tantum modo ſupplicibus ceſſerat:ipſum Solem reuera relinquere coegit.*

*Solis currum inqt Dion. lib. 47.

CONSENTANEO uocis iactu.]Pari ratione Caſſius Bruto affinitate coniunctus,quippe qui Iuniā Bruti ſororem duxerat uxorem fecit ſuæ futuræ mortis omē, cū rogātib. Rhodiis,aliqua ſibi deorū ſimulachra relinqui, ſolem à ſe relinqui reſpondiſſet, nam quod ille per ludibrium dixit, ſuo euentu ſortitus eſt , quia reuera ſolē reliquit.[Solem relinqui.]Simulachrū,ſolis,hoc aūt per ludibriū dixit, quippe quem ferre nō poterat præ magnitudine. Memoratur. n.à ſoli, unū ex ſeptē mirabilibus mundi,erat aūt cētum viginti ſex pedū imago Aenea,

Ol.iv.

go Aeneæ,& fuſis facta,quā à ſe Caſſius relinqui,dicebāt.[Inſolentia.] Superbia,nā quanto maior erat timor victi,tāto magis victori ſuperbia creſcebat. [Protraheret] manifeſtaret, vel augeret. [Ipſum ſolem.] Quia cū victus eſſet,& cum omnibus copijs in hoſtium poteſtatem veniſſet ſibi mortem conſciuit.

ASCEN. Conſentaneo vocis iactu. Fortuito,inquit, nomine Caſſius autem Caſarus percuſſor, & Bruti perneceſſarius, ſui exitus eoentum protulit. Nam orātibus Rhodijs dum Rhodum ſpoliaret etiam duorum ſimulachris, vt aliquid eis relinqueret,ſolis,inquit,relinquo (id autem ſani ingens erat vt auferri integrum non poſſit,ꝙ ideo ſorte tam ingens fecerant, quod in ſolis ſe credebant tutela, propterea quod nulla dies tam nubila,in qua ſol non videatur ipſis Rhodijs.) Et quia qui ſolem relinqnunt,viam quoq; relinquunt , ideo omen fuit vitæ ab eo relinquēdæ. Ordo eſt.Fortuna.i.fortunatus,aut proſperus euentus peruellit aūt C.Caſsij. i. admonuit Caium Caſsium. Quia enim auris dedicata eſt memoriæ, vellere aūt eſt memorem facere.Vnde in Bucol. Mar. Delius aūt velit, & pro.i.admonuit. Et in roſa,Mors aūt velleos viuite ait venio,admonuit aūt futuri exitij,conſentaneo. i.conformi aduentum rei iactu.i. ſuperba emiſsione vocis. i.dicti, aut reſponſi, quæ. ſ.fortuna voluit ſup. Caſsiuos reſpondere Rhodis orantibus,ne ſpoliarentur, ab eo.ſ. Caſsio,cunctis ſimulachris deorum , ſolem. i.ſolis ſimolachum (niſi forte de ſole intellexerit Caſsius , vt qui quotidie Rhodis viſitur) relinqui à ſe,ideo aūt voluit eū fortuna ſic ſuperbe reſpondere, vt protraheret.i.extēderet,& ampliaret, inſolentiā, .i.ſuperbā petulantiam victoris.ſ.Caſsi ſuperbiſsimi,tumore . i. inflatione dicti . i.reſponſi tam ſuperbi , & fortuna coegit Caſſium abiectum.ſ.à ſpe victoriæ . poſquam victus eſſet , pugna Macedonia . i. Macedonica ad Philippos contra Auguſtum geſta relinquere, non effigiem ſolis,quam ceſſerat . i.conceſſerat, tantummodo ſupplicibus.ſ.Rhodijs,ſed reuera ipſum ſolem . i. lucem huius mondi cum vita , forte quod hallucinatus cum ſuos videretur hoſtes credidit , & ita ſolem. i.lumen nondum ortus reliquit.

DE PETILLIO.

*Liu.lib. 41. ANNOTATV *dignum* * *illud quoq; omen,ſub quo Petilius conſul in Liguria bellum gerens occiderit. Nam cum montem : cui Letum cognomen erat, oppugnaret,interq; adhortationem militum dixiſſet:hodie ego Legum vtique capiam : inconſideratius præliando:fortuitum iactum vocis læto ſuo confirmauit.*

OLIV. IN LIGVRIA.] Ligures Imis Alpium iugis adhærens inter varum,& macram fluuios , implicitosq; dum iis Silueſtribus,maior aliquanto labor eſt inuenire quām vincere. Varrus Flouius eſt grādis ex Alpibus fluens Galliam Tranſalpinam à Ciſalpina ſeparans vetuſtiſsimus Italiæ terminus. Macra fluuius eſt ex initio Apennini, fluens inter Ligurū montes & demū iuxta l unam ciuitatem defluit in mare tyrrhenū.

Varrus flu.

Annotatu dignum,&c. Affert omen Petilianæ necis ſumptum,& ab initio,aut non animaduerſante,& ab æquiuoco vocabulo , nam cum le letum montem eo nomine capturum diceret,letū.i.mortem cępit. Ordo eſt. Illud omē, ſub quo Petilius conſul gerens bellum in Liguria parte illa Italiæ Galliæ Italis Ciſalpinæ cōtermina, occiderit.i.mortem obierit, eſt ſupple quoque.i. etiam dignum annotatu.i. vt annotaretur , quia mirabile eſt . Nam cum ipſe Petilius oppugnaret montem cū Caſtello, aut ſaltem caſtris cui.ſ.monti cognomen

ASCEN. erat letū,& dixiſſet inter adhortarionem militū.i.dum milites adhortaretur,vtiq;.i.certe,ego capiam hodie letum, vt intellexit,montē.i. ipſæ prçliandn inconſideratius, cōfirmauit ſuo le-

Let[9] mōs to.i.nece,& fato, iactum fortuitum .i.incertam aleam,alludit. n.ad iactū aleæ, aut emiſsionē caſualem vocis . i. dicti illius , ꝙ iactu quodam fit vnde à verberando verbum dictum volunt.

EXTERNA. DE SAMIIS.

ADIICI *noſtris duo eiuſdem generis alienigena exempla non abſurde poſſunt . Samij , Prienenſibus auxilium aduerſus Caras implorantibus, arrogantia inſtincti, pro claſſe & exercitu, Sibyllam eis deriſus gratia miſerunt,quam illi velut diuinitus datum præſidium interpretati,libenter receptam,vera fatorum prædictione,victoriæ ducem habuerunt .*

OLIV. SAMII Prienenſibus.] Cum Prienenſes graui bello premerentur,auxilium petierunt à Samijs. Samij vt qui ab illis eſſent alieni,quaſi ridentes ſe ſibyllam miſſuros reſponderunt,nā ex ſibylla vna fuit Samia. Prienēſes ergo,quod irridentes Samij promiſerant læto animo acceperunt,& hanc quaſi ducem belli cōſtituētes glorioſam ex hoſtibus victoriam reportarunt. [Prienenſibus] Priene ciuitas eſt Ioniæ , Biantis patria,auctor Str.lib.14.Cui principium eſt,reliquū eſt, vt de Ionibus,caribusque dicamus, &c. vbi nominatis 12.ciuitatibus, in quibus & Priene ſubiungit,omni hę ſunt 12.Ioniæ ciuitates,& paulo interius, vbi de ſingulis mentionem facit poſt , Meandri, inquit,oſtia eſt Prienenſium litus, vltra ꝙ Priene eſt,& mıcalo mons feris, & arboribus plenus.Item paulo poſt,Priene,inquit, à quibuſdā cadme appollatur,quia Philotas eius conditor è Beotia venit,è Priene fuit Baias hunc ex 7.ſapientibus de quo Hipponax ſic,inquit,& diſceptari, ꝙ̃ Baias Prienenſis melius. [Aduerſus car.]Caræ po.inſulani piraticam exercentes famoſi fuerunt, victi à Minoe,vt Tucydides,& Sal.dūt auctor Ser.in expoſitione illius carminis Virg. hic legus , caraſq; ſagittis feroſq; gelonos.At Str.dicit popu los eſſe Cariæ regionis,quæ cōtermina eſt Ioniæ, videlicet inter Ioniam,& Liciam poſitæ, hoc etiā aliquando ſub Minoe fuiſſe dicit,& inſulas habitaſſe,hinc arbitror inſulanos dictos fuiſſe, & Carres carrium declinauit, ſunt & carræ primæ decli. in Syria eodem teſte lib.6. in deſcriptione Syriæ dicit. n.Tigrano certa,& loca, quę ſunt circa Carras, Nicephorium,& Chobriza, & Sinnaca,in qua Surina Parthorum Imperator Craſſum dolo captum interemit,vnde Luc.Syrias latio maculauit ſanguine carras . Deriſus gratia pro deriſione.[Diuinitus] Quaſi diuina prouidentia eis data foret.[Vera fatorum] reddit rationem,cur læti acceperunt.

Priene.

Cares.

Chobriza

ASCEN. Adiici,&c.Addicit duo externa à Prienenſib. acceptum alterum ab Apollinatis . Cū. n. Samij per deriſum pro præſidio ſibyllam dediſſent Prienenſibus aduerſus Carras, aut quod illis opus cenſerent prudentia,aut muliere duce, illiq; tāquam fauſti ominis ſibyllam acceptaſſent , eius diuinatione ſeruati ſunt . Et cum Ephidānij Apolloniatis etiā per deriſum Aeantem, quo nomine fluuius erat, adiutorem aſſignaſſent,ionnentes forte,quod illum tranſgrederentur, Apolloniatæ omen accipiētes,Aeatata, i.Aiacem, hoc eſt eius imaginem ſumptā pro ſigno ſibi conſtituerunt ducem,tranſgreſſiq; amnē vicerunt.Vt cū ordine latius aperiam Ordo aūt eſt.Duo exempla alienigena. i.externa (declinat aūt adiectiuæ alienigenus , a,vm) eiuſdem generis i. admirabilis ominis,pūt adijci nō abſurde.i.non impertinenter noſtris.i. Romanis exemplis.Simile autē eſt de Cyrtheo ſeu Tyrtheo poeta,de quo Flaccus in arte. Poſt hoc inſignis Homerus Cyrteoſq; , &c. vbi rē aperuimus) Samij.i.inſulani illi, inſtincti arrogantia i.ſoperbia quadā,vnde contemptus oritur,& deriſo,Prienenſibus.i.ciuibus Prienes ciuitatis io Ionia , implorātibus.i.cum implorarēt hoc eſt quaſi plorando orarent , auxilium aduerſus Carras , qui vicini ſunt populi,poteſtq; accuſatiuus dici tertiæ miſerūt eis , gratia deriſus.i.deriſionis , pro claſſe,& exercitu. i. loco claſſis, & exercitus ſibyllam. i. fœminam diuinæ ſcientiæ, ac mentes peritam, hoc eſt vatem, quæ Samia à Varrone,& Lactantio dicitur. Vnde patet Dominicum illud,nullum Prophetam acceptum in patria, quia vt rē vilem miſerunt ſibyllam Samij,ꝙ̃ vt pretioſam acceperunt Prienenſes,vnde addit,ꝙ̃.ſ.ſibyllam, illi.ſ. Prienenſes, interpretati velut præſidium datum diuinitus habuerunt acceptam libēter ducem victoriæ prædictione vera . i. per verā prædictionē,& pręmonitionem, fatorum.i. futurorum euentorum primus ignoratorum , nam ſcientes quid futurum eſſet, & ita quid tentarent, & quid vitarent, facile hoſtem ſuperarunt.

THEO. CArras]A Caria,quam Strabo,Mella,Plinusq;,& Ptolomæus Aſiæ contribuunt,à qua nomen gentis Car.apud Plut.Singulariter,& plurali numero Cares, ij pleraſq; tenuerunt Aegei maris inſulas, & in ijs Coo.vnde Caris antea dicta eſt,vt ſcribit Hellanicus, oram maritimam nauibus hēbant infeſtam.Ne quod ait Seruius auctoritate Thucididis & Saluſtij præter hiſtoriā videri debet . [Carras]. n.Minos nauali prælio victos cycladibus expulit inſulaſq; eas in ſuam poteſtatem redegit, vt meminit etiā Libanius . Ad Virgilii tn̄ expoſitionē nihil ij faciunt . Carræ vero pro duplex R. vrbs Meſopotamiæ Craſſi clade nobilis,auctor Plin. & Steph.et hāc Luc. itelligit, vt parum perire faciant qui confundunt . Aeantem as & Aos

idem

idem flu. vt Hecatæus,& Strab. tradũt Apolloniatum fines irrigans, à monte Lacino caput tollit, Adriatico mari infunditur, ad Aiacem nihil attinet.

DE APOLLONIATIS.

NE Apolloniatæ quidam pęnitentiam egerunt: qui, cum bello Illyrico preſſi: Epidaurios, vt ſibi opem ferrent, oraſſent: atque illi flumen vicinum mœnibus ſuis nomine Aeantem in adiutorium ſe mittere dixiſſent: Accipimus quod datur, reſponderunt: eiq; primum in acie locum: perinde ac duci aſſignauerunt: ex inſperato. n. ſuperatis hoſtib. ſucceſſum ſuum omini acceptum referentes: & tunc Aeanti, vt deo immolauerunt: & deinceps omnibus prę̨lijs duce vti inſtituerunt.

OLIV. Apollonia. APOLLONIATAE] Apollonia plurium vrbiũ nomẽ fuit vnius in Epiro conſtitutæ: de qua nunc agitur, alterius in Creta 3. in Thracia 4. in Syria. [Eantem] accuſatiuus latinus à nomine græco veniens αἴαντα. i. Aiacem, & quia Aiax vnus ex heroib. fuit, ideo hũc ſe libenter accipere reſponderunt, & ſimulacrum eius quaſi ducem ſemper habuerunt. [Acceptum re.] i. quidquid fęlicitatis ex ea re ſunt conſecuti, id omini totum adſcribentes, & illi quaſi gratias agentes, eam Aeanti tanquam Deo poſtmodum immolarunt.

ASCEN. NE quidem. i. ſed nec etiam Apolloniatæ. i. ciues Apolloniæ vrbis in Epiro, egerunt pœnitentiam. i. non pœnituit eos, quod cũ preſſi bello Illyrico oraſſent Epidaurios vicinos ſuos, vt ferrent ſibi opem, atq; illi. ſ. Epidaurii dixiſſent, ſe mittere in adiutorium flumẽ vicinum mœnibus ſuis, hoc eſt Apolloniatarum. Et eſt bona reciprocatio, quia reſpicit primum, hoc eſt principale ſuppoſitum nomine Aeantem. i. quod flumen nominabatur græce αἴας Aeas (quo Aiax ab illis ſcribitur, et profertur. declinatur huius Aeãtis ſuſcepto n, quod in recto nullis græcis ante s eſt, ſed accipitur interdum ab as, is, vs (vt gigantis Symoentis opuntis) non inquã egerunt pœnitentiam, quod dixerunt accipimus, quod datur. ſ. auxiliũ, Aeantem videlicet, hoc eſt Aiacem, & aſſignauerunt ei. ſ. Aeãti, hoc eſt eius imagini perinde ac duci, primum locum, in acie. n. pro quia, hoſtibus ſuperatis. i. cum hoſtes eſſent ſuperati ex inſperato. i. præter ſpem, ipſi referentes omini. ſ. quo acceperint ſucceſſum ſuum acceptum. i. fatentes ſe accepiſſe ab omine, & cauſa ominis approbati talẽ ſucceſſum. (Acceptum. n. ferre cũ datiuo eſt animo indicare ſe accepiſſe quod additur ab illo, quod in datiuo ponitur. Vt ſoli Chriſto genus humanum ſalutem ſuam acceptam ferre debet,) & . i. pariter tunc immolauerunt Aeanti, vt Deo, & inſtituerunt vti deinceps in omnibus præliis Aeante ſup. duce. Quia tñ veterum ſuperſtitio tenuit fluuijs eiuſdem nominis Deos præeſſe, vnde Tyberis, & Tyberinus inuocatur apud Maronem, non abſurdum forte eſſet dicere Apolloniatas fluminis ſui tanquam Dei imaginem, & non Aiacis ſibi ducem conſtituiſſe, ſed in priore ſententia Oliuerium ſequimur. Liberum tamen eſt, cum auctor non diſcernat, vtramlibet amplecti.

DE PRODIGIIS. CAP. VI.
DE SERVIO TVLLIO.

* Liuius lib. 1. *PRODIGIORVM * quoque q̃ aut aduerſa, aut ſecunda acciderunt debita propoſito noſtro relatio eſt, Seruio Tullo etiã tum puerulo dormienti, circa caput flammam emicuiſſe domeſtici oculi annotauerunt. Quod prodigiũ Priſci Tarquinij regis vxor Tanaquil admirata, Seruium ſerua natum, in modum filij educauit, & ad regium faſtigium euexit.*

OLIV. PRODIGIORVM quoque] Recte inquit, ominibus prodigia ſubiunguntur, ſunt. n. inter ſe quadã affinitate coniuncta, & videtur hoc loco cum Cic. ſentire Val. ꝙ à prædicendo dicta ſunt prodigia, & non, vt quidam volunt, à porro, & adigendo, nam cum monſtrum aliquod apparet ſiue bonũ, ſiue malum prædicat, prodigium appellatur. Cic. lib. de natura deorum: Prædictiones, & præſentiones rerum futurarum quid aliud declarant, niſi quæ futura ſunt, ominibus oſtendi mõſtrari, portendi, prædici, ea quo illa oſtenta, monſtra, portenta prodigia dñr, ergo planè oſtendit a prędicendo dicta eſſe prodigia. Pri. Tar. re. Hic diſſẽtit à Liuio, q nõ Anci Martij, ſed Pri. Tar. vxorẽ fuiſſe dicit, quæ vt prodigiorum peritiſſima cognouit Ser. Tullum puerum dormientem, cuius caput flamma corripuiſſet, clarum aliqñ euaſurũ, qui etiã regiæ maieſtatis in rebus afflictis ſuccurreret. Itaq; cum quidam familiarium aquam ad extinguendum incendium afferret, à regina prohibitum ferũt, ſedatoq; tumultu moueri puerum vetuiſſe, donec ſua ſpontè experrectus eſſet, tum adducto in ſecretum virum, Tanaquil. vides ne tu puerum hunc, inquit, quem tam humili cultu educamus, ſcire licet, lumẽ quondam rebus noſtris dubijs futurum, præſidiumq; regiæ afflictę proinde materiam ingentis, publicè priuatimq; decoris, omni indulgentia noſtra nutriamus, inde puerum liberorũ loco cœptum haberi, erudiriq; artibus, quib. ingenia ad magnæ fortunæ cultum exercitantur, euenit facile, ꝙ Dijs cordi eſſent, iuuenis euaſit veræ indolis regiæ, nec cum quæreret genere. Tarquinio quiſquã Rom. iuuentutis vlla arte conferri potuit, filiamq; ei rea deſpondit, quo deinde cæſo, Tanaquillis arte, & conſilio in regnum ſubſtitutus fuit. Plin. de viris illuſt. Ser. inquit, Tullus, P. Corniculani, & Ceretiæ captiuæ filius, cũ in domo Tarquini priſci educaretur, flammæ ſpecies caput eius amplexa eſt, hinc Virg. ſumpſit illud: Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli. Fundere lumen apex, tactuq; innoxia mollis Lambere flamma comas, & circum tempora paſci. & reliqua ad Aſcaniũ. ſ. referẽs quod fuit in Ser. Tul. Ouid. ait Vul. filium fuiſſe. Namq; pater Tulli Vulcanus Ocretia mater. Pręſignis facie corniculana fuit. Hanc ſecum Tanaquil ſacris de more peractis, Iuſſit in ornatum fundere vina focum. Hæc inter cineres obſcœni forma virilis. Aut fuit, aut vaſe eſt, ſed fuit illa magis. Iuſſa foco captiua, ſed & cõceptus ab illa, Ser. à cęlo ſemina gẽtis hẽt. Signa dedit genitor tũc cũ caput igne corruſco Contingit, inq; comis flammeus arſit apex. [Serua na.] I. ſentit non eſſe ſerua natum, ſed captiua. Dicit. n. hic quacunq; de cauſa tantus bonos habitus credere prohibet ſerua natum, eũ paruumq; ipſum ſeruiſſe eorum magis ſententię ſum, qui Corniculo capto Ser. Tul. qui princeps in illa vrbe fuerat, grauidã viro occiſo uxorem, cũ inter reliquas captiuas cognita eſſet ob vnicam nobilitatem, ab regina Romana prohibitam ferunt ſeruitio patrum Rom. edidiſſe Priſci Tarquinij domo, inde tãto beneficio mulieris familiaritate aucta, & puerum, vt in domo à paruo educatum, in charitate, atq; honore fuiſſe fortunam matris, ꝙ capta patria in hoſtium manus venerint, vt ſerua natus crederetur fuiſſe, nam omnis captiua ſerua dicitur.

PRodigiorum quoque, &c. Poſt omina narrat prodigia. inter quę mihi hoc videtur intereſſe, ꝙ omen eſt dictum, aut factum præſenti quidem negotio inſeruiens, ſed ab accipiente in rem futuram etiam valens, vt ꝙ Tertia Aemilii filia Perſam periſſe dixit ad catelli mortem pertinuit, ſed pater ad Perſæ regis exitum conuertit. Prodigium vero præſenti ſtatui nihil cõfert, ſed futurum portẽdit, vnde à pro. i. ante, & ago interpoſito d, vt ſæpe fit dicitur, eo ꝙ ſignis rem tam bonam, quàm malam agat, antequam eueniat. Vt in ſomnia Pharaonis, ab Ioſepho explanata, ſi facta fuiſſent, vt in ſomnis apparuerunt prodigia dici potuiſſent. Sicut flãma è vertice Seruii Tulli emicans, non præſentem illi gloriam, ſed futuram indicauit, ad quàm alluſit Maro Aenei. 2. dicens: Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli. Fundere lumẽ apex, tactuq; innoxia molli, Lambere flamma comas, & circum tempora paſci, &c. In principio ponit auctor ad rerum continuationem pro ludum dicens, Relatio. i. recitatio, & narratio prodigiorum, q̃ acciderũt, aut aduerſa, aut ſecunda (aliter proponit, quàm exequetur, nam prius proſpera exequetur) eſt quoque. i. etiam debita noſtro propoſito. i. pertinens ad inſtitutum opus. Seruio, &c. Ponit primũ exẽplum dicens: Oculi domeſtici, id eſt, domeſticorum, & familiarium Tanaquillis, quæ erat vxor Tarquinij priſci (pro quo quidam hic legerunt, vt Oliuerius adnotauit Anci Regis vxor, ſed in exemplo Aldino legitur, priſci Tarquinii Regis vxor) annotauerunt. i. obſeruauerunt flamma emicuiſſe. Seruio Tullo, etiam tum. i. tunc, adhuc puerulo, dormiẽti. ſ. in regia, emicuiſſe dicit, circa caput, quòd prodigium Tanaquil. vxor Tarquinii priſci regis. ſ. Romanorum, mirata. i. admirans, aut vbi admirata fuerat, educauit Seruium natum ſerua. i. captiua, nobili tamen ſanguine, in modum filii. i. perinde ac ſi fuiſſet filius, & euexit. ſ. tali educatione, ad faſtigium. i. culmen regium, quia ex ſeruo regem fecit. Vnde Iuuen. Seruis regna dabunt captiuis fata triumphos.

Serui Tullii pueri caput arſit.

ASCEN.

DE MARTIO.

* Liuius lib. 25

*A*EQVE *felicis * euentus illa flamma, quæ ex L. Martij ducis duorum exercituum, quos interitus Publij, & Cnei Scipionum in Hiſpania debilitauerat, capite concionantis eluxit. Namq; eius aſpectu pauidi adhuc milites, priſtinam recuperare fortitudinem admoniti * octo triginta hoſtium millibus cæſis, magnoq́ue numero in poteſtatem redacto, bina caſtra, Punicis opibus referta ceperunt.*

* Septem Liu. ſcribit.

Hic li. 8. cap. 26

OLIV.

Martius eques Hiſpanias retinuit.

AEQVE felicis] cum cęſis in Hiſpania duobus Scipionibus, deleti Rom. exercitus amiſſęq; Hiſpaniæ viderentur, vir unus retiuuit, eaſdemq; reſtituit. erat in exercitu R. L. Ma. Septimi filius, Eques R. impiger iuuenis, animi, ingenijq; aliquanto maioris, q̃ pro fortuna in qua erat natus, ad ſummã indolem acceſſerat. Cn. Scipio diſciplina ſuper qua per tot annos omnis militiæ artem edoctus fuerat, is ea fuga collectis militibus, & quibuſdã de præſidiis deductis, haud contemnendum fecerat exercitum, cõiunxeratq; ſe T. Fonteio, P. Scip. legato. ſed tm̃ pſtitit Eques Rom. auctoritate inter milites, atq; honore, vt caſtris circa Iberum poſitis, eum ducem exercituum Comitiis militaribus creauerit: hic igit in magna rerum difficultate, cũ ad cõſilium prima ſpẽ temerarium magis, q̃ audacẽ adiecisset animum, vt vltrò caſtra hoſtiũ oppugnaret, ne ſubita res, & nocturnus terror (nã id proxima nocte facturus videbatur) ſuæ fortunæ conſiliũ perturbaret, alloquendos prius, & adhortãdos milites ratus, aduocata concione, orationem habuit, cũ cõcionanti flãmã ſummo è capite dnt ſine eius ſenſu, magno pauore circũſtãtium militum eluxiſſe, quo prodigio moti, alacriori aio eum ducem ſecuti, maiorẽ hoſtib. cladem intulerunt, q̃ acceperãt, nam nocte atq; die, bina hoſtium caſtra ceperunt, & ad internecionẽ hoſtes ppẽ ceciderunt: hic ergo virtute ſua vltus eſt Cn. & P. Scip. cum maiori parte exercitus cædem, quos Celtiberi trãsfugiẽtes pdiderant: ducib. Carth. Magoni, & Giſgoni, q̃ victoriã cõſecutus eſt, nullã re magis q̃ celeritate, de quo Fron. lib. 3. cap. 10. L. M. Eques R. qui reliquiis exercitus pfuit, cum è ppinquo bina caſtra Pœnorum paucis millibus paſſuũ diſtarent, cohortatus milites, proxima caſtra intempeſta nocte adortus eſt, & cum hoſtẽ victoriæ fiducia incõpoſitum aggreſſus, ne nuncius quidem cladis reliquiſſet, breuiſſimo tẽpore militi ad requiem dato, eadem nocte capti fama rei geſtæ, progreſſus, altera eorum caſtra inuaſit, ita bis ſimili vſus euentu deletis vtrobique Pœnis, amiſſas P. Rom. Hiſpanias reſtituit.

ASCEN.

AEQVA fœ. &c. Affert ſm̃ exẽplum ſuperiori multum ſimile, de quo quia Oliu. ſatis ample loquit, colligamus ordinẽ, qui talis eſt. Illa flamma, quæ eluxit in capite L. Martii Ducis duorum exercituum. ſ. Rom. militãtium in Hiſp. quos exercitus, interitus. i. interemptio P. & Cnei Scipionum debilitauerat in Hiſpania, Lucii dico cõcionantis. i. ad milites concionem, ſeu orationem adhortatoriã habentis, ſup. fuit euẽtus. i. exitus æquè fœlicis, ac ſup. flamma, quæ apparuit in capite Seruii Tulli. Nãq; milites pauidi, pro pauentes, adhuc. ſ. ob cladem paulò ante acceptam, admoniti aſpectu eius. ſ. flammæ, recuperare fortitudinẽ priſtinam admoniti. ſ. q̃ ante cladẽ habuerunt, quaſi prioris ſtatus, cum priſcum ſit prioris ſęculi: ceperũt bina caſtra. i. duo munimenta exercituum ſub dio degentium. (Benẽ dicit bina ſine diſtributione) quia caſtra in hac ſignificatione tantum pluraliter dicimus: referta. i. oppleta opibus Punicis. i. Carth. aut quas adduxerant, aut quas coacernauerant, & hoc 8. & 30. mil. hoſtium cæſis. i. occiſis, & magno numero. ſ. hoſtium redacto in poteſtatem, i. capto. Benẽ præpoſuit minorem numerum dicendo octo, & 30. &c.

DE LACV ALBANO.

* Liuius lib. 5.

*I*TEM *cum bello * acri, & diutino Veiẽtes à Romanis intra mœnia compulſi, capi nõ poſſent, eaq́; mora non minus obſidentibus, quàm obſeſſis intolerabilis videretur, exoptatæ victoriæ iter, miro prodigio Dij immortales patefecerunt. Subito enim Albanus lacus, neque cœleſtibus auctus imbribus, neq; inundatione vllius amnis adiutus, ſolitum ſtagni modum exceſſit: cuius rei explorandæ gratia, legati ad Delphicum oraculum miſſi, retulerũt præcipi ſortibus, ut aquam eius lacus emiſſam, per agros diffunderent: ſic enim Veios in poteſtatem Pop. R. venturos. Quod prius quàm legati renũciarent, Aruſpex Veientum à milite noſtro (quia domeſtici interpretes deerant) captus, & in caſtra perlatus, futurum dixerat: Ergo Senatus duplici prædictione monitus, eodem pene tempore: & religioni paruit, & hoſtium vrbe potitus eſt.*

OLIV.

ITEM cum bello acri,] Et huius hiſt. auctor eſt L. ab vrbe cõd. lib. 3. Cic. quoq; lib. 1. de diu. quid qđ in annalib. inqt habemus Veienti bello cum lacus Albanus præter modum excreuiſſet, Veientem quendam nobilem ad nos profugiſſe, eũque dixiſſe ex fatis, quæ Veientes ſcripta haberent, Veios capi non poſſe, niſi dum lacus is redundaret, & ſi lacus emiſſus lapſu, & curſu ſuo, ad mare profluxiſſet, pernicioſum P. R. ſin autẽ ita eſſet eductus, ad vt mare peruenire non poſſet, tum ſalutare noſtris fore, ex quo illa mirabilis à maioribus noſtris aquæ Albanæ facta deductio eſt, cum aũt Veientes bello feſſi legatos ad Senatum miſiſſent, tũ ea his quidam dixiſſe dr̃, non omnia illũ transfugam auſum eſſe Senatui dicere, in eiſdẽ. n. fatis ſcriptũ Veientes habere, fore, vt breui à Gallis R. caperetur, quod. qđ ſexennio poſt Veios captos factum eſſe audiuimus. Hæc Cic. at Liu. cũ prodigiũ apparuiſſet, vt lacus Albanus p̃ter modum excreſceret, ita vt per agros diffunderet, nulla eius inundationis cauſa extrinſecus apparẽte, nõ ſolum ad Ro. veniſſe, q̃ ſupra diximus referentẽ, ſed Delphos quoq; oraculũ ſciſcitatum legatos miſiſſe Rom. refert, qui reſponſum retulerunt, nõ prius Veios capi poſſe, q̃ lacus ille per agros vnda pfluerer, oraculi autẽ verba hæc fuere, Ro. Aquã Albanã caue lacu contineri, caue in mare manare, ſuo fluminis ſinu emiſſam p agros arua rigabis, diſſipatãq; riuis extingues, tum tu inſiſte audax hoſtium muris, memor, q̃ per tot annos obſides vrbẽ, ex ea tibi his, q̃ nunc pandunt fatis, victoriã datã. [Acri, Aſpero] Et uehementi. Capi nõ poſſent] Quia mœnia eſſent alta, & loco æditiſſimo poſita, ut non ſolum æditi us: ſed etiam natura loci tuta eſſent. [Eaque mora] . i. qa non minus detrimenti patiebantur obſidentes, q̃ Veientes obſeſſi. [Imbribus] Quod effuſi imbres cecidiſſent, [Sortibus] Oraculo, nã ſortes pro oraculis ſæpiſſimè ponunt, eo q̧ ſortes e vaſe deducerentur, quib. oracula reddebantur ad ea, de quibus interrogaretur ſacerdos. [A milite noſtro captus.] Quia ſimulauit velle de priuatis eum prodigiis conſulere. [Domeſtici] Quia Ro. adhuc non habebant aruſpicinã, [Duplici prædict.] Et quod oraculum Delphis prædixerat, & q̧ aruſpex Veientanus ſignificauerat, lacum deriuari per agros oportere.

ASCEN.

ITem cum bello. Huius quoque, vt ferè reliquorum exẽplorum hiſtoria, ſatis explicatur ab Oliuerio, quocirca textum enodabimus, cũ ordine, qui hic eſt. Itẽ cum Veiẽtes populi Italiæ non ſane longe à Roma, quorum urbs Veiorum, cõpulſi à Romanis ſ. populo, aut exercitu, bello acri, & diutino, intra mœnia. ſ. Veiorum, nõ poſſent capi, q. a ſe mœnibus tuebantur, & ea mora videretur intolerabilis, nõ minus obſidẽtibus. ſ. Romanis, q̃ obſeſſis. ſ. Veientibus, Dii immortales (immo prodigiis habitu maligni ſpiritus) patefecerunt iter. i. aditum victoriæ exoptatæ, ſ. a Romanis, pdigio miro. i. admirãdo. Lacus. n. Albanus exceſſit ſubito modum ſolitum. i. mẽſurã cõſuetã ſtagni. i. aluei, intra quẽ ſtagnare ſolebat, neq; auctus imbribus cœleſtibus. ſ. pluuia vehementi, ab aere delapſa, nã cœlum p aere nõnunquã dicimus, vnde volucres cœli, neque ad iutus inundatione. i. influxu vllius amnis, quo ſubito inundare ſolet. Cuius rei explorandæ gratia, legati. ſ. Romani miſſi ad oraculum. i. rñſum vocale, aut quod orando impetrari ſolebat (vñ Sibylla Aen. 4. Icrepãdo, Ceſſas in uota pceſq;, dux, aũt Aeneas neq;. n. ante dehiſcẽt Attonitæ magna ora domus) retulerunt. i. reportauerunt pro reſponſo, pcipi ſortibus. i. ab reſponſis Dei, unde Flaccus in arte. Dictæ per carmina ſortes, vt diffunderent per agros aquã eius lacus. ſ. Albani emiſſam. ſ. ſtagno, aut alueo ſuo. Enim pro quia, ſup. reſponſum eſt Veios venturos ſic. i. per tale opus, in poteſtatẽ Pop. R. quod quid attineret ad Veiorũ captiuitatem, nemo dicere poſſet, niſi q̧ futuram urbis inuaſionem dæmones præuidentes, tali illuſione ſuperſtitionem mortalium augere cupiebant, vt quidquid præciperent, licẽt nulla cõſtaret ratione, exequerẽtur. Quod. i. q̃ rem. ſ. Veios ſic poſſe capi, prius quam legati renunciarẽt. ſ. Patrib. Conſcriptis, aruſpex Veientũ captus à noſtro. i. Romano milite, & perlatus in caſtra. ſ. ad iudicandũ de eo, (quia interpretes. i. expoſitores pdigiorũ domeſtici. i. Romani deerant) dixerat futurũ. Ergo Senatus monitus

duplici

duplici prædictione.ſ.Apollinis Delphici per legatos,& aruſpicis Veientis, penè eodem tempore, i.ſimul, paruit religioni.i. mandato religioſo Deorum, quia aquam diffundendã curauit, & potitus eſt vrbe hoſtium, hoc eſt Veios cœpit.

DE LVCIO SYLLA CONSVLE.

* Cic. lib. de diui.

*NEc parum proſperi ſucceſſus eſt quod ſequitur, Lucius Sylla * Conſul, Sociali bello, cum in agro Nolano ante Prætorium immolaret, ſubito ab vna parte aræ prolapſam anguem proſpexit: qua viſa, poſthumi aruſpicis hortatu, continuo exercitum in expeditionem eduxit, ac fortiſſima Samnitum caſtra cœpit: quæ victoria futuræ eius ampliſſimæ potentiæ gradus, & fundamentum extitit.*

OLIV. Bellũ Sociale. NEc parũ proſperi] hoc fuit ſociali bello cuius eſt inde nata eſt, q Druſus Trib. pl. promiſerat ſociis Latini nominis, ſi cũ Senatu ſentirẽt, eiuſq; partes aduerſ Equeſtrẽ ordinẽ (cũ quo pp iudicia grauiter diſſidebat) tueretur, daturũ operã; vt in ciuitatẽ R. acciperentur, ſed occiſo paulo poſt Druſo, cum promiſſũ Latinis negaretur, irati, à ſocietate Senatus defecerũt, & P. R. bellũ indixerũt. Diuerſi cõtra hos miſſi ſunt Imperatores, inter quos & L. Sylla, qui præfectus Inſamniũ, aduerſus Nolam primo duxit exercitum. Nolani extra mœnia cum copiis, & præſidiis poſuere caſtra. Sylla igitur cum Deos de pugna conſuleret, anguis ſubito apparuit. Interrogato aruſpice, quid anguis illa portenderet, reſponſum eſt, vt magno animo caſtra hoſtium inuaderet, quo facto victoria potitus eſt. [Sociali bello] Quòd geſtum eſt contra eos, qui à ſocietate Senatus defecerunt, quod alio nomine bellum Latinum vocatur. [Futuræ eius amp. potẽt.] Nam opes ſuas hic Sylla cœpit augere, & hac victoria clarior factus, maiora ſuſcipere non dubitauit.

Syllæ ſacrificanti prodigium apparet.

ASCAN. NEc parum &c. Ordo eſt. Nec.i.& non, & ſup. prodigiũ, qđ ſequitur eſt ſucceſſus nõ parum.i.multũ proſperi. Lucius Sylla Conſul, bello Sociali.i.cum Latinis, qui prius ſocii fuerant geſto, cum immolaret in agro Nolano.i.Nolæ vrbis, ante Prætorium.i.tabernaculũ Prætoris, proſpexit anguẽ ſ. fœmellam prolapſam ſubito ab vna parte aræ, qua viſa, eduxit continuo exercitum in expeditionem.i. opus bellicum, hortatu poſthumi aruſpicis, & cæpit fortiſſima caſtra Samnitũ, quæ victoria extitit gradus, & fundamentum eius potẽtiæ futuræ ampliſſimæ. i.medium, aut occaſio perueniendi ad eam. Notandũ eſt q anguẽ prolapſam dicit in fœminino, vt ſexum diſcernat.

DE * CAIO VOLVMNIO ET Seruio Sulpitio.

* P. Alii ſcribunt.

* Liu.li.3. *PRAECIPVAE admirationis * etiam illa prodigia, quæ C. Volumnio: & Seruio Sulpitio Coſſ. in vrbe noſtra inter initia, motuſq; bellorum acciderunt. Bos namq;, mugitu ſuo, in ſermonẽ humanum conuerſo, nouitate monſtri, audientium animos exterruit. Carnis quoq; in modum nimbi diſſipatæ partes ceciderunt, quarum maiorem numerũ præpetes diripuere aues, reliquum humi per aliquot dies, neq; odore tetro, neque deformi aſpectu mutatum, iacuit. Eiuſdem generis monſtra alio tumultu credita ſunt, puerum infantem ſemeſtrem, in foro Boario triumphum proclamaſſe. Alium cũ Elephantino capite natum. In Piceno lapides pluiſſe. In Gallia lupum vigili è vagina gladium abſtuliſſe. In Sicilia ſcuta duo ſanguinem ſudaſſe. Etiam metentib. cruentas ſpicas in corbem decidiſſe. Cerites aquas ſanguine mixtas fluxiſſe. Bello etiam Punico ſecũdo conſtitit Cn. Domitio bouem dixiſſe, Caue tibi Roma.*

OLIV. PRAECIPVAE admirationis] Liu. multa refert apparuiſſe prodigia ante Gallorũ aduentum, q futurũ vrbis iminarent excidium: dicit.n.eo anno cœlum viſum ardere, terrã ingenti cõcuſſam motu fuiſſe. Bouem locutum, cui rei priore anno cum fides habita nõ fuerat, poſtea creditũ eſt: inter alia prodigia, q multa fuere, carne pluit, quẽ imbrẽ ingẽs numerus auiũ volitãdo rapuiſſe referebat, qđ intercidit ſparſũ ita iacuiſſe aliquot dies, vt nihil odor mutaret. [Præcipuæ,] nõ ſolũ, quæ diximus prodigia admiranda ſunt, ſed etiã quæ ſequunt. [Bos namq; mugitu ſuo] qui ante mugire cõſueuerat humanis verbis locutus eſt, nã dixiſſe fertur, caue tibi Roma, ſed primo creditum nõ eſt: ſcđo verò cum hoc idẽ prodigiũ enũciatũ eſſet, fides haberi cœpta eſt. [Carnis quoq; in m.] Pli. li. 2. præter hæc, inquit relatũ eſt in monumẽta, inferiore cœlo lacte, & ſanguine pluiſſe. M. Acilio, C. Portio Conſ. & ſæpè aliàs carne, ſicut L. Volumnio, Ser. Sulp. Conſ. eamq; nõ perputruiſſe, quam non diripuiſſent aues. [In modũ nimbi] Nimbus ventus cum pluuia, eſt et denſitas nubis in tempeſtate obſcura. [Præpetes diripuere aues.] Quarum.ſ. volatu futura præſcimus, hoc eſt auguria faciunt, dictæ præpetes, quaſi priora petẽtes, quia priora petũt volãtes. [Nec odore] Quia nec deformes erãt carnes, nec tabo, & ſanie, aut alia corruptione fœtentes, non odore, non aſpectu variarũt ſe carnes illæ, ſed eundẽ vigorẽ retinuerunt, quem prius habuere, & odorẽ. Liu. Pun. bel. lib. 1. Romæ, inquit, circa vrbem multa ea hyeme prodigia facta, &c. [Semeſtrẽ.] Menſium.ſ.ſex, iõ aũt dixit ſemeſtrem, quia potuiſſet eſſe infans loquẽs ſine admiratione, vt in bimatu, & infra, ſed ſemeſtris loqui ſine miraculo nõ põt. [In foro boa.] Dicit Liu. io foro olitorio locutum clamaſſe, io triũphe. [Elephãtino ca.] Sine dubio hoc abominãdum fuit. [Lapides plu.] Dicimus lapides, & lapidib. [Vigili:] Qui nocturnas facit excubias. [Sanguinẽ ſudaſſe] ſignat laborẽ bellicũ, q poſtea ſecutꝰ eſt. [Cruẽtas ſpi.] Hoc ab Ancio ciuitate Volſcorũ nũciatũ ẽ. [Bouẽ dix.] Scđm vetuſtũ morẽ locutũ. [Caue ti. R.] Hoc dicit L. fuiſſe bel. Mac. Ceretes Li. hoc idẽ ſcribit.

Bos locutus.

Carne pluit.

Semeſtris infans locutus.

ASCAN. PRæcipuæ admirationis, &c. Ordo eſt. Illa prodigia quæ acciderunt in vrbe noſtra, hoc eſt Romana, inter initia, & motus bellorũ, hoc eſt inter initia, quib. iam decreta erãt bella & motus, quia nondũ quidquã motum erat. Cum Volũnio, & Seruio Sulpitio Cõſulibus. i. dum illi erant deſignati Cõſules, ſup. ſũt et admirationis præcipuæ.i. ſingularis. Nãq; Bos mugitu ſuo.i. ſibi naturali, cõuerſo in ſermonẽ humanũ, quia locutus eſt, exterruit animos audientiũ nouitate monſtri.i. inauditi prodigii. Partes quoq; carnis diſſipatæ ceciderunt in morẽ nimbi.i. denſi imbris. Quarũ.ſ. partium carnis maiorẽ numerũ aues præpetes.i. feſtinæ, & priuſquam caderent, eas petẽtes, aut ad auguria aptæ, diripuere, more videlicet hirundinum, reliquũ.ſ. partiũ carnium.i. qđ relictũ erat, & nõ direptum ab auib. iacuit humi. i. ſuper terrã, per aliquot dies, neq; mutatum tetro odore, quia nõ cõtraxit fœtorẽ, neq; mutatum deformi aſpectu, quia quod putrefactum eſt, & odore, & aſpectu deforme eſt: carnem aũt illã nequaquã inde concluditur fuiſſe corruptam. [Eiuſdem generis] paucis recitat plura prodigia, non minus ſtupenda, dicens. Monſtra.i. prodigia eiuſdem generis, credita ſunt alio.i. diuerſo, aut vario tumultu ſ. bellico: videlicet puerum infantem ſemeſtrem.ſ. ſex menſes natum, proclamaſſe in foro Boario, qđ Romæ eſt, triumphum.i. clamando, io triumphe, denunciaſſe futurum triũphum, & creditum eſt alium.ſ. infantem, natum cũ capite Elephantino, & creditũ eſt, lapides pluiſſe.i. in morẽ pluuiæ decidiſſe, in Piceno ſup. agro, & creditũ eſt, lupum abſtuliſſe vigili, forte tũ non vigilanti, gladium è vagina, in Gallia. Et duo ſcuta ſudaſſe.i. ſudantium modo emiſiſſe ſanguinem, in Sicilia. Etiam ſup. creditum eſt, ſpicas cruentas, i. cruore perfuſas decidiſſe metentibus.i. iis qui metebant, in corbem.i. vas vimineum, in quod colliguntur ſpicæ, Aquas Ceretes, in Cerete oppido fluxiſſe mixtas ſanguine. Conſtitit, id eſt pro manifeſto habitum eſt, etiam bello Punico, id eſt Carthaginenſi ſecundo, Bouem dixiſſe Cneo Domitio, ô Roma, caue tibi.

DE CAIO FLAMINIO.

*CAIVS autem Flaminius * inauſpicato Conſul creatus, cum apud lacum Traſimenum, cum Hannibale conflicturus, conuelli ſigna iuſſiſſet, lapſo equo ſuper caput eius, humi proſtratus eſt, nihilq; eo prodigio inhibitus, ſigniferis ſigna moueri ſua ſede poſſe negantibus: malum, ni continuo ea effodiſſent, minatus eſt. Verum huius temeritatis vtinam ſua tantum, non etiã Pop. Rom. maxima clade pœnas pependiſſet, in ea namque acie 15. millia Romanorũ cæſa, 6. millia capta, * 20. millia fugata ſunt, Conſulis obtruncati corpus ad funerandum ab Hannibale quæſitum eſt: qui quantum in ipſo fuerat, Romanum ſepelierat Imperium.*

* Liu. lib. 22.

* Decem ſcr. Liui.

OLIV. CAIVS autem Flam.] Liu. de 2. bel. Pun. Cic. de diui. Quid bello inquit, Punico ſecundo, nõne C. Flaminius Conſul ſigna neglexit rerum futurarum magna cum clade Reip. qui exercitu luſtrato cum Aretium verſus caſtra mouiſſet & cõtra Hannib. legiones duceret, & ipſe, & equus ante ſignum Iouis Statoris, ſine cã repẽte cecidit, nec eam rẽ habuit religioni obiecto ſigno, vt peritis videbať, ne cõmitteret ꝑliũ, Idem cum tripudio auſpicaret, pullarius diem prælii committendi differebat, tum Flaminius ex eo quæſiuit, ſi nec poſtea quidẽ pulli paſcerentur, quid faciendum eſſe cenſeret, cum ille quieſcendum eſſe reſpondiſſet, Flamin. præclara, inquit, auſpicia, ſi eſurientibus pullis res geri potuiſſet, ſaturis nihil gereretur. Itaque ſigna conuelli, & ſequi iuſſit, quo tempore cum ſignifer ꝑmi haſtati, ſignum non poſſet loco mouere, nec quidquam ꝓficeret ut plures cum accederent. Flam. nunciata, ſuo more neglexit, itaq; trib. horis conciſus exercitus, atq; ipſe interfectus eſt. [Inauſpicatò.] Aduerbialiter dictum eſt, ut falsò, conſultò, auſpicato [Lacum Traſimenum.] Peruſinum lacum, qui nomen accipit à Menio monte. [Conuelli ſig.] in terra ſẽper ſigna deffigebanť. [Lapſo.] Liu. li. 1. Flam. cum ocius conuelli ſigna iuberet, & ipſe in equum inſiluiſſet, equus repente corruit, Conſulemq; lapſum ſupra caput, effudit. [Verum huius temeritatis.] Sed vtinam inquit temeritatis huius pœnæ in caput ſuum redundaſſent, non. n. Reſp. tm̃ detrimenti paſſa fuiſſet. [Ad funerandum.] Ad funus faciendum, ut ſepulturæ mandaret.

ASCEN. CAius autem Flaminius creatus Conſul inauſpicatò. i. nõ captis auſpiciis, aut infeliciter cum cõflicturus, i. manus conſerturus, cum Hãnibale Carthaginenſi Duce, apud lacum Traſimenum. i. Peruſinum à vicino monte dictũ, iuſſiſſet ſigna. i. uexilla haſtis impoſita, cõuelli, à terra extrahi & moueri, proſtratus eſt humi. i. in terram, equo lapſo ſuper caput eius, & ipſe nihil inhibitus. i. retractus ab incepto, licet inhiberetur, eo prodigio. i. oſtento futuri caſus, ſigniferis negantibus. i. cum inſuper ſigniferi negarent ſigna poſſe moueri ſua ſede. i. à terra cui inhærebãt, minatus eſt ſup. ſigniferis, malum. ſ. verbera, aut necem, niſi effodiſſent ea. ſ. ſigna continuo. Verum. i. ſed, vtinã ipſe C. Flaminius pependiſſet. i. perſoluiſſet pœnas, i. multam huius temeritatis, tm̃. i. duntaxat, ſua clade, & non etiam maxima clade P. R. quod tñ non fecit. Namq; ꝓ quia, 15. millia Romanorum ſunt cæſa in ea acie 6. millia R. ſunt capta. & 20. millia ſunt fugata. i. in fugam verſa, vnde colligitur 41. millia in eo prælio contra Hannibalem ſtetiſſe. Corpus Conſulis, ſ. C. Flaminii obtruncati. i. cui caput erat ablatum, quæſitum eſt ab Hannibale, hoc eſt iuſſu Hannib. ad funerandum. i. funus faciendum ad ſepulturam pertinẽs, qui. ſ. Conſul. quãtum fuarat in ipſo, ſepelierat ſup. ſecum Imperium Rom. quia niſi Dij proſpeaſſicnt actum fuiſſet de Imp. Rom. Poſſet etiam dici qui. ſ. Hannib. quantum in ipſo fuit, ſepelierat cum cõſule Imperium R. quia niſi fata reſtitiſſent potuiſſet Imp. R. extinxiſſe. Verum quia hęc dixit auctor ad reprehenſionem temeritatis Conſulis, ſequar priorem expoſitionem.

DE C. HOSTILIO MANCINO.

* Liuius lib. 55.

*FLAMINII autem * præcipitem audaciam C. Hoſtilius Mancinus veſana perſeuerantia ſubſequitur: cui Conſuli in Hiſpaniam ituro, hæc prodigia acciderunt: cum Lanuuij ſacrificium facere vellet, pulli cauea emiſſi, in proximam ſyluam fugerunt, ſummaq; diligentia quæſiti reperiri nequiuerunt, cumq; ab Herculis portu, quo pedibus peruenerat, nauem conſcenderet, talis vox ſine vllo authore ad aures eius peruenit. Mancine mane, qua territus itinere cum conuerſo Genuã petiſſet, & ibi ſcapham eſſet ingreſſus, anguis eximię magnitudinis viſus è conſpectu abiit: ergo numerum prodigiorum, numero calamitatum æquauit, infęlici pugna, turpi fœdere, deditione funeſta.*

OLIV. Bellũ Numantinũ. FLAMINIS autem præcipitem] Non minus obſtinatus fuit Hoſtilius, vt, aduerſus deorum voluntatem bellũ ſuſciperet cum Numantinis, nam hoc fuit bello Numantino, ſicut ſuo loco dicemus, nam Lanuuii Deos conſulenti cum eſca pullis è cauea eſſet obiecta, illi ſtatim eſca neglecta in ꝓximum lucum profugerunt, quo ꝓdigio nihil territus, cum in prouinciã proficiſcens claſſem è portu Her. ſolueret, uocem audiuit dicentem. Mancine mane. Deinde cum Genuam reuerſus eſſet, uidit ſerpentem immenſæ magnitudinis, tñ his tot prodigiis nihil motus, perexit ire in prouinciã, vbi demum prodigia cladibus adæquauit, nam cum ingẽti ſtrage victus eſt ab hoſtibus, deinde fœdus turpiter cum hoſtibus iniuit, poſtremo traditus eſt à Senatu hoſtibus ad ſupplicium. [Veſana] nõ ſana. i. ſtulta. [In Hiſpaniam.] Quia duxit exercitum cõtra Numantinos. [Pulli emiſſi cauea.] Rom. moris fuit, teſte Ser. quod in comitiis agendis, & bellis gerendis pullularia captarẽtur auguria. [Portu Herculis,] Videlicet de Liguria ubi portus eſt Herc. Moneci, nã cõponitur ex μόνος quod eſt ſolus, & οἶκος domus, & teſte Seru. ideo potant. Herc. ſic dictum, vel quod pulſis omnibus illic ſolus habitauit; vel ꝙ in eius templo nunquam deorum quiſpiam ſimul colitur ſicut in templo Iouis colitur Minerua, & Iuno: in templo Veneris, Cupido. Strab. de Liguribus loquens ait: Monœcus præterea portus, ſtatio quædam eſt, non magnarum, nec multarum capax nauium, templum habens Herc. cognomento Moneci, qm̃ is in eo habitat ſolus. [Infęlici pugna.] Quia victus eſt cum ingenti multitudine à paucis, nam fuere 30. millia Rom. à 4. millibus Numantinorum ſuperata. [Turpi fœ.] Quia ſe in hoſtium poteſtatem dedit, & iniuſſu P. Rom. fœdus iniquis conditionibus fecit cum Numantinis. [Deditione funeſta] Quia Senatus cenſuit, vt hoſtibus traderetur, & P. Rom. religione ſeruaretur.

ASCEN. FLAMINII autem, &c. Affert ſimile exemplũ cõtemptorum prodigiorũ in C. Hoſtilio dicens. Aut pro ſed. C. Hoſtilius Man. ſubſequitur. i. imitatur perſeuerãtia. i. pertinacia ſua, ſup. veſana i. multum inſana. Legi poſſet etiam ſic, perſeuerantia veſanã, C. Hoſtilii Mancini ſubſequatur, præcipitem. i. temerariam audaciã Flaminii, cui. ſ. C. Hoſtilio Cõſuli ituro. ſ. cũ uellet ire in Hiſpaniam, hæc prodigia, quæ ſequunť, acciderunt. Cum vellet facere Lanuuii, in eo oppido Italiæ ſacrificium, pulli emiſſi cauea. vt. ſ. paſcerenť, & ea paſtu futura pullarius diiudicaret, fugerunt in ſiluam proximam, & quæſiti ſup. cum ſumma diligentia, nequiuerãt reperiri, & cum conſcẽderet nauem à portu Herculis. ſ. Moneci, quo. i. ad quem peruenerat pedibus, vox talis, qualis ſequitur peruenit ad aures eius, ſine vllo authore, Mancine mane. qua. ſ. voce territus, cum itinere conuerſo petiſſet Genuam vrbem Liguriæ præcipuã, & eſſet ibi ingreſſus ſcapham. i. nauiculam, anguis eximiæ magnitudinis viſus i. poſtquã apparuerat, abiit è conſpectu, ergo quia illa tria prodigia contempſit, ipſe æquauit numerũ prodigiorum numero (ablatiuus eſt) calamitatũ, videlicet inſęlici pugna, q̃ fuga pullorum ſignificauit. Turpi fœdere, iniquis conditionibus cum Numantinis icto, quod vox minata eſt, & deditione funeſta quia eius funeris. i. mortis cauſa. Senatus cenſuit, vt hoſtibus traderetur, & fœdus irritum fieret, quam quidem deditionẽ, anguis qui forte genium eis ſe ſimulabat, euaneſcẽdo portẽdit.

ALIVD DE TITO GRACCHO.

* Liuius lib. 25.

*MINVS miram * in homine parum conſiderato temeritatem Titi Gracchi grauiſſimi ciuis exitus triſtis, & prodigio denunciatus, nec euitatus conſilio, facit. Conſul enim cum in Lucanis ſacrificaſſet, angues duo ex occulto prolapſi, repente hoſtiæ, quàm immolauerat adeſo iecinore, in eaſdem latebras ſe retulerunt, ob id deinde factum, inſtaurato ſacrificio, idem prodigij euenit. Tertia quoq; cæſa victima diligentiusq; aſſeruatis extis, neque allapſus ſerpentum arceri, neq; fuga impediri potuit, quod quamuis aruſpices ad ſalutem Imperatoris pertinere dixiſſent, Gracchus tamen non cauit, ne perfidi hoſpitis ſui Flauij inſidijs in eum locum deductus, in quo Pœnorum dux Mago cum armata manu delituerat, inermis occideretur.*

OLIV. Tib. Gra. mors. MINVS miram.] Tit. Grac prouinciã Lucaniã tenebat Proconſul bel. Pun. ſecundo, in qua ſacrificãti triſtè prodigium apparuit, nam de extis ſacrificio perpetrato, angues duo ex occulto prolapſi edere iecur, conſpectiq; repente ex oculis abierãt, & cũ aruſpicũ monitu ſacrificiũ inſtauraretur, atq; intentius exta reſerata ſeruarẽtur, iterum ac tertio tradũt libato iecinore intactos angues abiiſſe, cũ aruſpices ad Impatorẽ id pertinere ꝓdigiũ ꝑmonuiſſent, & ab occultis cauẽdũ hominibus conſulcũ eſſet, nulla tñ prouidentia fatũ imminẽs amoueri potuit, nã hoſpitis dolo præcipitatus in inſidias,

dias, cum paucis occiditur, hoſpes aũt fuit Flauius. Luc. caput eius partis, quæ cũ Ro. ſtabat, nã Lucanorũ partes ad Han. deſecerãt: is mutate volũtate locũ gratiæ q̃rẽs apud Pœnum, neq; trãſire neq; trahere ad defectionẽ Luc. ſatis habuit, niſi Imperatoris R. & eiuſdẽ hoſpitij ꝓditi capite, & ſanguine fœdus cum hoſtibus ſanxiſſet. Cõuenit. n. cum Magone Car. Duce, vt ſi Rõ. tradidiſſet Imꝑatorẽ, liberi cum ſuis legibus in amicitiã Luc. venirẽt, cuius rei data acceptaq; fide, Grac. annuitat ad reliquam Lucaniæ partẽ in ditionẽ accipiẽdã, q̃ a Pœnis defectutã pollicebat ſi mõ Imperatorẽ R. vidiſſent, nã antea partẽ maximam cęperat. Grac. igit̃ verbis hoſpitis fraudẽ abeſſe credens, cum lictoribus, & turba equitum ẽ caſtris profectus, duce hoſpite, in inſidias ꝓcipitat̃. [Minus mirã] nã in quo vir clariſſimus peccat, ſi in eodẽ lenior peccauerit, minus erit mirãdum, [Temeritatẽ] Temeritas dr̃ cum aliquid ſine cõſilio & cogitatione facimus, conſilium vero eſt aliqd faciẽdi, aut nõ faciẽdi, excogitata rũ, dicit ergo cum prodigiũ triſtis exitus denunciatum eſſet Tib. Grac. nec illud cõſilio ẽt vſus, vitare potuerit, minus mirandum vr̃ de temeritate Mãcini, quia & ipſum pariter fata traxerunt. [Angues du. ex oc. pro] Adeſo iecinore in eaſdẽ latebras ſe cõtulere, multa prodigia faciũt nã anguis eſt ſubdolũ, & callidum animal, ꝙ ſignãt hoſtes futuros callidos, & aſtutos, iecur ꝓterea membrum uitale eſt, ꝙ mortẽ Cõſulis prædicebat ꝙ in latebras ſe contulerint, ſignificabat fore, ut in inſidiis hoſtes deliteſcerẽt. [Ex oc.] Quia neſciebãt, vnde ſe proriperẽt. [Ieco.] Iecoris, & iocinoris dr̃ teſte Priſc. [Idẽ prodigii.] Quia cum renouaſſet ſacrificium reuerſi angues illi, iecoris parte ambeſa, ſe ab oculis hoĩum proripuerunt. [Aſſeruatis extis] Diligẽter cuſtoditis, ne diriperent̃: exta dñr inteſtina ab extãdu. i. eminẽdo, ſunt. n partes, quæ intra corpus eminẽtiores ſunt, ſicut iecur, cor, pulmo, ſplẽ [Cauit.] Præuidit. [Ne ꝑfidi hoſtis.] Cum apud maiores iura hoſpitii sãcta, & iuiolata fuiſsẽt. Virg. Iupiter hoſpitib. nã te dare iura loquunt̃. ꝑfidus aũt dr̃ q fidẽ violat. [Inſidiis] ut pote q ꝓficiſceretur nũ paratus, huius Tit. oſſa R. deportãda dedit Han. militib. R. vt videbim' i ca. de Humanitate.

Ascen. M Inus, &c. Ordo eſt. Exitus Titi (non Tiberii) & Grac. cinis grauiſſimi, triſtis, i. dolorofus, & denunciatus prodigio, ꝙ ante ei euenerat. Facit temeritatẽ in hoĩe parum conſiderato. i. parum prouidẽti, & futura non ſatis cõſideranti, minus mirã, quia minus mirandum eſt, ꝙ homo incõſideratus per temeritatẽ triſtẽ habuerit exitum, q̃ ꝙ cinis grauiſſimus nequiuerit prodigii triſtis exitum vitare. Enim pro quia, ipſe Titus Grac. Conſul, cum ſacrificaſſet, ad inquirẽdum exitum belli per exta, in Lucanis. ſ. campis, angues duo prulapſi repente ex occulto, retulerunt ſe repẽte in latebris eaſdẽ, vnde. ſ. prolapſi acceſſerant, & hoc iocinore. i. iecore hoſtiæ, q̃ Grac. immolauerat, adeſo. i. abſumpto: deinde ſacrificio inſtaura. i. in ſtatum priorẽ inouato, ob id factum, ꝙ angues iecur edẽdo abſumpſerant. [Idẽ prod. eue.] Quia iterum abſumptum eſt iecur hoſtiæ ab illis. Tertia quoq; . i. ẽt tertia victima cæſe, & extis aſſeruatis. ſ. à ſacrificulis, diligẽtius. ſ. q̃ prius, aut multũ diligẽter, neq; allapſus ſerpentũ, neq; fuga eorundẽ potuit impediri, q. ſ. iecur ederẽt, & aufugerẽt; ꝙ. ſ. prodigiũ quãuis aruſpices. i. qui aram inſpectabant, & inde iudicabant, dixiſſent pertinere ad ſalutem Imperatoris (quod Virg. Aen. 5. in Aenea imitatus eſt) & ita nõ fuit temeritas in eo, tñ Gracchus Imperator nõ cauit. i. non euitauit, ne deductus inſidiis Flauii hoſpitis ſui ꝑfidi, in eum locum, in quo Mago dux Pœnorum deliuerat, cum armata manu. i. exercitu armato, occideretur. ſ. ab eo, inermis.

DE MARCELLO.

* Sed vitio creatus. Liuius lib. 23.

* Liuius lib. 27.

*ET Conſulatus * collegium, & erroris ſocietas, & par genus mortis à Tito Gracchᴏ, ad Marcelli memoriam me trahit. Is enim captarum Siracuſarum, & Hannibalis ante Nolana mœnia à ſe primum fugere coacti, gloria inflammatus, cum ſummo ſtudio niteretur, vt Pœnorum exercitum aut in Italia proſterneret, aut Italia pelleret, ſolenniq; ſacrificio voluntates deorum exploraret, * quæ prima hoſtia ante foculũ decidit, eius iecur ſine capite inuentum eſt, proxima iecinoris duplex caput habuit: quibus inſpectis, aruſpex triſti vultu, non placere ſibi exta, quia prima trunca, ſecunda nimis læta appáruiſſent, reſpondit. Ita monitus M. Marcellus, ne quid temerè conaretur: inſequenti nocte ſpeculandi gratia cum paucis egredi auſus, à multitudine hoſtium in Brutijs circumuentus, æquè magnum dolorẽ ac detrimentum patriæ interitu ſuo attulit.*

Oliv. ET Conſulatus collegium.] Cõſules in Appulia. Q. Criſpinus & M. Mar. Han. ſe oppoſuerãt cũ copijs bel. Punico. ſecundo, tumulus erat ſilueſtris inter Punica & Rom. caſtra à neutris primo occupatus, quia Ro. qualis eſſet pars eius quæ vergeret ad hoſtiũ caſtra ignorabant, Han. in inſidijs, ꝙ caſtris aptũ eum crediderat, nocte ad id miſſas aliquod Numidarum turmas medio in ſaltu cõdiderat, Rom. occupandi loci cupiditas incoſſit, ne ſi occupatus ab Han. foret, in ceruicibus haberent hoſtem, itaq: Conſules cũ paucis equitibus exploratũ profecti in inſidias præcipitarunt, vbi Mar. pugnãdo fortiter cacidit. Criſpinus grauiter ſaucius euaſit, immolaſſe eo die quidã prodidere memoriæ Conſulem Mar. & prima hoſtia cæſa iecur ſine capite inuentũ. In ſecunda omnia comperiſſe quæ aſſolent, auctum etiã viſum in capite, nec id ſane aruſpici placuiſſe, ꝙ tronca, & turpia exta primo ſecũdo nimis læta apparuiſſent. M. q̃uis admonitus eſſet, ne quid temere ageret, tñ ducentib. fatis, id cõſilio vitare nõ potuit. [Collegiũ] T. Grac. & Mar. collegæ fuerãt in Cõſulatu. [Erroris ſocietas] quia vterq; in inſidias temerè ꝓcipitatus fuit [Par genus mor.] Quia vterq; fuit inſidiis oppſſus. [Is. n. cap. Syr.] Quia Syracuſas diu obſeſſas tãdẽ cœpit, vbi Archimedes ingẽti arte diu claſſem Ro. eluſerat. [Hannibalis] Mer. primus fuit, qui ad Nolã Han. vinci poſſe docuit, & cum exercitu deleri, hæc quoq; fuit ex trib. vnus, qui ſpolia opima Ioui Feretrio cõſecrauit, cæſo Viridouaro Gallorum rege. [Prima ho.] Hoſtia immolãbat̃ antequã ad hoſtes proficiſcerentur. Victima poſt partam victoriã cum diis gratias agerent, dicta victima ꝙ victi ſunt hoſtes. [Capite] Principio. [Triſt. męſtu.] Quia videbat periculum Ducibus imminere. [Temerè] Inconſultẽ. Hannib. M. corpus ſepeliendum curauit.

Ascen. ET Conſulatus, &c. Tranſit aptẽ ad narrationẽ de Marcello dicẽs. Et. i. ſimul collegium Cõſulatus, quia ſimul Cõſulatum geſſerunt, & ſocietas. i. paritas erroris. ſ. in ſpe de prodigii exitu, & par. i. ſimile genus mortis, trahit me à Tito Gracco. i. narratione exitus eius, ad memoriã Marcelli. Is. n. inflammatus gloria Syracuſarum, vrbis in Sicilia opulentiſſimæ captarũ. ſ. à ſe. & Hãnibal coacti fugere primum à ſe. ſ. Marcello añ męnia Nolana, cũ niteret̃ ſummo ſtudio, vt aut ꝓſterneret exercitũ Pœnorũ in Italia, & exploraret. i. exquireret volũtates deorum, ſacrificio ſolẽni, eius ſup. hoſtię, q̃ hoſtia prima decidit añ foculũ, ubi aſſeruabat̃ ignis ad ſacrificii vſum, in qua iecur eſt inuẽtum ſine capite. i. prima, & eminẽtiſſima parte: proxima ſup. hoſtie, habuit duplex caput iecinoris: (Sic antiquis declinabat̃ iecur, nã illis rectus erat iecinor, vel iocinor ſicut itiner, vñ itineris.) Quib. inſpectis aruſpex triſti vultu. i. hẽns triſtẽ vultũ, rñdit exta nõ placere ſibi. i. nõ portẽdere lætũ exitũ, quia prima appáruiſſent trunca. i. imminuta, ablato iecoris capite, & ſcda nimis læta, quia duplicato capite, & ita M. Mar. monitus ne q̃d conaret̃ temere, auſus egredi cũ paucis nocte inſequẽti gr̃a ſpeculãdi, circũuẽtus in Brutiis à multitudine hoſtiũ, attulit interitu ſuo patriæ. ſ. Rõ. æq; magnũ dolorẽ, ac detrimẽtũ. i. dãnũ.

DE OCTAVIO CONSVLE.

* Plut. in Mario.

*IAm Octauius * Coſſ. dirum omen quemadmodum timuit, ita vitare nõ potuit, è ſimulacbro enim Apollinis per ſe abrupto capite, & ita infixo humi, vt auelli nequiret, armis à Collega ſuo Cinna diſſidens; præſumpſit animo, ea re ſignificari exitum ſuum, in quem metus augurij, triſti fine vitæ incidit, ac tum demum immobile Dei caput terra refigi potuit.*

Oliv. Cinna cõſul. IAm Oct. Coſſ.] Oct. Et Cinna Coſſ. fuerunt. Sed Cinna Conſulatũ tanquam tyrannidẽ exercens ſæuiebat in ciues, & legẽ ferre volebat, de reuocandis quos Senatus hoſtes iudicauerat, & hoc modo tyrãnidẽ affectabat. Oct. vero huic aduerſabat̃, & eius conatibus ſumma ope reſiſtebat: igitur cum inter ſe tãcopere diſſentirent, & Oct. pars melior ciuitatis ſequeret̃, ex vrbe pellitur Cinna, quo eiecto Cor. Merulã in eius locum ſubſtituere patres. Eadem tempeſtate Marius è ciuitate pulſus à Sylla in Africa ingentes copias comparuerat, qui ut Cinnã audiuit eiectum ax vrbe, ad eum ſtatim legatos de coniungendis exercitibus miſit, Cinna id ſe facturum libenter reſpõdit, ad hæc uelle ſe Marium legionibus præeſſe, vtpote, qui

belli

belli dux periti ſſimus eſſet. Marius negat ſe priuatū Conſulē pferri oportere. Ceterum nihil, quod ad priſtinam dignitatē recuperandam pertineat, prætermiſſurū, igitur in Italiam traductis copiis, quas in Africa contraxerat, Marius Cynnæ coniungitur, exercitum ad vrbem ducunt, ſed primo Hoſtiam, quæ 8. millibus paſſuum diſtat ab urbe, poſt Auentinum capiunt, poſtremo exercitum ad vrbem ducunt, Cinna Oct. pro tribunali ſedentem obtruncat, caput eius roſtris affigit, multi & alii nobiliſſimi ciues ceduntur, inter quos & M. Ant. orator, cuius caput diu manibus pertractatum Marius menſæ appoſuit, & cum aliis poſtea roſtris affixit, [quemadmodum] iungitur cum ſuperiori Mar. quidem non timuit, Oct. uero timuit, ſed vitare non potuit [præſumpſit] præſaguit animo. [Triſti ſi.] Quia occiſus eſt à Cinna, & eius caput roſtris affixum.

ASCEN. IAm Oct. Ordo eſt. Iam, quæ vox cōtinuatiua hæc eſt. Octauius Conſul non ille qui Auguſtus poſtea dictus eſt, ſed collega Cinnæ in Cōſulatu, quēadmodū timuit dirum omē. i. oſtentum & prodigium, ita non potuit vitare. Enim pro quia, capite abrupto per ſe, quia neſciebatur facti auctor alius, quàm Deus ipſe, e ſimulachro Apollinis. (Ergo & ipſi credebant non ſimulachrū eſſe Apollinem, ſed Apollinis tabernaculum, quin etiam multi ſolem, lunam, heſperum, &c. non Apollinem, Dianam, Venerem, &c. ſed eorum faces, aut ſede eſſe cēſebāt) & capite infixo humi, in quā ceciderat, ita. ſ. iam firmiter, vt nequiret euelli. Diſſidēs armis à collega ſuo Cinna nomine, præſumpſit. i. ante euentum ſumpſit, & iudicauit animo, exitum ſuū ſignificari ea re, hoc eſt ſe qui caput bonorum eſſet, capue amiſſurum, in quem. ſ. exitum, metu auguris, incidit triſti ſine vitæ, quia reuera obtruncatus eſt, & caput eius ludibrio habitum, ac caput Dei, hoc eſt ſimulachri Dei Apollinis immobile, ſi prius, potuit tū demū refigi. i. euelli terra. refigi, & figi cōtraria ſunt.

DE M. CRASSO.

*Appia. in lib. Parthico.

NON ſinit * nos M. Craſſus inter grauiſſimas Ro. imperii iacturas numerandus, hoc loco de ſe ſilentium agere: plurimis, & euidentiſſimis, ante tantā ruinam monſtrorum pulſatus ictibus (ducturus. n. erat à Caris aduerſus Parthos exercitum) pullum ei traditum eſt paludamentum, cum in prælium exeuntibus album, aut purpureum dari ſoleret: mæſti, & taciti milites ad principia conuenerunt, qui uetere inſtituto cum clamore alacri accurrere debebant: aquilarum altera vix conuelli à primipilo potuit: altera ægerrimè extracta in contrarium, ac ferebatur, partem ſeipſam conuertit. Magna hæc prodigia, ſed & illæ clades aliquanto maiores, tot pulcherrimarum legionū interitus, tam multa ſigna hoſtilibus intercepta manibus, tantum Romanæ militiæ decus Barbarorum obtritum equitatu; optimæ indolis filij cruore paterni reſperſi oculi, corpus Imperatoris inter promiſcuas cadauerum ſtrues, auium, ferarumq; laniatibus obiectum: vellem quidem placidius, ſed relatu verum eſt. Sic deorum ſpreti præmonitus excandeſcunt: ſic humana conſilia caſtigātur, vbi ſe cœleſtib. praferūt.

OLIV. NON ſinit] Cum tres Rom. principes quadam inter ſe conſpiratione conueniſſent, vt conflatis opibus remp. pro ſua voluntate verſarent prouincias inter ſe partiti ſunt ita ut Galliam Cæſ. Italiam, Pomp. Parthiam Craſ. obtineret, ſed Parthia prouincia facta eſt nulla intercedēte belli cauſa, neque. n. Parti Pop. R. vlla iniuria laceſſiuerant, verum quia Craſ. audiuerat Arſacidem, vel ut alii dīt, Orodem Parthorū regem auri, & argēti locupletiſſimum eſſe, inhians eius opibus, non prius agere deſiuit cū Cæſ. atq; Pompeio, q̄ obtinuit, ut ea ſibi prouincia decerneretur, ſperans inde ſe locupletem rediturum magis q̄ glorioſum. conſtat. n. Craſſum ciuē fuiſſe auariſſimum, Cic. lib. 3. de finibus bonorū & malorum. Rectius, inquit, diues q̄ Craſſus, qui niſi eguiſſet, nunquam Eufratem nulla belli cā trāſire voluiſſet. Sed res ſibi pter ſpē, & opinionē euenit, cū. n. i Parthiā duxiſſet exercitū, i cōflictu obtruncatur, ei caput Regi offert, qđ habuit ille ludibrio, nā fuerūt aurū in os liquidum cum hac exprobratione infudiſſe, aurū ſitiſti, aurū bibe, eo pote, qui ſp diuitiarū ſtudioſiſſimus fuiſſet, ita vt diuitis cognomē acciperet; vnde Florus, caput, inquit, Craſſi reciſum cū dextera manu ad regē deportatū ludibrio fuit, neq; indignè, aurum. n. liquidū in rictū oris infuſum eſt, vt cuius animus arſerat auri cupiditate, eius & mortuū, & exangue corpus auro vteretur. Alij tñ dīt, q veritati magis accedit, Parthorū regē edixiſſe, quicunq; caput ad ſe Craſſi retuliſſet, ei ſe tantundē auri repēſaturum, ex eo calliditate ingenij militē vſum euacuato craneo plumbū liquidum inſtillaſſe, & hanc calliditatē regē probaſſe, quod verò ad rē pertinet, huic aduerſus hoſtē exercitum ducēti multa apparuere prodigia, quibus poterat ab incepto deterreri, ſi mens non leua fuiſſet, vel fata potius Rom. tuliſſent, nā proditur memoriæ 11. legiones Rom. in ea pugna fuiſſe deletas. [Inter grauiſſ.] Quia vt dixi, 11. legiones amiſere Romani. [A Car.] De quibus ſupra ſatis dictū eſt. Pullum. i. nigrū, & atrū, nam pullus, la, lum, dr niger, a, um. Virg. Reiice ne maculis infuſcet vellera pullis. Iuu. Pullati proceres, hoc eſt atra veſte. [Paludamētum] Veſtis Imperatoria, [Ad prin.] Principes appellātur, qui ſecunda acie locātur. nā cum velites primi ita leuiter prælium cōmittāt, vt q̄ primum hoſti cedāt, eorū cum hoſte congreſſus dignus nō eſſe vr, quæ pugna appelletur, vnde principia hoc eſt principes ſubſequētes inſignes armis, viribusq; ferocius pugnāt, hiq; primā pugnā cōmittere dīr, ergo ad principia, hoc eſt ad primam aciē, quæ poſt velites, & ferentarios remanet, eo q ipſi pugnam reuera incipiāt, nā velitum præludiū magis, q̄ pugna eſſe videbatur. Ter. ego verò poſt principia oibus inſignē dabo, ſecunda acies erat principiū, ſiue haſtatorum, tertia ſubſidiariorū. [Altera æger.] Vexillorum, nā vexilla Rom. depictā aquilā habebant. Luc. Signa pares aquilas, & pila minantia pilis. Itē alibi, & notæ fulſere Aquilæ, Romanaque ſigna. [Optimę indolis.] Qui L. Craſ. dicebatur, hic bel. Gall. ſub Cæſ. militans multa facinora virtutis ediderat, & cum pater in hāc expeditionē proficiſceret eū à militia Cæſ. acciuit, cū ægrè Cæſ. illū dimitteret, quē ante cōſpectum patris cæſum fuiſſe cōſtat. [Tot ſig.] Quia ſigna militaria in poteſtatē hoſtium venere, quæ deinde Auguſto imperante recepta ſunt. [Strues] Cumulos, aceruos. [Vellem] Vallem, inquit Valer. hanc cladem placidius dicere poſſe, ſed omiſſis gratioſis verbis cogor vera fateri. [Sed re] ſ. loquor, ſic. d. ſ. quia Dij vbi nobis oſtēderunt ſigna, quibus, quid geſturi ſumus ſibi non placere ſignificant, iraſcuntur ſi contra eorum voluntatem fecerimus. [Excandeſcunt] Iraſcuntur affectu, nō paſſione, excandete pro igneſcere, ſed igni ira comparatur. [Praferunt] Quia conſilia humana admonitionibus deorum anteponunt.

Cara vrbs.

Pullus, a, um.

ASCEN. NOn ſinit, &c. Pulchrè tranſit ad M. Craſſi exitū triſti pdigio ſignificatū dicens M. Craſ. numerādus ſiter grauiſſimas iacturas Imperii Ro. quia cum eo plurimi extincti ſunt, & paulo poſt Reſp. oppreſſa eſt, nō ſinit. i. nō patit, nos agere ſilentiū. i. nos ſilere de ſe hoc loco, vtpote pulſatus. i. grauiter admonitus, vt quæ pulſando monemur, plurimis, & euidentiſſimis ictibus. i. pulſationibus, monſtrorū. i. prodigiorū aduerſorū ante tantā ruinā. i. priuſquā Reſp. tantam iaceret iacturā. Enim pro quia, paludamentū. i. indumentum Imperatorū, puliū. i. nigrum, & funebris coloris traditū eſt ei ducturo exercitū à Cario vrbe Medorū aduerſus Parthos, cū paludamentū album, aut purpureū ſoleret dari exeuntib. in prælīū. Itē milites conuenerunt ad principia, quæ archiua vulgo vocant, aut ad ſecunda in aciebus loci, mæſti, & taciti, qui debebant accurrere inſtituto. ſ. more vetere, cū clamore alacri. ſ. alacriter clamitēt. Præterea altera Aquilarū (nam duæ erant Romanis pro ſignis) vix neū ſūma difficultate potuit cōuelli. i. terra extrahi, à primipilo. i. primo vexillifero, altera, ſ. Aquilarū. i. reliqua extracta ægerrimè. i. cū ſūmo labore cōuertit ſeipſā in partē cōtrariā, ac. i. q fa rebat. Hæc pdigia (ſup. ſunt) quæ fuerūt magna, ſed illæ clades, quas Craſſo duce Reſp. accepit, ſup. fuerunt, &c. tñ maiores aliquāto, vtpote interitus tot pulcherrimarum legionū. ſ. Romanarum, tā multa ſigna. i. vexilla militaria (præter. n. aquilas duas erāt q̄ pulcherrima alia ſigna) intercepta manib. hoſtilib. ſunte tñ poſtea ab Auguſto recepta, & tñ decus militię Romanę obtritū. i. in terra conculcatum equitatu barbarorum. Oculi pētes. i. ipſius Craſſi pris, reſperſi cruore filii. ſ. minoris Craſſi, optimæ indolis. i. q erat optima indole pditus, & corpus Imperatoris. i. ipſius Craſſi, abiectum laniantib. i. decerptionib. auium, & ferarum, inter ſtrues cadauerum promiſcuas. i. confuſas, vbi tā boni q̄ ignaui, tam nobiles q̄ ignobiles iacēbant. Ego quidē incertè, vellem ſup. referre, aut loqui. (Verba. n. loquēdi ſæpe ſupprimuntur, & pulchra eſt in re triſti eclipſis, ubi ſingula verba ſuſpuere vīr) placidius. i. plauſibilius, & amœnius, ſed verum

Craſſus a Parthis deletus.

eſt

eſt relatu. i. ut referatur à me, aut, ſed uerum eſt relatum ſup.a
me, quæ clarior eſſet locutio, ſed exemplaria quæ vidi habent
relatu, vt ſit ſicut dixi, ſed quod dixi verum eſt relatu. i. dum re
fertur, aut ſed verum. i. ſultum eſt relatu. i. vt referatur, ſicut geſtú
eſt. Sic. i. hoc modo, præmonitus deorum. i. in ſuis præmonitio-
nibus facti ſpreti, excandeſcunt. i. ita vehementi inflammãtur,
& ſic conſilia humana, quæ vana ſæpe ſunt, caſtigantur. ſ.tam
duriter, vbi. i. quando præferunt ſe cęleſtibus. i. diuinis.

TREB. ALBVM] aut purpureum. [Imper.] Vtebantur albo, aut
purpureo paludamento. Hircius in rebus Cæſ. Nã cum
Scip. ſagulo purpu. ante regis aduentum vti ſolitus eſ-
ſet, dr Iuba eum eo egiſſe, non oportere illum eodem vti veſti
tu, atq; ipſe uteretur: Itaq; factum eſt illico, vt Scip. ad album
ſe veſtitum transferret, & ita caligandum docuit Ian. ex antiq.
cod. & hoc loco Val. cum prius alium legeretur. [Aquilarum
altera.] Hoc oſtentum refert etiã Dion. aquilãq; Rom. ſignum
docet aureã fuiſſe, non pictã. verba Dion. adieci ſicut à meo pa-
rente Demetrio tranſlata ſunt in latinum, Signum quod aquila
dr, eſt ædicula parua, in qua aquila collocatur aurea q̃ geſtari
mos eſt in omni iuſto exercitu à ſignifero, præfixã longiſſimo
cõto, qui, quo terræ defigi poſſit, in acutam cuſpidinẽ deſinit.

DE CN. POMPEIO, ET C. CAESARE.

* Luc. & Jul. Obſequens.

*CNEVM etiam * Pompeium Iupiter omnipotẽs
abundè monuerat, ne cum C. Cæſare vltimam bel-
li fortunam experiri contenderet: egreſſo à Dyr-
rachio aduerſa agmini eius fulmina iaciens, examinibus
apum ſigna obſcurando, ſubita triſtitia implicatis mili-
tum animis, nocturnis totius exercitus terroribus, ab ip
ſis altaribus hoſtiarum fuga, ſed inuictæ leges neceſſitu-
dinis pectus alioqui procul a dementia remotum, prodi-
gia iſta iuſta æſtimatione perpendere paſſæ nõ ſunt. Ita-
que dum ille eleuat auctoritatem ampliſſimam, & opes
priuato faſtigio excelſiores, omnia ornamenta, quæ ab
ineunte adoleſcentia ad inuidiam vſq; contraxerat, ſpa-*

* Cæſar lib. 3. belli ciuilis.

*tio vnius diei confregit. * Quo conſtat, in delubris Deũ,
ſua ſponte ſigna conuerſa, militarem clamorem, ſtrepi-
tumq; armorum, adeo magnũ Antiochiæ, & Ptolemai-
de auditum, vt in muros concurreretur, ſonũ tympano-
rum Pergami * abditis delubris editum, palmam viridẽ*

* In remotis tẽplis, quæ græci ἄδυτα appellãt Cæſar.

*Trallibus in æde Victoriæ: ſub Cæſaris ſtatua inter coag-
menta lapidum iuſtæ magnitudinis enatam, quibus ap-
pareret cæleſtium numen, & Cæſaris gloriæ fauiſſe, &
Pompei errorem inhibere voluiſſe. Tuas aras, tuaq; ſan
ctiſſima templa, Diue Iuli veneratus, oro, vt propitio, ac
fauenti numine tantorum caſus virorum ſub tui exem-*

* Cic. lib. 1. de diui.

*pli præſidio, ac tutela deliteſcere patiaris. * Te enim acce
pimus eo die quo purpurea veſte velatus aurea in ſella
conſediſti, ne maximo ſtudio Senatus exquiſitum, & de-
latum honorem ſpreuiſſe videreris priuſquàm exoptatũ
ciuium oculis conſpectum tui offerres, cultui religionis,
in quam mox eras tranſiturus, vacaſſe, mactatoq; opi-*

* Lib. 8. c. 2.

*mo boue, cor in extis non reperiſſe, ac reſponſum tibi * à
Spurina Aruſpice, pertinere id ſignum ad vitam, & con
ſilium tuum, quod vtraq; hac corde continerentur, eru-
pit deinde eorum parricidium, qui dum te hominum nu-
mero ſubtrahere volũt, deorum concilio adiecerunt. Clau
datur hoc exemplo talium oſtẽtorum domeſtica relatio,
ne ſi vlterius Romana apprehendero, è cæleſti templo ad
priuatas domos: non conſentaneos vſus tranſtuliſſe vi-
deat. Attingam igitur externa, quæ latinis inſerta lite-
ris, vt auctoritatis minus habent, ita aliquid gratæ va-
rietatis afferre poſſunt.*

OLIV. CN. Pompeium] Multa pdigia ſuperiores admonuere du
ces, ſed nõ pauciora Pópeium à ſuſcipiẽda cũ Cæſ. pugna
auertebãt, ſi mõ fata tuliſſét. [Vltimã f.] Quia de ſũma
rerũ pugna iſta fuit, ubi cũ vniuerſo exercitu tẽtumẽ belli ex-
pertus eſt. [Cõtẽderet] Niteret. [Aduerſa.] Luc. Inq; oculis ho-
minum fregerunt flumina nubes. [Examinio. apũ.] Luc. necnõ
in numero cooperta examine ſigna, qđ pdigiũ ſignificabat mul
titudinẽ nociturã eſſe Pópeio. Vñ Vegeti⁹ de re militari: nihil
magis obfuit Pópeio, q̃ exercitus numeroſa copia, qđ & ẽt ſeo
ſiſſe ferẽ, dixit. n. nihil aliud portẽdere apes, q̃ numeroſã militũ
copiã. [Nocturnis.] cõſtat flãmã quãdã clariſſimã in caſtris Pó-
pei emicuiſſe in Cęſaris caſtra vergẽtẽ, q̃ ſignificabat magnam
Pópei gloriã ad Cæſarẽ trãſiturã, ex eoq; terrorẽ iniectum vni-
uerſo exercitui, qui & alijs viſis monſtris territus eſt, Luc. Hioc
trepido concuſſa tumultu caſtra fremunt. [Hoſtiarum fuga.]
Luc. admotus ſuperis diſcuſſa fugit ab ara taurus, nã cum alta-
rib. hoſtias admouiſſet, illæ ſtatim fugã pripuerunt. [Sed inui.]
ſed fatis inquit, reſiſtere nõ potuit Pompeius, q̃q̃ prudentia &
cõſilio plurimum valeret, loquitur autẽ ẽm Stoicos, qui oĩa di-
cebãt fatali neceſſitate cõtingere, quod falſiſſimum eſt, & à ve
ra religione alienum, nam ſi ſic eſſet, ſequeretur illud abſurdiſ-
ſimum, q̄ nec cõſilium, nec doctrina, nec uoluntas quidquã va
leret, & fruſtra humano generi liberum datum eſſet arbitrium,
ſequeret & illud, ut quidquid homines ſine virtute, ſine conſi-
lio facerent, nõ uirtuti, neq; cõſilio, ſed neceſſitati potius eſſet
aſcribendum, & ppea damnari quiſquã, vel præmio affici non
meritu poſſe uideret, q̄ non uoluntate rectum quidquam, uel
turpe feciſſet, ſed fatis ita uolentibus. De fato Sen. in quæſtioni
bus nat. qđ. n. intelligit fatum, exiſtimo neceſſitates rerum om
nium, actionumq;, quas nulla vis rumpat. [Alioquin] p̃terquã
q̄ in hac parum prudens fuit. [Perpendere] Examinare, conſi-
derare, translatio ſumpta à pẽſantib. [Itaq; dum ille ele.] Nã ex
auctoritate ſua Pópeius cũ Cæſare pugnã ſuſcepit: Senatus. n.
prodigiis credendum eſſe dicebat. [Eleuat] Minuit, tollit, & eſt Eleuare.
translatio ſumpta à cumulo, de quo quãtum eleuas, tm minuis:
vnde Perſius, numquid turbida Roma eleuet accedas. [Auctori-
tatem] Quia uoluit Senatus conſilium ſequi. [Opes p.] Pomp.
opes iam inceperãt maiores eſſe, q̃ ciuicæ, neq; n. cõtentus erat
cum cęteris æquo iure videri, ſed oẽs opibus ſuperare volebat.
[Faſtigio] altitudine. [Ab ineunte] Adhuc adoleſcens, antequã
Cõſ. eſſet de Africa triumphauit, quod nulli Rom. ad eã diem
contigiſſe legitur. [Inuidiã.] Quia tantæ opes erãt Pópei, vt oẽs
inuidia laborarẽt. [Quo cõſtat] Quia Pópeius hæc oĩa admiſ-
ſit, ideo ſibi prodigia multa apparuerunt, nec ſolum quæ ſupra
diximus, ſed etiam quæ ſequuntur. [In delubris.] Iulius Celſus
lib. de bel. ciu. prodigia iſta cõmemorat, dicit. n. Aelide in tem-
plo Mineruæ repetitis, atq; enumeratis diebus, quo die prælium
ſecundum Cæſ. fecit, ſimulachrum victoriæ, qđ ante ipſam Mi-
neruam collocatum erat, & ad ſimulachrum Mineruæ ſpecta-
bat ad valuas ſe templi, limenq; cõuertiſſe, eodem die Antio-
chię i Syria, bis tãtus exercitus clamor, & ſignorũ ſonitus exau
ditus eſt, vt in muris armata ciuitas diſcurreret, hoc idẽ Ptolo-
maide accidit. Pergami in occultis, & reconditis templis, quo
p̃ter ſacerdotes adire nefas eſt, quæ Græci ἄδυτα appellãt, tym-
pana cecinerunt. Item Trallibus in templo Victoriæ, vbi Cæſ.
ſtatuam conſecrauerant, palma per eós dies in tecta inter co-
agmenta ex pauimento extitiſſe oſtendebatur. [Antiochiæ]
Quæ ciuitas eſt in Syria, q̃ condidit Seleuchus Antiochi filius.
Ptolemaide, q̃ ciuitas eſt Pentapoleos inter Aegyptum, & Afri
cam olim teſtibus Seru. & Strabo. Barce appellata. Cic. ad Len-
tulum: Ecce tui, & veſtri imperij dignitatis, Ptolemaide, aut a-
liquo pꝓpinquo loco rege collocato. [Adytis] Adytum locus eſt
in tẽplo, quẽ adire nemini fas eſt, niſi ſacerdoti, & eſt dictio græ
ca, nam δύω ſignat ingredior. [Sub Cæſ ſtatua.] Tralićſes Cæſ.
ſtatuam quãdam erexerãt, ſub qua per iuncturas lapidũ è paui-
mento palmã pullulaſſe conſtat. [Inter] Propter [Coagmenta]
Coniuncturis. [Iuſtæ magnitudinis] tam magnã, vt creſcere fo
lent. [Errorem] Ne Pómp. ſe fortunæ cómitterẽt. [Tuas aras.]
Hic aperte Cæſari adulatur, conſtat. n. ab Auguſto fuiſſe Cæſa-
ri dedicatas aras, & tẽplum, ergo non ſine adolatione comme-
morat Cæſarem fuiſſe temerarium, q̄ & ipſe cõtemptis prodi-
giis in periculum ſuum corruerit, ideo ueniã petit, ſi cõtra eum
dicturus erit. [Diue Iuli.] Notã eſt dña inter diuum. & deum, vt Deus & Diuus, differant
deum ęternum, diuum ex hoĩe, factum dicamus. [Propitio]
Epexegeſis eſt, nã dij oĩbus propitii ſunt, cum nobis fauẽt. Sub
tui] De negligentia ſcripturus, q̃ Cæſ. adhibuerit in probandis
prodigiis, quaſi veniam petit, & dicit ſe ideo exẽplum eius poſi
turum, nõ tam vt ipſum reprehendat, q̃ ut per eius exẽplum cę-
teri, de quibus dixit, minori reprehẽſione digni cenſeantur, nã
ſi deus prodigiũ neglexiſſe probatur, minus mirum eſt mortalẽ
hoĩem tale qđquã incurriſſe. [Te. n. accepimus] Cum Senatus

nonos, &

Cæſar.

honos, & ſuſcitatos humores Cæſar decreuiſſet, die ſtatuto, quo accepturus eos in Senatū venturus erat, ſacrificauit nec cor victimæ q̃ immolabat, inuētum eſt, reſponſum itaq; eſt ab aruſpice, id prodigium ad ſalutem eius pertinere, itaq; cum Cæſ. in Senatū ire recuſaret, Decius Brutus, q̃ author, & Princeps cōiurationis erat, inſtabat, & monebat, ac liberius arguebat, nō decere Senatū vniuerſum pro vno, & eo cui magnificentiſſimos honores demandare velit, ne quidquā conuocatum ſuſpicionē eo die tantæ inſolētiæ augeret, itaq; Cæſ. perſuaſus in Senatū venit, vbi teſte Suet. trib. & triginta plagis interfectus eſt, honores aūt quos illi Senatus decreuerat, erāt vt perpetuo Dictator eſſet, vt omnib. prouincijs, præter q̃ Italiæ præeſſe, vt terra, mariq; coronā geſtaret, præter quā in Italia. Suet. alia p̄ter hæc prodigia apparuiſſe cōmemorat. Cæſ. futurā cædē ſignificantia, vt illud cum Capuæ euerterētur lege Iulia vetuſtiſſima ſepulchra, tabula ænea in monumēto, in quo dicebatꝰ, capis conditor Capuæ ſepultus, inuenta eſt, literis verbiſq; Græcis hac ſnīa, qñ oſſa capis detecta eſſent: fore vt Iulio prognatus manus cōſanguineorū necaretur, magniſq; mox Italiæ cladibꝰ vīdicaretur, cuius rei, ne quis fabuloſam, aut cōmenticiam putet, author eſt Corn. Balbus familiariſſimus Cæſ. Rurſus illud, equorum greges, quos in traijciendo Rubicone flumine cōſecrauerat, ac vagos, & ſine cuſtode dimiſerat, cōperit p̄tinaciſſime ſe à pabulo abſtinere, vbertim flere, quod Virg. tetigiſſe vſ in egloga Daphnidis, in qua Cæſ. mortē ſub nomine Daphnidis, vt quidā volunt, deplorat, cū dicit, Non vlli paſtos illis egere diebus, Frigida Daphni boues ad flumina, nulla neq; amnem libauit quadrupes, nec graminis attigit herbā. Item aliud, immolante aruſpice auem regaliolum cū laureo ramulo Pōpeianæ curiæ ſe inferētem volucres varij generis ex proximo nemore proſecutæ ibidē diſcerpſerūt. [Purpurea] triūphali veſte indutus. [Exquiſitum] Excogitatū diligēter inuētū. [Priuſquā exop.] Videtur quodam modo Cæſ. excuſare, ꝙ p̄digia nō ſeruauerit, ne ſ. videretur cōtēpſiſſe honores, quos ſibi Senatus ſtudioſiſſime deferebat. Cic. t. de diui. Quid inquit Cęſarem putamus, ſi diuinaſſet fore, vt in eo Senatu, quē ex maiori parte ipſe cooptaſſet in curia Pōpeiana, ante ipſius Pōpeij ſimulachrū, tot Cēturionibus ſuis ſpectātibus, à nobiliſſimis ciuibus, partim etiā à ſe omnibus reb. ornatis trucidatus, ita iaceret, vt ad eius corpus non modo amicorū, ſed ne ſuorum quidē quiſquam accederet? quo cruciatu animi vitā acturū fuiſſe putas [Exoptatum] quia pauci admodū contra te coniurauerāt, vniuerſa tñ ciuitas tibi fauebat. [Religionis] Iō dixit, quia poſt mortē in deorū numerum tranſlatus eſt. Ergo religionis, in quam mox tranſiturus eras, vt queādmodū tu eo die ſacrificabas, ita paulo poſt, tibi quoq; ſacrificandū eſſet in numerū deorū relato. [Opimo pingui] Et ſacrificiis idoneo. [A Spurina aruſpice.] Spurina prædixerat Cęſari diē mortis ſuæ, vt caueret, erant aūt Idus Martiæ. hoc eſt à Calē. vſq; ad Idus, nā oēs illos dies ei periculoſos eſſe p̄dixerat, vnde legitur, quod cū Idus aduenissent ſine vlla noxa ſua, Spurinam irridens, & tanquā falſum aruſpicē redarguēs Cæſar dixit, adſunt Calēdæ ò Spurina, cui, adſunt quidē reſpondit, ſed nōdū præterierunt. Itē cū in Capitoliū iret Cæſar multitudine ſtipatus, dixiſſe Spurinā ferunt. Sol tendit ad occaſum, qui a reſpōdiſſe dicitur, Sol bene tendit. [Ad vi.] Quia vita & cōſiliū à corde proueniunt, nam cor vitale mēbrum eſt, & ideo Cæſ. de vtroque periclitabatur. Erupit. exit cū impetu exortum eſt parricidiū. ſ. Bruti, & Caſſij, & aliorū qui manus intulerunt Cæſari, & maximè Caſſij q̃ primus lethale vulnus intulit, parricidiū aūt ad adulationē dixit, ꝙ verum patrem patriæ occiderit. Cic. ad Caſ. Luget amicus tuus furorē iudicis primum in ſtatua, q̃ poſuit in roſtris, inſcripſit parenti optime merito, vt nō modo ſicarij, ſed etiā parricidæ iudicemini. [Claudatur hoc] Nūc cōcludit dicens, nō congruū eſſe, vt facta Cæſaris, qui diuinos iam conſecutus eſt honores, ad priuata hoium exēpla transferamus, quaſi à diuinitate ad hūmanitatē deſcendamus, & ideo ſe domeſticis exēplis, quæ ad prodigia ſpectant, finem imponere velle dicit. [Exēplo] ſ. Cæſ. qui viſis prodigijs in periculum lapſus eſt. [Ad priuatas] Ne à diuorum exemplis ad mortalium documēta trāſeamus. [Inſerta] permixta. [Vt minus] Quia Græci à quib. exempla petuntur, ſemper aſſentatores fuerunt, & magis gloriæ, q̃ veritati ſtuduerunt. Vnde Saluſt. à te res geſtæ, ſicut ego exiſtimo, ſatis amplæ magnificæq; fuerūt, veruntamē aliquāto minores q̃ fama feruntur, ſed quia prouenere ibi ſcriptorum ingenia magna terrarū orbē Athenienſium facta, pro maximis celebrātur. [Gratæ va:] Rñdet tacitæ quæſtioni nā dici poſſet, ſi Græca latinis lſis, inſerta minus authoritatis hñt, cur ea tradis? habent quidē, ſed varietas ipſa nōnihil delectationis affert etiā ſi cōceſſeris minus authoritatis habere latinis literis prodita: ipſa tamen varietas quandam affert delectationem.

Aſcan:

CNeum ēt Pōpeium. Ordo eſt. Iup. omnipotens. i. deus pater à iuuādo dictus, & ſolus oia potens, monuerat etiam abūdē, Cneū (proferꝰ vt Gneū) Pōpeium, qui magnus dictus eſt. Ne cōtenderet. i. firmato aio moliretur, experiri vltimam fortunā belli cū Caio Cęſare. admonuerat (dicit) iacens fulmina aduerſa agmini eius. ſ. Pōpeii egreſſo à Dyrrachio vrbe Epiri, obſcurādo ſigna. ſ. militaria. i. vexilla, examinibus. i. ſęcuris apū, quæ ex aluearib. ſuis nuper euolauerūt, animis militū implicatis ſubita triſtitia, & nocturnis terroribus totius exercitus, & fuga hoſtiarū ab ipſis altaribus. Sed leges inuictæ neceſſitudinis. i. fata ineuitabilia, non ſunt paſſæ. i. nō permiſerunt, pectus. ſ. Cnei Pōpei. remotū aliqñ (immo ſi Ciceroni, & cetera Reip. ſtudioſis credimus, fere ſp̄ ſed callidē loquiꝰ author, cum .n. cōſilia & facta Pōpeii oia dānare nō poſſet, eatenus innuit dānāda, quatenus cōtra Cæſarē facerēt, idq; i gratiā Tiberii Cęſaris, qui niſi Cæſar viciſſet, imperium nō habuiſſet) procul ab amentia. i. ꝙ aliqñ prudentia vtebatur, perpēdere iuſta ęſtimatione iſta prodigia. ſ. iam dicta. Itaq, dum ille. ſ. Pompeius eleuat. i. deprimit, & minoris, q̃ ſit æſtimat authoritatem ampliſſimam. ſ. Senatus ſm̄ Oliuerium, ſed malim dicere Cæſaris, quē præ ſe contempſit Pōpeius, nā pati noluerunt ut Lucanus cecinit, Cæſar ue priorem Pōpeiusue parem, vnde ſuperior iudicatus eſt Pōpeius qui pari poteſtate neminem pati voluit, q̃ Cęſar, qui maiore, & opes. i. facultates excelſiores faſtigio priuato. i. priuati hominis, hoc eſt opus Cæſaris, quē priuatū agere volebat, cum tñ eius gloria, & potētia maior eſſet, quā quę ēt in faſtigio. i. culmine priuati hominis ageretur, vult ergo dicere ꝙ quia Cæſaris maieſtatem eleuaret, & de ſe maiora viribus ſentiret, penitus corripuit (Oliuerius tñ aliter exponit) unde addit cōfregit ſpacio vnius diei. ſ. in pugna Pharſalica, oia ornamenta, quæ cōtraxerat. i. conflauerat: & accumulauerat, vſq; ad inuidiā. ſ. deorum, & hoium ab ineunte adoleſcentia. i. ab eo tempore, quo primū inciperet adoleſcere. Quo. i. p̄p quod factū eius conſtat, ſigna. i. effigies deum pro deorum, conuerſa ſua ſponte in delubris. i. templis deum. Propriè in quib. ſimulachra erant lignea, quaſi delibrata. i. decorticata, & conſtat clamorem militarem, & ſtrepitum armorum auditum Antiochiæ, & Ptolemaide (Seruius dixiſſet Ptolemaidi) ut cōcurreretur. ſ. à ciuibus, aut vigilibus in muros: & conſtat ſonum tympanorum, quibus nunc quoq, Allemani in bello utunꝰ, editum Pergami, in delubri. i. fanis abditis. ſ. ſecretis, hoc eſt adytis ipſis (non tñ dices aditis delubris, ſed delubrorum) & conſtat palmā viridem inſtæ magnitudinis enatā. Trallibus urbe Lydiæ aut potius Phrygiæ, in finibus Cariæ, nā in utraq; prouincia ſunt Tralles, in æde Victoriæ. ſ. deę, ſub ſtatua Cæſ. inter coagmenta lapidum. Quibus. ſ. prodigijs appareret, numen. i. uoluntatem diuinā cœleſtium. ſ. deorum, & ſimul fauiſſe gloriæ Cæſ. ſ. Iulii, & noluiſſe inhibere errorem Pompei. Hoc uidetur contrarium illi, ſed inuictæ leges neceſſitudinis, ſed ſic eſt, quod deus ſcit ineuitabiliter futurum, ut euitabile libero p̄poſuit arbitrio. Tuas aras. Quia mētem Pompei magni dixit aliqñ hallucinatā, poſſet aliquis dicere Cæſ. quoq; erraſſe, ꝙ prodigiis admonitus nō cauerit, quā rem quia inficias ire non poſſet, cum nihilo minus afferat, & prius aſſeruerit Cæſ. eſſe in deorum numerū relatum, fatetur diuos quoque dum in humanis agunt, poſſe errare, ſed precatur, ut patiatur per ſuum errorē magnorum uirorum errorem defendere, & tua ſanctiſſima templa, & ita tibi diuinitatē demens. Ordo eſt. O diue Iuli. ſ. Cæſar, ego ueneratus tuas aras, patiaris numine ſup. tuo propitio, ac fauēte, caſus. i. lapſus, & errores tantorum uirorum, quanti dicti ſunt erraſſe, deliteſcere. i. abſcondi, ut protegantur, ſub præſidio. i. prætextu, ac tutela. i. protectione tui exempli, quia quod in diuis non reprehenditur, non uidetur reprehenſibile in mortalibus. Dico tui exēpli. n. pro quia, nos accepimus te vacaſſe eo die, quo uelatus veſte purpurea. i. triumphali, conſediſti in ſella. i. ſede aurea, ne uideris ſpreuiſſe honorem exquiſitum, & delatum ſup. tibi maximo ſtudio. i. annixu Senatus priuſquā offeres oculis ciuium conſpectum tui. i. tuæ (ut uulgo dicunt) perſonæ. Exoptatum. ſ. populo, accepimus inquam te uocaſſe. i. operam uacaui dediſſe dicto die cultui religionis, id eſt, uenerationi deorum, in quam eras tranſiturus mox, quia qua ueneratione deos coluiſti, mox colendus eras, & accepimus te bove opimo, id eſt, pingui mactato non reperiſſe cor in extis, id eſt, inter exta, ac reſponſum, id eſt, dictum cum quæreres, quid illud prodigium

Spurina aruſpex.

portenderet,tibi à Spurina aruſpice,id ſignum pertinere ad vitam,& ad conſilium tuum,qđ.i.quia hæc vtraque.ſ.vita,& cóſilium continerentur corde, quia cor eſt fons uitæ, primum & vltimum mébrorum viuentium, & in eo videẽ ſedes prudétiæ, vnde cordati prudétes habétur ſicut ergo defuit cor,ita denunciabat illi breui præſertim idus Martias vitá deſuturá,& conſilium, quia in Senatum inermis ſe cótulit, deinde parricidium eorum,ſ.Bruti,Caſſii, & aliorum cóiuratorum,'q dum volunt te ſubtrahere numero hoium,adiecerunt te cóſilio.i.cętui deorum,eripit.i. eaortum eſt,quaſi ea ea re occaſioné deinde ſumpſerint.Claudaẽ hoc.&c. Domeſticorum exéplorum finé faciés, dicit.Relatio domeſtica.i.de domeſticis,talium oſtétorum. i. prodigiorum claudaẽ.i.finiaẽ hoc exéplo. ſ.Iulij Cæſaris ne. ſ.ſi apprehédero vlterius,id eſt,vltra Iulii Cæſaris exéplum. Romana ſup.exépla,videar tráſtuliſſe vſus nó cóſentaneos .i.repugnátes & inuitos è téplo cœleſti,in quo Cęſ.eſt, ad domos priuatas,in q,bus reliqui fere Romani ſunt.Igiẽ ego attingam externa ſup. prodigiorum exempla,q́ inſerta. i.inimixta literis, vt habent minus authoritatis,q̃ haberent ſi Græca in ea forma, qua Grææ ſcripta ſunt,recitarétur, & ita poſſunt afferre aliquid varietatis gratæ,id eſt vtilis ad delectationem & memoriam.

THEO. NOcturnis Terroribus] Panicos terrores intelligit. Pauſanias de exercitu Brenni. Noctu terror eos inuadit panicus. Nam nulla dé cauſa trepidationei ab hoc ipſo deo dicunt iniici.Plura Suidas,& Strategematon primo Polięnus ex hiſtoria. [Authoritatem amp.] Qui naſi quid habet ad authoritaté Cæſaris refert,nó auté Pópeii. [Abditis del.] Abdita Græci vocant, occulta ac remota tépla, quo præter ſacerdotes adire fas non eſt. Hæc ea Diuo Cæſ.Nomen eſt (vt uocát grammatici)ſubſtátiuum,quare Valerius inſinuatæ dixiſſet adytis delubris. Itaq; placet antiqua lectio abditis delubris, idemq; ſignificat qđ penetralib. [Cor in extis nó repiſſe.] Polienus Macedo tradit, hoc in caſtris accidiſſe, conſternatosque militum animos à Cæſare facile erectos. Quid,inquit, mirum, ſi rationis expers animal corde careat.

EXTERNA.

DE EQVA PARIENTE LEPOREM.

* Hero. lib.7.

*IN exercitu * Xerſis, quem aduerſus prouinciam Græciam contraxerat equæ partu leporem editum conſtat: quo genere monſtri tanti apparatus ſignificatus eſt euentus. Nam qui mare claſſibus, terram pedeſtri operuit exercitu, vt fugax animal, pauido regreſſu, regnum ſuum repetere eſt coactus. Eidem monté Athon iuxta Idam tranſgreſſo, prinſquam Athenas deleret, Lacedæmonis inuadendæ conſilium agitanti, admirabile inter cęnam prodigium incidit: infuſum namq; paterę eius vinum, in ſanguinem, nec ſemel, ſed iterum, & tertio conuerſum eſt. Qua de re conſulti Magi, monuerunt, ut ſe ab incepto propoſito abſtineret: & ſi quod veſtigiũ in vecordi pectore ſenſus fuiſſet, cauere potuiſſet: ante de Leonida, & Spartanis abundè monitus.*

OLIV. IN exercitu Xerſis.] Hoc exemplum traditẽ ab Herodoto, quod in exercitu Xerſis Perſarum regis quem aduerſus Græcos innumeroſum, ac prope incredibilem duxerat, equa leporem peperit, quod turpiſſimam regis fugam, quæ ſubſecuta eſt, ſignificare voluit:eſt.n.lepus timidiſſimum animal. [Tanti apparatus] Quia ſicut Demoſthenes tradit, quatuor millibus, & ducentis nauibus, & decies centenis millibus militum Mardonio uni ex ducib.ſuis in Græcia relictis, cum paucis admodum, & exigua rate, vtpote piſcatoria ſcapha, trepidus in ſuum regnum refugit, ná et Græciá alij alium numerum traduxiſſe ferunt, ego verò totum exercitum fuiſſe legi quinquies mille millia & ducéta octogintaduo millia, q́ ſumma potius oſtentatione, q̃ fide digna, quæ modo omné excedere videaẽ fidem. [Móntem Athon.] Hoc quoq; prodigium ſignificat triſtem exitum Xerxis, qui antequam inuaderet Lacedæmonem, cum ſacrificaret, & uinum pateris infunderet, ſubito uinum in ſanguiné cóuerſum eſt, ꝙ prodigium itidem eueniſſe Didoni Virg. dicit. Vidit thuricremis cum dona imponeret aris, Horrendum dictu, latices nigreſcere ſacros, Viſa in obſcænũ ſe vertere vina cruorem. [Montem Athon.] Mons eſt Macedonię tantæ altitudinis, vt vſq; ad inſulam Lénonis vmbram portédere dicatur, diſtat auté Lénos à Macedonia octoginta ſex millib. paſſuũ. Statius lib.5. Thebaidos. Ingenti tellurem proximus vmbra veſtit Athon, nemorumq; obſcurat imagine pontũ. Inuenitẽ Athon, & Athos.Iuu. Velificatus Athos. Virg. Aeneid. Quantũ Athó, aut quantus Erix. Hic igitur mons, q̃q́ eſſet altitudinis admirandæ, vt ſupra diximus, tń iuſſu Xerxis mille quingentis paſſibus abſciſſus, & nauigabilis factus, ut tradit Herod. vnde Iuu. Olim velificatus Athos. Structũ etiam fuiſſe pontem ſupra mare Helleſpontum ab Abydo vrbe Aſiæ vſq; in Seſton vrbem Europę. Idem teſtatur Herod. quod & Luc. tetigit cũ dixit: Talis fama canit tumidum ſuper ęquora Xerxem, Conſtruxiſſe vias, multum cum pontibus auſus. Europamq; Aſiæ, Seſtonq; admouit Abydo. Inceſſitq; fretum rapidi ſuper Helleſponti. Non Eurũ, Zephyrumq; timens, cum vela, ratesq́a. In medium deferret Athon. [Athenas] quas relictas ab Athenienſibus, qui arma ferre poterant, Xerxes ſolo adęquauit, fugientibus in Lacedæmonem conſilio Themiſtoclis, & relictis imbellibus. [Agitáti] Tractanti, vt Lacedęmonem inuaderet. [Nec ſemel] ſed iterũ ac tertio, quia ſæpius reſtaurauit ſacrificium, & ſemper illud idé apparebat prodigiũ. [Qua de re conſulti Magi.] cum petiſſet à Magis conſilium, conſultus.n dẽ, à quo conſilium petitum fuerit, conſultor vero qui petit, q̃q́ inconſultus dicatur ſine conſilio, hoc eſt cui non eſt datum conſiliũ, qđ petierit, vnde Virg. lib.3. Inconſulti abeunt, ſedemq; odere Sybillæ, inconſultos dixit ignaros rerum, & ſine conſilio, hoc eſt quibus nó eſt datum conſilium à Sybilla, eſt.n. Cato conſultus, conſultor filius eius, Magi dicebantur apud Syrios ſapientes, uel quos Rom. augures appellant. [Ab incepto propoſito] inuadendæ Lacedęmonis [Vecordi.] Inſano. [De Leonida] Nam Leonidas Spartanorũ rex cũ trecétis ciuibus apud Thermopylas Perſis in Græciam ex Aſia tráſeuntibus occurrit, & ita cũ Xerxis exercitu pugnauit, ut ipſum regem aliquoties à ſede ſua cóſternatũ in fugá cóuerteret, ſed multitudine militũ oppreſſi ſunt Spartani. Hæc hiſtoria ſuo loco plenius tractabitur in capite de fortitudine.

Consulatus.

Equa leporé peperit.

Athos mons.

Leonidæ virtus.

ASCEN. IN exercitu Xerxis. Affert externa exempla, & primum de Xerxe Perſarum Rege omnium pulcherrimo, ac opulétiſſimo, minime tń fęlici, dicens: Conſtat leporé editum.i.in lucem datũ, ac natum partu equæ, hoc eſt, equá peperiſſe leporem in exercitu Xerxis, quem contraxerat aduerſus prouinciá Græciæ. Quo genere monſtri, a uétue.i.exitus tanti apparatus, quantus raro aliás legitur, eſt ſignificatus. Lepus.n. eſt animal timidum, & fugax, & ita ſignificauit exitũ apparatus bellici, quem fecit Xerxes. Nam is, qui operuit mare claſſib. terram exercitu pedeſtri, eſt coactus repetere regnum ſuũ regreſſu pauido, quia in vna ſcapha ſedans, ut animal fugax, videlicet lepus. Eiſdem, &c. Affert ſm exemplum externũ de eodem Xerxe dicés admirabile prodigiũ incidit inter cœná. i. inter cęnandũ eidé videlicet Xerxi, tranſgreſſo Athon Montem inter Macedoniam, & Thraciá, iuxta Idá, & agitanti cóſilium Lacedæmonis. ſ. vrbis Spartanæ inuadédæ prius qué deleret Athenas. Incidit. dicit admirabile prodigiũ. nam vinũ infuſum paterę. i. poculo aius patenti (Galli tarſiam dñt) conuerſum eſt in ſanguinem, uec.i. & nó ſemel ſup.tń, ſed iterũ.i. ſecũdo & tertio, de qua re Magi, qui Perſarum ſunt ſapientes, & diuinationis periti, cóſulti.i. rogati conſilium, aut ſententiá ſuá proferre, monuerunt ſup. Xerxé, vt abſtineret ſe à propoſito icępto.i.à Lacedęmonis inuaſione. Eſt aũt vrbs hæc, Lacedæmon, uir hic Lacedæmonius. Et ſi quod.i. aliquod etiam minimum veſtigium ſenſus.i. rationis, & prudentiæ fuiſſet in pectore vecordi.i. expertis cordis.i. prudétiæ, videlicet Xerxis, ipſe potuiſſet cauere monitus abundá ante à Leonida rege Lacedæmoniorum, & à Spartanis.i. populo Lacedęmonio, nam Lacedęmon etiam Sparta dicitur, aſt autem vrbs Laconiæ, vnde viri Lacones mulieres Lacenę dicuntur.

DE MIDA.

* Cic. lib. 1. de diui.

*MIDAE * vero, cuius imperio Phrygia fuit ſubiecta, puero dormienti formicæ in os grana tritici congeſſerunt. Parentibus deinde eius, quorſum prodigium tenderet explorantibus, Augures reſponderunt, omnium illum mortalium futurum ditiſſimum: nec vana prędictio extitit: Nam Midas cunctorum penè regum opes, abundantia pecuniæ anteceſſit, infantiæque incunabula utili deorum munere donata onuſtus auro, atq; argento gazis penſauit.*

OLIV. MIDAE vero regi.] De quo poetæ fabulati ſunt, q͂d-quid manibus attigiſſet in aurum conuerti. Cic. Midæ illi Phrygio, cum puer eſſet, dormienti formicæ in os grana tritici cógeſſerũt: ditiſſimum fore prædictum eſt, q͂d euenit. Omniũ, quia nullus propemodum fuit ante Midã, qui tũ auri, omniũq; diuitiarũ genus poſſideret. Vtilis nullæ.n. fruges ſũt tritico meliores. [Gazis] Gaze lingua Perſica ſignat apud Latinos diuitias, ſicut .n. ſub diuitiarũ gn̄e itelligimus multas opes, ita ligua Perſice ſub noie Gaza intelligim⁹ maximas diuitias.

ASCEN. Midæ vero. Affert tertium exemplum prodigiorũ externorum de Mide rege Phrygiæ opulétiſſimo, dicens. Verò pro ſed, formicæ congeſſerunt Midæ, cuius imperio ſubiecta fuit. ſ. poſtea Phrygia puero. i. cũ adhuc eſſet puer, dormienti, in os grana tritici, deinde augures reſponderunt parentibus eius explorantibus quorſum. i. ad quem euentum ꝓdigium ſup. illud tẽderet, illum ſ. puerum Midam futurum ditiſſimum omniũ mortalium, nec prædictio extitit. i. fuit, aut emerſit vana. i. mendax. Nam Midas anteceſſit abundantia pecuniæ opes penè cunctorum Regum, atq; ipſe onuſtus auro, & argẽto penſauit. i. compenſauit gazis. i. diuitijs, incunabula infantiæ. ſ. ſuę, donata vt dicũt vel dotata, & aucta, munere deorũ vtili, q; tritico nihil vtilius. Quæ verba ſunt ſatis aperta, habent tamẽ ſenſum obſcurum, nam dubitem, an intellexerit auctor, Midam pro deorum munere ab incunabulis ſuſcepto illis repoſuiſſe incunabula auro, & argento referta, an potius Midam pro granis tritici in os congeſtis, auri, & argenti vim coaceruaſſe, & ita prodigio deorum fato ſuo reſpondiſſe.

DE PLATONE ALIVD MIRVM.

* Cic. lib. de diui.

*FORMICIS * Midæ, iure, meritoq; apes Platonis prætulerim: illę enim caducæ ac fragiles, hæ ſolidæ, et æternæ felicitatis indices extiterunt, dormiẽtis in cunis paruuli labellis mel inſerendo. Qua re audita, prodigiorum interpretes ſingularem eloquii ſuauitatem ore eius emanaturã dixerunt. At mihi quidem illæ apes non montem Hymettum thymi flore redolẽtem, ſed Muſarum Heliconios colles omni genere doctrinæ virentes, Dearum inſtinctu depaſtæ, maximo ingenio dulciſſima alimenta ſummæ eloquentiæ inſtilaſſe videntur.*

OLIV. FORMICIS] Hoc ſimile ſuperiori, ſed in hoc diſtãt, quod illud ad diuities, hoc ad eloquẽtiã ſpectare vr, nam formicæ tritici grana in os Midæ cogerentes diuitias portendebant, apes verò Plat. labellis inſidentes, mellaq; ſtipantes, ſuauiſſimam eloquentiam ſignificant. [Apes Platonis] Cic. Platoni cum in cunis dormienti paruulo apes in labellis conſediſſent, reſponſum eſt illum ſuauiſſime orationis fore prædictum, ita præmiſſa eſt infanti futura eloquẽtia, dignum eſt, inquit Val. vt Platonis apes Midæ formicis præferantur. [Caducæ] Et fragiles, quippe quia in poteſtate fortunę poſitæ, pro eius libidine, modo huc, modo illuc transferuntur, nullo loco, nullo tempore certæ ſtabileſq; poſſidentur. [Aeternæ felicitatis] Vt ſ. tanta eſt eloquentia, vt immortalem hominem efficere poſſit, nam Platonis nomen vt videmus, viget apud omnes, uirtus enim in cuius genere poſitus eloquentia, cum ſapientia coniuncta, eſt hominis certa poſſeſſio, quæ ſola clara æternaq; habetur, vt nec eripi, nec ſurripi poſſit, non naufragio, nõ incendio amitti, non vi tempeſtatum, non temporum perturbatione mutari, qua qui præditi ſunt ſoli fęlices ſunt, ſoli diuites, tanquã poſſidentes res fructuoſas, & ſempiternas. [Qua re audita] Aruſpices interrogati, quid ſibi vellet prodigium, reſpõderunt ſummam ex ore Platonis eloquentiam aliqñ emanaturam eſſe, nam Hom. eloquentia ſuauitatem melli cõparauit, dixit.n. eſt cuius ore melle dulcior fluebat oratio. [Emanaturam] Exituram, fluxuram. [At mihi quidem] Sed illæ apes, inquit Val. ſi quis ſententiam meam requiſierit, non vñr de flore thymi ex Hymetto mel collegiſſe, ſed de Helicone monte inſtinctu Muſarũ, ſuauiſſimos eloquij fontes hauſiſſe. [Hymettum] Hymettus mõs eſt Atticæ regionis, qui teſte Solino, omnium Græcorum montium obtinet principatum, & floribus ſemper abundat. Ouid. Vertice de ſummo ſemper floréus Hymetti. Pari ratione Iuuen. Dulciq; ſenex vicinus Hymetto. Ex hoc eodem monte marmorum cruſtæ, & trabes marmoreæ ſuccauabantur, dicente Horatio in Odis contra Mœcenatem, qui in ædificando nimis ſumptuoſus eſſe uidebatur. Non ebur, neq; aureum renidet in domo lacunar, nõ trabes Hymettiæ. Helicõ mons eſt, ſecundum Plinium, atq; Solinum Bœotiæ, & eſt iuxta Thebas, & authore Strabo. in lib. 1. Phocidi regioni vicinus, locatus procul à Parnaſſo circiter 15. millia paſſuum, eiq; æmulus altitudine, & circuitu, qui & ipſe Apollini quoq; ſacer, & Muſis eſt, vnde Heliconiades Muſæ appellatæ ſunt. Lucretius: Adde Heliconiadũ comites, quorum vnus Homer. Eſt igitur Helicon Muſis conſecratus mons, non autem colles montis Parnaſſi. vt Ser. atque Tortellius exiſtimant. In tranſlatione periſtit.

Helicon mons.

ASCEN. FOrmicis Midæ. Bono filo connectit quartum exemplum, quod eſt de Platone exemplo tertio, dicens. Ego prætulerim iure, & merito formicis, Midæ. i. quæ in os Midæ tritici congeſſerunt, apes Platonis, quę in os Platonis mel collegerunt, id eſt, ꝓ quia, illę. i. prius dictæ, hoc eſt formicæ Midę, extiterunt indices. i. prænunciæ, felicitatis caducæ, ac fragilis, qualis eſt diuitiarum, ſm Sal. hæ. ſ. apes Platonis extiterunt indices felicitatis ſolidæ, & æternæ, inſerendo labellis. ſ. Platonis paruuli dormientis in cunis, mel, quod cęleſte eſt donum, vnde in principio 4. Georg. Protinus aerei mellis cœleſtia dona exequar, &c. quo nihil eſt dulcius Qua re. i. quo prodigio, audita. i. diuulgato, interpretes prodigiorum dixerunt, ſingularem ſuauitatẽ eloquii, emanaturam. i. effluxuram ex ore eius. At. i. ſed illæ apes videntur quidẽ mihi, depaſtæ. i. vbi fuerint depaſtæ nõ Hymettũ montem Atticę, redolentem flore thymi, herbæ fragrantis, que veſcũtur auidiſſimè apes. unde in Buc. Mero. Dumque thymo paſcentur apes, &c. Sed Heliconios colles Muſarum. i. quos Muſæ rerum inuentrices excoluiſſe dicuntur in Beotia, non procul à Phocide virentes, non thymo, ſed omni genere doctrinæ, videntur inquam depaſtæ illos colles inſtinctu Dearum, videlicet Muſarum, inſtillaſſe maximo ingenio. ſ. Platonis, qui diuinus ob id dictus eſt, alimenta dulciſſime eloquentiæ ſummæ, quia ſummę ſapientiæ ſummam coniunxit eloquentiam.

DE SOMNIIS. CAP. VII.

DE ARTORIO MEDICO.

*SED quoniã diuitias Midæ, diſertumq; Platonis ſomnum attigi: referam quàm certis imaginibus multorum quies adumbrata ſit: quem locum vnde potius ordiar, quàm à diui Augusti ſacratiſſima memoria? * Eius medico Artorio ſomnum capienti nocte, quàm dies inſecutus eſt, quo in campis Philippicis Romani inter ſe exercitus concurrere, Mineruæ ſpecies oborta præcepit, vt illum graui morbo implicitum moneret, ne propter aduerſam valetudinem proximo prælio non intereſſet. Quod cum Cæſar audiſſet, lectica ſe deferri in aciem iuſſit: vbi dum ſupra vires corporis pro adipiſcenda victoria excubat, caſtra eius à Bruto capta ſunt. Quid ergo aliud putamus, quàm diuino munere effectum, ne deſtinatum iam immortalitati caput, indignam cæleſti ſpiritu fortunæ violentiam ſentiret? Auguſtum verò præter naturalem animi in omnibus rebus ſubtiliter proſpiciendis vigorem, etiam recens, & domeſticum exemplum, vt Artorij ſomnio obtemperaret, admonuit. * Audiuerat enim diui Iulij patris ſui vxorem Calpurniam nocte, quàm is vltimam in terris egit, in quiete vidiſſe, multis eum confectum uulneribus in ſuo ſinu iacentem, ſomnijq; atrocitate vehementer exterritam, rogare non deſtitiſſe, vt proxima die à Curia ſe abſtineret. At illum, ne muliebri ſomnio motus id feciſſe exiſtimaretur, Senatum, in quo ei parricidarum manus allatæ ſunt, adire contendiſſe. Non eſt inter patrem, & filium vllius rei comparationem fieri, præſertim diuinitatis faſtigio iunctos: ſed iam alter operibus ſuis aditum ſibi ad cælum inſtruxerat, alteri longus adhuc terreſtrium virtutum orbis reſtabat. Quapropter*

* Peter cul. lib. 2.

* Suet. & Plut. in Cæſar.

ab hoc tantummodo pendentem mutationem ſtatus cognoſci, ab illo etiam differri Dii immortales voluerunt: vt aliud cęlo decus daretur, aliud promitteretur.

SED quoniam] Tranſit ad capitulum de ſomnijs, quæ nonnunquam apparuerunt, & primo quidem ſomnium narrat Artorii medici, quod ad ſalutem Aug. Cęſ. pertinuit, nam huius ſomnii monitu ab exitio, quod imminebat, liberatus eſt. [Diuitias] pp formicas. [Diſertum] Propter apes. [Referam quam certis imaginibus] cum duo ſint vaticinandi genera, vnum artis, alterũ naturæ, ſomnia ſunt ex his, quæ à natura proueniunt. Cic. lib. de diui. Sed omittamus oracula, veniamus ad ſomnia, de quibus Chriſippus diſputans multis, & minutis ſomnijs colligendis facit idem, quod Antipater ea conquirens, q̃ Antiphontis interpretatione explicata declarat [Imaginibus cer.] quia exitus declarauit imagines illas ſomniorum veras fuiſſe. [Adumbratam] Reſpexit ad imagines, q̃ adumbrari dñr. [A diui Auguſti ſacratiſſima memoria] Non pot ab aſſentatione diſcedere Valer. Somniũ autem eiuſmodi fuit. Cũ in campis Philippicis exercitus duo ſteriſſent Romanorũ, hinc Octauiani; & Ant. inde Bruti atque Caſſii & proximo die manus eſſent cõſerturi, Artorius medicus Octauiani ſomnium accepit, vt admoneret Octauianum, ne poſtero die per valetudinem in cubiculo iaceret, qđ cum feciſſet, ab imminenti mortis periculo liberatus eſt, nã captis forte caſtris Brutianis milites Oct. tẽtoriũ ingreſſi, lecticam eius, in qua illum cubantẽ eſſe putabant, gladiis transfixerunt, fuit aũt Oct. vt inquit Suet. de xii. Cæſ. ſomniorũ obſeruantiſſimus, ita vt nec ſuũ, nec alienũ contẽpſerit vnquã, dicit. n. Philippenſi acie, quãuis ſtatuiſſet non egredi tabernaculo pp valetudinem, egreſſus tñ eſt amici ſomnio monitus, ceſſitq́; res proſpere, q̃m captis caſtris, eius lectica, quaſi ibi cubans remanſiſſet, cõcurſu hoſtium confixa, atq́; lacerata eſt. [Quã dies inſeq.] eſt .i. nocte, quæ diem præceſſit, quo manus conſerturi erãt exercitus R. [Implicitum affectũ.] Laborantẽ morbo. [Ne deſtinatũ.] Quia etiam viuus templa meruerat, vt Hora. præſentiq́; tibi diuinos largimur honores. Iurãd iq́; tuũ p nomẽ ponimus aras. [Auguſtũ verò] Exẽpla hec ita coniungit, ut à narratione ſua diſcedere non videat. Auguſtus inqt ita ſomnio paruit Artorii, vt excubaret in acie, exemplum capiebat à patre ſuo Iulio Cæſ. cuius adoptione filius fuit, pater igitur, quia noluit vxoris ſomnio parere, pœnas dedit, nã à patriæ idus in Senatu crudeliſſime trucidatus eſt. [Præter naturalem] Præterquam q̧ Auguſtus cautus erat, acceſſit & patris exemplum, vt ſomnio pareret. [Vigorem] Nam plurimum valebat ingenio, & in perſpiciẽdis reb. ſubtilis. [In terris] Quia poſtea vixit in cęlis. [Calpurniã nocte] Suet. lib. i. Calpurnia vxor imaginata collabi faſtigiũ domus, maritumq́; in gremio ſuo cõfodi. Item paulo ſuperius ea nocte inquit, cũm illuxit dies cædis, & ipſe ſibi viſus eſt per quietem interdum ſupra nubes volitare, aliam cum Ioue dextrã iungere. [A rebus mulie.] Ne videretur Cæſar mulieribus ſomnijs deterritus noluiſſe Senatus morem gerere voluntati, ideo, ſpreto ſomnio Senatum adiit. [Non eſt inter patrem, & filium] Quia occurrebat illud, q̧ ipſe patre ſapiẽtius feciſſet, ideo dicit non eſſe comparationẽ faciendam inter patrem, & filium, nam alter paratum iter habebat in cœlum, alter magnarum rerum laborem reſerebat antequam diuinos honores acciperet. [Non eſt] Non conuenit, non licet. [Pendentem] Quia non ſtabilis eſt fortuna, nec ſtatus rerum humanarum.

ASCEN: SED quoniam, &c. More ſuo gradũ munit ad ſomniorum narrationem q̃ ſuperioribus affinem dicit, eo q̧ in illis dictũ eſt de ijs prodigiis, quæ dormientibus Midæ, & Platoni contigerunt, vnde dicit. Sed qm ego attigi diuitias Midæ, quæ. ſ. illi dormienti deſtinatæ ſunt; aut quas fere mortales ſomniauit, & attigi ſomnium Platonis diſertiſſi. quo ſignificabat illum diſertum fore, referam .i. recenſebo, q̃ certis imaginibus quies .i. dormitio multorũ, ſit adumbrata .i. ſopita, aut potius vmbris .i. fantaſmatibus affecta. Deinde tranſiens ad exemplum de Artorio medico Auguſti, qui de ipſo ſomniauerat, dicit. Quẽ locum .i. tractatum de ſomniis. Vnde ordiar .i. ordine quodam incipiam potius quàm à ſacratiſſima memoria diui Aug. q. d. à nullo deinde incipiens narrare dicit. Species Mineruæ oborta .i. obſeruata & præter cogitationẽ orta, & apparens Artorio medico eius Auguſti. Cæſ. capienti ſomnium .i. dormiẽti nocte 7ã dies, quo Romani exercitus Caſſii, & Bruti ex vna parte, & Auguſti & Ant. ex altera cõcurrere .i. confligerunt poſt concurſum inter ſe in campis Philippicis .i. Pharſalicis, eſt inſecutus, hoc eſt nocte præcedente eum conflictũ, præcepit ſup. Artorio, vt moneret illum. ſ. Auguſtum implicitum graui morbo .i. grauiter ęgrotantem, ne non intereſſet .i. non ve abeſſet prælio proximo .i. proximè futuro propter aduerſam valetudinem. hoc eſt ægritudinem .i. licet eſſet æger. Quod .i. quod cum eſſet; cum Cæſar .ſ. Auguſtus, audiſſet, iuſſit deferri in aciem .i. locum conflictus, lectica, qua ęgroti ſolent deferri humeris ſeruorũ, ubi .i. in qua acie, dum ipſe Auguſtus excubat .i. intentus eſt, & vigilat, nonne dicit excubantem in lectica iacentem, pro victoria adipiſcenda (ergo à deponẽtibus ferè quatuor deducuntur participia) ſupra vires corporis, caſtra eius ſunt capta à Bruto; & ita ſi in eis manſiſſet, vna cum eis captus fuiſſet. Quid ergo putamus (aut putemus potius) aliud .ſ. de ſomnio, quam id effectum eſſe diuino numine .i. diuina prouidentia, aut, vt alii legunt diuino munere .i. beneficio, aut dono, ne caput .ſ. Auguſti deſtinatum .i. à dijs addictũ, iam .ſ. tum immortalitati, & ita diuinitati (quia uiuenti decreti ſunt illi diuini honores, ut Oliuer. recitat) ſentiret violentia fortunæ, quę etiam optimis ducibus interdum inimica eſt, indignam ſpiritu cęleſti, qualis erat iam Auguſti. Auguſtum, &c. Tranſit ad ſomnium obortum pro Iulio dicens, verò pro ſed, exemplum recens, & domeſticum, q̧ Iulio patri eius adoptiuo oblatum eſt, admonuit etiam Auguſtum præter naturalem uigorem animi, ſcilicet .i. præter vigilantiam eius in proſpiciendis ſubtiliter omnibus rebus, admonuit dico, vt obtemperaret .i. acquieſceret, & pareret, ſomnio Artorii. ſ. medici. Enim pro quia, audiuerat Calpurniã (alii Calphurniam ſcribunt) vxorem diui Iulii patris ſui. ſ. adoptiui, vidiſſe in quiete .i. ſopore, aut ſomnõ, nocte, quàm is .ſ. Iulius egit ultimam in terris, quia die ſequenti occiſus eſt, eum .ſ. Iulium iacentem in ſuo .ſ. Calpurniæ ſinu confectum .i. ad necem cæſum, multis vulneribus. Et audiuerat Calpurniam, exterritam vehementer atrocitate .i. diritate ſomnij, non deſtitiſſe rogare .ſ. maritum ſuum Iulium, vt abſtineret ſe à Curia .i. ab ingreſſu in Senatum, die proximo .i. proximè ſecuturo. At .i. ſed audiuerat illum .ſ. Iulium patrem ſuũ contendiſſe .ſ. contra monitum vxoris adire Senatum, In quo manus parricidarum .i. coniuratorum in patrem patriæ ſunt allatæ .i. per eum illatæ ei, ideo autẽ contẽdiſſe, ne exiſtimaretur feciſſe id .i. abſtinuiſſe à Curia, motus ſomnio .i. inſomnio muliebri, quod plerunque vanum eſt. Et ſi quis dicat, ergo ſapientius egit filius q̃ pater. Quanquam poſſet reſpondere, ſequelam non ſtare, quia cætera non ſunt paria, nã filius patris exemplo erat admonitus, malui tñ in adulationem reſpondere, quod ideo res non eſt ſimilis, quia pater iam multa uirtute ſibi aditum in cęlum muniuerat, & ita dii voluerunt ipſum diutius in terris agere: filio autem .ſ. Auguſto reſtabant adhuc multa in terris pro mortalium ſalute gerenda. Ordo eſt comparationis, comparationẽ vlli rei .ſ. felicitatis, aut prudentiæ, fieri inter patrẽ .ſ. Iulium, & filium .ſ. Auguſtum, præſertim iunctos faſtigio diuinitatis, & tum vterq́; ſit ſummũ diuinitatis grádum aſſecutus. Sed alter .ſ. pater, hoc eſt Iulius inſtruxerat (iam .ſ. cũ ſomnio muliebri moneretur Senatum nõ ingredi) ſibi aditum ad cœlũ, operibus ſuis .ſ. iã peractis, longus orbis .i. circum actus in circuitum terreſtrium .i. in terris exercendarũ reſtabat adhuc alteri videlicet filio adoptiuo, hoc eſt Aug. Quapropter dij immortales voluerunt mutationem ſtatus .ſ. mortalis in immortalem, pendentem .i. imminẽtẽ haud dubium adhuc cognoſci tantũmodo ab hoc .ſ. Iulio, qui p ſomnium vxoris cognouit mutationem ſtatus ſui, ſed non diſtulit, quia nihilo minus in Curiam ſe contulit, vbi uitam cum morte mutauit. q. d. Iulium cognouiſſe quidẽ mutationẽ vitæ ſuæ, ſed noluiſſe euitare quo citius immortalis efficeretur, & dii voluerunt mutationem ſtatus differri et ab illo .ſ. Auguſto, qui cognouit ſe quoq; aliqñ deum futurum, ſed diſtulit euitando manus Bruti, quod dii ita fieri voluerunt, ut aliud .i. alterum illorum duorum decus daretur cœlo, cui Iulius additus eſt, aliud .i. alterum decus .ſ. Auguſtus promitteretur, quia præſenti uirtute cœlum quidem meruit, ſed pp vtilitatem q̃ hominibus præſtitit, diſtulit. Hic locus ſubobſcurus mihi viſus eſt, propterea q̧ hoc fere de proximiore .i. poſteriore dicto dicitur, & illud de remotiore, quocirca diceretur, ab hoc .ſ. Auguſto, ab illo videlicet Iulio, quod ſi quis dicere uelit, non ſic legandum differri, ſed adiri, vt ſi dii voluerant mutationem ſtatus cognoſci tantummodo, & non adiri ab hoc .ſ. Auguſto, & voluerant ipſum adiri et ab illo .ſ. Iulio. Quia th exemplaria habent differri, non adiri; & ſequentium membrorum prius reſpicit Iulium, poſterius Auguſtum, ſequar priorem expoſitionem, cum neutrã ponit Oliu. ſed ita ſit, ubi difficultas eſt, nihil dicunt cõmentarii. Poſſet & legi, illi etiam deſerri, vbi eſt ab illo etiam differri quãti lectionem, ſiquid immutare auſim maximè ſequar

Numine

THEO. NVmine] exemplaria antiqua quędã habẽt, munere.] Animi motũ] In vetuſtis aliquot codicibus, motum non legitur.

DE P. DECIO, ET T. Manlio Torquato.

Liu.li.8 *ILLVD etiam * ſomnium magnæ admirationis, & clari exitus, quod eadem nocte duo COSS. P. Decius, & T. Manlius Torquatus, Latino bello, & graui, & periculoſo, non procul à * Veſuuij montis radicibus poſitis caſtris viderunt. Vtrique enim quidam per quietis ſpeciem prædixit, ex altera acie Imperatorem, ex altera exercitum Dijs manibus, Matriq; Terræ deberi. Vtrius autem Dux copias hoſtium aggrederetur, ſuperq; eas ſeſe ipſum deuouiſſet, victoriam habiturum: id luce proxima COSS. ſacrificio, vel expiaturis, ſi poſſet auerti, vel ſi certum Deorum etiam monitu viſum foret executuris, hoſtiarum exta ſomnio congruerunt. Conuenitq; inter eos, cuius cornu prius laborare cœpiſſet, vt is capite ſuo fata patriæ lueret: quæ neutro formidante Decium depopoſcerunt.*

* Lib.6. cap.4.

OLIV. ILLVD etiam ſomniũ] P. Decius ille Q. filius, qui primus ex Decijs Cõſul fuit, cum eſſet Tribunus militũ. Val. & Aulo Cor. Cõſulibus, cum à Sannitibusq; pmeretur Rom. exercitus, & pericula præliorũ iniret audacius, moneretutq;, vt cautior eſſet, dixiſſe fertur, quod extat in annalibus ſibi in ſomnijs viſum eſſe, cum in medijs hoſtibus verſaretur, occidere cum maxima gloria, & tum quidem incolumis exercitum obſidione liberauit, poſt triennium aũt cũ Cõſul eſſet, deuouit ſe, & in aciẽ Latinorũ irrupit armatus, quo eius facto ſuperati ſunt, & deleti Latini, cuius mors ita glorioſa fuit, vt eandem concupiſceret filius. Liu. ab vrbe cõdita lib. 8. cum Conſules inquit duobus ſcriptis exercitibus ad Capuam, quo iã Latini, ſocijq; conuenerãt, caſtra locaſſent, vtriq; Cõſuli eadẽ dicitur viſa ſpecies in quiete, viri maioris humano habitu, Auguſtiorisq;, dicentis ex vna acie Imperatorẽ, ex altera exercitẽ Dijs Manibus, Matriq; Terræ deberi, vtrius exercitus Imperator legiones hoſtiũ inuaſiſſet ſeq; ſuper eas deuouiſſet, eius populi victoriã fore, hos vbi nocturnos viſus inter ſe Cõſules cõtulerũt, placuit auertẽdæ Deũ iræ cauſa, victimas cædi ſimul, vt ſi ex eis eadẽ, quæ ſomnio viſa fuerant, portẽderẽtur, alteruter Conſulum fata impleret, vbi reſponſa aruſpicum inſidenti iam animo tacitæ religioni congruerunt, tũ adhibitis legatis, tribuniſq; , & imperijs propalàm expoſitis, ne mors voluntaria Conſulis exercitum in acie terreret, comparant inter ſe, vt ab vtraq; parte cedere. Rom. exercitus cœpiſſet, inde ſe Conſul deuoueret pro P. R. Quiritibus. Item paulo inferius, Inſtructis, inquit, ſicut ante dictũ eſt ordinibus, proceſſere in aciẽ. Manlius dextro. Decius leuo cornu præerat. Primo vtrinq; æquis viribus eodem ardore animorum gerebatur res, deinde à leuo cornu haſtati Rom. nõ ferẽtes impreſſionẽ Latinorũ, ſe ad principes receperetio hac trepidatione Dec. Cõſul M. Valeriũ magna voce inclamat. deorũ inquit ope Valeri opus eſt agendũ pontifex publicus P. R. præit verba quibus me pro legionibus deuoueã, pontifex eũ togã prætextã ſumere iuſſit, & velato capite, manu ſubter togã exerta, ſuper telum ſubiectum pedibus ſtantẽ ſic dicere, Iane Iupiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, diui Nouenſiles, dij Indigetes, dij quorum eſt poteſtas noſtrorũ hoſtium, dijq; Manes, vos precor, veneror, veniã peto, feroq; vti P. R. Quiritum vim, victoriamq; properetis, hoſteſq; P. R. Quiritum terrore, formidine, morteq; afficiatis, ſicut verbis nuncupauit, ita pro Repub. Quiritum exercitu, legionibus, auxilijs P. R. Quiritũ legiones, auxilij atq; hoſtium mecum diis manibus deuoueo, hæc ita precatus, lictores ire ad T. Manlium iubet, matureq; collegæ, ſe deuotum pro exercitu nunciare, ipſe cinctus ritu Gabino, armatus in equum inſiluit, ac ſe in medios hoſtes immiſit, conſpectusq; ab vtraq; acie aliquando auguſtior humano viſu, ſicut cœlo miſſus piaculum omnis deorum iræ, qui peſtẽ à ſuis auerſam in hoſtes ferret. Itaq; omnis terror pauorq; cum illo latus, ſigna primo Latinorũ turbauit, deinde in totam penitus aciem peruaſit euidentiſſimum id fuit, quod quocunq; equo inuectus eſt, ibi haud ſecus, q̃ peſtifero ſydere icti pauebãt, vbi verò corruit obrutus telis, inde iã haud dubiè cõſternatæ cohortes Latinorum, fugam, vaſtitatẽq; latè fecerunt. [Latino bel.] Quando Latini à ſocijs Romanis defecerunt. [Periculoſo] Benè periculoſo, quia Latini populi iiſdem armis, eadem militiæ diſciplina vtebantur, & Rom. pares opibus erant. [Veſuuij] Mons eſt Campaniæ. [Matri] ſ. oium. [Luce proxima] Poſtera die vbi illuxit, primo quidẽ tentarunt, piacularibus hoſtiis auertere ne poſſent iram deorum, ſed idem in extis, quod viderant in ſomnijs, futurum cognouerunt. [Conuenit] Ea pacto inter ſe ita conſtituerunt. [Neutro re.] Quia vterque paratus erat ſine trepidatione ſe pro patria deuouere.

ASCEN. ILlud etiam ſomnium. Narrat ſomnium Decio, & Torquato oblatum, quod manifeſtè demonum fraude ſuum ſortitum eſt effectum, ut pulchrè Sabellicus Aen. 4. li. 4. argumentatur: quia ſi per talem deuotionem. ſ. ſui ad mortem addictionem, poſſet quis hoſtilem exercitum ſic deuouere, vt neceſſario cadat, non opus eſſet, niſi aut ſtolido, aut ſuperſtitioſo, aut gloriæ cupido, aut deſperãte de vita, aut grauius ſuppliciũ timente Imperatore, ad hoc vt aliena uirtus frangatur, deinde fieret, ſi vtrinq; duces ſe deuouerent, an nẽ ambo exercitus caderent, & ſi ſic, quis eſſet in deuotione fructus. Sed ordo eſt. Illud etiam ſomnium (quod duo Conſules Pub. Decius, & T. Man. Torq. ſ. cognomento dictus, viderunt eadem nocte bello Latino. i. cum Latino populo, qui defecerat à Rom. geſto, & ideo graui, & periculoſo, quia armis, animis, & diſciplina ferè pari vtebantur. i. caſtris poſitis non procul à radicibus Veſuuii montis Cãpaniæ Italicæ) ſup. fuit magnæ admirationis, & clari. i. euidẽtis exitus. Enim, pro quia. Qui oam deus, prædixit vtriq; per ſpẽ viſionis, quæ. i. quiete ſolet fieri, Imperatorẽ. i. primũ ductorẽ, dẽri Dijs Manibus. i. inferis, & Terræ matri. ſ. animãtiũ ferè omnium, ex altera acie. ſ. duarũ, aut ea Rom. aut ex Latina. & exercitũ dẽri illis ex altera. i. ex reliqua acie, i qua Imperator nõ ceciderit. Aũt pro ſed, prædixit vtrius. ſ. aciei, ſiue huius, ſiue illius, Dux aggrederetur copias hoſtiũ, & deuoluiſſet. i. morti addixiſſet ſolenni prece ſeipſum, ſuper. i. vltra eas copias, aut ideo ſuper eas dixit, quod deuoti ſuper ſtragẽ occiſorũ ſe tandẽ dimittere ſolent, ſicut Dido ſuper cadauera Iuli, & Aeneæ ſe daturam fuiſſe dicit Aen. 4. Natumq; patrẽq;, Cum genere extinxẽ, & memet ſuper ipſa dediſſem, ſuper eum ducẽ habiturum victoriã, nõ tñ pro ſe, ſed pro ſuis, niſi eo modo, quo martyres tyrannos vicerant, quia ne morte quidẽ frangi potuerunt, apertior eſſet lectio. Habiturã, vt ſit eam aciem habiturã victoriam, quod ſi omnino legendũ contendas, habiturum tñ placeret more antiquo cum fœminino cõiungendum, vt ſit vtrius aciei dux ceciderit eã aciẽ habituram (ꝙ nunc diceremus, habiturã. multa autẽ ſunt, id genus apud antiquos exẽpla, ut poſt Aulũ Gel. collegit Neſtor Calepinus, atq; alii) Victoriã, poſſet tñ dici eum Ducẽ habiturũ victoriã, licet ipſe ceciderit, verum Sabellicus dicit ſic. Vtrius exercitus Imperator ſe ſuper hoſtium cateruas deuouiſſet eius populi victoriam fore. Conſulibus vel expiaturis. i. purgaturis, & ab euentu malo munituris. i. cũ vellent, vel piare id. ſ. ſomniũ luce proxima. i. proximè inſequenti die, ſacrificio ſi. ſ. prodigiũ illud poſſet auerti. i. euitari aliquo ſacrificio, vel executuris. i. executioni daturis. i. cũ vellent ſi mutari nõ poſſet, quod dij monuerãt, ipſum exequi, ſi viſum foret, certũ. i. teſtificatum & monitu deorum, qui ꝑ extorum diſpoſitionẽ tũc ꝓcipuè admonere credebant, exta hoſtiarum. ſ. cæſarum cõgruerunt. i. cõcordia fuerunt, ſomnio. i. idẽ portẽdebant, quod ſomnio iuſſerãt: q; pro &, quia euitari nõ poterant quod Dij in ſomniis monuerant. Conuenit. i. pactum factũ eſt inter eos, cuius, pro vtrius (duo. n. ſunt) cornu cœpiſſet prius laborare. i. in periculo eſſe, vt is. ſ. Cõſulum ſiue Decius ſiue Torq. lueret. i. purgaret, aut aboleret ſuo capite. i. vita, fata. ſ. aduerſa patriæ. i. quæ patriæ imminebant. Quæ ſ. fato depoſcerunt Decium. ſ. Conſu. Neutro. ſ. Conſulum formidante. ſ. ſe pro ſalute exercitus morti obiicere.

THEO. NOn procul à Veſuuii montis radicibus poſitis caſtris] Hic locus arguit imperitiam eius, qui nuper opuſculũ de viris Illuſtribus Suetonio vẽdicauit, in quo perperam legitur, in Decio. Cõſul bello Latino collega Mãlio Torq. poſitis apud Veſerim fluuiũ caſtris, & infra, in ipſo Torq. Latinos apud Veſerim fluuiũ Decii collegæ deuotione ſuperauit, vtrobique caſtigãdũ Ianus admonet apud Veſuuiũ, teſtimonio Liuii Valeriiq;. Sed impudẽtiſſimus plagiarius is, q nouiſſimè libellum curauit imprimẽdum, Veſtigia Iani ſecutus in aliis oĩbus, in hac vna correctione non potuit. Nam quo tẽpore Catul. Cotta Corn. nepotis titulo multis in locis à Iano corruptum codicẽ publicauit, vſus Iano non venerat vt auditoribus ſuis communicaret. Itaq; bellus impreſſor, qui nihil ea ſe vnquam peperit, adminiculo ducis orbatus, ſede lapſus eſt in errorem.

DE T. LATINO.

Liuius lib. 2. Lact. lib. 2. cap. 8.

SEQVITVR * æquè ad public. religionem pertinens ſomnium. Cum plebeis ludis quidam paterfamilias per Circum Flaminium, prius quam pompa induceretur, ſeruum ſuū verberibus mulctatum, ſub furca ad ſupplicium egiſſet, Latino homini ex plebe Iuppiter in quiete præcipit, vt COSS. diceret, ſibi præſultorē ludis Circenſibus proximis non placuiſſe: quę res, niſi attenta ludorum inſtauratione expiata eſſet, ſecuturum non mediocrē vrbis periculum. Ille veritus, ne cum aliquo incommodo ſuo religione, ſummum implicaret imperiū, ſilentiū egit. Eueſtigioq; filius eius ſubita vi morbi correptus interijt. Ipſe etiam per quietem ab eodem Deo interrogatus, an ſatis magnam pęnam neglecti imperij ſui pependiſſet, in propoſito perſeuerans, debilitate corporis ſolutus eſt, at tum demum ex conſilio amicorum lectica ad tribunal COSS. & inde ad Senatum perlatus, ordine totius caſus ſui expoſito, magna cum omnium admiratione, recuperata membrorum firmitate, pedibus domum rediit.

OLIV. SEQVITVR æquè ad publicam religionem] Illud ſomniū ad Deos pertinuit, vt eorū volūtas impleretur, ſed hoc quod ſequitur nō minùs ſpectabat ad religionē; oēs hiſtorici R. Fabij, Gellij, Cęlij, & Liuius in primis, hāc teſtātur hiſtoriā. Cic. duob. lib. de diu. refert, ꝙ bello Latino, dū ludi votiui maximi primùm fierent, Ciuitas ad arma repente excitata eſt, itaque ludis intermiſſis inſtaurati paulo poſt cōſtituti ſunt, qui anteq̄ fierent cū populus cōſediſſet, & ſeruus per circum virgis cęderetur furcā ferens, dictus eſt deinde cuidam ruſtico Romano dormiēti viſus eſſe Iuppiter per quietem, qui dixerat præſultorē ſibi non placuiſſe ludis, idq; ab eodē iuſſum eſſe Senatui nunciare, illum nō auſum eſſe, iterum idem iuſſum, & monitum, ne vim ſuam experiri vellet, nec tum quidē eſſe auſum, exinde filium eius eſſe mortuū, eandē in ſomnijs admonitionem fuiſſe tertiam, tum etiā debilem factum, rē ad amicos detuliſſe, quorū de ſententia lecticula in curiam eſſe delatū, cumq; Senatui ſomnium enarraſſet, pedibus ſuis ſaluū domū reuertiſſe, itaq; ſomnio approbato à Senatu ludos illos iterū inſtauratos memoriæ proditū eſt. [Plebeis ludis] Quos teſte Aſconio. Exactis regibus pro libertate plebis, aut pro reconciliatione fecerunt. Dion, vero Halicarnaſſeus lib. 3. circa finē, hos ludos Senatum fieri decreuiſſe dicit, cū nuncupata eſſent vota ab Aulo Poſthumio Dictatore pugnaturo cū deſciſcētibus Latinorū vrbibus, conātibusq; Tarquiniū in Regnum reſtituere, decreuiſſe quotannis in ſacrificia, atq; certamina quingētas argenti minas, & vſq; ad bellū Punicum hoc impēdiſſe in eam ſolēnitatem, ipſos deinde ludos quales eſſent, & quō fierent longa oratione deſcribit, quod, quia longum nimis eſſet referre, prætermittā. [Quidā paterfamilias,] Liu. lib. 2. Mane ſeruū quidā paterfamilias nōdum cōmiſſo ſpectaculo ſub furca cęſum medio egerat circo. Macr. Saturnalium. i. dicit hoc fuiſſe anno ab vrbe condita 474. & patremfamilias vocatū Acronium maximū. [Circū Flaminium] Tres conſtat Circos fuiſſe in vrbe R. maximū, Flaminiū, & Neronianū. Flaminius aūt Circus dictus eſt, nō ꝙ Flaminius quiſquā, vt nōnulli putāt, ędificari iuſſerit, ſed ꝙ in pratis Flamineis fuerit cōſtructus. Vide Liu. Ea, inquit, in pratis Flamineis omnia in cōcilio plebeis acta, quē nūc Circū Flaminiū appellant. Plut. in problematibus. Quid eſt, ꝙ Circus Flaminius dictus eſt? an, ꝙ Flaminius quidā Priſcus cum ciuitati agrū reliquiſſet, equeſtribus ludis eius fructu, & vectigalibus vtebātur? nam etiam pecunia ſuppeteret, viā quoq; Flamineā muniuerunt. [Præſultorē] Luſorē, qui præſiluerat, hoc eſt præſaltauerat, priuſquā ludi inchoarētur. [Circenſibus] Qui proximè celebrati fuiſſent, nā ludi plebei magni Rom. Circenſes eodē noīe appellabātur: dicti ſunt aūt Circēſes teſte Seruio, à circū, & enſes, quia rudis antiquitas, quæ nōdum ſpectacula in fabricatū ornatū deduxerat inter enſes, & gladios ſocis vtentibus ludos agebant, & in medio loco munera collocabant, vt Virg. Munera principio ante oculos, Circoq; locātur In medio, eratq; ludicrū, vt equi iunctis curribus à circi carceribus diſcedentes, ex vno latere circi decurrerēt, & cū ad ſummā aduētaſſent, ſe deinde diuerterēt, & ex alio latere recurrētes ad primā vſq; circi metā reducerētur, ne igitur luſoribus per fugā locus eſſet ignauiæ, circum eos diſponebant milites ſtrictis gladijs, vnde circēſes dicti ſunt quaſi circum enſes, vel vt alij volūt, à circuitu erat antē curulē certamē, hoc eſt quadrigarū curſus. Virg. Cētum quadriiugos agitabo ad flumina currus. [Attēta inſtauratione] Diligenti, & accurata renouatione ludorum.

ASCEN. SEquit æquè, &c. Hoc exēplum adhuc manifeſtiore dæmoniorū fraude mortaliū oculis obiectū eſt, ad ludorū videlicet ſanctiorē celebrōnē pertinens, quaſi verò ad deorū religionē pertinuerent, & nō potius ad morū ſubuerſionē, de qua re arguta diſputat diuus Aug. lib. de ciuit. Dei 8. cap. 13. Ordo eſt. Sequitur ſomniū pertinēs æquè ac ſuperius ſup. ad religionem publicā. Cum qdā paterfamilias, Acronius videlicet Maximus egiſſet. i. impuliſſet ad ſupplicium ſub furca. i. cruce, ludis plebeis. i. tpe quo ludi plebei celebrari debebant, ſeruū ſuū mulctatum. ſ. prius verberibus. i. virgis, aut flagellis, per Circum Flaminiū, in quo futuri erāt ludi, priuſquam pōpa. i. ſolēnis apparatus ad celebrādos ludos induceret, Iup. cui eiuſmodi ludi ſacti erāt, pręcepit homini Latino ex plebe. i. plebeio, & nō patritio, in qete. i. cū dormiret, vt diceret Cōſulib. pſultorē. i. eum à quo facta ſunt pludia, & puia ſaltationes, hoc eſt miſerū illum ſeruū, qui ad ſuppliciū ducebat, nō placuiſſe ſibi. ſ. Ioui, ludis Circēſib. pximis. i. vltimo loco celebratis, & eſt amarum ſcōma. q. d. Iup. cū ludi, q feſtiui, & celebres, at lætitiæ pleni eſſe deberēt, mihi fieri deberēt, nō decuit eos à męſti ſerui, & eiuſdē malefici ſupplicio, & miſerabili ſaltu auſpicari, q res. i. qđ erratum, niſi eēt expiata. i emēdatū, & caſtigatū, attēta. i. diligēti, & accurata inſtauratione. i. de integro celebratione ludorum, dixit ſup. non mediocre, imò maximū periculū vrbi. ſ. R. ſecuturum. Ille. ſ. hō plebeius, veritus, ne implicaret religione. i. metu deorū, aut inſtauratione religioſa ludorū, ſummū, vtpote Cōſulate Imperiū cū aliquo incōmō ſuo, qa timebat, vt mēdax ab illis in carcerē detrudi, aut verberibus affici, aut mulctā dare, egit ſilētiū. i. nihil dixit. Et filius eius correptus ſubita vi morbi interiit. i. mortuus eſt, eueſtigio. i. cōtinuo poſt. Ipſe ēt interrogatus p qetē. i. in ſomnis ab eod. deo. ſ. Ioue, an pepēdiſſet. i. pſoluiſſet ſatis magnā pœnā imperij ſui neglecti. i. eo ꝙ neglexiſſet imperiū ſuum, qa ſiluiſſet, pſeuerās in ppoſito. ſ. tacēdi, ſolutus eſt debilitate corporis, i. paralyticus factus eſt oībus mēbris luxatis, ac tum demū platus lectica ex cōſilio amicorū ad tribunal Cōſulū, & inde ad Senatū, ordine. i. ſerie caſus ſui expoſito. i. declarato. i. cū rē oēm eo ordine, quo dictū eſt Cōſulibus, & Senatui enarraſſet, rediit domū, nō in lectica, ſed pedibus ſuis, cum magna admirōne oīum. ſ. q id viderāt, & hoc firmitate mēbrorū recuperata. Quæ res ſic potuit fieri, vt norint dæmones filiū eius tūc moriturū ipſum in valetudinē illā ex mœrore, aut alioqn alia de cauſa caſurum, aut ſe pmiſſione diuina illius corp⁹ infeſtaturos, ſed paulo poſt incolumitatem illi reddituram, aut potius ſe ab infeſtatione quieturos, vt talis miraculi ludibrio mortales irretirent ad ludorum exactiorem celebrationē, cum in ipſis nihil, aut deo, aut bonis moribus dignum cōtineretur.

DE M. CICERONE.

AC ne illud * quidem inuoluendum ſilentio. Inimicorum conſpiratione vrbe pulſus M. Cicero, cū in villa quadā cāpi Atinatis diuerſaretur, is animo in ſomnum profuſo per loca deſerta, & inuias regiones vaganti ſibi C. Marium Conſulatus ornatum inſignibus, putauit obuiam factum, interrogantem eum, quid ita tā triſti vultu, incerto itinere ferretur: audito deinde caſu, quo conflictabatur, comprehendiſſe dexteram ſuam, ac ſe proximo lictori in monimentum ipſius deducendum tradidiſſe, quòd diceret ibi eſſe ei lætiorem ſtatus ſpem repoſitam: nec aliter euenit. Nam in æde Iouis Mariana Senatuſcon. de reditu eius eſt factum.

* Cie. lib. 1. de diui.

OLIV. Cic. exilium. AC ne illud quidem Cic. lib. de diuin. vbi Quintum fratrem de ſe loquentem inducit. Venio, inquit, nunc ad tuum ſomnium, audiui equidē ex te ipſo, ſed mihi ſępius noſter Saluſtius narrauit, cum in illa fuga nobis glorioſa, patriæ calamitoſa, in villa quadā campi Atinatis maneres, magnamq; partem noctis vigilaſſes, ad lucem deinde arctē, & grauiter dormitare cępiſſēs, & quanquam iter inſtaret tibi ſilentiū fieri iuſſiſſe, neq; paſſum eſſe te excitari, cum autē experrectus eſſes hora ſecunda, ſæpe tibi ſomnium narraſſe, viſum tibi eſſe cum in locis ſolis mœſtus errares. C. Marium cum faſcibus

laureatis

Lares, inquireret ex te, quid ita triſtis eſſes, cumq; tu te patria expulſum vt eſſe dixiſſes, prehêdiſſe eũ dextrã tuã, & bono aio te eſſe iuſſiſſe, lictoriq; proximo te tradidiſſe, vt te in monumẽtum ſuum deduceret, & dixiſſe in eo tibi ſalutem fore, tum & ſe exclamaſſe Saluſtius, narrat, reditum tibi celerẽ, & glorioſũ paratum, te ipſum viſum in ſomnio delectari, nã illud mihi ipſi celeriter nunciatum eſt, vt audiuiſſi in monumẽto Marii de tuo reditu magnificẽtiſſimum illud Senatuſcõſultũ eſſe factũ, referente optimo, & clariſſimo P. Lentulo cõſule, idq; frequentiſſimo theatro, incredibili clamore, & plauſu cõprobatum: dixiſſe te nihil Arpinati ſomnio fieri potuiſſe diuinius. [Villa] In domo agreſti, nam villa propriè eſt domus in agris Virg. Et iam ſumma procul villarũ culmina fumant. [Atinatis.] Mós eſt Campaniæ ab Atina vrbe iuxta Pontinas paludes poſita deriuatus, & eſt nomẽ gẽtile, Atina ab atinia, & morbo dicta eſt, quem vicinæ paludes inferebãt ἄτη Græcè, Latinè ſignificat ęrũnã, q̃ q̃ Virg. dicat Atina potens Tiburq; ſuperbũ. [Inſignibus] Videlicet lictoribus præcedentibus, ipſo verò prætextã gerente, ſicut mos erat. [Lictori proximo.] nã ex lictoribus vnũ ſemper habebant proximũ Cõſules. [Monumentum] Sacellum Marianum, vbi fuerant eius monumẽta, & ita accidit, nam ut diximus cum Cicero totius fermè Italiæ cõſenſu reſtitutus eſſet, in ſacellum Marii, in quo factũ fuerat Senatuſcõſultũ de eius reditu, deductus eſt, & ingenti Senatus conſenſu liberatus, ſummaq; cum dignitate reſtitutus, ſcimus n. quo M. C. lege Appii Clodii Trib. plebis lata, q̃ ipſe ciues Rom. indicta cã damnatos occidiſſet, in exilium pulſus fuerit. [In æde Io.] Mariana, q̃ Marius in honorem Iouis condiderat, ibiq; monumenta ſua collocauerat.

Ascen. A C ne, ſiue nec illud quidẽ, & c. proſequitur ſomniũ Cic. qui p Caium Marium cõpatriotã ſuum (vterq; n. Arpinas fuit) iam defunctum, & in ſomnis apparentem, de ſuo in patriã reditu admonitũ dicticabat. Ordo eſt. An ne illud quidem, quod ſequit ſomnium eſt ſup. inuoluendũ, & implicandum ſilentio, hoc eſt, nõ eſt ſilendum. M. Cic. pulſus vrbe ſ. Roma, qd bis cõtingit, ſed prius glorioſè rediit poſterius poſt Antonii ſententiã & conniuẽte Aug. crudeliſſimaq; cæde ſublatus eſt, de priore ergo proſcriptione loquitur conſpiratione inimicorum potentũ nobilium vt Appii Clodii & aliorũ inuidorũ moleſtè ferẽtiũ, quod homo nouus tñ gloriæ in toga meruiſſet, quantum q̃ ſeuã eorum in armis, vnde criminabant illum, q̃ Catilinam, Cethegum, & cęteros cõiuratos, ciues Rom. indicta cã dñatos, occidiſſet. Cum diuerſaret in quadã villa, i. domo ruſtica, eiq; Atinatis, iuxta Atinã vrbẽ, is. ſ. Cicero pſuſo i ſomnũ, i. cum iaceret ſomno pſuſum in ſomnum, putauit Caium Marium ornatum inſignibus Cõſulatus ſ. lictoribus, & faſcibus ra. (ſeptiẽs n. Conſul fuerat) factũ obuiã ſibi ſ. Cic. vaganti i. ſibi vaganti viſo: p loca deſerta, & regiones inuias (qd in Regibus ſolet mortis putari omẽ, & ſup. interrogantẽ eum ſ. Cic. Quid ita i. cur ferretur incerto itinere vultu tam triſti i. hñs vultum tã mœſtum. Deinde Marium audito caſu quo Cic. cõflictabat, cõprehendiſſe manũ ſuã ſ. Cic. (q̃ hæc putauit. vnde ad primũ ſuppoſitum: ſtirps cõſtruitur) & tradidiſſe lictori & miniſtro publico portãti faſcẽ vagantem eũ ſecum ante Cõſulẽ proximo. i. proximè à duodecim aſſtanti ſe. ſ. Cic. deducendum in monumentum ſuũ. Sacellum Marianum, vbi erãt eius monumenta, qp. i. eo prædiceret ſpem læti reditus ſtatus eſſe repoſitã ſ. Cic. ab i. in Sacello Mariano. Nec euenit aliter. i. q̃ ſomniauerat Cic. Nam Senatuſconſultum dẽ reditu eius. ſ. Cic. in vrbem, eſt factum ſ. præſidente Lentulo, in æde Iouis Mariana. i. à Mario Ioui conſtituta.

Theod. A Tinatis villæ.] Vide ne potiꝰ legẽdũ ſit Arpinatis; eo ſiquidẽ Cic. pulſus vrbe conceſſit, vt ſatis cõſtat eiuſdẽ teſtimonio.

DE C. GRACCHO.

* Cic. lib. 1. de diui.

*Caio autem * Graccho imminentis caſus atrocitas palam atq; apertè per quietẽ denunciata eſt, ſomno n. preſſus, Tiberii Gracchi fratris effigiem vidit, dicentis ſibi, nulla ratione eum vitare poſſe, vt eo fato non periret, quo ipſe occidiſſet. Id ex Graccho prius, quàm Tribunatum, in quo fraternum exitum habuit, iniret, multi audiuerunt, Cælius etiam certus Romanæ hiſtoriæ author, ſermonem de ea re ad ſuas aures illo adhuc viuo peruenißſe ſcribit.*

Oliv. C Aio autem Grac. imminentis caſus atrocitas] Tiberius Grac. vir magnæ authoritatis, duos filios habuit ſeditioſiſſimos viros, Tiberiũ & Caiũ Grac. quorũ vterque eodẽ exitio perierunt, nam Tiberius maior natu, dum legẽ agrariam contra Senatus authoritatem ferre molitetur, vt agri qui bello, & armis capti fuerãt, inter oẽs æqualiter diuiderent, à Scipione Naſica interẽptus eſt: erat. n. lex illa magnæ ſeditionis cauſa, quia nobiles de poſſeſſione cedere cogebãtur; itaq; cum magnæ Tyberii opes, & legem omnino laturus eſſet, quã populus quod ſibi conducibilem fore videbat, libenter acciperet, Scipio Naſica videns id fieri contra Rempub. tergiuerſantesq; Cõſules, inquit. Quicunq; vult Rempublicam eſſe ſaluã, ie me ſequaẽ, & ita fractis ſubſellijs impetum fecit in roſtra, & vno ictu Tiberium occidit, haud ita multo poſt Ca. Grac. Tiberij fratris effigiem vidit in ſomnis dicentis, quantum uellet cunctaretur, tñ eodẽ ſibi letho, quo ipſe interiiſſet, eſſe pereũdũ, idq; Cœlius tradit, ſe ab eodẽ C. Graccho audiuiſſe, antequã Tribunus plebis factus eſſet, q̃ etiã euenit: cum. n. creatus Tribunus plebis factus eſſet, q̃ etiam euenit: cum. n. creatus Tribunus eſſet, multas leges Senatui pernitioſas tulit, inter quas & frumentariã, quæ iubebat, vt ſemiſſibus, & trientibus frumẽta plebi diuiderentur, alteram agrariam, eandem, q̃ & frater tulerat tertiam quoq;, ut ſexcenti Equites miſcerẽtur Senatoribus, & Equeſtrem ordinem ita peruertit. Hic continuato magiſtratu, & latis legibus oĩa cõplẽs, in Italiã Colonias deduxit, & vnam in ſolo dirutæ Carthaginis, quo ipſe Triumuir Coloniam deduxit, deniq; ſeditioſus cum Auẽtinum montẽ cum multitudine armata occupaſſet à L. Opimio Conſ. qui populũ ad arma conuocauit, occiſus eſt, & ita ſomnium adimpleuit. De Gracchis multis in locis dicturi ſumus, vt res poſtulabit, itaque narrabitur hiſtoria fortaſse pro diuerſa authorum ſnĩa. [Quo ille] Nam ſicut ille à Scipione cęſus eſt, ita hic à L. Opimio Cõſ. interfectus. [Cęlius.] Hoc ſomnium authoritate Cęlii probat.

Lex frumentaria.

Ascan. C Aio autem. Argumentum patet, nec ordo obſcurus eſt, ne nihil tñ dicam, ita retexitur. Autẽ p ſed, atrocitas caſus. (q̃ ob leges populares occiſus eſt à Lucio Opimio Cõſ.) [Imminẽtis] Caio Graccho eſt denũciata ipſi Cai. Grac. palàm, & apertè per quietẽ. i. in ſomniis. Enim pro quia, ipſe preſſus ſomno. Vidit effigiem. i. ſimulachrum Tiberii Gracchi fratris ſui, dicentis ſibi, eum nulla. i. non ulla, non. ſ. poſſe vitare vlla ratione, ut nõ periret, eo fato. i. genere mortis fatali (vt hæc ſentit minus Catholicæ fidei conuenienter) quo ipſe occidiſſet (ab occidẽdo media breui) i. occubuiſſet cæſus à Scipione Naſica, ut prius dictum eſt. Multa audiuerunt, id ſ. ſomnium, ſc dictum iaſſio à Graccho ſ. Caio, priuſquam iniret Tribunatum. i. priuſquã factus eſſet Tribunus plebis in quo Tribunatu habuit exitum fraternum, i. ſimilem accepit necem, Cęlius etiam certus author Rom. hiſtoriæ ſcribit ſermonem de ea re peruenisse ad aures ſuas, illo ſ. C. Grac. adhuc viuo manente.

DE CASSIO PARMENSI.

*Vincit huiuſcemodi * ſomnii dirũ aſpectum, quod ſequitur, Apud Actium M. Antonii fractis opibus, Caſſius Parmenſis, qui partes eius ſecutus fuerat, Athenas confugit, vbi cõcubia nocte, cum ſolicitudinibus, & curis, * mente ſopita, in lectulo iaceret, exiſtimauit ad ſe venire hominẽ ingentis magnitudinis, coloris nigri, ſqualidum barba, & capillo demiſſo, interrogatumque quiſnam eſſet, reſpõdiſſe κακοδαίμονα. Perterritus deinde tam tetro viſu, & nomine horrendo, ſeruos inclamauit, ſciſcitatuſq; eſt, ſi quem talis habitus: aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidiſſent: quibus affirmãtibus neminem illuc acceſſiſſe: iterum quieti, & ſomno ſe dedit: atq; eadem animo eius obuerſata eſt ſpecies. Itaque fugato ſomno, lumen inferri iuſſit, pueroſq; à ſe diſcedere vetuit. Inter hanc noctem, & ſupplicium capitis, quo eum Cæſar affecit, paruulum admodum tempus interceſſit.*

* Patercul. 2. & Porphirio.

* De Bruto eadem penè refert Plutar. & Cęſa. & Appia. li. 4.

Oliv. C Aſſius Parmenſis] Deuictis Antonio, & Cleopatra apud Actium promontoriũ, ut ſupra dictum eſt, Caſſius hic qui ſecutus erat Antonium, timens exitium ne. ſ. occideretur ab interfectoribus, quos miſerat Octauianus: vt perſequeretur oẽs, qui ſibi aduerſi fuiſſet, Athenas profugit, & ſe in diuerſorio quieti dedit, ibi hęc horrida ſomnii ſpecies obuerſata eſt, ſibi mortẽ paulo poſt futurã denũcians: [Cõcubia] Prima parte ſomni, cum non conculcata, ſ. nox intempeſta eadẽ ferme eſt ve-

ſupra diximus. [Solicitudinibus] Solicitudines, & curæ ſæpe ſomnum excitãt, ſæpe & debilitato corpore in ſomnum reſoluunt, ſicut et hoc loco. [Demiſſo] Vſq; ad pect⁹ demiſſa barba, tale quiddam viſum eſt Bruto in campis Philippicis, vt in eius vita Plutarchus tradit κακοδαίμονα. Malum dæmonẽ, duo ſunt ſpiritus, qui dantur homini, bonus, & malus, bonus ratione vocabuli dæmon appellatur, nam dæmon apud græcos intelligentiã ſignificat, & ita intelligitur bonus angelus, nam κακὸς malum ſignificat, unde Virg. quiſq; ſuos patimur Manes, quia vt inquit Ser. cum naſcimur duos genios ſortimur, hoc eſt duos ſpiritus, vnum qui hortatur ad bona, alterũ q deprauat ad mala, quibus aſſiſtentibus, aut adducimur ad meliorem uitam, aut condemnamur ad deteriorem. [Iterum ſequenti] Quaſi p ſomnium deluſus eſſet. [Fugato] pulſo, Hic autem non multo poſt tempore à ſatellitibus Oct. occiſus eſt.

Genius malus.

Ascen. Vincit, &c. Aſſert dirius ſomnium, dicens: Somnium ſup. quod inſequitur. ſ. Caſſij Parmenſis. i. ſuperat dirũ aſpectum huiuſcemodi ſomnii, qđ factum eſt Graccho, vt dictum eſt. Opibus M. Ant. fractis apud Actium Epiri promontorium, ubi cum Cleopatra ab Auguſto uictus eſt. (Vnde Maro Aen. 8. In medio Claſſis æratas Actia bella cernere erat, totũq; inſtructo Marte videres Feruere Leucatem, &c.) Caſſius Parmẽſis, qui ſecutus fuerat partes eius. ſ. Ant. confugit Athenas, ubi cum iaceret in lectulo, nocte concubia. i. alta. qua mortales ſimiliter rẽquiẽ capere ſolent, mẽte ſopita. i. inuoluta ſolicitudinibus & curis, quia timebat arma Aug. uictoris, & partes, Ant. pſequentis, exiſtimabat hoiem ingẽtis magnitudinis coloris nigri, ſqualidum barba. i. habentem barbam ſqualidam. i. ſqualore, & ſitu immũdam, & capillo demiſſo, ut habent qui in carcere diu detenti ſunt, & exiſtimauit eum interrogatum, quiſnam eſſet, reſpõdiſſe κακοδαίμονα cacodæmona. i. malum dæmonem. i. genium eius malignum, deinde perterritus (pulchrè mutat dicendi ſtylum. Nam de ſuperioribus, qui in ſomniis verſati ſunt, dixit, exiſtimauit, de ijs quæ vigili cõtingeret, vt de certis loquiſ) viſu tam tetro, & nomine horrẽdo, quale eſt cacodæmon inclamauit. i. intro ad ſe cum clãmore vocauit, ſeruos, & ſciſcitatus. i. poſtq̃ diſquiſiuit, ſi vidiſſent quẽ. i. aliquẽ talis habitus. i. figuræ & ornatus intrantẽ cubiculũ. ſ. ſuum, aut exeuntem, quibus. ſ. ſeruis affirmãtibus neminẽ acceſſiſſe illuc. i. in cubiculũ eius (vnde cõſtat Caſſium cum ſibi tã anxiè timeret, ſeruos habuiſſe pro foribus cubiculi excubãtes. Alioqui id ſciſcitari nõ decuiſſet) dedit iterum quieti, & ſomno ſe. i. iterum obdormiuit, atq; eadẽ ſpecies eſt obuerſata. i. obiecta animo eius. Itaq; ſomno fugato. i. per vim excuſſo, iuſſit lumẽ introferri, & voluit pueros. i. ſeruos ſuos diſcedere à ſe. Tempus admodum paruulum interceſſit inter hanc noctem, & inter ſupplicium capitis, quo Cæſar. ſ. Auguſtus affecit. i. mandauit afficiendum, eum. ſ. Caſſium.

Textu. Quo ipſe occidiſſet] Aliqui Codices antiqui legunt, quo ipſe propulſus eſt Capitolio occidiſſet. [Supplicium capitis.] Caſſius Parmẽſis in partibus Bruti, & Caſſii Trib. militum fuit; quibus victis Athenas ſe recepit. Q. Varius ab Aug. miſſus, vt eum interficeret, ſtudentẽ reperit, eoq; perempto, ſcrinium cum libris tulit, unde multi crediderunt Thyeſtem Caſſii Parmenſis fuiſſe, ſcripſerat. n. multas alias tragœdias Caſſius, vt author eſt Porphyrius, necem ſibi maturauit quadã epiſtola, qua non tantum, vt piſtoris, ſed vt Nummulari nepotem taxabat Auguſtum. Plin. inter authores habet etiam Caſſium, cuius acre ingenium laudat Horatius ad Tibullum. Quid nunc te dicam facere in regione Pedana, ſcribere quod Caſſi Parmenſis opuſcula vincat?

DE ATTERIO RVFO.

Propioribus tamen (vt ita dicam) lineis Atterii Rufi Equitis Romani: ſomnium certo euentu admonitum eſt: qui cum gladiatorium munus Syracuſis ederetur, inter quietem Retiarij ſe manu confodi uidit, idq; poſtero die in ſpectaculo conſeſſoribus narrauit. Incidit deinde: vt proximo ab Equite loco Retiarius cum Mirmillione introduceretur: cuius cũ faciem vidiſſet, idem dixit ab illo ſe Retiario trucidari putaſſe, protinusq; inde diſcedere voluit. Illi ſermone ſuo metu eius diſcuſſo, cãm exitij miſero attulerunt. Retiarius. n. in eum locũ compulſo Mirmillione, & abiecto, dum iacẽtẽ ferire conatur, trãſiectũ gladio Atteriũ interemit.

Oliv. Propioribus tamen] Quamuis ſomnium, quod ſupra dixi certis admonitionibus declaratum fuerit, tñ qđ ſequitur certioribus denunciatum fuiſſe vr. [Lineis.] Spaciis, ideo quia paruum interuallum fuit ab eo, quod viderat, ad id, quod poſtea fuit, quẽadmodum linea breuiſſimũ ſpaciũ eſt, iõ oſtendere voluit paruum admodũ interuallum fuiſſe ab eo, quod vidit, ad, id quod poſtea ſenſit [Gladiatorum munus] Quiddã ludos funebres edebat in honorẽ patris ſui, qui gladiatores dimicãtes protulerat, & hoc erat, quaſi ad inferias mortuorum, exiſtimabãt. n. ſi ſanguinẽ effudiſſent ad vmbrarum expiationẽ pertinere. Gladiatores autẽ dicebant, q ſingulari certamine dimicabãt gladiis, donec aut occideret alter, aut ſe victum fateretur. [Retiarii] Gladiatorum alter Mirmillio, alter Retiarius dicebatur: Retiarius pugnabat aduerſus Mirmillionẽ: & teſte Feſto ita dicebat; nõ te peto, ſed piſcẽ peto, qđ me fugis? Gallicè Mirmillonicum genus eſt armaturę Gallicę, ideo & Galli Mirmilliones ſunt appellati, iõ autẽ piſcẽ dicit, quia in eorũ Galea piſcis effigies erat, illud aũt Gallicæ armaturæ genus à Pittaco Mityleneo, vno ex ſeptẽ ſapientibus primo inuentum fuiſſe traditur, cum dimicaturus eſſet cõtra Frinonem quendã Athenienſem pro finibus patriæ, occultabat igitur Pittacus ſub clipeo rete quoddã, quo deinde iacto Frinonẽ ſic implicuit, vt ſe mouere non poſſet, & ita victus eſt, vnde Iuuen. Vicit & hoc monſtrũ tunicati fuſcina Gracchi. Itẽ alibi. Inter Pinarpi iuuenes, iuuenesq; laniſtæ: ergo ſi piſcem, in apice Galeæ gladiatores geſtabant, rectè vtebantur retibus, quibus capiuntur piſces. [Narrauit] An ſcitis inquit, quid ego viderim in ſomniis me. ſ. à Retiario occidi. [Diſcuſſo] Quia illum metuere vetuerunt.

Gladiatores.

Retiarius.

Mirmillonicum genus armaturę.

Ascen. Propioribus tñ, &c. Aſſert exẽplum ſomnii quod Atterio cõtigit, dicitq;, vt exẽpla inter ſe cõnecteret. Tñ. i. tametſi multũ cõforme fuit Caſſii cũ ſomnio exitus, tñ ſomniũ Atterii Rufi Equitis Romani. i. q erat de ordine Equeſtri Romæ, admonitũ eſt certo euẽtu, lineis. i. ſpaciis tpum, q̃ p lineas i horologiis agnoſcunt, q à agit, metaphora eſt dicit, vt ita dicã propioribus. i. vicinioribus, quia minus erat ſpacii inter admonitionẽ, & euẽtum, q̃ in Caſſio. Qui. ſ. Atterius cum munus. ſ. ſpectaculũ populo quaſi muneri exhibitũ gladiatorium. i. quo duo gladiatores iter ſe certare ſolebãt, qb⁹ noia ex officio erãt Mirmilio, &c. Retiarius. Mirmillio aũt piſcẽ in galea habebat, quẽ Retiarius capere nitebat dicẽdo ſubinde, piſcẽ peto, te non peto, cur me fugis Galle? ederetur Syracuſis. i. in ea urbe Sicilię principe, in qua tunc erat Atterius, vidit inter qetẽ. i. cũ dormiret, ſe cõfodi manu Retiarii, & narrauit cõſeſſoribus. i. iis cum quibus ſedebat, poſtero. i. ſequẽti eã noctem die, in ſpectaculo, id. ſ. viſum, aut ſomnium ſuum, deinde incidit. i. forte accidit, vt Retiarius cum Mirmillone. i. par illud gladiatorum introduceretur. ſ. in arenam, hoc eſt ſpatium medium. Ad vſum certantium relictum, loco proximo ab equite. i. ab eo in quo Atterius eques ſedebat, cuius. ſ. Retiarii, cum idem. ſ. eques Rom. vidiſſet faciem dixit ſe putaſſe trucidari ab illo Retiario, & voluit protinus diſcedere inde. i. ab illo loco, aut ſpectaculo illi. ſ. conſeſſores, qui illud audiuerãt, metu diſcuſſo. i. ablato, hoc eſt poſtquã ademerant illi metum ſermone ſuo, aſſerentes videlicet, ſtultum eſſe adhibere fidem ſomniis, ſeq; cauturos, ne q̃s illi vim inferret Retiarius, attulerunt miſero cauſam exitij. Enim pro quia, Mirmillione compulſo. ſ. per fugam in eum locum, ubi eques ſedebat, & abiecto. i. lapſo, ad defenſionẽ ſui amoto, aut lege obiecto. i. itum. Retiarius dum conatur ferire iacentẽ. ſ. Mirmillionem, interemit Atterium traiectum gladio. Ergo gladium quoq; non ſolum rete tenebat Retiarius.

EXTERNA.

DE ANNIBALE.

Annibalis quoq; vt deteſtandum Romano ſanguini, ita certæ prædictionis ſomniũ, cuius non vigiliæ tantum, ſed etiam ipſa quies, hoſtilis Imperio noſtro fuit: hauſit enim propoſito, & votis ſuis conuenientem imaginem, exiſtimauitq; miſſum ſibi à Ioue mortali ſpecie excelſiorem iuuenem, inuadendæ Italiæ ducem: cuius monitu, primo veſtigia, nullam in partem ſecutis oculis, moxq; humani ingenij prona voluntate vetita ſcrutandiponè reſpiciens: animaduertit immenſæ magnitudinis ſerpentem concitato impetu, omne quidquid obuium fuerat proterentem: poſtque*

* Liu. lib. 21. & Cice. li. 1. de diui.

eam

tam magno cũ cęli fragore erumpentes nimbos, lucemq́; caliginoſis inuolutam tenebris. Attonitus deinde quidnam eſſet monſtri, acquid portenderet: interrogauit. hic Dux: Italiæ vides, inquit, vaſtitatem, proinde ſile, & cętera tacitis permitte fatis.

OLIV. HANNIBALIS quoq;.] Narrat Hannib. ſomniũ Liu. ſecũdi Pun. bel. lib. 1. in quiete dicit, Iuuenẽ ab eo viſum fuiſſe diuina ſpecie, qui ſe à Ioue diceret ducẽ in Italiá Han. miſſum, proinde ſequeretur, neq; eſquá à ſe deflecteret oculos, pauidum primo nuſquá circumſpicientem, aut reſpiciẽtẽ ſecutum, deinde cura humani ingenii cum quidnam id eſſet, quod reſpicere vetitus eſſet, agitaret aĩo, temperare oculos aĩo nequiuiſſe, cũ uidiſſe poſt ſe ſerpentem mira magnitudine cum ingenti arborum, & virgultorũ ſtrage ferri, ac poſt inſequi cum fragore cœli nimbum, tum quæ moles ea, quidue prodigii eſſet quærentẽ, audiuiſſe vaſtitatẽ Italiæ eſſe, pergeret porro ire, nec vltra inquireret, fineretq́; fata in occulto eſſe. Cic. lib. de diui. Hannibalem, inquit cũ cœpiſſet Saguntũ, uiſum eſſe in ſomnis à Ioue in Deorũ cõcilium vocari, quo cum ueniſſet, Iouem imperaſſe, ut Italiæ bellũ inferret, ducemq́; ei vnũ ex concilio datum, quo illo vtẽte rũ exercitus ꝓgredi cœpiſſet, ne reſpiceret imperaſſe, illũ aũt diutius ferre nõ potuiſſe, elatumq́ue cupiditate reſpexiſſe, tum uaſtã beluã, & immanẽ uiſam circũplicitã ſerpentibus, quacunque incederet, oĩa arbuſta virgulta tecta peruertere, & eũ admiratũ quæſiſſe de Deo, quidnã illud eſſet tale mõſtrum, & Deum rñdiſſe, Italiæ eſſe vaſtitatẽ, ꝓcepiſſeq;, vt pergeret protinus, quid retro, & à tergo fieret ne laboraret. [Vigiliæ.] Non ſolũ dum uigilaret, ſed etiã, dũ quieſceret, agitabat animo peſtẽ Italiæ inferre. [Hauſit.] Vidit. Haurio Polyſemus

Haurio. ſermo eſt, multa n. ſignat, aliqñ ferio. Virg. Et latus hauſit apertum, aliqñ video, ut habriat nunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus, interdũ audio, ut Vocẽque his auribus hauſi, plerũq; ſorbeo, ut ille impiger hauſit ſpumantẽ paterã & pleno ſe proluit auro, quãuis ibi Ser. dicat hauſit, accepit, ergo pro loci qualitate accipiendũ eſt. [Excelſiorẽ.] Auguſtiorẽ mortali habitu. [Secutus oculis.] Quod humani ingenii propriũ eſt, vt nitatur in uetita. [Pone.] Poſt. Proterentẽ. ꝓcultantẽ, ſoĩa proſternentem. [Nimbus] vẽtus cũ pluuia. ſed interdũ pro nube ponit, ut Virg. Heu quid nã tãti cinxerunt æthera nimbi. aliqñ pro pluuia, ſiue imbri, ut denſus ruit æthere nimbus. Fragore. Tonitru, & ꝓpriè fragor dr̃ fractarum rerũ ſonitus ſiue ſtrepitus. [Portẽderet] Signaret. Hinc portẽta dr̃, quæ aliqd futurũ ſignãt. [Permitte fatis.] Reliquas Diis ſolicitudines, nihil aliud dicere voluit, niſi vt fata Carthaginẽſiũ in occulto relinqueret: nã ſi huius belli exitus declaraſſet, nulli dubiũ, qđ ab incepto deſtitiſſet.

ASCEN. HAnnibalis, &c.] Proſequitur externa, & primo de Han. dicens. Somniũ quoq; Han. Ducis Carth. ut. i. quẽadmodum ſup. fuit deteſtãdũ ſanguini R. ita ſup. fuit certi. i. non fallentis, nec falſæ prædictionis. i. prænunciationis. Cuius. ſ. Hannib. nõ tm̃ uigiliæ, ſup. fuerũt hoſtiles, ſed eſt ipſa quies. ſ. dormitio fuit hoſtilis, Imperio noſtro. i. Rom. n. pro quia, ipſe hauſit. i. auide accepit in quiete imaginẽ. i. phantaſticã repſentationẽ, cõuenientẽ propoſito, & notis ſuis, exiſtimauitque iuuenẽ excelſiorẽ ſpecie mortali, miſſum ſibi à Ioue ducẽ Italiæ inuadendæ, cuius. ſ. iuuenis monitu, nullã. i. nõ vllã, nõ ſecutus in vllã partẽ veſtigia ſup. eius, hoc eſt iuuenis. i. à principio oculis. i. conuerſione oculorum ad ueſtigia eius, hoc eſt quẽ iuuenẽ primo ſecutus eſt nullo modo obſeruãdo ueſtigia eius, nec inueſtigando oculis quis eſſet (Sunt qui legant ſecutis, ut ſit oculis Hannib. ſecutis. i. ſequentibus in nullã partem primo) mox. i. paulo poſt reſpiciens (ſi eſſet ſecutis legendum, legerẽ & reſpicientibus) pone. i. poſt ſe, uolũtate ingenii humani prona. i. inclinata aut appetente, ſed benè dedit adiectiuo prona gerundiũ in diſcernendi vetita, animaduertit ſerpentẽ immẽſę magnitudinis proterentẽ. i. ante faciẽ eius terentem, & proculcãtem impetu cõcitato, omne quidquid fuerat obuiũ, & ita indicauit Han. ſimiliter faciendũ poſt. i. & poſt animaduertit poſt eum. ſ. ſerpentẽ [Nimbos.] id eſt ventos pluuios erumpentes cũ magno fragore cœli. i. æris, hoc eſt cũ magno tonitru, & lucẽ. i. fulgentem inuolutam tenebris caliginoſis, deinde attonitus. ſ. ex tam horribili rerum facie, interrogauit, quidnã mõſtri eſſet, & quid portenderet. i. in futurum tenderet, & præmõſtraret. hic. i. tunc dux. ſ. qui apparuerat ẽ prius, ut iuuenis diuina ſpecie, nunc ut ſerpens formidabilis, inquit, tu uides uaſtitatem. ſ. amplitudinem Italiæ ſic obruendã, aut uaſtationem Italiæ, per te futurã,

proinde. i. ideo ſile, & permitte cætera fatis tacitis. i. non diuulgatis per te, aut tacitis. i. tacendis, vt diues inacceſſit ubi ſolis filia lucos, &c. i. non accedendos, & aut illaudati neſcit Buſiridis aras. i. non laudandi, aut nihil quod laudis eſt habentis. Aut lege, tacitus, ut ſit, tu tacitus permitte cętera fatis.

DE ALEXANDRO.

*QVAM benè Macedoniæ * Rex Alexander per quietem viſa imagine præmonitus erat; ut uita ſuæ cuſtos eſſet diligentior: ſi eum etiam cauendi periculi conſilio fortuna inſtruere voluiſſet. Namque Caſſandri peſtiferã ſibi dexteram ſomnio prius cognouit: quàm exitu ſenſit: exiſtimauit enim ſe ab illo interfici cũ eum nunquam vidiſſet. Interpoſito deinde tempore: poſtquam in conſpectum veniſſet: nocturni metus patefacta imagine, vt Antipatri filium eſſe cognouit: adiecto uerſu Græco, qui fidem ſomniorum eleuat, præparati iam aduerſus caput ſuum veneficii, quo occidiſſe Caſſandri manu creditur, ſuſpicionem animo repulit.*

* Cætera Plut. in vita.

OLIV. QVAM bene Macedoniæ Rex Alexan.] Alexander Macedo vidit in ſomniis imaginem neſcio quam eum admoͦentem, ut diligentior eſſet ſuæ uitæ cuſtos, qm̃ peſtifera Caſſandri manu periturus eſſet, quod etiã factum eſt. Nam Iolaus Caſſandri frater pincerna erat Alexandri, & nuper uenerat, ita ꝙ facultatẽ dedit accuſare uolentibus Caſſandrum & nõnulli proximè uenerant, qui dicerent. [Antipatrem cũ filiis egiſſe. [Vt Alexandrum veneno necarent: ꝙ cum illi dicerent præſente Caſſandro, tum ille quid audes, inquit, dicere, hoĩes, qui tam procul uenerunt, nulla nobis iniuria affectos cauillari, & inde, inquit, eo magis, quia procul uenerunt ſcire nõ poſſimus, quid indicant, hic eſt, inquit, illa Ariſt. Ironia qua utit ut in utrãque partem arguat, inde cũ vidiſſet Caſſander more priſco adorari Alexand. quia res noua eſſet, riſu ſtatim proſecutus eſt Ale. indignatus capillis manibus iniectis, ipſum ter quaterq; terræ colliſit. Haud multo poſt, ſicut antea dictum eſt ex Antiocho Rege Caſſander poculum uenenatum Alexandro propinauit. Venenum aũt frigidam aquã fuiſſe de Nonacride regione, quæ guttatim de petra ſtillat, quæ aqua non niſi in vngulis equi, uel aſini deferri poteſt, hanc aquã cum hauxiſſet Alexander, ſubito dolore perfuſus eſt. Alexander natus eſt anno ab vrbe condita, CCCLXXXV. teſte Soli. capit. de Aſia, quo die flagrauit tẽplum Dianæ Epheſiæ. Cicero de natura deorũ, libro ſecũdo. Diana cum in partu Olympiadis adeſſe uoluiſſet domo abſuit. De cuius morte Iuſtinus lib. 7. Plin. & Herod. ſed in primis Plut. in uita Alexandri. Ab illo Caſſandro. erat. n. Antipatris filius, qui paulo poſt ſomnium uenit, ſed antequam ueniret, illum in ſomniis uiderat. [Adiecto verſu Græco.] Sunt qui dicunt hunc fuiſſe uerſum.

Eleuat minuit, translatio, ut diximus, à cumulo, dicit autem credendum non eſſe.

ASCEN. QVam benè, &c. Recitat ſomnium Alexandri Macedonum Regis, quo monitus quidem fuerat periculum uitare, ſed conſilium uitandi defuit, quia fidẽ nõ adhibuit. Duplex. n. eſt donum Dei, ſcire quid uites, aut facias, & conſilium, ac animus vitandi, ſeu faciẽdi. Et cõtra aliud eſt uerum ꝓdicere, aliud ꝓdictis fidẽ mereri. Vnde de Caſſandra dr̃ Aen. 2. Tunc etiã fatis aperit Caſſandra futuris, Ora dei iuſſu nõ vnquam credita Teucris. Ordo eſt. Quàm, i. ò quantum benè præmonitus dico erat Alexander, ſ. magnus Rex Macedoniæ, imagine uiſa per quietem. i. dum dormiret, pręmonitus dico erat: ut eſſet diligentior cuſtos vitę ſuæ, quia dictum ei erat, ꝙ potio lethalis per Caſſandrum afferebatur, ſi fortuna uoluiſſet, inſtruere eum etiã conſilio. i. propoſito, & uoluntate per donum conſilii, cauẽdi. i. fugiendi periculi. Namq; prius cognouit ſomnio. i. in ſomnio & ſimulachro ſibi oblato per ſomnium, dexterã Caſſandri peſtiferam. i. afferentem peſtẽ. i. potionẽ lethalem, q̃ ſenſit. i. percepit exitu. i. euentu ſuper dexteram eius. Enim pro quia, ipſe exiſtimauit ſe interfici ab illo. ſ. Caſſandro, cum nunquam uidiſſet eum. Deinde tempore. ſ. aliquanto interpoſito: poſtquam ueniſſet in conſpectũ. ſ. Alexandri, imagine nocturni metus patefacta, i. cum agnouiſſet, illum eſſe, à quo interfici uiſus fuerat, ut. i. poſtquã cognouit ſup. Caſſãdrum eſſe Antipatri filium, adiecto uerſu Greco qui eleuat. i. diminuit, & minoris facit fidem ſomniorum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

hiorum.i.quę de ſomnii eſſe poſſit,repulit aīo. i.reiecit ex animo ſuſpitioné veneficii . ſ. potionis lethalis, & in moré veneni necantis,quá Stygiæ aquæ partem fuiſſe traditum eſt,præparati, iam,quia allati à Caſſandro,aduerſus caput ſuú. ſ.in perniciem vitæ eius,quo,ſ.veneficio,aut venenata potione ,creditur occidiſſe.i.occubuiſſe,manu Caſſandri.ſ.ipſum porrigentis.

DE SIMONIDE POETA.

Cic.lib. 1. de diui.

LONGE indulgentius * Dij in Poeta Simonidè, cuius ſalutarem inter quietem admonitionem conſilij firmitate roborauerunt. Is enim, cum ad littus nauem appuliſſet , inhumatumq́; corpus iacens, ſepulturæ mandaſſet, admonitus ab eo, ne proximo die nauigaret,in terra remāſit : qui inde ſoluerāt,fluctibus, & procellis in conſpectu eius obruti ſunt. Ipſe lætatus eſt,quod vitam ſuam ſomnio, quàm naui credere maluiſſet. Memoriam autem beneficij elegantiſſimo carmine æternitati conſecrauit: melius illi, & diuturnius,in animis hominum ſepulchrum conſtituens,quàm in deſertis, & ignotis arenis ſtruxerat.

OLIV. LONGE indulgentius] Hoc ſomniū Cic.lib. de diu.refert,dicit.n.Quid illa duo ſomnia , quæ celeberrimè cōmemorātur à Stoicis ? quis tandem poteſt contēnere,vnū de Simonide?qui cum ignotū quendā proiectum mortuum vidiſſet, eumq́; humaſſet, haberetq́; in animo nauim conſcendere,monere viſus eſt,ne id faceret,ab eo quem ſepultura affecerat,ſi nauigaſſet eum naufragio eſſe periturum: itaq; Simonidē rediiſſe,periiſſe cæteros,qui tum nauigaſſent.[Indulgentius,]Indulgentiores fuere Dii in Simonidem, q̄ in Alexandrum Simonides Liricus fuit,à quo Simonidia metra dicūtur. [Cōſilii firmitate] non.n.ſatis erat in ſomniis prædixiſſe exitium, niſi etiá prædictum caueret, nam prædictio mali,magis nocet , niſi cautio adhibeā [Roborauerunt]dū admonitioni,q̄ viderat in ſomniis,conſilium adhibuit. [Aeternitati] Quia Liricum carmen ſcripſit,cuius poſtea per aliquot annos memoria manſit diuturnior.Iuxta illud Propertii . At non ingenio quæſitū nomen ab æuo.Excidet ingenio,ſtat ſine morte decus . [Ignotis.] Peregrinis.Virg. Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

Simonides.

ASCEN. LOngè indulgentius . Ordo eſt. Dii ſup.egerunt,aut fecerunt,aut præmonuerunt , indulgentius. i. affectantius illi opitulando,in Simonide ſup.Poeta,q̄ in Alexandro,quia in Simonidem ſimul,& prænoſcēdi periculi beneficiū, & fugiēdi conſilium cōtulere,in Alexandrum tm̄ prænoſcēdi. Vnde addit.Cuius.ſ.Simonidis Poetæ admonitioné ſalutaré.i.ſalutiferā inter quieté.i.factā inter quieſcēdum,roborauerunt.i.ſtabiliuerunt,& confirmauerunt, firmitate conſilii. Enim pro quia , is.ſ. Simonides,cùm appuliſſet nauē ad littus,& mādaſſet ſepulturæ corpus iacens . ſ. in littore naufragio facto à mari eiectum , inhumatum. i. inſepultum, admonitus ab eo. i. eius corporis vmbra,aut ſpiritu (p ſomnium, aut ſomnum, vt quidā textus hēt ſed vacat,cum prius dixerat inter quieté) ne nauigaret die proximo.i.proximè futuro,remanſit in terra:illi qui ſoluerunt naues inde. i. ab ea terra. i. qui eo die nauigabant , obruti ſunt.i.ſepulti & cooperti fluctibus,& procellis.i. vndis impetuoſis,& ventoſis,in conſpectu eius. ſ. Simonidis,ſtantis adhuc in littore. Ipſe.ſ.Simonides lætatus eſt, quod maluiſſet credere. ſ. cōmittere quaſi fidei,ſomnio.i. viſioni nocturnæ , quā naui vitā ſuam. Aut pro ſed. ipſe cōſecrauit æternitati memoriā bñficii. ſ. accepti ab eo,quē ſepelierat,carmine elegātiſſimo,cōſtituens.illi.ſ.defuncto, ſepulchrū melius,& diuturnius in aīs hoīum,quā ſtruxerat. ſ.prius in arenis deſertis,& ignotis, hoc eſt in littore pegrino.

Aegina

THEO. PEr ſomnium admonitus] Vetuſta quædā exemplaria, non hñt illa verba per ſomnium . Sed duntaxat ab eo admonitus.Memoris antiqui codices legūt. Memor autem, ut Verbum conſecrauit ad vmbram referas, à qua monitus.

DE CROESO.

* Hero. lib. 1.

EFFICAX & illa quietis imago, quæ Crœſi Regis animum maximo prius metu, deinde etiam dolore confecit. Nam è duobus filiis, & ingenti agilitate,& corporis dotibus præſtantiorem, imperiiq́; ſucceſſioni deſtinatum Atym exiſtimauit ferro ſibi ereptū. Itaq; quidquid ad euitandam denunciatæ cladis acerbitatē pertinebat,nulla ex parte patria cura ceſſauit auertere . Solitus erat iuuenis ad bella gerenda mitti: domi detentus eſt . Habebat armamentarium omnis generis telorum copia refertum : id quoq; amoueri iuſſit . Gladio cinctis comitibus vtebatur : vetiti ſunt propius accedere , neceſſitas tamen aditum luctui dedit . Cum. n. ingentis magnitudinis aper , * Olympi montis culta crebra cū agreſtium ſtrage vaſtaret,inuſitatoq́; malo Regiū imploratum eſſet auxilium : filius à patre extorſit , vt ad eum opprimendum mitteretur : eo quidem facilius , quòd non dentis,ſed ferri ſæuitia in metu reponebatur. Verū dum acri ſtudio interficiendi ſuem omnes ſunt intenti , pertinax caſus imminentis violentia lanceam, petendæ feræ gratia miſſam,* in eum detorſit : & quidem eam potiſſimum dexteram nefariæ cædis crimine voluit aſpergi, cui tutela filij à patre mandata erat: quamq́; Crœſus imprudentis homicidij ſanguine violatam (hoſpitales veritus Deos) ſupplicem ſacrificio explauerat.

* Olympus hic Myſiæ.

* Adraſtum intelligit.

OLIV. Crœſi ſomnium.

EFFICAX illa.] Crœſus rex Lidię duos filios habuit, vnum mutum,alterum incolumé,pr autē uidit in ſomnus illum , q̄ vocalis erat ferro periturum eſſe:curauit igit̄,vt omne telum remoueret ab eo, ipſum aūt cum æqualibus ſuis , cū quibus viuere conſueuerat ſine telo eſſe uolebat , denique eum nihil agere permittebat , quo poſſet ferro perire,fortè ita accidit, vt eo tpe aper immenſæ magnitudinis totam illam regionem vaſtaret, agreſtes verò ad Regiam conuenere,petentes Atym,qui venatione delectabatur,quibus Rex ita rñdit: inſtrumenta ſe quidē daturum,retia, & canes:filium verò nō cōceſſurum metuens ſomnium,q̄ viderat.Eodem tpe vir quidā externus ad Crœſum venerat rogans Regem , vt cædem ſuā expiaret.Interrogatus quis eſſet,& vnde veniſſet,rñdit,Adraſti filius ſum vel ut alii dāt Midegordi, fratrem meum inuitus occidi, & à patre pulſus rebus oībus priuatus: tum Rex miſericordia captus,eum cæde expiauit,& in Regno retinuit;deinde Adraſti (ſic.n.de noīe patris appellabatur) cognita induſtria, Rex ei filium Atym commendauit , Sed cum tandē precibus agreſtium victus eſſet Rex,ut filium concederet,miſit in venationé, Adraſto prius magnopere commendatum, forte caſus ita tulit, vt hūc adoleſcentem in venatione verſantem. Adraſtus cum haſtam torqueret in aprum infęliciter Atym medium tranſfixerit , & occiderit,qui cum mortuus ad patrem delatus eſſet in magnos queſtus , lacrymaſq; reſoluitur pater , & ipſum præcipue accuſabat Adraſtum,quod cui filium depoſitaſſet , is potiſſimum occidiſſet. Adraſtus ſe nihil purgans, mortem non reſpuebat . Rex ubi uidit illum caſu , non uoluntate cædem illam perpetraſſe,& ppea inpatienter dolentem, eūa donauit,quantum in ſe fuit,ſed cum funus Atys proſecutus eſt Adraſtus in eius ſepulchro ſeipſum quaſi inferias occidit . [Deſtinatum.] Deputatum. Virg. Et qui pro deſtinat aræ: [Stragæ.] quia multi agreſtes peribant,nam ſtrages dicitur cæſorum corporū ruina. [Nō dentis] Sic quoq; Herod. tradit hac ratione filio conceſſiſſe, vt ad venationem iret,quia,ſcilicet, non dente , ſed ferro moriturum ſomniauerat. [Sacrificio expiauerat] Hic mos à Græcis ſumptus eſt,vt qui homicidium perpetraſſet,a Regibus expiaretur. Ouid.Faſt. Heu nimium faciles, qui triſtia crimina cædis. Fluminea tolli poſſe putatis aqua.

Deſtinare.

ASCEN. EFficax,&c. Affert triſte , ſed uerax ſomnium Crœſi Lydorum Regis ditiſſimi,& ut uideri uolunt,beatiſſimi,dicés. Et,id eſt etiam illa imago,id eſt repreſentatio,aut uiſum quietis,id eſt ſomnii,quæ confecit animum Crœſi Regis, prius maximo metu,deinde etiam maximo dolore,fuit ſup.efficax.i. effectum reddens,q̄ admonuerat . Nam Crœſus exiſtimauit.ſ. ſomniando Atym præſtantiorem de duobus filiis. i.inter duos filios,quos habuit,& ſimul,ingenti agilitate.ſ.corporis,& dotibus ſup.ceteris corporis. Nā agilitas quoq; dos eſt corporis,quia non ex ſpiritu prouenit (nam non pro corporis mole,ſed pro ſpiritus uiuacitate agiles ſumus,) ut diſtinguere dotes corporis ab agilitate , ut inter dotes corporis ſit , quæ a corpore dependent,

dent, ut proceritas.i.pulchritudo, robur membrorũ, ſpecies, &c. præſtantiorem dico, & deſtinatum.i.animo Crœſi addictum, & ut dicunt ordinatum, ſucceſſioni Imperii.i.regni Lydiæ. Itaq; quia id exiſtimauerat, cura patria.i.paterna, nulla.i.non ulla, nõ ceſſauit ex ulla parte, auertere.i.amouere, & impedire quidquid pertinebat ad acerbitatẽ cladis denũciatæ.ſ. in ſomnio imminidam.i.accelerandam. (Textus ferè habet euitandã, ſed contraria ſit ſnia, nam auertere quod euitet eſt nolle euitare) Iuuenis.ſ. Atys ſolitus erat mitti.ſ.à patre, ad bella gerenda, & ſup. poſt ſomnium patris detentus eſt domi. Iuuenis habebat armamentarium. i.repoſitorium armorum refertũ copia ois gñis telorum, pater, ſup.iuſſit id quoq; amoueri.ſ.à filio. Iuuenis utebatur.ſ.prius, comitibus cinctis gladio, ſup. poſtmodũ hi vetiti ſunt accedere propius.ſ. ad iuuenẽ, tũ neceſſitas.i. violẽtia ineuitabilis fati dedit luctui.i.dolori patris, aditũ.i.acceſſum, hoc eſt auſam, & medium quo fieret. Cum .n. aper.i porcus ſiluester ingẽtis magnitudinis uaſtaret.i.deſtrueret, uaſta reddẽdo.ſ. ſata, aut Vineta montis Olympi, qui illic quoq; eſt, nã quatuor in locis ponitur Olympus cum crebra ſtrage.i.proſtratione, & nece agreſtium.ſ.colonorum, qui ipſum pellere, aut interficere ſperabant, & auxilium Regium eſſet imploratum, malo inuſitato.i. contra malum inſuetum, filius extorſit.i.multa prece, quaſi ui obtinuit, ut mitteretur ad opprimendũ eum.ſ.aprum, quidem.i.certè eo facilius ſup.extorſit. Quod nõ ſæuitia dẽtis, quo aper armatus eſt, ſed ferri reponebatur in metu, nam exiſtimauit pater in ſomniis filiũ ſibi ferro ademptũ. Verũ dum oẽs, cum Aty miſſi erant, ſunt intenti acri ſtudio interficiendi ſuẽ.i. porcum ſup. ſiluestrẽ, hoc eſt aprum illum, caſus pertinax uiolentiæ imminentis. i.inſtantis neceſſitarie, hoc eſt à fato prædeſtinatus, detorſit in eum.ſ.iuuenẽ, hoc eſt filium Regis Atym, lanceã.i. haſtam, aut cuſpidinẽ miſſam, gratia feræ petẽdę.i.ut vulneret aprum ferocem, & quidem. i.certe pertinax ille caſus, uoluit eã dexterã potiſſimum.i.præ oibus aliis, cui tutela filii erat mandata à patre, hoc eſt dexteram Adraſti iunioris, aſpergi crimine cædis nefariæ.i.filii eius à quo de parricidio purgatus fuerat, & à quo cuſtodiam filii receperat, quamq;.i.& q̃ dexteram, hoc eſt cuius dexteræ totum, hoc eſt Adraſtum uiolatum ſanguine homicidii imprudentis.i. ab imprudente cõmiſſi, quia imprudens fratrem occiderat. Crœſus ueritus Deos hoſpitales, (quia eum Adraſtum hoſpitio ſuſceperat, ueritus eſt, ſi eũ non iuuaret Deos hoſpitales.i.hoſpitalitatis authores, habere inimicos) Expiauit ſacrificio ſupplicem. i. ſupplicantem ut ſit pars pro toto.i.dextera pro homine. Crœſus & huic errori ueniam dedit, ſed Adraſtus non admiſſa venia, ſeipſum tanquã inferias Atys, interemit, ut Oli. recitat. Quapropter hiſtoriarum narratione illius recitatione contentus ſuperſedeo.

DE CYRO.

* Hiero. lib. 1.

NEc Cyrus quidem ſuperior inuictę fatorum neceſſitatis paruulum argumentum eſt, cuius ortus ad Imperium totius Aſiæ ſpectantis, maternus auus Aſtyages, duos prænuncios ſomnij fruſtra diſcutere tentauit: Mandanen filiam ſuam, quòd in quiete viderat vrinã eius omnes Aſiaticas gentes inundaße, nõ Medorum excellentiſſimo, ne in eius familiam regni decus transferretur: ſed Perſarum modicæ fortunæ viro collocando, natumq; Cyrum exponi iubendo.* Quia ſimiliter quietis temporibus exiſtimauerat genitali parte Mandanes enatam vitem eo uſq; creuiſſe, donec cũctas dominationis ſuæ partes inumbraret, fruſtratus eſt enim ſeipſe. Nepotis fælicitatem, cęleſtium indicio deſtinatam, humanis conſiliis impedire conando.*

* Hoc eſt Iuſt. lib. 1.

OLIV.

NEc Cyrus quidẽ] Aſtyages Medorũ rex vidit in ſomniis filiam ſuã Mandanen vrina totã Aſiam inundaſſe, vt tradit Herod. vt vero Iuſtinus refert, vidit ex naturalibus filiæ, quam vnicã habebat, enatam eſſe uitẽ, cuius palmite ois Aſia obumbraretur: cõſulti Aruſpices reſponderunt ex filia naſciturum eſſe nepotẽ, qui totã Aſiam Imperio ſubigeret, eiq; regnum adimeret. Quo reſpõſo territus Aſtyages, neq; claro viro neq; ciui filiam ſuã, ne paterna, maternaq; nobilitas nepotis aios extolleret, ſed ex gẽte obſcura tũ tpis Perſarum Cambyſi mediocri viro in matrimonium tradidit. Ac ne ſic qdẽ ſomnii metu depoſito grauidã ad ſe filiã iuſſit acciri, ut ſub aui oculis partus necaretur, natus infans datur occidẽdus Harpago Regis arcanorum participi. Is veritus ne ſi ad filiam mortuo rege veniſſet Imperiũ, qa nullũ Aſtyages virilis ſexus genuerat ſobolẽ, illa necati infantis vltionem q̃ à patre nõ potuiſſet, à miniſtro exigeret, Mithridati paſtori Regii pecoris puerum exponẽdum tradit, Fortè eodem tpe, & ipſi paſtori natus filius erat viuus, vt Iuſtinus refert, vt alii uolũt mortuus, eius igiẽ uxor audita Regij infantis expoſitione, rogat ſummis pcibus ſibi perferri, oſtẽditq; puerum, cuius precibus fatigatus paſtor, reuerſus in ſyluã inuenit iuxta infantem canem fœminã paruulo vbera præbentem, & à feris, alitibusq; defendentem, motus & ipſe miſericordia, qua motã eſſe canem viderat, puerũ refert ad ſtabula, eadẽ cane anxiè pſequente, quem vbi in manum mulier accepit, veluti ad notã alluſit, tantusq; in illo uigor, & dulcis quidam blandientis infantis riſus apparuit, ut paſtorem ultro rogaret, ſuum pro illo partũ exponeret, permitteretq; ſibi, ſiue fortunæ ipſius, ſiue ſpei ſuæ gratia puerũ enutrire, atq; ita permutata ſorte paruulorũ, hic pro filio paſtoris educatur, ille pro nepote regis expoſitus, nutrici deinde nomen Spacho fuit, quia canem Perſæ ſic vocant: puer deinde iam adultus cum imperio vſus inter paſtores eſſet, Cyri nomen accepit: mox Rex inter ludentes ſorte delectus, cum per laſciuiã contumaces flagellis cecidiſſet, à parentibus puerorum querela Regi delata eſt, indignãtibus à Regio ſeruo, ingenuos hoies ſeruilibus verberibus affectos, ille accerſito puero, & interrogato quid ita eſſet, cũ nihil mutato vultu feciſſe ſe ut Regem reſpondiſſet, admiratus conſtantẽ, in memoriam ſomnij reſponſiq; reuocatur, atq; cũ & uultus & ſimilitudo, & expoſitionis tpa, & paſtoris confeſſio cõuenirẽt, nepotem agnouit, & qm defunctus ſibi ſomnio videretur, agitato inter paſtores regno, aium minacem duntaxat in illo fregit: cęterum Harpago amico ſuo infeſtus in ultionẽ ſeruati Nepotis filium eius interfecit, epulandumq; patri tradidit. Sed Harpagus ad tempus diſſimulato dolore, odium Regis in uindictæ occaſionem diſtulit. Interiecto tpe cum adoleuiſſet Cyrus, dolore orbitatis admonit*. ſcribit ei, vt ablegatus ab auo in Perſas fuerit, vt occidi eum paruulũ auus iuſſerit, vt beneficio ſuo ſeruatus ſit, vt Regem offenderit, vt filium amiſſerit, hortaẽ, vt exercitum paret, & pronam ad regnũ viam ingrediatur, Medorum tranſitionem pollicitus. Epiſtolã, quia palam ferri nequibat, Regis cuſtodibus oẽs aditus obſidentibus, exenterato lepori inſerit, lepusq; in Perſas Cyro ferẽdus fido ſeruo traditur, additaque retia ſunt, vt ſub ſpẽ venationis dolus lateret. Lectis ille literis, eadẽ oia aggredi iuſſus, bellũ Medis infert. Aſtyages meriti ſui in Harpago oblitus, ſummã belli eidẽ cõmittit, q exercitũ acceptũ ſtatim Cyro per deditionẽ tradit, Regisq; crudelitatẽ pfidia defectionis vlciſcitur, quod vbi Aſtyages audiuit, contractis vndiq; auxiliis, ipſe in Perſas pficiſcit, & primo impetu Perſarũ acies in fugam cõuertit, quibus fugientibus matres, & vxores eorum obuiam occurrerunt, orant, vt in plium reuertantur, cunctantibus illis ſublata veſte, obſcœna corporis oñduot, rogantes num in vteros matrum, & uxorum uellent refugere? Hac repreſſi caſtigatione in præliũ redeunt, & facta impreſſione, quos fugebant, fugere cõpellunt. In eo prælio Aſtyages capitur, cui Cyrus nihil aliud, quã regnũ abſtulit, ſeq; in illo nepotem magis, quã victorẽ egit. [Superior.] Ideo dixit quia fuit etiam Cyrus inferior, de quo in Catone maiore multa Cic. dicit ad quẽ Alex. cũ veniſſet, illi arbores ſua manu inſitas oñdit. [Argumentum.] Indiciũ. [Prænuncios.] Quaſi duo præſagia. [Mandanẽ.] Declarat ſomnia, quæ fuere prænuncia ortus Cyri qui vniuerſæ Aſiæ imperaturus eſſet. [Fruſtratus.] Verè inquit, fruſtra tentauit quia dum vult fata cauere, in ipſa fata incidit.

Harpego filius epulandus appoſitus.

ASCEN.

NEc Cyrus, &c. Recitat Somnium habitum de Cyro, de quo quia Oli. ſatis proliaè diſſerit ſuperſedeo. Ordo eſt. Nec.i.& non, & quidẽ Cyrus ſuperior.i.prior tpe (nam fuit & alter Cyrus poſterior) eſt non paruulũ, immo magnum argumẽtũ.i.approbatio, aut medium pbãdæ neceſſitatis fatorũ inuictæ.i.ineuitabilis. Cuius.ſ. Cyri ort⁹.i.natiuitatis, ſpectãtis ad Imperiũ totius Aſiæ, Aſtyages auus maternus, qui erat pater Mandanes matris eius, tentauit fruſtra diſcutere. i. diſſoluere, & irritos facere duos prænuncios. i. duo prẽſagia ſomnij. Si loco relatiui cuius, ponatur antecedens Cyri, ordo ſit. Aſtyages auus maternus Cyri fruſtra tentauit excutere duos prænuncios fortè legendũ ſit, duos prænuncios, ſed duo illi ſomnia fuiſſe dicunt, alterum, quo vidit Mandanen totã regionem urina profundentem, alterum quo vidit ex eadem uitem enatã, cuius palmites totam Aſiam vmbra ſua tegerent prænuncios dico ſomnii.i.qui erant in ſomnio prænuncii ortus Cyri, ſpectãtis ad Imperium

perium totiut Aſiæ, tentauit aũt diſcutere, collocãdo .i. vxorem dando Mandanen filiam ſuam, non excellẽtiſſimo Medorum, ne decus Regni trãſferretur in familiam eius (quod .ſ. quia viderat vrinã eius .ſ. Mandanes filiæ ſuæ inundaſſe .i. obruiſſe aut vnda quadã inuoluiſſe, oẽs gentes Aſiaticas, & ita ſomniorũ interpretes dicebant, unde vrina fit, proditurũ partum qui totius Aſiæ Imperium occuparet) ſed collocando eam uiro modicę fortunæ Perſarum .i. habenti modicum fortunæ inter Perſas, videlicet Cambyſi, & iubendo Cyrum natum .ſ. ex Mandane, exponi .i. foras ferri in deſertum, aut ſilueſtrem aliquem locum feris deuorandum, quia exiſtimauerat ſimiliter temporibus quietis .i. cum dormiret, vitem natam ex genitali parte Mandanes, creuiſſe eouſq; .i. donec inumbraret .i. vmbra ſua tegeret, omnes partes dominationis ſuæ .ſ. Aſtyagis, deinde probat, ꝙ fruſtra tentauit .n. pro quia, ipſe fruſtratus eſt ſe, conando impedire conſiliis humanis fęlicitatem nepotis .ſ. Cyri deſtinatam .i. illi addictam iudicio cœleſtium .i. deorum.

DE DIONYSIO.

INTRA priuatum autem habitum Dionyſio Syracuſano adhuc ſe continente, Himera quædam, non obſcuris generis fęmina, inter quietem opinione ſua cęlum conſcendit, atq; ibidem Deorum omnium luſtratis ſedibus, animaduertit prævalentem virum flaui coloris lentiginoſi oris, ferreis catenis vinctum Iouis ſolio, pedibusq; ſubiectum, interrogatoq; iuuene, quo gratia conſiderandi cęli duce fuerat vſa, quiſnam eſſet: audiuit illũ Siciliæ atq; Italiæ dirum eſſe fatum, ſolutumq; vinculis multis vrbibus exitio futurum, quod ſomnium poſtero die ſermone vulgauit. Poſtquam deinde Dionyſium inimica Syracuſarum libertati, capitibusq; inſontium infeſta fortuna cęleſti cuſtodia liberatum, velut fulmen aliquod otio, ac tranquillitati iniecit. Himera cum mœnia inter effuſam ad officium, & ad ſpectaculum eius turbam intrantem, vt aſpexit: hunc eſſe, quem in quiete viderat, vociferata eſt. Id cognitum tyranno, curam tollendæ mu-
* Cic. lib. 1. de diui. *lieris dedit. * Tutioris ſomnij mater eiuſdem Dionyſii, quæ cum eum conceptum vtero haberet, parere viſa eſt Satyriſcum, conſultoq; prodigiorum interprete, clariſſimum, ac potentiſſimum Graij ſanguinis futurum, certo cum euentu cognouit.*

OLIV. INTRA priuatum autẽ habitũ] Anteq̃ Dionyſius Syracuſanum regnum occuparet, cũ adhuc priuatus eſſet, mulier q̃dam exiſtimauit, ſe in cœlum aſcendiſſe, & ſibi ducẽ datum eſſe, qui eã duceret per cœlum, vt regiones illas contẽplaretur, cum ad Iouẽ introducta eſſet, vidiſſe ſub eius pedibus catenatũ iuuenẽ, quo ſoluto magnum exitium Syracuſanis immineret. Interiectis deinde aliquot annis, cũ Dionyſius Rex creatus eſſet, & ciues ei obuiam ꝓdirent officii gratia, in his ẽt multæ matronæ erant, q̃ Dijs ſupplicationes facerẽt. Ingreſſo igiẗ ciuitatẽ cum mulier illum cõſpicata foret, magna uoce clamauit, hunc illum iuuenẽ eſſe, quem viderat in ſomniis, & hoc mulieris dẽm adeo excitauit aĩum Dionyſii, vt eã de medio tolli iuberet. Occupauit aũt Imperiũ 25. ſuæ ætatis anno, & regnauit annis 41. teſte Cic. lib. 5. Tuſ. quæſtionum. [Priuatum habitũ,]
Himera. Nõ hñtẽ Imperiũ. [Himera] Nomẽ erat mulieris. [Lẽtiginoſi] Lẽtiginum pleni, qui color in rubrum ſp tẽdit. Eſt. n. lentigo in vultu nota rubicunda. [Effuſam] Ex ędibus tã officii, q̃ ſpectaculi gr̃a. [Tollendæ] Interficiendæ mulieris. [Altioris ſomnii] Cic. lib. 1. de diu. Mater inquit Dioniſij, eius q Syracuſanorum tyrannus fuit, vt ſcriptũ apud Philiſtium eſt, & doctum hoĩem, & diligentem, & æqualem tp̃m illorum, cum pręgnans hunc ipſum Dionyſium aluo contineret, ſomniauit ſe peperiſſe Satyriſcum, huic interpretes ſomniorum qui Galleotæ, in Sicilia tũ nominabantur, r̃ſderunt, eum quẽ peperiſſet clariſſimum Græciæ diuturna cum fortuna fore. [Satyriſcum] Paruum ſatyrũ,
Satyricus eſt. n. diminutiuum græcum, nã diminutionum formæ græcæ ſunt aliæ in ισκος, vt ἀνθρωπίσκος homuncio, alia in ίδιον, vt στιχίδιον verſiculus, alia in ίσκος, vt λογίσκος .i. oratiuncula. Et ſicut beatus Aug. dicit deluſa gẽtilitas ꝓ Dijs celebrabat Faunos, Satyros, Nymphas. Sunt autẽ Satyri animalia diu uiuentia aduncis naribus, & cornua in frontibus habentia. Caprinis pedibus, homunciorum ſimilitudinem referentia, naſcuntur aũt teſte Plinio, & habitant in receſſu inſulæ Canopeæ in finibus Aethiopiæ, & præter figuram nihil oris humani hñt, Satyriſcũ ergo quaſi aſperum corruptorem. [Potentiſſimũ] Quia Satyri mira agilitate corporis mouentur, ſunt. n. ut diximus, homelli ſilueſtres, nudi, mordaces, ſaltatores. [Clariſſimum] Quia pro Dijs habebantur Satyri. [Certo euentu] Id re uera fuit, nam & Italiæ partem cum Sicilia non minimam Imperio tenuit.

INtra priuatum, &c. Narrat ſomnium Himeræ Siculæ mulieris de Dion. tyranno dicens. Aũt priu ſed, Dionyſio Syracuſano .i. Syracuſis in Sicilia orto, cõtinente ſe adhuc intra habitum priuatum .i. hoĩs priuati, hoc eſt nullo fungentis magiſtratu, aut Imperio .i. cũ Dionyſius nondum Regnum Siciliæ per tyrannidem occupaſſet. Quędam fœmina non obſcuri .i. ſatis clari gñis Himera .ſ. nomine, conſcendit ſua opinione .i. quantum opinata eſt, cęlum, inter quietẽ .i. dum quieſceret, atq; ſedibus deorum oium luſtratis .i. circum inſpectis ibidẽ animaduertit virum prævalentem, coloris flaui .i. vt dicunt ruſi, & oris lentiginoſi .i. facie, in qua multæ erant lentigines .i. maculæ ſubrubræ, vinctum .i. ligatum, catenis ferreis, ſubiectũ ſolio .i. Regali ſedi, & pedibus Iouis, ſicut tyrãni ſub martirũ pedib. à nuſtris ſculpunt, & pingunt, & iuuene, quo duce .i. cuius ductu fuerat vſa gratia cõſiderãdi, aut conſcendendi cœli, interrogato quiſnam eſſet .ſ. ille uinctus, audiuit illum eſſe dirum fatum .i. perniciẽ, aut flagellum Siciliæ, atq; Italiæ & ſolutum .i. ubi eſſet ſolutus, futurum multis urbibus exitio .i. ad exitium & euerſionem, ꝙ ſomnium ipſa Himera vulgauit ſermone .i. narrãdo multis, die poſtero .i. eam noctem inſequẽte: deinde, poſtquam fortuna inimica libertati Syracuſarum, & infeſta .i. vim inferens, capitibus inſontium .i. innocẽtum, iniecit Dionyſium liberatum cuſtodia cœleſti, quia id ſignificabat, ꝙ pedibus Iouis ſubiectus iacebat, ipſum non exiturum in perniciem, niſi qñ Dii eum ſoluerent .i. qñ id permitterent, iniecit dico ocio, ac tranquillitati velut fulmen aliquod, tunc ſup. Himera, ut .i. poſtquã aſpexit eũ intrantem mœnia inter turbam effuſam ad officiũ .i. honorem debitum ei exhibẽdum obuiã prodeundo, & ſpectaculum eius, q a in Regali pompa ſpectabatur, uociferata eſt .i. voce magna clamauit, hunc .ſ. Dionyſium eſſe quem viderat in quiete .ſ. vinctũ ſub ſolio Iouis. Id cognitum tyrãno .i. vbi tyrannus id cognouit, dedit tyranno .ſ. Dionyſio, curam mulieris tollendæ .ſ. de medio viuentium, ne talia vociferando, coniurationem cõcitaret. Altioris. alii legunt tutioris, tangit autẽ ſm ſomnium factũ de Dionyſio, matris eius, dicens. Mater eiuſdem Dionyſij fuit ſup. ſomnii altioris .i. ſublimioris, & diuinioris, aut profundioris, & occultioris ſignificationis. Quæ .ſ. mater cum haberet eum .ſ. Dionyſium conceptum utero, uiſa eſt ſup. ſibi, parere Satyriſcum, id eſt paruum Satyrum .i. animal cornutum, & aduncis naribus, & pedibus caprinis, & interprete prodigiorum conſulto .i. interrogato conſilium, cognouit cum certo, euentu, .i. quod euentus qui poſtea contigit certum reddidit, ſup. partum ſuum, hoc eſt Dionyſium, futurum clariſſimum, atq; potẽtiſſimum ſanguinis Graii .i. Græcanici, ſup. ſuo tempore.

MOenia intrantẽ] Dionyſius Hermocratis filius vt Syracuſas optimis ciuibus orbatas, facilius occuparet, eos qui parum proſpere bellum geſſerãt aduerſus Carthaginienſes, proditionis accuſauit, quorum partim damnati, partim fuga ſaluti ſuæ cõſulerũt, formidoloſo mox ingruente bello, ad exercitum cum Imperio neceſſario miſſus eſt, unde reuerſus ingenti fauore exceptus à popularibus, inſidias in ſe parari ſimulauit, impetratoque corporis præſidio tyrannum ſe conſtituit, hiſtoriæ partẽ recitat Polyenus Stratagematon v. [Altioris] In antiquis exemplaribus habetur tutioris, & caſtigatius. [Prodigiorum interprete] Cic. de diui. lib. priore. Huic inquit, interpretes portentorum, qui Galleatæ, tum in Sicilia nominabantur, reſponderunt, vt ait Philiſtus, &c. Sed eorum uatum nomẽ apud eum deprauatum corrige monitu Parrhaſii Galeotę, nã Stephanus ait τοῦτο δὲ ὅτι γαλεῶται μάντεων γένος σικελῶν. Aliqui tradunt, inquit Galeotas in Sicilia uates eſſe. Sed hæc à Parrhaſio diſtinctius epiſtolicarum q. iiij. THEO.

DE AMILCARE.

*AT Carthaginienſium * Dux Amilcar, cum obſideret Syracuſas, inter ſomniũ vocem exaudiſſe credidit, nunciantem, futurum, ut proximo die in ea vrbe cœnaret. Lætus igitur perinde, ac diuinitus promiſſa* * Cic. lib. 1. de diui.

*miſſa victoria, exercitũ pugnæ comparabat: in quo inter * Siculos, & Pœnos orta diſſenſione, caſtris eius Syracuſani ſubita irruptione oppreſſis, ipſum intra mœnia ſua vinctum pertraxerunt. Itaque magis ſpe, quam ſomnio deceptus, cœnauit Syracuſis captiuus, non ut animo præſumpſerat, victor.*

* Siculos milites Amilcaris intellige.

OLIV. AT Carthaginienſium Dux.] Amilcar Pœnorũ dux, dũ Syracuſas Siciliæ vrbem clariſſimã obſideret exiſtimauit ſe in ſomniis audiſſe vocẽ nunciantẽ, fore, vt ſequenti die Syracuſis cœnaret, quod ſomniũ cum ad victoriã pertinere arbitratus eſſet, exercitũ inſtruxit ad pugnam, ut potiretur vrbe: ſed forte ita accidit, vt inter Pœnos, & Siculos transfugas, qui erãt in eius exercitu maxima oriretur diſſenſio, quam Syracuſani ſentientes eruptione facta Pœnorũ caſtra capere, & Amilcarẽ vinctum in vrbem traxere, vbi cœnauit captiuus, & hoc pacto impletũ eſt eius ſomniũ, nõ aũt eo aio quo præſumpſerat. [Inter Siculos] Vel qui transfugerant, vel certe qui cũ Carthaginienſib. ſocia arma cõiunxerit, & cõfœderati erãt. [Magis ſpe.] Quia credebat ſe victorẽ cœnaturũ, ſed uictus cœnauit.

ASCEN. AT Carthaginienſium Dux. Recitat ſomniũ Amilcaris Ducis Carth. nõ ſatis fœliciter ab eo interpretatũ: nam cũ ſibi promiſſum ſomniaſſet, ſe poſtridie eius ſomnii, Syracuſis cœnaturum, vrbem ex eo ſomnio capere ſperans, ipſe captus in ea cœnauit. Ordo eſt. At. ſ. econtrario, q. d. non ſimili euentu Amilcar dux Carth. credidit exaudiſſe .i. manifeſte audiuiſſe, inter ſomniũ .i. ſomniando, cũ obſideret Syracuſas urbem primariam Siciliæ, vocem nunciantem, futurũ ſup. eſſe, vt cœnaret proximo die in ea vrbe, quã obſidebat. Igitur ipſe lætus perinde .i. ſimiliter, ac .i. ac ſi victoria promiſſa ſup. eſſet diuinitus, i. à deo (poſſunt tñ ſine verbo dici ablatiui in deſignatione ſequelę poſiti) comparabat .i. coogregabat, aut inſtruebat exercitũ pugnæ .i. ad pugnã cõtra Syracuſanos. In quo. ſ. exercitu collecto ex Siculis, qui partes Carth. fouebant; & ex Pœnis diſſenſione orta inter Siculos, & Pœnos, quia neutri alteris parere uolebant, Syracuſani videntes exercitus diſſenſionẽ, caſtris eius. ſ. Amilcaris oppreſſis .i. poſtquã oppreſſerant caſtra eius, ſubita irruptione, quam faciebant, egreſſi portis, pertraxerunt ipſum. ſ. Amilcarem, uinctũ, intra mœnia. Itaq; .i. & ſic ipſe deceptus magis ſpe, q̃ ſomnio, non .n. falſum erat ſomniũ, ſed ultra ſpes eius fecit ipſum falſo interpretari, cœnauit Syracuſis .i. in Syracuſanorum urbe, captiuus, nõ victor, ut præſumpſerat .i. inaniter perceperat, animo .i. opinione. Vbi quod Valla diligenter ſcripſit, meminerit lector præſumptio, & præſumptuoſus, item præſumere à doctis ferè nunquam accipi in vulgata ſignificatione.

DE ALCIBIADE.

* Cic. lib. 2. de diui.

ALCIBIADES * quoq; miſerabilem exitum ſuũ haud fallaci nocturna imagine ſpeculatus eſt, quo enim pallio amicæ ſuæ dormiens opertũ ſe uiderat, eo interfectus, & inſepultus iacens contectus eſt.

OLIV. ALCIBIADES quoq; miſerabilem] Liſander Lacedæmonius Athenienſes diu obſeſſos, tandem in ſuã poteſtatem redegit, & oẽm Reip. ſtatum permutauit, impoſitis triginta Prætoribus, qui in totidem euaſere tyrannos, quorũ primus Critias fuit, qui cum uideret Alcibiadẽ plurimũ gratia, & authoritate valere apud Pharnabazum Perſarũ regẽ, ſcripſit Lyſandro, niſi daret operã, ut de medio tolleretur Alcibiades nihil eorũ, quæ Athenis conſtituerat, ratum fore, Lyſander vbi hoc cognouit miſit ad Pharnabazum nuncium, qui diceret Lacedæmones renunciare illi ſocietati, quæ cum Rege erat, niſi uel mortuum uel viuũ ad ſe mitteret Alcibiadẽ. Pharnabazus clementiam, & fidem ſuam maluit quã opes regias minui. Itaq; duos miſit, Puſimenũm, uel ut alii Suſamitrem, & Bagoum, qui Alcibiadem interficerent. Hi cũ non auderent ferro aggredi virum fortiſſimum, ligna intulerunt, & tugurium, in quo cũ amica quadam erat Alcibiades, incẽderũt. Ille ſtrepitu flammæ excitus vaſtimẽta oĩa ſuper ignem iniecit, & cũ familiari ſeruo & amica euaſit: ſed tandem à multitudine militum occiditur, & mortuum mulier ueſte ſua opertum cremauit incẽdio tugurii. De hoc uiro dicetur, in cap. de mutatione caſus, & fortunæ.

ASCEN. ALcibiades, &c. Ordo eſt. Alcibiades quoq; .i. etiam, q. d. non modo Amilcar, ſed & Alcibiades Athenienſis ſpeculatus eſt .i. uidit imagine .i. repreſentatione nocturna .i. facta per quietẽ, haud .i. nõ fallaci, q. ita euenit ut ſpeculatus eſt, ſed forte non ita, ut ſperauerat. Enim pro quia ipſe interfectus, & iacens inſepultus, ſic derelictus ab inſectoribus miſſis à Pharnabazo, contectus eſt .i. coopertus, & in rogum miſſus eodẽ pallio amicæ ſuæ .i. concubinæ, quo pallio ipſe dormiens uiderat ſe opertum. Somniauerat, enim q̃ amica ſua ſe nudum pallio ſuo cooperiret, quod ad illam ingreſſus illi narrauit, ſed cum tugurium incenſum eſſet à percuſſoribus, & tamẽ elapſus eſt, in fuga oppreſſus, & interfectus, tantiſper inſepultus iacuit donec amica eodem incendio elapſa, ipſa, ipſum pallio ſuo cooperiret.

DE DVOBVS ARCADIBVS.

* Cic. lib. 1. de diui.

PROXIMVM * *ſomnium, & ſi paulo eſt longius propter nimiam tamen euidentiam ne omittatur, impetrat. Duo familiares Arcades iter vna facientes, Megaram venerunt, quorum alter ad hoſpitem ſe contulit, alter in tabernam meritoriam diuertit. Is, qui in hoſpitio erat, vidit in ſomnijs comitem ſuum orantem, vt ſibi Cauponis inſidijs circumuento ſubueniret, poſſe .n. celeri eius accurſu ſe imminenti periculo ſubtrahi: quo viſo excitatus proſiluit, tabernamq;, in qua is diuerſabatur petere conatus eſt. Peſtifero deinde fato, eius humaniſſimum propoſitum tanquam ſuperuacuum damnauit, & lectum ac ſomnum repetijt. Tunc idem ei ſaucius oblatus obſecrauit, ut qui uitæ ſuæ auxilium ferre neglexiſſet, necis ſaltem vltionem non negaret: Corpus .n. ſuũ à Caupone trucidatũ, tum maximè plauſtro ferri ad portam ſtercore coopertum: tam conſtantibus familiaris precibus compulſus, * protinus ad portam cucurrit, & plauſtrum, quod in quiete demonſtratum erat comprehendit. Cauponemq; ad capitale ſupplicium perduxit.*

* Cic. de nat. deor.

OLIV. PROXIMVM ſom.] Excuſat prolixitatem ſomnii, quod narraturus eſt, quod Cic. lib. de diu. ita prodit. Cũ duo quidam Arcades familiares iter vna facerent, & Megarã ueniſſent, ad Cauponem alterũ diuertiſſe ferunt, alterũ ad hoſpitẽ, qui cũ cœnati quieſcerẽt, concubia nocte viſum eſſe in ſomnijs ei, qui erat in hoſpitio, illum alterũ orare, ut ſubueniret, q̃ ſibi à Caupone pararetur interitus, eum primo perterritũ ſomnio ſurrexiſſe, deinde cum ſe collegiſſet, idq; uiſum pro nihilo habendum eſſe duxiſſet, recubuiſſe, tum ei dormienti eundẽ illum uiſum eſſe rogare, ut quõ ſibi uiuo non ſubueniſſet, mortẽ ſuam, ne inultam eſſe pateretur. ſe interfectũ in plauſtrum eſſe à Caupone coniectum, & ſupra ſtercus iniectum, petere, ut mane ad portam adeſſet, priusquam plauſtrum ex oppido exiret, hoc verò ſomnio eum cõmotum, mane bubulco præſto ad portam fuiſſe, quæſiſſe ab eo, quid eſſet in plauſtro: illum perterritũ aufugiſſe; mortuum erutũ eſſe, Cauponem re patefacta pœnas dediſſe, quid hoc ſomnio dici diuinius põt. [Euidentiã] Quia adeo perſpicuum eſt, ut non ſit prætermittendum. [Megaram] Vrbem Græciæ, & eſt nominatiuus huius nominis Megara formatus ab accuſatiuo græco ſicut cratera [Circũuento] Decepto. [Diuerſabatur] Hoſpitabatur, nã diuertere, eſt ad diuerſa uertere, ſeu de uia in hoſpitium, unde diuerſoriũ, locus, ad quẽ de uia diuertimus. ſ. domus hoſpitalis. [Damnauit] Quia ſeipſum accuſabat, q̃ eiuſmodi ſomniis crederet. Necis ſaltem ultorem, ne centum erraret annos, quia inulti, & inſepulti centum errabant annos. Virg. Centum errant annos uolitantq; ea flumina circum. Luc. Vmbraq; erraret Craſſus inulta. [Capitale] Quia magiſtratibus tradidit, ut eum capite punirent.

Diuertere.

ASCEN. PRoximum, &c. Textus eſt apertus, & lectu iucundus. Ordo tñ ne quis eum deſideret eſt. Somnium proximum .i. quod proximo loco narrabitur, & ſi .i. quanquã eſt longius. ſ. quàm par ſit paulo .i. modico .i. licet ſit aliquantulũ prolixũ, tñ impetrat .i. obtinet, ne omittatur, propter euidẽtiam, quia tã euidens, & manifeſtum eſt. Duo Arcades familiares iter facientes .i. euntes, aut eondo unà .i. pariter, uenerunt Megarã .i. in eam urbem, quorum alter contulit ſe ad hoſpitem .i. amicũ cũ quo hoſpitalitatem habebat, cauſa aũt eſt, ut gratis reciperẽt, & reciperentur hoſpites mutuo, quoties alter ad alterius diuerteret ædes; alter, ſ. reliquus, qui nõ habebat illic hoſpitem, diuertit in tabernam meritoriã .i. mercede recipiẽtem aduenas, hinc forte

tractum

tractum eſt, φ taberna vulgo pro Caupona accipiatur, cum ſit ex tabulatis, & aſſeribus cóſtructa, potius ad védendas res, quã ad recipiendos hoſpitio hoíes apta. Is qui erat in hoſpitio vidit in ſomnis comitem ſuum. i. ſocium itineris orantẽ, vt ſubueniret ſibi circũuento inſidiis Cauponis. n. pro q̃a, dixit ſup. poſſe ſubtrahi periculo imminenti, quia Caupo parabat eum iugulare, & paulo poſt iugulauit, celeri accurſu eius. ſ. qui in hoſpitio erat, quo viſo. i. ſomnio excitatus. ſ. is, qui in hoſpitio erat, proſiluit. ſ. extra hoſpicium, & conatus eſt petere. i. adire tabernã, in qua is. ſ. alter diuerſabatur. Deinde damnauit. i. reprobauit propoſitum ſuum humaniſſimum. i. pietate humanæ digniſſimũ, tanquam ſuperuacuũm. Fato eius. ſ. comitis ſui peſtifero. i. lethali illi, & repetit lectum, ac ſomnum, tunc idem. ſ. comes oblatus, & ſaucius. i. vulneratus in necẽ vſq;, obſecrauit. i. ob ſacra rogauit, ut ipſe qui neglexiſſet ferre uitæ ſuæ auxilium, non negaret ſaltem neci. i. vltionem. Enim pro quia, ſup. dixit, corpus ſuum trucidatum. i. truculenter cæſum à Caupone. i. domino tabernæ, ferri plauſtro. i. vehiculo, maximẽ. i. præcipuè tum. i. eo tpe, quo hæc dicebat, ad portam coopertam ſtercore. i. fimo immundo, vt nemo quæreret, quid ueheret. Is ſup. qui in hoſpitio erat, cópulſus tam conſtantibus precibus familiaris ſui, cucurrit protinus. i. eueſtigio ad portam, & comprehendit plauſtrum. i. currũ, aut vehiculum, quod demonſtratũ erat in quiete, & perduxit. ſ. crimminando ipſum apud iudices Cauponem, ad ſupplicium capitale, i. mortale, quod de eo ſic conuicto ſumptum eſt.

Theo. Megaram.] Megara Ciuitas ad Iſthmum mediis Atticæ Bœotiæq; finibus, in vmbilico Peloponæſi, nomen habuit, à Megareo, quẽ genuit Apollo, vel Aegeus, ex Pandione nat[*] Erechthei filio, cui pater extitit Vulcanus, vel ab aſperitate regionis vt alii ſentiunt. Hæc ex Strabone, Pauſaniaq;, & Stephano, quæ tunc à nominatiuo formaretur ſi Megar in eo caſu dici poſſet, id quod apud authores inuenit nemo.

DE MIRACVLIS. CAP. VIII.

DE A. POSTHVMIO DICT.

Ascen. *MVLTA etiam interdiu, & uigilantibus acciderunt, perinde ac tenebrarum, ſomniiq́ue nube inuoluta: quæ, quia vnde manauerint, aut qua ratione conſtiterint, dignoſcere arduum eſt, merito miracula vocantur, quorum è magno aceruo in primis illud occurrit. Cum apud lacum Regillum Aulus Poſthumius Dictator, & Tuſculanorum Dux* [*] *Manilius Octauius magnis viribus inter ſe concurrerent: ac neutra acies aliquamdiu pedem referret: Caſtor ac Pollux, Romanorum partium propugnatores viſi, hoſtiles copias penitus fuderunt.*

* Manlium uocant alii.

Oliv. MVLTA atiam interdiu, & vigilantibus.] Tranſit ad capitulum de miraculis, quæ ueluti ſomnia cæcitatis nube adumbrata hoíbus apparuerunt: nam miracula ſunt cognitu difficillima, ſicut ſomnia, ſunt aũt miracula quæcunq; præter naturæ vſum eueniunt. [Cóſtiterint.] Qua róne facta ſint, & euenerint. [Cum apud lacũ.] Hanc hiſtoriam Liu. lib. 2. cómemorat, de miraculo uerò nullã prorſus mentionem facit, tñ dicit ædem Caſtori Dictatoré vouiſſe. nec id affirmat, ſed ita fieri dicit. Plutarchus verò, & Cice. authores ſunt, quod dum Romani cũ Tuſculanis bellũ haberent, Duce Aulo Poſthumio Dictatore, & apud Lacum Regillũ pugna commiſſa ad multum diei tracta foret, & in neutrã partem victoria inclinaret, viſi ſunt Pollux, & Caſtor pro Ro. fortiter pugnare, qui copias hoſtium penitus profuderũt Dion. lib. 6. poſt pugnæ narrationé. In hac inquit, pugna dr Poſthumio Dictatori & qui cũ eo erant in acia equitib. apparuiſſe duos iuuenes, forma & magnitudine longe ſuperiores viris, quos nunc noſtra natura nutrit, pubeſcereq́ incipientes, ducentes equitatũ Rom. & qui obuiam Latinorum irent ferientes haſtis, propellentesq;, & cohortantes ſocios, poſt quã fugã Latinorũ captionemq; caſtrorũ ſuorum, inclinante iã dia, in veſperis xib aſſe in Romano foro eodem habitu adoleſcentes dicunt duo, bellicas induti loricas proceríque, & pulcherrimi, eandé habentes ætaté, faciemq; ſeruantes, tanquam redeuntiũ ex prælio, ſpeciẽ pugilum, equoſq; madidos ſudore adducẽtes, aſcendenteq; aiunt deinde vtrunq; equos abluere ad ſcaturiginé, quæ manat iuxta templum Veſtæ lacum faciens profundum peruium, multis curſitantibus, & ſi quid aſſet ab exercitu noui diſcere poſtulantibus, narraſſe eos pugnã, vt fuerat, & quod viciſſent Romani nunciaſſe, diſcedenteſq; inde dicunt eos ex foro à nemine viſos amplius, die poſtero acceptis literis à Dictatore cognouerunt de apparitione numinum in prælio, & eos fuiſſe Caſtoris, & Pollucis ſimulacbra.

Ascen. MVlta etiam, &c. Tranſit ad narranda miracula, quæ præſertim vigilantibus, diuina, non humana ope uiſa ſunt, vnde magis Stoicè, quã Epicureè ſentit. Epicurei. n. negabant Deum curare mortalia. Aut quidquã miraculi in terris facere, vnde Horatius de miraculo, φ circa thus liqueſcens per ſe in aris aeri dicebat, dicit Sermonũ lib. 1. Credat Iudæus appella, Non ego, nam Deos didici ſecurum agere æuum, Necſi quid miri faciat natura Deos id. Triſtes ex alto cœli dimittere tecto, &c. Ordo textus nunc eſt. Multa etiã acciderunt interdiu. i. durante die, quaſi intra diem, & vigilantibus, & ita licet tã nocte, quam interdiu, tñ nó ſomniãtibus, ut ſuperiorib. perinde ac. i. nó aliter, q̃ ſi forent inuoluta nube tenebrarũ, & ſomnii, quæ quia arduum. i. difficile eſt dignoſcere. i. diſcernédo noſcere, unde emanauerint. i. orta ſint, aut qua róna conſtiterint. i. facta ſint, vocentur merito miracula, quorum. ſ. miraculorum illud, quod primè ſequetur occurrit. ſ. memoriæ, in primis è magno aceruo. i. cumulo exemplorum, deinde incipiens narrare dicit. Cum, &c. Recitat miraculum Caſtoris & Pollucis. Ordo eſt. Cum Aulus Poſthumius Dictator. i. ſummo illo magiſtratu à quo non licebat prouocare, ſed obediédũ erat eius dicto, fungens, & Octauius Manlius Dux Tuſculanorũ, concurrerent inter ſe magnis uiribus, ac neutra acies neq; Romani Dictatoris, neq; Tuſculani Ducis, referret. i. retro ferret recipiédo ſe in caſtra, pedem. ſ. ſuum aliquãdiu. i. per pluſculum tpis. Caſtor & Pollux, Dii illi ex fratribus geminis facti, uiſi. i. apparentes, propugnatores. i. defenſores partium Romanorũ, fuderunt. i. proſtrauerunt penitus, copias hoſtiles, utpota Tuſculanas.

DE P. VATINIO.

ITEM bello [*] *Macedonico P. Vatinius, Reatinæ præfecturæ vir, noctu vrbem petens, exiſtimauit duos iuuenes excellẽtis formæ, albis æquis reſidẽtes, obuios ſibi factos nunciare die, qui præterierat Perſam Regem à Paulo captum: quod cum Senatui indicaſſet: tanquã maieſtatis eius, & amplitudinis, uano ſermone contemptor in carcerem coniectus: poſtquã Pauli literis illo die Perſam captum apparuit, & cuſtodia liberatus, & inſuper agro, ac uacatione donatus eſt.* [*] *Caſtorem verò, & Pollucem, etiã illo tempore pro Imperio P. R. excubuiſſe cognitum eſt, quo apud lacum Iuturnæ, ſuum, equorũq́ue ſudorem abluiſſe uiſi ſunt. Iunctaq; fonti ædes eorum, nullius hominum manu reſerata patuit.*

* A primo huius ca exemplo pédet hiſtoria. Sed illic pugnant, hic nunciant. Plut. in Coriolã. Caſtor & Pollux in acie Ro. pugnant.

* Cic. lib. 2. de nat. de. ubi P. Vaciení huic[*] vocat.

Oliv. ITam bello Macedonico P. Vatinio.] Cic. lib. de nat. deor. Et in noſtro, inquit populo, & in cæteris deorum cultu, religionumq; ſanctitates auſtunt in dies maiores, atq; meliores, idq; euenit non temere, nec caſu, ſed quod etiam præſentiã ſuam diui declarant, vt apud Regillum bello Latinorum, cum Poſthumi[*] Dictator, cũ Octauio Manlio Tuſculano Duce ꝓlio dimicaret, in noſtra acie Caſtor & Pollux ex equis pugnare viſi ſunt, & recenti memoria iidem Tyndaridæ Perſam uictũ nũciauerũt P. Vatinius auus huius adoleſcentis, cum ei è præfectura Reatina Romam venienti noctu duo iuuenes in equis albis dixiſſent regem Perſam illo dia captum, Senatui nunciaſſet, primo quaſi temere Reip. moderatorib. locutus aſſet, in carceré coiectus eſt. Poſtea à Paulo lrĩs allatis cũ idẽ dies cóſtitiſſet, & agro à Senatu, & uacatione donatus eſt: nec illud prætermittã, licét non ad rem, ſed quia ſimula aſt huic quo tempore Cato erat Vticæ, quidam nocte veniens nunciauit Catoni die tertia ante cómiſſum certamen caſtra Scipionis capta fuiſſe, Cæſaremq; victorem Scipionem, & Iubam cum paucis euaſiſſe, reliquas copias funditus deletas, hoc legitur in vita Catonis. [Reatinæ] Præfecturæ, quia præfectus erat Reati, ac ſi diceres præturæ Vicentinæ, erant quædam præfecturæ, ad quas mittebantur à prætore Vrbano præfecti, vt Fundi, & Formiæ, Ceræ, Priuernũ, Anagnia, Reate, Norba, Arpinũ, & alia. [Paulo] ſ. Aemilio, de quo ſupra dictũ eſt in capitulo de Ominibus. [Vacatione] Immunitate,

nitate,& vt uulgo dicitur exemptione. [Lacũ Iuturnæ] Nymphæ. Iuturna ſous iuxta Numicum fluuium dictus, vt quidã uolunt à Iuturna Turni ſorore, quæ à Ioue compreſſa immortalitate donata eſt, & Numici fluminis Nympha facta, iuxta hũc foutem ædes erat Caſtoris, & Pollucis. [Iuncta] Haud procul erat à fonto templum, quod ſponte ſua viſum eſt aperiri.

ASCEN. ITem Bello Macedonico. Narrat ſecundum miraculum, qđ per eoſdem contigit, dicens: Item Publius Vatinius vir ꝑfecturæ Reatinæ.i.vnus eorum, q Reati ꝑfecti erant, petẽs bello Macedonico.i.quo tempore P. Aemilius Perſam regem Macedoniæ bello petiit, petens dico noctu vrbem. ſ. Romam, exiſtimauit duos iuuenes excellentis formæ. ſ. Caſtorem, & Pollucẽ, licẽt eos non agnouit, reſidẽtes ſup. in equis albis, & ſup. factos obuiam ſibi, nunciare Perſam, regem. ſ. Macedoniæ, de quo in titulo de Omine dictum eſt, captum die, qui præterierat. ſ. ꝓxime, à Paulo. ſ. Aemilio. Quod.i. quam rẽ cum indicaſſet Senatui. ſ. Romano.i. ordini Senatorum, coniectus in carcerem, tanquam contemptor maieſtatis, & amplitudinis eius. ſ. Senatus, ſermone vano.i.mẽdaci, & futili, qualẽ Senatui adſerre nõ decuit, poſtquam apparuit literis.i.per literas, Pauli. ſ. Aemilii ad hoc miſſas, Perſam captum illu die, qua Vatinius iudicauerat, ipſe Vatini*, &.i.ſimul liberatus eſt cuſtodia.i.carcere noxiorũ, & donatus eſt inſuper.i.ſupra liberationẽ agro, ac uacatione.i. immunitate, & exemptione ab omni onore publico. Caſtorem vero, &c. Affert tertium exemplum de iiſdem, locutum autem de Caſtore, & Polluce, indicat particula ẽt, quæ cõſociatiua eſt. Atq; ita tertium traditur de illis exemplum. In quo mirari poſſis cum Græci ſint, quomodo Romanis, qui ea Troianis traxerũt originẽ, toties opitulati ſint. Verum facilè poſſit occurri, inter Deos non eſſe ſimultatem, q̃uis Homerus, & eum inſecutus Maro, ẽt deorum cõtẽtiones vſq; ad uulnera interdum inducant. Nam Venerem vulneratam dicunt, dum filio ſuppetias ferret, vnde illud Aen. 10. in perſona Veneris, mea vulnera reſtant. Verum dicerem Homerũ, & cęteros Poetas in talibus figmẽtis hoium mores per Deos exprimere voluiſſe, quos & præſens miraculũ imitãdos innuit. Nam ſi aut veros Deos, aut immortales, & impuluerei effectos credas, unde illis ſudor? de quo iã dicemus. Vtcunq; autẽ eſt, conſtat Romanis perſuaſum eſſe Caſtorem, & Pollucem illis auxiliares ſæpe fuiſſe, vnde eos Horatius inuocat: Sic fratres Helenę, &c. unde ordo eſt Verò ꝓ ſed, cognitum eſt Caſtorem, & Pollucem excubuiſſe. i. vigilaſſe pro Imperio Pop. R. etiam illo tempore, quo viſi ſunt abluiſſe ſudorem ſuum, & equorũ ſup. ſuorum ea recenti pugna pro Romanis obita, apud lacũ Iuturnæ. ſ. Nymphæ, cuius lacus erat apud Numicum flunium, & ædes eorũ. ſ. Caſtoris, & Pollucis, iuncta .i. proxima fonti. ſ. Iuturnæ, patuit reſerata nullius hoium manu, ſed ſup. deorum, qui tamẽ credebantur hoies fuiſſe. Sed mira dicit, cum hoies neget ſudaſſe, non. n. Dii quantumuis ſtrenuam nauarẽt operam, ſudarent, niſi dicas ſudorem illum non fragilitatis, aut agitationis nimiæ cauſa apparuiſſe, ſed ut ea eo Romani ſcirent, quam acriter pro ſe Dii illi certarant.

THEO. REatinæ Prefecturæ vir,] Non ex magiſtratu, ſed oppido Reate, quod erat Præfectura, de cuius ſignificatu plura Ianus in commentaria Cæſar. & Liuius diſputauit, ex Hygini conſtitutionibus, & aliis authoribus qui nondum prodierunt in vulgus.

DE PESTILENTIA.

* Liuius lib. 2. Ouid. lib. 15. Met.

*SED vt cęterorum * quoq; deorum propenſum huic vrbi numen exequamur, triennio continuo vexata peſtilentia Ciuitas noſtra, cum finem tanti, & tam diuturni mali, neq; diuina miſericordia, neq; humano auxilio imponi videret, cura ſacerdotum, inſpectis Sibyllinis libris, animaduertit, non aliter priſtinam recuperari ſalubritatẽ poſſe, quàm ſi ab Epidauro Aeſculapius eſſet accerſitus. Itaq; eo legatis miſſis, vnicam fatalis remedii opem authoritate ſua, quæ tum in terris erat ampliſſima, impetraturam ſe credidit: neq; eam opinio decepit: pari namq; ſtudio petitũ, ac promiſſum eſt præſidiũ: e veſtigioq; Epidaurii, Romanorum legatos in templum Aeſculapii, quod ab eorum vrbe quinq; millib. paſſuum diſtat, perductos, vt quidquid inde ſalubre patriæ laturos ſe exiſtimaſſent, pro ſuo iure ſumerent, benigniſſimè inuitauerunt: quorum tam promptam indulgentiam, Numen ipſius Dei ſubſecutum, verba mortaliũ, cęleſti obſequio comprobauit. Siquidem is anguis, quem Epidaurii raro, ſed nunquam ſine magno ipſorum bono viſum, in modum Aeſculapii venerati fuerunt, per vrbis celeberrimas partes mitibus oculis, & leni tractu labi cœpit, triduoq; inter religioſam omnium admirationem conſpectus, haud dubiam præ ſe appetitæ clarioris ſedis alacritatem ferens, ad triremem Romanam perrexit: pauentibusque inuſitato ſpectaculo nautis, eo conſcendit, vbi Quinti Ogulini legati tabernaculum erat, inq; multiplicem orbem, per ſummam quietem eſt conuolutus. Tum legati perinde, atq; exoptatæ rei compotes, expleta gratiarum actione, cultuque anguis à peritis excepto, læti inde ſoluerunt: ac proſperam emenſi nauigationem, poſtquam Antium appulerunt: Anguis, qui vbique in nauigio remanſerat, prolapſus in veſtibulũ ædis Aeſculapii, Myrto frequentibus ramis diffuſæ, ſupereminentem excelſę altitudinis palmam circundedit: perq; tres dies poſitis quibus veſci ſolebat, non ſine magno metu legatorũ, ne in triremem reuerti nollet, Antienſis templi hoſpitio vſus, vrbi ſe noſtrę aduehendum reſtituit, atq; in ripam Tyberis, egreſſis legatis, in inſulam, vbi templum dicatum eſt, tranſnauit: aduentuq; ſuo tempeſtatem cui remedio quæſitus erat, diſpulit.*

SEd vt cęterorum] Hoc miraculum & à Liuio primi punici bello lib. 1. memoriæ proditum fuit, qui qm nõ extat, breuiter ab aliis ſic traditur. Romani ad peſtilentiam, reſponſis moniti, ad Aeſculapium Epidauro accerſendum decẽ legatos principe Q. Volumnio, vel potius Vgolino miſerunt, q cum eo ueniſſent, & ſimulachrũ ingens mirarentur, anguis è ſedibus ſuis elapſus venerabilis, non horribilis per mediam vrbẽ cum admiratione oium ad nauem Romanam perrexit, & ſe inuolutum tabernaculo conſpicauit legati eũ vehentes Antiũ prouecti ſunt, vbi ꝑ mollitiem maris anguis proximum Aeſculapii fanum petit, & poſt paucos dies ad nauem rediit, cum aduerſo Tyberi ſubueheretur in proximam inſulam deſiluit, vbi templum ei conſtitutũ, & peſtilentia mira celeritate ſedata eſt. Auguſtinus de ciuit. Dei lib. 3. Aeſculapius, inquit ab Epidauro Romam abluit, ut peritiſſimus medicus in urbe nobiliſſima artem glorioſius exercaret. Ouid. lib. vlti. Metamorph. hanc late deſcribit hiſtoriam, ſiue fabulam. [Propenſum] Inclinatum, extenſum. [Humano conſilio] Quia humana remedia non proficiebãt, nec ulla in parte iuuabant. [Ab Epidauro] De quo ſatis ſupra dictum eſt. [Fatalis ſalubris] Hoc loco in quo ſalus. Pop. R. poſita foret. nam fatalis interdum mortalis dr, ut Virg. Scandit fatalis machina muros. [Auctoritate ſua] Quanquam nulla eſſet Populo Romano cum Epidauriis amicitia, neq; ſocietas. [Par namq;] Non minus ſtudioſè, inquit Epidaurii conceſſerunt, q̃ Romani petierunt. [Præſidium] Subſidium, auxilium, ſed inter præſidiũ, auxilium, & ſubſidium, hoc intereſt, ꝙ præſidium altari loco impoſitum vtile ſit, vt militum manus in arce collocati præſidium dr, & datur vel imponitur ſemper præſidiũ à potentioribus, auxilium ab externis; ſubſidium, quod poſtea inuenitur, & à minoribus datur, ſed cõfunditur iſta proprietas, & aliud pro alio ſæpiſſimè ponitur. [Salubre] Quòd patriæ ſalutem afferret. [Quorum tam promptam] Quia non minus ipſe Deus viſus eſt conceſſiſſe Romanis, quã ipſi Epidaurii cõceſſerant. [Mitibus oculis] Quaſi boni aliquid Romanis promitteret. [Leni tractu] Placido, non impetuoſo, manſueto, vt appareret fęlicitatem afferre Romanis. [Præſeferens] Oſtendens, dicimus. n. præ nefero, præfers, præſefert. oſtẽdo, dis, uã qui ante ſe aliquid portat, illud procuꝉdubio oſtẽdit. [Pauentibus] Cum omnes terrore perculſi eſſent, & legati in primis, tam nouo miraculo, ille recta via peruenit ad tabernaculum Q. Ogulini, & in eo quaſi ſua ſede conſtitit. locus autem illa dignior erat in triremi Romana. [Multiplicẽ orbem] In multas ſpiras, i. giros. ſignificat autẽ lõgitudinem ſerpentis, qui multipliciter inuolutus eſt. [Perinde atq;] Tanquam propoſiti ſui compotes, [Antium] Volſcorum ciuitas fuit, à qua oriunda fuit Camilla Volſcorum — OLIV. — Antium.

ſcorum regina, diſtat ab Hoſtia, teſte Strabone, ſtadia cc. & lx. [In veſtibulo ædis,] Quia templum Aeſculapii erat in littore haud procul ab Antio. [Myrto] Mirtus erat denſis ramis, eſt autem arbor Veneri cõſecrata, vñ Virg. Veneri gratiſſima Myrtus. [Tyberis inſulam] Exactis Regibus Senatus cẽſuit eorũ bona populo diripiẽda tradere, vt ea præda coactus populus Reges poſtmodũ recipere nõ auderet: erat aũt ager haud ꝓcul ab vrbe Regib. deſtinatus quẽ Græci ἀποτάγιον vocãt, q Marti cõſecratus, Martius deinde cãpus dictus eſt, fortè ita accidit vt cũ è Ciuitate Reges eiicerent, læta ſeges in agris eſſet, quæ Regibus dedicata erat: uerum tãto odio Romani flagrabãt erga Reges, vt oĩa, q̃ Regum forent, diripienda, & deſtruenda cenſerẽt: huius igĩt ſegetis (quia veſci equos, aut hoĩes nefas eſſe ducebãt) cum corbibus meſſem in profluentem deiecerunt, culmus & ſegetis, obice neſcio qua in medio alueo retentus circuit ad eam planiciem, ut longo tempore poſt ſoli data area ibi fierent ædificia, vbi & templum Aeſculapii conditum eſt, & hunc locũ inſulam appellarunt, teſtis eſt Ouid. lib. vlt. Metamorph. Scinditur in geminas partes circumfluus annis, Inſula nomen hẽt, Liuius. De bonis Regis, q̃ reddenda ante cenſuerant, res integra defert ad patres, iſti victi ira, vetuere reddi, vetuere in publicũ redigi, diripienda plebi ſunt data, vt contacta Regia ꝑda, ſpem in perpetuum cum his pacis amitteret; ager Tarquiniorum qui inter vrbem, & Tyberim fuit conſecratus Marti, Martius deinde campus fuit, fortè ibi tũ ſeges farris dr̃ fuiſſe matura meſſi, quẽ campi fructum, q a religioſum erat cõſumere, deſectã cum ſtramento ſegetem, magna vis hoĩum ſimul immiſſa corbibus, fudere in Tyberim, tenui fluentem aqua, ut mediis ſolet caloribus, ita in vadis hæſitantis frumenti aceruos conſediſſe illitos limo, inſulam deinde paulatim, & aliis, quæ fert temere flumen eodem inuectis, factã, poſtea additas credo moles manu quoq; adiutum, vt tam eminens area, firmaque templis quoque, ac porticibus ſuſtinendis eſſet. [Tempeſtatem] Peſtem.

Aſcen. SEd vt cæterorum quoq;, &c. Ergo hactenus locutus eſt de miraculis Caſtoris, & Pollucis. Nunc verò exemplum affert de Aeſculapio, qui in ſerpentina facie cõſpectus, & Romam (aut eius loco maligni ſpiritus) delatus, peſtilentiam ſedauit, quæ aut ſua ſponte erat ceſſatura, aut non amplius à demonijs ipſis excitanda. Ordo eſt. Sed vt nos exequamur. i. ex ordine narremus, numen. i. diuinam potentiam, quoq; i. etiam cæterorum deorum, propẽſam. i. propitiam, & inclinatam huic. i. noſtræ vrbi. i. ad auxilium, & defenſionem Romæ. Ciuitas noſtrã. i. Romana, quia Romanus eſt qui loquitur, vexata. i. grauiter infeſtata, trienni o. i. ſpatio trium annorum, continuo. i. non interrupto peſtilentia. i. perniciofiſſimo illo morbo, cum ipſa ciuitas videret finẽ nulli, & tã diuturni mali, neq; imponi miſericordia diuina. i. per miſericordiã Dei, neq; auxilio humano, vt ope medicorum. Cura (ſi eſt nominatiui caſus ordo eſt) ſacerdotũ animaduertit. i. cõſiderauit libris Sibyllinis lectis. i. poſtq̃ legerat libros Sibyllinos, in quibus continebantur facta Romana, aut ſi ablatiui caſus eſt, ordo eſt. Ciuitas animaduertit cura. i. per diligentiam ſuã inſpectis libris Sibyllinis. ſalubritatẽ priſtinam. i. prioris ſtatus eorum, non poſſe recuperari aliter q̃ ſi Aeſculapius, qui Appollinis filius ꝑ peritiam medicinæ, dum viueret, habitus eſt, accerſitus. i. uocatus Romam, ab Epidauro. Itaque. i. & ita legatis miſſis eo, videlicet Epidaurum, ciuitas ſup. noſtra. i. Romana, credidit ſe impetraturam authoritate ſua. i. per, aut ꝑ auctoritatem ſuam, quæ erat ampliſſima in terris, unicam. i. ſingularem opem remedii fatalis. i. à fatis ad hoc ordinati, videlicet acceſſum Aeſculapii ad vrbem: Neque opinio decepit eam. ſ. ciuitatem Ro. Namq; pro quia, ꝓſidiũ. i. protectorium ciuitatis Aeſculapii nomẽ, eſt petitum. ſ. à Romanorum legatis, ac promiſſum. ſ. ab Epidauriis, pari. i. æquali ſtudio. i. opera ſtudioſa, q pro quia, Epidaurii. i. ciues Epidauri urbis inuitarant, aut benigniſſimè legatos Romanorum perductos eueſtigio. i. ſtatim, audita petitione eorum, priuſquam veſtigia mutaſſent, vnde ſtatim dictum, q quaſi à ſtante, & nihil adhuc moto quid factum aut fieri, aut futurum dicamus, in tẽplum Aeſculapii, quod diſtat ab vrbe eorum. ſ. Epidauriorum quinque millibus paſſuum, inuitauerunt dico. i. blãdè adhortati ſunt, vt ſumerent ꝓ ſuo iure. i. auctoritate qua pollebãt, aut ꝓ ſuo arbitrio quidquid exiſtimaſſent ſe laturos. i. portaturos in vrbẽ ſalubre. s. ſalutiferum patriæ. i. ſuæ, hoc eſt Romæ. dicẽdo quidquid inuenerunt penes ſe non eſſe numen Dei, vt illud traduci ſine ipſius aſſenſu poſſit, ſed ſiue ſimulachrũ Dei, ſiue donarium aliquod peterent, ad illos laturos. Quorum. ſ. Epidauriorum indulgẽtiã. i. cõceſſionẽ tã ꝓmptam. i. tam facilem, & paratam, numen ipſius Dei. ſ. Aeſculapii, ſecutum. i. ſubſecutum aut immitatus, comprobauit. i. ratificauit obſequio. i. morigeratione cœleſti, uerba mortalium. ſ. Epidauriorum, qui inuitauerant legatos ſumere quidquid ſalubre patriæ putarent, quod nõ potuiſſent præſtare ſine numinis obſequio. Eſt aũt obſequiũ ab obſequendo dictum, qñ quid, quod ſua ſponte non ſequeretur, ob alterius voluntatẽ, aut utilitatem ſequitur, & facit, unde illud Comicum. Obſequium amicos, veritas odium parit. Qñ ergo Deus, qđ mortales ꝓmittunt, & efficere non pñt, cõprobat, tunc obſequium præſtat. (Siquidem. i. qm̃, is anguis) quem Epidaurii. ſ. populi, viſum raro, ſed nunquam ſine magno bono ipſorum venerati fuerunt. ſ. antea in modum Aeſculapii, quia credebant in eius ſpecie Aeſculapiũ videri. Cœpit labi. i. ſerpere, oculis mitibus, & ita fauorabilibus, & tractu leni, quod placati animi indicium erat, per celeberrimas partes vrbis, & conſpectas triduo. i. ſpatio trium dierum (hoc credo auctore cõfirmatus Valla, cenſet cõtra Seruium ꝑ accuſatiuum tẽporis etiã continui, non eſſe venuſtiorem locutionem) inter admirationẽ oĩum religioſam. i. venerabundã præſeferens. i. manifeſta geſtione indicãs, & oſtentans, haud dubiam. i. certam alacritatem ſedis. i. habitationis firmæ clarioris, quia clarior multo erat Roma, q̃ Epidaurus, perrexit ad triremem Romanam, qua. ſ. legati aduecti fuerant, & nautis pauentibus ſpectaculo inuſitato. i. ob inuſitatum & inſuetum ſpectaculum, anguis ſup. conſcẽdit eo. i. in eum locum nauis, vbi erat tabernaculũ Q. Ogulnii, ſeu Vgolini legati. i. principis illius legationis, & eſt obuolutus per ſummam quietem, & in multiplicem orbem. i. ſpiram, & girum vnde oſtenditur oblongus fuiſſe. Tum legati perinde, atq; i. tãquam eſſent compotes rei exoptatæ: expleta actione gratiarum, quàm Epidauriis egerunt, & cultu anguis. i. mõ colendi anguẽ excepto. i. ſi diſcatur diſcito à peritis. i. ab iis qui bene nouerãt, nam antea apparuerat Epidauriis. Vnde manifeſtum eſt quod prius dixi, malignum ſpiritum in ea ſpecie in qua quia hoiem decepit, damnatus eſt, voluiſſe ab hoie coli, ſoluerunt inde. i. ab littore Epidaurico læti, emenſi proſperam nauigationem. i. emetiendo mare proſpera nauigationi vti, poſtq appulerunt. ſ. triremi ſua Antium oppidum illud haud ꝓcul à Roma, olim tũc ſup anguis qui remanſerat vbiq; in nauigio, ꝓlapſus. i. labẽdo egreſſus, circundedit in veſtibulo vt. i. dicunt. i. fani Aeſculapii diffuſæ Myrto, frequentibus ramis. i. hñtis diffuſam Myrtum arborem, cuius frequentes erãt rami, porticu ædi circundedit dico. i. amplexus eſt palmã. ſ. arborem excelſæ altitudinis ſupereminẽtem. ſ. myrtis. ſ. caput altius extollentem, & ijs ſup. cibis, quibus anguis ſolebat veſci (vt verus putaretur) poſitis ſup. ante eum per legatos per tres dies, non ſine. i. cum magno metu legatorum ne nollet (idẽ eſſet ſi dicatur, vt nollet) reuerti in triremem, vſus. i. per triduum illo hoſpitio Antij, ut illud quoque templum religione deuinciret, reſtituit ſe ad vehẽdum vrbi noſtræ. i. in urbem noſtram, hoc eſt Romã, atq; legatis. ſ. Romanis, egreſſis. ſ. naui in ripam Tyberis anguis tranauit (aut antiqua orthographia tranſnauit) in inſulam. ſ. vicinam, vbi templum eſt dicatum. ſ. Aeſculapio poſtea, & diſpulit ſuo aduẽtu tẽpeſtatẽ. ſ. peſtilentem, hoc eſt peſtilentiam ipſam, cui ipſe quæſitus erat remedium, hoc eſt effecit, pro quo faciẽdo accerſitus erat.

DE FVRIO CAMILLO.

*NEC minus * voluntarius in vrbem noſtram Iunonis tranſitus. Captis à Furio Camillo Veiis, milites iuſſu Imperatoris ſimulachrũ Iunonis * Monetæ, quod ibi præcipua religione cultum erat, in vrbem tranſlaturi, ſede ſua mouere conabantur: quorum ab uno per iocum interrogata Dea, an Romam migrare vellet: velle ſe reſpondit. Hac voce audita, luſus in admirationem verſus eſt. Iamq; non ſimulachrum, ſed ipſam cælo Iunonem petitam, portare ſe credentes, læti in ea parte Auentini montis, in qua nunc templum eius cernimus, collocauerunt.* * Liu. li. 5 * Reginã vocat Liuius.

Oliu. NEc minus voluntarius in vrbem nſam Iunonis tranſitus.] Liu. Cum iam humanæ opes egeſtæ à Veiis eſſent, amoliri tñ Deum dona, ipſoſq; Deos, ſed colentium magis, q̃ rapientum modo cœpere, namq; delecti ex omni exercitu iuuenes purè lotis corporib. cãdida veſte, quibus deportanda Romam regina Iuno aſſignata erat, venerabundi templum inire, primo religioſè admouentes manus, q in ſignum more vetuſto,

vetuſto, niſi certæ gẽtis ſacerdos attrectaſſet non eſſet ſolitus: deinde cũ quidam, ſeu ſpiritu diuino tactis, ſeu iuuenili ioco, viſne Romã ire Iuno dixiſſet, annuiſſe: cęteri Romani conclamauerunt, inde fabulæ adiectũ eſt: vocẽ quoq; dicẽtis velle auditã, motã certè ſede ſua parui mométi adminiculis, ſequentis mõ accepimus leuẽ, & facilẽ tranſlatu fuiſſe, integramq; in Auentinũ æternã ſedẽ ſuã, quo vota Romani Dictatoris vocauerãt, ꝑlatã, ubi templũ ei poſtea idẽ qui vouerat Camillus dedicauit. [Iunonis Monetæ.] Iuno Moneta à monendo dicta eſt, vt ſentire vĩ Cic. lib. de diui. dicit.n.atq; ẽt ſcriptũ à multis, cũ terræ motus factus eſſet, vt ſua plena ꝓcuratio fieret, vocẽ ab æde Iunonis ex arce extitiſſe, quocirca Iunonẽ illã appellatã Monetã.

ASCEN. NEC minus, &c. Affert miraculũ, quod ſub Camillo factum ſuit à Iunone, quod ne laboremus ſcire, quõ fieri potuerit Liu. ſatis explicat, nõ verè contigiſſe, ſed nutu ſimulachri, cũ forte ſimul interrogaretur, & moueretur, inuẽtũ fabulæ locũ, vt diceret rñdiſſe, volo mutorũ.n. (vt ſunt ſimulachra) loquelæ ſunt eorũ nutus. Author tñ Deam verè locutã interpretatur, quod ſi eſt, dæmonẽ in ſimulachro locutũ facilè dixerimus. Ordo eſt. Nec.a. & non, tranſitus Iunonis ſ. Monetæ in vrbem noſtrã. ſ. Romã, nõ ſup.fuit minus voluntarius minio aquẽ uoluntarius, ac trãſitus Aeſculapii. Enĩ pro quia, Veijs vrbe potẽte in Italia, captis à Furio Camillo, qui uir clariſſimus, & alter ab Romulo vrbis conditor eſt habitus, milites. i. qui pro bello gerẽdo æra merebant, tranſlaturi iuſſu Imperatoris in vrbem noſtrã. i. Romanã ſimulachrum Iunonis Monetæ, à monendo dictæ. quod. ſ. ſimulachrum erat cultum ibi. i. Veijs, ꝑcipua religione, conabant mouere. ſ. ipſum ſimulachrũ ſup. à ſede ſua, ẽ quorum. ſ. militum, vno, Dea interrogata per iocum, an vellet migrare. i. tranſire habitatum Romã, rñdit (vt Liu. ſentit nutu) velle, ſup. ſe. Luſus. ſ. iocularis, quia nõ ſerio interrogauerat, uerſus eſt in admirationem, hac voce audita, iamq;. i. & iam, hoc eſt deinceps, milites læti, credentes ſe portare nõ ſimulachrum, ſed ipſam Iunonem petitam cœlo, trãſlatam, collocauerũt ſup. ipſam ſimulachrum in ea parte montis Auentini in qua nos cernimus (de tempore ſuo loquitur author) iam.n. non extat, templum eius, ſ. Iunonis. Ex his patet, Romanos, & cæteros gentiles diſtinxiſſe ſimulachra Deorũ, ab ipſis Dijs, & Deabus. Verũ in hoc errabant, ꝙ eos, quorum ſimulachra ponebant, Deos eſſe credebant, qui etiam Deos fieri poſſe putabant, aut Deos in ea deſcendere, ſed hæc alibi ſunt diſputanda.

DE SIMVLACHRO FORTVNAE.

*Liu. li. 2. ſed plura Plut. in Coriolano.

*FORTVNAE etiam * muliebris ſimulachrum, quod eſt in Latina via ad quartum milliarum, eo tẽpore cum æde ſua conſecratum, quo Coriolanum ab excidio vrbis maternæ preces repulerunt, non ſemel, ſed bis locutum conſtitit, prius bis verbis, Ritè me matronæ vidiſtis, riteq; dedicaſtis.*

OLIV. FORTVNAE muliebris.] Cũ Coriolanus in exilium miſſus eſſet, ꝙ frumentum diſtribui populo vetaret, ad Hetruſcos profugit, & ab his Imperator electus, vrbẽ magnis copiis aggreſſus eam graui obſidione premebat: miſſi ſunt ad eũ primo legati, q agerẽt de pace cum eo, q nihil obtinere potuerunt: iterum idẽ miſſi, nõ recipiunt ab eo in caſtra: miſſi deinde ſacerdotes cũ infulis, æquẽ ſine effectu redierunt: ſtupebat Senatus, trepidabat populus, viri, ac pariter mulieres immĩnẽs exitiũ lamẽtabãt. tunc matronæ ad Veturiã matrẽ Coriolani, Volumniamq; vxorẽ frequẽtes coeunt, id publicum cõſilium, an muliebris timor fuerit, parũ conſtat: peruicerunt certè, vt & Veturia magno natu mulier, & Volumnia duos paruos ex marito ducẽs filios ſecũ, in caſtra hoſtiũ irẽt, & q̃ armis viri defendere vrbẽ nõ poſſent, mulieres precibus, lachrimiſq; defenderent, ubi ad caſtra ventum eſt, nunciatumq; Coriolano adeſſe ingẽs mulierum agmẽ, vt q nec publica maieſtate in legatis, nec in ſacerdotibus tãta offuſa oculis, animoq; religione motus eſt, multo obſtinatior aduerſus lachrymas muliebres erat: deinde familiarium qdã, qui inſignẽ mœſtitia inter cęteras cognouerat Veturiam inter nurum, nepoteſq; ſtãtẽ: Niſi me fruſtrant inquit, oculi mater tibi, coniuxque adſunt, & liberi. Coriolanus ꝓpe, vt amẽs cõſternatus, à ſede ſua cum ferret matri cõplexum, mulier in irã ex precibus verſa: ſcire inquit, volo, priuſquã cõplexum accipiã, ad hoſtẽ ne, an ad filiũ venerim captiua, mater, ne in caſtris tuis ſim, in hoc me longa vita: & infęlix ſenecta traxit, vt primo exulem, deinde te hoſtem viderem: potuiſti populari hanc terram, quæ te genuit, quæ te aluit: niſi te pepeꝛiſſem, Roma non oppugnaretur, multa inſuper addidit complorando, quibus, & vxoris, & paruulorũ fletibus motus, matrẽ complexus expugnaſti inquit iram meã, patriã precibus huius motus, cuius vtero delatus ſum, quamuis merito mihi iniuſtam dono, continuoq; agrũ Romanum hoſtilibus armis liberauit: at cuius rei memoriã Senatus cenſuit templum Fortunæ muliebri dedicandum in Latina via ad quartũ lapidem, vbi res acta fuerat: qm̃ fortunatiores in liberanda patria fuerãt mulieres, quàm viri: nam vt inquit Liu. non inuiderunt laudes ſuas mulieribus viri Romani: adeo ſine obtrectatione alienæ gloriæ viuebatur. Huius igitur Deæ ſimulachrũ bis locutum fuiſſe tradunt authores. [Ritè vidi.] Tum cũ nobis ꝓpitia ſunt. [Ritè dedicaſtis] Quia ſimulachrũ illud dedicauerunt mulieres. Plut. dĩt, ꝙ mulieres collata pecunia, ſimulachrũ illud cõpararũt, & dedicarunt.

FOrtunæ, &c. Vt probet exẽplum ſuperius cuius fides maximè vacillat, affert exemplũ ſimulachri Fortunæ muliebris, quod bis locutũ dicit, ſed haud dubiè dæmonum fraude, q in ſimulachris ſubinde loquebantur, vt in vita. S. Bartholomæi Apoſtoli legimus. Ordo eſt. Simulachrũ ẽt, non ſolum Iunonis, ſed ẽt Fortunæ muliebris, quæ mulieres fortunare credebatur. Plut. in eo lib. quẽ de fortuna Romanorum, & virtute Alexandri ſcripſit, docet Romanos plurimum fortunæ debere ſed ſtulto errore, ad hoc inducti ſunt, vt Fortunam Deam credant, ad quã dicit Iuuen. Nullũ numẽ habes, ſi ſit prudẽtia, ſed te nos facimus Fortuna Deam, cœloq; locamus. Et ideo Auguſtinus in lib. 4. de ciu. Dei, non à fortuna, ſed à Deo Romanos Imperium accepiſſe, vt auctoramentum, & mercedẽ virtutum ſentit. Qd ſup. ſimulachrum eſt in via Latina ad quartum milliarium. ſ. ab vrbe, conſecratum eo tempore cum æde ſua, quo preces maternæ. ſ. Veturiæ matris, & vxoris Coriolani. ſ. Martii, à Coriolis deuictis agnomen illud ſortiti, repulerunt. i. retro abire fecerũt Coriolanum. ſ. Martium, vt dixi filium Veturiæ, ab excidio vrbis, ſ. Romæ. Simulachrum dico Fortunæ, &c. conſtitit, locutum non ſemel, ſup. tñ, ſed bis prius, non dicam, priuſquam cõſecratũ eſſet, ne ſit repugnantia in verbis, ſed prius. i. priore loco, aut vt dicant, binis vicibus, his verbis O matronę, vos vidiſtis me ritè, & dedicaſtis me ritè, ergo poſt conſecrationem locutum eſt.

DE VALERIO PVBLICOLA.

*VALERIO aũt * Publicola Coſ. qui poſt exactos Reges bellum cum Veientibus, & Hetruſcis geſſit: illis Tarquinio priſtinũ imperiũ reſtituere, Romanis nuper partam libertatem retinere cupientibus, Hetruſcis, & Tarquinio in cornu dextero prælio ſuperioribus, tantus terror ſubito inceſſit, vt non ſolum victores ipſi profugerent, ſed etiam pauoris ſui conſortes ſecũ Veientes traherẽt: cui rei pro argumento miraculum adijcitur ingens: repentè vox è proxima ſylua Arſia, quæ ore Syluani in hunc pene modũ miſſa traditur: Vno plus Hetruſci cadent, Romanus exercitus victor abibit, Miram dicti fidem digeſta numero cadauera exhibuere.*

* Liuius lib. 2.

OLIV. VALERIO autẽ Publicola Cõſule, q poſt] Plebis amator Publicola dictus, poſt Reges exactos, Cõſul cũ Bruto creatus, in ſuſpicionẽ cũ veniſſet affectati Regni, ꝙ videlicet ædes ſuas in ſummo Veliæ ædificaret, iuſſit oẽm ædificãdi materiã in planum deferri, tollendæq; ſuſpicionis gratia in radicibus montis, atq; ima valle cõſtruxit ædificium. [Illis] Scilicet Veientibus, & Hetruſcis. [Inceſſit.] inuaſit, & tã cum accuſatiuo, quam cum datiuo conſtruitur, vt hoc loco cum datiuo. [Veientes.] Qui principes erãt Hetruſcorum, & ita primum miraculum fuit, ꝙ victores incerta cã terrerentur. [Argumẽto.] Ad cõfirmationem pauoris illius. [Miri dicti ſ.] Quia dinumeratis vtriuſque exercitus cadaueribus, id poſtmodum verum fuiſſe re ipſa compertum eſt. [Digeſta.] Diſtincta atque diſcreta cadauera Rom. ab Hetr. vt dinumerari poſſent.

ASCEN. VAlerio, &c.] Reliqua iã dicemus: id præmonitũ velim illic, Hetruſcis. &. Tarquinio, &c. meliorẽ eſſe ordinẽ. Tãtus terror ſubito inceſſit Hetruſcis, & Tarquinio ſuperioribus prælio in dextro cornu, &c. [Valerio, &c.] Recitat miraculoſam Syluani vocẽ è ſyluis auditã dicẽn. Autẽ ꝓ ſed. Valerio Publicola Cõſule. i. cũ Val. Publicola eſſet Cõſ q ſ. Publicola geſſit bellum cũ Veiẽtib. Hetruſcis poſt Reges. ſ. Tarquiniũ ſuperbũ, & eius filios, & p eos alios oẽs, q futuri erãt, exactos. i.

ignominioſè repulſos, vrbe, illis.ſ. Veientibus, & Hetruſcis cupientibus reſtituere Tarquinio Imperiū priſtinū. i. quod prius habuerat: qui ad ſui reſtitutionem maximè induxerat Porſenā Regem Hetruſcorū, ne eijciendorum Regū impunitate cognita, reliqui populi exēplū ſumāt, qd̄ tentarent. Romanis ſup. cupiētibus retinere libertatem partam nuper. i. tunc paulo ante, Hetruſcis, & Tarquinio ſup. euntibus, aut, vt dīt exiſtentibus, ſuperioribus prælio. i. vincētibus in cornu dextero. ſ. acie inſtructa, tantus terror inceſſit. i. inuaſit ſubito. ſ. Hetruſcos, vt nō ſolum ipſi victores. ſ. Hetruſci, qui paulo ante fuerāt victores, profugerent, ſed traherēt etiam ſecū Veientes conſortes ſui pauoris, qui tū in ſiniſtro cornu bellabant. Cui rei adijcitur ingens miraculum pro argumento, i. pro eius comprobatione, poteſt & meo quidem iudicio rectius illud ingens addi ſequenti ſic. Miraculū adijcitur, videlicet ingens vox, quæ traditur miſſa è proxima Sylua Arſia. ſ. noie, ore Syluani, id eſt Dei Syluarū in hunc modum. Hetruſci cadent, plus. i. amplius uno. ſ. milite, Rom. exercitus abibit victor, quia uno minus cecidit. Corpora. ſ. cæſorum degeſta numero. i. ab vtraq; parte numerata, exhibuere miram fidem dicti, quia ita inuentum eſt, vt dictum erat.

DE C. FABRICIO.

*QVID Martis auxilium, quo victoriam Romanorum adiuuit: nonne memoria celebrandū eſt? Cū Brutij, atq; Lucani, odio incitatiſſimo, maximisq; viribus Thurinæ vrbis peterent exitium, ac præcipuo ſtudio eius incolumitatem C. Fabricius * Lucinus Coſ. protegeret, resq; ancipiti euentu, collatis vnum in locum vtriusq; partis copijs gereretur. Non audentibus Romanis prælium ingredi, eximiæ magnitudinis iuuenis primum eos hortari ad capeſſendam fortitudinem cœpit: deinde vbi tardiores animaduertit, arreptis ſcalis per mediā hoſtium aciem ad contraria caſtra euaſit: & admotis, vallum conſcendit. Inde voce ingenti clamitans, factum victoriæ gradum, & noſtros ad aliena caſtra capienda, et Lucanos, Brutiosq; ad ſua defendenda, illuc traxit, vbi conſerti dubio certamine terebātur. Sed idem impulſu armorum ſuorum proſtratos hoſtes iugulandos, capiendosque Romanis tradidit: viginti enim millia cæſa, quinque millia, cum Statio Statilio Duce vtriusq; gentis, & tribus atq; viginti militaribus ſignis capta ſunt: poſtero die cum Conſ. inter honorandos, quorum ſtrenua opera fuerat vſus, vallarem coronam ei ſe ſeruare dixiſſet, à quo caſtra erant oppreſſa, nec inueniretur qui id præmiū peteret, cognitum pariter, atq; creditum eſt, Martem patrem tūc populo ſuo affuiſſe. Inter cetera huiuſce rei manifeſta indicia, galea quoque duabus diſtincta pinis, qua cęleſte caput tectum fuerat, argumentum præbuit: Itaq; Fabritij edicto, ſupplicatio Marti eſt habita, & à laureatis militibus, magna cum animorum lętitia oblati auxilij teſtimonium ei eſt redditum.*

*Luſcinū ſcribūt alij.

O L I V. Brutij Lucani.

MEMORIA celebrandum.] Memorare dignū Syluanus voce Ro. iuuit, Mars verò facto. Brutij, atq; Lucani ſunt Italiæ populi haud procul à Calabria, Lucani ſunt inter Cāpaniam, & Brutiū, vel vt alij dīt, inter Appulos & Calabros, qui teſte Plin. ſunt à Samnitibus oriundi. Stra. vero li. 5 circa principium dicit, Lucaniam inter Tyrrhenū, Siculumq; littus poſitam eſſe, hinc quidem à Silari vſq; lacu, hic autē à Metaponto vſq; ad Thurios, ad ipſam verò cōtinentem è Samnitibus vſq; ad Iſthmū, q à Thurijs in Cerillos extenditur prope lacum, ſupra hos dicit eſſe Brutios Cheroneſum habitantes, qui à Loc. Brutiorum nomen acceperunt, qm̄ Lucani Brutios rebelles, fugitiuosq; vocant: nam Brutios dicit antea fuiſſe Lucanorum paſtores, à quibus transfugerant. [Thurinæ.] Oppidum eſt Calabriæ, in ſinu Tarentino poſitū, Crotoni conterminum, quod olim Turium dicebatur à Græcis conditū, author eſt Str. Hæc igitur ciuitas erat Romanis fœdere & ſocietate coniuncta, & ideo defendebatur a P. R. [Ancipiti.] Dubia fortuna. I. in neutram partem inclinata re. [Vallum.] Dicitur munimentum caſtrorum, vel foſſa, vnde vallare, circundare, protegere, munire, vallum, munimē q̄ fit de palis acutis: vallus vero maſculini generis palus acutus, ſiue qui gentibus iunctus ambulat. [Inde.] E ſummo loco, hoc eſt è vallo. [Factum victoriæ gradum] quia ſcalas Mars admouerat vallo. [Idē.] Quem Martē fuiſſe credendum eſt. [Inter ho.] Dum honoraret. [Vallarem co.] Qua donari ſolebant, qui primi vallum aſcendiſſent: erat autem graminea, quia gramen Marti conſecratum eſt: Militares coronæ, ut Gellius tradit, multifariæ ſunt, quarum quæ nobiliſſimæ ſunt, has fermè dicit eſſe, triumphalem, obſidionalem, ciuicam, muralem, caſtrenſem, naualem: eſt quoq; corona, quæ oualis dicitur: eſt item poſtrema oleaginea, qua uti ſolebant, q in prælio non fuiſſent, ſed triumphum procuraſſent. Triumphales coronæ erant aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittebantur, id uulgo dicebatur aurum coronarium, hæ antiquitus e lauro fiebant, poſt fieri ex auro cœptæ. Obſidionalis eſt, quam liberati obſidione, dabant Duci qui liberaſſet, ea corona graminea fuit, obſeruatumq; ſolitum, ut fieret è gramine, quod in eo loco generatum eſſet, in quod clauſi erant qui obſidebantur. Hanc coronam S.P.Q.R. Quinto Fabio Maximo dedit bello Punico ſecundo, quòd urbem R. obſidione hoſtium liberaſſet. Ciuica corona appellatur quam ciuis, à quo ſeruatus eſt in prælio in teſtimonium vitæ ſalutisq; receptæ dabat, & fiebat è frōde quercina, qm̄ cibus, victusq; antiquiſſimus ea quercu capi ſolitus ſit, fiebat etiam ex Ilice, quod genus ſuperiori proximum eſt, ac ciuica corona L. Gellius vir Cenſorius in Senatu Cic. cōſulē coronari à Rep. cenſuit, q̄ eius opera eſſet atrociſſima illa Catilinæ coniuratio detecta. Muralis corona, qua donabatur ab Imperatore, qui primus murus ſubiiſſet, inque oppidum hoſtium per vim aſcendiſſet, idcirco quaſi muri inſignia pinnis decorata erat. Caſtrenſis corona eſt, qua donabat Imperator eum, qui primus hoſtium caſtra pugnans introiuiſſet, ea corona inſigne valli habebat. Naualis corona, quæ donari ſolebat maritimo prælio huic, qui primus in hoſtium naues armatus tranſiliiſſet, ea quaſi nauiū roſtris inſignita erat. Muralis autē, & caſtrenſis, & naualis, fieri ex auro ſolebāt. Oualis verò corona myrtea erat, ea vtebantur Imperatores, qui ouātes introibant vrbem, ouandi, necnon triumphandi cā: Hæc cum bella nō ritè inita, neq; cū iuſto hoſte geſta forēt, aut hoſtiū nomen humile, & nō idoneum fuiſſet, vt ſeruorū, piratarū, aut deditio repente facta abſque puluere, vt dici ſolet, incruentaque victoria obueniſſet, cui facilitati aptā eſſe Veneris frondē crediderunt, q̄ nō Mart. ſed quaſi Venereus quidā triūphus foret, dabat merenti Duci. Hāc Myrtheā coronā Mar. Craſ. bello fugitiuorum cōfecto, cū ouāns rediret, inſolēter aſpernatus eſt, Senatusq; cōſultum faciēdū curauit, vt è Lauro, nō Myrtho corona reiut. De ouatione veteres ſcriptores iter ſe diſſentiſſe accipio, partim. n. ſcripſerunt, qui ouarēt introire ſolitos, equo inuectos, & Sabinus Maſurius pedes ingredi ouātes dicit, ſequentib. eos non militibus, ſed vniuerſo Senatu. Ouare aūt alij à militum voce, alij ab oue, quam ſacrificabant, dictū volunt, Olympiæ celebri Gręciæ ſpectaculo pugiles deiectis aduerſarijs oleaſtro inſigniri ſerto, mos erat. Plin. quoque de his multa li. 22. & li. 33. [Nec inueniretur.] Quia nemo ſe dignū ducebat eo premio. [Martem patrem] Quia de Marte creditū eſt natos fuiſſe Romulum, & Remum vrbis conditores, & Romani generis authores. [Duabus diſtinctā pinnis.] Criſtis, ita quoque pingi ſolebat, vnde Virg. Viden, vt geminæ ſtant vertice Criſtæ. Et pater ipſe ſuo ſuperum iam ſignat honorē. [Argumētum] Indicium. [Oblati,] Scilicet à Marte.

Virgilii locus.

Ascen.

QVID Martis, &c. Recitat miraculoloſum exēplū de auxilio Martis quo Romanos iuuiſſe arbitratus eſt, dicens. Quid? modus eſt interrogandi ad venuſtatem faciens, auxilium Martis, quo adiuuit victoriā Romanorū, nonnē celebrandum eſt. i. celebre reddendū, memoria. i. memoratione frequēti, q. d. maximè. Cum Brutij, atq; Lucani, populi Italię peterent odio incitatiſſimo, & maximis viribus exitium. i. euerſionem, & perniciem, aut deſtructionē vltimā Thurinæ vrbis in Calabria, & Caius Fabritius Luc. aut vt alij legunt, Lucinius Cōſul. ſ. Romanus, protegeret præcipuo. i. maximo ſtudio, incolumitatem. i. ſalutem, & conſeruationem eius. ſ. vrbis. Et res ſ. bellica gereretur euentu ancipiti. i. dubio, & incerto, in vtramq; partem victoria ſe inclinaret, copiis vtriusq; partis collatis in vnū locū, Romanis nō audentib. ingredi p̄lium, iuuenis eximię magnitudinis (quē Martē fuiſſe poſtea creditū eſt) cœpit primum hortari eos. ſ. Romanos, ad capeſſendā fortitudinē. ſ. enim, deinde vbi. i. poſtq̄ animaduertit. ſ. Romanos tardiores, q

nihil verbis mouebantur, cuaſit per mediam aciem hoſtium ad caſtra contraria.i.hoſtilia, ſcalis. ſ.ad vallum tranſcēdendū acceptis, & ſcalis admotis.ſ.ad vallum, conſcendit uallum, quod uallis.i.ſtipitibus, & ceſpitibus fieri ſolebat, præpoſita foſſa. Inde clamitans voce ingenti, quod Marti maximè conuenit, gradum.i.anſam, aut aditū, factū victoriæ, traxit illuc, ubi ipſe erat, & i.ſimul noſtros.i. Rom. ad capiēda caſtra aliena, quia hoſtiū, & Lucanos, & Brutios ad defendenda ſua.ſ.caſtra. vbi.i.apud q̃ caſtra, ipſi Rom conferti.i.congreſſi, & manum conferentes dubio certamine terebantur: ſed idē.ſ iuuenis, hoc eſt Mars, tradidit hoſtes proſtratos impulſu armorum ſuorum Rom. iugulandos, & capiendos, hoc eſt alios iugulādos, alios capiendos. Enim pro quia, viginti millia. ſ.hoſtium cæſa.i. occiſa ſunt 5. millia capta ſunt, cum Statio Statilio Duce vtriuſq; gentis, & cum tribus, atq; viginti ſignis militaribus. Die poſtero, cum Cōſul.ſ.Fabr.inter ceteros honorādos, id eſt dum ceteros honore afficeret, quorum ſtrenua opera fuerat vſus, dixiſſet ſe ſeruare coronam vallarem ei, à quo caſtra erant oppreſſa, talis. n. corōna debebatur ei, qui prius vallum hoſtile tranſcēderat, nec inueniret ſup. quiſpiam, qui peteret id præmium.i.ſ.vallarem coronam. [Cognitum eſt pariter et creditum, Martem patrem. ſ. R. P. quia primi Romanorum regis Romuli pater eſt habitus, affuiſſe, id eſt auxilio fuiſſe tūnc populo ſuo: Galea quoque diſtincta duabus pinnis, id eſt acuminibus, & Criſtis, qua caput cœleſte, videlicet Martis fuerat tectum, præbuit argumentum. i.approbationem, inter cetera manifeſta indicia.i.demonſtrationes huius rei, ſ.quòd à Marte fuerant adiuti Rom. Itaque.i. & ità, ſupplicatio.i.ut noſtri dicūt, rogatio, ſeu proceſſio, eſt habita Marti, edicto.i.ex publico mandato Fabricij, & teſtimonium aualit oblati.ſ.à Marte eſt redditum ei.ſ.Marti, à militibus laureatis. i.lauro coronatis, cum magna lætitia animorum.

DE DIIS TROIANIS MIRVM.

* Diony. lib. 1.

*REFERAM nunc * quod ſuo ſæculo cognitum, manauit ad poſteros: Penates deos Aeneam Troia aduectos Lauinij collocaſſe. Inde ab Aſcanio filio eius Albam, quam ipſe condiderat, tranſlatos, priſtinum ſacrarium repetiſſe: & quia id humana manu factum exiſtimari poterat relatos Albam, voluntatem ſuam altero tranſitu ſignificaſſe. Nec me præterit de * voce, & motu Deorum immortalium, humanis oculis, auribusq; percepto, quàm ancipiti opinione æſtimatio verſetur. Sed quia non noua dicuntur, ſed tradita repetuntur: fidem authores vendicent: & noſtrum ſit, inclitis literarum monimentis conſecrato, perinde ac vana non refugiſſe.*

* Mota, & voce deorum legũt alii.

OLIV.

REFERAM nunc, quod ſuo ſæculo cognitum, manauit ad poſteros.] Id eſt quod traditione patrum peruenit ad poſteros, non ex monimentis literarum, repetitum. [Penetrales Deos] Penates, notum eſt, quomodo Aeneas à Troia penates aduectos ſecum comites adduxit ut Virg. Ilium in Italiam portans, victosq; penates, vel quod melius eſt penetrales.i. genios, ſicut Plat. Qui geniorum nomen aſſumunt, hos etiam in penetralibus conſecrant, qui cum ſpiritu tenues ſunt, inſinuant ſe corporibus, Dion. Alicarnaſſeus de antiquitatibus Romanorum lib. 1. Dum conderetur inquit, vrbs Alba, miraculum quoddam maximū fuiſſe dicitur, ex iructio .n.ſacris deorū, quos Aeneas Troia eduxit, & Lauinij collocauit, templo, locum habente inacceſſibilem, atq; ſacris in hoc delubrū Lauinio tranſlatis, Albam ſequenti nocte clauſis tum maximè foribus, neque læſis ulla ea parte parietibus, aut tectis, inuectos eſſe aiunt Deos Lauinij permutatis ſedibus ſuper priſca ſedilia, tranſlatosq; deinde Albā iterum Lauinio cum precationibus, & placitis ſacrificiis in eundem rediiſſe locum, dubitātibus aūt hominibus, quid facto opus eſſet in tali negocio, cum neq; ſine Diis patriis habitare dignum ducerent, neq; in relictā iam habitationē rurſus reuerti, ſententiam tandem inuenerunt, quæ uiſa eſt vtriq; rei abundè ſatisfacere, ut ſimulchra ſuo loco permanere ſinerent, homines autem à Deorum cultu, Alba rurſus Lauinium colonos traducerent fueruntq; qui miſſi ſunt ſacrorum curatores ſexcenti, cum omnibus rebus ſuis, Dux autē cōſtitutus eſt ipſis Aegeſtus: hos quidem Deos Romani penates vocant, qui vero in linguam græcam nomen ipſum conuertunt, alii patrios appellant, alii Genethlios, ſunt & qui Eteſios, alii autē Mychios, alii Ercios. Videtur autem vnicuiq; horum ſecundum aliquid contingentium ipſis fuiſſe cognomen: multa præterea dicit de figura, & forma eorum, quæ longum eſſet referre, quæ qui ſcire deſiderat, apud ipſum Dionyſium legat. [Albam] Quæ à ſitu porrectę in dorſo urbis, longa dicta eſt, ut teſtatur Liu. Decade ab V.C. [Sacrarium priſt.] priorēm locum ſacratum, unde fuerant aduecti, nam ſacrarium propriè dicitur locus in templo, ubi ſacra reponuntur. [Relatos Albam.] Reportatos Albam, quia putabant non per ſe deos priſtinā ſedem Lauinii repetiſſe, ſed humana ope eos fuiſſe tranſlatos, rurſus Albā tranſtulerunt. [Nec me præterit.] Occurrit tacitæ quæſtioni Valerius, nō facile his miraculis eſſe credendum, quæ de motu, & uoce deorū referuntur, nam plerāq; falſa ſunt, & multi ea ſe uidiſſe, uel audiſſe putant, quæ non ſunt, nec fuerunt: reſpondet ergo, & dicit, non ſe ea nunc primum tradere, ſed ab aliis tradita commemorare, vnde in proœmio dixit, quæ apud alios latius diffuſa ſunt. [Sed qa nō noua dicunt.] Duplex ſenſus uideri poteſt, aut.n. inquit, credendum eſt his authoribus, maximè qui non noua, & inaudita referunt, ſed ab antiquis tradita repetunt, aut certè vtcunq; ſit, vt nulla huius ad me uituperatio pertineat, credāt authoribus, à quibus hæc ipſa ſumuntur exempla, noſtrum ſit ea non contempſiſſe tanquam uana. [Non me præterit.] Honeſtus dicendi modus, non me præterit, non me fugit, nō me latet, id eſt ſcio, idem eſt, non ſum ignarus, non inſcius, & multa huiuſcemodi inueniuntur ſynonyma. [Humanis oculis] Quantum pertinet ad motum. [Auribus] Quantum ad vocē. [Ancipiti opinione.] Scio inquit homines uariam opinionem habituros eſſe his de rebus, quæ ad deos pertinent, quia alii vera, alii falſa eſſe exiſtimabunt. [Sed quia non noua,] Sed tradita repetuntur. Ego inquit non ea primus narro, ſed ab aliis tradita refero. [Fidē authores uendicent] Ergo qui primi ea ſcripſerunt, hi videant: quomodo credenda ſint. [Refugiſſe.] Reſpuiſſe.

ACRN.

REferam, &c. Recitat miraculum factum per deos Troianos, ab Aenea in Italiam aduectos, dicens, ergo referā, id eſt recitabo nunc ſup. miraculum, quod cognitum ſuo ſæculo, ſcilicet quo contigit, manauit.i.proceſſu temporis peruenit ad poſteros.i. notitiam poſterorum, videlicet Aeneam filiū Anchiſæ ea Venere, collocaſſe Lauinij, i. in illa urbe in Latio à Lauinia filia Latini, & vxore Aeneæ dicta, deos penatus aduectos.ſ.in Italiam Troia, id eſt ex Ilio, & inde tranſlatos ab Aſcanio filio eius, ſcilicet Aeneæ, Albam. ſ.longam, quam ipſe.ſ. Aſcanius cōdiderat, repetiſſe ſacrarium priſtinum.i. Sacellū, in quo prius ſacrati fuerant Lauinij. Et quia id poterat exiſtimari.i.iudicari factum ſup. eſſe manu humana, relatos Albam ſignificaſſe.i. declaraſſe ſuam voluntatem, altero. i. ſecundo tranſitu ab Alba in Lauinium. Nec præterit me.i. non ignoro, quam.i. quātum ancipiti.i. dubia opinione, exiſtimatio.i. iudicium de motu, & uoce Deorum immortalium percepto oculis, quantum ad motum: & auribus, quantum ad vocem, uerſetur.i. agitetur. Sed quia non dicuntur noua.i. recenter excogitata, ſed repetuntur tradita.ſ.à maioribus, authores.i. aſſertores, ſ. & primi ſcriptores earum rerum vendicēt.i. uſurpent ſibi fidem.i. credulitatem hominum, & noſtrum ſupple officium ſit, non refugiſſe perinde ac.i. ſi quam vana conſecrata inclytis, id eſt nobilibus monimentis literarum.

THEO.

SACRARIVM] Penetrale.

DE DIVO IVLIO.

FACTA mentione vrbis, è qua primordia ciuitas noſtra traxit, Diuus Iulius fauſta proles eius, ſe nobis offert: quem C. Caſſius (nunquam ſine præfatione publici parricidij nominandus) cum acie Philippenſi ardentiſſimo animo perſtaret, vidit humano habitu auguſtiorem, purpureo paludamento amictū, minaci vultu, & concitato equo, in ſe impetum facientem: quo aſpectu perterritus, tergū hoſti dedit, voce illa prius emiſſa: Quid enim amplius agas, ſi occidiſſe parum eſt: Non occideras tu quidem Caſſi Cæſarem: (Neque enim extingui illa diuinitas poteſt:) ſed mortali adhuc corpore utentem violando, meruiſti, ut tam infeſtum haberes Deum.

OLIV.

FACTA mentione vrbis] Exemplum quod ſequitur cū ſuperiore coniungitur hoc modo, quandoquidem, inquit Albæ mentionem fecimus, rectè nunc de Iulio Cæſa. dicamus,

dicamus,qui ab Iulo Albæ conditore fuit oriundus, cuius nu-
men Caſſio minatum eſt,cum in campis Philippicis cum Augu
ſto dimicaretur.[Primordia.] Nam inde oriûdi fuerunt Romu
lus, & Remus Rom.vrbis conditores.[Diuus Iulius.] Nam ab
Aſcano,qui & Iulus dictus eſt, poſtea Iulius Cæſar,& Iuliorum
familia deſcendit,vnde Virg. & a magno demiſſum nomen Iu-
lo.[Fauſta proles] Nûquam de Cæſare mentionem ſine adula-
Fęlix, & Fauſtus. tione facit.Fęlix & fauſtû dicitur Rom.appellabant fęlicem,&
hilarem: vt vult Plutar.in vita Syllæ.[Caius Caſſius.] Satis
conſtat Brutû, & Caſsium principes fuiſſe coniurationis in Cæ-
ſarem, qui cum partes Reip. tuendas ſuſcepiſſent, Octauianus
Antonio coniunctus,aduerſus eos copias maximas comparauit,
& cum bellum in campis Philippicis vtrimq; côlatû eſſet, in-
ter ipſam dimicationem imago Cæſ.quæ equo vehebatur,pur-
pureo paludaméto amicta ſe obtulit Caſsio,& acri vultu mina-
bûda perſequi inſtitit,tûc Caſsius terrore perculſus,tandé ab il-
lius imaginis conſpectu ſe auertit, & fugiens magna voce cla-
mauit,quid aliud ſupereſt,ſi occidere virum parû eſt.[Nunquá
ſine præf.] Putidiuſculus Val.erat,qui tanta,tamq; aperta vte-
batur adulatione, nunquam Caſsius, inquit nominandus eſt,
quin ei præponatur, hæc præfatio, publicus parricida Caſsius,
quia publicum parentê occidit Cæſar.[Auguſtiorem,] Venera-
biliorem, & præſtantiorem humano habitu, quam. ſ.homini
conueniat. Nam Auguſtus locus dicitur augurio conſecratus,
quaſi ſanctus, vel à geſtu, vel à guſtu auium dictus, nam locus
is, vel quem aues depaſtę fuiſſent, vel in quo geſtû aliquem ex-
preſsiſſent,ſacer eſſe putabatur.[Côcitato] Subditis calcaribus
equo.[Quid n.amplius.] Verba ſunt Caſsii ſeipſum alloquen
tis.[Agas] Scilicet Cæſari,quando quidem non ſatis fuit occi-
diſſe.[Non occi.] Quodammodo reſpondet Val. Caſsio cum
quadam inuectiua,& magna Cæſaris adulatione.

Ascen. FActa mentione vrbis Congruo pede progreditur ad nar-
randum miraculum, quod per Iulium Cæſarem factum
aſſentatoriè recitat,dicens.Mẽtione urbis.ſ. Troię ex qua,
noſtra ſ.Romana ciuitas traxit primordia.i.prima exordiâ,&
originem (quia Aeneas vir Troianus,Iuli ex Creuſa filia Pria-
mi fuit pater.Iulus aût Albam condidit, & populo dotauit, ex
Albani autem Regis filia natus Romulus,à quo Roma condita.
[Facta.] .i.quia in ſuperiore exemplo fecimus mentioné Deorum
penatium Troia aductorum, ideo ſup. D. Iulius.ſ.Cæſ.Proles
fauſta.i.fauore deorum aucta,& fęlix, eius. ſ. Troię,vnde Maro
Aen. 1. Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſ. Iulius à ma-
gno demiſſum nomen Iulo.offert nobis ſe.ſ.recitandû, quem,ſ.
Iulium Caius Cæſ nunquam nominandus ſine præfatione. i.
præuia appellatione i deteſtationé eius parricidii publici, quod
videlicet commiſit in Rempub. occidédo patrem patriæ videli
cet,cum.i.quando periîaret animo ardentiſsimo in acie Philip-
penſi, vbi cum Bruto contra Auguſtum & Ant.dimicauit:Au-
guſtiorem,id eſt diuiniorem,& celebriorem habitu.i.diſpoſitio
ne, aut aſpectu,& facie humana.i.homini conuenienſi, hoc eſt
vidit in forma diuina,amictum paludamento.i.indumento Im-
periali,purpureo,facientem impetû in ſe,vultu minaci, & equo
concitato.i.ad impetû, & curſum inſtigato. Quo aſpectu Caſ.
territus,dedit hoſti tergum.i.uertit ſe in fugam,voce illa.i.nobi
li,& iam diuulgata emiſſa prius. Quid. n. agas amplius,ſi parû
eſt occidiſſe? Quæ vox uidetur reſpondere tacitæ murmuratio-
ni Caſsii, qui viſo Cæſ aut putans videre Cæſarem, dixerit ſe-
cum. Atqui Caſsi nihil egiſti, ſi adhuc hoſtem habes Cæſarem,
ad quod Caſ.fateor, ſed amplius non potuit, quid. n. amplius
agas,ſi parum eſt occidiſſe, q.d.nihil videſ potius ad abolendû
hoſtem,quam eum occidere,unde illud Iuenal. Nulli grauis eſt
percuſſus Achilles,& tû mihi parum eſt occidiſſe,quia adhuc oc
ciſum habeo infeſtum, cui ſic occurrit author noſter. Tu quidé
ò Caſsi nô occideras Cæſ.neq; enim diuinitas poteſt extingui,
ulla ſup.re,aut vi, aut uia. Sic potius dixero, quàm ulla diuini-
tas,ut ſit nominatiui caſus,plus.n.momenti habet, & authores
ita loquuntur, uti in fœminino utâtur ſimili uoce abſolutè,ſub
audiendo uia, aut ratione, vt in Bucol. Mar. Et ſi non aliqua no
cuiſſes,mortuus eſſes, & in Aen.i.Si qua fata ſinant, ubi non ua-
cat qua,ſed multum ponderis habet. Neq; tamen hoc loco pe-
nitus negé,ulla,eſſe nominatiui caſus, imnio ex ſitu eius patent
eſſe nominatiui caſus, ſententia ſit non parui momenti uideli-
cet neq; enim diuinitas ulla, id eſt quibus una, q.d.uel minima
etiam ex homine facta,modo ſit diuinitas, poteſt extingui, ſed
tu uiolando Cæſ. ſup. uiuente adhuc corpore mortali, meruiſti,
ut haberes.ſup.eum deum.i.iam effectum deum, tam infeſtum,
id eſt tibi vim inſerentem,

DE LVCIO LENTVLO.

IAm quidem L.Lentulus * littus prænauigans,in quo
Cnei Pompei magni,perfidia Ptolomæi Regis interem Plut. In Pópeso.
pti corpus,conſciſſa ſcaphæ lignis comburebatur:igna
rus caſus eius, cum ipſi Fortunę erubeſcendum rogum
vidiſſet, commilitonibus dixit: Quid ſcimus, an in hac
flamma Cneus Põpeius crematur? diuinitus miſſæ uocis
miraculum eſt: Atq; hoc quidem hominis * Illud ta- * Luc.lib.
men ore ipſius Apollinis editum, quo Appij interitum 5.Paul.
veridica Pythicæ vaticinationis fides præcurrit: Is bello Oroſi. lib.
ciuili, quo ſe Cneus Põpeius à Cæſaris concordia peſtife- 6.ca.15.
ro ſibi,nec Reip.vtili conſilio abruperat,euentum grauiſ-
ſimi motus explorare cupiens (viribus namque Imperij
Achaia præerat) Antiſtitem Delphicæ Cortinæ, in in-
timam ſacri ſpecus partem,coegit deſcendere, vnde vt
certæ conſulentibus ſortes petuntur,ita nimius diuini ſpi-
ritus hauſtus,reddentibus peſtifer extitit.Igitur impulſu
capti numinis inſtincta virgo horrendo ſono uocis, Ap-
pio inter obſcuras verborum ambages fata cecinit. Ni-
hil.n.inquit, ad te hoc Romane bellum, Eubœæ * cellam * Cala legendum & paulo poſt.
obtinebis. At is ratus conſilijs ſe Apollinis moneri,ne
illi diſcrimini intereſſet:in eã regionem ſeceſſit,quæ inter
Rhamnunta nobilem Attici ſoli partem, Caſtrumque
Chalcidico freto, vicinam interiacens, cellæ Eubœæ no-
men obtinet, vbi ante Pharſalicũ certamen morbo con-
ſumptus, prædictum à Deo locum pro ſepultura poſſe-
dit.* Poſſunt & illa miraculorum loco referri,quòd deu- * Cic. lib. 1. de diui.
ſto ſacrario Saliorum, nihil in eo, præter lituum Romuli
integrum repertum eſt. Quod Seruij Tullij ſtatua cum
ædes Fortunæ conflagraſſet,inuiolata permanſit. Quod
Q.Clau.ſtatua in ueſtibulo templi Matris deum poſita,
bis ea æde incendio conſumpta,prius P.Naſica Scipione,
& L.Beſtia: Item M. Seruilio & L.Lamia, Coss. in
ſua baſi flammis intacta ſtetit.

IAm Quidem Lucius Lent.] Pompeius in acie Pharſalica Oliv.
uictus à Cæſare in Ciliciam,atq; inde in Cyprum profugit,
tranſiturus in Syriam, ſed ubi cognouit conſenſu oĩum An-
tiochenſium,ciuiumq; Romanorum,qui illic negociarẽtur, ar-
cem antecẽptã eſſe excludendi ſui cauſa, nũciosq; dimiſſos ad
eos,qui ſe ex fuga in finitimas ciuitates recepiſſe dicerentur, An
thiochiã adiſẽt,id ni feciſſent,magno eorũ capitis periculo futu
rum,depoſito adeundæ Syriæ conſilio,pecuniaq; a ſocijs ſubla-
ta,& à quibuſdã priuatis ſumpta, & æris magno pondere ad mi
litaré uſum in naues impoſitũ,duobusq; millibus hoium arma-
tis,quos partim ea familiis ſocietatũ delegerat,partim à nego-
ciatoribus coegerat,quousq; ex ſuis quẽq; ad hũc rẽ idoneũ nau
ciſcerẽ, Peluſium peruenit, ibi caſu Rex erat Ptol.puer ætate,
magnis copiis cũ ſorore Cleopatra bellum gerens q̃ paucis an-
te menſibus per ſuos propinquos,& amicos Regno expulerat,ca
ſtraq; Cleopatræ, non longo ſpatio ab eis caſtris diſtabant, ad
eũ Pomp legatos miſit,ut hoſpes, pro amicitia patris Alexan-
dria reciperetur, atq; illius opibus à calamitate tegeretur,ſed qui
ab eo miſſi erãt cõfecto legationis officio, liberius cũ militibus
Regis colloqui cœperunt,eoſq; hortari ut ſuũ officiũ Põp.præ-
ſtarent neue eius fortunã deſpicerẽt, in hoc erãt numero cõplu-
res Põpei milites, quos ex eius exercitu acceptos in Syria Ga-
binius Alexandriã traduxerat,belloq; cõfecto apud Ptol. patrẽ
pueri reliquerat.His tunc cognitis rebus,amici Regis, qui pp
ætaté eius in procuratione erãt Regni,ſiue timore adducti, vt po
ſtea pdicabãt, ne ſolicitato exercitu Regio Põpeius Alexãdriã,
Aegyptũq; occuparet,ſiue deſpecta eius fortuna,ut plerũq; i ca-
lamitate ex amicis inimici exiſtũt, his, qui erãt ab eo miſſi palã
liberaliter reſpõderunt,eumq; ad Regem uenire iuſſerũt, ipſi clam
conſilio inito.Achillã præfectũ Regium ſingulari hoiom auda-
cia,& L.Septimium Tribunum militũ ad interficiendũ Pomp.
miſerũt,ab his liberaliter ipſe appellatus,& quadã Septimii no-
titia perductus,quod bello prædonũ apud eũ ordinem duxerat,
nauiculã paruulã conſcendit cũ paucis ſuis,& ibi ab Achilla,&

Septimio interficitur. Hæc ex Cōmentarijs Iulij Cæſ. de bello ciu. Cōſtat igitur corpus eius in mare proiectum, & caput ad Regē delatum, poſt aliquos dies corpus eius à fluctibus maris in littus eiectum, cum lignis Scaphæ cuiuſdam, quæ naufragio perierat, cōbureretur a Philippo, & à quodam alio Romano Senat. L. Lentulus illac nauigans, fumum de lōge cōſpicatus, cōmilitonibus ſuis inquit. [Nunquid ſcimus an hac flamma Cneus Pōpeius crem etur?] Plut. in vita Pompeij poſtera inquit die L. Lētulus horum ignarus è Cypro nauigans iuxta littus vectus, vt ſuperēſ pyrā inſpexit, Philippumq; iuata inſidere, quis vtiq; iniquis fatis hic quieſcit, parumperq; amens factus, ductusq; ſuſpirijs, forte inquit tu hic es magne Pompei Str. oſtēdit in Caſio monte fuiſſe ſepultum. Caſius inquit mons eſt quidam accumulatus in promōtorij modū, aquarū inops in eo magni Pompeij corpus iacet, & Iouis Caſij templum, & non procul inde Pomp. magnus iugulatus fuit, & ab Aegyptiis dolo interēptus. Lucius Lentulus, littus prænauigans. Poſt profligatum Pōpeium in cāpis Aemathiis. [Magni.] Nā deuicto Mithridate, & Tigrane magnus appellatus eſt. [Erubeſcendum rogum.] Quaſi inquit fortuna erubuiſſe debuit tam vili rogo tanti viri corpus concremari. [Diuinitus.] Exprimit, quare miraculum fuerit, neq; .n. videbatur eſſe miraculum. Illud tm̄ ore, quia tametſi Phœbus reſpōſum dedit, tñ hoc inſtinctu numinis fecit. [Veridica.] Quod ſemper certiora Apollo reſponſa dabat. [Is bello ciuili quo ſe Pompeius à Ceſare.] Orto inter Cæſarem, & Pompeium ciuili bello, Appius quidam Romanus, qui præfectus erat Achaiæ prouinciæ, cum huius belli euētum explorare vellet, vt ſciret vtrā partem tuto ſequeretur, Delphos profectus, templum Apollinis petijt, vbi cum in interiorem antri ſacratiſſimi partem Phœbadem deſcendere coegiſſet, virgo repleta numine horreodo, ambiguum cecinit reſponſum, nihil inquit, ad te hoc Romane bellum, Eubœę cellam obtinebis. [Abtuperat.] Remouerat, diſtulerat. [Delphicæ cortinæ] Apollinei templi. [Cortina locus dr, vnde reſponſa dabātur, ſic dictus, quod illic cortina tenderetur. i. intenderetur, & repleretur numine, vel quod certe ibi cora teneretur, κόρη, id eſt puella, nam cum puella antrum ingreſſa eſſet, continuo inſtinctu numinis afflabatur, adeo, vt omnia quæ à principio mundi fuerunt vſq; ad id tempus, & quæ futura eſſent, cuncta nouiſſet, vnde Virg. Nouit omnia Vates, vel dicta eſt cortina, quod ibi certa reſponſa darentur, quaſi cortina, auctor Seruius, ſunt etiam qui putant cortinā eſſe tripodem Apollinis corio Pythonis tectum. [Coegit.] Quaſi nolentem, ꝓpter id, quod ſequitur, namquanto maiore numinis afflatu puella inſtigabatur, cum ſpiritus ille diſceſſiſſet, reſponſo dato tanto debilior efficiebatur virgo, ſicuti hoc tempore videre licet, ſi forte quēpiā ſpiritus aliquis vexauerit, ita debilis redditur eo ſublato, vt plerumq; vitā amittat. [Certæ ſortes.] Certa reſpōſa, nam ſortes ſyngraphæ erant, in quibus reſponſa inſcripta cōtinebantur. [In intimam partem.] Ad locum, quem Græci ἄδυτον, & Latini aditum appellant. [Nimius hauſtus.] Quia nimio ſpiritu repleta, illius vim ſuſtinere non poteſt. [Horrendo.] Horribili, vel venerabili, vt arboribus ſuus horror ineſt. [Cellā.] Sepulchrum, vbi corpus eius conditum fuit. [Rhamnunta.] Ciuitas eſt Eubœę, vbi colitur fortuna vnde etiam Rhamnuſia appellata eſt. Ouid. libro quinto triſtium. Exiget at dignas vltria Rhamnuſia pœnas. Lucanus de hoc Appio. Effugis ingentis tanti diſcriminis expers bellorum Rom. minas, ſoluſq; quietē. Euboici vaſta lateris conualle tenebris. Item paulo infra. Heu demens nullum belli ſentire fragorem. Tot mundi caruiſſe malis, præſtare deorū. Excepta quis morte poteſt ſecreta tenebris. Littoris Euboici memorando condite buſto. Qua maris anguſta ſacies ſaxoſa cariſtos. Et tumidis infeſta colit qua numina Rhamnus. Sūt qui dicunt regionis, vbi templum Amphiarai, & Phidiacæ Nemeſis. [Cariſtos] Ciuitas Euboiæ vnde Cariſtium marmor. Strab. lib. 10. in deſcriptione Euboię. In ripa inquit ſub monte Cariſtus conſiſtit, cui vicina ſunt ſtyra, & marmor, paulo infra ſubiungit. Ad Cariſtium lapis naſcitur: quem pectunt, nent, texunt inde, mantilia conficiuntur egregiè contexta, ea vbi ſordeſcunt in flammam proiecta non ſecus emendantur, quam ſi maculas eluens. [Chalcidico.] Nam Chalcis vrbs Metropolitana eſt in Euboia. [Saliorum.] Qui duodecim erant ſicut ſupra diximus. Martis ſacerdotes, qui per vrbem Ancylia arma ferre conſueuerant, ſaltantes & hoc carmen canentes, veterem Mamurii memoriam. [Sacrario.] Vbi Ancilia ſeruabantur, vbi etiam lituus conditus erat, baculus Romuli incuruus, nam lituus dicitur incuruus, & à ſummo leuiter inflexus baculus, qui ab eius quo canitur litui ſimilitudine nomē inuenit, vt ait Cic. lib. de diui. Hoc autem lituo vtebantur augures ad deſignanda in area ſpatia, quæ templa appellari voluerunt, vnde extemplo aduerbium auguriale, inter hæc vero ſpatia captabātur auguria: quō autē captarentur dicemus ſuo loco. Fuit autē hic lituus, vt tradit Plut. in vita Romuli, baculus ipſius Romuli, cōſeruatus in Palatino colle vſq; ad Gallorum tpa, à quibus capta incenſaq; Roma fuit, ſed poſtea eiectis à Camillo hoſtibus, inter altiſſimos cinerum cumulos illeſus, cum oia ignis cōſumpſiſſet, inuentus eſt. Etiam lituus, vt dicit Feſtus, eſt genus buccinæ incurua, qua qui cecinerit lucens dr: Virg. Et lituo pugnas inſignis obibat, & haſta: item alibi, Ipſe Quirinali lituo paruaq; ſedebat, ſuccinctus trabea [Cum ædes fortunæ] In qua ſtatua Seruij Tulli Regis Romanorum erecta fuit, iō autē in templo fortunæ poſita, quia Imperium Romanum amplū, & fortunatum reddidit: hic enim primus fuit, qui cēſum ſtatuit in vrbe Rom. [Quod Quint. Clau.] Hæc virgo veſtalis fuit, quę innocens, cum ſtupri accuſata eſſet, conſcientia freta, Deam rogauit, vt aliquo inſigni miraculo ſuam omnibus oſtenderet innocentiam, cum preces effudiſſet, & nauis, in qua Dea conſederat, longe abeſſet à portu, nec humana vi moueri poſſet, annitētibus nautis, hæc dexteræ ſuæ tm̄ impulſu ſine aliquo adminiculo, eam ſubegit in portum, quo viſo, cūcti eam falſa ſuſpicione liberarunt, & tum demum innocentē eſſe crediderunt, & ita à futuro iudicio abſoluta, de qua Plin. de viris Illuſtribus Suet. de 12. Cæſaribus. Liu. decade ſecundi Punici belli mentionē faciunt, & Ouid. lib. faſt. 4. ſicut ſuo loco monſtrabimus in capitulo de iudicijs. [Veſtibulo. i. aditu. eſt enim veſtibulum locus ante fores, ſic dictus, ꝙ ianuam veſtiat, quamuis alii à ve & ſtādo deductum exiſtiment, in qua ſententia eſt Aulus Gellius. [Matris deum,] Cibeles, quæ diuerſis nominibus appellabatur, mater deum, Cibele, & Rhea [In ſua baſi] In ſuo fundamento, nam Baſis dicitur extremitas columnæ in infimo poſita, nam quæ in ſummitate eſt, epiſtilium appellatur.

IAm quidem, &c. Subinfert miraculum quod L. Lentulo nō cogitanti factum cenſet, nam non niſi miraculo eueniſſe putat, ꝙ de Cn. Pomp. magni caſo ſibi ignoto protulit. Quam quidē vocē, ſi a diuino numine ꝓmonitus emiſiſſet, noſtri ad ſpiritum propheticum referrent, licet propriè prophetia nō ſit, niſi de futuris, ſed quæ præterita, aut ꝓſentia ſciunt, & enunciantur diuinitus prophetiis ęquiualent. Ordo autem eſt. [Iam quidem] continuatiuæ ſunt particulæ, plus ad ornatum, quàm integritatem orationis facientes L. Lentulus prænauigans littus. ſ. ad Caſium montē in Aegypto, in quo corpus Cn. P. magni interfecti perfidia Ptolomei Regis. ſ. Aegypti (quia vt Luc. dicit ab eo defendi meruerat) comburebatur lignis Scaphæ. i. nauiculæ conſciſſæ aut colliſæ, aut fiſſæ, ad hoc, vt facilius ſtruatur in pyram. Cum ſup. Lent. ignarus caſus eius. ſ. Pompei, vidiſſet rogum. i. pyram incēſam, erubeſcendum ipſi fortunæ (quia turpe videbat fortunæ, eum quem tot triumphis decoraſſet, tam humili rogo à clientulo vno furtim funerandum reliquiſſe) dixit commilitonibus. Quid ſcimus an Cn. P. crem etur in hac flamma. ſ. tam exigua? Miraculū eſt ſup. in ea re factum, vocis miſſæ. i. emiſſæ diuinitus. i. ex dei inſpiratione, non. n. ab homine ſciri potuit, ꝙ ſi ab humano præſagio profecta dicatur, miraculo careat. Atq; hoc quidem hominis, &c. Cōnectendo ſequentia prioribus, dicit miraculoſum vocem Lētuli emiſſam ore humano, ſequentem vero ore tm̄ diuino, videlicet Apollinis. vnde ſciendū eſt Pythias virgines ſic à deo (aut dæmonio) afflari ſolitas, vt penitus inſanire viderentur, & ſacro furore corripi, ſic vt nō ipſæ loqui viderentur, ſed Deus in ipſis. Ordo eſt. Atq; hoc quidem, quod proximè dictum eſt, videlicet Lentuli, quaſi oraculū quoddam, eſt editum. i. emiſſum, ore hominis, illud, quod ſequitur editum eſt ore tantū ipſius Apollinis loquentis. ſ. in Pythia, aut Phœbade, quo. ſ. dicto, aut vaticinio fides veridica vaticinationis Pythicæ. i. Pythicæ puellæ à Deo poſſeſſę, procurrit. i. antecesſit celeriter interitū Appii. ſ. præfecti Achaiæ Is. ſ. Appius cupiens bello ciuili. i. tēpore, quo bellum ciuile gerebatur, quo. ſ. bello Cn. P. abruperat ſe à concordia Cæſ. ſ. Iulii, conſilio peſtifero. i. lethifero ſibi. ſ. Pōpeio, nec vtili Reip. quia multi ciues in eo interiere, & Reſp. à victore Cæſ. occupata eſt (quod tamē negat Valerius eum iniuſtè feciſſe) cupiens inquam explorare euentum, id eſt exitum, grauiſſimi motus, namq; ipſe Appius (vt reor) Pulcher, præerat Achaiæ viribus Imperij, id eſt pleno Imperio, coegit antiſtitem, id eſt principem Cortinæ, id eſt Tripodis, aut loci ſecretioris, hoc eſt oraculi, quod illic dabatur, Delphicæ. i. apud Delphos, deſcēdere in intimam, id eſt profundiſſimam partem ſpecus. i. antri ſacri, vnde, id eſt. in qua ſpecus

parte intima, vt.i. quemadmodum ſortes.i. oracula, aut reſponſa, petuntur certa, id eſt minus dubia ita omnius hauſtus ſpiritus diuini.i. ipſius Apollinis exiſtit peſtifer.i. lethalis, reddentibus ſua reſpōſa, hoc eſt Pythijs, ſeu Phœbadibus, hoc eſt virginibus ſacerdotulis Phœbi. Naio nimio furore correptæ nō poterāt mētiri, nihil.n. de ſuo dicebant, ſed Deus quæcunq; vnlebas p ipſas pronūciabat, ſed vbi furor eas dimiſit, expirare ſolebāt, ſicut dæmonibus obſeſſę grauiter affliguntur dum exire cō pelluntur. Et ideo id ſcientes Phœbades inuitæ deſcendebāt, vnde dixit eam coactā ab Appio. Igitur virgo (tales.n. præficiebantur oraculo) ioſtincta.i. inſtigata impulſu numinis capti.i. concepti, cecinit Appio facta.i. reſponſa fatalia, inter obſcuras ambages verborum, hoc eſt obſcuris dicta inuoluens, vt de Sibylla dicit Maro, horrendo ſono vocis, per quem ſignificabatur poſſeſſa à Deo. Enim pro quia, ipſa inquit, ò Romane.ſ. Appi, hoc bellum.ſ. futurum inter Cæſarem, & Pompeium nihil ſup. pertinet ad te, quia, tu obtinebis cellam Eubœæ.i. in loco, cui id nominis erit, antequam pugna committetur, ſepelieris, id aūt non ſic intellexit Appius. Vnde addit. At.ſ. ſed is.ſ. Appius ratus ſe moneri conſilijs Apollinis, ne intereſſet illi diſcrimini.i. periculo pugnæ, ſeceſſit in eam regionē, quæ interiacet inter Rhāmunta, appoſitorię, nobilem partē ſoli Attici, & Chariſtum.ſ. vibē vicinam freto.i. mari Calcidico, obtinet nomen cellæ Eubœę, vbi.i. quo loco ipſe conſumptus morbo.i. mortuus ante certamen Pharſalicum, quod inter Cæſarem, & Pompeium iuxta Pharſalum geſtum eſt, poſſedit locum prædictū à Deo pro ſepultura.i. illic ſepultus eſt. [Poſſunt, &c.] Paucis tria miracula recitas dicens, & i. etiam illa, quæ ſequuntur, poſſunt poni loco miraculorum, quo ſacrario.i. repoſitorio ſacrorū, ioeptiores ſacriſtiam vocant, Saliorum.i. Sacerdotum Martis, à ſaliendo in portandis ancilibus dictorum, deuſto.i. concremato, nihil eſt repertum in eo integrum, præter lituum Rom.i. non tubam clanſonā, ſed baculum incuruū quo augures vtebantur, & Reges pro ſceptro. Item q ſtatua Seruij Tulli regis Romani permanſit inuiolata, cum ædes fortunæ conflagraſſet, & tā ſtatua hæc fuiſſe intelligitur in ea, alioquin non eſſet miraculum. Item quod ſtatua Quintæ Claudię virginis veſtalis, poſita in veſtibulo.i. priore ſtatione, & quaſi introitu, vulgus portale vocat, templi Matris Deum.ſ. Cybeles, ſtetit in ſua baſi.i. fundamento, intacta, ſlāmis, ea æde.ſ. Matris Deū conſumpta incendio bis, prius.i. priore, vt dicunt vice, Publio Scipione Naſica, & Lucio Beſtia Conſulibus. Item.i. iterum (puteni legendum iterum) Marco Seruilio, & Lucio Lamia Conſulibus.i. quo anno Conſules erant.

Theo. FVbœæ.] Cellam pertinax in oibus Val. Codicibus inoleuit menda, q Ianus à ceteris diſſimulatam deprehendit oīum primus, nobis indicauit apud Liu. belli Mace. lib. 1. Sinus inquit Eubnitus eſt, quem Cœla vocant, ſuſpectus nauitis. ita Liu. vbi Parraſius admonuit eſſe caſtigandū Cœla nam Str. Geographiæ πρῶτον τὰς ἄ̓ κοιας τὰ κοιλὰ λεγόμενα ἐυβοίας καὶ τὸν περὶ γεραιστὸν τοπον. primum autem Eubœę, Cœla, dicunt, inter Aulidem Gereſtumque medijs locis. Ptolem. Gereſtus inquit portus Caphareus promontorium, Cęla, Eubœę, quamuis interpretes apud vtrumq; caua tranſtulerunt, aut quod eſt idem, concaua, non minus imprudenter, quā Valla qui Ichthyn trucide promontorium, piſcem conuertit. Hunc ipſum locum, Valer. intelligit, in eoq; Cœla Eubœæ legendum Ianus affirmat epiſtolicarum quæſtionum ſecundo, cui Lucae. in quinto Pharſaliæ concinit ex perſona Pythiæ vatis ad App. Effugis ingentes tanti diſcriminis expers Bellorū ò Romane minas, ſoluſq; quietem Euboici vaſta lateris conualle tenebris? & paulo pōſt inſultās Appio. Secreta tenebis, Litteris Euboici memorando cōdite buſto. Nam per vaſtam conuallem, perq; littoris Euboici ſecreta, Cœla ſinum deſignauit. [Rhamnunta.] Rhamnus Atticæ vicus ex Acantide tribu dictus à ſenticetis. Auctor Euſtathius, & eo priores alij plures.

Liu. locus

DE ATTILIO.

*Plin. lib. 7. cap. 52.

ALIQVID * *admirationis ciuitati noſtræ Attilij etiam Auiolæ rogus attulit, qui & à medicis, & à domeſticis mortuus creditus, cum aliquam diu humi iacuiſſet, elatus, poſtquam corpus eius ignis corripuit, viuere ſe proclamauit, auxiliumq; pędagogi ſui (nam is ſolus ibi remanſerat) inuocauit. Sed iam flammis circundatus fato ſubtrahi non potuit. Lucio quoq; Lamię Prætorio viro æquè vocem fuiſſe ſuper rogum, conſtitit.*

Oliv. ALIQVID admirationis ciuitati noſtræ Attilii Auiolæ rogus.] Plin. lib. 7. Auiola inquit Conſularis in rogo reuixit, & qm ſubueniri non poterat, præualente flamma viuus crematus eſt, ſimilis caſus in L. Lamia Prætorio viro traditur, nam Aelium Tuberonem Prætura functū, à rogo relatum Meſſalla Ruffus, & plerią; tradunt. [Elatus.] .ſ. ad rogum, ut crematetur, & benè dixit elatos, nam efferri propriè dr̃ cadauer. [Pędagogi,] Quia mos erat, ut cum cadauer ad rogum proſecuti eſſent cæteri omnes inde diſcederent, vnus tm̄ remaneret, qui ad uniuerſum cadauer exueretur. Pędagogus aūt dr̃ à uocabulo gręco παῖς quod ſignat puerū ἀγωγὸς ductor igiſ, Pædagogus dr̃ cuſtos pueri, q eū ducit, & de morib. eius curā agit, ſicut Leonides, q magno in honore fuit apud Alexādrum cuius erat Pædagogus. [Lucio Lamiæ.] hic ſpib. fuit Cic. & ſicut in epiſtolis deprehendimus, magna Cic. familiaritate coniunctus.

Ascen. ALiquid, &c. Affert duo, quæ q raro euenire ſolent, miraculo aſcribi poſſunt, cum tā naturaliter fieri potuerint, ut ſpiritus videlicet ſopitus, igne excitetur. Ordo eſt. rogus.i. pyra incenſa ad cōburendū corpus Attilii Auiolæ attulit ciuitati noſtræ.i. Rom. aliquid admirationis, qui creditus mortuus, & à medicis, & à domeſticis, cū iacuiſſet aliquādiu humi.i. ſuper humum, elatus.ſ. ædibus ſuis ut in rogū duceret, poſtquā ignis corripuit corpus eius, pclamauit ſe viuere, & inuocauit auxilium Pædagogi.i. ſui in pueritia ductoris. Nā is.ſ. Pædagogus remanſerat ibi ad rogū ſolus, ſed ipſe Attilius iam circundatus flammis nō potuit ſubtrahi fato.i. neci. Conſtitit.i. manifeſtum fuit quoq;.i. etiam, uocem fuiſſe ęquè.i. ęqualiter, ſuper rogū.i. poſtq immiſſus fuerat rogo, Lucio Lamiæ viro Prætorio.

EXTERNA.

DE EREPAPMHILO.
& quodam Athen.

QVAE minus * *admirabilia Fereti Pāphilij caſus facit quē Plato ſcribit inter eos, qui in acie ceciderant, x. diebus iacuiſſe, biduoq;, poſtquam inde ſublatus eſſet, impoſitū rogo, reuixiſſe, ac mira quædam tempore mortis viſa narraſſe. Et quoniam ad externa tranſgreſſi ſumus, quidam * Athenis uir eruditiſſimus, cum ictum lapidis capite excepiſſet, cętera omnia tenaciſſima memoria retinens, literarum tantūmodo, quibus præcipuè inſeruierat, oblitus eſt. Dirū malignumq; vulnus in animo percuſſi, quaſi de induſtria ſcrutatis ſenſibus in eum potiſſimum locum, quo maximè lętabatur, acerbitate nocendi erupit, ſingularē doctrinam hominis pleno inuidię funere efferendo, cui ſi talibus ſtudijs perfrui ſas non erat, utilius aliquanto fuit ad illa aditū non impetraſſe, quàm iam percepta eorū dulcedine caruiſſe.* * Pl. Pol. 1. & Mac. * Pli. lib. 7. cap. 23.

Oliv. QVæ minus admirabilia.] Tranſit cōuenienter ad externa. Hæc, inquit, miracula, quæ ſupra diximus narranda fuerunt, q illo eo die quo mortui erant, rogo ſuper impoſitos viuere cognouerunt. At hic, cuius exemplū ponitur, cæſus in acie, per dies x. cū iacuiſſet, deinde biduo poſt, elatus, & rogo ſuper impoſitos, magna uoce clamauit ſe uiuere, & ita extinctō quamprimū rogo liberatus, multa quidē admiratione & ſtupore digna ſe tpe mortis vidiſſe narrauit. [Fereti.] Alii legūt Phærei, qd melius eſt ſine dubio, à Ciuitate Pheræ, nam. Pheræ eſt ciuitas in Agro propinqua Pylo, & ſub imperio Agamēnonis, vel vt Seruius in Meſſana, Pheræ aūt, inquit ad Meſſenium agrū pertinent. [Biduoq;] Ergo 12. diebus exanimis iacuerat. [Et qm ad externa.] Athenienſem quendā philoſophū narrat cum diu in ſtudiis literarū verſatus eſſet, adeo vt excelleret, fortè incidit, ut quidā caput eius lapide percuteret, & ſtatim ſubſecuta eſt res quidē mira dictu, q literarū.ſ. oblitus eſt, cū cętera tenaciter memoria retineret. Plin. lib. 7. nat. hiſt. Nec aliud, inquit, eſt ęquè fragile in hoie morborū, & caſus iniurias, atq; etiā metus ſentiēs, aliàs particulatim, aliàs vniuerſa, ictus lapide oblitus eſt literas tm̄, & prealto tecto lapſus, matris; & affinium, propinquorumq; cœpit obliuionem. Alius ægrotus ſeruorū etiam. Sui verò nois oblitus eſt Meſſala Coruinus orator. [Dirum] Deteſtatur quodammodo hunc caſum Vale. q quaſi dedita opera ſenſibus hominis perſcrutatis, eum potiſſimum eripuerit, à quo voluptatem maximā capiebat. [Dirum,] Quaſi ab ira deorū

Phærei; Literarū oblitus.

prouenicns

proueniens.[In animo] Potius q̃ corpore. [Pleno inuidiæ funere.] Plenus inuidiæ ſum id eſt ſignifico mihi multos inuidere. vñ doctrinã literarũ à caſu maligno ſublatã funus inuidiæ plenũ appellat,q.d.caſum tam acerbum huic homini doctrinam literarum inuidiſſe. Quod aũt dicit efferendo, perſtat in tranſlatione,quia ſicut ſæpe diximus,efferri propriè cadauerum eſt.

ASCEN. QVæ minus admirabilia, &c. Tranſit ſuo more ad externa miracula recitanda,dicens.Quæ.ſ.iam dicta proximo loco miracula,caſus Pamphilij Fereti,aut Pheræi.i.ciuis Pherarum vrbis propinquæ Pylo,aut Meſſeniæ,facit minus admirabilia,quia ipſe eſt magis admirabilis.Quem.ſ. Pamphiliũ Plato ſcrib. iacuiſſe decem diebus inter eos qui ceciderant in acie. i.in prælio , & impoſitum rogo biduo poſtquam ſublatus eſſet inde.i.ex ſtrage occiſorum,reuixiſſe, ac narraſſe quędã mira,viſa.ſ.à ſe,tempore mortis, q̃ certè ſtupendum eſt miraculũ & ſi verum eſt, Deo vero attribuẽdum.[Et qm̃] tranſit ad miraculorum memoriæ interruptionem in quodã Philoſopho Athenienſi,dicens.Et qm̃ nos ſumus tranſgreſſi ad externa.i.aliena à Romanis,quidam vir Athenienſis eruditiſſimus , cum excepiſſet capite.ſ.ſuo,ictum lapidis, oblitus eſt tm̃modo literarũ,quibus inſeruierat.i.inſudauerat præcipuè,retinens cætera omnia, quæ.ſ.ſciuerat,memoria tenaciſſima,de quo caſu dicit author. Dirum ac malignũ vulnus percuſſi in animo.i.in parte memoratiua,quæ ab animo depẽdet,erupit acerbitate nocẽdi,potiſſimum in eum locum,videlicet repoſitorium ſcientiæ,qua lætabatur maximè,& hoc ſenſibus ſcrutatis, id eſt rimatis,quaſi de induſtria i.data vt dicunt opera,vtpote efferendo.i.extinguendo(ſicut homo,qui effertur iam extinctus eſt,vnde ſpecioſa vtitur metaphora)ſingularem doctrinam , id eſt hoc loco ſcientiã hominis,pleno funere inuidiæ,quaſi Dij illi ſingularem illã doctrinam inuiderint,alioquin enim, aut illius memoriã reliquiſſent,aut cæterorum quoq; abſtuliſſent. Cui ſcilicet viro eruditiſſimo,ſi non erat fas perfui.i.ad finem vſq; vitæ frui,talibus.i. literalibus ſtudijs,vtilius aliquanto fuit.i. fuiſſet illi non impetraſſe,ſcilicet à Deo,aditum.i.acceſſum,aut introitum ad illa.ſ. ſtudia,quàm caruiſſe dulcedine eorum , ſcilicet ſtudiorum,iam percepta,quia nihil eſt infęlicius,quàm fuiſſe in aliqua re,& maximè literaria fęlicem.

THEO. HEri Pamphilij.]Macrob.in Somnium Scipionis.ille Plat. inquit,ſecretorum relator Et quidã nomine fuit,natione Pamphilius,miles officio,qui cum vulneribus in pręlio acceptis,vitam effudiſſe viſus 12.demũ die inter cęteros vna peremptos,vltimo eſſet honorãdus igne, ſubito ſeu recepta anima,ſeu retenta,quidquid emenſis inter vtramq; vitam diebus, egerat,videretur,tãquam publicũ profeſſus iudicium, humano generi nunciauit. Hæc ille: videtur itaq; legendum potius Eris an analogia,ſicut Seru.Seris,quam vel Eri vel Eretis, vnde libri menda, pheretris à quibuſdam ſcribitur,& ineptè exponitur.

DE NAVSIMENIS VXORE.

MIRABILIOR tamen ſequentis caſus narratio. Nauſimenis.n. Athenienſis vxor , cum filij ac filiæ ſuæ ſtupro interueniſſet, inopinati monſtri perculſa conſpectu,& in præſens tempus ad indignãdum,& in poſterum ad loquendum obmutuit . Illi nefarium concubitum voluntaria morte penſarunt.Hoc modo fortuna ſæuiẽs huic vocem, ijs vitam ademit:illi propitia donat.

OLIV. MIRABILIOR tñ.] Mirabilis quidem fuit ſuperior caſus,q̃ ictu lapidis literarũ doctrinã amiſerit Philoſophus:ſed qui ſequitur mirabilior Mulier quædam Athenienſis,cum filios in ſtupro deprehendiſſet, monſtri nouitate perculſa,loquelam vocemq; amiſit [Mirabilior.] Alij legunt miſerabilior,ſed cum de miraculis tractetur,melius ſtat litera mirabilior. [Inopinati.]Quia nunquam tale quidquam cogitaſſet.[Conſpectus.]Quòd videret tantum eos facinus admittere. [Ad indignandum] Vt ipſa quidem indignabunda reprehendere potuerit.[Illi neſ.concub.]Vbi conſiderarent turpitudinem ſuam,quantunque nefas commiſiſſent,ſibi vitam ademerunt.[Illi propitia]De quo dicturus ſum,donauit vocem.

ASCEN. MIrabilior,&c.Iocũdo progreſſu narrat miraculũ,quod contigit vxori Nauſimenis Athenienſis, dicens.Mirabilior,vel vt alii legunt miſerabilior:certum autẽ eſt, q̃ miſerabilis ſit,dubitare aũt poſſis,an miſerabilior,cum ſuperior nõ ſit miſerabilis,ſed beatus,ſi inter beatitudines reponenda ſit à mortuis excitatio.Certum etiam eſt,quod ſit mirabilis, ſed an ſuperiore mirabilior dubites,cum mirabilius ſit mortuũ tam decem,& amplius dierũ,reuixiſſe , q̃ mulierem præ nimio ſtupore obmutuiſſe. Quo circa nõ damnẽ eos,qui miſerabilior legunt.Ordo eſt. Tñ.i.Tametſi ſuperior caſus eſt mirabilis, vel miſerabilis,tñ narratio caſus ſequentis eſt mirabilior, aut miſerabilior. Vxor Nauſimenis Athe. cũ interueniſſet ſtupro.i.coitui filij & filiæ ſuæ,ipſa perculſa conſpectu monſtri.i.monſtruoſi coitus inopinati,quia nõ opinata fuerat poſſe contingere,obmutuit.i.muta facta eſt.i.ſimul ad indignandum.i. ex indignatione vehementer ad obiurgandum in præſens.i.pro tempore illo præſenti, & ad loquendum , in poſterũ , quia nulla deinceps locuta eſt. Nauſimenis vxor Illi, ſ. filius & filia penſarunt.i.cõpenſando.i.æqualia rependendo expiarunt morte voluntaria, quia ſibi necem intulerunt , & ita ſm veritatem non expiarunt prius malum, ſed grauiore auxerũt , fortiter tñ illis temporibus viſi ſunt agere,qui nece ſua enorme facinus vlti fuerunt.Fortuna ſęuiens.i. cum illis ſęuerè agẽs,ademit.i.abſtulit, hoc modo vitam iis.ſ.filio & filiæ inceſtis , & vocem huic.ſ.matri, & ſup. fortuna propitia.i.clemens,& indulgens , donat ſup. vocem illi.i.alteri,vtpote illi,de quo ſequens narratio eſt.

DE AEGLE SAMIO.

*AEGLES Samius, Athleta * mutus,cum ei victoria quam adeptus erat,titulus & præmium eriperetur,indignatione accenſus vocalis euaſit.* * Celi. li. 1.cap. 14.

OLIV. Aegles. Samius. AEGLES Samius.]Aulus Gellius,Samius inqt, Athleta nomen illi fuit, Aegles , cũ antea non loquens fuiſſet ob ſimilem dr̃ cauſam loqui cœpiſſe , nam cum in ſacro certamine ſortitio inter ipſum & aduerſarios non bona fide fieret,ſed ſortem nos falſam ſubijci animaduertiſſet , repente in eum , qui id faciebat ſeſe videre , quid faceret , inclamauit, atque is oris vinculo ſoluto per omne inde vitæ tp̃s nõ turbide,neq; hęſitanter locutus eſt.Tale qddã legiẽ de filio Crœſi Regis,qui cũ mutus vixiſſet, in ſalute patris vocẽ recuperauit, ſicut i ca.de pietate dicemus.Athleta ἀ . χος certamẽ ἀθλητὴς ſignificat certatorem.[Aegles.]Declinatur Aegles Aeglæ,ſicut Anchiſes Anchiſæ,vel Aegles Aeglis . [Vocalis.] De muto eſt factus vocalis,q̃a vocẽ acquiſiuit,nam vocalis dr̃ , q̃ voce vtit̃.

ASCEN. AEgles Sam.Ath.i.pugil. mutus , cum titulus & præmium victoriæ,quam fuerat adeptus.ſ.in ſacro certamine eriperetur ei.ſ. per falſam ſortem. euaſit vocalis,factus eſt loquens,accenſus indignatione.i. cum ex nimia indignatione conatus loqui,reuera loqui cępit,ſicut & filius Crœſi,de quo Iuſtinus, & Olio. hoc loco,&c.

DE GORGIA EPIROTA.

GORGIAE quoque Epirotæ fortis , & clari viri origo mirabilis,qui in funere matris ſuę vtero elapſus,inopinato vagitu ſuo lectum ferentes conſiſtere coegit,nouumq; ſpectaculum patriæ præbuit:non tantum ex ipſo genitricis rogo lucem, ſed etiam cunas aſſecutus: eodem enim momento temporis , altera iam fato functa parit,alter ante elatus,quam natus eſt.

OLIV. EPIROTAE.] Ad differentiã Gorgiæ Leõtini,de quo dicemus lib.8.cap.vlt. [Origo,] Fuit admirabilis. [Non tm̃.] Multi literam hanc corruptã eſſe exiſtimantes , legunt non tm̃ ex ipſo genitoris rogo, ſed & cunas aſſecutus, q ab intelligentia huiuſmodi dicendi gñis abhorrent,non tm̃.n. eſt,quod græce dicitur .... .i.fermè,ita poſt lucẽ ſuperfluo adijciunt , ſed etiam, h.d.fermè ex ipſo genitoris rogo vitam, & cunas aſſecutus,quia parum admodum fuit, quin rogo ſuper iniiceretur,antequam puer vagitum ederet,& rectè quidẽ,quid eſt.n.fermè cecidit,niſi tantum non cecidit,parum abfuit,quin caderet,& eſt peculiare dictum Valerii , quo frequenter vtitur.

ASCEN. GOrgiæ , &c. Ordo eſt. Origo quoq; Gorgiæ Epyrotæ.i. cuius Epyrus erat p̃ria,viri fortis,& clari(qui elapſus vtero matris ſuæ in funere.i. cũ mortua portaret̃ ad rogum coegit vagitu ſuo inopinato,ferẽtes lectũ.i.feretrũ,aut lecticam in qua cadauera defunctorũ p̃cipuè deferri ſolẽt,cõſiſtere.i.manere ſtãtes,& aperire loculũ)origo dico Gorgiæ p̃buit patriæ.ſ. ſuæ Epyro nouũ.i.inſolitũ ſpectaculũ[Aſſecutus.] mirè mutat

genus nam cum reſpicere debeat ad oppoſitū origo, reſpicit ad nomē Gorgiæ, perinde ac ſi in nōīatiuo dixiſſet, Gorgias quoq; ortu ſuo, &c. ſpectaculum præbuit patriæ, aſſecurus non tantum lucē .i. vitalem auram, ex ipſo rogo genitricis, cui ſaltē vicinus erat, licēt nondum cū matre in eum miſſus, ſed ēt cunas .i. repoſitorium infantile, nam matris loculum, ſeu pheretrum habuit pro primis cunis. Enim pro q, a, altera: vtpote mater, parit eodē momento tpis functa fato .i. perfuncta .i. moriendi munere, hoc eſt perfuncta, iam .i. paulo ante, & alter .i. filius Gorgias poſtea dictus, elatus eſt .i. ad rogum cū matre defuncta portatus, ante .i. prius q̄ natus eſt, qꝫ ne fiat nobis cantio eſt, nā partus etiam nōdum maturus à matre ſeparatur. Oli. vult legendū tm̄ non pro fermè, ſine particula ſed, vt ſit aſſecutus, tm̄ non .i. fermè lucem ex ipſo rogo genitricis, & cunas, ſed apertior eſt lectio non tm̄, ſed etiā. Sunt qui legunt nouūq;, ſed vacat q;, niſi connectat verbum præbuit cū verbo coegit, ſed tunc origo abſolutè ponēdū.

DE QVODAM IASONE.

* Cic. lib. 1. de nat. deor. ſed Plu. Prometheum vocat.

DIVINAE *fortunæ* * *vulnus Pheræo Iaſoni quidam exitij eius cupidus intulit: nam, cum inter inſidias gladio eum percuſſiſſet, vomicam, quæ à nullo medicorum ſanari potuerat, ita rupit, vt hominem peſtifero malo liberaret.*

OLIV. VOMICAM] Vomica propriè dr̄ vlcus latens à vomendo, quia ruptum euomit ſaniem, vomica ſm̄ Noniū Marc. locus eſt cōcauus, & vetuſtate ambeſus, ſecundum alios genus apoſtematis, per quod emittuntur viſcera.

ASCEN. Diuinæ, &c. Recitat miraculoſam, aut certè mirādæ felicitatis ſanationē Iaſonis Pheræi, dicens. Quidā intulit Iaſoni Pheræo, vulnus diuinæ fortunæ .i. fortunatiſſimę felicitatis, intulit dico cupidus exitij .i. interitus eius, nam cum percuſſiſſet eum gladio inter inſidias, rupit vomicam .i. congeriem putredinis in corpore latentem, quæ à nullo medico potuerat ſanari. (Quod arguit aut non ſatis peritos fuiſſe chyrurgos, aut non auſos vulnus aperire quod inimicus aperuit) rupit dicit, ita vt liberaret hominem malo peſtifero .i. necem illaturo, niſi ab illo ſic ruptum fuiſſet.

PHeræo Iaſoni] Pheræorū tyrā. Iaſon fuit Imperatoriis artibus inſtructiſſimus, vt Polyenus Mac. Stratagematō 6. refert.

DE SIMONIDE.

* Cic. lib. 3. de ora.

AEQVE *Dijs* * *immortalibus acceptus Simonides, cuius ſalus ab imminenti exitio defenſa, ruinæ quoq; ſubtracta eſt: cœnanti. n. apud Scopam in Cranone, (quod eſt in Theſſalia oppidum,) nunciatum eſt duos iuuenes ad ianuam veniſſe, magnopere rogātes, vt ad eos continuo prodiret: ad quos egreſſus, neminem reperit ibi. Cęterum eo momento temporis triclinium, in quo Scopas epulabatur, collapſum, & ipſum, & omnes conuiuas oppreſſit.* * *Quid hac fęlicitate locupletius, quam nec mare, nec terra ſæuiens extinguere valuit.*

* Superiori capite.

OLIV. AEQVE Dijs.] Hic eſt ille Simonides, dē quo ſupra mentio facta eſt in cap. de Somniis. q nauigaturus per quietē monitus eſt, vt corpus inhumatum ſepulturæ mandaret, qꝫ vt faceret conſilio nauigādi ſuperſedit, & ita naufragiū euaſit quod paſſi ſunt, cum quibus nauigaturus erat. Hunc igitur dicit beneficium quoq; ſalutis à Dijs accepiſſe, quos Caſtorem, & Pollucem fuiſſe creditum eſt, cum. n. apud Scopam cœnaret, & omnes diſcumbentes iam in medio conuiuio conſtitiſſent, nunciatum eſt duos iuuenes veniſſe, qui Simonidem allocuturi vocarent: ille egreſſus, dum quærit iuuenes illos, qui nulli erant ante oſtiū, interea cęnaculū vbi cęteri epulabātur, corruit, & qui in eo cœnabant obruti ſunt. Sol. vero de mi. mun. non intelligit Simonidem, ſed Pyndarum poetam Lyricum, qui in honorem Pollucis, & Caſtoris carmina ſcripſit. Dicit. n. Pyndarum Lyricū è conuiuij loco, cui imminebat ruina, ne cū cęteris interiret, forinſecus Caſtor, & Pollux vocauerunt, inſpectantibus vniuerſis, quo effectum eſt, vt ſolus impendens periculum euaderet. Cic. lib. de oratore, ij. Gratiam inquit habeo Simonidi Lyrico, quē primū ferūt artē memoriæ protuliſſe, dīt. n. cum cœnaret Cranone in Theſſalia Simonides, apud Scopā fortunatū hominem, & nobilem, cecineſſetq; id carmen, quod in eo ſcripſiſſet, in quo multi ordinādi cā poetarum more, in Caſtorem ſcripta, & Pollucem fuiſſent, ferunt nunciatū Simonidi, vt prodiret, iuuenes ad ianuam ſtare duos quoſdam, qui eū magnopere vocarent, ſurrexiſſe illū, prodiſſe, vidiſſe neminem, hoc interim ſpatio conclaue illud, vbi epulabatur Scopas, concidiſſe. ea ruina ipſum, cū cognatis oppreſſum, interiiſſe. Sequitur deinde quomodo artem memoriæ inuenerit. Hoc idem teſtatur Quin. lib. 11. de inſt. ora. vbi multa alia tradit, & in primis diſſentionem eſſe inter authores, cui carmē illud ſcriptum fuerit, Scopæ, an aliis, quos cōmemorat, & cuius fuerit domus, Pharſali, an Scopæ. Itē dicit ſibi videri fabuloſam de Tindaridis; Scopas aūt, vt Plin. refert, fuit etiā ſculptor marmorarius, cuius opera q̄dā in vrbe Roma videri idē Plin. tradit. [Simonides] Hic primus fuiſſe dr̄, q memoriā artificioſā iuenit. [Exitio defenſa] propter illud corpus, quod ſepulturæ mandauit. [Triclinium] .i. cænaculum. A tribus lectis ſtratis, vbi epulari ſolebāt antiq, dr̄ aūt Tricliniū à τρεῖς & κλίνη .i. lectus, tres n. lecti ſternebant, in quorū vno dn̄s epulabat̄, in altero vxor cū reliqua eius familia aſſidebat, in tertio vero amici, & reliqui, qui ſuperueniſſent. Nā tres menſæ apponebantur apud maiores, & iuxta menſas totidem thori, vbi diſcumberent Iuuen. primo finge loco, quo tu diſcumbere iuſſus, & ſubdit: Tertia ne vacuo ceſſaret culcitra lecto, ergo Triclinium locus vbi conuiuabantur. Quint. loquens de hoc Simonide ait. Vix eo limen egreſſo Tricliniū illud ſuper conuiuas corruit. Cic. verò eundem locum traduxit conclaue, dicens. Hoc interim ſpatio conclaue illud concidit. Aliquibus verò aliis diſcubitorium magis traducere placuit, & à Triclinio Architriclinus dr̄ princeps cœnaculi. [Nec mare] propter id, qꝫ naufragium euitauit. [Nec terra] Ad id, qꝫ ruinam ſubterfugit bn̄ficio Deorū.

ASCEN. AEQVE, &c. Recitat miraculoſam euaſionem mortis in Simonide, quem prius meminit ſubmerſionem euaſiſſe. Ordo eſt. Simonides ſup. fuit ęquè .i. æqualiter, vt Iaſon Pheræus, acceptus .i. gratus, & placens, Dijs immortalibus, cuius ſalus defenſa .i. protecta ab exitio .ſ. ſubmerſionis, ſubtracta eſt quoq; ruinæ .i. conclauis, aut cœnaculi. Enim pro quia, nunciatum eſt Simonidi cœnanti apud Scopam, virū diuitem, in Cranone, quod oppidum eſt in Theſſalia, duos iuuenes .ſ. Caſtorē, & Pollucem, veniſſe ad ianuam, rogantes magnopere, vt ſup. Simonides prodiret .i. exiret cōtinuo ad eos (poſſet dici etiā ad ſe, propter participiū rogantes) ad quos .ſ. iuuenes Simonides egreſſus, neminem repperit ibi. Cæterum .i. ſed Triclinium .i. cœnaculum trium lectorum diſcubitoriorum capax, in quo Scopas dn̄s epulabatur, collapſum eo momento temporis, quo Simonides exiuerat, oppreſſit, & .i. ſimul ipſum .ſ. dominum domus Scopā, & omnes conuiuas. Quid locupletius .i. ditius, aut abundantius, hac fælicitate .ſ. Simonidis quam .ſ. fælicitatem. nec mare ſæuiēs cum vt patuit in capite de Somnijs, nauem quam Simonides, niſi præmonitus fuiſſet, ingreſſurus erat, obruit, nec terra ſæuiēs .i. caſus Triclinii in terra poſiti, valuit extinguere, q.d. nihil, cum duplex ſit, & euidentiſſima.

THEO. CRanone] Cranon vrbs eſt Theſſaliæ regionis, quā Pelaſgionem vocant, ad ipſa tempe. Hecateus author in Europa. Eiuſdem nominis altera ciuitas Athamaniæ contributa à Cranone Pelaſgi filio dicta, in cuius finibus duos tantūmodo videri coruos inter miracula retulit Callimacus, & Theopompus. In Bel. Mac. Liu. oppidi meminit ab impreſſoribus inuerſa dictione, quam Ianus emendauit.

DE DAPHIDA.

* Cic. de fato, & Suidas.

NON *inuitus* * *hūc ſubuecto Daphidam, ne quis ignoret quantum interfuerit cecinisse Deorū laudes, & numen obtrectaſſe. Hic cum eius ſtudij eſſet, cuius profeſſores Sophiſtæ vocantur: ineptæ, & mordacis opinionis Apollinem Delphis irridendi cauſa conſuluit: An equum inuenire poſſet, cum omnino nullum habuiſſet: Cuius ex oraculo reddita vox eſt, inuenturum equum, ſed vt eo deturbatus, periret. Inde cum iocabundus, quaſi deluſa ſacrarum ſortium fide, reuerteretur, incidit in Regem Attalum, ſæpenumero a ſe contumelioſis dictis abſentem laceſſitum, eiusq; iuſſu ſaxo, cui nomen erat Equi, præcipitatus, ad Deos vſq; cauillandos dementis animi iuſta ſupplicia pependit.*

Non

OLIV. NOn inuitus] Liptote eſt, cum minus dicimus, & plus ſignificamus. [Nõ inuitus] libentiſſimã. [Cecini ſſe laudes] ſicut Simonides, qui verſu laudes Pollucis, & Caſtoris complexus eſt. [Numen obtrectaſſe] inuidia quadã proſecutũ eſſe. Inuidia eſt minoris aduerſus maiorem: obtrectatio eſt inter pares: vel obtrectaſſe, vituperaſſe, vt obtrectare ſit, aliquẽ cum in uidia maledictis lacerare. [Sophiſtæ] Qui aſtutijs, & argutijs ſuis id quod falſum eſt, verum oſtendere nituntur. Sunt igitur cauillatores, & alienorum ſermonum moleſti interpretes, quod nomen quamuis à Sopho dicatur, quaſi ęmulator ſapientiæ, tñ nõnunquã pro Sophiæ, & ſciẽtiæ calũniatore accipitur, ipſo videlicet apparente, nõ exiſtente Sopho. [Ineptæ] Quia ea, quæ dñt, ſemper per cõtrarium interpretantur. Ineptus aũt dicitur, qui nec rei, nec temporis, nec loci, nec perſonæ rationem habet, hoc eſt nulli rei aptus eſt. [An equũ inuenire poſſet.] Hæc erat calliditas, vt ſiue reſponderet inuẽturum illum equum eſſe, ſiue non, Deus omnino deluſus eſſe videretur, nam ſi reſpondiſſet inuenies, exiſtimabat ſe decepiſſe numen, quia nõ inueniri poſſit, quod non ſit amiſſum. Si verò dixiſſet, nõ inuenturũ, itidẽ credebat poſſe irrideri, quod ipſe videlicet ſciret, non poſſe inueniri quod nõ amiſerit. [Sed vt eo deturbatus periret] .i. ex equo deiectus præceps, perhibis [Iocabundus] Iocanti ſimilis, vel re vera Iocans, nomina. n. in bundus deſinentia, non ſimilitudinem, ſed rei effectũ ſignificant, vt ſentit Valla. [Attalum] Regem Pergami. [Saxo.] monte, nam ſaxũ pro monte. Virg. Saxi de vertice paſtor. [Cauillandos] Ad cauillandos non tm̃ homines ſuis argutijs, ſed etiam Deos. Cauillari eſt proprium Sophiſtarum, ponitur etiam pro calumniari, & deridere. [Iuſta ſupplicia] Meritas pœnas, quia illum Attalus nullo quidem affecit ſupplicio.

De nominibus in bundus.

ASCEN. NOn inuitus] tractat exemplum miraculoſi, & diuinitus prædicti exitus vitæ Daphidæ cuiuſdã, nõ ſatis noti hominis, ſed cuius exitium ad religionẽ mortalibus incutiẽdam efficax eſt argm̃. Ordo autem eſt. Ego ſubnecto. ſ. quodã ſ. lo dicendi, non inuitus. i. libentiſſimẽ. ſ. Simonidi pio, Daphidã hoiem impium: ne quis ignoret. i. vt quis ſciat, quantum intei fuerit ceciniſſe laudes Deorum, vt fecit Simonides Caſtoris, & Pollucis, quorũ ope poſtea ſeruatus fuit, & obtrectaſſe. i. contumelioſis verbis affeciſſe, numen. i. Deum aliquem, & hoc loco Apollinem. Hic. ſ. Daphida, cum eſſet eius ſtudii, cuius profeſſores. i. ex profeſſo ſectatores, vocant Sophiſtæ. i. apparẽtes, ſed cauilloſi Philoſophi, cõſuluit. i. interrogauit, quaſi cõſulẽdi gratia. Apollinẽ, Delphis. i. in templo Delphico, & cũ eſſet ſup. opinionis, ſeu opinationis (vt alii legunt) inepię quia nulla calliditas cõtra Deũ valet, vñ p cõtrarium Stat. in Achilleide. Quis diuũ fraudibus obſtet? Et mordacis, quia Appollinis oraculum eo mõ falſitatis arguere volebat, cõſuluit dico cauſa irridẽdi, an poſſet inuenire equum, cũ nullũ omo habuiſſet, ſup. equũ. Ex cuius. ſ. Apollinis oraculo. i. rñſo, de reb. futuri ex ore Dei plato, vox eſt reddita, ipſum ſup. inuenturum equũ, ſed vt ipſe periret eo. ſ. equo, deturbatus. Inde cũ ipſe Daphida iocabũdus, quaſi fide ſacrarũ ſortium deluſa, reuerteretur, incidit in Attalũ Regẽ. ſ. Pergami, laceſſitum à ſe hoc eſt à Daphida dictis cõtumelioſis abſentẽ. ſ. lõge diſtãtẽ ab eo, & ipſe pcipitatus. i. deorſum deiectus, eſt iuſſu, eius, è ſaxo, cui nomen erat Equi, & pependit iuſta ſupplicia animi demẽtis, quia ad Deos vſq; cauillandos progreſſus erat demens ſophiſta.

THEO. SOphiſtæ] Rhetores antiqui Sophiſtas appellabant vt Philo author eſt, & Mari. Victorius in Rhet. Cic. Rhetor. eſt, inquit, qui docet literas, atq; artes tradit eloquentiæ: Sophiſta eſt, apud quem dicendi exercitatio diſcitur, &c. eius ergo generis Daphida fuit ex Themeſo, qui cõmentatus in Homerum, negat Athenienſes expeditionis in Troiam participes extitiſſe, de cuius fato Suidas eadem, quæ Valerius, Aliter autem Strabo Geographiæ 14. Mons ait Torax appellatur in quo tradunt in crucem ſublatum Daphidam Grãmaticũ, q̃ Reges verſibus inceſſeret πορφύρεοι μώλωπες ἀπορρίνη ματαγάζεις λυδοὶ μοχοῦ ἄνδρων ἀρχεὶ καὶ φρυγίης. Purpurei vibices ſcobis opũ Lyſimachi vos ne Lydis & Phrygiæ imperatis, ex quo illud in prouerbiũ ceſſit: Caue à Thorace. Daphidas in ſuperiore diſticho. Purpureos vibices ex Aridicæ ioco dixit. Nã qñ Regis libertus ad opes nuper euectus Philoſophos ad conuiuium congregaſſet, & irridendo minutulas eorũ quæſtiones, ſcire ſe velle dixiſſet, cur ex nigra, & alba faba pulmentum vnius coloris edatur. Arides indignẽ ferens tu nobis inquit, abſolue, cur de albis, & nigris loris ſimiles maculæ gignãtur, hæc in Valer. Ianus ex quinto Sympoſiacorũ Plut. dictauit. Vnde totidẽ verbis, & Macr. [Cui nomen erat Equi.] Valer. Suidas & eò prior Cic. cõcinit hũc in modũ. Quid. n. ſi Daphidæ fatũ ita fuit de equo cadere, atq; ita perire, ex hoc ne equo, qui cũ equus nõ eſſet, nomen habebat alienum. Sed illud oſeruandũ Daphitam per T. a Strabone à Suida Daph. per D. notari, q̃ in quibuſdam Val. codicibus eſt legere.

DE REGE PHILIPPO.

EODEM oraculo * Macedonũ Rex Philippus admonitus, vt quadrigæ violentia ſalutem ſuam cuſtodiret, toto Regno diſiungi currus iuſſit eumq; locum, qui in Bęotia quadriga vocatur, ſemper vitauit: nec tamẽ denunciatũ periculi genus effugit: nam Pauſanias in capulo gladij, quo eum occidit, quadrigam habuit cælatam.

* Cic. lib. de fato.

OLV. EOdem Oraculo] Sicut illi verum prædixit Apollo, quoq; Philip. Macedonũ Regi, hic cũ quæreret ex oraculo qua morte periturus eſſet, rñſum accepit, vt quadrigas vitaret tũ Philip. quadrigas oẽs ex Regno ſuo iuſſit amoueri: locus etiã qui Quadriga appellabatur, ab eo ſtudioſẽ vitabat, ſed nulla potuit ratione fata vitare, nã occiſus fuit à Pauſania adoleſcentę in cuius gladii capulo quadriga fuerat inſculpta, hac aũt de cauſa dicitur Pauſanias occidiſſe Philip. q̃ cũ interrogaſſet Hermoclẽ, quo pacto ſibi poſſet glorioſum nomen comparare, rñdiſſe, dicitur ſi virũ nobiliſſimũ occideret hoc aũt Vale. tẽtit, ſed aliter Iuſtinus, dicit. n. q̃ Philip. Maced. Rex, iam ætate prouectiori, Regis Attali ſororẽ, vel vt Plut. dicit filiã Cleopatrã virginem, Olimpiadi ſuperinduxit vxorem, quod quidã illa grauiter ferens cũ Alex. filio iam tum dr̃ iniiſſe cõſilium cõtra Philippum. Forte ita accidit, vt Attalus cũ Celopatra filia conuiuiũ celebraret, ad qđ Pauſamã adoleſcentẽ inuitarunt: qui cũ vino paulo largius ingurgitatus eſſet, eo turpiter abuſi ſunt oẽs: adoleſcẽs poſtquam reſipuit, & cõtumeliam, q̃ per violẽtiã paſſus erat, recognouit, ſępẽ de iniuria ad Philip. cõqueſtus eſt. Ille iocabundus Pauſaniam dimittere, hinc vehementius in dies de ea re inſtare, cupere tantã iniuriã vlciſci, ſed cũ forte quadã occurriſſet Alexander, apud eũ cõqueſtus eſt de hac iniuria: ille dr̃ Græcẽ Iambicũ verbum pronũciaſſe eũ qui dedit, eum qui accepit. ſ. interfice, quod & factum eſt, nam occupatum anguſtiis Philippum, in tranſitu obtruncat, de quo latius in cap. de cupiditate gloriæ dicemus, ſed in eo miraculum fuit, quod gladio occiditur, qui quadrigam impreſſam habebat in capulo.

Mors Philip.

ASCEN. EOdem oraculo, &c. Narrat fatalem, atq; ineuitabilem & propterea miraculoſam mortem Philippi Macedonũ Regis. Ordo eſt. Philippus Rex Macedonum, monitus eodem oraculo. ſ. Delphico, vt cuſtodiret ſalutem ſuam à violentia quadrigę, iuſſit currus diſiungi. i. diſſolui toto Regno. ſuo, ut nullę in eo eſſent quadrigæ, & vitauit ſemper. ſ. poſt oraculum, eum locum qui vocatur in Bęotia Quadriga, nec tñ effugit genus periculi denunciatum. Nam Pauſanias adoleſcẽs habuit quadrigam. i. quatuor equorum currũ, cælatam. i. ſculptam. .i. vt dicunt in manubrio gladii, quo occidit eum.

THEO. LOcum] Qui in Bęotia Quadriga vocatur. Authoremq; tibi reddit in Bęotia. Quadrigam non facilẽ inuenias, Harma Græcũ nomen expreſſit oppidi Tanagreorum finibus attributi, Pauſanię credimus, ab Amphiarai caſu de quo plura Strabo. Memoratur, & in Attica Harma ad caſtellũ Phylen. ergo Valeri. Harmam latinẽ quadrigam vocauit.

DE CALANO.

QVAE tam * pertinax neceſſitas in patre, & filio Alexandro conſimilis apparuit. Si quidem Calanus Indus ſua ſponte ſe ardentiſſimo rogo ſuperiacturus interpellatus ab eo, ecquid aut mandaret, aut dicere vellet: breui, inquit, te videbo. Nec id ſine cauſa, quia voluntarium eius è vita exceſſum, rapida mors Alexandri ſubſecuta eſt.

* Cic. lib. de diui.

OLIV. QVae tam pertinax] Cum Alexander Dariũ viciſſet, & Babylonem ſubegiſſet, audiuit in India eſſe, qui Indum Gymnoſophyſtæ nudi exercerẽt: dicebãt aũt Gymnoſophyſtæ nudi philoſophi, ideo aũt nudi viuebãt, quia dicerẽt naturã oĩbus rebus humanis prouidiſſe, nec quidquã deeſſe voluiſſe, quẽadmodũ igitur cętera animalia his cõtẽti eſſent, quæ ſibi natura ſuppeditaſſet, ita hnis vitam ſuã informare dẽre, ut nihil pter q̃ eis natura dediſſet, inquirerẽt. Hi Philoſophi erãt, q ſummũ bonũ in voluptate ponebãt, ſummũ malum in dolore, Hos igitur videndi magno deſiderio captus eſt Alaxanderer, & int

inter ceteros Calanus quidam præſtare dicebatur, cũ hoc maximam familiaritatem iniuit Alexander, & eum ſecum abduxit, ſed cũ anno vitæ ſuç 73. ad eos dolores fortè perueniſſet, vt eos vlterius ferre non poſſet, nam Aluo vexabatur, rugum ſibi ſtruxit, & aurea lectica ſuperimpoſita, incubuit, ſtramentis opertus, vt eos dolores effugeret, in quibus ſummũ malũ ſtatuebat, dein de Macedones obſecrauit, vt illum letitiæ diem cum Rege ſimul potãtes exigerẽt, quẽ paucis poſt diebus Babylone viſurũ ſe dixit, atq; ita breui futurã Alexandri mortẽ prędixit, q Babylone perijt, ſicut ſuo loco dicemus: Alexander verò mortuo Calano cõuiuia celebrari iuſſit, ſed antequã moreretur, eũ rogauit ſi quid vellet vt diceret, qui nihil aliud rñdiſſe fert, niſi, te propediẽ Babylone videbo. Cic. lib. de diui. 1. Calanus Indus cum deſcẽderet in rogũ ardentẽ, ò præclarũ inquit, diſceſſum è vita, cũ vt Herculi cõtigit mortali corpore cremato, in lucẽ animus exceſſerit: Cumq; Alexãder eũ rogaret, ſi quid vellet, vt diceret optima, inquit, propediẽ videbo te, quod etiam contigit. Rurſus de hoc Calano mentionem facit lib. 2. Tuſc. quæſt. Str. in deſcriptione Indiæ plurima de his Gẙmnoſophiſtis, atq; Calano.

Ascen. Q Væ, &c. Affert exemplum de Alexãdro Philippi filio, dicens. Quæ neceſſitas. i. violentia fatalis, tam pertinax. i. ineuitabilis in patre. ſ. Philippo, apparuit ſimilis, i. etiam in Alexandro filio. ſ. eius, hoc eſt Philippi. Siquidẽ Calanus Indus, qui vnus è Gymnoſophiſtis, ſuperiacturus. ſ. in lectica aurea ſe rogo ardentiſſimo. i. in rogum ardentiſſimum, interpellatus. i. ab inſtituto pauliſper impeditus, dum interrogaretur, ab eo. ſ. Alexandro, ecquid. i. an ne aliquid mandaret, aut vellet dicere, inquit, ego videbo te ò Alexander, breui. ſ. tempore (Qui netiam, qui eandem rem recitant, locum addunt, dicunt enim dixiſſe breui te Babylone videbo) nec ſup. dixit id ſine cauſa, qui a rapida. i. nimis ſubita mors Alexandri ſubſecuta eſt, volũtarium exceſſum, è vita, eius. ſ. Calani.

DE QVODAM REMIGE.

REGIOS interitus magnitudine miraculi remigis caſus æquat: quem in littore Tyriorum ſentinam haurientem, cum è naui fluctus abieciſſet, altero latere repercuſſum, contrarius fluctus in nauem retulit. Itaque miſeri ſimul, ac felicis, complorationi permiſta fuit gratulatio.

Oliv. TYRVS] Ciuitas Phenicię loter omnes memoranda, teſte Curtio.

Ascen. R Egios, &c. Pulchrè præparat narrationẽ plebei exẽpli, dicens. Caſus remigis. ſ. cuiuſdã, æquat magnitudine miraculi interitus Regios, vt Philippi, Alexandri & aliorum: quem. ſ. remigẽ haurientem, i. euacuantẽ in littore Tyriorũ, ſentinam. i. receptaculũ ſordium in baſe nauis, cum fluctus abieciſſet è naui, fluctus contrarius retulit eum excuſſum altero. i. oppoſito latere in nauem. ſ. vnde excuſſus iam erat. Itaq; . i. & ita gratulatio fuit permixta comploratioui, ſimul miſeri, quia iam excuſſi in mare, ac fęlicit, quia relati in nauẽ, vi oppoſiti fluctus

DE PRVSIA FILIO REGIS BITHYNIAE.

* Liuius lib. 1.

*QVID illa? nonne * ludibria Naturæ in corporibus humanis fuiſſe credẽda ſunt? tolerabilia quidẽ quia ſæuitia caruerunt: cæterũ & ipſa miraculis annumeranda. Nam & Pruſiæ Regis filius eodem nomine quo pater, pro ſuperiori ordine dentium, vnum os æqualiter extentum habuit: nec ad ſpeciem deforme, nec ad vſũ vlla ex parte incommodum.*

Oliv. Q VID illa? nonne] Quia à propoſito diſcedere videbatur, reddit rationem, cur hæc videantur ſuperioribus ſimillima: [Nonne ludibria] Quia natura in corporibus humanis quoddãmodo ludere viſa eſt voluiſſe, & noua quędã facere. Ceterũ quia à natura proueniunt, & pter naturã fuerũt. [Nã & Pruſi.] Poſt pfacionẽ ſequit̃ narratio eorum quæ à natura fuera aliena. [Os æqualiter extentũ] Os vnũ tenus ore cõtinuatũ Solin. Quidã cũ dentibus procreant̃, vt Cn. Papirius Carbo, vt M. Curio, Dentatus ob id cognominatus, quidam etiam vice dentiũ continui oſsis armãtur ſoliditate, qualem filium Bithyniorũ Regis Pruſiæ. Abbreuiaror Pruſias, inquit, Rex Bithyniæ oium humillimorum fautor, atq; viciorũ, à Nicomede filio adiuuante Attalo Rege Pergami occiſus eſt. Habebat alium filium, qui pro ſuperiorẽ ordine dẽtium, enatum habuiſſe vnum os continens dicitur. Plin. lib. 7. Hiſt. aliqui vice dentium continuo oſſe vno gignuntur, ſicut Pruſiæ Regis Bithyniorum filius, ſuprema parte oris. [Ad vſum] Ad utendum, nam cõmodè epulabatur, ſicut cęteri, qui in plures partes diuiſos habent dentes.

Ascen. Q Vid illa, &c. Ordo eſt. Quid illa ſup credenda ſunt fuiſſe, nõne credenda ſunt fuiſſe ludibria naturæ in corporibus humanis, q. d. maximè quidem. i. certè, ſũ tolerabilia, quia caruerunt ſeuitia, cęterum. i. ſed quantum eſt de reliquo, & i. etiam ipſa annumeranda ſunt miraculis. Nam filius Pruſiæ Regis Bithyniæ, eodem nomine, quo pater, hoc eſt & Pruſias dictus, habuit ſuperiori ordine dentium. i. loco ſuperioris ordinis dentium, vnum os extentũ æqualiter. nec ſup. habuit ipſum ad ſpeciem deforme, nec ad vſum incommodum in vlla parte.

DE FILIA MITHRIDATIS REGIS.

MITHRIDATIS verò Regis filia Dripetine, Laodice Regina nata, duplici ordine dentium deformi admodum, comes fugæ patris, à Pompeio deuicti, fuit.

Oliv. MITHRIDATIS] Regis Ponti, hoſtis P. R. ad quẽ debellandum primo Sylla, deinde Lucullus, poſtremo Pomp. miſſus eſt, qui bellum illud confecit. Hunc igitur profligato exercitu fugientem, filiam hanc comitatam fuiſſe Cic. dicit.

Ascen. M Ithridatis, &c. Ordo eſt. Verò pro, ſed, Diripetîne filia Mithridatis Regis, nata Laodice Regina, duplici ordine dentium admodum. i. multum deformi fuit, quæ comes fugæ patris deuicti à Pompeio. ſ. magno, extitit.

DE LINCEO.

*NEC illius * quidẽ paruæ admirationis oculi, quẽ conſtat tam certa acie luminum vſum eſſe: vt à Lilybeo portu, Cartaginenſium egredientes claſſes intueretur. Oculis eius admirabilius Ariſtomenis Meſſenii cor, quod * Athenienſes ob eximiam calliditatem exectum, pilis refertum inuenerunt: cum eum aliquoties captum, & aſtutia elapſum, cæpiſſent.*

* Hoc de Stra. Pli. li. 7. c. 21.

* Lacedæmonios ſcrib. Pli. lib. 11. c. 37. & alii.

Oliv. NEC illius quidẽ paruæ admirationis] Hunc Solin. Strabonem noiatum fuiſſe tradit, quẽ Varronis teſtimonio centum 35. millia paſſuum proſpexiſſe dicit, ſolitumq; exeuntem à Carthagine claſſem Punicã, numerumq; nauiũ ex Lilybetana ſpecula maniſeſtiſſimã notare, quod idem teſtatur. Plin. 7. nat. hiſt. Cic. tradit Iliadè oẽm ita ſubtiliter in mẽbranis ab hoc ſcriptã, vt teſta nucis clauderetur. [Oculis] Hũc Lynceis oculis fuiſſe dñi. [A Lilybeo portu]. ſ. Siciliæ. Nam Lilybeũ pmontoriũ eſt Siciliæ, multũ aũt à Sicilia ad Carthaginẽ diſtare dr, & vt tradit Sol. centũ 35. millia paſſuũ interſunt. [Admirabilius Ariſtomenis] Athenièſes cũ Meſſeniis bellũ graua & longũ geſſere: Meſſeniorũ Dux fuit Ariſtomenes, qui tanta calliditate fuiſſe dr, vt ſæpè Athenienſes deciperet, quorũ ſæpe vrbem ingreſſus, & aliqñ captus, atq; in vincula coniectus, calliditate ſua aufugerat, q cum ſemel, atq; iterum, & tertio feciſſet, conſtituerunt Athenienſes illum rurſus captum interficere, quod etiam fecere, ſed admirati verſutiam hominis, voluerunt eius capti, & occiſi cor inquirere, quo execto corpore, piloſum inuenerũt. i. pilis refertum, nam qui pilis abundant, ſolent aſtutiores eſſe.

N Ec illius, paucis abſoluit alia miranda in virtute ſenſitiua in membris, in moribus hominum, & ſimilibus dicẽs. Nec quidem oculi illius, videlicet Strabonis, aut Lyncei ſup. ſunt aut fuerunt admirationis paruæ, immo maximæ quem conſtat eſſe vſum tam certa acie. i. acumine luminũ. i. oculorũ, vt intueretur. i. inſpiceret à Lilybeo promontorio Siciliæ, claſſes egredientes portu Cartha. [Oculis, &c.] Ordo eſt. Cor Ariſtomenis Meſſenii, ſup. fuit admirabilius oculis eius. ſ. iam dicti, q. ſ. cor Athen. exectum. ſ. ſecando pectus eius extractum, ob calliditatem eximiam, quam putabant habere ſedem in corde, inuenerunt refertum pilis, hoc eſt piloſum, ſeu hirſutum, cum cœpiſſent, captum. ſ. prius aliquoties, ſed elapſum aſtutia.

Theo. Q Vod Athenienſes] Herodotus, Plutarchus, Rhianus, Polyenus, Pauſanias & Stephanus, in mẽtione ciuitatis Andaniæ, tradunt à Spartanis exectum, nec aliter hiſtoriæ fidem conſtare Ianus exiſtimat. Itaq; corrige Athènienſes, quorũ loco ſubſtitue Lacedæmones qui Spartani ſunt.

DE

DE ANTIPATRO POETA.

* Pli. lib. 7. cap. 2.

*AT poeta * Antipater Sidonius, omnibus annis, vno tantummodo die, quo genitus erat, febri implicabatur. Cumq́; ad vltimam ætatem perueniſſet, natali ſuo certo illo circuitu morbi conſumptus eſt.*

OLIV. AT Poeta Antipater] Hic quo die natus erat, eodē ſemper ſebri laborabat omnibus annis, & cum diu vixiſſet, poſtquam ætatis ſuæ tempus deſtinatum appropinquaſſet, eo die, & eodem genere morbi conſumptus eſt.

ASCEN. AT. i. ſed i Antipater poeta Sidonius implicabatur ſebre omnibus annis, vno tātummodo die, quo genitus erat, & cum perueniſſet ad vltimam ætatem, conſumptus eſt natali ſuo. i. die quō natus fuerat, illo certo. i. infallibili circuitu, id eſt, per circulum anni reditu morbi.

DE POLISTRATO, ET HIPPOCLIDE.

*De Polyſtrato Diogenes in Epicuro.

*HOC loco aptè * referantur Polyſtratus: & Hippoclides Philoſophi eodem die nati, eiuſdem præceptoris Epicuri ſectam ſecuti, patrimonii etiam poſſidendi, alendæq́; ſcholæ communione coniuncti, eodemq́; momento tēporis vltima ſenectute extincti. Tam æqualem fortunæ pariter: atq; amicitiæ ſocietatem, quis non ipſius cæleſtis Concordiæ ſinu genitam, nutritam, & finitam putet? Quapropter hoc potiſſimū fuerit, aut in liberis potentiſſimi Regis: aut in Rege clariſſimo, aut in vate ingenii florentis, aut in viris eruditiſſimis, aut in homine ſortis ignotæ, ne ipſa quidē, omnis bonæ malęq́; materiæ fœcunda artifex Natura, rationem rerum reddiderit, non magis, quàm qui ita ſiluestres * capreas Cretæ genitas, tantopere dilexerit: quas ſagittis confixas ad ſalutare auxilium herbæ Dictami, tantum non ſuis manibus deducit: efficitq́;, vt, concepta ea: continuo & tela, & vim veneni, vulneribus reſpuant: * Aut in Cephalenia inſula, cum omnia vbique pecora hauſtu aquæ quotidie recreentur, in ea pecudes maiore ex parte anni ore aperto ex alto ventos recipientes, ſitim ſuam ſedare inſtituerit. * Aut quapropter Crotonæ in templo Iunonis Laciniæ aram ad omnes ventos immobili cinere donauerit potiſſimum. * Vel quare alteram in Macedonia, alteram in Caleno agro aquam proprietatem vini, qua homines inebrientur, poſſidere voluerit. Non admiratione iſta, ſed memoria proſequi debemus: cum ſciamus recte ab ea plurimum licentiæ vendicari, penes quam infinitus cuncta gignendi labor conſiſtit.*

* Ceruas ſcri. Plin.

* Aquis hæc inſula carere dicitur.

* Plin. lib. 2. c. 107.

* Plin. lib. 7. c. 108.

OLIV. PATRIMONII poſſidendi,] Quia communiter poſſidebant patrimonia à patribus relicta, & ex his cōiter impēſas faciebāt ſtudiorū, qbus operā dabant. [Tā æqualem] Quis, inquit, hanc cōcordiam, & amicitiā, ac ſocietatē Deo nō tribuit. [Liberis ſicut in filia Mithridatis] Aut in rege. ſ. Prutil. [In vate]. ſ. Antipatre. [Viris eruditiſſimis] Polyſtrato, & Hippoclide. [Huic ſortis ignotæ]. ſ. Strabone, qui tam acuta aciem habuit. [Omnis bonæ] Quia ex natura bona, & mala oia cōparātur ſm Philoſophorū ſciam, quorū Plato princeps eſt, q dicit, nihil niſi ex ante ſubiectæ materia procreatum eſſe, quod à noſtra religione alienū eſt, nam Deus oia ex nihilo creauit. [Ne ipſa qdē] Ne dum philoſophi, qui rerū naturaliū ſciam habuerūt, [Non magis] Inquit rōnem reddere poſſem, cur hæc miracula in eiuſmodi hominibus natura eſſe voluerit. [Quā q] Pro quō. [Syluestres capreas] Plin. lib. 25. Ceruas nō capreas dicit. Simplicium, inquit, Ceruæ mōſtrauere elaphoboſcon, de qua diximus. Item eſſinem à partu dictā, oſtendere, vt indicauimus dictamū, vulneratæ, eo paſtæ, ſtatim decidentibus telis. Nam lib. 8 dixerat, dictamnum herbam extrahendis ſagittis monſtrauere percuſſe eo telo, paſtuq́, eius herbæ eiectu. [Capreæ] Sunt capreæ ſiluestres, & capreæ domeſticæ, ſed in Creta capreę ſiluestres confixæ ſagittis, ſi modo periculum inſtātis mortis euadere poſſint, per ſe ad dictam herbam confugiunt, qua guſtata, & tela, & vim veneni repellunt, quod quidē à ſecreta quadam naturæ ratione proficiſcitur auxiliū dictami. Dictamus penultimam producit. Virg. lib. 13. Dictamū genitrix Cræta carpit ab Ida. [Tm non]. i. ferme, inquit, ipſa natura ſuis manibus eas deducit ad remediū dictami ſaluberrimū. [Cōcepta] Comeſta. [Aut in Cephalenia] Plin. lib. 7. Conſtat in Luſitania circa Vlyſiponē oppidū & Thagum amnem, equas Fauonio flante obuerſas animalem cōcipere ſpiritum, idq; partum fieri, & gigni perniciſſimum, ſed triennium vitæ non excedere. q̄ ēt B. Auguſt. confirmat lib. de Ciui. Dei, q̄ equę videlicet ore aperto ventos excipientes cōcipiant, vnde Virg. Sic oēs verſæ in Zephiron ſtant rupibus altis, Exceptātq́; leues auras, & ſępè ſine vllis cōiugiis vento grauidę mirabile dictu Solin. in proximis, inquit, Vliſiponis equæ laſciuiūt mira fęcunditate, nam ſpirāte Fauonio vento cōcipiunt, & ſitiētes viros aurarū ſpiritu maritantur. Varro quoq; dicit in vlteriore Hiſpania verno tpe equas nimio calore cōmotas contra frigidiores plagas, & ventos ora pateſacere ad ſedandum calorē, & eas exindē concipere, edereq́; pullos, licet veloces, diu tā minime duraturos. [Ex alto] Quia in edito loco conſiſtūt, vt vētos cōmodius capiant. Vnde Virg. Stāt rupibus altis. [Aut hoc etiam] Solin. cōmemorat, tēplum Crotonæ eſſe Iunoni conſecratū, cuius ara expoſita eſt aperto aeri, ita vt ab omni regione venti perflantes in ea ſpirare poſſint, & tā illic cinerē ſacrorum immobilē permanere. [Quapropter] Nec etiā rōnem reddiderim, quāobrem natura voluerit. [Crotonæ] Quę ciuitatis eſt Calabriæ, & eſt genitiuus aduerbialiter poſitus, ac ſi diceres Vicentiæ. [In Caleno agro] A Calibus qd̄ oppidū eſt in Cāpania dictum pluraliter, hæ Cales Calium, quia huies inebrientur, non ſecus, ac ſi vinū bibiſſent. [Licentiæ plurimum vendicari,] Qui plurimū laboris ſuſtinet, hic debet aliquātu plus, licentiæ ſibi cæteris aſſumere, ergo cum tantus ſit naturæ labor, vt per eam cuncta gignantur, non mirandum eſt, ſi dum vires ſuas oſtēdit, tantum ſibi licētiæ vendicat, vt pleraq; faciat, quorum cauſam hominibus ignotā eſſe velit. Gignendi de natura naturante intelligit, ſed ſi vere intelligitur natura naturans Deus eſt.

ASCEN. HOc loco, &c. Ordo eſt. Polyſtratus, & Hippoclides Philoſophi referant. i. recitent aptè hoc loco, quia ſimile quidam paſſi ſunt, referantur dicti. i. referendo dicantur, nati eodem die, & ſup. ſecuti ſectam eiuſdē præceptoris, videlicet Epicuri, & coniuncti etiā cōmunione patrimonii poſſidendi, & ſcholæ alendæ, & extincti eodē momento temporis ſup. in vltima ſenectute. Quis nō putet tam æqualem ſocietatē fortunæ. i. rerum externarū, pariter ac amicitiæ genitam, nutritam. i. adultam, & finitam ſinu ipſius concordiæ cœleſtis, q. d. merito nemo non putet, hoc eſt vnuſquiſq; putat. Quapp hoc fuerit potiſſimum. i. quæ fuerit potiſſima ratio, cur hoc, quod dictū eſt, eueniret potiſſimū, aut in liberis potentiſſimi regis, vtpote in filia Mithridatis, aut in rege clariſſimo, videlicet Pruſia, aut in vate florētis ingenii. ſ. Simonide, aut Antipatro, aut in viris eruditiſſimis, vt in Athenallo, & in his ſectatoribus Epicuri Polyſtrato & Hippoclide, aut in hoīe ſortis. i. cōditionis ignotæ, vt in Strabone illo lynceis oculis prædito, ne quidem ipſa natura. ſ. naturans, vtpote artifex fęcunda omnis materiæ bonæ, & malæ, reddiderit. i. reddere poſſit rōnem rerum. ſ. quæ contigerunt. Non magis. Optimo pede progreditur ad recitanda mira, quæ in rōne, aut ēt vita carētib. natura pducit dicēs. Non magis ſup. rōnē rerū ſupradictarū reddiderit natura, q̄ qd ita. i. cur, aut quæ rōne, ipſa, ſup. dilexerit tantopere capreas ſiluestres, genitas Cretæ. i. in Creta inſula, (Sunt q legāt q ita, certum. n. eſt, qui quaſi ablatiui caſus è nominatiuo quid aduerbialiter ſæpè poni pro qūo, vt. Qui fit Mecęnas, &c. certum etiā eſt, quid ita particulā aptam interrogationi ſolere poni pro cur, aut quare, quo circa legam, qui ita niſi ſequatur tantopere, nam ita tantopere dicendo videtur ita redūdare. Quod nō vacat, ſi quid ita pro vna ponatur particula) quas. ſ. capreas confixas ſagittis natura deducit tm non. i. nō ſolū, ſuis manibus. i. naturali inſtinctu, ad auxiliū ſalutare herbæ dictami. i. ſcilicet noīe, quæ in Creta ſponte naſcitur, efficitq́;. i. etiam vt ea. ſ. herba concepta. i. in vētrem redacta à capreis ipſæ capreæ reſpuāt. i. eiiciant, quaſi expuendo, & euomendo vna cū herba, vulneribus ſ. ſagittarum, & ita nō ſolum è ventre, ſed vbicunq; fuerint vulnera, & tela, & vim veneni, quo armari ſolēt ſagittę. Aut (repete quid ita. i. cur) in Cephalenia inſula, ſ. Luſitaniæ vicinā hic Oliuerius vī innuere, cum altera ſit, aut ſaltē Cephalenia inſula maris Ionii, cum. ſ. ita ſit, quod pecora recreentur, vbiq; quotidie hauſtu aquæ, cur natura inſtituerit pecudes ſedare ſitim ſuā recipiētes. ſ. in pulmonē, vētos ex alto. ſ. aere, ore aperto, ex maiore parte anni, q̄ a nō in ſuprema bruma, in ea. ſ. īſula (vacat illud i Cephalenia,) aut

in ea,

in ea, niſi alterū gratia altarius poſitū dicas. Nam ſatis aſſat aut in Caphalenia, &c. Naq; tamatſi aquæ ax aere cócipiunt in Hiſpania, neceſſa ſit dicere, pecudas illic ſolum aara loco potus veſci, aut quap p natura donauerit potiſſimū. i. maximè omniū ará in téplo Iunonis Laciniæ. Crotone. i. quod téplū habet Crotone (quæ aſt ciuitas Calabriæ) Iuno. Ciuare immobili ad oés vētos, qa peracto ſacrificio, & incéla victima, hoſtiæ ciuis dere lictus in ara, à nullo vanto agitatùr, vel quare natura voluarit alteram aquā. i. fontē vnū, in Macadonia, & altará aquā. i. alterum fontam in agro Caleno, iuxta Cales oppidū Cápaniæ Italicæ, poſſidara proprietatam vini, quà hoies inabriētur. Nos dabemus iſta. i. iſtiuſmodi miracula naturæ proſequi, non admiratione, quia non aſt mirum ſi natura tm̄ potaſt, ſed mamoria: cū ſciamus plurimum licantiæ. i. authoritatis, aut potantiæ, cuius non conſtet nobis ratio, vendicari. i. appropriari ſibi ſ. a natura naturante, penes quam. i. in cuius putaſtata, conſiſtit labor infinitus. i. oſficium immenſum gignendi cuncta. ſ. quæ vult.

THEO. DICTAMI] Dictamus, eſt harba paſſim proucnians in Creta, da cuius viribus vt inter naturæ miracula refert Ariſtotales aadē q̃ Valerius, apud Aratū mallotes Zenodotos δικταῖ ἐν δαίδεσι Dictamum putat intalligendum vel ax eo, quod odorum vocat. Ad faciles. n. partus hæc harba ſubſiernit, vnda Euphorion Leithias ea coranatas inducit [In Macedonia] Vitruuius Architectus. & Plinius in Paphlagonica.

DE MIRABILI MAGNITVDINE, ET longitudina Serpentis.

*Gal. lib. 5. cap. 3. Paulus Oroſi. lib. 4. capi. 8. *QVAE quia * ſupra vſitatā rationem excedentia attigimus, ſerpentis quoque à Tito Liuio curioſè pariter, ac facundè relatæ fiat mentio. Is enim ait in Africa apud Bagradam flumen tantæ magnitudinis anguem fuiſſe, vt Attilij Reguli exercitum vſu amnis prohiberet, multiſq; militibus ingenti ore correptis, compluribus voluminibus caudæ eliſis, cum telorū iactu perforari nequiret, ad vltimum baliſtarum tormentis vndiq; petitam, ſilicum crebris, & ponderoſis verberibus procubuiſſe: omnibuſq; & cohortibus, & legionibus ipſa Carthagine viſam terribiliorem: atque etiam cruore ſuo gurgitibus imbutis, corporiſq; iacentis peſtifero afflatu, vicina regione polluta, Romana inde ſubmouiſſe caſtra, dicit belluæ corium 120.* pedum longum in vrbem miſſum.*

*Pedes.

OLIV. TITO L.] hoc miraculum Liuius narrat in ſecunda Decada primi Punici belli, q̃ nos amiſimus. Aulus Gal. li. 5. cap. 3. Tobero, inquit, in hiſtorijs ſcriptum reliquit, bello primo Punico. Attilium Regulum Conſulem io Africa caſtris apud Bagradam flumen poſitis prælium grāde, atq; acre feciſſe aduerſus Serpentam inuſitatæ immanitatis: cumq; magna totius exercitus conflictione, balliſtis, atq; catapultis diu oppugnatum, eiuſq; interfacti corium longum pedes 120. Romá miſiſſe, Plin. lib. 8. Nota eſt, inquit, in Punicis bellis ad fluman Bagradam à Regulo Imperatore baliſtis, tormantis, vt oppidum aliquod, expugnata ſerpēs 120. pedum longitudinis, pellis eius maxillæq; vſq; ad bellum Numantinum durauere in tamplo. [Apud Bagradam fluuium] Qui præter Vticam labitur, quæ diſtat 30. millia paſſuum à Carthagina. [Vſus amnis.] Quia non audabant appropinquare milites flumo, vt aquam inda haurirent. [Voluminibus] Quia lōgitudine caudæ comprehēdabant milites complures, & ita illos premebat, vt necaret. [Eliſis] Diſſipatis, laceratis. [Telorum ictu.] Nam tala in aum contorta penetrare non poterant. [Baliſtarum tormentis]. i. machinis quibus ſaxa maiora mittuntur: ſed hoc loco baliſta ſine dubio videtur ſignificare ſaxum maius, quod machina mittitur, & dicitur baliſta βάλλειν à iaciando: vnde lectum aſt atiam baliſtas talentarias aſſe. i. 70. librarum ſaxa, vnde hoc loco ſequitur, ſilicū crebris, & pōdaroſis verberibus, ſed Baliſta à Græcis accipitur p tormento mœnia concutiente, in qua ſignificatione ſæpius inuantum aſt apud poetas. Ouid. lib. 1. da triſti. Quam graua baliſtæ mœnia pulſat onus. Luc. pro inſtrumento haſtam quandam iacente accepiſſe vidatur, cum ait. Neque. n. ſolis excuſſa lacertis, Lācaa, ſed tanſo Baliſtæ turbina rapta. Procubuiſſe, poſtquam tandem transfixa ſagitta, occubuit.

ASCEN. AT quia, &c. Affert ad cætera miranda naturæ, ſerpētis ad Bagradū reperti ſtupendá longitudiné, dicens. At. i. ſed quia nos attigimus ſupra. i. in ſuperioribus axéplis. excedentia rónem vſitatam. i. conſuatam, quia muliorū ratio vobis reddi non pōt, mantio ſarpētis relatæ. i. recitatæ à Tito Liuio curiosà paritar ac facundà, fiat quoqua. i. atiam ſup. à nobis. Enim pro quia, is. i. Titus Liuius ait, anguem fuiſſe in Africa apud Bagradam flumen, tantæ magnitudinis, vt prohiberet. i. arceret, exercitum Attilij Raguli, vſu amnis. i. aquatione, & multis militibus correptis. i. raptim intarceptis, ingenti ore. ſ. anguis aut ſerpentis, cópluribus voluminibus. i. ſpiris, aut annulis caudæ aliſis. i. eſtractis: cū nequiret perforari iactu talorū, ait ſup. ipſam petitā (frequentar & anguem, & ſerpenté fœminino genare pronunciat Valerius) ad vltimum. i. tàndē, vndiq; . i. ex omni parte, tormentis baliſtarom. i. machinarum eiaculantiū ligna, lapidas, & ſimilia, procobuiſſe. i. proſtratam eſſa crebris, & ponderoſis verberibus ſilicū. i. lapidū duriſſimorū, & ſup. ait, ipſam ſarpentem viſam omnibus, & Cohortibus, & Leginnibus ſup. Romanis tarribiliorem ipſa Carthagine, (ſi textus haberet, & Carthagine dicerem da cohortibus, & legionibus Punicis loqui) atq; dictus Liu. dicit ſerpentem ſubmouiſſe. ſ. occaſionaliter, Romana caſtra inda. i. ab ao loco gurgitibus. i. fluctibus aquarum imbutis. i. poſtquam imbuarat gurgites aquarum ſuo cruore, & vicina regione polluta. i. infecta, & corrupta peſtifero afflatu corporis iacantis. i. proſtrati. Dicit etiam Liuius corium belluæ. i. immanis ſerpentis, longum 120. pedes, miſſum in vrbē. ſ. Romam Sunt qui legunt, quod ſi eſt ſubauditur longitudine, vt ſit longum longitudina 120. pedum.

VALERII MAXIMI
LIBER SECVNDVS.

HYPOTHESIS SEQ. EXORDII.

POſtaaquam de religione, ac daorū cultu diſſeruit, ſtylum ad memorabiles tam Romanorum, quàm alienigenarum gantium mores vertit. Tum vt cognoſcantur, quæ nam Romanæ origo fuerit vitæ, aiuſq; præſertim, quæ ſub Tiberio Cæſare fœliciter agebatur. Tum vt priſcorū authoritate noua inſtituta ſancirentur.

DE INSTITVTIS ANTIQVIS. Cap. I.

DIVIS, & præpotens Naturæ Regnum ſcrutatus, iniiciam ſtylum tam noſtræ vrbis, quam ceterarū gentium priſcis, ac memoralibus inſtitutis. Opus eſt enim cognoſci huiuſce vitæ, quā ſub * optimo principe fœlicē agimus, q̃ nā fuerint elemēta, vt eorū quoque reſpectus aliquid præſentibus moribus pſit.

*Tiberio.

OLIV. DIVas & præpotans naturæ Regnum] Incipit nunc Secundus liber, lo quo fermè hæc omnia continentur, Inſtituta maiorum, Diſciplina militaris, Ius triumphandi, Cenſoria nota, Et virorum maieſtas. Facit autem præfationem, qua nos reddit atteutos, cum oſtendit quibus primo da rebus dicturus ſit, videlicet De Inſtitutis maiorum, quæ ad id pertinet vt vitæ noſtræ præſenti, eorum examplis conſulare poſſimus. Captat inſuper beneuolentiam ab Imperatore Tiberio, cum dicat, q ſub aius Imperio. ſ. viuat, ad cōfirmandū ſtatū pſentē, exēpla hæc pficiūt. Vtit verò trāſitione tropo Rhetorico, cū qb. de rebus dixerit, & da qbus dicturus ſit br̄ oſdit. Poſtquā iquit,

da pote-

de poteſtate naturæ ſuperiori capitulo diximus, nunc de priſcis inſtitutis dicere incipiemus.[Sunt aût inſtituta] Mores, rõne & conſilio comprobati. [Diues] Trium generũ eſſe hoc loco aperte videmus: ditia verò à dite inuenitur.[Iniiciam ſtylum] Scribere incipiam: Nam iniicere eſt imittere, inſerere, imponere, eb in & iaceo, quaſi intro iacere. Initiare verò imbuere, ſanctificare, inouare, hoc loco iniicere incipere ſignificat, vnde initiũ principium.[Cæterarum] Quia nõ domeſtica ſolum: ſed externa quoq; cõmemorabo. [Sub optimo principe] Scilicet Tiberio, nec ſine adulatione. h.d.[Elementa] Principia, vnde quatuor elemẽta, rerum omnium primordia Philoſophi eſſe voluerunt, ꝙ ab his gignerẽtur cuncta, & ideo per ſimilitudinem cuiuslibet rei principium, nõ abſurdè dicimus elementum. [Præſentibus moribus] Nam vetera exempla præſentibus authoritatem præſtant: nam quanto maioris authoritatis eſſe videbunt hi, à quibus hæc documenta manauerint, tanto ea etiam nobis videbuntur eſſe ſanctiora.

Diues trium generum.

ASCAN.

DIues, & præpotens.] Cõgruo progreſſu tranſit ad Secũdi libri farraginem ſiue argumẽta. Nam in primo de rebus diuinis pulchro ordine tractauit, ita vt à Dei cultu, & mirabilibus, ad naturæ miracula ſit progreſſus: cum tñ natura ſine Deo nihil poſſit, immo natura, q̃ naturantem vocãt Deus ipſe ſit, nunc quæ proximè ad res diuinas accedunt vtpote Inſtituta, ac mores hoium, primo loco proſecuturus, dicit: Ego ſcrutatus Regnum naturæ diues, & præpotens (vnde patet, nomina in es neutrum genus non penitus reſpuere, vt depoſitum tibi ſoſpes erit, &c.) iniciam ſtylum.i.ſcribẽdi munus, Inſtitutis i.moribus viuendi priſcis.i.veteribus, ac prioris ſæculi, ac memorabilibus.i. quæ & antiqua ſunt, & memoratu digna, tam noſtræ.i. Romanæ vrbis.i. ciuitatis hoc loco, q̃ ceterarum gẽtium. Enim pro quia, opus eſt.i.operę precium, elemẽta.i. primas inſtitutiones, & ſemina huiuſce uitæ, quam agimus fęlicem ſub optimo principe videlicet Tiberio, cognoſci.i. vt cognoſcãtur quænam, i.qualia fuerint. Si eſſet cognoſce, aut cognoſcere, facilior eſſet ordo. Ideo opus eſt, vt reſpectus.i.conſideratio, eorũ.ſ.elementorum proſit quoque etiam aliquid.i.in aliquo, moribus præſentibus.i.æui præſentis. Ideo.n. antiqua legimus, vt ſi bona ſint, imitemur.

DE NVPTIIS.

Cic. lib. 2. de diui.

APVD antiquos non ſolum publicè, ſed etiam priuatim nihil gerebatur, niſi auſpicio prius ſumpto: quo ex more nuptys etiamnum auſpices interponuntur: qui quamuis auſpicia petere deſierint: ipſo tamen nomine veteris conſuetudinis veſtigia vſurpantur. Fœminæ cum viris cubantibus ſedentes cęnitabant, quæ conſuetudo ex hominum conuictu ad diuina penetrauit: nam Iouis epulo ipſe in lectulum, Iuno & Minerua in ſellas ad cęnam inuitabantur. Quod genus ſeueritatis ætas noſtra diligentius in Capitolio, quàm in ſuis domibus ſeruat: videlicet quia magis ad rem pertinet Dearum, quam mulierum diſciplina contineri. Quæ vno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honorabantur: Exiſtimabant enim eum præcipuè matronæ ſincera fide incorruptum eſſe animum, qui poſt depoſitæ virginitatis cubile, in publicum egredi neſciret, multorum matrimoniorum experientiam, quaſi legitimæ cuiuſdam intemperantiæ ſignum eſſe credentes.

OLIV.

APVD antiquos] Hoc Inſtitutum apud Liuium lib. 1. planè dignoſci põt: vbi dicit, nõ prius Regnũ acceptũ fuiſſe à Numa Pompilio ſecundo Rom: Rege, q̃ Deos auſpiciis ille conſuleret. Is.n.loco edito aſcendens lituo ſpatiũ deſcripſit in cœlo ab oriente, ab occidente, à meridie, à ſeptentrione, proſpiciens quantum oculi ferre poterant, & partem ab oriente appellauit anticam, ab occidente poſticam, à meridie dextram, à ſeptentrione ſiniſtram: deinde cũ operto capite ſtetiſſet, animo cõcepit, quæ auſpicia, & qua parte mitti vellet, quibus miſſis, concione Rex creatus eſt, & in Regnum acceptus. [Auſpicio] Ab aſpectu auium, quod ꝑ earum aſpectum, intelligebatur, quid placeret diſpliceretve Diis. [Ipſo tñ nomine,] Qui eo quod auſpices appellantur tametſi auſpicia non petant, apparet tñ eos aliquid ex conſuetudine maiorum, qui omnibus in rebus auſpiciis utebãtur retinere. Vnde Lucanus in receptione Martiæ Catonis ait. Contentiq; auſpice Bruto. [Auſpicia] Ab aſpiciendis auibus, ut dixi, ſiue præpetibus, ſiue oſcinibus, nam præpetes aues erant, quæ volatu ſuo futura prænunciabãt: oſcines vero, quæ non uolatu tñ, ſed etiam garritu ſignificabãt quæ inſtare viderentur. [Fœminæ] Hoc inſtitutum ſatis abhorret à conſuetudine noſtra, & indecorum eſt, vt viri cœnantes recubent, q̃ conſuetudinem adhuc Græci ſeruant: cubito.n. innixi ſiue proſtrati, & iacentes epulantur. [Sedentes] Viri quidem recubabant ſtrati, mulieres verò ſedebant. Legitur in vita Catonis, quod paulo antequam ſe Vticæ interimeret, ſedens cęnauerit, quẽadmodum poſt ciuile bellum conſueuerat: nam ante, niſi cum dormiret, ſemper ſtabat, vel nunquam iacebat. [Cœnitabant] Quia ut refert Seruius, & Iuu. teſtatur, apud maiores prãdia nõ fuerant in vſu. vnde Iuu. Quis fercula ſeptem, ſecretu cœnauit auus. Et ſunt qui dicant primum qui prandii conſuetudinem in urbem Romanam introduxerit fuiſſe Marium propter illud carmen, Exul ab octaua Marius bibit. Ego verò ante Marium, & Priſcum, & Arpinatem, prandia in vſu fuiſſe legi apud Plin. lib. 33. vbi loquitur de Quinto Aelio Tuberone L. Pauli genero: Q. Aelium, inquit, cum Legati Aetolorum in Cõſulatu prandentem in fictilibus adiiſſent, miſſa ab his vaſa argentea, non accepiſſe. Conſtat autẽ hunc Aelium multo ante fuiſſe q̃ Mariũ. [Cõuictu] Iã tẽporibus Valerii hæc conſuetudo ſenſim abolita fuerat apud homines, ſed i epulo Iouis adhuc ſeruabatur: erat autẽ epulum Iouis, quod alio noĩe lectiſterniũ dicebat. In Capitolio.n. ſtratis tribus lectulis, conuiuiũ apponebatur tribus Diis, Ioui, Iunoni, & Mineruæ, vel vt tradit Liu. ſex, ut paulo infra, Iuppiter verò.i. ſimulachrum Iouis, ſtatuebatur in lectulo recubans, Iuno, & Minerua in ſellis conſidebant, ſed appoſitis epulis, non ipſi Dii, ſed ſeptem epulones cõuiuia celebrabant. Quare autẽ inuenta fuerint lectiſternia, Liu. li. 5. docet. Dicit.n. grauis peſtilenſq; omnibus animalibus æſtas excepit urbem, cui inſanabili perniciei, qñ nec cauſa, nec finis inueniebatur, libri Sibyllini ex Senatuſconſulto aditi ſunt, Duumuiri ſacris faciundis lectiſternia, tũc primum in urbe Romana fecere, per dies octo Apollinem, Latonamq;, & Dianam, Herculẽ, Mercurium, atq; Neptunum tribus q̃ ampliſſimè tum apparari poterãt ſtratis lectis placauere, priuatim quoq; id ſacrum celebratum eſt tota vrbe, patentibus ianuis, promiſcuoq; vſu rerũ omnium in propatulo poſito, notos, ignotosq; paſſim aduenas in hoſpitium ductos ferunt, & cum inimicis quoq; benignè, & comiter ſermones habitos, iurgiis, & litib9 tẽperatũ, vinctis quoq; dempta in eos dies vincula, religioni deinde fuiſſe quibus eam opem tuliſſent vinciri. Auguſtinus quoq; de Ciuitate Dei de his mentionem facit. [Conuictu] Alio nomine conuiuium dicimus, nam à conuiuendo dicitur, eo ꝙ inter ſe conuiuere ſolẽt, eſt.n. conuiuere ſimul uiuere.] Quod genus] Aetate noſtra inquit conſuetudo iſta minimè ſeruatur. [Quia magis] Plus authoritatis habent exempla Dearum, q̃ mulierum. [Quæ uno cõtentæ matrimonio fuerunt] Homines ſic exiſtimant, id eſſe veriſſimum pudicitiæ ſignum in fœmina, poſtquam ſemel tñ cum viro vixerit, vno contenta marito celebs perſtat in futurum & ita eſt proſecta; vã vt inquit Iuuen. Ocius illud extorquebis, vt hæc oculo cõtẽta ſit vno. Eiuſmodi aũt mulieres, q̃ vno tñ matrimonio cõtẽtę ſunt μονόγαμαι Græcè dñr. i. monogamæ, vnius matrimonii. [Corona pudicitiæ honorabãtur] Quaſi pudiciſſimæ dicerentur. [Matronæ] Sup. q̃ nõ trãſierãt ad ſecunda vota. [Sincera fide.] Pura, ſincerum dr̃ purum, quaſi ſine cæra, ſicuti mel purũ dicimus, quod ſine cæra eſt. [Poſt depoſitæ virginitatis cubile] i. poſt primas nuptias, in quibus uirginitas deponitur. [In publicum egredi] Neſcire publicari. [Legitimæ intemperantiæ] Quia licebat quidem ſecundas, uel tertias agere nuptias, ſed tamen non ſine ſuſpicione fiebat libidinis cuiuſdam intemperatæ, & ideo legitimam intemperantiam appellat.

Auſpicandi conſuetudo.

Lectiſternium qd.

ASCAN.

APud antiquos. Memoraturus inſtituta antiquorum, benè auſpicatur ab auſpiciis nuptiarũ, ut quod ſint antiquiſſimum, & firmiſſimum in humana ſocietate vinculum. Docet itaque primũ ꝙ qui nuptijs præeſt ex parte uiri auſpex dicatur. [Nam quæ fœmina præeſt, pronuba dicitur] Quia inqt antiqui nihil ſine auſpicio faciebant. Ordo eſt. Nihil. i. nulla res, nullumue negocium gerebatur apud antiquos. i. priſcos Romanos, non ſolum publicè, ſed etiam priuatim .i. in re priuata, niſi ſumpto prius auſpicio: ex quo more auſpices interponuntur etiam nunc nuptiis, qui.ſ. auſpices, quamuis deſierint petere auſpicia, tñ veſtigia veteris cõſuetudinis vſurpant. i. in vſum adducuntur ipſo noĩe. [Fœminæ, &c.] quia poſt matrimoniũ ſequitur

quitur, conuictus, narrat conuiuendi modum, dicens, fœminæ cœnitabant ſup. apud antiquos (quod ea titulo intelligitur) cũ viris cubantibus. i. incuruè ſitis, & ferè iacentibus, quæ conſuetudo penetrauit. i. penitus trãſiuit à cõuictu. i. conuiuijs hoium. ad diuina. i. res diuinas, hoc eſt ad ſacrificia & officia, quæ exhibẽtur Diis. Nam in epulo. i. ſolẽni epulatione, & viſceratione, Iouis. i. quod ſup. noie Iouis offerebatur, in tẽplum, ipſe. ſ. Iuppiter tanquam princeps, vt à quo facta eſt denominatio, inuitabatur ad cœnam ſup. in lectulum, i. vt cũ ſimulacbro ſuo, quod in lectulo erat ad epulum appoſitum, digneẽ adeſſe in lectulo, & Iuno & Minerua. (Tres. n. illi inter magnos Deos babebantur) inuitabantur in cœnã in ſellas. i. vt deſcendant in ſellas. i. ſedes (nam ſella pro ſede dicitur.) Quod genus ſeueritatis (vt. ſ. fœminæ, quæ promotes ſunt ad cubandum ſederent viris cubantibus) ætas noſtra ſeruat diligẽtius in Capitolio i. in ſacrario ſummorum. Deorũ, quale tunc erat in Capitolio, q̃ in domibus ſuis. i. priuatis, videlicet, i. videre licet cur id faciat, qui pertinet magis ad rem. i. vtilitatẽ, contineri. i. conſtringi diſciplina Dearum mulierum. Alii legunt diſciplinam, vt ſit diſciplinã dearum cõtineri. i. obſeruari magis q̃ mulierum. Quæ vno, &c. Videt narrando ordinem rerum reſpexiſſe. Nam primo nubunt fœminæ, deinde cum viris cœmitant: tum ſi ita contingit, vt viris ſuperſtites ſint, aut viduæ manent, ad ſecundas tranſeunt nuptias, laudat autem eas quæ vnis contentæ fuerint nuptiis, quas & religionis noſtræ principes ſic laudant, ut in iuuenculis præſertim ſecundas non damnent, melius. n. eſt nubere, q̃ vri. Ordo eſt. Verò, pro ſed, fœminæ ſup. quæ fuerant contentæ uno matrimonio, honorabantur. i. ad honorem coronabantur corona pudicitiæ. Enim pro quia, maiores ſup. noſtri exiſtimabant. i. iudicabant eum animum præcipuè matronæ eſſe incorruptum ſincera fide. i. pp ſinceratã fidem, qui ſup. animus, neſciret egredi in publicum. i. nollet per ſecundas nuptias conſpectui mortalium exponi, poſt cubile virginitatis depoſitæ. i. poſtquam in primo matrimonio virginitatem depoſuerat, credentes experientiã multorum matrimoniorum eſſe ſignum cuiuſdam intemperantiæ quamuis licitæ.

DE PRIMO REPVDIO.

*Gel. li. 4. ca. 3. Diony. li. 2. *REPVDIVM inter vxorem, & virum, à condita vrbe vſq; ad viceſimum & quingenteſimum annum nullũ intereeſſit. Primus autem Spurius Carbilius vxorem ſterilitatis cauſa dimiſit. Qui quamquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehenſione tamen non caruit: quia nec cupiditatem quidem liberorum, coniugali fidei præponi debuiſſe arbitrabantur. Sed quo matronale decus verecundiæ munimento tutius eſſet, in ius vocata matronæ corpus attingere non permiſerunt, ut inuiolata manus aliena tactu ſtolæ relinqueretur.*

OLIV. REPVDIVM] Dicit hoc inſtitutum apud antiquos ſeruatum fuiſſe. Viceſimum & quingenteſimum annum Aulus Gellius diſſentit à Valer. lib. 4 cap. 3. Dicit. n. memoriæ traditũ eſt quingentis ferè annis poſt Romam conditã, nullas rei uxoriæ, neq; actiones, neq; cautiones in vrbe Romana, aut in Latio fuiſſe, quia profecto nõ deſiderabantur, nullis enĩ tunc matrimoniis diuertentibus: Ser. quoq; Sulpitius in libro quem cõpoſuit de dotibus, tum primum cautiones rei vxoriæ neceſſarias viſas eſſe ſcripſit, cum Spurius Carbilius, cui Ruga cognomentum fuit, vt nobilis, diuortium cũ vxore fecit, quia liberi ex ea corporis vicio non gignerentur, anno vrbis cõditæ quingenteſimo vigeſimotertio, M. Attilio, P. Valerio Cõſulib. atq; is Carbilius tradit uxorem, q̃ dimiſit, egregiè cariſſimam more eius gratiã habuiſſe, & iuſiurandi religionẽ animo, atq; amori præuertiſſe, q iurare à Cenſoribus coactus erat, vxorẽ ſe liberorũ habẽdorum gratia habiturum. Alio loco dicit idẽ Gellius hoc diuortium feciſſe de amicorum cõſilio, q ſterilis eſſet. Dion. Quod aũt ait, hæc de mulieribus pulchrè ſe habuerit, teſtis fuit diuturnitas. conſtat. n. intra quingentos viginti annos nullũ Romæ fuiſſe diuortium, Cẽteſima & triceſima Olympiade Cõſulibus M. Põponio & C. Papirio, q primus uxorẽ ſuam dimiſiſſe dr, Spurius Carbilius vir non obſcurus iurare coactus à Cẽſoribus, liberorum gratia ſe matrimoniũ colere, erat autẽ ei coniux ſterilis, quo tñ facto quamq̃ ob neceſſitatẽ, populo inuiſus fuit. [Sterilitatis cã] Vitio corporis, q videlicet filios non conciperet. [Vocatæ matronæ] licet. n. cũ aliquib. matronis nõnulli diuortium viri facerent, hoc tñ inſtitutũ ſp ſeruauere, vt matronarum corpora, quæ in ius vocarẽtur, ab obſtetricibus nõ pertractarẽtur, ut pudicitiæ decus inuiolatum maneret, hoc aũt fiebat, qñ mulier, quæ ſterilis eſſe dicebatur, non ſua cauſa hoc fieri dicebat, & iõ adhibebantur obſtetrices, quæ illius corpus pertractarent, ſed earum, quæ in ius vocabantur, non pertractabant. [Tactu ſtolæ.] Nolebant ne veſtem quidem attingi mulieris in ius uocatæ, vt honor mulieris oino ſeruaretur, & ſtolæ caſus nominatiuus eſt, & græcum e' σολή, τῆς σολῆς hæc ſtole, huius ſtoles, & proprie ueſtis eſt muliebris ad talos vſq; demiſſa.

REpudium. Locutus de fœminarum in matrimonio honeſtate: affert uirorum patientiam, qui multis annis libellum repudij dare ignorauerant, dicens. Nullum repudium. i. nullum diſſidium, nullaq; ſeparatio per repudiationem alterius coniugum interceſſit. i. interuenit inter vxorem, & virum, vſq; ad vigeſimum, & quingenteſimum annum ab vrbe condita, duorum ordinem immutat, nam moris eſt prius viros, quã mulieres dicere. & poſt centum numerum minorem poſponere. Verum alij textus habent centeſimum quinquageſimum. Autẽ pro ſed, Spurius Carbilius dimiſit primus vxorẽ cauſa ſterilitatis, quãquã videbatẽ motus ratione tolerabili, tñ nõ caruit reprehẽſione, quia maiores ſup. arbitrabantur, ne quidem. i. non etiam liberorum cupiditatẽ debuiſſe præponi fidei coniugali, qua. ſ. indiſſolubilitas promittitur, ſed quo. i. vt decus matronale. i. mulieris, quæ vt mater fiat, licet facta non ſit, nupſerit, eſſet tutius munimento verecundiæ, nõ permiſerunt vocatæ matronam. i. vxori à viro in ius. i. ad iudicẽ à viro vt dicta cauſa ſterilitatis legitimẽ daret libellũ repudii, attingere corpus eius. i. nõ permiſerunt experiri, an ſterilis eſſet, ut ipſa inuiolata tactu manus, alienæ relinqueretur ſtolæ. i. ueſti matrimoniali, i. non priuatur ob repudium, aut potius ſit, ut ſtola. i. veſtis matronalis relinqueretur inuiolata tactu manus alienæ. Asca n.

CEnteſima] Vigeſimum legendum videtur, ex Dionyſio, Seruio Sulpitio, Gellioque. Tha o.

DE VSV VINI MVLIERIBVS interdicto.

VINI vſus olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne ſcilicet in aliquod dedecus prolaberentur: quia proximus à Libero patre intemperãtiæ gradus ad inconceſſam Venerem eſſe conſueuit. Cæterum vt non triſtis earum, & horrida pudicitia, ſed honeſto comitatis genere temperata eſſet, indulgentibus maritis, & auro abundanti, & multa purpura vſæ ſunt, & quo formam ſuam concinniorem efficerent, ſumma eum diligentia capillos cinere rutilarunt. Nulli. n. tũc ſubſeſſores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur: ſed pariter & videre ſanctè & aſpici mutuo pudore cuſtodiebantur. * Diony. lib. 2. Pli. lib. 14. c. 13. Gell. lib. 10. c. 23. hic li. 6. ca. 3.

OLIV. VINI vſus] Hoc inſtitutum, qđ apud maiores fuit, non memoria ſolum, verũetiã laude videtur eſſe digniſſimũ, quod mulieres Romanæ ſine vſu vini fuerint, idq; Val. valde probat, ſicut & probandum eſt, hnc aũt iden cenſuerunt, quia videlicet ad incõceſſam libidinem proximus ſit gradus: nam vbi vino caluerint mulieres, facilè labuntur in libidinẽ, vnde Terent. ſine Cerere, & Baccho friget Venus: putabant ergo mulieres pudicas eſſe poſſe, ſi vino ſe abſtinerent, & ſine dubio vinum eſt magnum libidinis irritamentũ: vnde Aulus Gellius de noctibus Atticis dicit, nõ minori pœna affici conſueuiſſe mulieres, quę vinum bibiſſe deprehẽderentẽ, quã ſi aut ſtuprũ, aut adulteriũ cõmiſiſſent: pœna autẽ capitalis erat. Dion. quoq; lib. 2. Delinquẽs inquit vxor in aliquo, iudicẽ & magnitudinis pœnæ dñm ſortiebatur eum, qui læſus erat: cognati. n. q; ſimul cum viro de his iudicabãt, in quibus erat corporis corruptio, de eo, quod peccatorum oium videtur Græcis minimũ, ſi qua inuenta eſſet mulier vinum bibens, nã vtriq; hæc mulctari morte conceſſit Rom. Metel. quia uxorẽ vinum bibiſſe deprehendit, eam interemit. Romæ autẽ, & in vniuerſo Latio, vino, quod priſca lingua temetũ appellabatur mulieres abſtinebãt, vnde etiã abſtemiæ dictæ ſunt, lauretam, paſſum, murenam, p vino bibebant, cognati eorum oſculum afferebant, vt ſi vinum bibiſſent deprehendere poſſent. [A Libero patre intemperãtia] Ex ebrietate proficiſcit libido, [Libero Baccho.] Nam liber ille vſoſe, Liber unde Bacchus.

qui vini

qui vini aliquanto plus ſumpſerit, q̃ neceſſe foret, vtpote oĩa ſibi licere exiſtimãs, & hinc Liber nomẽ accepit. [Comitatis genere temperata eſſet] ſuauitatis: Seueritas, & remiſſio duæ ſunt extremitatas, comitas media eſt inter vtramq;: nam omnis virtus ſemper in medio duarum extremitatum poſita eſt: ſeueritas aſt, cum aliquis ne punctum quidẽ à veritate diſcedit. Remiſſio, cũ omnia animi quadã oblactatione remittit, Comitas vtrãq; tẽperat extremitateẽ: nã & ſi ſeueritas virtus eſt, non tñ vſq; adeo ad calculum redigendi ſunt mores. [Conciniorem] Conuenientiorem, ſpecioſioreẽ, nec à cano deducitur, vt quidam exiſtimant, q̃ ſi eſſet, cõcinus penultimã breuẽ hrẽt, quæ longa eſt, ſed cinnus erat potionis genus, q̃ è diuerſis rebus fieri ſolebat, quæ rerum varietas ſuauem potionẽ reddebat, vnde concinnum dr̃ cõueniens, & congruum, & cõcinnare ſighr facere, Plautus anceps priuſquam aſcã effundit cõcinauit arcã. [Capillos cinere rutilarũt.] Hanc cõſuetudinẽ & mulieres noſtræ facilè ſeruant, vt cinere calefacto rubicundos capillos reddant. [Rutilarunt] Rubicundos reddiderunt: nã rutilũ dicimus rubicundum, fulgidum, clarum, coruſcum, inde rutilare, fulgere, rubicũdum facere. [Nulli.n.] occurrit tacitæ, q̃ôni, quia diceret aliquis, hoc viros vxoribus nõ debuiſſe permittere, quę forsaſſe his ornamẽtis formoſiores factæ, amores aliorũ in ſe elicere potuiſſent, & iuuenum animos ſolicitare: rñdet ergo Valerius dicẽs ideo cõceſſiſſe viros mulieribus hunc ornatum, quia adulteros nõ metuebãt [Tunc] illis temporibus, cũ pudori maximus honor hẽbat. [Subſeſſorum] Inſidiatorũ, ſubſeſſor ꝓpriè dr̃, qui delitescit ad aliũ occidendum per inſidias: nã ſubſidere dr̃ qui vias obſident, vt per inſidias viatores intercipiant. Virgilius, ſubſedit adulter: vnde hoc loco pro oppreſſoribus alieni thori accipitur, & eſt ſubſtantiuum nomen ſubſeſſor, ſoris. [Videre.] Et hæc duo cuſtodiebãtur mutuo pudore, & ut mulieres caſtè viderent adoleſcentes, & pariter caſtè viderentur ab ipſis: *Subſeſſor.*

ASCEN. V Ini vius] Quod ad conuictum pertinet docet abſtemias fuiſſe matronas Romanas, dicens. Vſus vini fuit olim ignotus fœminis Romanis. ſ. ne prolaberentur in aliquod dedecus (quia vt dicit Naſo) Turpe iacens mulier multo madefacta lyęo: Sed aliam cãm affert, q̃ & Diuus Hieronymus ſic affert. Venter mero æſtuãs facile deſpumat in libidinẽ. Vñ addit. Quia proximus gradus intẽperantiæ cõſueuit eſſe à Libero patre.i. vino, ut ſit inuentor pro inuento, ad Venerem inconceſſam.i. ad coitũ illicitum, vt in adulterium potæ.n. mulieres magis calent, & minus verentur. Cæterũ vt pudicitia eorũ eſſet nõ triſtis, & horrida.i. inculta, & aſpera aſpectu, ſed eſſet temperata honeſto genere comitatis.i. ſuauitatis ipſæ fœminæ Ro. vſæ ſunt, ſimul auro abundante.i. ornatu, ſeu mundo aureo, frequenti, ut in annulis, & monilibus, & multa purpura.i. purpureo indumento, & hoc maritis indulgentibus.i. ea indulgentia quadam ipſis ea concedentibus, aut ſuppeditantibus. [Et quo formam.i. vt efficerent formam ſuam conciniorem i. compoſitorem, ipſæ fœminæ rutilarunt.i. rutilos, ac rubicundos effecerunt cum diligentia.i. accuratè, capillos ſup. ſuos, cinerẽ. ſ. calefacto, aut ad lixiuium faciendum comparato. Id autem tũc ſine iactura pudicitiæ faciebant. Enim pro quia, nulli oculi ſubſeſſores. i. inſidiatores alienorum matrimoniorum metuebantur tunc, ſed oculi cuſtodiebantur tunc pariter, & videre ſanctè .i. ſine corruptione turpis deſiderii, & aſpici mutuo pudore. i. ſeruata honeſtate, tam in aſpicientibus, quam in aſpectis.

THEO. C Apillos rut. [Rutili coloris ſtudioſæ mulieres antiquæ fuerunt: vnde Rutiliorum cognomina traxerunt, vt Affranij teſtimonio docet Feſtus.

DE SACELLO DEAE VIRIPLACAE.

*Q VOTIES verò inter virum & vxorem aliquid iurgij interceſſerat, in ſacellum Deæ viriplacæ quod eſt in Palatio, veniebant: & ibi inuicem locuti, quæ voluerant, contentione animorum depoſita concordes reuertebantur. Dea nomen hoc à placãdis viris aſſecuta fertur, veneranda quidem, & neſcio an præcipuis, & exquiſitis ſacrificiis colenda: vt pote quotidianæ, ac domeſticę pacis cuſtos, in pari iugo charitatis ipſa ſui appellatione virorum maieſtati debitum, ac fęminis reddens honorem. Huiuſmodi inter cõiuges verecundia, quid inter ceteras neceſſitudines, nonne apparet conſentaneas? nam * ut minimo indicio, maximam uim eius ſignificem, aliquando nec pater cum filio pubere, nec ſocer cum genero, lauabantur. Manifeſtum igitur eſt tantum religionis ſanguini, & affinitati, quantum ipſis Dijs immortalibus tributum: quia inter iſta tam ſancta vincula, non magis, quàm in aliquo ſacrato loco nudare ſe nefas eſſe credebatur. Conuiuium etiam ſolenne maiores inſtituerunt, idq; Chariſtia appellauerunt, cui præter cognatos, & affines nemo interponebatur: vt ſi qua inter neceſſarias perſonas querela eſſet orta, apud ſacra menſa, & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhibitis, tolleretur.*

* Cic. lib. 1. de offic.

I Nvicem locuti] Vt verbi gratia, ſi dixiſſent, non rectè feciſti, qui me verbo læſiſti, nec tu quidem, quæ malè reſpõdiſti, ſed hoc tibi remitto vir inquit, & itẽ ignoſco tibi ait vxor, & hoc mõ placati inde diſcedebant. [Quotidianæ] Quia ſępe accidere ſolet, vt inter virũ, & vxorẽ aliquid oriatur, non ſatis ſincerũ. [Inq; pari iugo] Cõiunctione, & pari copula viri, & vxoris, & bene pari, quia quãtũ vir vxori, tñ & vxor viro debet. [Sui appellatione] Quæ partẽ virorũ, & partẽ cõtinet fęminarum: nam in eo quod dicit, viri partem, oſtdit virilẽ, in eo q̃d vniuerſum nomen fœminini generis eſt, partem cõtinet mulieris: habet igitur prolationẽ fęminini generis, ſed & maſculinũ incluſum. [Neceſſitudines] Neceſſitudo dr̃ cõiunctio tam ſanguinis, q̃ amicitiæ, plerũq; & neceſſitatẽ ſignat. [Cõſentanea] Congrua, cõueniẽs. [Nam mi.] Hoc inquit, exẽplum maximo põe iſta indicio, quanto in honore habita fuerit pudicitia. [Minimo] Quia res quãuis minima ſit, tñ vim maximã habet. [Filio pub.] Filio adoleſcẽnte. eſt.n. pubes, qui ad adultam ætatem peruenit, quæ 14. anno terminatur, à pub.i. corporis pudenda dictus, quod ea loca tunc primũ lanuginẽ ducunt, qui tunc puberes eſſe putabãtur cum 14. annum impleuerint, quãuis alias nõdum pubeſcãt, tunc tñ ex habitu corporis pubertatem oſtdunt, & generare pñt: dr̃ etiam pubis, vnde eius compoſitum hic & hæc impubis Virg. impubis Iuli dixit: Pubes verò collegiũ iuuenũ, hoc eſt iuuẽtus, vt ſtudioſa pubes. Ipſa quoq; ætas pubes dr̃, & pubertas. Pubes lanugo barbæ & pars pudẽda corporis. Cic. libro offic. 1. cap. de verecundia. Quid inquit, more noſtro venuſtius cum parentibus puberes filij, cum ſoceris generi, præſertim natura ipſa magiſtra. [Nudare] Deponere veſtimẽta, quibus depoſitis, quodammodo pudorẽ deponebant ſicut ſcribit Heſiod. mulier ſimul cũ veſte pudorẽ exuit. [Sanguini] Ad id refert q̃d dixit pater cum filio non lauabantur. [Affinitate] Ad id quod gener cum ſocero. [Conuiuium etiam ſolenne] Triplex eſt conuiuium. ſ. Philoſophicum, cui tñ Philoſophi, & Sapiẽtes interſunt, de ſcientijs diſputantes, alterum Politicum. i. ciuile, q̃d fit à ciuibus, & ad hoc inuitantur affines, & cognati, fit aũt maximè in feſtis ſolẽnibus, vt puta in feſtis natiuitatis, & ſimilibus Tertium vulgare appellatur, q̃d à vulgaribus fit. Sed de politico loquitur hoc loco. Quot aũt debeant eſſe cõuiuæ Aulus Gellius declarat lib. 14. cap. 10. Solenne à ſole, & anno dicitur ſolẽnis, quod ſemel in anno celebrari cõſueuerit, ſæpe etiam ꝓ ſingulari accipitur. [Chariſtiam] gratificationẽ a Græco deducit, nã χαρίζομαι gratificor ſignificat. [Interponebatur.] Nemini intereſſe licebat. [Neceſſarias] Neceſſitudine coniunctas, nam illos neceſſitate coniunctos dicimus qui vel amicitia, vel ꝓpinquitate, vel affinitate copulati ſunt. [Sacrata menſæ] .i. epulas, nã omnia, quæ menſis apponuntur, ſacrata putabantur, quia ex his antequam veſcerentur, primitias ſemper Deo offerebant. [Fautoribus] Scilicet cognatis, & affinibus, & quia erant inter ſe ſanguine coniuncti, ideo fauebant potius concordiæ. *OLIV.*

Q Voties, &c.] Affert aliud inſtitutum maiorum circa Viriplacam Deam, in cuius ſacellũ conuenienter coniuges poſt diſsidium, reconciliabantur, ſed quia à placãdo viro Dea nomẽ ſortiebatur licet viri ſe placabiles exhibebant, tñ eorũ maieſtas ſeruabatur, & muliebris honor nõ imminuebatur, honeſtum.n. eſt vxori virũ placari. Ordo eſt. Quoties verò.i. eſt quoties aliquid iurgij interceſſarat inter virum, & vxorẽ, ipſi veniebãt in ſacellũ.i. paruũ templum Deę Viriplacæ, quod eſt in palatio.i. vicio illo antiquiſſimo Romę, quẽ Euãder incoluiſſe dr̃, & ipſi locuti ibi inuicem.i. vltro citroq;, quæ voluerãt, hoc eſt declarantes cãm iurgij, aut iniuriæ alteri ab altero illatæ, & q̃uo læſus, aut læſa velit placari, ipſi reuertebanẽ. ſ. domũ, cõcordes, & hoc cõtẽtione animorũ depoſita. Hinc Dea fert aſſecuta, i. obtinuiſſe hoc nomẽ. ſ. Viriplacæ, à viris placãdis.i. pacatis faciendis, *ASCEN.*

ciēdi (& ita penul. eſt lōga, q̄ à placeo eſſet breuis.) Quidē.i. certe venerāda ſup. eſt ea Dea, & neſcio an colēda ſup. ſit, ſacrificijs pcipuis, & exquiſitis, vtpote cuſtos.i. cōſeruatrix pacis quotidianæ, ac domeſticæ, in pari.i. cōſimili iugo charitatis.i. dilectionis reddens ipſa appellatione ſui.i. ipſo noīe, quo appellata eſt, maieſtati virorum, ac fœminis, debitū honorē, quia licèt viri ſubmiſſius in hoc agebant, quod ad mulierum petitionē in ſacellū deſcendebāt, & fortè magis placati cupiebant, quā inuiſere placare, quinetiam ſæpe viri non placabantur, ſed placabant læſas coniuges, tñ quia à viris placandis Dea nomē ſortita erat, ſexui maieſtas ſeruabatur. [Huiuſmodi, &c.] docet ex antiquo iſtituto verecūdiam, q̄ inter cōiuges ſuperiori exemplo cōprobauit, cæteras quoq; neceſſitudines decere, ut parentum erga liberos, dicens. Huiuſmodi verecundia inter coniugēs, quid ſup. facit inter cæteras neceſſitudines.i. neceſſarias coniunctiones, vt ſunt ſanguinis, & legum, nonne apparet conſeotanea ſup. rōni hoc eſt cōgrua, & decēs, q.d. maximè. Nam vt ego ſignificem, notificem, & declarem maximam vim.i. poteſtatem eius.ſ. verecūdiæ inter neceſſarios cæteros iudicio minimo. [Eſt aūt honeſta antitheſis maximorum, & minimorum] nec pater lauabatur aliquādiu cum filio pubere.i. pubeſcente, nec ſocer.i. maritus vxoris lauabatur cū genero, ne videlicet aſpectu ad turpitudinē maximè inceſtant prouocarentur. Igitur quia hoc cauebāt, manifeſtum eſt tm̄ religionis.i. caſti timoris, & obſeruantiæ tributum ſup. eſſe ſanguini pp patrem, & filios, & affinitati pp ſocerum, & generum, quantum ipſis Diis immortalibus. [Quia] Credebāt eſſe nefas ſe nudare inter iſta ſancta vincula.i. neceſſitudines dictat, nō magis (legendum puto magis, aut maius hoc negatione) aut nō minus quā in aliquo loco ſacro. [Conuiuium, &c.] Affert aliud inſtitutum inter neceſſarios quod ad concordiam reconciliandā maximè pertinebat, dicens. Maiores. i. ſuperiores Romani, inſtituerunt etiam conuiuium.i. epulum ſolenne, & appellauerunt id Chariſtiam.i. gratificationem, cui.ſ. conuiuio nemo interponebatur præter cognatos, & affines, vt ſi qua querela eſſet orta inter perſonas neceſſarias.i. cōſanguinitate, aut affinitate coniunctas, ſup. ea tolleretur.i. amoueretur, aut aboleretur apud ſacra.i. ſacras cæremonias menſæ, & inter hilaritatem menſæ, & hoc fautoribus concordiæ adhibitis: quia aderant ſemper fautores concordiæ, ad quos lis referebatur.

DE HONORE IMPENSO SENIBVS à iuuenibus.

* Quædā [...] lib.6. cap. 1. & quod. lib. 5. Faſto.

*SENECTVTI iuuentus * ita cumulatum, & circūſpectum honorem reddebat, tanquam maiores natu adoleſcentium communes patres eſſent. Quocirca iuuenes, Senatus die, utique aliquem ex patribus conſcriptis aut propinquum, aut paternum amicum, ad Curiam deducebant, affixiq; ualuis expectabant, donec reducendi officio etiam fungerentur: qua quidem voluntaria ſtatione, & corpora, & animos, ad publica officia ſuſtinenda impigrè roborabant: breuiq; proceſſu morarum, claram in lucem uirtutum ſuarum verecunda laboris meditatione, ipſi doctores erant. Inuitati ad cęnā diligenter quærebant, quinam ei conuiuio eſſent interfuturi, ne ſenioris aduentum diſcubitu præcurrerent: ſublataque menſa priores conſurgere, & abire patiebantur: è quibus apparet cęna quoq; tempore quàm parco, & quàm modeſto ſermone his præſentibus ſoliti ſint uti.*

Senectuti habitus honos.

SENECTVTI] Ita, inquit, adoleſcētes in honore habuere ſenes, vt cōmunes adoleſcentibus partes eſſe viderentur, quā, vt inquit Gellius, nulli rei maior honos tribui quā ætati ſolitus. Maioreſq; natu à minoribus colebantur ad Deū propè, & parentum vice, atq; omni in loco, omniq; ſpecie honoris priores, potioreſq; habiti ſunt: à cōuiuio quoq;, vt ſcriptum eſt antiquitus, ſeniores à minoribus domum reducebantur, eumq; morem accepiſſe Rom. à Lacedęmoniis traditum eſt, apud quos Lycurgi legibus maior omnium rerum honos maiori ætati habeatur: ſed poſtquam Soboles ciuitati neceſſaria viſa eſt, & ad prolem populi frequentandam præmiis, atq; inuitamentis vſus fuerit: tunc antelati quibuſdam in rebus, qui vxorem, qui liberos haberent, ſenioribus, neq; liberos, neq; vxores habentibus ſicuti capite legis Iuliæ priori, & Conſulibus faſces ſumendi poteſtas ſit, non qui plures annos natus eſt, ſed qui plures liberos, q̄ Collega, aut in ſua poteſtate hēt, aut in bello amiſit, ſed ſi par vtriq; numerus liberorū eſt, maritus, aut qui in numero maritorum eſt præfertur: ſi vero ambo mariti, & patres totidē liberorū ſunt, tum ille priſtinus honos inſtauratur, qui maior natu eſt, prior faſces ſumit. Super his aūt qui, & cælibes ambo ſunt, aut parē numerum filiorum habent, aut mariti ſunt, & filios nō habent, nihil ſcriptū in lege de ea re eſt, ſolitos tum audio qui lege potiores eſſent faſces primi menſis collegis cōcedere, aut longe ætate prioribus, nobilioribus multo, aut ſecūdū Cōſulatum ineuntibus. [Cumulatum] Plenū, præfectum, amplū. [Circumſpectum] honorabilē Qđ omni ex parte diligenter obſeruarēt. [Quo circa iuuenes] Quo Senatus haberet, videlicet ſeniores cū in Curiā cōgregabantur. [Patribus conſc.] multi ſunt, qui exiſtimāt, oēs Senatores ab initio conſtitutæ Curiæ patres cōſcriptos fuiſſe appellatos, q̄ oēs vno tempore ſimul ſcripti eſſent, ſed vehementer falluntur: nam ut tradit Liu. Romul. ab initio Curiā inſtituit, & centum delegit Senatores, ſiue q̄ numerus ille ſufficere videbatur, ſiue q̄ plures nō erant, qui deligi poſſent: deinde cū imperium R. auctum eſſet, & opus eſſet pluribus conſuloribus, alii centū additi ſunt, regnante Tarquinio Priſco, qui ſuperioribus additi, ſunt appellati cōſcripti.ſ. cum aliis ſcripti, deinde procedente tēpore, oēs conſcripti fuere appellati, patres autem dicti, q̄ non ſecus patriæ curā habebāt, q̄ patres filiorū habēt: Senatores verò à ſenectute. [Affixi] Oſtendit diligentem curā adoleſcentū, vt nec punctū quidem horæ a ualuis diſcederēt. affixi ergo.i. inhęrētes. [In ſtatione.] Appellat expectationem illam, quandam ſtationē, nā ſtationes loca ſunt ante fores caſtrorum, ubi ſtare cuſtodes caſtrorum cōſueuerunt, & à ſtando dictæ ſunt ſtationes q̄q̄ & ipſi cuſtodes ſtationes ſæpe vocantur. Statio quoq; dr̄ ubi ad tempus ſtant naues, nam portus eſt, ubi hyemant immunes ab acceſſu uentorum: uoluntaria aūt dicit ad differentiam ſtationis caſtrorum, nam ſorte excipiebantur qui cuſtodias facerent, & ſicut illa fortuita.ſ. ſecundū ſortē, ita hæc uoluntaria ſtatio erat. [Corpora] Ad ſuſtinendos labores. [Alios] Ad perſeuerantiā. [Impigre.] Prōptè, ſtrenuè. [In lucē] In manifeſtatione. [Exercitatione] Nā Græci dīt μελετᾶν, q̄ nos meditor: unde μελέτη meditatio, qñ adoleſcentes principium alicuius actionis ineūt, antequam ad rem ipſam tractādam ueniāt, nōnihil ingenium ſuū, & vires exercebāt, & appellatur meditatio, i. exercitatio, vt cū iuuenes in Campo Martio exercebantur, equum aſcendere, iaculū mittere, curſu & paleſtra cōtendere, & hæc quædā pręiudicia dicebātur.i. meditationes. [In lucem] Cum ſcopus ſit, in quo virtutes ſuas oſtētare poſſent. [Ipſi do.] Quia magno in honore ſenes habebantur, & ea proſequebantur, quæ ad maieſtatē eorū venerādū pertinebāt, eorūq; doctores efficiebātur. [Inuitati ad.] Hoc quoq; inſtitutum ſeruabatur, vt ſi ad cœnam inuitati fuiſſent, vel à propinquis, vel à ſodalibus, prius quam diſcumberēt, diligenter ſciſcitarentur quinam eſſent uenturi ad cœnam, ne diſcumbendi officio ſenem quempiam peruenirēt. [Ne &c.] Ne antequā ſeniores veniſſent, & ſuo quiſq; loco diſcubuiſſet, eos diſcubitu pręuenirēt, quod eis non mediocri vitio aſcribi intelligebatur. [Menſa] Scilicet ſecunda: nam duabus menſis ſm̄ maiores vtebantur, vna carnium, altera pomorum. Vergilius & menſæ grata ſecundę. [Priores] Noſtris temporibus contrariū eſt, nam iuniores priores ſurgunt. [Ex quibus] Ex hac diligentia apparet quam moderati fuerint in ſermone.

SEnectuti, &c.] Addit honeſtatem inſtituti circa obſeruantiā ſeniorum, dicens. [Iuuētus]i. multitudo iuuenum, reddebat ſenectuti.i. ſenioribus, honorem ita cumulatum.i. auctum, & circumſpectum.i. accuratè proſpectum, tanquam maiores natu.i. ſeniores eſſent communes patres adoleſcētū. Quocirca.i. quapropter iuuenes ducebant.i. honorificè comitabātur ad Curiam aliquem ex patribus conſcriptis, aut propinquum.ſ. conſanguinitate, aut amicum paternum, vtiq;.i. certè ſi nō ſemper, ſaltem die Senatus.i. quo congregati erant Seniores, & ipſi affixi.i. firmiter adherentes ualuis.ſ. Curię, in qua habebatur Senatus, expectabant, donec fungerentur etiam.i. præter officium, in Curiam ducendi, quo iam perfuncti erāt, officio reducēdi.ſ. domum, qua quidem ſtatione voluntaria.i. ſpontanea, ipſi iuuenes corroborabant.i. confirmabāt, & corpora, & animos, ad officia publica ſuſtinenda, impigrè.i. ſtrenuè, & ipſi.ſ. iuuenes, erant verecunda meditatione.i. exercitatione laboris, in aperta.i. manifeſta luce.i. manifeſtatione virtutum ſuarum doctores.ſ. aliorum, q̄a ſæpe plus opera docēt, quā verba, & hoc breui proceſſu morarum.i. dilationum tpm. Deinde afferens aliud exemplum

de honeſto

de honeſto iuuenum inſtituto dicit, Iuuenes ſup. inuitati ad cœnam, quærebant .i. inquirebant diligẽter qui nam eſſent interfuturi ei conuiuio. i. ad quod inuitati erant, ne præcurrerent diſcubitu .i. diſcũbendo, aduentum Seniorũ, & iuuenes menſa. ſ. ſecunda, hoc eſt appoſitione ſecundorum ſerculorum, ſublata .i. depoſita hoc eſt poſtquam erat ablata, patiebãtur ſeniores ſup. conſurgere, & abire priores, quia honeſtatis gratia tenebant illi ſocietatem, donec illis placebat: nunc aũt peracto conuiuio honeſtatis eſt, ante ſeniores ſurgere. Ex quibus. ſ. rebus apparet, quoque. ſ. etiam, quàm .i. quantum parco, & quàm. i. quantum modeſto ſermone iuuenes ſoliti ſint vti tempore cœnæ, his. ſ. ſenioribus præſentibus, quia per argumentum à minori, ſi nõ auſi ſint ſurgere antè Seniores, multo minus loqui.

DE MAIORIBVS DANTIBVS exemplum uirtutis iuuenibus.

* Cic. lib. 1. & 4. Tuſcul. q.

MAIORES natu in conuiuijs ad tibias egregia ſuperiorum opera carmine comprehenſa pangebant, quo ad ea imitanda iuuentutem alacriorem redderent. Quid hoc ſplendidius? quid etiam vtilius certamine? pubertas canis ſuum honorem reddebat, defuncta virium curſu ætas, ingredientes actuoſam vitam, fauoris nutrimentis proſequebatur. Quas Athenas? quam ſcholam? quæ alienigena ſtudia, huic domeſticæ diſciplinæ prætulerim? Inde oriebantur Camilli, Scipiones, Fabricij, Marcelli, Fabij, ac ne ſingula Imperij noſtri lumina ſimul percurrendo ſim longior, inde, inquam, cœli clariſſima pars, Diui fulſerunt Cæſares.*

OLIV. MAIORES natu] Diligentes quidem erant iuuenes in venerãdis ſenibus tat non minus in formandis ad capeſſendas virtutes iuuenibus ſtudioſi diligẽteſq́; ſenes erant: idq́; exẽpla virorum Illuſtrium præteritorum, & eorũ clariſſima geſta declarant. [Ad tibias] vbi erant tibicines, qui canebant præclarorum virorum res geſtas. Cato in Originibus dicit ſolitos eſſe in epulis canere conuiuas ad tibicinem de clarorum virorũ virtutibus. (Tibicen in epulis.) Idem Tul. lib. 1. Tuſc. quæſt. Sero igit poetæ à noſtris, vel agniti, vel recepti q̃q̃ eſt in Originibus ſolitos eſſe in epulis canere cõuiuas ad tibicinẽ, de clarorũ hoĩum virtutibus. Item eodem lib. q. 4. nam cum carminibus ſulſti illi eſſe dicantur, & præcepta quædam, q̃ occultius tradere, & mentes ſuas à cognitionũ intentione cantu, fidibuſq́; ad tranquillitatẽ traducere, grauiſſimus author in Originibus dixit Cat. morẽm apud maiores hunc epularum fuiſſe, vt deinceps, qui accubarent, canerẽt ad tibiam clarorum virorum laudes, atq́; virtutes. [Carmine cõprehẽſa,] quæ carminibus celebrata erãt. [Pangebant] Canebãt [Alacriorem] Promptiorẽ ad æmulationem quaſi quandam inflammati animi adhortatione ſenũ. [Quid hoc] Commendat hĩc maiorum cõſuetudinẽ. [Pubertas] Adoleſcentia: Puber etiam dicitur ille, qui primam barbæ lanuginẽ mittere cœpit græci ἴουλον appellant. Vñ Iulius dictus eſt Aſcanius. [Canis] Senioribus: & iuuenes ſeniores obſeruabãt, & ſenes viciſsim iuuenes ad honores proueheban. [Defuncta] Aliter effœta .i. viribus exhauſta. [Ingredientes] Qui ingrederentur vitam agendis rebus occupatam, & vbi oput aliquod agendum erat. [Vitã actuoſam] In qua Remp. adminiſtrare, & honores gerere cœpiſſent. [Athenas] Quia conſtat Athenas vrbẽ fuiſſe nobilẽ, ex qua artis diſciplina manauit ad noſtrã. [Quam Scholam] Silicet philoſophorum, qui præceptis vitam humanam inſtituũt, & ſcribitur Scholã per aſpirationem, teſte Feſto: nã à σχολῶ .i. vaco deducitur, quia cęteris rebus omiſsis, ſtudiis liberalibus vacare pueri debent. (Schola.) [Quæ alienigena ſtudia] Notanda conſtructio, cum dixeris alienigena, quaſi declinetur alienigenus, na, num, quod antiquorum fuit, nunc tantũ hic, & hæc alienigena. [Inde oriebanẽ,] q ita ſit, res ipſa declarat, ab hac. n. viri præſtantiſsimi nati ſunt, qui Imperium peperere Rom. [Camilli] Similes Camillo, & cęteris. [Ne ſim longior] Scilicet in dicendo, quaſi dicat, vt vno concludam verbo.

MAiores, &c.] Recitat inſtitutum maiorum circa exempla recitanda minoribus, dicens. Maiores natu. i. ſeniores, pangebant .i. pſallebant in conuiuiis ad tibias, egregia opera ſuperiorum .i. anteceſſorum, comprehenſa carmine. i. verſu poetico, quo .i. ideo vt redderent .i. efficerent, iuuentutẽ .i. multitudinem iuuenum, alaciorem ad imitanda ea. ſ. egregia opera ſuperiorum .i. ſuperioris tp̃is. [Quid hoc] Affert inſtitutũ de mutuo certamine maiorum, & minorum inter ſe: ex quo tot egregios Imperatores Romæ natos aſſerit, dicens. [Quid] Sup. eſt ſplendidius, quid etiam ſup. eſt vtilius hoc certamine. i. concertatione hac de honeſtate vitę maiorũ, & minorũ iter ſe? q. d. nihil: quia pubertas .i. puberum cœtus, reddebat .i. exhibebat, canis .i. caneſcentibus, hoc eſt Senioribus, ſuũ .i. debitũ honorẽ, & ætas defuncta curſu virium .i. quæ expleuit curſum, ſeu exercitiũ viriũ corporaliũ. Quia vt dicit in officiis Cic. Senibus diminuendi ſunt labores corporis [Proſequebatur nutrimentis fauoris, ingredientes vitã actuoſam] hoc eſt adoleſcẽtes. Quas Athenas .i. quæ Gymnaſia literaria Atheniẽ. ſimilia, & quã Scholã, & quæ ſtudia alienigena prætularim .i. p̃ferre debuerim huic diſciplinæ domeſticæ? q. d. nullas Athenas, nullã ſcholã, & nulla alienigena ſtudia. Quia Camilli, Scipiones, Fabricij, Marcelli, & Fabii, oriebantur inde .i. ex domeſtica illa diſciplina. [Ac ne ego percurrẽdo ſimul ſingula lumina noſtri. i. Romani Imperii, ſim longior] .i. prolixior. [Inde inquã] .i. dico q diui Cæſ. vt Iulius Auguſt. & Tib. Cæſar. (appoſitiorè) clariſſima pars .i. q Cæſ. ſunt clariſſima pars cœli .i. eorum qui in cœlos tranſlati putantur, fulſerunt .i. ex ea domeſtica, diſciplina ſeniorum.

DE ARCANIS CONSILIIS PAtrum, & de Q. Fabio Max.

ADEO autem magna charitate patriæ tenebantur, vt arcana conſilia Patrum Conſcr. multis ſęculis nemo Senator enũciauerit. Q. Fabius Maximus tantummodo, & is ipſe per imprudentiam de tertio Punico bello indicendo, quod ſecreto in Curia erat actum, P. Craſſo rus petens, domum reuertenti in itinere narrauit, memor eum triennio ante Quæſtorem factum, ignaruſq́; nondum à Cenſoribus in ordinem Senatorum electum, quo vno modo, etiam iis, qui iam honores geſſerãt, aditus in Curiam dabatur. Sed quamuis honeſtus error Fabij eſſet, vehementer tamen à Coſ. obiurgatus eſt. Nũquam. n. taciturnitatem, optimum ac tutiſſimum adminiſtrandarum rerum vinculum, labefactari volebant.

ADEO autem magna] Quam amantiſsimi Reip. fuerint Roma. ex hoc inſtituto deprehenditur, q quæ in Senatu decreta fuiſſent, arcana tenebantur [Arcana] ſecreta Componitur ab arca, nam ſicut quæ reponuntur in arca, ſecreta ſunt, ita arcana conſilia dicimus, quæ in pectore veluti arca concluduntur. [Tertio Punico bello] Sępius agitatũ eſt de tertio Punico bello: tertio dixit, quia fuit primum, & ſecundum. Primum, quod confecit C. Luctatius, in quo Mar. Attil. Regulus captus fuit, & graui ſupplicio affectus. Secũdũ cui finẽ impoſuit Scipio Africanus ſuperior. Tertiũ P. Scipio Africanus inferior confecit, cõſtat ſæpius agitatã fuiſſe hanc rem in Senatu, quia duo præſtantiſsimi viri inter ſe diſſentiebant Cato. ſ. & P. Scip. Naſica, nam Cato ſentiebat bellum inferendũ, & ſuccedentẽ victoria euertendam eſſe Carthaginem, quæ ſæpe fœdera frangeret, totieſq́; rebellaret. At Scipio contra relinquẽdam eſſe, vt bellum illud exercitatio quædam foret iuuentuti Rom. quæ bellis aſſueta, ocioſa eſſe nullo modo poſſet: verebatur enim id futurum, quod euenit, ne ſubacta Carthagine, debellatiſq́; externis gentibus, cum deeſſent hoſtes, in ſeipſos arma conuerterent, tñ ſecũdũ Marci Cat. ſniam factum eſt Senatuſconſultũ, vt bellũ Carthaginienſibus inferretur, & ſubacta Carthago euerteretur. Cic. in Catone maiore, vbi Catonem inducit de ſe loquentẽ, ego inquit, cũ Carthagini iam diu malum cogitanti bellũ q ſit inferendum, multo antea denunciaui, de qua vereri nõ deſinã, antequam illam exciſam cognouero. [Memor eum triennio] Dicit quare per imprudentiã hoc fecerit Fabius, credebat. n. hunc in numerum Senatorum electũ, quia meminerat triennio ante fuiſſe Quæſtorem, & poſt Quæſturã patebat aditus ad ordinem Senatorum. [Aditus in Curiã] Vt & ipſi Senatores Curiam ingredi poſſent. [Honeſtus error] Quia ſe legitimè excuſabat, q crederet illum Senatorem eſſe. [Obiurgatus] Increpatus, iurgiũ. n. inter amicos, lis inter inimicos eſt [Optimũ] atque recte dicit, nam cum aliquid conſilij capitur de gerenda Republica, & præſertim cum de bello agitur, fęliciter euenire

OLIV. Arcana.

ſolet,ſi occultū fuerit.[Adminiſtrandarū]Quia ea taciturnitas eſt,quæ facit, vt res optimè gerantur.[Labefactari] Corrumpi.

Ascen. ADeo adt,&c.Recitat aliud inſtitutū de celādis arcanis Curiæ,amore patriæ,ne quid ex reuelatione detrimenti pateretur,dicens.Maiores ſup.noſtri tenebantur adeo magna charitate patriæ,vt nemo Senator enunciauerit, multis ſæculis conſilia Patrum Conſcriptorum.i.conſiliariorum Senatus,Q.Fabius M.tantummodo.i.ſolummodo, & is ipſe, qui ſolus id fecerat, narrauit per imprudentiam pub. Craſ.quod factum erat in Curia ſecreto de Tertio bello Punico. i. Carthagini indicendo. i. φ Carthagini à P.R.indici debebat narrauit dico in itinere, petens rus,Craſſo reuertenti domum, memor eum.ſ.P.Craſſum,factum ſup.fuiſſe Quæſtorem triennio ante.ſ.q̄ illi ſecretum illud communicaret, & ignarus eum nondum electum à Cēſoribus in ordinem Senatorium,quo vno.i.ſolo modo.ſ.per electionem Cēſorū,aditus dabatur in Curiam etiam iis, qui geſſerant iam honores.i. alios magiſtratus. Sed quāuis error Fabii eſſet honeſtus, tū ipſe obiurgatus eſt vehementer à Conſulibus. Enim pro quia,ipſi Conſules,& cæteri maiores, nunquam volebant taciturnitatē, (appoſitorie,) optimum, ac tutiſſimū vinculū rerum adminiſtrādarū,labefactari.i.corrūpi,& debilitari, aut infringi.

DE EVMENE REGE ASIAE, & de lingua Latina.

*Liu. lib. 42. *ERgo * cum Aſiæ Rex Eumenes, amantiſſimus noſtræ vrbis,bellum à Perſa aduerſus P.R.comparari Senatui nunciaſſet:non ante ſciri potuit, quid aut ille locutus eſſet,aut Patres reſpondiſſent.quàm captum Perſam cognitum eſt.Fidum erat,& altum Reip.pectus,curia,ſilentiiq; ſalubritate munitum,& vallatum vndique: cuius limen intrātes, abiecta priuata charitate,publicam induebant.Itaque non dicam vnum, ſed neminem audiſſe crederes,quod tam multorum auribus fuerat commiſſum.Magiſtratus verò priſci quantopere ſuam populiq; R.maieſtatem retinentes ſe geſſerint, hinc cognoſci poteſt,quod inter cætera obtinendæ grauitatis indicia, illud quoq; magna cum perſeuerantia cuſtodiebant,ne Græcis vnquam,niſi Latinè reſponſa darent: quinetiam ipſa linguæ volubilitate,qua plurimum valent,excuſſa, per interpretem loqui cogebant,non in vrbe tantum noſtra, ſed et in Græcia,& Aſia:quo ſcilicet Latinæ vocis honos, per omnes gentes venerabilior diffunderetur:nec illis deerant ſtudia doctrinæ,ſed nulla non in re pallium togæ ſubiici debere arbitrabantur: indignum eſſe exiſtimantes illecebris, & ſuauitati literarum, Imperii pondus,& authoritatem donari.*

Oliv. Perſa Macedoniæ Rex. ERgo cum Aſiæ Rex]Exemplum adducit,ex quo probat, quod dixit,maximè utile maturationem conſiliorum, quæ in Senatu ſeruata eſt. [Eumenes] Rex ille Aſiæ, indicauit Rom. Perſam Regē Macedonum ingentem exercitum comparare,eo animo,vt bellum Rom.inferret,qua re cognita, Senatus cenſuit bellum indicēdum eſſe Perſæ Regi, & exercitum primo quoq; tempore comparauit, deinde prouinciam Macedoniam Paulo Aemilio extra ordinem tradidit,& prius Perſa victus,captus,& ductus eſt in triumphum quam ſciri potuerit quid ab Eumene Rege nunciatum,quidque reſponſum a Senatu fuiſſet. Ergo nolebat taciturnitatem violari. [Fidum erat, & altum]Eſt quaſi diffinitio Curiæ.quid eſt Curia,nihil aliud,niſi fidum pectus, & altum Reip.nam quemadmodum ea, quorum animus noſter cōſcius eſt,ſecreta in pectore noſtro ſeruantur, ita arcana conſilia Reip.in pectore Curiæ reponuntur,atque ſeruantur.[Munitum, & vallatum]Tranſlatio ſumpta ab oppidis, & caſtris, quæ muniuntur,& vallantur.[Abiecta pri.] Dicit hanc fuiſſe conſuetudinem,vt ingreſſuri Curiam, omnem curam priuatam deponerent,& publicam aſſumerent.[Itaque]id magis mirum, ac propè incredibile videtur eſſe, φ cum res gererentur inter multos Senatores, ita occultæ erant, vt ſi intra paucos agerentur. [Ne Græcis quidem]Legitur in Verrinis, φ Cic. dicit ſe accuſatum fuiſſe,φ cū Syracuſis eſſet, Senatui Syracuſano Græcè locutus eſſet.[Quinetiam ipſa linguæ volubilitate]Non ſolum dabant reſponſa Græca cum poſſent, ſed cogebant eos per interpretem Latinè loqui.Volubilitate ideo dixit,quia Græcia loquaciſſima eſt,& ad fingendum paratiſſima.Vnde Hor.Grais ingeniū, Grais dedit ore rotūdo,Muſa loqui.[Excuſſa]Exploſa,expulſa [Sed etiam in Græcia]Non in vrbe ſolū cogebant legationes gētium exterarum in Senatu loqui Latinè per interpretem, ſed etiā per magiſtratus ſuos apud exteras gentes idem fieri voluerūt.[Nec illis] Occurrit tacitæ quæſtioni, quia diceret aliquis,nolebant hoc fieri Rom.quia ſtudia Græcarum literarum ignorabant: dicit hoc nō fuiſſe,immo omnium generum ſtudioſiſſimos fuiſſe Rom.ſed Imperii ſui maieſtatē ſeruare voluiſſe. [Palliū togæ] Id eſt nō oportere Rom. dignitatē ſubiici Græcis immūdiciis, nam palliū pro Græcis philoſophis intelligit,togā verò pro Ro. quia ſicut pallio Græci vtebantur philoſophi,ita toga Rom.Vnde Virg.Rom.rerum dominos gentemq; togatā, vnde et Comœdias alias dicere ſolemus palliatas,alias togatas. Togatas quibus aliquid grande continetur, ſicut Comœdia Amphitrionis: in qua introducuntur Reges, & Dii,vt Iuppiter, & Mercurius. Palliata verò quæ magis quotidiano ſermoni conueniunt.[Palliū to.]Eloquentiam Græcā ſubiici debere maieſtati Rom.[Indignum]Turpe,& non tolerandum.[Illecebris]Blanditiis.Iuu. Non poſſum ferre Quirites Græcam vrbem,Sol.in cap de homine dicit, φ Cato Cenſorius ſæpè cenſuit Græcos vrbe pellendos.[Suauitate]Propter eloquentiam,& philoſophiam.

Ascen. ERgo,&c.] Comprobat rem ſuperiorem exemplo,dicens. ergo quia arcana celauerat Senatus : cum Eumenes Rex Aſiæ amantiſſimus vrbis noſtræ.ſ.Rom nunciaſſet Senatui bellum comparari aduerſus. P.R.à Perſa Rege.ſ. Macedoniæ,non potuit ſciri quid,aut ille.ſ.Eumenes per literas, aut nūcios locutus eſſet,aut quid Patres.ſ.Conſcripti rñdiſſent.anteq̄. i.prius quam cognitū eſt,Perſam captū ſup fuiſſe.Pectus Reip.i. eorum qui Remp.curabant,erat fidum,& altum.i.profundi ſilētii munitum,& vallatum.i.circūſeptum vndiq; cura, & ſalubritate ſilentii:cuius.ſ.Reip.limē intrantes.ſ.Senatores, induebant publ.ſup.charitatē,& hoc charitate priuata.i.in priuatos,abiecta.]Itaq; credere]i.credere poſſes,nō dicam vnum audiſſe,ſed neminem audiſſe,quod fuerat commiſſum tam multorum auribus.ſ.Patrum Conſcriptorum;quia ita omnes celabāt,ac ſi nullus audiuiſſet.[Magiſtratus verò, &c.] Affert aliud inſtitutū in audiēdis legatis,& rñſis dandis. [Quia ne Græcæ linguæ illecebris caperent Rom.cauerunt,vt Latine,non Græcè res agerentur do eſt. Verò,pro ſed,quantopere.i.quanta cura, & labore priſci magiſtratus geſſerint ſe,retinentes maieſtatem ſuam, & P.R.pt cognoſci hinc.i.ex hac re,φ cuſtodiebāt inter cætera indicia.i. ſigna grauitatis.i. ſeueritatis obtinendæ, quoque.i.etiam, illud ſ.quod ſequitur, cuſtodiebant inquam cum magna perſeuerantia,videlicet,ne darent inquā Græcis ſ.oratoribus reſponſa,niſi Latinè i.verbis Latinis.Quinetiam.i.inſuper cogebant ſup. Græcos loqui per interpretem.ſ.Latinum vtriuſq; linguæ peritū,& hoc ipſa volubilitate linguæ.ſ.Græcæ,qua ſup.Græci valēt plurimū,excuſſa.i.reiecta,vt puluis excutitur pallio. [Cogebāt dicit] nō tm in vrbe noſtra,ſed ēt in Græcia, & Aſia.ſ.i.ſcilicet,φ illud faciebāt quo.i.vt,vt honos.i.honor vocis Latinæ diffunderet venerabilior per omnes gētes,quod votū,vt Valla in prologo elegantiarū docet maximè aſſecuti ſunt.[Nec ſtudia doctrinæ]Quæ ferè Græcè tunc ſcripta erant, deerāt illis.ſ. priſcis Romanis,hoc eſt nō iō Latinæ loqui cogebant φ Græcè neſcirent,ſed arbitrabantur pallium.i.eloquentiā, & cæteras res palliatorū,hoc eſt Græcorum,in nulla re non ſubiici,hoc eſt in omni re ſubiici togæ. i.eloquentiæ,& rebus togatorū,hoc eſt Romanorū:exiſtimātes i.iudicātes idignū eſſe,podus,& authoritatē Imperii, donari illecebris, & ſuauitati Græcarū literarū.

DE C. MARIO.

*QVAPROPTER * non es damnandus rigoris ruſtici crimine C.Mari,quia gemina lauro coronatam ſenectutem tuam Numidicis,et Germanicis illuſtrem trophæis,victor deuictæ gentis facundia politorem fieri noluiſti: credo ne alienigenæ ingenii exercitatione,patrii ritus ſeruus transfuga exiſteres.* * Sal. in bello Iugur.

Quis ergo huic conſuetudini, qua nunc Græcis actionibus aures Curiæ exſurdantur,ianuam patefecit? vt opinor, Molo Rhetor, qui ſtudia M. Ciceronis acuit, eum namque ante omnes exterarum gentium in Senatu ſine

interprete auditum conſtat, quem honorem non immerito cepit, quoniam ſummam vim Romanæ eloquentiæ adiuuerat. Conſpicuæ fęlicitatis Arpinas, vnicum ſiue literarum glorioſiſſimum contemptorem, ſiue abundantiſſimũ fontem intueri velis.

OLIV. QVAPROPTER]Oſtẽdit ſecũdũ hoc inſtitutũ ab eiuſmodi doctrina alienum fuiſſe C. Marium, vt ꝓpterea improbari nõ debeat, quaſi ruſticus, ſed ſummopere laudari, hoc ideo dicit, quia ruſticitatẽ quandam ſibi obiiciebant, ꝙ à literis ſe abſtinuiſſet, quia minimè idoneus eſſet huiuſmodi humanitatis ſtudiis, ſed hic laudandus eſt, ꝙ ſe militaribus ſtudiis exercuit, ſicut Saluſtius voluit, dicit.n. Mario ad capiẽdum Conſulatum præter familiæ vetuſtatem, oĩa abũdè erant, induſtria, probitas, militiæ magna ſcientia, & reliqua. Paulò infra dicit, vbi primum ætas militiæ patiens fuit, ſtipendiis faciẽdis nõ Græca facundia, neq; vrbanis mũditiis ſeſe exercuit. Itẽ in oratione ad populũ: non ego, loquit Græcas literas didici, quippe parũ placebat eas diſcere, quæ ad virtutem doctoribus nihil proficerant. [Rigoris] Duritiei, quia durus ad ſtudia literarũ fuit. Cic. pro Archia poeta. Et ipſi illi Caio Mario, qui durior ad hæc ſtudia videbatur, iocundus fuit. [Gemina laurea] Quia triũphantes coronati albis equis iunctis Capitolium præcedentibus captiuis, & ſubſequente exercitu, & vniuerſo fere populo vehebantur. [Numidicis] Nam in Numidia Iugurtham vicit, & prouinciã illã Rom. ſubegit Imperio. [Germanicis] Quia Gallos, Teutonas Senones, Cymbros, & Tigurinos, qui inundatione aquarũ patria pulſi, cum in Italiã deſcendiſſent, cum liberis, & coniugibus eo aĩo, vt aut nouas ſedes impetrarent, aut pulſis Ro. ipſi regnarẽt, is virtute ſua fudit, atq; deleuit. Teutonas priores aggreſſus apud Sextias Aquas ſub ipſis Alpiũ radicibus Cymbros deinde in Italia inter Veronã, & Tridentum in cãpo quem Canidiũ vocant, ſiue Saudium. Plin. de viris Illuſt. C. Marius inquit, ſepties Conſul, Arpinas, loco humilis natus, primis honoribus per ordinem functus, legatus Metello in Numidia, criminando Conſulatum adeptus, Iugurtham captum ante currum egit, in primum annũ Conſul vltro factus, Cymbros in Gallia apud Aquas Sextias, Teutonas in Italia in cãpo Saudio vicit, de hiſq; triumphauit, de hoc Germanico triumpho latius dicemus in cap. de pudic. [Credo] Supp. hoc feciſſe te Marium [Alienigena exercitatione] Vtpote Græca quaſi alterius igenii, vt apud Plut. Illud de Mario legitur ſolitũ dicere, ridiculũ eſſe illorũ diſcere literas, quorũ magiſtri ſeruirẽt. [Quis ergo] Quęrit, & deinde rñdet, quis nam fuerit ille author, qui primus auſus fuerit Græcã linguã introducere in Curiã Rom. quæ adeo celebris eſt, vt aures Senatus Græca facũdia obtunderent. Quis ergo qñquidem ita ſeruabant dignitatem ſuam Rom. vt nemo in ea Curia, niſi Latinè loqui poſſet. [Exſurdãtur] Obtũduntur, vſq; adeo nunc oẽs Græcè loquunt, vt quodãmodo obtundantur aures, cũ nihil Græcè loqui audiant. [Molo Rhetor] Molo. Apollonius, Rhodius fuit, apud quem eloquentiæ ſtuduiſſe Cic. collat. [Rhetor] Inter Rhetorẽ, & oratorẽ hoc intereſt, ꝙ Rhetor eſt artis profeſſor. i. qui de arte præcepta tradit, orator quẽ ex arte dicit. [Quem honorem] Nec id quidem immerito conceſſum eſt Moloni, nam ipſe auxerat Cic. ingenium, in quo Romana florebat eloquẽtia. [Cõſpicuæ fœ.] Dicit inuenire ſe Arpinatẽ ſummæ fęlicitatis fuiſſe, ſiue illum contemptorẽ literarum dixeris, ſiue amatorem, nam vterq; de municipio Arpinati fuerat Cic. ſ. & C. Marius. [Glorioſiſſimum] C. ſ. Mariũ: Abũdantiſſimum fon. Cic. Arpinas refertur ad vtrumque, nam Arpinas eſt nomen patrium, & ſignificat de oppido Arpinati.

ASCEN. QVapropter, &c. Commendat ſeueritatem licet ſubruſticanam Cai Marii per apoſtrophen ad ipſum, dicẽs, Quapropter. i. ꝓp quam cauſam iam dictam, O Cai Mari, tu non es damnandus crimine rigoris ruſtici, qui victor ſup. iam exiſtens, noluiſti ſenectutem tuam coronatã gemina laurea, & illuſtrem tropheis Numidicis ob deuictum Iugurtham. [Et Germanicis] ob deuictos Cymbros, & Theutonas, fieri politiorẽ facundia gentis deuictæ. i. qui alienigena lingua vti noluiſti, credo ne exiſteres. s. euaderes ſeruus transfuga. i. deſertor patrii ritus, exercitatiouẽ alienigena. i. externa ingenii. ſ. tui. s. ne te exercendo in linguis alienis, ritus quoque alienos imbiberes. [Quis ergo] Subinfert ſpecialem audientiam factam Moloni Rhodio præceptori M. Tulii Cic. an Rhetor. & cum vterque tã Marius, q Cic. eſſet Arpinas, addit vtrũq; fuiſſe fęliciſſimũ, Marium in contemnenda eloquentia. Cic. in ſectanda. Ordo eſt. Ergo ſi Latinè loqui oẽs oratores cogebantur, & Marius laudatur ꝙ alienas liguas diſcere nolebat, quis patefecit ianuã. i. quis aditũ fecit, huic. i. noſtri temporis conſuetudini, qua aures Curiæ. i. Senatorũ in Curia exſurdantur. i. obtundunt nũc actionibus Græcis, id eſt orationibus aut legationib. rñdet vt opinor. [Molo Rhetor] ſ. Rhodius, q acuit ſtudia Marci Cic. Nãq; conſtat eũ. ſ. Molonẽ auditũ in Senatu abſq; interprete ante oẽs. ſ. alios oratores gentiũ exterarũ. Quẽ honorem ipſe cępit. i. accepit nõ immerito, qm̃ adiuuerat ſummã vim eloquẽtiæ Romanæ, quæ erat in Cic. [Arpinas] i. natus Arpini, aut illinc oriũdus, ſup. eſt, dicẽdus fęlicitatis cõſpicuæ. i. claræ, ſiue velis. i. quis velit intueri, glorioſiſſimum contẽptorem literarum, vt C. Marium vnicum, i. ſingularem in ea re, ſiue fontem abundantiſſimum. [Literarum, & præſertim eloquentiæ, vnicum. i. etiam ſingularẽm, videlicet Marcum Cic. vterque enim (vt dixi) Arpinas fuit.

DE MORE, QVEM MAIORES obſeruabant in vrbe.

MAXIMA autem diligentia maiores hunc morem retinuerunt, ne quis ſe inter COS. *& proximum lictorem, quamuis officij cauſa vna progrederetur, interponeret: filio duntaxat, & ei puero ante patrem* COS. *ambulandi ius erat. Qui mos adeo pertinaciter retentus eſt, vt * Q. Fabius Maximus quinquies* COS. *vir etiã pridem ſummæ authoritatis, & tunc vltimæ ſenectutis à filio* COS. *inuitatus, vt inter ſe, & lictorem procederet, ne hoſtium Sãnitum turba (ad quorum colloquium deſcendebant) eliderétur, id facere noluerit. * Idem à Senatu legatus miſſus ad filium* COS. *Sueſſam, poſtquam animaduertit eum ad officium ſuum extra mœnia oppidi proceſſiſſe, indignatus quoque, quòd ex lictoribus nemo ſe equo deſcẽdere iuſſiſſet, plenus iræ, ſedere perſeuerauit: quod cum filius ſenſiſſet, proximo lictori, vt ſibi appareret, imperauit: cuius voci Fabius continuo obſecutus: Nõ ego, inquit, fili ſummum Imperium tuum contempſi, ſed experiri volui an ſcires* COS. *agere: nec ignoro quid patriæ venerationi debeatur, uerum publica inſtituta priuatæ pietate potiora iudico.*

* Hiſtorias confundere hic videtur Val. nam diuerſi fuere Fabij.

* Liuius lib. 24.

OLIV. MAXIMA autem] Semper Conſules 24. lictores præcedebãt, & ſecures virgarum faſciculis alligatas geſtabãt, qui Faſces dicebantur. [Filio] ſ. Conſulis, & hoc Principũ filii ſeruãt tpe noſtro. [Ius erat] i. poteſtas. [Fabius Max. quinquies COS. vir etiam pridem] priori ætate Commendat Fabium à multis partibus, à potentia, cum dicit Maximus, dignitate, cum dicit Quinquies Conſul, ab authoritate, dum dicit vir ſummæ authoritatis, ab ætate, dũ dicit, vltimæ ſenectutis. [Deſcẽdere] ſ. ad cõditiones pacis componẽdas, cæſis. ſ. Sãnitibus. [Id facere noluerit] Ne à maiorũ cõſuetudine deſcederet. [Idẽ à Senatu] Inter cætera maiorũ inſtituta, illud quoq; memoratu dignũ eſt, ꝙ neminẽ voluere ad Conſulẽ equo inſidentẽ venire, ſed honoris gratia antequã Conſuli appropinquaſſet, deſcendere: quod exẽplo eiuſdẽ Fabii cõprobat, qui cũ legatus ad filium Cõſulẽ miſſus eſſet, atq; illi ſibus honoris gratia prodiiſſet obuiã, nec ꝓmiſiſſet lictorẽ, q iuberet ſe quã primũ equo deſcẽdere, & filio peditẽ præſto eſſe, indignatus, noluit ſpõtẽ deſcẽdere: ꝙ vbi animaduertit filius, iuſſit primo lictori patri vt imperaret, ad ſe pedes venire, ꝙ ſummopere laudauit pater, & ſimul paruit dicto filii, A. Gel. lib. 2. c. 2. Facti Cõſules Sẽpronius Grac. iterũq; Fab. Maximus, filius eius, qui priore anno erat Cõſul, ei. Cõſuli pr procul obuiã in equo venit, neq; deſcẽdere voluit, quia pr erat, & ꝙ inter eos ſciebat maxima cõcordia conuenire, lictores non auſi ſunt deſcẽdere iubere, vbi iuxta venit, tũ Cõſul ait, deſcẽdere iube, ꝙ poſtq̃ lictor ille, qui apparebat cito intellexit, Maximũ deſcendere iuſſit, Fab. imperio paruit, & filiũ collaudauit, cũ periuium ꝙ populi, eſſet, retineret. [Idẽ] ſ. Fab. miſſus legatus, perſeuerauit ſedere in equo plenus ira [Filium Cõſulẽ.] Fabiũ Gurgitem. [Sueſſam] Ciuitas eſt Campaniæ, vbi erat cum imperio. [Officium ſuũ] Vt honoris gratia patri obuiam prodiret. [Poſtquam animaduertit]. ſcilicet ſenex Fabius. Seneca, ſi Conſulem inquit aut prætorem

videre, omnia quibus honor haberi honorãdis ſolet, faciã, equo deſcẽdam, caput adoperiam, ſemita decedam. [Quod eũ filius ſenſiſſet] vbi filius intellexerit patrem in equo ſedere de induſtria, [vt appareret] præſto adeſſet, nã apparere inter alia ſignificata, præſto adeſſe quoq; ſignificat. Vnde apparitores dicti Prætorum miniſtri ſunt, eo ꝙ præſto adſint. [Non ego inquit] Excuſat ſe filio pater. [Non ignoro] Scio quid pietati patris filius debeat, ſed hæc paterna pietas, debet cedere maieſtati Conſulari. [Pietati pri.] Pietas priuata eſt, quam patri filius debet, publica vero, quæ ſummo Imperio debetur, qualis eſt Conſulatus vt poſthabita pietate paterna, publica maieſtas veneretur.

ASCEN. M Aaime, &c.] Commemorat inſtitutum ambulandi cũ Conſulibus, dicens: aũt pro ſed, maiores. i. priſci Ro. retinuerunt maxima diligentia hunc morem, ne quis intar Conſulem, ſeu Conſules, & proximum lictorem. i. miniſtrũ publicũ iret. Quãuis progrederetur. i. deambularet vna. i. pariter cum eo cauſa officii honoris exhibendi (dubium eſt vtrum de Conſule, an de altero homine loquatur: Si de Conſule, vt veroſimile eſt, loquitur, ſic exponitur, quamuis Conſul progrederetur, i. obuiam exiret cauſa officii: Si de altero, ſic, quamuis is progrederetur. i. inambularet, vna cum Conſule cauſa officij) Ius ambulandi ante patrem Conſulem erat duntaxat filio, & ei puero. i. non pro uectiori ætate. Qui mos. ſ. ambulandi cum Conſule eſt retentus adeo pertinaciter. i. cõſtanter, vt Q. Fabius Maximus quinquies Conſul, & vir etiam pridem. i. antea ſummæ authoritatis, & tunc vltimæ ſenectutis, inuitatus à filio Conſule, vt procederet inter ſe. ſ. Conſulem, & lictorem. ſ. primum, ne turba Sãnitum hoſtium ad quorum colloquia deſcendebant. ſ. paciſcendi gratia, eliderẽt. ſ. à Fabio, pater. [Idem, &c.] Affert exemplum eiuſdem rei de eodẽ Q. Fab. dicens, Idem. ſ. Q. Fab. Max. miſſus à Senatu legatus. i. functurus officio Conſulari, ſi filius Conſul deficeret, ad filium Conſulem, Sueſſam. i. in illud oppidum Appuliæ, poſtquam animaduertit eam, ſcilicet filium ſuum Conſulem proceſſiſſe extra mœnia. i. muros oppidi ad officium ſuum. i. ſibi patri exhibendum, & indignatus quoque. id eſt etiam quòd nemo ex lictoribus iuſſiſſet ſe. ſ. Fabium patrẽ, deſcẽdere equo, perſeuerauit ſedere, ſcilicet in equo, plenus iræ, id eſt indignationis, quod cum filius. ſ. Fabius Gurges, ſenſiſſet, Imperauit proximo lictori, vt ſup. pater, aut lictor appareret. i. pariturus adeſſet ſibi. ſ. filio Conſuli, q. d. non debet indignari pater quod lictor primus mihi appareret. Cum ex veteri inſtituto ita fieri debeat. Cuius, ſcilicet filii Cõſulis voci, Fabius. ſcilicet pater obſecutus. i. obtemperans continuo, inquit, ò fili, ego non contempſi ſummum Imperium tuum, ſed volui experiri, an ſcias agere Conſulem. [Quo reſponſo videtur mihi pater prudentior, quàm filius pius, nam cum ſentiret filium ſibi non ceſſurum, ne ex ea re filio inuidia oriretur, in eius laudem vertit.] Nec ignoro quid debeatur. ſ. à filiis venerationi patriæ. i. paternæ, verum. i. ſed ego iudico Inſtituta publica potiora pietate videlicet priuata, ꝙ apud A. Gel. ita diſcernitur, vt in actione pub. filius magiſtratus patri præferatur, in priuata contra.

DE MIRA CONSTANTIA LEGAtorum Rom. & Senatu.

* Liu. lib. 12. & Florus.

*R ELATIS * Q. Fab. laudibus, offerunt ſe mirificæ conſtantiæ viri, qui legati à Senatu Tarentum ad res petendas miſſi, cum grauiſſimas ibi iniurias accepiſſent, vnus etiam vrina cõſperſus eſſet, in theatrũ (vt eſt conſuetudo Græciæ) introducti, legationem quibus acceperant verbis, peregerũt: de his quæ paſsi erant, queſti non ſunt, ne quid vltrà, ac mandatum eſſet, loquerentur: intimiſque pectoribus eorum antiqui moris reſpectus, dolore, (qui ex contumelia grauiſsimus ſentitur,) conuelli non potuit. Finem profectò fruendarum opum, quibus ad inuidiam diu abundaueras Tarentina ciuitas, quæſiti. Nam dum horridæ virtutis in ſeipſum connexum ſtabilimentum, nitore Fortunæ præſentis inflata faſtidioſè æſtimas, in præualidum Imperii noſtri mucronem, cæca & amens irruiſti. Sed vt à luxu perditis moribus, ad ſeueriſsima maiorum inſtituta tranſgrediar, quondam Senatus aſsiduam ſtationem eo loci peragebat, qui hodie quoque Senaculum appellatur; nec expectabat, vt edicto contraheretur, ſed inde citatus protinus in Curiã veniebat: ambiguæ laudis ciuem exiſtimans, qui debitis R. P. officiis non ſua ſponte, ſed iuſſus fungeretur, quia quidquid imperio cogitur, exigenti magis, quam præſtanti acceptum refertur.*

OLIV. Tarentũ.

R ELATIS Q. Fab.] Tarentum oppidum eſt in littore maris poſitũ, & theatrum maius habet in proſpectũ maris expoſitum, quod Tarentinis cauſa maximarum calamitatum fuit, nam cum Tarentini ludos forte celebrantes claſſem R. nõ longe à littore maris nauigantem proſpexiſſent, quæ frumentatũ, vt quidam dĩt, in Appuliam ibat, hoſtem rati in eã impetum fecerũt, & ſpoliata claſſe domũ reuerſi ſunt: ad eos miſſi ſunt legati, qui quærerentur iniurias illatas, & res de more peterent, qui cũ iniuriis affecti eſſent, ac vnus vrina perfuſus in theatrum intromiſſi, legationem ſibi à Senatu demãdatam expoſuerunt, de iniuria quã acceperãt, ne verbum quidẽ vnum fecerunt. Florus Tarentum inquit, etiã Lacedæmoniorũ opus, Calabriæ quondã, & Appuliæ totiuſq; Lucaniæ caput, tum magnitudine, & muris portuque nobili tam mirabili ſitu, quippe in ipſis Adriatici maris faucibus poſitũ in oras noſtras, Hiſtriam, Illiricum, Epirũ, Achaiam, Africam, Siciliam vela dimittit: Imminet portu ad proſpectũ vrbis theatrũ, quod quidẽ cauſa miſeræ ciuitati fuit oĩum ſuarum calamitatũ, ludos forte celebrabant: cũ remigantes littori R. claſſem inde vidẽt atque oſtentati emicãt, ſine diſcrimina inſultant, qui. n. aut vnde Romani nec ſatis norant. Aderat ſine mora querelã ferens legatio, hãc quoq; ſæpius per obſcœnam, turpemq; dictu contumeliam violant, ex hinc bellum. Q. Fabii, qui adeo perſeuerãs fuit in ſeruandis inſtitutis. [Tarentum] Quia claſſem R. Tarentini diripuerãt, & Duumuirũ, qui claſſi præerat occiderant [Græciæ] Nam illa Italiæ pars quondã magna Græcia appellata eſt. Hoc Cic. oſtẽdit multis in locis, & pcipuè in Catone ma. Dicit ergo, vt eſt cõſuetudo Græciæ. [Verbis] vt nec adderẽt quidquã, nec diminuerẽt. [Antiqui moris] Videlicet vt nõ plus in legatione dicerẽt quã à Senatu, vel à populo mandatũ eſſet. [Dolore] nullus dolor maior eſt, quã q ex cõtumelia naſcit, nã inquit, ille. Aſperat in medio dãna dolore pudor [Finẽ profectò] Sicut legimus ĩ hiſtoria, nullus vnquã ĩ vrbẽ pulchrior, aut ſpecioſior triũphus intrauit ad hunc diẽ, nil niſi pecora Volſcorũ, greges Sabinorũ, carpenta Gallorum, & fracta Sãnitum vidiſſes arma. Tunc ſi captiuos aſpiceres, arãt Moloſſi, Theſſali, Macedones, Brutius, Appulus, atq; Lucanus. Si pompas, aurũ, argentũ, purpura, ſigna, tabulæ, Tarentinæq; deliciæ, ſed nihil libẽtius P. R. aſpexit, quã illas quas timuerant cũ curribus ſuis beluas, quę nõ ſine ſenſu captiuitatis ſubmiſſis ceruicib. victores equos ſequebantur. [Quibus ad inuidiã diu abundaueras,] benè ad inuidiã dixit, nã Tarentinorũ opes ampliſſimæ aliqñ fuere, rem ſuam ciuilẽ populari poteſtate gerentes. i. Democratia, nam claſſe maxima cũctos ſuperauerunt accolas, pediteſq; ad millia 30. in expeditiones miſere, equitum verò tria millia, ductores aũt equitum mille Pytagoricam quoq; philoſophiã amplexati ſunt. In primis Architas ſingulariter, qui diutius eius ciuitatis princeps eminuit, inde poſterioribus annis illecebroſæ inualuere deliciæ propter fortunas nimiam ſecundas, adeo ut plures totius populi ludos, feſtaq; & celebritates quotannis agerẽt, quã reliquos anni dies. Eam ob rẽ in deterius vrbanũ regimen ferebatur, cuius flagitiorũ vnum illud documentũ eſt, ꝙ externis vti Imperatoribus coacti ſunt, cõtra Meſapios. n. & Lucanos; Alexãdrũ Moloſſorum Regẽ acerſierunt, antea quoq; Archidamũ Ageſilai filium, poſtea Cleonymũ, & Agathoclẽ, deinde Pyrrhũ, quo tpe aduerſus Rom. bellum cõflauere, author Strab. ergo finitimę ciuitates omnes tantæ rerum omnium affluentię inuidebãt, vel quia tãtupere pp diuitias eas elata, vt populi vicini ſuperbiam tuam ſuſtinere non poſſent. [Horridę] duræ ad labores tolerandos, non mollis pp luxum diuitiarum. [Virtutis] ſ. Rom. in ſeipſum cõnexum, ideo dicit, quia nullo extrinſecus adminiculo virtus indiget, ſed ſeipſa contenta eſt, nam Romani tãtas vires habebant, vt per ſe bellum ſine aliorũ auxilio gerere poſſent, hoc ideo dicit, quia Tarentini multorum populorum, & ciuitatum armis adiuti ſuere, nam Moloſſi, Theſſali, Macedones, Brutii. Cãpani. Appuli, Lucani, atq; ipſe clariſſimus Epiri Rex Pyrrhus pro Tarentinis incitatiſſimo animo cõſurrexerunt, & ſocia arma iunxerunt, R. ſuis cõtentionibus, & armis aduerſus tot populorum potentiã, nõ ſolum audacter, ſed etiã feliciter bellum geſſere. [Faſtidioſè exiſtimas] Parui faciẽs, alii habent. Faſtidioſe. Faſtuoſe.

faſtuo-

Faſti. faſtuoſe, & ſignificat ſuperbè, declinatur aũt faſtus faſti, & ſignificat librum, in quo faſti dies continentur, nã faſti etiã libri dicebãtur, quos Conſules habebant, in quibus Reges, & Cõſules ſcribebantoc à faſcibus dicti.i. à poteſtatibus, vnde Ouid.lib. Faſt. dñr, quod in his de faſtis diebus tractetur, faſti vero dies erant, quibus licebat fari cum populo, nefaſti quibus fari non licebat, & vt dixi cum eiuſmodi librum ſignificat, ſecundæ eſt declinationis, licèt aliqñ & quartæ inueniatur in hac ſignificatione, ſed raro, faſtus.n.quartæ tædium, ſuperbiam, contemptumq; ſignificat Virg. Stirpis Achileæ faſtus, iuuenemq; ſuperbum. Ser. in expoſitione huius loci. Faſtus, inquit, ſuperbiam, & eſt quartæ declinationis, nam liber, qui dierum habet computationem, ſecundæ declinationis eſt, vnde erraſſe videtur Luc. dicendo, Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus. [Sed vt a luxu] Val. quia videbatur quodammodo ab eo egreſſus eſſe, quod inſtituerat, inquit, quia diximus de luxu Tarentinorum, & eorum ſuperfluitate, quæ illos ad eam inſaniã deduxit, vt Rom. irritare auderent: nũc reuertar ad rigidiſſima maiorum noſtrorũ inſtituta [Luxu] Quia conſtat hanc vrbem opulentiſſimam fuiſſe, & omniũ rerum abundanté. [Antea ſenatus] Hoc quoq; inſtitutum ſeruatum eſt. [Senaculum] Eo q͂ locum illum Senatores frequentare ſolebant. [Edicto videlicet] Vt præcones mitterent qui oſtiatim Senatores in Curiam venire iuberét. [Ambiguæ laudis.] Laudat hoc propoſitum, illi.n. ambiguæ cuiuſdam ſidei. vñr eſſe ciues, qui non ſponté, ſed iuſſu quodammodo coacti Rép. gerant. [Ambiguæ] Benè dixit ambiguæ, quia fortaſſe, niſi cogerentur non venirent. [Laudis] Laudandũ quidem eſt, quod in Curiam veniunt, ſed vituperandum, quod edictum expectét. [Quidqd imperio cogitur] Quidquid.n.fit imperio alterius, id imperanti potius aſcribendum eſt, q͂ agenti. [Acceptũ refertur] Honeſta locutio, refero hoc beneficium tibi acceptum.i. hoc quidquid eſt beneficii tibi dico eſſe aſcribendum, & fateor à te recepiſſe, & aliud referre in acceptum, quod à vulgo lingua vernacula dici ſolet facere notationem de ſoluto.

Senaculum.

Acceptũ referri.

Ascen. Relatis, &c.] recitat conſtantiam legatorum R. dicés Laodibus, Q. Fabij ſup. Maximi relatis.i.recitatis: viri munificæ conſtantiæ offerunt ſe, ſup. vt de eis dicat aut referat, qui legati miſſi a Senatu Tarentum ad res ablatas claſſi Romanæ repetendas, cum accepiſſent ibi, videlicet Tarenti, grauiſſimas iniurias, & vnus ét ſup. eorum reſperſus eſſet vrina.i.lotio, ipſi introducti in theatrum.i.ſpectaculum publicum, (vt eſt conſuetudo Græciæ, vnde innuit tunc Græcos Tarentum incoluiſſe) peregerunt.ſ. in præſentia totius populi, legationem.i. cãm, cur & ob quã miſſi fuerant, verbis ſup. illis, quibus acceperãt. ſ. eam agẽdã à Senatu, & non ſunt q͂ſti de his quæ paſſi erãt, ne loquerent quid.i.aliquid. [Vltra ac mãd.] .i. q͂ mandatũ eſſet ſup. eis à Senatu, & reſpectus.i.conſideratio antiqui moris. ſ. nihil vltra mandata loquendi, non potuit conuelli.i.abſtrahi, aut expelli è pectoribus eorũ, dolore.i.per dolorem animi, qui ſentitur.i. ſentiri ſolet, grauiſſimus, ex contumelia, hoc dicto, per apoſtrophen alloquitur author Tarentinos dicens. O ciuitas Tarentina tu p̃fecto, i.reuera, quæſiſti.i.tentaſti inuenire finem.i. exitũ opum inuendarum, quibus. ſ. opibus abundaueras ad inuidiam ſup. vſque. Nam dum tu æſtimas.i. appretiaris faſtidioſe.i. cum contemptu. [Stabilimentum virtutis horridæ].i. rigidæ, qualis erat in legatis Rom. connexum.i. cõiunctum ſibiipſi in ſeipſum .i. in nihil extrinſecus proueniens, cuiuſmodi ſunt res fortunę.i. æſtimas dico, aut exiſtimas inflata nitore.i. ſplendore, & ſtrepitu p̃ſentis. ſ. t pis fortunæ: irruiſti cęca, & amés, in mucroné.i. ſtimulũ vel enſem noſtri.i. Rn. Imperij p̃ualidũ, qa p ipſum paulo poſt perijt. [Sed vt &c.] Apta tranſitione more ſuo trãſit ad exẽplum ſpontanei officij in Romanis, dicens. Sed vt ego tranſgrediar, à moribus perditis luxu.i. pp luxum, & abundantiã opũ, vt Tarentinorũ, ad ſeueriſſima inſtituta.i. mores ſeueriſſimos maiorũ ſup. noſtrorũ.i. priſcorũ Rom. vnde minores orti ſunt. Senatus.i. cœtus Senatorũ peragebat ante.i. olim, aſſiduã ſtationé eo loci.i. in eo loco, qui quoque.i. ét hodie appellatur Senaculũ.i. Senatorum cõuéticulũ, nec expectabat, vt contraheret.i. cõgregaretur edicto.ſ. Conſulari, ſed Senatus citatus.i. uocatus inde .i. è Senaculo illo, veniebat protinus in Curiã exiſtimãs.i. iudicãs, ciué ambiguæ.i. incertæ laudis. (Qui.n. non facit niſi coactus, nõ eſt laude dignus, qñ aũt quis cogitur prius q͂ inuitet, dubium eſt, an ſponte facturus fuiſſet, etiam non coactus) qui id eſt ciuis fungeretur officijs debitis Reip. non ſua ſponte, ſed iuſſus, quia quidquid cogitur, imperio refertur acceptum.i. debet adiudicari magis exigenti ſcilicet ob debitum, quam præſtanti ſcilicet ob imperium alterius.

ALIVD INSTITVTVM CONTRA Trib. pleb.

ILLVD quoq; memoria repetendum eſt, q͂ Trib. pleb. intrare curiam non licebat, ante valuas autem poſitis ſubſellijs, decreta patrum attentiſſima cura examinabant, vt ſi qua ex eis improbaſſẽt, rata eſſe nõ ſinerẽt. Itaq; veteribus Senatuſconſultis T, litera ſubſcribi ſolebat: eaq; nota ſignificabatur, illa Trib. quoque cenſuiſſe, qui quamuis pro commodis plebis excubabant, inq; imperijs compeſcendis occupati erant, inſtrui tamen ea argenteis vaſis, & annulis aureis publicè præbitis, patiebantur, quo talium rerum vſu authoritas magiſtratuum eſſet ornatior: Quorum quemadmodum maieſtas amplificabatur, ita abſtinentia arctiſſimè conſtringebatur. Immolatarum enim ab his hoſtiarum exta, ad Quæſtores Ærarij delata, venibant. Sacrificijsq; P. R. tum Deorũ immortalium cultus, tum etiam hominum continentia inerat. Imperatoribus noſtris quàm ſacras manus habere deberent, apud iſta altaria diſcentibus, continentięque tantum tribuebatur, vt multorum æs alienum, quia prouincias ſincerè adminiſtrauerant, à Senatu perſolutum ſit. Nã quorũ opera publicã authoritatẽ, ſplendorẽ ſuũ procul obtinuiſſe viderant: eorum dignitatem domi collabi, indignum, ſibiq; deforme eſſe arbitrabantur.*

* Feneſtella lib. 2. cap. 20.

Oliv. ILLVD quoque] Hoc quoq; inſtitutum Romani ſeruabãt, ne uidelicet Trib. pleb. Curiã intrarent, quod poſtea vulgatũ eſt, nam tẽporibus Cic. poterãt Tribuni Curiã intrare. [Subſellijs] Subſellia ſunt minorum magiſtratuum ſedes, ſicut ſellæ Curules amicorum dñr, ſunt ét ſubſellia, vt quidam volunt, ſedes, & pulpita, in quibus ſpectabãtur ludi, vnde Perſius, Troſulus exultat tibi p ſubſellia leuis. Cic. tñ in epiſt. ad Appiũ, ſubſellia, p cõtẽptum Senatorum ruſtra appellauit, cũ dixit. Ad me literas miſeris longi ſubſellij, vt Põp. noſter appellat. [Veteribus] ideo dixit, quia poſtea hęc cõſuetudo aboleuit. [Pro cõmodis] Quãuis inquit Trib. pl. Reip. cõmoda curarẽt, tñ paſſi ſunt magiſtratibus argẽtea vaſa, & annulos aureos ex pub. dari, vt eorũ maieſtas amplificaretur. [Vſu] Eiuſmodi inſignibus precioſis non nihil authoritatis addi videbatur magiſtratibus. [Venibãt] Vẽdebant. [Immolatarũ] Quia ipſi, qui magiſtratum gerebant immolabãt, nã quãto dignior perſona erat, q͂ immolabat, tãto dignior Deorũ cultus. [Cõtinẽtia] Neq;.n. permittebat inteſtinis veſci, quod certè maxima laude dignũ erat, cũ noſtri tanti ea faciunt, ac illi cõtinẽtiã pluris faciebãt. [Sãctas manus] Integras, incorruptas, innocentes. [Continentięq; tñ tribuebatur] .ſ. tãti faciebãt continentiã, nam tribui multũ alicui, eſt aliquem magnificare [Sincere] Purè, innocenter, & caſtè ſ. prouincialium huium rebus intactis. [Splẽdorem] Nam innocẽcia Prę fectorum in prouincijs erat ſplendor quidã nominis Rom.

Ascen. Illud quoque] Addit vetus Trib. plebis inſtitutũ officioſum in Remp. dicens. [Illud quoq; eſt repetendũ memoria] .i. memorandum, quod non licebat Trib. pl. intrare Curiã.i. Senatum, aut locũ vbi Senatus habebat. Aũt pro ſed, Trib. pl. examinabant attentiſſima cura decreta patrum ſubſellijs.i. ſedibus minorum magiſtratuum poſitis ante valuas.ſ. Curiæ, quia in illis ſedebant, vt ſi qua.i. aliqua improbaſſent ex eis.ſ. decretis patrum, ipſi nõ ſinerẽt, ſup. ea eſſe rata. [Itaque] .i. & ita T, litera, quæ ſignificabat Trib. pl. ſolebat ſubſcribi.i. in infima parte ſcribi, Senatuſconſultis veteribus; & ſignificabatur ea nota.i. ſigno T, literæ, Tribunos quoq;.i. etiã cenſuiſſe.i. approbaſſe, aut decreuiſſe illa ſ. decreta patrũ, aut Senatuſcõſulta. qui.ſ. Tribuni, q͂q͂ excubabant.i. vigilabant pro cõmodis plebis. Et erãt occupati in imperijs cõpeſcẽdis.i. refrenandis imperioſitatibus nobilium, tamen patiebantur ea.ſ. imperia.i. nobiles, quorum erat imperare, inſtrui.i. ornari, vaſis argenteis, & annulis aureis, p̃bitis publicè.i. ex publico ærario, quo.i. vt, authoritas magiſtratuũ eẽt ornatior vſo taliũ rerũ. [Quorũ, &c.] Recitat ſeueritaté circa ſacrificia, dicés. [Quorum] .ſ. Imperatorũ, aut ſummorũ magiſtratuũ, quẽadmodũ maieſtas amplificabat.i. dilatabat. ſ. ex permiſſione taliũ ornamentorũ, ita conſtringebatur.i. cõprimebatur arctiſſimè abſtinentia.i. per abſtinentiã (ſunt qui addunt

malorum) ſed meliores textus non addunt. [Enim] pro quia, exta hoſtiarum immolatarum ab his. ſ. ſummis magiſtratibus, veniebant. i. vendebantur, delata ad Quæſtores. i. vt vulgo dicit receptores ærarij. i. publicæ pecuniæ, & ita licet honorem vict-mendi habebant, nõ iſi cõmodi. (Textus ferè habent veniebãt, ſed è venco venibant legendũ aſt, dicimus. n. ibã nõ iebam) Et tum. i. ſimul, cultus deorum Immortalium, tunc & continentia hoium inerant ſacrificijs P. R. & hoc Imperatoribus noſtris diſcentibus, apud iſta altaria, q̃. i. quantum ſanctas. i. impollutas ab omni rapina manus, debeœnt habere. [Et tantum]. i. tã multum tribuebatur, continentiæ ſ. à rebus alienis, vt æs alienum. l. debitum multorum. ſ. ciuium Romanorũ, ſit perſolutum à Senatu, quia adminiſtrauerant ſincerè. i. ſine corruptione, prouincias ſcilicet quibus præfuerant. [Nam ipſi arbitrabantur indignum] & deformè ſibi, eorũ dignitatem cullabi domi, quorum opera. i. operatione, & diligentia, viderant authoritatẽ publicã, obtinuiſſe procul. i. in lõginquis oris ſuum ſplendorem, ſ. quorum opera & ſtudio publica authoritas in ſuo fuit ſplendore veteri conſeruata.

DE ORDINE EQVESTRI.

EQVESTRIS verò ordinis iuuentus omnibus annis bis, vrbem ſpectaculo ſui, ſub magnis au
* Lupercalia Ouid. lib. 2. *toribus celebrabat: die * Lupercalium, & Equitum probatione. Lupercalium enim mos à Romulo, & Remo inchoatus eſt tunc, cum lætitia exultantes, q̃ his auus Numitor, Rex Albanorũ, eo loco, vbi educati erant, vrbem condere permiſſerat ſub monte Palatino (hortatu Fauſtuli educatoris ſui) quem Euander Argiuus conſecrauerat: facto ſacrificio cæſiſq; capris, epularum hilaritate, ac vino largiore prouecti, diuiſa paſtorali turba, cincti omnes pellibus immolatarum hoſtiarum, iocantes obuios petiuerunt: cuius hilaritatis memoria annuo circuitu feriarum repetitur. Trabeatos vero equites Idibus Iulij*
* Liu. lib. 9. Plin. de viris illuſtr. *Q. Fabius tranſuehi inſtituit. * Idem Cenſor cũ P. Decio, ſeditionis finiendæ gratia, quia Comitia in humillimi cuiuſq; poteſtatem redacta acceſſerant: omnem forenſem turbam, in quatuor tantummodo Trib. deſcripſit, eaſq; vrbanas appellauit: quo tam ſalubri R. P. facto, vir alioqui bellicis operib. excellẽs, Maximus cognominatus eſt.*

OLIV. EQVESTRIS verò iuuẽtus]. ſ. Equites Rom. qui ex nobilitate iuuenum erant. [Spectaculo] Quia ſe ſpectandos populo præbebant. [Die Lupercalium]. i. die, quo Lupercalia celebrabant. i. dies faſtos in honorem Panis Dei gẽtilium ruſticorum. Lupercalia ludi erãt ſolẽnes inſtituti à Romulo & Remo, ſub Monte Palatino vbi expoſiti fuerũt. Nota eſt hiſtoria quo pacto Romulus & Rem⁹ fratres expoſiti fuerũt ab Amulio, cũ in ſicco vnda illos deſtituiſſet, ex proximis montibus lupa deſcẽdẽs in pueros incidit, & infantib⁹ mãmas adeo mitè p̃buit, vt humanũ ſenſum hẽre videretur: ſuperuenit interea Fauſtulus Regis paſtor, q pueros Laurentiæ vxori ſuæ educandos tradidit. Scimus deinde, cũ adulti facti Numitorẽ auum ſuum occiſo Amulio in regnum reſtituerunt, factum eſt, vt in ipſis
Lupercalia. locis, vbi expoſiti fuerant, Lupercalia exercerentur, qđ ludicrũ ab Euandro antea inſtitutum fuerat: erat aũt vbi eiuſmodi paſtores congregabantur, & pellibus immolatarum ouium, cibo, potuq; repleti, laſciuientes inuicem concurrebant, & ſe mutuis ictibus earum pellium pulſitabant, Lycæum Pana venerantes: Hanc autẽ opinionem induxerãt, vt quæ mulier ſterilis ſe ludentibus obtuliſſet, & eorum ictibus colliſa fuiſſet, fœcunda efficeretur, vñ Iuuẽ. Nec prodeſt agili palmas præbere Luperco. Ouidius Faſtorum ſecundo. Nupta quid expectas, non tu pollentib⁹ herbis, Nec prece, nec magico carmine mater eris. Excipe fœcundæ patiens verbera dextræ, iam ſacer optatum nomẽ habebit aui. Nam fuit illa dies duræ cum ſorte maritæ, Reddebant vteri pignora cara ſui. Lupercales autẽ dicti ſunt à lupis arcendis. hoc. n. ſacrificio exiſtimabant lupos ab ouibus arceri. De Lupercalibus alij alia dicunt: ſunt. n. qui tradunt paſtores nudos, modo pellibus cinctos eiuſmodi ludos celebrare cõſueuiſſe lora manibus gerentes, quibus quoſq; cederent, laruiſq; tectas facies hẽtes: de nuditate varia, & incerta rõ affert. Plutarchus in Antonij vita: Si bſ, inqt erat ſolẽnis Lupercaliũ dies. Cæſar aũt triumphali veſte amictus, in roſtris ſedebat, currentes Luperco inſpecturus, currunt. n. & nobilium iuuenum, & eorum, qui magiſtratum gerunt complures, nudi, atq; cincti, loris albis obuios ferientes. [Equitum ꝓbõne] Luſtrandis Equitibus. i. cum Equites tranſuehebantur, nam vt Liuius docet, Equites ſe Cenſorib. oſtendebant, qđ inſtitutũ primo à Q. Fabio Cenſore, cui Maximo cognomen erat, traditũ, manauit ad poſteros: tranſuehebantur autem Idibus Quintilibus. i. mẽſis Iulij [Fauſtuli] Regij pecoris magiſtri. [Facto ſacrificio]. ſ. Pani Deo ruſticorum: Ludus Lupercal dicebatur ab arcendis lupis, ut dixi, nam ita Pana placari credebant, qui lupos ab ouibus repelleret. [Immolatarum ouium] Quarum pellibus ſe cingebant, partim teneotes maoibus, inter ſe vt diai concurſantes ſe pulſitabant, & erat opinio, vt ſi mulier ſterilis occurriſſet, fœcũda redderetur. [Epularum,] quia epulabantur, & veſcebantur carnibus. [Diuiſa] Quia in duas partes ſe diuidebant, & ita inter ſe concurrebant tanquã pugnantes. [Geſtierunt] Lætitiam geſtu corporibus oſtendebant, nam geſtire proprie eſt habitu corporis lætitiam oſtendere. [Feriarum] Feſtorum, nam feriæ dies feſti dicti ſunt à feriendis victimis. [Circuitu] Circuitus dicitur eo q̃ Sol incipiens ab uno ſigno Zodiaci, cum ad ſignum redierit, annus dicitur exactus. [Trabeatos] Plinius iunior tradit, Q. Fab. Rullum, primum ea ea familia, ob virtutem Maximum cognominatum, inſtituiſſe, vt Equites Rom. Idibus Quintilibus ab æde Honoris equis inſidentes in Capitolium tranſirent: eundem Cenſorem libertinos tribus amouiſſe. Liu. lib. 9. Fabius inquit, concordiæ cã, ſimul ne humillimorum in manu Comitia eſſent, omnem forenſem turbã excretam in quatuor Tribus coniecit, vrbanaſque eas appellauit, adeo quod eã rem acceptam gratis animis ferũt, vt Maximi cognomen, quod tot victorijs nõ pepererat, hac ordinum tẽperatione pararet, ab eodẽ inſtitutum dicitur, vt Equites Idibus Quintilibus tranſueherentur plerũque. [Trabeatos] Trabea veſte indutos, nam trabea veſtis erat, quã honoratus quiſq; ſuper tunicam ſumebat, nunc Prætextam vocãt, q̃ in extremitate purpura hẽbãt circuntextã. [Idẽ cẽſor cum Decio] Quia duo tũ erãt Cẽſores. [Redactæ] Calliditate nobilium. [Forẽſem turbam] Clientulum, libertinorum, & ſcribarum. [Deſcripſit] Diuiſit, & ꝓpriè deſcribi dñt turbæ, vel Turmæ militũ [Vrbana] Ve vocabuli dignitas illos leuaret. [Alioquin] Prætẽr hoc, qđ inſtituit Cenſor. [Bellicis operibus] Nã fuit ille, qui primo Rẽpub. calamitoſo illo Hannibalis tpe afflictã, & propè perditam cunctando reſtituit, vnde etiam Fab. Max. Cunctator vocitatus eſt.

EQueſtris, &c.] Recitat inſtituta antiqua circa ordinem equeſtrem, & è Q. Fab. introducta, dicens. Verò pro ſed, iuuentus. ſ. multitudo iuuenũ, ordinis Equeſtris, q̃ Secundus erat Romæ. Tres. n. erant, Primus patrum, & patriciorũ Secũdus Equitum, & Tertius plebeiorum. Celebrabat omnib⁹ annis vrbem. ſ. Romam, ſpectaculo ſui. i. exhibendo ſe inſpectandam, ſub magnis authoribus. i. illius rei inceptoribus, bis. ſ. die Lupercalium, & Probatione Equitum. i. Equitum luſtratione, q̃ Galli monſtram vocant. Enim, pro quia, mos Lupercalium. i. feſtorum illorum, inchoatus eſt a Romulo & Remo, tunc cũ ipſi exultantes lætitia, q̃ Numitor Rex Albanorum auus ſup. eorũ, permiſerat his. ſ. Romulo & Remo condere vrbem. ſ. Romam, eo loco, vbi fuerant educati, videlicet ſub Monte Palatino, & hoc hortatu Fauſtuli educatoris ſui. ſ. Romuli & Remi; Quẽ. ſ. montem Euander Argiuus. i. Græcus, quia Archas conſecrauerat. ſ. Ioui Enim pro quia, ſacrificio facto, & capris cæſis. i. mactatis, prouecti hilaritate epularum, ac vino largiore, & hoc turba paſtorali diuiſa, omnes. ſ. qui tũc ſub Romulo & Remo aderãt, cincti pellibus hoſtiarum immolatarum, ipſi ſup. iocantes petiuerunt obuios. Cuius hilaritatis memoria repetitur annuo circuitu feriarũ. Verò, pro ſed, Q. Fabius inſtituit Equites [Trabeatos]. i. trabea veſte honorata indutos, tranſuehi. ſ. ante conſpectum populi in Capitolium, Idibus Iulij. i. Quintilis menſis, prius dicti. q̃ à Martio quintus eſſet, vt Auguſtus, qui ſextus eſt. Sextilis. [Idem]. ſ. [Q. Fabius Cenſor]. i. cũm eſſet Cenſor cum Publio Decio, gratia ſeditionis finiendæ, quia Comitia. i. iura eligendi magiſtratus in Comitijs. i. coitionibus. P. R. acceſſerãt. i. aduentarãt, [Redacta] ſcilicet fraude potentiorum in p̃tãtem cuiuſque humillimi id eſt abiectiſſimæ conditionis, excepta ſeruili, vtpote clientulorum & plebeiorum: deſcripſit. i. diuiſit, omnem turbam forenſem. i. in forum conuenire ſolitam, tantummodo in quatuor Tribus: & appellauit eas vrbanas, quo facto tam ſalubri. i. vtili ad ſalutem Reipub ſeu Po. R. ipſe vir excellens, alioquin. i. etiam aliter operibus bellicis clarus cognominatus eſt Maximus.

ASCEN.

DE

DE C. MARIO.

* Sal. in Iugur. Gel. lib. 16.c.10.

LAVDANDA etiam * populi verecundia eſt, qui impigrè ſe laboribus, & periculis militiæ offerendo, dabat operam ne Imperatoribus, Capite cenſos ſacramento rogare eſſet neceſſe, quorũ nimia inopia ſuſpecta erat, ideoq; his publica arma non committebantur. Sed hanc diutina vſurpatione firmatam conſuetudinem C. Marius Capite cenſum legendo militem, abrupit, Cuius alioqui magnificus, ſed nouitatis ſuæ conſcientia, vetuſtati non ſanè propitius, memorq; ſi militaris ignauia humilitatem ſperneret perſeueraret, ſe à maligno virtutum interprete velut Capite cenſum Imperatorem cõpellari poſſe: itaque faſtidioſum delectus genus in exercitibus Romanis obliterandum duxit, ne talis notæ contagio, ad ipſius quoq; gloriæ ſuggillationem penetraret.

OLIV. LAVDANDA] Id etiã pertinet ad maiorum conſuetudinem. [Impigrè ſe lab. off.] dabat operã. Capite cenſi dicebãtur, qui pro ſuo capite tributi nomine æra pẽdebãt, & ſine ſuffragio erant: Nam horũ nihil præter perſonam cenſebatur, quorum n. res cenſebantur, in claſſes conijciebantur, totus P. R. in quinq; claſſes diſtinctus erat, ita vt qui centum millia æris, vel eo plus poſſiderent, primæ claſſis eſſent, ſecundæ claſſis erant, qui intra centum vſq; ad quinque, & ſeptuaginta mil. hũ cenſum haberent, tertiæ vero, qui quinquaginta millũ æris haberent, quartæ ad 25. deſcendebãt cenſum, quintæ, qui vndecim poſſideret, reliqua multitudo quæ citra hunc cẽſum poſſideret, vel proletarij, vel capite cenſi dicebantur. Aul. Gel. li. 16. qui in pleb. Ro. tenuiſſimi, pauperrimiq; erant, neq; amplius q̃ mille quingentum æris in cenſum deferebant, proletarij appellati ſunt, qui vero nullo, aut pene q̃ pauco ære cenſebantur, capite cenſi vocabant, & erant immunes à militia. [Rogare] Quia rogabantur oẽs, vt nomina darent, & in manus, ac verba Imperatoris iurarent, hoc modo: iuratis ne omnes, quocunq; vos duxero me libẽ ſecuturos, nec veſtrum quemq; iniuſſu meo à ſignis diſceſſurum reſpondebant, iuramus. [Quorum nimia inopia ſuſpecta erat] Propter nimiam inopiam non admittebãtur ad militiã, in qua Ro. Imperium ſtabiliri conſueuerat, quia paupertate homines plerumq; ad maleficia compellantur. [Caius M.] Dicit Caium Marium hanc conſuetudinẽ abrupiſſe, vt ex verbis Sal. in Bello Iugurthino legiſ, dicit enim Marius milites ſcribit non ex more maiorum, nec ex claſſibus, ſed vti cuiuſq; libido erat, capite cenſos pleroſq; ad factum alij per inopiã bonorum militum, alij per ambitionem Conſulis memorabant, q̃ ab eo genere celebratus, auctusq, erat, & homini potentiã quærenti egẽtiſſimus quiſq; opportuniſſimus. [Sed nouitatis ſuæ con.] Ideo ad militiam capite cenſos admiſit. Marius contra conſuetudinem, & inſtituta maiorum, quia & ipſe ſibi conſcius erat nouitatis, & inopiæ ſuæ, nam præter virtutem animi, corporisq;, paruas poſſedit diuitias, adeo vt à maligno virtutis interprete capite cenſus appellari potuerit Imperator. Nouũ aũt hominem dñt, qui ab humili ſtatu, ad ſummum dignitatis gradũ aſcendunt, vt Marius, qui ex municipio Arpinati pauper admodum Romam profectus, ſummos honores adeptus eſt. [Vetuſtati non ſanè prop.] Quia inſtitutum aboleri voluit antiquũ. [Militaris igna hu. ſper.] i. ſi milites diuites quidẽ, & opulentos, ſed ignauos, humiles verò, ſed virtute, & robore præditos ſpernere militari contemnere pateretur. [Maligno virtutum interprete.] Malignus virtutũ interpres dicitur, qui virtutẽ hominis æſtimat non per ipſam, ſed per diuitias, ac fortunæ qualitatem. [Ergo maligno] Maleuolo, & iniquo. [Faſtidioſum] Superbum, nam omnis ſuperbia naſcitur ex faſtidio. [Delectus] Genitiui caſus eſt, & eſt delectus, militum electio, vel deſcriptio. [Obliterandum] Abolendum. [Notæ] Infamiæ ipſius Marii. [Contagio] Infectio, pollutio. [Suggillationem] Notationem ignominiæ, ut quo ſigillo capite cenſis infamia notus fuiſſet impreſſa, eandem ſibi imprimeretur.

Capite cẽſi quando primum milit.

Malignus virtutis interpres.

ASCEN. LAudanda, &c.] Affert aliud inſtitutum P. R. circa rẽ militarem, dicens. Verecundia etiam Po. ſ. R. laudanda ſup. eſt etiam, qui. ſ. populus, offerendo ſe impigrè. i. ſtrenuè laboribus, & periculis militiæ, dabat operam, ne neceſſe eſſet Imperatoribus rogare ſacramento. i. iuramento, quod milites tanquam rem ſacram Imperatori præſtabant, cenſos capite. i. pauperes. & abiectos, qui in cenſum, præter caput, parum afferebãt, quorũ. ſ. capite cenſorum nimia inopia erat ſuſpecta, quia qui nihil habeot, quod amittere timeãt domi, non tam viriliter dimicant, & citius pellici poſſunt ſaltem pecunia propoſita vt ad hoſtes tranſeant: aut ſuſpecti, quod potius rapinæ, q̃ rei benè gerendæ intenti forent, ideoq; arma publica non cõmittebantur his. i. huiuſmodi ciuibus. [Sed hanc, &c.] Dicit Marium dictum inſtitutum abrupiſſe hoc ordine. [Sed C. Marius] Abrupit hãc conſuetudinem firmatam diutina vſurpatione. i. longo vſu, legendo militem cenſum capite. i. dum cẽſus fieret, æſtimatum nihil debere in Remp. conferre præter caput: Marius inquã, cuius alioqui. i. quouis alio facto magnificus. [Sed con. ſuæ no.] Id eſt, quia ſe nouit hominem nouum, i. qui prius in familia ſua ad eũ honorem, quẽm adiuerat, vtpote Conſularem, peruenerat, non ſanè. i. non multũ propitius. i. fauens & addictus vetuſtati. i. nobilibus, memorq; ſi ignauia militaris perſeueraret, ſperneret humilitatem. i. abiectionem nouorum hominum, ſe poſſe compellari à maligno interprete virtutum, qui virtutem inuertat, idq; vitio dẽt quod honori dandum ſit, velut. i. tanquam Imperatorem cenſum capite. [Itaque] i. & ita duxit, ſcilicet, vtile. i. indicauit: faſtidioſum. i. ſuperbum, & contentioſum genus delectus. i. eligendi milites de multis, obliterandum. i. delendum in exercitibus Rom. ne contagio talis notæ. ſ. humilitatis capite cenſorum, penetraret quoque. i. etiam ad ſugillationem. i. in detegrationem gloriæ ipſius. ſ. C. Marii.

DE P. RVTILIO, ET C. MALLIO Conſule.

ARMORVM tractandorum meditatio à P. Rutilio Coſ. C. Mallij Collega militibus eſt tradita. Is enim, nullius ante ſe Imperatoris exemplum ſecutus, ex ludo C. Aurelij Scauri Doctoribus gladiatorum accerſitis: vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus ingenerauit. Virtutemq; arti, & artem rurſus virtuti miſcuit, ut illa impetu huius fortior, hæc illius ſcientia cautior fieret.

OLIV. Armorũ ludus. ARMORVM tra. me.] Exercitatio, & præludiũ, dicit à P. Rutilio hanc emanaſſe diſciplinam, ut milites ſimulachra pugnæ quædam inſtituerent, antequam ad verum pugnandi cum hoſtibus certamen accederent: diſcebant autem à magiſtris gladiatorum artem vitandi ictus, atq; inferendi. Legitur de hoc P. Rutilio q̃ cum frater eius Conſulatum impetrare non potuiſſet, dolore perierit. Cice. Tuſc. quarta ęgre tuliſſe P. Rutiliũ fratris repulſam Conſulatus, ſcriptum apud Fabium eſt, ſed tamen triſtiſſe modum videatur, quippe qui ob eam cauſam, e vita exceſſerit. Plin. nat. hiſt. lib. 7. P. Rutilius inquit, morbo leui impeditus nunciata fratris repulſa in Cõſulatus petitione, illico expirauit. [Ex ludo] Scilicet funebri, nã gladiatores exhibebantur ad ludos funebres, qui plerumq; eo vſque certabant vt vel caderet, vel ſanguinem effunderet unus eorum aut ſi victum fateretur, quod ſi accidiſſet, piaculum illud plurimũ Dijs placere arbitrabantur, & ad animarum expiationem plurimum pertinere, dicit ergo tunc à ludis funebribus Caii Aurelii gladiatorum accitos fuiſſe magiſtros, qui iuuentutem Rom. laſciuientem hac arte inſtruerent. [Legibus.] Arte velitum. Nunc narrat quiſnam fuerit inuentor, velitum: ſunt autem velites milites, qui alio nomine rorarij, alij etiam ferentarij appellantur, dicti ſunt autẽ velites à Græco nomine ἀπὸ τοῦ βάλλειν. i. à iaculando, eo quod tela tantum miſſilia ſecum gerãt, quæ iacularentur in hoſtes. Rorarij verõ dicti, eo quod tela in modum roris ſpargerent. Ferentarij, eo quod tela geſtabant, quæ in hoſtem ferri poterant.

ASCEN. ARmorũ, &c.] Recitat aliud inſtitutũ militare, dicẽs. [Meditatio]. i. exercitatio armorũ tractandorũ eſt tradita militibus à P. Rutilio Conſule collega C. Mallij. qui ſimul cum C. Mallio Cõſul fuit. Enim pro quia, is. ſ. Rutilius, nullius. i. nõ vllius, nõ ſecutus exemplum alicuius Imperatoris ante ſe, ingenerauit. i. introduxit legibus. i. per leges à ſe latas, ſubtiliorẽ rõnem vitandi atq; inferendi ictus, vt faciunt gladiatores, quos dimicatores vocant, & hoc Doctoribus. i. magiſtris gladiatorũ accerſitis ex ludo. i. vt dñt ſcola gladiatorũ. [C. Aurelij Scauri. ſ. Lamiſtæ, & miſcuit arti virtutem, & rurſus virtuti artem. i. fecit vt ad virtutẽ priſtinã militum Ro. accederet ars

gladia-

gladiatoria, vt illa.ſ.ars heret fortior, impetu huius.ſ.virtutis, & hæc.ſ.virtus heret cautior, ſcientia.i.per ſcientiam illius.ſ.artis, hic non liceret dicere cautior quam ſcientia, non.enim eſt ablatiuus rei exceſſæ, ſed ſeptimus caſus inſtrumenti intrinſeci.

DE VSU VELITUM

Primo reperto, & Theatro.

* Liuius lib. 26.

*VELITVM vſus * eo bello primum repertus eſt, quo Capuam Fuluius Flaccus Imperator obſedit. Nam, cum equitatui Campanorum crebris excurſationibus equites noſtri quia numero pauciores erant, reſiſtere non poßent, Q. Neuius Centurio è peditibus lectos expediti corporis, breuibus, & incuruis ſeptenis armatos haſtis, paruo tegmine munitos, ueloci ſaltu iungere ſe equitantibus, & rurſus celeri motu dilabi inſtituit, quo facilius equeſtri prælio ſubiecti pedites, viros pariter, atq; equos hoſtium telis inceſſerent. Eaq; nouitas pugnæ vnicum Campanæ perfidiæ debilitauit auxilium: Idcoque authori eius Neuio adhuc honos eſt habitus. Proximus militaribus inſtitutis ad vrbana caſtra, id eſt theatra, gradus faciendus eſt, quoniam hæc quoq; ſæpenumero animoſas acies inſtruxerunt. Excogitata namque cultus Deorum, & hominum delectationis cauſa: non ſine aliquo pacis rubore, voluptatem & religionem ciuili ſanguine, Scenicorum portentorum gratia, maculaverunt: * quæ inchoata quidem ſunt à Meßala, & Caßio Cenſ. Ceterũ authore P. Scipione Naſica omnem apparatum operis eorum ſubiectũ haſtæ, venire placuit. Atq; etiam S.C. cautum eſt, ne quis in vrbe propiùs ne paſſus mille, ſubſellia poſuiſſe, ſedensùe ludos ſpectare vellet, ut ſcilicet remiſſioni animorum iuncta ſtandi virilitas, propria Romanæ gentis nota eßet.*

* Paul. Oro. lib. 4. cap. vi.

Oliv.

CAPVAM] Capua ſecundum Tit. Liu. à Campanorum agrorum fertilitate dicta, alii volunt à Capi Duce denominatã eſſe. Strabo verò à capite dictã planè oſtendit, ꝙ aliarum ciuitatum ſit caput: dicit.n. lib 5. Cum aũt vrbes duodecim populoſæ forent Capuam perinde, ac illarum caput nominarunt. Hæc aũt ciuitas bello Pun. ſecundo a P. R. defecit ad Hannibalem. [Excurſationibus] Qui ſæpe è mœnibus erumpentes incurſabant in Rom. [Expediti] Agiles corpore, quia non admodũ armis onerati erãt. [Breuibus, & incuruis] Vnum ſequitur ex reliquo, nam telum quò breuius eſt, eo etiam rigidius. [Et incuruis haſtis] Significat eas fuiſſe non admodũ craſſas, quæ dũ coruſcarentur, incuruari poſſent. [Paruo tegmine] Breui ſcuto. [Veloci ſaltu] Quia didicerãt milites exercendo ſe agili ſaltu in equos cõiicere, & deinde cũ cœpiſſent hoſtes deſilire: ita primo impetu equites eſſe dicebãtur, ergo ueloci ſaltu quia in clunes equorũ aſcendebant agili ſaltu, & cum ad pugnam peruentum eſſet deſiliebãt, & ita duplici pugna equitatũ hoſtium eludebant. [Delabi] Celeriter deſcendere.ſ. equis. [Inceſſerent] Iaculerẽt. [Eaq; nouitas] Hac nouitate rei deterriti hoſtes, facti ſunt imbecilliores. [Auxilium].ſ. equitatũ. [Campanæ perf.] Quia defecerunt à Rom. [Proximis milit. inſti.] Dicturus de ſpectaculis, ita tranſit, vt non ex abrupto tranſire videatur, vt dicat nõ eſſe diſſonum, quod in theatris fit ab eo, qđ in caſtris fuerit: dicit ergo, diximus de bellis, quæ foris geruntur, nunc dicendum eſt de certaminibus, quæ intra vrbem fiunt, videlicet in theatro. [Militaribus] Nõ.n. multum interest, inter ſpectacula, & militarem diſciplinam. [Gradus] Tranſitus. [Quoniam hęc.] Oſtendit quòd ſimilitudinem habeant ſpectacula cum militari diſciplina, quia videlicet plerumque exorta ſunt bella in theatro pp animorum iracundiam, adeo ut ciuilis ſanguis excitaretur. [Animoſas aci. inſt.] Quia, ut dixi, ciues plerumq; inter ſe dum alii aliis fauent hiſtrionibus, occidebantur. [Excogitata] Inuẽta, quia cauſa ſpectaculorum fuit, ut colerentur Dii, & homines quoq; oblectarentur. [Cultus Deo.] Quia ut paulo poſt dicturus eſt, in honorem Deorum ludi edebantur. [Non ſine aliquo pacis rubore,] Quia reuerentiã diuini cultus in pace retinere debebat hoies, nam in ſummo otio ſpectacula eduntur, In quibus cum rixæ orirentur quodammodo irritabatur. [Voluptatem] Quantum ad hoium delectationẽ. [Religionem] Quantum ad deorum cultum. [Gratia Scenicorum por.] Bene dixit portentorum pp fabulas Poetarum, quæ in Scenis recitabãtur, nam portenta dñr miracula, quę excedunt rerum naturã, & quia hæc in tragędiis narrant, quæ præter conſuetudinẽ ſiunt hominumq; naturã, ideo portenta appellauit, vel certe portentorum.ſ. mimorum, quos portenta appellauit pp perſonas, quas induunt, aut portentorum dixit, quia monſtruoſum quodãmodo videtur, ꝙ ciuis inſurgat contra ciuem ſine cauſa, & tempore pacis. [Authore P. Scipione] Quia in Senatu retulit, & ſecundum ſnſam eius factum eſt Senatuſconſultũ, vt ſub haſta videretur. Aug. de ciu. dei dicit. Cauea theatri Senatum conſtruere molientem, ab ea diſpoſitione, & cupiditate cõpeſcuit. P. Scip. Naſica, perſuaſitq; orõne grauiſſima, ne Græcã luxuriã virilibus patriæ moribus pateretur obrepere. Hoc aũt homine nemo ſuo tempore melior, nemo ſanctior in vrbe fuit: hic ille eſt, qui omnium optimus à Senatu iudicatus dignusq; ductus apud quem Deorum mater, quę publicè à Peſinunte vehebatur, per aliquot dies diuerteret. [Sedens ludos ſpectare] nolebat inquit, ludos ſedendo ſpectari, ſed ſtando, vt ſi ſpectacula ederentur, oẽs ſtantes expectarent, vt ſtando robuſtiores efficerentur. [Remiſſioni ani.] Vt non ſolum in laboribus, & periculis adeundis, ſed etiã dum animi laxamenta quærerentur, virilitatem quandam præſeferent, quia vt Liu. ait Romanum eſt, fortia pati, ergo remiſſioni.i. laxamento.

Remiſſio animorũ.

Aſcan.

VElitum, &c.] Procedit ad alia inſtituta, & inuenta militaria dicens. [Vſus velitum.] i. expeditorum militum, repertus eſt primũ eo bello, quo Fuluius Flac. Imperator obſedit Capuã, vrbem potẽtiſſimam in Campania Italica. [Nam cum equites noſtri].i. Romani quia pauciores erant numero, nõ poſſent reſiſtere equitatus Cãpanorum crebris excurſationibus, id eſt facienti crebras excurſiones. [Q. Neuius Cẽturio] Inſtituit milites ſup. lectos è peditibus, exiſtentes corporis expediti, armatos ſeptenis haſtis.i. ſeptem iaculis ſingulos, breuibus, & incuruis, & munitos paruo tegmine, inſtituit dico iungere ſe veloci ſaltu equitantibus. [Et dilabi] Rurſus motu celeri, quo.i. ideo vt, pedites ſubiecti facilius prælio equeſtri, inceſſerent.i. laceſſerent telis, viros pariter atq; equos hoſtium. Et ea nouitas pugnæ, debilitauit vnicum.i. ſingulare auxilium perfidiæ Cãpanæ, videlicet equitatũ eius. [Ideoq; honos eſt habitus adhuc] Neuio authori eius. Cret. [Proximus, &c.] Tranſitum à caſtris militaribus ad vrbana.ſ. ad theatra, in quibus eſt etiam ſua militia.ſ. exercitatio, recitat antiquorum ſeueritatem in ſpectando, nam ſtantes, non ſedentes ſpectãre permittebantur. Ordo eſt: Gradus.i. paſſus, aut tranſitus proximus inſtitutis militaribus, eſt faciendus ad caſtra vrbana.i. theatra: exponit ꝙ ſint caſtra vrbana, dicens ea eſſe theatra.i. ſpectanda loca. [Quoniã hæc quoque].i. etiã hæc.i. vrbana caſtra, hoc eſt theatra, inſtruxerunt ſępenumero acies animoſas, aut quia viriliter in arena decertabãt, & ex inſpectatione animi tyronum ad cædẽ imbuebantur, aut quia etiã in ſcenicis ſpectaculis, ſæpè ingens eſt animorum, & verborum cõflictatio, aut potiſſimum, (ut ſentit author) quia nõ minore cõtentione digladiantes in arena contendebant, ꝙ in vera acie. [Nãq; theatra ſup. excogitata].i. inuẽta cauſa cultus deorum, vt per ludos ſolẽnes (quem cultum diuus Aug. in lib. de ci. dei, merito irridet, cenſetq; à malignis ſpiritibus excogitatum,) & cã delectationis hoium, vt hoies ſpectando oblectamẽta capiant, macularunt non ſine aliquo rubore pacis (per hoc.n. cognoſcebãt, quod ſine vitio in pace longa viuere neſcirent, vnde Iuu. paci lõgæ omnia luxuriæ mala imputat dicens. Nunc patimur longæ pacis mala, & ſæuior armis luxuria incubuit, victumq; vlciſcitur orbẽ, &c.) macularunt inquã voluptatẽ, & religionẽ, (nã vtriuſq; cauſa introducta dixit) ſanguine ciuili.i. effuſione ſanguinis ciuilis inter ſpectandum, aut certãdum fuſi. grã portẽtorum ſcęnicorum, qa alii aliis fauebãt vſq; ad cõflictũ, q.ſ. theatra, aut portẽta ſcenica, ſunt qdẽ inchoata à Meſſala, & Caſſio Cẽſoribus, ceterũ.i. ſed placuit auctore Pub. Scip. Naſica oẽm apparãtũ operis eorũ, venire.i. vẽdi ſubiectũ haſtæ.i. auctioni, aut diſtractioni publicæ, facta ſub haſta. [Atq; cautũ eſt].i. inhibitũ, & Senatuſcõſulto, ne quis vellet poſuiſſe ſubſellia ad ſedendum, [Sedens ſpectare ludos in vrbe] ve pro vel, propius ſup. vrbem, ſup. vſq; ad mille paſſus, qđ milliare dicitur, vtq;.ſ. virilitas ſtãdi iuncta remiſſioni.i. laxamẽto animorum, eſſet nota propria gentis Rom. nam ſi erant quidem, cum voluptati operam dabant, virilitatis immemores non erant, veriſimile eſt, ipſam, eorum eſſe propriam.

Gradus.

MOS

MOS LVDORVM.

* Liu. 508. tantum ſcribit. li. 34.

*PER quingentos * autem & quinquagintaocto annos Senatus populo mixtus ſpectaculo ludorum interfuit. Sed hunc morem Attilius Seranus, & L. Scribonius Aediles, ludos Matri Deum facietes, ſuperioris Africani ſententiã ſecuti, diſcretis Senatus, & populi locis, ſoluerunt: eaq; res auertit vulgi animũ, & fauorem Scipionis magnopere quaſſauit * Nunc cauſam inſtituẽdorum ludorum ab origine ſua repetam. C. Sulpitio Pꝯtico, & C. Licinio Stolone Cõſ. intoleranda vis ortæ peſtilentiæ: ciuitatem noſtram à bellicoſis operibus reuocatam, domeſtici atq; inteſtini mali cura afflixerat, iamque plus in exquiſito, & nouo cultu religionis, quam in vllo humano conſilio poſitum opis videbatur. Itaq; placandi cœleſtis numinis gratia compoſitis carminibus vacuas aures præbuit ad id tempus Circenſi ſpectaculo contẽta: Primus Romulus, raptis uirginibus Sabinis, Cõſualium nomine celebrauit. Verum, vt eſt mos hominum, paruula initia pertinaci ſtudio proſequendi venerabilibus erga Deos obſequiis iunctus, rudi atq; incompoſito motu corporum, iocabundè geſtus dedit, eaq; res * Ludium ex Hetruria accerſendi cauſam præbuit, cuius decora pernicitas vetuſto ex more Curetum, Lydorumq; (à quibus Hetruſci originem traxerunt) nouitate grata Roman. oculos permulſit. Et quia Ludius apud eos * Hiſtrio appellabatur, Stenico nomen hiſtrionis inditũ eſt. Paulatim deinde ludicra ars ad Satyrarum modos perrexit, à quibus primus omnium poeta Liu. ad fabularum argumenta ſpectantium oculos, & animos tranſtulit. Iſq; ſui operis actor, cum ſæpius à populo reuocatus, vocem obtudiſſet, adhibito pueri, & tibicinis concentu, geſticulationem tacitus peregit. Attilani autem ab Oſcis acciti ſunt, quod genus delectationis Italica ſeueritate temperatum, ideoque vacuum nota eſt, nam neq; tribu mouetur, neq; à militaribus ſtipendijs repellitur. Et quia cęteri ludi ipſis appellationibus vnde trahantur, apparet, non abſurdum videtur ſecularibus initium ſuum, cuius generis minus trita notitia eſt, reddere.*

* Ludorũ origo. Liu. lib. 7.

* Ludij ludionẽ fit. Liu.

* Hiſtrio.

OLIV.

PER quingentos & lviij. ann.] Iam, inquit quingenti & lviij. anni fluxerant, ex quo Senatus cum populo mixtus ludis ſemper interfuit. [Hunc morẽ] Scilicet mixtim & confuſè ſpectandi ludos. [Aediles.] Qui ludos edere ſolebant, à quibus etiam, vt quidam volunt, dicti ſunt. [Matri Deum f.] Faciẽtes ludos, qui in honorem Matris Deum celebrabant, & Megaleſia dicebantur ἀπὸ τῆς μεγάλης à magna & Matre Deũ. Nam ita Gręce dr̃ μεγάλη μήτηρ Magna Mater, de quibus Liu. in bello Macedo. inquit. M. Iunius Brutus ædẽ Magnæ Matris Deum in palatio dedicauit, & ludos ob eam dedicationem factos Megaleſia appellauit, & à μέγα, quod eſt magnum deductum vocabulum. [Diſcreti.] Diuiſi, ſeparati. [Et populi locis.] Quia loca vbi ſederet populus, & vbi Senatus, uoluerũt eſſe diſcreta, & ſeparata, nõ permixta, ſicut ante. Eaq; res, inquit, Scipioni peperit inuidiã, quia id cauſa populi feciſſe, qm̃ dedignaretur vna cum populo ſpectare Senatum. [Auertit animum] Scilicet à fauore Scipionis. [Nunc cauſam inſtituendorum ludorum] Proſequitr̃ narrare Val. quomodo initium ludorũ ſumptum fuerit: quod à Tit. Liu. lib. 7. Decadis ab vrb. cond. prolixè tractatur. [Domeſtici atq; inteſtini mali cura] ab ocio, inquit aliarum rerum otii ſunt, cum tñ peſtilentia vrbẽm inuaſiſſet; nec remedium vllũ inueniri poſſet, niſi Deorum ira placaretur, nam humana ope auerti peſtilentia neutiquam poterat. [Reuocatam] Remotam à bellis externis. [Domeſtici] Quia maior cura à minori alios deterreret, nam maior cura eſt vnicuiq; ſalutis quam aliarum rerum. [Inteſtini] Quod ad ſalutẽ cuiuſq; ptinebat, vt maior illum cura domaret. [Iamq; plus] adeo. n. increuerat peſtilentia, ut humana auxilia nihil ſufficere poſſe videreni, vt ait xilium potius à Dijs, q̃ ab hominibus petendum eſſe videretur. [Nouo cultu religionis] Vt aliqd̃ genus colendorum Deorum exquiſitum inueniretur. [Itaq; placãdi cœleſtis numinis gratia] Ante hac inquit P. R. nullos alios ludos ſpectauerat pterquam Circenſes, qui alio nomine magni, & Romani appellabant: quo genere ſpectaculi ad eã vſq; ętatẽ P. R. contentus fuerat. [Compoſitis carmi.] hymnis, in quibus Deorum laudes cõcinebãtur, hunc morẽ Virg. tetigit, vbi dicit, Dant motus incompoſitos, & carmina dicunt. [Quod primus Rom.] Quod quidẽ ſpectaculũ, qq; ludi, ſunt primũ à Romulo Cõſualia dicti. nã Romulus, cũ equeſtris imago Neptuni in fundamẽtis vrbis reperta fuiſſet, ei ludos quãto potuit apparatu cõſtitui, & populos vicinos ad hos ludos ſpectãdos inuitari iuſſit. Cæteri frequẽtes cõuenere: Sabini etiã paſſim & vxores cum liberis oẽs affluxere, qppe qui propinquiores erant cum benignè hoſpitio ſuſcepti eſſent, nouãq; vrbẽ tã breui opibus viriſq; auctã perluſtrati eſſent, ad ludos cõuenerunt, vbi cum omnes ſpectaculo intenti eſſent, iuuentus Rom. ad virgines rapiendas ex cõpoſito diſcurrit, eas ſibi vxores adiungunt vi, qd̃ aliter obtinere nequierant, nã cum p legationem Romani ad affinitatẽ vicinas vrbes ſæpius inuitaſſent, idque ſp denegatum ſibi fuiſſet, vtpote gẽti nouæ, vi graſſandũ eſſe cẽſuerunt. Romulus igitur poſt raptum Sabinarum imaginẽ illã equeſtrẽ Neptuni Conſum appellauit, & ludos Conſualia, quaſi conſilium Dei, quia poſt inuentã illã imaginem ſubito conſilium cępiſſet rapiendarum virginum per ludorum ſpectaculum. De Cõſualibus tradit Plut. Fama diu vulgata à Romulo, cuiuſdam Dei aram conditam ſub terra inuenſam, eique Deo Conſo nomen indiderunt, ſiue à conſilio, qd̃ cõſiliarius ſoret, ſiue Neptunus equeſtris. Ara eſt in Circo maximo polita, q̃ reliquum tp̃s latet, in equeſtribus autẽ certaminibus aperitur: hæc condita ſub terra eſt, qm̃ conſilium arcanum eſſe oportet: Ludi igitur in honorem huius Dei inſtituti à Romulo Conſualia dicta Dion. Alicarn. de antiquitatibus Romanis: Sacratam, inquit, illam ſolennitatem nunc etiam Romani perficiunt, Conſualia vocantes, in qua etiam ara ſubterranea conſtructa iuxta Circum maximum circumfoſſa terra ſacrificiis, quæ & ingentibus ſolẽnitatibus colitur, curſuq; equorum agitur iunctorum, & non iniunctorum: vocatur autem is Deus cui hæc perficiuntur, Conſos à Romanis, ac propterea ſubterranea coli ara eum dicunt, quod hic Deus terram habeat: ego verò alterum quoque ſermonem audiui, quod hi qdem dies feſti Neptuno agãtur, quodque curſus, & equites huic etiam deo fiant: ara verò poſtea geoio cuidam arcano conſtructa fuerit occultorum conſiliorum Duci, atque cuſtodi. Neptuno. n. interea nec domitori terræ, neq; à Græcis, neq; à Barbaris ara vſquã erigitur veritas autem vbi lateat, difficile eſt dicere [Vt eſt mos ho.] Ita fermẽ conſuetudo eſt, vt omnia tenui principio oriantur. [Venerabilibus verbis.] Carminibus compoſitis in honorem Deorum. [Iocabundè geſtus dedit.] Quia iocos inter ſe iactabant, eaq; res, quia non ſolum carmina canerent, ſed etiam motu corporum geſtus facerent, eã fuit cura Lydia vocarent Hyſtriones. [Ludium Romanum nomen eſt.] Nam Tuſco verbo dr̃ Hiſtrio. [Decora] Venuſta, quidquid ſit, quod decet, dicitur decorum. [Pernicitas] Velocitas, vt pernicibus ignea plantis. Virg. [Curru de perni, vetuſto ex more Curetum.] Curetes populi ſunt Cretæ, qui hoc canendi, ſaltandique genus primi inueniſſe dicuntur ad vſum militiæ, ſiue ad cultum Deorum, ſiue magis ad fabuloſam Iouis originem, nam hæc omnia Strab. lib. 10. innuit circa medium, vbi de Curetibus diuerſas authorum ſnias referens, dubiam eorum ethymologiam his verbis eſſe oſtẽdit, quo fit vt multifariam noſcẽdi nominis rationem, & ethymologiã Curetes habere facile coproſeq; videantur. Credibile ẽt eſt, & armiferã illam ſaltationem ab eis prius introductã, qui circa comã atque ſtolam exercitati fuere, qui Curetes vocarentur, qd̃ quidẽ negocium occaſionẽ illis pbuiſſe crediderim, vt fortiores in re militari cęteris euaderent, & verſatã in armis vitam hẽrẽt. Et paulo inferius armiſona inquit, ſaltatio, militari de more, & Hyperca, & Pyrrieus ipſi inditio ſunt, qui huiuſmodi repertores exercitus pro iuuenibus, ad militarem peritiam fuiſſe perhibentur. Apparet ergo ex his verbis ad vſum militiæ hoc ſaltationis genus fuiſſe repertum: ſed alio loco dixerat, hac armorum agitatione in Deorum ſacris vſos fuiſſe, vbi Deorũ miniſtros illos nominat: tales, inquit, dęmones quoſdam, Deorumue miniſtros Curetas vulgant: deinde ſubiungit: quidã verò res Cretẽſes, ac Phrygias edidere ſacrificijs nõnullis implicitas, partim aliquo pacto cõtentas, vti Iouis infantiam in Creta educati, matriſq; Deorum ceremonias in Phrygia, & in Ide Troianalo-

Diſcretũ.

Cõſualia.

Conſus.

brandas. Quibus ſanè in ſermonibus magna varietas eſt, cū alij eoſdem eſſe Curetas, & Corybantes, & Caberos, & Idæos Dactylos, & Thelchines oſtēdant, alij cognatos inter ſe, & puſillas quaſdam ipſarum differentias inter eos eſſe diſtinguant. In hoc autē vniuerſi tradunt quoſdā ſpiritibus afflatos, & Bacchicos; inq; armorum agitatione tumultuoſi, & cum ſtrepitu, & fragore, cymbaliſq;, & tympanis, & armis, itē et tibijs vociferationibus inter ſacrificandum ſtupefacientes, inq; miniſtrorum habitu publica modo quodam ſacra factitantes. Rurſus ad fabulam Iouis alio loco referent ait. Hos Curetas nominabant adoleſcētes quoſdā armiſonam quandam cum ſaltibus agilitatem edentes, proferentes quandam de Iouis origine ſabulam, &c. nam ipſam ſabulam deinde narrat. Item paulo infra vbi Homeri carmina refert, Cretenſium ētiā rem his adiungit, hoc modo; ſedes Curetum, religioſiq; etiam Iouis genitores vbi tibiæ, vbi ſtriplices criſtæ, vbi Byrſa & Thyrſum orbem hunc mihi Corybātes excogitauērunt. Curetes autem fuiſſe non ſolum in Creta, ſed in Euboea, & Aetolia, & Acarnania idem author cum multis in locis, tum ibi potiſſimum oſtendit, vbi ait. Itaq; eodem inſigni eos nomine Curetas ipſos appellari, qui in Euboea ſunt, quiq; in Aetolia, & in Acarnania hinc eſt quod Luc. dicit lib. 4. Curetas feroces populos in Dalmatia. Quos alit Hadriatico tellus circonfiſa ponto. Apud quos Marc. Ant. fuit à Pompeianis clauſus cum maximo diſcrimine. [Lydorumq;] A quibus Tuſci originem traxerunt: Nam Tuſci dicti ſunt Lydi, qm ex Lydia coloni venerunt in Tuſciam, duce Tyrrheno Atys filio. Strab. li. 5. Tyrrhenos, inquit, Romani Hetruſcos appellant, atq; Tuſcos, Græci vero Tyrrhenos hoc eos nomine nominarunt à Tyrrheno Atys filio, qui ex Lydia colonos hāc in regionem, ſicuti traditur, dimiſit. Atys. n. ex prognatis Her. & Omphales cū ob ſterilitatē, & ſanē populum emittere cogeretur, e duobus filijs ſorte iacta Lydium Lydiæ Regni ſucceſſorē tenuit, Tyrrheno aūt maiorem applicans populū, foras abire iuſſit, hanc ille tandem ingreſſus oram de ſuo vocauit nomine Tyrrheniam, Lydos autem hoc genere ſaltationis vſos eſſe idem authos multis in locis oſtendit. Plautus quoque ſub ſcilicet populi hanc propriam Lydorum eſſe dicit. Plin. vero lib. 5. Lydia, inquit, à quorum Rege Tyrrheni mox à ſacrificiorū ritu lingua Græca, Tuſci ſunt cognominati. De fabula Curetum imbribus deletorum, & ex fonte reſtitutorum, nihil hoc loco vr dicendum. [Scenico.] Miniſtro ſcenæ qui partes aliquas agit ſcenæ. L.i. poeta. De hoc Cic. lib. Tuſc. Serius poeticam nos accepimus annis ferè quadringētis decem & octo poſt Romam conditam, Liu. fabulam dedit. [Fabularum] Reprehenſiones ciuium, falſibus. n. quibuſdam ciues irridebant. [Perrexit] Peruenit. [Satyrarum mo.] Modus dicitur verſuum menſura certa lege diffinita, ergo modus modulationes appellat ſatyrarum. Ex carminibus, quę primo incompoſita agebantur res eo proceſſit, vt Satyræ efficerentur, & Comœdiæ, & Tragœdiæ. [Sui op. actos] Quia cātabat, & cantum motu corporis imitabatur. [Reuocatus.] Cum fuerat adeo populo placebat, vt ſæpius ad principium reuocaretur agendi. Sed cum raucam vocem feciſſet, puerum acciuit, qui caneret voce, & alterum, qui tibia, ipſe vero modos & cantus agere cœpit motu corporis. [Tacitus] Nō narrans quia ante narrabat, & deinde geſtum corporis dabat. [Attellani.] Ludi proprie ſunt Comicorum videlicet in quibus Comœdiæ aguntur in theatro. Attellani erant ludiones, qui ideo ſunt acciti ab Attellis, quia peritiores erant, quam R. Attellæ ciuitas eſt Campanorum, quorū luxuria in huiuſmodi ludis nimia erat: & ideo apud Campanos inhoneſtiſſimi erant, ſed a R. deinde magna ſeueritate correcti. [Ab Oſcis ac.] Oſci dicti ſunt Campani, q in Campania ſerpentes abundent. Var. Oſcorumq; manus Capuenſes exponit. Ser. Nam Oſcus Campana lingua ſignificat ſerpētem, vel ſm alios dicti ſunt Oſci, quaſi obſcœni a quadam cicatrice quam habēt in fronte, quæ reddit eos obſcœnos. Horat. in ſermonibus, At illi fœda cicatrix, ſetoſam leui frontem turpauerat oris Campanum morbum. Sed melior eſt ſuperior expoſitio, Strab. in deſcriptione Cāpaniæ, Oſcos ſeparat à Capuēſib. [Italica ſeuer.] Ideo dicit, quia cū apud Græcos ironicè ciues Athe. Comœdi reprehenderent, cautum eſt lege apud Rom. ne id adeo ſolutē fieret. immo etiam ſenſim res eo proceſſit, vt nulla eiuſmodi virorum reprehenſio contineretur, ſed aliud genus carminis inuentū eſt, quod poſtea Satyricum eſt appellatum. Italica autem ſeuer. ideo dixit, quia vult Italiæ propriam eſſe ſeueritatē ſicut Græcorum fuit eloquentia, & liberalium artium ſtudium Satyra, vt inquit Dion. eſt apud Græcos fabula in qua itē Tragici poetæ non Reges, aut Heroës, ſed Satyros induxerunt ludendi cā, iocandiq; ſimul, vt ſpectatos inter res tragicas ſerias, ſatyrarū quoq; iocis, & luſibus delectaretur, & vt Hor. ſentit. iunx etiam agreſtes ſatyros ornauit. Cic in proœmio Tuſc. quæſt. annis quasi quadringentis poſt Romam conditam Liu. fabulam dedit C. Claudio Cæci filio, & Tuditano Cōſulibus. Idem Dion. Tertia eſt ſpecies fabularum inquit, latinarum, quæ à ciuitate Oſcorū Attella, in qua primum cœptę, Attellanæ dictæ ſunt, argumentis dictisque iocularibus ſimiles Satyricis fabulis Græcis. [Vacuū] Ideo autem non erat ludi genus vituperandum, qm iuuentus Romana inter ſe carmina iactare conſueuit. [Nam neque tribu mouetur.] Oſtendit quare ignominioſum non erat quia. ſ. à tribu non mouebatur, ex quo apparebat non eſſe ſeruile. Nam is dr in tribu eſſe, q ſuffragiū ferre poteſt, omnis enim P. R. per tribus erat atq; centurias diſtributus, qui infamis fuiſſet, tribu mouebatur. [Et quia cæteri.] De alijs ludis minus incertū eſt, undē originem habuerint, nam noīe ſuo facilè comprehendi poteſt. [Ludi Apollinares] qđ in honorē Apollinis fiebant, Circenſes à circuitu, vt ſupra diximus, vel à circum, & enſes. Megaleſia. ἀπὸ τῆς μεγάλης. i. à magna Dea magni, & Romani, eo q in honorem Iouis fierēt, Attellani ab Attelis ciuitate Oſcorum. i. Campaniæ. vnde acciti fuerunt hiſtriones, ſed ſęcularium ludorum origo obſcura vr, non. n. à nomine cognoſci poteſt. [Seculares] Ideo dicti ſunt, q poſt ſæculum ſemel tm hi ludi celebrētur. i. poſt centum annos, nam ſęculum eſt centum annorum ſpatium [Trita] Vſitata, conſueta, tranſlatio eſt ſumpta à veſte, quæ propter longam conſuetudinem teritur.

Tribu moueri.

PEs Quin. &c.] Commendat antiquorum modeſtiam in ſpectandis ludis, eo q Senatores mixti plebeis, ſpectabāt. ſed poſt annos quingentos & lviij. diſcreti ſunt. Ordo eſt. Senatus. i. ordo Senatorius. interfuit ſpectaculo ludorum. ſ. ſcœnicorum, & ſolemnium, mixtus. i. nō diſcretus loco, populo per annos quingentos, & quinquagintaocto. Sed Attilius Seranus, & L. Scribonius ædiles. ſ. curules, ad quos pertinebat ludos inſtruere. [Facientes ludos matri Deum,] Quæ Megaleſia dicebātur, ſecuti ſententiam Africani. ſ. Scipionis, ſuperioris. i. maioris, qui Carthaginem tributariam fecerat, ſoluerunt hunc morem ſ. mixtum ſpectandi, & hoc locis Senatus; & populi diſcretis. [Et ea res] Id eſt diſcretio Senatus, a populo, auertit animum vulgi. ſ. à fauore Scipionis, [& quaſſauit] id eſt labefecit magnopere. i. vehemētes, fauorē Scipionis, Id eſt quo Scipioni prius factum fuerat. [Nunc, &c.] Quia ludorum mentionem fecit, docet à quibus, & quomodo inſtituti ſint, dicens. Ego repetam nunc cām ludorum inſtituendorum. cur primum inſtituti ſint ab origine ſua. C. Sulpitio Pœtico, & C. Licinio Stolone Cōſulibus. i. quo anno ij Conſules erāt; vis. i. vehementia, & copia intoleranda. i. intolerabilis, quia maxima peſtilentia oſtendiſſet erat ciuitatem noſtrā reuocatā ab operibus bellicoſis, cura ſolicitudine mali domeſtici, atque inteſtini, quia in viſceribus ciuitatis graſſantis. [Et iā plus opis] Id eſt auxilij videbat poſitum in exquiſito, & nouo cultu religionis, quām in vllo conſilio humano [Itaque] Id eſt & ita ciuitas ſup. noſtra, præbuit carminibus cōpoſitis gratia numinis. i. Dei cœleſtis placandi, aures vacuas. i. non occupatas alieno ſonitu, vt bellico, aut forenſi, contenta. i. quæ ciuitas fuerat contenta ad id tempus, ſpectaculo Circēſi. i. quod in Circo exhibebatur, nondum. n. theatrum erat, & ſcœnicos ludos non norat quod ſup. ſpectaculum Circenſe, Romulus celebrauit primus nomine Conſualium, virginibus Sabinis raptis. i. quando rapiebat virgines Sabinas, vt R. P. qui tunc virorum duntaxat erat, vxores à vicinis negatas haberet, vt Liu. aptè docet lib. 1. ab vrbe condita. [Verum] Id eſt ſed, vt. i. quemadmodum, ans ſecundum ꝓmos hominum eſt, proſequendi pertinaci ſtudio. ſ. continuādi, & augendi paruula initia: iuuentus. ſ. Romana iocabunda. i. luſitās, dedit obſequia venerabilibus erga Deos. [Geſtus] Id eſt motus, & ſaltationes, rudi atq; incompoſito motu corporis. [Et ea res præbuit cauſam] Id eſt occaſionem accerſendi. i. aduocandi ex Hetrūria, ludium. i. hiſtrionem, qui ludendi peritus eſſet, cuius. ſ. ludij pernicitas. i. agilitas, & velocitas in motu corporis decora. i. honeſta, & ſpecioſa, atque ita plauſibilis, ex vetuſto more Curetū populorum in Creta. Et Lydiorum, à quibus. ſ. Lydis, Hetruſci traxerunt originē, permulſit. i. oblectauit nouitate grata. i. delectabili, quia omnia noua placent, oculos Romanorum. [Et quia ludius] Scilicet lingua R. appellabatur, apud eos. ſ. Tuſcos, hiſtrio; iō ſup. nomē hiſtrionis inditum. i. impoſitum eſt ſcenico. i. hiſtrioni in ſcenis. [Deinde ars ludicra perrexit] Id eſt peruenit paulatim ad modos. i. verſus ſatyrarum à quibus. ſ. modis. Liu. i. Andronicus poeta, tranſtulit primus omnium oculos, & animos

Ac e n s.

ſpectantium

ſpectantium, ad argumenta fabularum, quia primus fabulam egit: vñ addit. [Et is actor]. i. repreſentator, & luſor ſui operis, cum ipſe ſæpius reuocatus à populo. ſ. in Scenam ad agendum, obtudiſſet. i. hebetaſſet vocem ſup. ſuam, ipſe peregit tacitus. i. tacens, geſticulatione ſuâ concentu pueri, & tibicinis adhibito. Aût pro ſed. Attellani. i. Attellanæ fabolæ actores, accitis. i. accerſiti ſunt ab Oſcis populis Campaniæ Italicæ, q̄ genus delectationis. ſ. Attellanæ, temperatum ſup. eſt (quia nimis laſciuũ erat) ſeueritate Italica. [Et ideo vacuum eſt]. i. caret nota. ſ. infamiæ. Nam neq; Actor ſup. Attellanæ fabulę, mouetur tribu, vt qui ludicram artem exercebant, tribu mouebãt, ita vt non haberent in tribu ſua ſuffragia danda, neq; repellitor à ſtipendiis militaribus. [Et quia apparet]. i. manifeſtum eſt vnde ceteri ludi trahantur, ipſis appellationibus. i. nominibus eorum, non videtur abſurdum reddere ſęcularibus ſup. ludis ſuum initium, cuius generis. ſ. ludorum notitia eſt minus trita. i. vulgata.

Theo. HVnc moré] Hoc eſſe factum Val. Antias auctor, eſt ludis Ro. quos fecerũt Aediles Curules, Attilius Seranus, & T. Scribonius Libo, idq; eos feciſſe iuſſu Cenſorum Sex. Aelii Pæti, & C. Cor. Cethegi. Sic. n. Ianus apud Aſcõ. caſtigauit, Antiatis inuerſum nouiſſima clauſula teſtimonium. Sed illud obſeruandum prænomé ædilis Scribonii, in Aſconio T. legi. in Val. L. [Ludos Matri Deum] Valer. Antias & Liu. ait Ludis R. Cic. Megaleſiacie, eius verba ſunt hæc. Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in palatio noſtri maiores, ante templum Matris Magnæ fieri, celebrariq; voluerũt, quibus primum ludis ante populi conceſſum, &c. vñ ſuſpicari licet, eoſdé fuiſſe Ro. & Megaleſiacos ludos, vt in Liu. Ianus admonuit. [Africani ſniam ſecuti] Cic. pro Cor. de maieſtate. P. inquit, Africanus ille qui poſterior dr, non ſolũ à ſapientiſſimis hoibus qui tũ erãt, verum à ſeipſo ſæpe accuſatus eſt, q̄ cũ Cõſul eſſet cũ T. Longo, paſſus eſſet tñ plurima à populari conſeſſu Senatoria ſubſellia ſeparari. Ioca aũt, q̄ poſt aliquot annos habuit de aruſpicũ reſponſo non paſſum eſſe Scipioné, ſed ipſum authoré fuiſſe dãdi eũ locũ Senatoribus haud obſcoré ſigñat, inde Val. ait, Africani ſniam ſecuti. [Superioris Africani] Vetuſti nõ(n) codices hñt poſterioris, & ita legẽdum putabit, quicunq; nõ indiligens eſt hiſtoriæ, tpr̃q;. [Geſtus dedit] Exẽplaria duo reuerẽdæ vetuſtatis, & exploratæ fidei, legunt adiecit. [Liuius] I. io. Andronicus. (vt eſt apud Sueton.) Grãmaticus, & poeta ſemigræcus, vtraq; lingua domi, foriſq; docuit, nihil amplius, quã Græcos interptabat, & ſi qd ipſe latiné cõpoſuiſſet, ꝑlegabat: ob ingenii meritũ, manumiſſus à Liuio Salinatore, cuius erudiebat liberos, olympiade cẽteſima duodequinquageſima: Scriptitãdis, agẽdiſq; in Scena Tragœdiis clarũit, author Hier. in Euſebiñ. [Reuocatus] Nã cũ placeret, iterũ atq; iterũ expoſcente populo prodibat in Scenã, & hoc eſt, quod ait Liu. Ludi Scenici Romani biduum inſtaurati. Similiterq; de cęteris identidé. [Attellani] Attella ciuitas Oſcorum,* mediis inter Neapolim, Capuamq; finibus: vnde Gentile nomé Attellanus. Attellæ numero multitudinis eſſe dr, hodieq; Auerſa, ſuperiora Polyb. Strab. Steph. horumq; teſtimonio Parrhaſius in Liu. [Italica ſeueritate] Quorum propria grauitas eſt hic autbor obſcęni carminis, Cum venies Latio pone ſuperciliũ. Papinius ad vxoré. apud Lyricũ noſtrũ in Sermonibus vel epiſtolis de Neapoli. Quid laudem littus, libertatemque Menandri, Quam Romanus honos, & grata licentia miſcet, quem nodum Ianus. ut multos apud hunc poetã, primus oĩum ſoluit. [Sæculares] Titus Liu. lib. CXXXVI. Ludos inquit, ſęculares Cæſar ingenti apparatu fecit, quos centeſimo quoq; anno (is. n. terminus ſęculi) fieri mos. hæc ille. Sæculares igitur à ſæculo dicti ſunt.

*Hinc male legere Aſconiũ patet, quéadmodũ etiam adnotauit Oliu. qui Oſcis tranſtulit, populis Hæturiæ ĩ antiqs exẽplaribus.

DE QVODAM VALESIO.

CVM ingenti peſtilentia vrbs* antiqua, agrique vaſtarentur, Valeſius vir locuples, ruſtica vita, duobus filiis, & filia ad deſperationem vſq; medicorum laborantibus: aquam calidam iis à foco petens, genibus innixus, Lares familiares, ut puerorum periculum in ipſius caput transferrent, orauit: orta deinde vox eſt, habiturum eos ſaluos, ſi continuo flumine Tyberis deuectos Tarentum portaſſet, ibiq; ex Ditis patris, & Proſerpinæ ara petita aqua calida, quam illi deſiderarent, recreaſſet. Eo prædicto magnopere confuſus, quòd & longa, & perículoſa nauigatio impetrabatur: ſpe tamen dubia præſentem metum vincente, pueros ad ripam Tyberis protinus detulit: habitabat. n. in villa ſua prope vicum Sabinæ regionis* Heretum, ac lintre Hoſtiam petens, noctè concubia ad Marcium campum appulit ſitientibusq; ægris ſuccurrere cupiens, igne in nauigio non ſuppetente, ex gubernatore cognoſcit, haud procul apparere fumum, & ab eo iuſſus egredi* Tarentum (id nomen ei loco eſt) cupidè arrepto calice, aquam flumine hauſtam, eo, vnde fumus erat obortus, iam lætior pertulit: diuinitus dati remedii quaſi veſtigia quædam, in propinquo ſe exiſtimans nactum, inq; ſolo magis fumante, quàm vllas ignis habente reliquias, dum tenacius omen apprehendit, contractis leuibus, & quæ ſors obtulerat, nutrimentis, pertinaci ſpiritu flammam euomuit: calefactamq; aquam pueris bibendam dedit: qua potata, ſalutari quiete ſopiti, diutina vi morbi repente ſunt liberati, patriq; indicauerunt vidiſſe ſe: in ſomniis neſcio à quo Deorum, ſpongia corpora ſua pertergi, & præcipi, vt ad Ditis patris, & Proſerpinæ aram, à qua potio ipſis fuerat allata, furuæ hoſtiæ immolarentur, Lectiſterniaq;, & Ludi nocturni fierent. Is, qui eo loci nullam aram viderat deſiderari credens, vt à ſe conſtrueretur, aram empturus in vrbem perrexit: relictis qui fundamẽtorũ conſtituendorum gratia, terram ad ſolidum foderẽt: Ii domini imperium exequentes, cum ad xx. pedum altitudinem humo egeſta perueniſſent, animaduerterunt aram Diti patri, Proſerpinæq; inſcriptam.* Hoc poſtquã Valeſius nunciante ſeruo accepit, omiſſo emendæ aræ propoſito, hoſtias nigras, quæ antiquitus furuæ dicebantur, Tarenti immolauit, Ludoſq; & lectiſternia, continuis tribus noctibus, quia totidem filii periculo liberati erant, fecit.

* Atque agri vaſ. legunt alii. Pol. c. 58. Miſc.

* Heretũ apud Diony. & Str. ſcibitur.

* Tarentum.

* Ludi ſęculares.

Oliv. CVm ingenti peſtilentia vrbs antiqua, agriq;] Qoia non ſolum ciues, ſed etiam agreſtes peſtilentia implicati corrumpebãtur. Nam ager dicitur omne territorium, vt ager Vicentinus. Veronenſis, &c. Accipitur plerumq; pro fundo, vnde agellus diminutiuum: hoc loco plané territorium ſignificat. [Ad deſperationem.] Quia nullum remedium medici inueniebant cõtra aduerſam valetudiné illã. [Lares] Genii dicuntur naturæ Dei. Lactantius, Hi & Genitorũ nomen aſſumunt, qui Græcé lares, dæmones interpretantur, Orauit ergo, ut tranſportaret eos in caput ipſius, puerorũ morbũ. [Genibus innixus] Autgellum tangit accẽdentis ignem: vel quod verius eſt, quia orationem fecit ad Deos Penates flexis genibus. [Ibique] Ex eo oſtendit quomodo poſſent recuperare valetudiné. [Eo prædicto magnopere confuſus,] Quia videbatur longum iter, ideo quaſi animo perturbatus erat. ſed tantus metus fuit, ut in certam ſpem ſubigeret præſens metus. ſ. mortis filiorum, quia metus mortis filiorum vincebat. [Habitabat] Oſtendit haud procul à villa ſua Tyberim fluxiſſe. [Vicinum Sabinæ regionis] Quã præterlabitur Tyberis. [Heretum] Quia petentibus Tarentum neceſſe eſt ingredi mare Tyrrhenum per Hoſtiam. Nã Hoſtia eſt haud procul ab vrbe vtpote octo millibus paſſuum qua defluit Tyberis in mare. [Lyntre] Flouiali naue. Lynter. n. genus eſt nauiculæ breuis, fluminibus traiiciẽdis aptæ. Virg. Cauat arbore Lyntres. [Nocte concubia] Intempeſta nocte, prima parte ſomni [Ad Martium campũ] Qui tunc extra vrbem, fuit ſicut oſtendit Liu. Dicit. n. Tarquiniorum, ager, qui inter vrbem & Tyberim fuit conſecratus Marti, Martius deinde campus fuit, &c. [Suppetente,] Subminiſtrante, vel ſufficienter exiſtente. [Tarentum] Hoc etiam oſtendit Seruius. Dicit enim partem aliquam Tyberis in vrbe appellari Tarentũ, quod Ouid. quoq; teſtatur in lib. Faſt. vbi inquit, Iamq; ratem monitu ductæ Carmentis ad amnem Egerat, & fuſcis obuius ibat aquis. Fluminis illa latuscui ſunt vada iuncta Tarenti, Aſpicie & ſparſas per loca ſola caſas. Ergo Tyberis in aliqua parte ſui vocatur Tarentum à terendo, q̄ ripas ſcilicet terat, in aliqua veró fretum appellatur à feruore. [Solo magis fumante.] Locus ille fumabat, nec tamen vlla ſigna apparebant exhalantis ignis. [Spongia.] Quaſi omnem morbum hauriret. [Pertergi] i. demulce-

Campus martius.

laborantibus,atris.i.furuis, aut nigris bobus cęſis, apud eãdem aram.ſ.Tarentinam, & hoc votis nuncupatis.i. pronunciatis, conceptis verbis, publicè.i.nomine publico, aut coram multis. [Manibus] ſup.bobus cæſis,Diti.i.Plutoni,& [fœminis].ſ.bob' cæſis Proſerpinæ.i.ad honorem eius,& Lectiſternio, ac lectis fa ctis trinoctio.i.ſpatio trium noctium, obruit aram terra, vt ante,ſ.obruta.i.cooperta erat, quia inferis dicata.

THEO. TRinoctio] Continuis tribus noctibus. Auſonius Grypo ternario. Trina Tarentino celebrata trinoctia ludo.

DE Q. CATVLO.

*Plin.lib. 9.cap.2. RELIGIONEM *ludorum creſcentibus opibus ſecuta lautitia eſt.* * *Eius inſtinctu Q. Catulus Cãpanam imitatus luxuriam, primus ſpectantium conſeſſum velorum vmbraculis texit.*

OLIV. QVINTVS Catulus] Plin.lib.15.primus omnium Catulus linteis in Theatro vmbram fecit, & byſſina,vel primus in Theatrum duxit. [Campanam imitatus luxuriã] Quia ipſi Campani omnium rerum opulẽtia abũdãtes, eiuſmodi apparatibus vtebantur. [Spectantium cõſeſſum] Conſeſſus dicitur extructus locus, vbi ad ſpectaculum populus conſedit. Virg.li.5.Conſeſſus medium tulit extructoque reſedit. Dicitur etiam conſeſſus ſpectantium multitudo,& populus,vt eodem libro.Hic totum caueæ conſeſſum ingentis & ora Prima patrum magnis Salius clamoribus implet. [Vmbraculis] Sicut ſunt aulæa, nam aulæis texit ſcęnam, ſub qua ludi celebrabantur, & quia à ſole defendebant, ideo vmbracula appellauit.

Vmbracula. ASCEN. REligionem] Docet incrementa ludorum ex luxu, & apparatu,dicens.Lautitia,aut lautia.i.lautus apparatus,& magnificentia ludorum, ſecuta eſt religionem ludorũ, qui prius religioſè agebantur: & hoc opibus.i.facultatibus, & diuitiis creſcentibus.Lautitia propriè dr̃ magnificentia conuiuij & elegantia,vnde etiam munditiam dicimus lautitiam qbus in cõuiuijs vti cõſueuerunt & deriuaẽ à lauo lotũ vel lautũ: hic accipiẽ ꝓ magnificẽtia.Q. Catul' imitatus luxuriã Cãpanã .i.qua Campani frui ſolebant, inſtinctu eius.ſ.lautitiæ,ſunt tamen,qui lætitiæ legunt.[Texit primus vmbraculis velorum).ſ. linteorum conſeſſum,id eſt,multitudinem ſimul ſedentium, cũ ſtetiſſent,ſpectantium.i.inſpectantum Ludos.

DE CN. POMPEIO.

CNEVS *Pompeius ante omnes: aquæ per ſemitas decurſu,æſtiuum minuit feruorem.*

OLIV. PER ſemitas decurſu aquæ.] Aquam riuulis deduxit per theatrum.

ASCEN. CNeus Pompeius,] Scilicet Magnus minuit ante omnes .i.primus omnium feruorem æſtiuum, decurſu aquæ per ſemitas.i.aqua in riuulos ſecta, & per theatrum ducta.

THEO. CNeus Pompeius] Is enim manſurum theatrum è quadrato lapide primus Romæ ſtruxit,vt ſcribit Tacitus, anteà ſemper temporarium fuit.

DE CLAVDIO PVLCHRO.

* Plin.lib. 35. cap.4. & lib. 33. cap.3. CLAVDIVS *Pulcher* * *Scenam varietate colorum adumbrauit, vacuis ante pictura tabulis extentam: quam totam argento C. Antonius, auro Petreius,ebore Q. Catulus prætexuit. Verſatilem fecerunt Lucius & Cinna locum: quem argentatis choragijs P. Lentulus Spinther adornauit. Translatũ antea Phœniceis indutum tunicis M. Scaurus exquiſito genere veſtis cultum induxit.* * *Nam gladiatorum munus primũ Romæ datũ eſt in foro Boario. Appio Claudio, Q. Fuluio* COSS. *dederunt M. & Decius filij Bruti funebri memoria patris cineres honorando.*

* Gladiatorũ munus Liu. lib. 16.

OLIV. CLAVDIVS Pulcher] Hic eſt ille Claudius qui primo Punico bello non paſcentibus pullis, & per contemptum religionis mari demerſis, quaſi biberent, qñ eſſe nollent nauali prælio ſuperatus fuit, de quo ſuo loco dicemus. [Ebore] Quod eburnea & ſpecioſior, & ſtabilior eſſet. [Verſatilemq; fecerunt] Duplex erat ſcena, aut verſatilis,aut ductilis: verſatilis cum rota machinis quibuſdam ſubito vertebatur,& aliã,atque aliam picturæ ſpeciem oſtendebat. Ductilis cum hac atq; illac ducta, & iacta rota,omnis pictura nudabatur interior,& ſicut Seruius ait in Georg. Virg.lib.3. exponens carmẽ illud vel Scena, vt uerſis diſcedat frontibus,vtq; purpurea intexti tollũt aulæa Britanni. Apud maiores Theatri gradus tãtum fuerunt. Nã Scęna ex lignis ad tempus fiebat, vnde hodie quoq; permanſit conſuetudo, vt componantur Pegmata.i. gradus à ludorum Theatralium conditoribus. Scena autem fiebat,aut verſatilis, aut ductilis, verſatilis tunc erat, cũ ſubito rota machinis quibuſdam conuertebatur, & aliam picturæ ſpeciem oſtendebat. Ductilis tunc erat cum tractis tabulatis hac atq; illac ſpecies picturæ nudabatur interior. Hoc etiam Varro & Suetonius cõmemorant. Erat autem Scena, teſte Caſſiodoro, pars illa Theatri, Scena. quæ ab vno eius cornu ad aliud ducebaẽ cũ coopertura,& principium habuit à ruſticis, eodem teſte cum ad decãtanda incondita carmina ruſtici ſibi adumbrationes parabant. [Choragijs] Choragia dicuntur inſtrumẽta Scenarum, id eſt apparatus ἀπὸ Choragia τοῦ χόρου, id eſt à multitudine mimorũ,de quibus Virg. Purpurea intexti tollunt aulea Britanni. [Lentulus Spinther.] Quia mimo ſibi perſimili in ſuo Conſulatu videnti cognominatus eſt,fuit autem tempore Cic. vt videre poſſumus in epiſtolis ad Atticum. [Tranſlatam antea Phœniceis] Puniceis, puniceus & Phœniceus idem eſt. Nam ph. plerumque poniẽ pro V. vt φοινικὸν Græci dñt,nos Punicum. [Trãſlatum] Quod inde ſum pſerat colorem,vnde etiam Phœniceus puniceus dr̃. [Nam gladiatorum munus] Dixit de his,qui adornauerunt Scenã. Nunc narrat,qui primum inſtituerunt artem gladiatoriam. [Romæ datum eſt.] Liuius, ſic dicit. Marcus Decius Brutus munus gladiatorum in honorem patris ſui defuncti primus edidit in foro Boario. [Gladiatorum] Ludi funebres appellati ſunt,cum paria gladiatorum, vel duo, vel plura, dabantur, vt cuiuſq; facultas erat. Erãt autẽ gladiatores, vt ſupra diximus, qui ſingulari certamine gladijs inter ſe dimicabãt, donec alter eorũ, vel occideretur, vel ſe victum fateret,& ſi ſanguis ſpargebaẽ, exiſtimabãt inferorum expiationẽ fore. [Foro Boario] Vbi venduntur boues.

ASCEN. CLaudius Pulcher adumbrauit.i.cooperuit Scenam.i.texit vmbraculo locũ in quo fabellæ agebanẽ, varietate colorũ .i. varijs coloribus [Extentã.i.explicatã Scenam antea.i. priuſquam id faceret Claudius, tabulis vacuis.i. carentibus pictura. [Quam].ſ.Scenam Caius Antonius prætexuit.i.incruſtauit,totã argẽto, Petreius prætexuit totam auro. Et Quintus Catulus ꝑtexuit totam ebore. Lucius, & Cinna Cõſules fecerunt locum verſatilem] Id eſt aptum, vt quibuſdã machinis verteretur ad aliam picturæ ſpeciem oſtendendam, quam Publius Lentulus Spinther adornauit choragijs, id eſt inſtrumentis agendarum fabularum, argentatis.i.argento tectis, aut decoratis. Marcus Scaurus induxit exquiſito.i.eleganti, & diligenter quæſito genere veſtis, cultum.ſ. Scenicum, tranſlatum, ſcilicet ab alijs nationibus, & indutum antea tunicis Phœniceis.i. rubicundis. [Nam gla.&c.] Compendioſè tranſit à Scenarum apparatu ad gladiatorum munus, ac ſi dicat: hi quidem Scenam inſtruxerunt.] Nam munus gladiatorum datum eſt Romæ primum in foro Boario, Appio Claudio, & Q. Fuluio Conſulibus, dedarũt ſup.illud Marcus, & Decius filij Bruti honorãdo cineres patris] ſ. ſui, hoc eſt Bruti, memoria funebri. Credebant enim miſeri mortales rem gratam facere inferis,& Manibus prę ſertim, cæſi, ſi à gladiatoribus populo ad ſpectaculum datis ſanguis inter dimicandum funderetur.

THEO. PEtreius] Exemplar antiquum legit Publius Cetaius,aliud Publius Reteius. [Verſatilem,&c.] Codices inter ſe non cõueniunt, in quibuſdã legitur verſatilem fortunę locum choragiis argentatis, P. Lentulus Spinther adornauit, in alijs hunc in modum verſatilem facere locum, quem argentatis,&c. Antiqui ſic, verſalem fecerunt, Lucius & Cinna locũ, quẽ, &c. Satis eſt indicaſſe exemplariorum fidem vacillare. Solertis ingenij ſtudioſus facilè quid vero propius accedat, intelligat. [Foro Boario] Alij forum Boarium dictum malunt ab æreo tauri ſimulacbro, de quo lib. 12. Tacitus igitur à foro Boario, vbi æreũ auri ſimulacrum aſpicimus.

DE ATHLETIS.

ATHLETARVM *certamen à M. Scauri tractum eſt munificentia.*

OLIV. ATHLETARVM Athletæ ſunt, qui lacertis, & brachijs inter ſe luctantur ἀθλητὴς ſermo Græcus eſt.

ASCEN. CErtamen Athletarum] i. pugilum tractum eſt, i. originem ſumpſit à munificentia Marci Scauri.

DE

DE PRIMA STATVA AVRATA In Italia.

* Liu. lib. 40. * Perperã relect Val.

*STATVAM * auratam, nec in vrbe, nec in vlla parte Italiæ quiſquam prius aſpexit, quàm à M. Attilio Glabrione equeſtris, patri poneretur in æde Pietatis: * eã autem ædem P. Cornelio Lentulo, & M. Bebio Tamphilo Coſſ. ipſe dedicauerat, compos voti factus, Rege Antiocho apud Termopylas ſuperato.*

OLIV. STATVAM, &c.] Nam M. Attilius in honorem patris ſui Glabrionis ſtatuam erexit, qui Antiochum regem Philippo iuuante ex Aſia pepulit, idem etiam Aetolos deuicit, & ad honorem victoriarum, quas pater conſecutus erat, nunc pellendo ex Aſia Antiocho, nunc Aetolos ſubigendo, ſtatuam erexit. Nec enim aureæ vnquam ſtatuæ erectæ fuerant his, qui bene rem geſſiſſent. Attilius Glabrio ne quis in errorẽ trahatur. A. Glabr. q' ſuperauit Antioch. [Aede Pietatis] ex voto dedicata, Equeſtrem ſtatuam patri poſuit. [Compos voti,] Quia obtinuerat, quod optauerat: vel certè, quia vouerat ſe ſtatuã illam eſſe facturum, ſi victoriam cõſequeretur aduerſus Antiochũ. [Apud Thermopylas] Thermopylæ ſunt anguſtiæ quædã montis Oetę, vt vult Str. lib. 9. in deſcriptione montis Oetæ, qui Græciam eo pacto diuidit, quo Appenninus Italiam, dicit. n. Hi uero Oetam montẽ poſſidebant: mós ipſe ab oriente, ac Thermopylis in occidentem vſq; in ſinum Ambracium extenditur: Quodam etiã modo per lineas rectas mons iſte montanã ſcindit regionem, à Parnaſſo vſq; ad Pindum, barbariſq; ſuperiacẽtibus, iſtius pars vna vergẽs in Thermopylas Oeta vocatur, lõgitudinis ad ſtadia xxx. aſperitatis, & celſitudinis non mediocris lõge autẽ excelſiſſimus ad Thermopylarũ tractum, ibi. n. cacumẽ attollit, & in rupes acutas proruptas, præcipiteſq́, finitur, paruum, & anguſtum viatoribus à littore Locros petẽtibus, & ex Theſſalia derelinquit trãſitum, ipſum quidẽ trãſitum Pylas. i. portas, & anguſtias vocitant, atq; Termopylas: ſunt. n. ibi ppè thermæ. i. calidæ aquæ magno in honore, & Herculi cõſecratæ. Liu. verò li. 5. de bello Macedonico dicit montem eſſe longiſſimum, qui mediã ita Græciã diuidit, ſicut Appenin⁹ ſuo dorſo ſcindit Italiã.

Thermopile.

ASCEN. STatuam, &c.] Tranſit ad alia inſtituta ſuperioribus non diſſimilia dicens. [Quiſquam nec in vrbe, nec vlla parte Italiæ aſpexit prius ſtatuam auratam]. i. auro incruſtatam, aut tectam, quã ſupple ea poneretur Equeſtris à Marco Attilio Glabrione patri ſuperius. [In æde]. i. ſano. [Pietatis]. ſ. Deæ. [Autem pro ſed, ipſe]. ſ. Marcus Attili. Glabrio, dedicauerat. ſ. Pietati, eam ædẽ. [P. Cornelio, Lẽtulo, & L. Bebio Pamphilo Conſulibus,] factus compos voti, & hoc Antiocho Rege ſuperato apud Thermopylas, id eſt anguſtias illas Montis Oetæ.

DE CN. FLAVIO.

* Lio. lib. 9. ab vrbe cond.

*IVS ciuile * per multa ſæcula inter ſacra, cæremoniaſq́; Deorum immortalium abditum, ſoliſq́; Pontificibus notum, Cn. Flauius libertino patre genitus, & ſcriba, cũ ingenti nobilitatis indignatione, factus Aedilis Curulis, vulgauit: ac Faſtos penè toto foro expoſuit: qui cum ad uiſendũ ægrum Collegam ſuum veniret, neq; à nobilibus, quorum frequentia cubiculum erat cõpletũ, ſedendi loco reciperetur: ſellam Curulem afferri iuſſit, et in ea, honoris pariter, atq; cõtẽptus ſui uindex, cõſedit.*

OLIV. IVs ciuile.] Hoc etiam Liuius narrat ab vrbe condita li. 9. dicens, Cn. Flauius ius ciuile in penetralibus repoſitũ vulgauit: Faſtos in albo poſuit, vt qñ cum populo agi liceret, ſciri poſſet. Gelli. Cn. inquit Flauius patre libertino natus, ſcripturã faciebat, iſq; in eo tpe ædili Curruli apparebat, quo tempore ædiles ſurrogabant, eumq́; pro tribu ædilem Currulẽ renũciarunt: at ædilis, qui Comitia habebat, negat accipere, neq; ſibi placere, qui ſcriptum faceret, eum ædilem fieri. Cn. Flauius Anij filius dr̃ tabulas poſuiſſe, ſcripto ſeſe abdicaſſe, iſq́; ædilis Currulis factus eſt: idẽ Cn. Flau. Anij fili⁹ dr̃ ad Collegã veniſſe viſere ægrotum, & conclaue poſtquam introiuit, adoleſcentes vbi complures nobiles ſedebant, hi contemnentes eum, aſſurgere ei nemo voluit. Cn. Flau. Anij filius ædilis ad id riſiſſe dr̃, ſellãq; Currulẽ iuſſit ſibi afferri, eam in limine appoſuit, ne quis illorum exire poſſet, ut hi hoiẽs inuiti viderẽt ſeſe in ſella. [Ius ciuile,] Quod 12. tabulis cõtinebatur: has conditas ſeruabant Pontifices, cũ cęteris ſacris, in cęremoniis. [Inter ſacra cęremoniaſq́;]. i. in penetralibus, vbi Dij penates celebrabantur, nec iuris ciuilis ſciẽtiã præter Pontifices quiſquam habebat. [Soliſq́;] Quia ſoli põtifices ſeruabant libros. [Libertino patre.] cuius pater aliqñ ſeruierat. [Et ſcriba] Quia ſeruile faciebat officium, nã ſcriptoriã exercebat, quod apud Rom. ſeruile habebat officiũ, quanquam apud nos ne liberale quidẽ dici poſſit, & ex eo quæſtũ ille comparabat. [Indignatione,] Quia indignum videbatur, ut qui ſeruili conditione natus eſſet, ad Currulẽ dignitatẽ proueheretur. [Vulgauit] In apertum expoſuit, vt ab oĩbus cognoſci poſſet. [Faſtos] Faſti libri erant in quibus continebantur dies, quibus cũ populo agi liceret, & quibus non liceret, ſed à priori denominati ſunt. ſ. à fando. Nã dies qbus cũ populo fari licebat, Faſti, qbus vero nõ, Nefaſti dicebant. Cicero pro L. Murena. Faſtos, inquit, vulgus non habebat, erant in magna potentia, qui conſulebantur, à quibus etiam dies tanquam à Chaldeis petebantur, inuentus eſt, ſcrib. Cn. Flau. qui cornicum oculos confixerit, & ſingulis diebus ediſcendos Faſtos populo propoſuerit. Pli. lib. 33. Frequentior autẽ vſus annulorum non ante Cn. Fla. deprehendit. hunc namq́; publicatis diebus feſtis, quos populus à paucis principum quotidie petebat, tãtam gratiã à plebeis adeptus eſt, alioquin libertino patre genitus, & ipſe Appij Cæci ſcriba, cuius hortatu exceperat eos dies conſultando aſſiduè ſagaci ingenio, promulgaueratque, vt ædilis Currulis crearetur cum Q. Antio Prænestino, qui paucis ante diebus hoſtis fuerat, præteritis C. Petilio, & Domitio, quorũ patres Conſules fuerant. [Scriba] fuit enim ſcriba Appij Cæci vt Plin. teſtatur & habetur. ff. de orig. iur. [Toto foro.] Forum ſunt, qui dicãt à Phoroneo Inachi patre dictum eſſe, qui primus conſtituit leges apud Græcos. Eſt autẽ locus cõuẽtui, & exercendis litibus relictus, vbi ciues cõueniunt. Eſt forum quoq; Locus mercati, qđ pro rerum, quæ venduntur qualitatibus nominatur, vt forum boarium in quo boues venduntur, vinarium in quo vinum, frumentarium in quo frumentum, & ſic de ceteris rebus. [Nobilibus] à iuuentute nobiliũ, hoc quoq: Liu. narrat. [Sellam Cur.] Sella Currulis appellat, vel à Curibus ciuitate Sabinorum, qđ hoc genus tractum eſt à Roma. ſicut & toga prætexta vel quod ſellæ illi rotæ ſubiectæ eſſent. vt in quãcunq; partẽ ciuitatis vehi, & impelli poſſet. Nam quia iuriſdictionem habebant & ciuitas magna erat, ideo multis in locis iura dare cogebantur. [Contẽptus ſui.] Quód contẽneretur à nobilitate, eſt. n. genitiui caſus.

Faſti.

ASCEN. IVs ciu. &c.] Paucis recitat iuris ciuilis occultationem ex antiquo inſtituto, & eius publicationem factam ab hoĩe libertino patre nato, quod nõ ſine morſu quodam explicat, quaſi à merè libero hoĩe fieri nõ potuiſſet. Ordo eſt. Cn. Flau. genit⁹ patre libertino. i. libertinæ conditionis, vt qui libertate donatus fuerat. cũ prius ſeruus fuiſſet, & Scriba. ſ. Appij Cæci, factus ædilis. i. cum ædilis eſſet, & ita ædium ſacrarum, & eorum q̃ in eis eſſent curã haberet, vulgauit. i. in vulgi cognitionẽ detulit, eum ingenti indignatione nobilitatis, id eſt nobilium, ius ciuile. i. ciuium R. abditum. i. occultatum p multa ſæcula inter ſacra, & cæremonias Deorum immortalium, & notum. i. cognitũ ſolis Põtificibus, ac ſup. idẽ Cn. Flau. expoſuit. i. legẽdos dedit, toto foro. i. per totum forum. ſ. litium, Faſtos. i. libros continentes faſtos, & nefaſtos. Qui. ſ. dictus Cn. cum veniret ad viſendũ. i. viſitandum, aut videndum collegam ſuum. ſ. coædilẽ, ægrũ i. ægrotantem, neq; reciperetur loco ſedendi, id eſt in quo ſedere poſſet, à nobilibus, quorum frequentia cubiculum. ſ. ægroti erat completum, iuſſit ſellam Currulẽ. i. qua ipſe ædilis Currulis, dũ officio fungebatur, vtebatur, afferri. ſ. in cubiculum, & cõſedit. i. locum cepit, & ſedit in ea exiſtens vindex, id eſt vſurpator honoris ſui, & pariter vindex, id eſt, vltor cõtemptus, id eſt vilipenſionis ſui, id eſt quo, vel qua contemptus fuerat.

SCriba.] Probus Aemilius in Eumene Cardiano apud nos, inquit, reuera (ſicut ſunt) mercenarij ſcribæ exiſtimantur.

DE VENEFICIIS IN VRBE, ET Tibicinum Collegio.

*VENEFICII quæſtio * & moribus, & legibus Romanis ignota, complurium matronarum patefacto ſcelere, orta eſt: quæ cum viros ſuos* *Liu. li. 8.

clandeſtinis

clandeſtinis inſidijs veneno perimerent, vnius ancillæ indicio protracta, pars capitali iudicio damnatæ, centum ſeptuaginta numerum compleuerunt. * *Tibicinum quoque collegium ſolet in foro vulgi oculos in ſe conuertere, cum inter publicas, priuataſq; ferias, actiones perſonis tecto capite, variaq; veſte velatis concentus edit. Inde tracta licentia, quondam vetiti in æde Iouis, quod priſco more factitauerant, veſci: Tibur irati ſe contulerunt, quorũ miniſterio Senatus deſerta ſacra non æquo animo ferens, per legatos à Tiburtinis petijt, vt eos gratia ſua Romanis templis reſtituerent, quos illi in propoſito perſeuerantes, interpoſita feſtæ epulationis ſimulatione mero, ſomnoq; ſopitos, plauſtris in vrbem deuehendos curauerunt: quibus & honos priſtinus reſtitutus, & huiuſce luſus ius eſt datum: perſonarum vſus pudorem circumuentæ temulentiæ cauſam habet.*

* Liu. lib. & Plu. in probl.

O L I V. Veneficij quæſtio quãdo Romæ agi cœpta.

VENEFICII] Liu. quoq; lib. 8. Cum primores inquit ciuitatis ſimilibus morbis eodem ferme omnes euentu morerentur, ancilla quædam ad Q. Fab. Maximum ædilem Curulẽ indicaturam ſe cauſam publicæ peſtis profeſſa eſt, ſi ab eo ſibi fides data eſſet, haud futurum noxæ iudicium. Fabius confeſtim rem ad Conſules, Conſules ad Senatum referunt, conſenſuq; ordinis fides indici data, cum patefactum eſt muliebri fraude ciuitatem premi, matronaſq; ea venena coquere, & ſi ſe ſequi extemplo velint, manifeſto deprehendi poſſe, ſecuti indicem, & coquentes quaſdam medicamenta, & recondita alia inuenerunt, quibus in forum delatis & xx. matronis, apud quas deprehenſa erant per viatorum acciris, duæ ex eis Cornelia, ac Seruilia patriciæ vtraq; gentis, cum medicamenta ſalubria eſſe contenderent ab confutante indice bibere iuſſæ, vt ſe falſum commentas arguerent, ſpatio ad colloquendum ſumpto, commoto populo in conſpectu omnium, rem ad cæteras cũ retuliſſent, haud abnuentibus bibere, epoto medicamento ſuamet ipſæ fraude omnes interierunt: comprehenſæ extemplo earũ comites magnum numerum matronarum indicarunt, ex quibus ad clxx damnatæ, neq; de veneficiis ante eam diem Romæ quæſitum eſt. [Perimerent.] Abſumerent, occiderent, necarent. [Pars iſtarum] Scilicet clxx. fuerunt capitali ſupplicio affectæ propter admiſſum ſcelus, & hæ potiſſimum fuere pauperes, aliarum verò pœna permiſſa fuit earum maritis propter infamiam, & dedecus. [Tibicinum quoq; col.] Liu. Tibicines, inquit, prohibiti a proximis Cenſoribus erant in æde Iouis veſci, quod traditum antiquitus erat: id ægrè paſſi, Tibur vno agmine abierunt, adeo vt nemo in vrbe eſſet, qui ſacrificijs præcineret, eius rei religio tenuit Senatum, legatos vt Tibur miſerit, petẽtes vt darent operam, vt homines Romanis reſtituerentur, Tiburtini benignè polliciti, primum accitos eos in curiam, hortati ſunt, vt reuerterẽtur Rom. Poſtq̃ impelli nequibant cõſilio, haud aborrente ab ingenijs hominũ, aſtu eos aggrediuntur die feſto, alij illos per ſpeciẽ celebrãdarũ cantu epularum, inuitant, & vino, cuius auidum ferme tibicinũ genus eſt, oneratos, ſopiũt: atq; ita in plauſtra vinctos conijciũt, Romam deuehi curãt, nec prius ſenſere, quàm plauſtris in foro relictis, plenos crapulæ eos lux oppreſſit. Tunc concurſus populi factus eſt, impetratoq; vt manerent, datum vt triduum quotannis ornati cum cantu, atq; hac, quæ minimè ſolennis eſt licentia per vrbem vagarentur, reſtitutumq; in æde veſcendi ius iis, qui ſacris præcinerent. De tibicine Ouid. faſt. lib. 6. Cur vagus incedit tota tibicen in vrbe, Quid ſibi perſonę, quid toga lõga volunt. [Oculos in ſe conuertere,] quia vulgus videns tibicines p vrbem incedere perſonatos, in eos oculos conijciebat. [Publicas priuataſq; ferias] Siue publicè, ſiue priuatim ſacrificia fiebãt feriæ antea dicebatur, dies quibus hoſtiæ feriebãtur. [Actiones] Quia agunt ipſi tragœdias, ſiue comœdias tibijs canentes. [Concentus edidit] Cantus concordes, & benè conuenientes inter ſe. Nam concentus eſt, q̃ græci ſymphoniam dicũt. [Priſco more] Id & indignius tulerunt, quia hoc antea frequenter fecerant. [In propoſito:] Videlicet in ſuis inceptis permanentes. [Honor priſtinus:] Vt perſonati per vrbem incederent, & vt in æde Iouis veſci poſſent. [Perſonarum vſus,] Primus perſonarum inuentor, teſte Horat. in poetica, fuit Aeſchylus poeta perſonę pallæq; repertor honeſtę Aeſchylus, & modicis inſtrauit pulpita tignis. Cauſa autem cur vſi fuerint perſonis hæc eſt. ſ. pudor adeptæ temulenciæ. Nam quia ipſis pudori erat ſe temulẽtos fuiſſe in vrbem reuectos, petierunt, vt liceret vti perſonis ad caput tegendum. Hoc etiam Oui. lib. faſt. oſtendit dicens: Callidus, vt poſſit ſpeciem, numerũq; Senatus Fallere, perſonis imperat ora tegi.

Concẽtus Symphonia.

VEneficij quæſtio, &c.] Docet veneficiũ diu Romæ ignotum fuiſſe, ſed tandem omnis vulgatum, & acriter vindicatum, dicens. [Quæſtio,] Id eſt inquiſitio veneficij. i. de veneficio, ignota, & moribus, & legibus R. (Præponit decenter mores, quia ob mores inſtitutæ ſunt leges) orta eſt Romæ ſcelere. i. veneficio compluriũ matronarum patefacto. i. manifeſtato, aut comperto, quę. i. matronæ eum perimerent viros ſuos inſidijs clandeſtinis. i. occultis. [Pars protractæ,] Scilicet in ius, indicio id eſt indicatione & reuelatione vnius ancillæ, damnatæ iudicio capitali. i. quo in caput, hoc eſt vitã earum animaduerſum eſt, compleuerunt num. clxx. ſup. capitum, aut matronarum. [Tibicinum, &c.] Docet antiquum ius tibicinum, & eorum in vrbem reuectionem, dicens. [Collegium quoq; tibicinũ.] Id eſt canentium tibijs, ſolebat conuertere in foro. ſ. rerum venalium oculos vulgi in ſe. [Cum] Id eſt qñ edidit inter publicas, & priuatas ferias. i. vacationes ab opere, & lite, hoc eſt dies feſtos, & inter publicas, & priuatas actiones. ſ. fabularũ, edidit concentus. i. ſimphonias perſonis. ſ. diuerſarum qualitatum ſimulatis, Galli fallaces vultus. i. faulx viſages appellant, qualibus vtũtur, qui etiam ſcænica actione in Flandria quæſtum in priuato faciunt, [Velatis] capite tecto, & veſte varia. Alij legunt velati, vt referatur ad tibicines ſic collegiũ edidit, hoc eſt tibicines ediderũt, capite tecto perſonis, & velati varia veſte. [Inde] Id eſt ea ex re, aut deinde licentia. i. mala, & ad libitum faciendi conſuetudine tracta, vetiti quondam. i. quondam die veſci in æde Iouis, quod. i. quam rem, ipſi factitauerant more priſco. i. veteri inſtituto, irati. ſ. ob eam rem, contulerunt ſe. i. abierunt Tiburtum. i. ad illud oppidum vicinum, quorum. ſ. tibicinum miniſterio. i. officio, aut famulatu. Senatus ferens non æquo. i. iniquo animo, ſacra. i. ſacrificia Deorum eſſe ſup. deſerta. i. deſtituta, & priuata, petiit a. Tyburtinis. i. populo Tiburtino per legatos, vt reſtituerent templis. R. eos. ſ. tibicines gratia ſua. i. qua apud illos valebant. [Quos] Scilicet tibicines perſeuerantes in propoſito. ſ. non redeundi R. illi. ſ. Tyburtini curauerunt deuehẽdos plauſtris. i. vehiculis aut curribus, in vrbem. ſ. Romã, ſopitos. i. obrutos mero, i. puro vino, quod biberũt, & ſomno, & hoc ſimulatione epulationis feſtæ. i. ad diem feſtum interpoſita, quia ſimulauerunt ſibi feſtum eſſe eo die, quo genio indulgerent, & ita mero obrutos in currum coniecerunt, dormienteſq; Romam auehendos curauerũt. [Quibus] Scilicet tibicinibus iam Romam aduectis, & id eſt ſimul, honos priſtinus. ſ. veſcendi in æde Iouis, eſt reſtitutus, & ius huiuſce, id eſt huiuſcemodi luſus, propter cuius licentiam exacti fuerant, eſt datum, id eſt permiſſum eis. [Vſus perſonarum,] Id eſt, vt tibicines perſonis *[illegible]*, cauſam habet pudorem temulentiæ, id eſt q̃ ebrii circumuenti, & impoſiti curribus Romam deuecti fuerint in cauſa fuit vt perſonati incederent: nam pudore ob hoc factum ſuffuſi, vultum tegebant, vnde laruatos tunc Romanos proceſſiſſe tibicines videre licet.

Aſcan.

TIbicinum quoq; collegiũ.] Plut. in quæſtionibus Quid eſt inquit, quod Idibus Ian. permiſſum eſt, vt tibicines muliebri habitu vrbem luſtrent? An propter cauſam, qua dicitur. Magnis. n. vt videtur, fruebantur honoribus, quos illis Numa Pomp propter ſanctitatem, ac Deorum cultum cõtulerat, iis poſtea per Tri. Conſulari poteſtate ſpoliati, vrbe exceſſerunt, quos quomodo vehementer requirerent (nam religione tangebantũ animi, q̃ ſine tibiis rem diuinam facerent) quamprimum reuocandos cenſuerunt, ſed quum accerſiti non paruiſſent, ac Tyburi, quo ſe initio contulerant, manere velle ſe dicerent: Libertus quidam cliẽn magiſtratus adiit, ſeq; eos reducturum pollicitus eſt. Conuiuio igitur lautè & opipare apparato, quaſi rem diuinã feciſſet, tibicines inuitauit. Aderant in conuiuio mulieres, nox inſomnis ducitur, ſaltationibus, ac ludis omnia perſtrepunt. Tũ de repente cum patronum libertus adeſſe diceret, & vehementer perturbatus videretur, hominibus perſuaſit, vt ſtatim currus conſcenderent pellibus circumtectos, ac Tyburi euherentur è veſtigio: hoc autem dolo fiebat: Nam hoc modo cum ignaris illis, & per noctem, ac vinum nihil cernentibus, currus circumduxiſſet, omnes antequam illuxiſſet Romam, præter opinionem reportauit. Erant autem eorum plerique ornatu muliebri, propter comeſſationem, ac vigilias induti. [Sed poſtea quam perſuaſi à magiſtratibus, & planè, recõciliati ſunt, inſtitutum eſt eo die, vt eodem habitu ornati per vrbem incederent. [Actiones.] Antiquorum exemplarium nullum, habet hoc verbum.

DE

DE MODO COMEDENDI Antiquorum.

* Iuuen. Sat. i.
* Frugalitatis alii legunt.
* Pli lib. 28.ca. 8.
* Officiũ vocat Cicero.
* Febris Pli.lib. 2. cap.8.

*FVIT etiam illa * ſimplicitas antiquorum in cibo capiendo humanitatis * ſimul, & cõtinentiæ certiſsima index: Nam maximis viris prandere, & cęnare in propatulo verecundiæ non erat: nec ſanè vllas epulas habebant, quas populi oculis ſubÿcere erubeſcerent: * erant autem adeo continentiæ attenti, vt frequentior apud eos * pultis vſus, quam panis eſſet. Ideoq́; in ſacrificÿs mola, quæ vocabatur, ex farre, & ſale conſtat, exta farre ſparguntur: & pullis, quibus auſpicia petuntur, puls obÿcitur: primitus enim ex libamentis victus ſui, Deos eo efficacius, quo ſimplicius placabant. Et cęteros quidem ad benè faciendum venerabantur; Febrem * autem ad minus nocendum templis colebant, quorum adhuc vnum in palatio, alterum in area Marianorum monimentorum, tertium in ſumma parte vici longi extat. In eaq́ue remedia, quæ corporibus ægrorum adnexa fuerant, deferebantur. Hæc ad humanæ mentis æſtus leniendos cum aliqua vſus ratione excogitata: cęterum ſalubritatem ſuam, induſtriæ certiſsimo, ac fideliſsimo munimento tuebantur, bonæq́; valetudinis eorum, quaſi quædam mater erat frugalitas, inimica luxurioſis epulis, & aliena nimiæ vini abundantiæ, & ab omni immoderato Veneris vſu auerſa.*

OLIV. SIMPLICITAS,] Eſt & bona ſimplicitas, & mala. [Cęnare in propatulo] In publico, in aperto, ante fores ſuæ cuiuſque domus, hinc eſt quod Iuuen. conqueritur de ſuorum temporum moribus, quia à priſca illa viuendi norma declinaſſent, quod videlicet ſuæ ætatis homines maiorum inſtituta mutaſſent propter luxuriam epularum, dicit.n. Quis fercula ſeptem ſecreto cœnauit auus. [Subÿcere erubeſcerent,] Et profectò id ſine rubore facere poterant, cũ epulæ eiuſmodi eſſent, quæ ab omnibus ſpectari poſſent. [Erãt aũt adeo continentiæ,] Adeo inquit perfecta vtebantur continentia, vt frequentius vterentur pultibus, quã pane. [Puls] Genus cibi eſt, quod ea farina, & aqua, mixto ſale, cõficit [Mola,] Ouid. de Faſtis, hoc idem oſtendit dicens. Ante Deos homini, quod conciliare valeret. Far erat, & puri lucida mica ſalis. Plin. lib. 18. nat. hiſt. Pulte autem, inquit, non pane lõgo tempore vixiſſe Romanos manifeſtum eſt, quoniam inde & pulmẽtaria hodie quoq; dicuntur. Et Ennius antiquiſſimus vates, obſidionis famem deſcribens, offa eripuiſſe plorantibus liberis patres commemorat. Et hodie ſacra priſca, atq; natalium pulte fritilla conficiuntur, videturq́, tam puls ignota Græciæ fuiſſe, quam Italiæ polenta, Mola igitur conficiebatur, vt Seru. tradit ex farre orno, & ſale, orno farre.i. eo anno orto: far autẽ eſt genus frumenti grãdioris. [Et pullis.] Nam in cauea pulli ſeruabantur, & cum bellum cum hoſtibus committere vellent, primum auſpicia capiebant obiecta pulte, quam ſi ſumpſiſſent, vt pars in humum caderet, bonũ erat auſpicium, ſi reſpuiſſent, Dÿs non placere dicebant, id bellum ſuſcipi. [Libamentis.] Libare propriè eſt partem, & primitias Dÿs fundere λείβειν Græcè, Latinè ſignificat fundere, quia primam partem libãtes in ignẽ, quaſi primitias fundantes, ſe Dÿs ſacrificare dicebant. [Febrem autem.] Ad aliud tranſit inſtitutum. [Vici longi,] Qui vicus longus appellabatur, [In eaque remedia.] Ea remedia quibus valetudinem priſtinam recuperaſſent ægroti in templa Febris deferebant; ſicut apud nos ſyngraphi, quibus ad febrem depellendã hoĩes vtuntur, à nonnullis recuperata valetudine, ad templa deferuntur, ab alÿs verò incenduntur. [Annexa] Sicut eiuſmodi ſyngraphi à noſtris, ita ab illis ſortes, quibus liberati eſſent in tẽplis, ſuſpendebant. [Hæc ad humanę mẽtis] Ad mẽtis quidẽ ſanitatẽ diuinum quærebatur auxilium, quantum verò ad ſalubritatẽ corporis ptinebat, eã frugalitate, & parſimonia hoĩes tuebãtur. [Mẽtis æſtus] Quia ſunt & corporis æſtus, videlicet cum ægritudine laborat. [Leniendos].i. ſedãdos. Sed quomodo dicit mẽtis ęſtus leniri, cum iã ea remedia corporibus annexa fuiſſe dixeris, non poteſt fieri quin mẽs per ægritudinem corporis aliquantulum, & ipſa laboret. [Vſus ratio.] Vtilitatis enim aliqua ratione, ideo dixit aliqua, quia eſt alia certior ratio valitudinis ſeruandæ. [Excogitata.] Inuẽta. [Induſtriæ certiſſimo &c.] Induſtria.i. doctrina, ſtudium, vigilantia ab indulgere, id eſt operã dare ſtudioſè. Dr̃ & induſtria aſſiduitas, cura, labor, peruicacia, inſtantia. Induſtria eſt frequens exercitium circa rem honeſtã. induſtrioſus, ſtudioſus, efficax. [Bonęq; va.] Quia & eſt mala, Nam valetudo medium eſt vocabulum, quod in vtràque partem accipitur. [Mater erat frugalitas.] Nam ex frugalitate naſcitur bona valetudo, frugalitas media eſt inter prodigalitatẽ, & auaritiã, cum nec nimis parcè rebus vtimur, nec nimis luxurioſè. Eſt igitur moderata parſimonia cibi & potus, inimica luxurioſis epulis, ſicut ea epulis luxurioſis morbus medicorum ſententia inducit, ita frugalitate bona valetudo cõſeruat. [Veneris vſu,] quia ab vtroq; incendit libido. Nã vt inquit, Terent. Sine Cerere, & Baccho friget Venus. Vitabant igit maiores crapulam, vt tuerentur ſalubritatem, vitabant vinum, ne inciderent in dementiam, vitabant luxuriam, vt ſeruarent caſtitatem. Frugalitas.

FVit etiam, &c. Proſequitur antiquorum inſtitutum in comedendo, dicens. Illa etiam ſimplicitas antiquorum in capiendo cibo, fuit ſup. olim, index certiſſima humanitatis.i. benignitatis, & continentiæ.ſ. à luxu. [Nã prandere, & cęnare, ergo prandia tunc quoq. nota erant, [In propatulo,] id eſt patẽti loco, non erat verecundiæ viris maximis. [Nec habebãt ſanè] Id eſt omnino vllas epulas, quas erubeſcerent, ſubÿcere oculis populi.i. omnium conſpectui exponere. [Et ſup. priſci illi, erant adeo,] Id eſt vſq; adeo attenti continentiæ.ſ. à luxu, & illicito vſu rerum remoti, vt vſus pultis.i. cibus vulgaris cõfectus ex farina, & aqua, aut lacte, eſſet frequẽtior apud eos, quam panis, qui ſolidior eſt cibus. Ideoq́;.i. & ob id ſup. res, quæ vocabat mola in ſacrificiis, vtpote, ſine qua ſecũdum Seru. nulla fiebant ſacra, conſtat.i. cõficitur, ex farre, & ſale, & aqua. [Exta].ſ. hoſtiarum, vnde futura inquiruntur, & ſparguntur farre, ex quo puls confici ſolet, & puls obiicitur, vt veſcantur pulli, quibus.i. per quos auſpicia petuntur.ſ. à Dÿs per augures. Eoim pro qa, priſci ſup. Romani, placabant Deos primitus, ex libamentis.i. oblationibus ſui victus.i. eius quo veſcebantur, videlicet farris cum ſale, & aqua, eo.i. tãto efficacius, quo ſimplicius. [Et qdem] Id eſt certè, ipſi venerabant cęteros,.i. Deos, & Deas, ad bñfaciẽdũ.i. vt bñfacerent: Autem pro ſed. [Ipſi colebant Febrem] Scilicet Deam, ad minus nocẽdum.i. vt minus noceret; tẽplis.ſ. tribus numero, quorum.ſ. templorum Febris, vnum extat adhuc in palatio, alterum.ſ. tm̃, extat adhuc in area.i. ſpatiolo monumentorum Marianorum.i. quæ à Marÿs illic ſtructa erant: tertium ſup. templũ Febris extat in ſumma parte Vici longi. (Quod dicit extat adhuc.i. nondum periÿt, intellige, tempore quo hæc ſcripſerit) & remedia, quæ fuerunt annexa corporibus ægrorum.i. laborantiũ febri, deferebantur in ea.ſ. templa febris, poſt ſanitatẽ receptã, aut naturæ, aut Dei veri, nõ febris (vt credebant) beneficio, aut dæmoniorum vexare deſinentiũ calliditate, hæc.ſ. remedia, quæ corporibus annexa erant, excogitata ſup. erant.i. inuenta cum aliqua ratione vſus, ad æſtus humanæ mentis, qui phreneticis ſæpè excitant leniendos.i. ſedandos. Cęterum.i. ſed priſci ſup. Romani tuebãtur.i. protegebant ſalubritatem ſuam.i. ſuorum corporum ſoſpitatem, certiſſimo, ac fideliſſimo munimento induſtriæ ſup. ſuæ, & frugalitas.i. ſobrietas, erat quaſi mater quædam bonæ valetudinis.i. ſoſpitatis eorum, frugalitas inquam inimica epulis luxurioſis, & aliena nimiæ abundantiæ vini, & auerſa ab omni immoderato vſu Veneris, id eſt coitus non legitimi. ASCEN.

VIci Longi.] Vicus longus vrbis, decima quarta regione trãſtiberini redditur à P. Victore. THEO.

EXTERNA.

DE CIVITATE SPARTANA.

* Cic. pro Flacco.
* Iones.

*IDEM ſenſit proxima * maiorum noſtrorum grauitati, Spartana Ciuitas, quæ ſeueriſſimis Lycurgi legibus obtemperans, aliquãdiu ciuium ſuorum oculos à contemplanda Aſia retraxit: ne illecebris eius capti, ad delicatius vitæ genus prolaberentur. Audierant enim lautitiam inde, & immodicos ſumptus, & omnia non neceſſaria voluptatis genera fluxiſſe; primoſque * Ionas vnguenti, coronarumque in conuiuio dandarum, & ſecundæ menſæ ponendæ conſuetudinem, haud parua*

luxuria

luxuriæ irritamenta reperiſſe, ac minimè mirum eſt, quod homines labore, ac patientia gaudentes, tenaciſſimos patriæ neruos, externarum delitiarum contagione ſolui, & hebetari noluerunt: cum aliquanto faciliorem virtutis ad luxuriam, quam luxuriæ ad virtutem tranſitum viderent.

Oliv. IDem ſenſit] Tráſit ad externa [Proxima] ꝓpinqua, & quaſi conformis grauitati Romanorũ Spartana ciuitas Lacedæmõ vocata. Dicta autẽ Sparta poſtq̃ maioris iuuentutis parte, lõgo & graui bello cõſumpta, permiſſum fuit mulieribus, vt cum quibuſcunq; vellent ſine diſcrimine concumberent, vnde qui nati ſunt, partheniæ quoq; appellati ſunt, quaſi virginales, dicit ergo Spartianos conſimilẽ Romanis habere grauitatem, vult. n primas partes continentiæ Romanos tenuiſſe. Romanis deinde Spartanos ſecundos fuiſſe, adeo Spartani luxuriæ contẽptores, & laboribus patientes fuere, vt etiam virginibus eorũ teſte Cic. lib. 2. Tuſ. q̃ſt. magis paleſtricus puluis, venaticus labor, & militia in ſtudiis fuerit, quàm fertilitas filiorum, vnde & uarium habitũ ab aliis virginibus ferre cõſueuerant, dicẽte Virg. Virginis os habitumq; gerẽs, & virginis arma Spartanæ. [Aliquamdiu] Per. D C C. annos, & amplius ſe ab Aſia abſtinuerũt, continenter uiuentes legibus nunquam mutatis. Cic. in oratione P. L. Flacco. Lacedæmonij inquit, ſoli, toto orbe terrarum ſeptingentos annos amplius vnis moribus, & nunquam mutatis legibus vixerunt. Poſſet hæc quæſtio quodammodo exoriri, cur non exempla Athenienſium, Lacedæmoniorum proponat exemplis, cum ſapientia virtuti bellicæ videat anteponenda? Reſpondet, quia Lacedæmon conformis eſt Romæ in uirtute bellica, ideo præpoſuit Athenis. [Voluptatis] Ergo diffinit eſſe quandam voluptatem, hominibus conceſſam. [Primosq; Ionas] Aut erant Ionas, qui & ipſi pars Aſiæ eſſe creduntur, ſunt certe in extremitate memoris Aſiæ. hos primum inueniſſe, vt coronati epularentur, hos etiam ſecundas menſas inſtituiſſe, cum antea vna tantum menſa vterentur dicit. [Ionas] Sunt vt dixi ſecundum quoſdam pars Aſiæ, qui t͂n & ipſi Græcam habent linguam, nam Ionica lingua vna eſt ex quinq; Græcis, ſed magis eſt regio Græca poſita, teſte Pomp. inter Cariam, & Aeoliam, & Iones primi fuerunt, qui legatos Cyro miſerunt, vt in fidem, amicitiamq; ſuam vellet eos accipere, qui vrbanẽ ſatis, & facetè legatis dicitur reſpondiſſe: nam Aeſopi fabulã illis expoſuit, quærens nunquid audiuiſſent piſcatorem quendã ad littora maris veniſſe, qui ſuauiter canens piſces conuocare ſtudebat, q cũ aliquamdiu cecinisset, nec piſces cantu mouerentur, indignatus retia iecit, quibus implicitos piſces cum ad littora traxiſſet, & ſuper herbam expoſuiſſet, illi ſaltare quamprimum cœperunt, tũ piſcator deſinite inquit contumaces ſaltare, nam cum canerẽ id facere noluiſtis, nunc verò cum nolim, ſaltatis. Ita vos cum ſocietatẽ meam vltrò eam me vobis offerente habere potuiſtis, eam quodammodo reſpuiſtis, nunc verò cum petitis, conſequi non poteritis. [Secundæ men.] ſ. pomorum, & aliorum eiuſmodi fructuum, nam ſecũdam menſam Poma eſſe etiam Virg. oſtẽdit cum dicit. [Et Menſæ grata ſecundæ] Cũ de pomis loqueretur. [Ac minimè mirum eſt, quòd] Collaudat hoc propoſitum Spartanorum, quòd noluerint ciues ſuos Aſiam frequentare, ꝗ facilior eſſet tranſitus à virtute ad vitia. [Tenaciſſimos,] Robuſtiſſimos propter ſeueram, ac triſtem viuendi rationẽ. [Neruos] Robur. [Hebetari] Obtundi, effœminari.

Ascen. IDem ſenſit] Aptè, vtpote à conſimilibus moribus ducto ſtilo orationis, progreditur ad inſtituta externa, & primo Lacedæmoniorum, dicens [Ciuitas Spartana] i. Lacedæmon proxima grauitati maiorum noſtrorum (immo in multis præcedens) ſenſit idem ſ. de frugalitate, quod Roma. Quæ ſ. ciuitas Spartana, obtemperans. i. obediens ſeueriſſimis legibus Lycurgi retraxit aliquamdiu. i. per aliquot annos, oculos ſuorum ciuium, à contemplanda Aſia. i. arcuit à contemplatione luxuriæ quæ in Aſia tunc erat, ne. ſ. ciues ſui capti illecebris eius. ſ. Aſiæ, prolaberentur ad genus vitę delicatius. ſ. quàm prius vſi fuerãt. Enim pro quia, ipſi Spartani, ſeu Lacedæmonii, audierant lautitiam. i. exquiſitum apparatum in victu, & immodicos i. magnos ſumpt⁹, & omnia genera voluptatis, nõ neceſſaria. i. ſuperflua, fluxiſſe, inde. i. ex Aſia. [Et audierant Ionas]. i. populos Ionię: eſt autem accuſatiuus pluralis tertiæ, à nominatiuo Iones, & vox triſyllaba, reperiſſe primos conſuetudinem vnguenti, & coronarum dandarum in conuiuo, & ſecundæ menſæ, quæ pomorũ erant, ponendæ, ſcilicet in cõuiuio, appoſitorie haud parua. i. quæ res ſunt non parua, ſed maxima irritamenta luxuriæ. [Ac minimè]. i. nullo modo mirum eſt, quòd homines, vt erant Spartani, gaudentes labore, ac patientia, noluerunt neruos tenaciſſimos patriæ. i. per quos patria maximè conſeruabatur, vtpote laborem & patientiam, ſobrietatemq;, ſolui, & hebetari. obtuſos fieri, contagione. i. turpi communicatione delitiarum externarum, cum viderent tranſitum virtutis ad luxuriam faciliorem ſupp. eſſe aliquanto, quàm luxuriæ ad virtutem, quam rem fecit amiſſio iuſtitiæ originalis, illis quidem ignota, tanquã cauſa, ſed in effectu notiſſima.

DE PAVSANIA.

*QVOD eos * non fruſtra timuiſſe, Dux ipſorum Pauſanias patefecit, qui maximis operibus editis, vt primum ſe Aſiæ moribus permiſit: fortitudinem ſuam effeminato eius cultu, mollire non erubuit.*

* Thuc. lib. 1. Frobus in vita.

Oliv. QVOD eos, &c.] Corroborat exemplo hanc opinionem. Nam Pauſanias cum multas, magnaſque res geſſiſſet, vbi ſe moribus Aſiaticis dedit, ita corruptus eſt, ut conſilia prodendæ patriæ cum rege Perſarum iniret. Hic Pauſanias cum aduerſus Xerſeo Perſarum Regem opulentiſſimum miſſus, multas, atq; præclaras inde victorias retuliſſet, & plurimum incrementi Lacedæmoniorum adieciſſet Imperio, ſenſim vitam ſuam in mores Aſiaticos labi permiſit, deinde eo vſque proceſſit res, ut cum Xerſe ita conueniret, ſe illi Imperium Lacedæmoniorum proditurum eſſe, ſi filiam ſibi in matrimonium dediſſet, id uulgatum cum Lacedæmones reſciſſent, Pauſaniam exilio mulctarunt, vel vt alii dicũt, Accuſatus ab Argilao adoleſcẽte, quo abutebatur, turpem mortẽ ſubire coactus eſt. [Maximis operi. edi.] qa Mardonium Satrapam natione Medũ, & Perſarũ Regis generum manu fortem, & conſilii plenum cum ducẽtis millibus peditum, & xx. equitũ haud ita magna manu apud Plateam vicit. [Mollire] Mollẽ facere, & effœminatã reddere.

Ascen. QVod eos, &c.] Perpetuo ſtilo rem proſequitur dicens. Quod. ſ. neruos tenaciſſimos patriæ ſolui contagione delitiarum Pauſanias Dux ipſorum. ſ. Lacedæmoniorũ patefecit: eos. ſ. Lacedæmonios timuiſſe, non fruſtra. i. non ſine cauſa, qui. ſ. Pauſanias, maximis operibus editis. i. poſtquam maxima opera ediderat & confecerat, vt primum. i. tam cito permiſit ſe moribus Aſiæ, non erubuit emollire, id eſt mollem facere, fortitudinem ſuam cultu eius, videlicet Aſiæ effœminato. i. in fœmininam molliciem deducto.

DE CIVITATE IPSA.

*EIVSDEM Ciuitatis * exercitus non ante ad dimicandum deſcendere ſolebat, quàm tibiæ concentu, & Anapeſti pedis modulo cohortationis calorem animo traxiſſet, vegeto, & crebro ictus ſono ſtrenuè hoſtem inuadere admonito. * Idem ad diſſimulandum, & occultandum vulnerum ſuorum cruorem, Puniceis tunicis in prælio vtebatur, non vt ipſi aſpectus earum terrorem, ſed ne hoſtibus fiduciæ aliquid afferret.*

* Thuc. lib. 5. & Cęl. li. 5. ca. 11. ſed paulò aliter.

* Plut. in Lacedęmon. inſtitutis.

Oliv. ANAPAESTI pedis modulo.] Anapeſtus pes eſt, qui primas duas ſyllabas breues habet, vltimam longam, per huius ergo pedis modulationem volebant intelligi primo concurſu celeriter, & impetuoſè cum hoſte pugnandum eſſe, vt ſi quo modo poſſent primo conflictu conficerent hoſtẽ, quod ſi hoſtem prima acie profligare nequirent, firmius, & preſſo pede pugnandum Nec prius moueri oportere, quàm hoſtem confeciſſent. Aulus Gellius dicit Lacedæmones non carmine tibiarum, & cantu, & ſignis, ſed tibicinum modulis in prælius utebantur. [Vegeto] Strenuo, & forti ac robuſto quantum ad vltimam ſyllabam, crebro quantum ad duas primas ſyllabas, quæ breues ſunt. [Non quód ipſi,] Non quod terrorem ſanguis afferret, nam aſſuetus erat pati, & fortia ferre exercitus.

Ascen. EIuſdem, &c.] Ordo eſt. Exercitus eiuſdem ciuitatis, uidelicet Spartanæ, ſolebat nõ deſcendere ad dimicandum, id eſt non inire periculum dimicandi, ante i. prius quàm traxiſſet animo calorem cohortationis, concentu tibiæ [Et

moduloipedis anapæſti,[Qui ex duabus,breuibus & longa conſtans,ineundi prœlii formam indicant:admoniti vegeto.i.viuaci,& vigoroſo ſono ictus. ſ. indicati per Anapæſtum in vltima ſyllaba,& crebro ſono ictus quantum ad duas priores ſyllabas pedis indicati celeriter iouadendum eſſe. Inuadere hoſtem ſtrenuè.i.acriter,ita vt ſubita ſit inuaſio, & conſtãs pugna. [Idem] Scilicet exercitus Lacedæmoniorũ vtebaſ in prælio tunicis puniceis.i.rubicundis ad occultandũ cruorẽ vulnerum ſuorũ,non ſup.id faciebat,quòd.i.quia aſpectus earum.ſ. tunicarũ ſanguinolentarum,afferrat ipſi.ſ. exercitui Lacedæmoniorũ terrorem (Quia puſillanimes, quales non erant Lacedæmonii,ſtatim viſo ſanguine ſuo labaſcunt animo) ſed ne aſpectus earum tunicarũ cruẽtatarũ afferret hoſtibus aliquid fiduciæ:qñ enim vulneratus quis conſpicitur, eum non diu pugnaturum confiditur.

DE ATHENIENSIBVS.

* Iſoc. in Areopag.

*EGREGIOS * virtutis bellicæ ſpiritus Lacedæmoniorum, prudentiſsimi pacis moribus Athenienſes ſubſequuntur, apud quos inertia è latebris ſuis languore marcens,in forum perinde ac delictum aliquod protrahitur,fitq; vt facinoroſæ,ita erubeſcendę rea culpa.*

Stob. ſer. 45.

OLIV. EGREGIOS virtutis bellicæ ſpiritus Lacedæmoniorum,[Quemadmodum illi in bello præſtantes fuerunt, ita Athenienſes in pace. Plato in Timæo hanc ciuitatem cõmendans dicit. Fuit olim Athenienſium ciuitas longe cæteris præſtans morum bonitate, ac potentia virium, bello, & pace memorãda. Hæc ille. Apud quos inertia,non aliter inquit apud Athenienſes inertes homines puniuntur,'ac ſi delictum aliquod perpetraſſent,eſt autem iners,qui ſine arte,hoc eſt ſua exercitio viuit,nulli.ſ.ſe honeſto ſtudio applicans,& poſuit inertiam pro homine inerti abrem pro homine. [E latebris ſuis,] Quia per otium in occulto uitam agunt: Nam proprium inertis eſt in otio,& in tenebris deliteſcere. Languore,torpore,& otio quod inducit languorem. Perinde ac delictum,tanquam homo delicto obnoxius eſſet, in forum iudiciale protrahitur,vt puniatur.

ASCEN. EGregio,&c.] Tranſit ad mores Ath.quos dicit in pace excelluiſſe,vt Lacedæmonios in bello. Ordo eſt. Athen.prudentiſſimi moribus pacis. i.in pace ſeruandis, ſubſequuntur (quaſi minor ſit virtus in pace, quam in bello gerendo,) egregios ſpiritus virtutis bellicæ Lacedæmoniorum,apud quos .ſ. Athen.inertia.i.ignauia,& vita ſine arte, & induſtria marceſcẽs.i.putreſcens languore.i.torpore,in latebris ſuis.i.ganeis,popinis, & aliis locis illecebroſis, & propterea occultis,protrahiſ in forum.i.iuridicè reprehenditur,& dijudicatur, deinde.i.parter,ac.i.ſicut aliquod delictum,& ipſa inertia fit rea, i. accuſatur culpæ,vt facinoroſæ,ita erubeſcendę,hoc eſt apud Athenięſes deſides & inertes, hoc eſt nihil boni tempore pacis agentes, ita puniebantur,& condẽmnabantur,vt facinoroſi.

DE AREOPAGO.

* Iſoc. in Areopa.

*EIVSDEM * vrbis & ſanctiſsimum conſilium Areopagus,quid quiſq; Athenienſium ageret, aut quonam quæſtu ſuſtentaretur, diligentiſsimè inquirere ſolebat,vt homines honeſtatem (vitæ rationem memores reddendam eſſe) ſequerentur.*

OLIV. ARAOPAGVS.] Areopagitarum officium erat ſimile Romanis Cenſoribus. Areopagus vicus erat Athenis,ſic dictus à templo Martis, quod haud procul inde foret. Nam interpretatur villa Martis ἄρης enim Martem πάγος fontẽ ſignificat inde Areopagus,quod illic iudicium Martis aliquando à diis latum ſit. Nam fabula talis eſt, Mars homicidij accuſatus uocatus eſt in ius,Palladi conceſſum fuit,ut Athenis iudiciũ haberetur, & duodecim Dij conſeſſum Iouis honeſtarunt, ſex maribus à dextris,& ſex Deabus è ſiniſtris aſſidẽtibus,Plutone, Neptuno,Vulcano,Marte, * Mercurio, & Apolline à dextris: à ſiniſtris verò Iunone,Cerere,Venere,Veſta,Pallade,* & Diana, & cũ totidẽ ſententiis dãnaretur, quibus abſoluebatur, Pallas ſuffragium his adiecit,quo illũ abſoluebat, & ita abſolutus eſt. Inde autẽ fabulam fictam eſſe arbitror,quod ibi teſte Pli. primũ capitis iudicium actum fuerit, ibi autem conſilium erat Athenienſium,& iudicia ſcribantur,quæ exquiſitiſſima habebãtur.

* Ergo in pp[r]ia cauſa iudex Mars fuit. *Et ſic ſolum quin que enumerantur, adde ergo Dianam.

[Vt homines honeſtatẽ.] Reddit rõnem cur ita facerent, quia niſi probarẽt rõnem vitæ ſuæ,pœnam dabant non mediocrem.

ASCEN. EIuſdem,&c.] Laudat inſtitutum Athe.in Areopago dicens. [Areopagus].i. vicus Martis, vbi iuſtitia exercebaſ apud Athen. &.i.etiam ſanctiſſimum.i.inuiolatiſſimum conſilium eiuſdem vrbis.ſ. Ath. ſolebat inquirere diligẽtiſſimè quid quiſq; Ath.ageret,aut quo quæſtu.i.lucro, aut qua acquiſitione rerum ſuſtentareſ,vt hoies ſequerentur honeſtatem, memores.i.memoria repetentes rationem vitæ eſſe reddendam.

THEO. AReopagus.] Athenis Curia, in qua capitis iudicia agitabãtur. Areopagus appellatus eo ꝙ in edito ſitus. Ἄρειος .i.Martius, quia de cæde cognoſci, cui Mars præeſt, uel quod ibi Mars cauſam dixit necati Allirrhotij filii Neptuni, quem interemit ob illatam vim Alcippæ eius filiæ, quam ſuſtulit ex Agraulo Cecropis, vt Hellanicus author eſt in primo vel vt autumat Aeſchylus, ꝙ Amazones caſtra habuerunt in eo.

DE EODEM.

*EADEM bonos * ciues corona decorandi, primo conſuetudinem introduxit, duobus oleæ conuexis ramulis clarum Periclis cingendo caput. Probabile inſtitutum, ſiue rem, ſiue perſonam intueri velis. Nam & virtutis vberrimum alimentum eſt Honos, & Pericles dignus à quo talis muneris dandi * poſteritas potiſſimum initium caperet. Age * quid illud inſtitutum Athenarũ, quàm memorabile? quod conuictus à Patrono libertus ingratus,iure libertatis exuitur. Superſedeo te,inquit,habere ciuem tanti muneris impium æſtimatorem. Nec adduci poſſum vt credam vrbi vtilem, quem domi ſceleſtum cerno: abi igitur, & eſto ſeruus, quoniam liber eſſe neſciſti.*

* Quadẽ Aeſchin. & Demoſth. περὶ τοῦ στεφάνου. & Cice. de opt. gen. orat. Poteſtas.

* Don. in And. Scena. 1. Aduerſus ingratos act. lib. 5.c.3.

OLIV. EADEM bonos ciues,] Et hoc inſtitutum Athen. laude digniſſimum fuit, quod præmia viris optimis reddebantur,ſic enim ad uirtutes incitantur. Honor eſt exhibitio reuerentiæ in teſtimonium virtutis,vt vult Philoſophus in Ethicis. [Periclis,] Pericles orator maximus,ac philoſophus doctiſſimus fuit,qui Rempub. Athen. 46. annis mira quadam prudentia gubernauit,& illi habitus eſt honos,vt ſuo loco dicemus. [Siue rem,ſiue perſonam] Nam maxima gloria homines ad uirtutem incitantur, ſicut ille Solon vnus è ſeptem putabat Rempub. duabus rebus retineri, præmio, & pœna, vt hinc boni ad virtutes inuitentur,illinc mali à flagitijs arceantur. In hanc quoque ſententiam,& Oui.de Ponto carmen edidit. Laudataq; virtus,creſcit,& immenſum gloria calcar habet. [Siue rem] Quia illa inſtituta ſit,nam,vt infra dicit,Honos eſt virtutis vberrimũ alimentum.[Siue perſonam] Cui tale præmium dabatur. [Nã & virtutis.] Sic etiam Ariſt.dicit,honorem eſſe reuerentiam, & dignitatis collationem quæ datur in teſtimonium virtutis. [Initium caperet,] Vt ipſe princeps eſſet huius inſtituti. [Age quid illud inſtitutum Athenarum.] Inſtitutum fuit Athenis, quod ſi quis manumiſſus à domino poſt libertatem ingratus extitiſſet, libertate priuaretur. [Sunt uerba legis] Siue domini ſeruum manumiſſum in ſeruitutem vindicantis. [Quem domi ſceleſtum.] Si domi inimicus es, non eris Reip.amicus, vel ſi domi iniquus Reip.non eris iuſtus.

ASCEN. EAdem ciuitas].ſ. Athen. introduxit primo cõſuetudinem decorandi bonos ciues corona, cingendo caput Periclis illius ciuis Athen.clarum,id eſt illuſtre, ob bonum conſiliũ, & fortia geſta,duobus ramulis aut (vt alii habent) ramuſculis, oleæ.i.arboris oliferæ apud Ath.primum,ut quidam volunt repertæ. [Probabile inſtitutum].i.quod inſtitutum Athe. eſt probabile, commendabile [ſiue rem].i. effectum ipſum intueri velis. Nam per talem viam prouocantur ciues ad fortiter agendum,ſiue perſonam, hoc eſt Periclis,qui talem honorem bene meritus fuerat [Nam & honos].i.honor,eſt vberrimum alimentum.i.nutrimẽtũ virtutis,unde Naſo Laudataq; virtus creſcit, & immenſum gloria calcar habet. Et Pericles ciuis ille Ath.dignus ſup. erat, ut eſſes is, à quo potiſſimum poſteritas caperet initium talis muneris.i.coronæ oleagineæ dandi. [Age,&c.] Proſequiſ inſtitutũ Ath.circa gratos,& ingratos,dicens. Age adhortandi vox eſt,ut diligẽtius attendeatur, quod.i.quale ſup. eſt illud

inſtitutum

inſtitutum Athen. quam .i. quantum memorabile .i. dignum memoria? quod libertus .i. donatus libertate, conuictus .i. probatus à patrono .i. manumiſſore, ingratus .ſ. in patronū fuiſſe, exuitur iure libertatis .i. reuocatur in ſeruitutem. Patronus ſup. reuocãs libertum in ſeruitutem, inquit, ego ſuperſedeo .i. prætereo, & deſino habere te in ſpem æſtimatorem .i. appretiatorem, tanti muneris, quantum eſt libertatis, ciuem .i. in numero ciuium, hoc eſt non reputo te amplius ciuem, nec poſſum adduci vt credam vtilem ſupellẽ, aut fore vrbi, quem cernam domi .i. in patrem familias ingratum, & ita ſceleſtum .i. iniquum. Igitur quoniam neſciſti eſſe liber, abi, & eſto, ſcilicet poſthac iterum ſeruus. [Poteſtas.] vetuſta exemplaria legunt Poteſtas.

DE MASSILIENSIBVS.

INDE Maſſilienſes quoq; ad hoc tempus vſurpant diſciplinæ grauitatem, priſci moris obſeruantia, charitate P. R. præcipuè conſpicui, qui tres in eodem manumiſſiones reſcindi permittunt, ſi ter ab eodem deceptum dominum cognouerint: quarto errori ſubueniendum non putant; quia ſua iam culpa iniuriam accepit, qui ei ſe toties obiecit. Eadem ciuitas ſeueritatis cuſtos acerrima eſt. Nullum aditum in Scenam Mimis dando, quorum argumenta maiore ex parte ſtuprorum continent actus; ne talia ſpectandi cõſuetudo, etiam imitandi licentiam ſumat. Omnibus autem, qui per aliquam religionis ſimulationem alimenta inertiæ quærunt, clauſas portas habet, & mendacem, & fucoſam ſuperſtitionem, ſubmouendã eſſe exiſtimans. Ceterum à condita vrbe gladius eſt ibi, quo noxij iugulãtur: rubigine quidem exeſus, & vix ſufficiens miniſterio, ſed index in minimis quoq; rebus omnia antiquæ conſuetudinis momenta ſeruanda.

OLIV. INDE Maſſilienſes quoque] Hi maxima fuerunt amicitia P.R. deuincti, adeo, vt cũ ceteræ ciuitates a P.R. defeciſſent, hi ſoli in fide, & officio permanerent, quod & tempore belli ciuilis fecerunt, vnde Str. lib. 4. Maſſilienſes inquit, R.P. amicitiam conciliarunt, qui cum illis permultum vtiles eſſent, magnum ex ipſis ſuſceperunt incrementum. & paulo infra, Tum verò ex P.R. amicitia eximia fęlicitate florebant in Pompeiana aduerſus Cæſarem ſeditione, cũ victæ parti ſeſe addixiſſent, magnam ſuæ fęlicitatis fecerunt iacturam. Inſtitutum autem fuit, quod ſi quis cõperiſſet ſeruum ſuum, quem libertate donaſſet, ingratum eſſe, vſq; ad tertiam libertatem poſſet ſe ingratitudinis vitio vlciſci, ſi poſt tertiam libertatem rurſus eum libertum faceret, non haberet ius in ſeruum illũ. [Qui ei ſe toties] Qui ſeſe toties periculo obiecit, ſi poſtea periculi pœnam dedit, nullum habet, quem accuſet, niſi ſeipſum. [Maiore ex parte] Quia ſunt nonnullæ Schenæ q̃ ſtuprorum non habẽt arg. vt apud Plautum Aulularia & Captiui duo. [Talia ſpectandi conſuetudo] Nam quæ frequenter ſpectantur, ea quoq; licentius committi poſſe videntur, ita nobis perſuademus, nam niſi eiuſmodi licerent, non concederentur ſpectari, conceduntur autem, ergo licet. [Religionis ſimulationem,] Dum ſimulant ſe religioſos eſſe, vt à labore ſint alieni; nam tunc erant nonnulli, qui ſimulabãt religionem, q̃ potius erat ſuperſtitio. [Mendacem,] Falſam, & ſimulatam. [Fucoſam,] Non ſynceram, ſed apparentem. [A condita vrbe] Hæc vrbs eſt in ſinu Galliæ tranſalpinæ, teſte Strab. lib. 5. qui dicit. Quo loco is, qui ſinus vocatur Gallicus diffunditur, inque eo Maſſilia, & Narbo ſunt, vrbes clariſſimæ, vel teſte Sol. in Narbonenſi prouincia à Phocenſibus quondam fugatis Perſarũ aduentu 45. Olympiade condita fuit. Iuſt. verò dicit Phocenſes anguſtia terrę coactos, mare curioſius exercuiſſe, piſcando, mercando, plerũque etiam latrocinio, quod illis temporibus decus erat. Virg. Comuectare iuuat, prædas, & viuere rapto. Prædantes ergo veniſſe, in ſinum Gallicum ad oſtium amnis Rhodani, & eius loci amenitate captos, domum rediſſe, & ſuorum complures ſolicitaſſe, qui tandem duce Maſſilo prouenientes, Maſſiliã condidere. [Rubigine quidem exeſus,] Præ nimia vetuſtate, rubigo gladium illum prope corruperat.

Religionis ſimulatio.

ASCAN. INde] Trãſit ad mores Maſ. populorum in prouincia Gallicana, qui ex Phocenſibus originem traxerũt, dicẽs. Maſ. conſpicui .i. illuſtres obſeruãtia moris priſci .i. antiqui, & præcipuè charitate P.R. vſurpant quoq; inde, id eſt poſt Athen. uſque ad hoc tempus, grauitatem diſciplinæ, quoniã, ſcilicet Maſ. permittunt tres manumiſſiones reſcindi, id eſt reuocari, in eodem, ſcilicet manumiſſo, ſi cognouerint dominum, ſcilicet manumiſſorem deceptum ter, ab eodem, ſcilicet manumiſſo, & non putant ſubueniendum quarto errori, quia ſi quarto, quis manumiſſerit, & poſtea ſe erraſſe oſtenderit, non reuocabatur in ſeruitutem manumiſſus, quia qui ter inuentus eſt malus, ſemper talis futurus cẽſendus eſt, quaſi dominus accepit iniuriam, iam, ſcilicet quarto loco, ſua culpa, vtpote qui obiecit ſe toties ei, ſcilicet ſeruo malo libertate donato. [Eadem, &c.] Proſequitur alterum ſeueritatis inſtitutum Maſ. à Diuo Augu. in lib. de ciui. Dei magnopere laudatum, dicẽs Eadem ciuitas Maſſilienſium eſt acerrima cuſtos ſeueritatis nullum; id eſt non vllum: dando Mimis aditum in Scenam, id eſt agendarum fabularum locum: quorũ, ſcilicet mimorum, hoc eſt hiſtrionum, mores hominum geſtu corporis imitantium, argumenta, id eſt materiæ, ut res tam ueræ, quàm fictæ, quas agunt, continent ex maiori parte, actus ſtuprorum, id eſt illicitorum coituum: ideo autem nullum aditum dedit, ne cõſuetudo ſpectandi talia, ſcilicet lubrica, & carnalia, non tamen res obſcœnæ oculis, ſed auribus verbis, quantum fieri poteſt captis, ſublicitur, ſed quia ex geſtu, & perſonarum habitu potiſſima voluptas dependebat, ſpectare potius, quàm audire dicebantur. [Sumat] id eſt per ſe capiat etiam licentiam, id eſt malam conſuetudinem, aut permiſſionem imitandi, ſcilicet turpia, ut ſtupra. Autem pro ſed, ciuitas Maſ. habet portas, ſcilicet urbis ſuæ clauſas omnibus, qui quærunt alimenta inertiæ .i. ignauiæ, & ocioſitatis, per aliquam ſimulationem religionis, qa multi ſub prætextu religionis mollẽ, & inertem vitam, ẽt tunc ſectabantur, ſemper enim religionibus addicti, ab externis fuerunt immunes. niſi ſumma vrgente neceſſitate, habet dicit portas clauſas, exiſtimans ſuperſtitionem mendacem, & fucoſam, id eſt palliatam, nam reuera tales molliciem vitæ ſectantur, ſubmouendam eſſe, ſcilicet ab vrbe ſua. Cęterum, id eſt ſed, gladius, quo noxii, id eſt ſontes, & de maleficio conuicti, iugulantur, id eſt necantur, eſt ibi ab vrbe condita, id eſt ab eo tempore, quo primum vrbs earum fuit condita, quidem .i. certè, exeſus, id eſt corroſus, & partim corruptus, rubigine, id eſt uitio illo ferri, diu ſine vſu tẽti, & vix ſufficiens miniſterio, ſcilicet decollandi, aut iugulandi, ſed index, id eſt monſtrator, & ſignificator, omnia momenta .i. diſcrimina, aut efficaciæ, ſeu ut dicunt importantiæ, antiquæ conſuetudinis ſeruanda ſubeſſe, quoque .i. etiam in minimis rebus, quaſi dicat ne dum in maximis.

DE DVABVS ARCIS.

*DVAE etiam ante portas eorum arcæ iacent, altera, quæ liberorum, altera, quæ ſeruorum corpora ad ſepulturæ locum plauſtro deuehuntur, ſine lamentatione, ſine planctu, ſine luctu funeris dies, domeſtico ſacrificio adiectoq; neceſſariorum conuiuio, finitur. Etenim quid attinet humano dolori indulgere? aut diuino numini inuidiam fieri, quòd immortalitatem ſuam nobiſcum partiri noluerit? Venenum cicuta temperatum in ea ciuitate publicè cuſtoditur, quod datur ei, qui cauſas * Sexcentis (id enim Senatus eius nomen eſt) exhibuit, propter quas mors ſit illi expetenda, cognitione virili, beneuolentia temperata, quæ neque egredi vita temere patitur, & ſapienter excedere cupienti celerem fati viam præbet, vt vel aduerſa, vel proſpera nimis vſi Fortuna (vtraq; enim finiendi ſpiritus illa ne perſeueret, hæc ne deſtituat, rationem præbuerit) comprobato exitu terminetur. * Quam conſuetudinem Maſſilienſium non in Gallia ortam, ſed è Græcia * tralatam inde exiſtimo, quòd illam etiam in inſula Cea ſeruari animaduerti, quo tempore Aſiam cum Sex. Pomp. petens, * Iulide oppidum intraui. Forte enim tunc euenit, vt ſummæ dignitatis ibi fęmina, ſed vltimæ iam ſenectutis, reddita ratione ciuibus, cur excedere vita deberet, veneno cõſumere ſe deſtinarit, mortemq; ſuã Pom. præſentia clariorem fieri magni æſtimarit. Nec preces eius vir ille, vt omnibus virtutibus, ita humanitatis quoque laudibus inſtructiſſimus,*

*Sexcenti.

*Str. li. 10.

* Sexcen. Pō. Coſſ. intelligit.

*Iulida legendum.

aſpernari ſuſtinuit. Venit itaq; ad eam, facũdiſſimoq; ſermone, qui ore eius, quaſi è beato quodam eloquentiæ fonte manabat, ab incepto conſilio nec diu, nec quidquã reuocare conatus, vltimum propoſitum exequi paſſus eſt: quæ xc. annum tranſgreſſa cum ſumma & animi, & corporis ſinceritate, lectulo, quantum dignoſcere erat, quotidiana conſuetudine cultius ſtructo recubans, & innixa cubito. Tibi, inquit, Sex. Pomp. Dij magis, quos relinquo, quàm quos peto, gratias referrant: quia, nec hortator vitæ meæ, nec mortis ſpectator eſſe faſtidiſti. Cæterum ipſa hilarem Fortunæ vultum ſemper experta, ne auiditate lucis triſtem intueri cogar, reliquias ſpiritus mei proſpero fine, duas filias, & vnum nepotum gregem relictura ſuperſtitem, præmitto. Cohortata deinde ad concordiam ſuos, diſtributo eis patrimonio, & cultu ſuo, ſacriſque domeſticis maiori filiæ traditis, poculum, in quo venenum temperatum erat, conſtanti dextera arripuit. Tunc defuſis Mercurio, delibamentis, & inuocato numine eius, vt ſe placido itinere in meliorem ſedis infernæ deduceret partem, cupido hauſtu mortiferam traxit potionem, ac ſermone ſignificans quaſnam ſubinde partes corporis ſui rigor occuparet, cum iam visceribus eum, & cordi imminere eſſet locuta, filiarum manus ad ſupremum opprimendorum oculorum officium aduocauit: noſtros autem, tametſi nouo ſpectaculo obſtupefacti erant, ſuffuſos tamen lacbrymis dimiſit.

OLIV. DVAE etiam,] Hanc etiam conſuetudinem Maſ. ſeruabant, quòd & duas arces ante vrbem ſuam conſtituerie, in quarum altera ſeruorum corpora, in altera liberorũ portarentur ad ſepulchrum, & cum cadauer ad funus effertur, nemo eſt qui lugeat, & pectora pulſet [Plauſtro] non humeris hominum ad ſepulchrum efferebantur cadauera, ſed plauſtro. [Lamentatione] Querelarum. [Planctus] Pulſatione pectorũ, nec querelis, nec planctibus funera ſuorum comitabantur. [Funeris dies] Lugendi funeris. [Domeſtico] Quia domus funeſta dr̃ eius qui mortuus eſt. [Etenim quid attinet,] Laudat hoc propoſitum, & inſtitutum Maſ. dicens nil facimus, dum querelis & lachrymis inſiſtimus, niſi ꝙ dolorem noſtrũ augemus, inuidiam Deorũ prouocamus. [Indulgeri.] Operam dari, ſicut Cic. dicit. Non intelligis duplicari dolorem. [Immortalitatẽ.] Quòd nos immortales facere noluerint, ſicut ipſi ſunt. [Cicuta temp.] Cicuta venenoſa herba eſt, teſte Plin. lib. 25. nat. hiſt. Cicuta, inquit, quoq; venenũ eſt, publica Ath. pœna inuiſa, ad multa vſus nõ omittendi, ſemen habet noxiũ, & reliqua. [Sexcentis Senatoribus] ſ. qui ſexcenti erant, nam conſilium eorum Sexcenti appellatur. Str. lib. 4. Cæterum Maſſilienſes rem vrbanam per optimates, & Ariſtocratiam regentes, omnes legum ęquitate ſuperant, conſilium ſexcentis ex viris inſtituentes, qui, quoad vita ſuperſit id honoris genus habent, quos timidos .i. honorificos appellant. 15. verò Senatus ſunt principes, quibus quæ ad manus prompta obueniunt moderari, & regere datũ eſt, rurſus, ex his 15. tres ſunt præſides, quibus plurimum poteſtatis attribuitur, verum ex his nemo timidus creatur, qui liberos non habeat, neue de ciuium ſanguine tertiam per generationem ortus ſit. [Mors expetenda] qui iuſtam cauſam moriendi ſe ꝓbauerint habere, his publicè hoc venenũ hauriendũ datur. [Temperata beneuolẽtia] Quod eos nolint temerè mori [Virili,] de his, qui uiriliter mori voluit. Ordo eſt. Cognitione virili temperata cum beneuolentia, cognitio virilis eſt de his, qui fortiter mori nolunt, quæ temperatur hac beneuolẽtia, ne ſine cauſa moriantur. [Sapientes] Hoc pertinet ad virilem cognitionẽ. [Nã vtraq;] Vtraq; inquit, fortuna tam aduerſa, quàm proſpera, cauſam moriendi præbet hominibus. Nam ſi aduerſa fuerit, nolũt in ea diutius permanere, ſi proſpera, dubitãt ne deſerat eos, & in aduerſam incidant. [Iulide op.] Eſt inſulæ Cææ. [Clariorẽ fieri] Vt mors ſua, pręſentia Pompeij celebraretur. [Inſtructiſſimus] paratiſſimus, munitiſſimus. [Sinceritate,] Integritate Sincerus dr̃ illo qui planè purus eſt, ſine vlla miſtione malitiæ, vt mel ſine cera, ſincerum dicimus. [Dij] Quos relinquo ſ. ſuperi. [Quã quos peto] ſ. inferi. [Nec hortator vitæ meæ,] Quouiam à propoſito eam reuocare nõ ſtuduerat. [Ipſa] Epiſt. eſt, ipſe lego, ipſe legis, ipſe legit. Nam ad omnem perſonã referri poteſt. [Sacriſq; domeſticis,] Vt Dijs penatibus ſacrificia facerẽt. [Maiori filiæ] Ita mos erat, vt maioribus natu ſacra domeſtica traderentur. [Conſtanti] Firma, & non tremebunda. [Defuſis Mercurio delibamentis.] Ideo Mercurio libauit, quia dr̃ animabus pręeſſe. Virg. Animas ille euocat orco, pallentes alias ſub triſtia tartara mittit. Eſt autem Deorum nuncius, qui non ſolũ Dijs ſuperis, ſed inferis quoq; miniſtrat. [Placido itinere] ęquo, nõ aſpero, uia planiore in campos Elyſios. Defuſis autem dixit factis ſacrificiis, uel in terram fuſis, quia antequam libaret, fudit aliquantulum potionis in terram. [Subinde] Deinceps, quia dicebat, quomodo rigor primo pedes occupaſſet, deinde ad genua perueniſſet, poſtea ad cor aſcendiſſet. [Opprimendorum ocul.] Claudẽdorum oculorum. Virg. preſſitue oculos, & funera laui: conſuetudo enim erat, vt propinquiores mortuis lumina clauderent. [Tametſi.] Ad id, quod dixit, obſtupefacti, quaſi dicat ſi ſtupefacti eramus, non debemus fiere. — Mercurii Infernus.

ASCEN. DVæ etiam, &c.] Recitat inſtitutum Maſſil. de duabus arcis .i. feretris, aut capſulis, ſeu caſulis, quibus hominũ cadauera ad ſepulturam deferebãtur, in altera liberorũ, in altera ſeruorum, dicens. Autem pro ſed, duæ arcæ .i. ciſtæ ligneæ quibus efferebantur cadauera, iacent ante portas eorũ, videlicet Maſſil. altera ſub. arca, iacet ante portã, qua corpora liberorum deuehũtur plauſtro ad locum ſepulturæ, & altera qua corpora ſeruorum deuehuntur plauſtro ad locum ſepulturæ. Et dies funeris finitur .i. tranſigitur ſine planctu .i. cõcuſſione membrorum præ dolore, & ſine luctu .i. ſine ſigno doloris in veſtitu, ſacrificio domeſtico, & conuiuio neceſſariorum .i. cõſanguinitate, aut affinitate neceſſaria coniunctorum, adiecto .i. addito quaſi impeitamenti. [Etenim] laudat inſtitutum Maſſil. in temperamento luctus dicens. Etenim .i. & certè quid attinet, ſ. ad rẽ .i. quid prodeſt, aut indulgere .i. nimis incumbere dolori humano .i. propter hominis mortalitatẽm orto, aut inuidiam fieri numini diuino, ꝙ ipſum numen diuinũ noluerit partiri .i. communicare ſuam immortalitatem nobiſcum, q. d. nihil. Et rectè id diceret, ſi Deus nos immortales eſſe voluiſſet. Nihil enim inuitus aut vult, aut nõ vult: Verum voluiſſet quidem Deus nos eſſe immortales, ſi protoplaſti obediẽtes eſſe voluiſſent. [Venenũ, &c.] Recitat aliud Maſ. inſtitutum, tunc quidem laudabile, ſed nũc, ſi fieret deteſtabile. Ordo eſt. Venenum temperatum, id eſt dilutum cicuta .i. ſucco herbæ frigidiſſimæ, cuſtoditur pub. in ea ciuitate, videlicet Maſſilienſium. quod ſup. venenum datur ei, qui exhibuit, id eſt expoſuit. & declarauit Sexcentis. ſ. Senatoribus aut iuridicis viris, (id enim eſt nomen Sen.) eius, ſ. ciuitatis cauſas propter quas mors ſit expetenda .i. honeſte, aut rationabiliter petenda illi, & hoc cognitione virili, id eſt viriliter mori cupientium, temperata beneuolẽtia. ſ. iudicium, quæ neq; patitur temerè .i. ſine legitima cauſa egredi vita, & præbet cupienti excedere ſ. vita, ſapiẽter .i. iuſta de cauſa celerem viam fati .i. mortis, vt vti fortuna, vel nimis aduerſa, vel nimis proſpera vtraq; enim fortuna præbuerit, id eſt præbere potuerit, rationem ſpiritus, ſcilicet vitalis, finiẽdi, illa. ſ. aduerſa, ne perſeueret, hæc. ſ. proſpera, ne deſtituat, id eſt derelinquat, quia ſummum infęlicitatis genus (vt Boetius ſenſit) eſt, fuiſſe fęlicem, & ideo qui aliquo vehementi gaudio debibuti erant, vt Chorea ille in Eunucho Terentij, emori exoptabat, ne gaudium ægritudo contaminet aliqua, vt inquam vis tali fortuna vehemẽter bona, aut mala terminentur exitu. ſ. vitæ cõprobato. [Qui cõſuetudinẽ, &c.] Dicit eſſe conſuetudinem à Cæa inſula tranſlatam, idq; ꝓbat exemplo cuiuſdã mulieris ſic mortem obeuntis dicens. [Quam conſuetudinem Maſ.] Ego exiſtimo non natam in Gallia, ſed tranſlatam è Græcia, inde, id eſt ex ea re, ꝙ ego animaduerti illam ſeruari etiã in Cæa inſula ſupple eo tempore, quo ego petens Aſiam cum Sexto Pomp. (non illo priſco ſed ſuitemporanea viro) intraui oppidum Iulide. ſ. nomine. Euenit enim forte tũc, vt fœmina ſummæ dignitatis, ſed iam vltimæ ſenectutis, ratione, cur deberet excedere vita, reddita ibi ciuibus, deſtinauit .i. decreuit ſe cõſumere veneno [æſtimauit] .i. cenſuit magni ſup. pretii eſſe, mortem ſuam fieri clariorem præſentiã Pompeii, videlicet Sexti [Nec] Id eſt, & non, vir ille uidelicet Sextus Pomp. inſtructiſſimus .i. ornatiſſimus, & maximè præditus, vt omnibus virtutibus, ita quoque .i. etiam laudibus humanitatis .i. clementiæ, non ſuſtinuit .i. non paſſus eſt preces eius. ſ. fœminæ aſpernari

aſpernari.i.vilipendi.Itaq; ipſe venit ad eam, & conatus eſt nec diu ne quidquam.i.nequaquã ſermone facundiſſimo,qui manabat ea ore eius.ſ.Pomp.quaſi è quodã fonte eloquẽtiæ, beato.i. abundante eã a propoſito auocare.[Quæ]ſ.fœmina, tranſgreſſa annum xc.ſ.ætatis ſuæ cũ ſumma ſinceritate.i.puritate,& animi,& corporis, recubans in lectulo ſtrato, cultius quotidiana conſuetudine,quantũ erat.i.dabatur dignoſcere, & innixa cubito,inquit,ò Sexte Pomp.Dij magis,quos relinquo.i.ſuperi, aut mundi huius rectores,quã quos peto i. quã inferi, referant tibi gratias,quia nec faſtidiſti.i.non contẽpſiſti ſuperbè,eſſe adhortator vitæ meæ deſerẽdæ nec ſpectator mortis.Cęterũ.i.ſed ipſa.i. ego,experta ſemper vultum fortunæ hilarem.i. fauorabilem mihi,ne cogar auiditate.i.pp auiditatem vitæ,intueri.i. inſpicere ſup.fortunã,aut vultũ eius triſtẽ,permitto.ſ.dijs inferis, aut permuto cũ morte reliquias ſpiritus mei.i.qđ reliquũ eſſe poſſit vitæ,fine proſpero,quia relictura duas filias,& vnũ gregẽ.i.multitudinẽ nepotũ è filiabus ortorum, ſuperſtitẽ.i.poſt occaſum, & mortẽ meã ſtatutũ,& in vita permanſurũ. Deinde ipſa fœmina cohortata ſuos.ſ.neceſſarios ad concordiã,patrimonio diſtributo eis,& cultu ſuo,ſacriſq; domeſticis traditis maiori filiæ, arripuit dextra conſtanti.i.conſtantis animi indice,poculum in quo venenũ erat tẽperatũ. Tunc.i.deinde de libamentis, ſeu libamẽtis.i.oblationib.potionis prælibatę defuſis.ſ.in terrã, Mercurio.i. ad honorẽ Mercurij,& numine.i.diuino auxilio eius.ſ. Mercurij inuocato,vt deduceret ſe placido itinere in meliorẽ partẽ ſedis inferi.i.apud inferos habendæ, traxit.i. attraxit, & imbibit cupidu hauſto potionem mortiferam,quia venenatam. [Ac ſermone ſignificans] Id eſt in loquendo, quaſnam partes corporis ſui,rigor.i.torpor mortis occuparet, cum eſſet locuta eum. ſ.rigorem,aut ſi legatur,eam videlicet potionẽ venenatã, vnde rigor ille oriebatur imminere.i.appropinquare iam viſceribus,& cordi, aduocauit manus filiarum ad ſupremum.i.vltimum officium,videlicet oculorum opprimendorum. i. claudendorum, quia à morientibus derelinquuntur parentes. Aũt pro ſed, ipſa dimiſit]noſtros.i.Pompei,& meos,ceterorumq; Rom oculos tametſi erant obſtupefacti nouo ſpectaculo, tamẽ dimiſit inquam ſuperfuſos,lachrymis. Quo dicto indicat ſuam, & cæterorum Rom.clementiam.

COa aliqui legunt, ſed Cęa legendum, nõ Coa. quoniam ſequitur Iulidẽ intraui. Satis. n. conſtat ex Plinio Iulidem vnum eſſe ex oppidis inſulæ Ceæ patriam Simonidis Melici. [Iulide] Corrige Iulidem.Iulis enim Ceæ oppidum ab eiuſdem nominis fonte dictum Steph.author eſt.

DE RITV MASSILIENSIVM.

SED *vt ad Maſſilienſium ciuitatem, vnde in hoc diuerticulo exceſſi, reuertar: intrare oppidum eorum nulli cum telo licet,præſtoq́; eſt,qui id cuſtodiæ gratia acceptum,exituro reddat, vt hoſpitia ſua, quemadmodum aduenientibus humana ſunt,ita ipſis quoque tuta ſint.*

OLIV. SED vt ad Maſſi.]Nũc redit ad propoſitũ.[Diuerticulo]digreſſione. Digredi eſt ab eo diuertere quod dicere qs cœperit.[Vt hoſpitia ſua] quemadmodũ ipſi hoſpitio benigne ſumerent peregrinos,ita.ipſi ab hoſtibus tuti eſſe poſſent.

ASCEN. SEd vt,&c.]Redit ad narrationem Inſtitutorum Maſſilienſium,dicens. Sed vt ego reuertar ad ciuitatem Maſſilienſem,vnde ego exceſſi.i. extrauagatus ſum.in hoc diuerticulo.i.in narratione inſtituti Ceæ inſulæ.[Nulli,]Id eſt non vlli.i.non licet vlli intrare oppidum eorum.ſ. Maſſili. cum telo.i. armis inuaſiuis,de longe iaculari ſolitis,& præſto eſt,qui reddat exituro.ſ.peregrino Maſſiliam egredi volenti, id ſcilicet telum acceptum.ſ.ab intrante gratia cuſtodiæ.[Vt hoſpitia ſua]Scilicet Maſſil.quemadmodum ſunt adeuntibus humana,id eſt benigna,ita ſint tuta quoq;.i.etiam ipſis,ſcilicet Maſſilienſibus.

DE MORE, QVEM OBSERVAbant Galli circa mortem.

HORVM *mœnia egreſſo vetus ille mos Gallorum occurrit, quos memoria proditum eſt, pecunias mutuas, quæ his apud inferos redderentur, dare: quia perſuaſum habuerint *, animas hominum immortales eſſe: dicerẽ ſtultos, niſi idem Brachati ſenſiſſent, quod Palliatus Pythagoras credidit.*

* Animã eſſe immortalẽ.

PECVNIAS mutuas.Opinio antiquorum ſatis deridenda. [Apud inferos,]Dicebant tu mihi x.aureos mutuabis, & ego tibi poſtea totidem apud inferos reddam. [Quia perſuaſum habuerunt.]Credebant ad aliam migrari vitã ſcđm Metempſychoſim.[Dicerem ſtultos,]Damnarem inquit,eorũ ſtultitiam,niſi hoc idem ſenſiſſet Pythagoras. [Brachati.]Quamuis omnis Gallia Comata vno nomine appellata,reſte Plin.li.4. nat.hiſt.in tria populorũ genera diuiſa ſit, videlicet in Belgicos, Aquitanos,& Celticos,ſiue Lugdunẽſes, quod idem & Cęſ. in principio commentariorum ſuorum affirmat, tñ inueni nonnullos ex noſtris,qui dicunt triplicem Galliam,Brachatam,Comatam,& togatam eſſe,Comatã eſſe,quæ Lombardia dicitur,& hi ſunt Galli Inſubres. Togatã ab alpibus vſq; ad mare Britãnicũ tendere.Brachatã, Narbonenſem prouinciã,& omnem regionem,quæ adiacet Rheno,quæ multas habet partes Burgundiã, Lottharingiam,Flandriam,Coloniã,& terrã Lingonenſiũ. [Palliatus]Gręcus,quia vt ſ.diximus pallio vtebantur Gręci, Pythagoras quidem credebat animas hoĩum immortales eſſe, ſed ex vno corpore in alia corpora tranſire,nec vſpiam inferos eſſe. OLIV.

HOrum mœnia, &c.] Scđm locorum ſitum pulchrè tranſit à Maſſi.ad Gallicanos mores, dicens: Vetus ille mos Gallorum occurrit mihi egreſſo mœnia horũ. ſ. Maſſil. quos.ſ.Gallos, proditũ eſt memoria, dare pecunias mutuas,aut mutuo,quæ redderentur his.ſ.mutuo dantibus,apud inferos,qa habuerunt perſuaſum,animas hoĩum eſſe immortales, dicerem ſup.Gallos ſtultos (quia reuera in eo facto errabant, non quod animas immortales credebant,ſed quod talia cõmercia apud inferos putabant,vt pecunia opus hẽrent;niſi forte eo aĩo dabant, vt pro datis amore dei mercedẽ reciperent(niſi Brachati.ſ.Galli.hoc eſt Brachis induti,ſenſiſſent idem quod Pythagoras palliatus credidit.ſ.pecuniam mutuo datam, apud inferos recipi. ASCEN.

DE CIMBRIS, ET CELTIBERIS.

AVARA, * *& fœneratoria Gallorum philoſophia, alacris,& fortis Cymbrorum,& Celtiberorum, qui in acie gaudio exultabant, tanquam glorioſè, & fœliciter vita exceſſuri, lamentabantur in morbo quaſi turpiter,& miſerabiliter perituri.*

* Cic.li.2. Tuſc.q.

AVARA, & fœn.]Qui Philoſophantur, vt dicant animas eſſe immortales,& ideo pecunias mutuo accipiãt, ſed nunc optimum illum fœneratorem eſſe dicimus,qui egentibus opẽ præſtat, quaſi qui pro vno cẽtuplũ capectet,adeo reuera,quæſtum nullum maiorem facere quidem quis põt, quã pecuniã pauperibus effundere, cõpenſationem illius à deo promiſſam expectans,ſed apud ignaros noſtræ fidei vana fuit opinio.[Alacris]Læta atq; iucunda,& oſtendit vtramq; rationem, [Qui in acie gaudio exultabant]qui cum pręlio cõmiſſo periculis ſe expoſitos viderent lætabantur. Iulius Cæſ. li. 6. Druides inquit perſuadent animas non interire,ſed ab alijs poſt mortem tranſire ad alios.[Glorioſe]Quòd fortiter pugnantes morerentur in acie, id ſibi honorificum & glorioſum fore credebant, quia non,vt ſegnes, & ignaui morerentur,ſed vt fortes, & magnanimos decet. Virg. Pulchrũq; mori ſuccurrit in armis. [Lamentabantur,]Contra verò ſi iacuiſſent in lecto,metuebãt mortem,& ideo triſtabantur ꝙ ignauiter quodammodo, & turpiter perituri eſsent.Hoc idem Cic.lib. Tuſc.quæſt.2. OLIV.

AVara,&c.] Tranſit ad mores Cymbrorum, & Celtiberorum dicens philoſophia Gallorũ ſic mutuo dantium,eſt ſup.auara,& fęneratoria,quia plus recipere ſperabant, quã dederant, ſed ſup. Philoſophia Cymbrorũ, & Celtiberorũ eſt alacris,& fortis,qui ſ.Cymbri,& Celtiberi,exultabant gaudio in acie.i.qñ cum periculo vitæ præliabantur,tanquã exceſſuri vita glorioſè,& fortiter.] Et lamentabant in morbo].i. qñ afficiebantur morbo,quaſi perituri turpiter,& miſerabiliter. ASCEN.

DE CELTIBERIS.

CELTIBERI *etiam * nefas eſſe ducebant prælio ſupereſſe, cum is occidiſſet pro cuius ſalute ſpiritum deuouerant. Laudanda vtrorumque populorum animi præſtantia, quod & patriæ incolumitatem fortiter tueri,& fidem amicitiæ conſtanter præſtandam arbitrabantur.*

* Plut. in Sertorio.

OLIV. CELTIBERI etiam.] Proſequitur aliud iuſtitutum eorum fuiſſe, vt cum milites Ducē ſuum amiſiſſent, mortuo Duce, ſe interfici malebant, quod legitur in vita Sertorij. [Pro cuius ſalute ſpiritum deuouerant:] Quia in bellum proficiſcentes iurabant in manus Imperatoris ſe pro ſalute illius fortiter pugnaturos.

ASCEN. CEltiberi ducebant] id eſt exiſtimabant etiam nefas eſſe, ſupereſſe prœlio, cum is occidiſſet, videlicet princeps eorum pro cuius ſalute ipſi deuouerant, id eſt morti addixerant ſpiritum, id eſt vitā ſuam. Præſtantia animi vtrorumque populorum eſt laudanda, quod, id eſt quia, & i. ſimul, tueri, id eſt tuebantur fortiter incolumitatem patriæ, & arbitrabantur fidē, id eſt fidelitatem præſtandam amicitiæ.

DE THRACIA.

*Sol. cap. 15. & Her. li. 5. *THRACIAE vero illa natio merito ſibi ſapientiæ laudem vendicauerit, quæ Natales hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebrat, ſine vllis Doctorum præceptis: verum conditionis noſtræ habitum præuidit. Remoueatur itaque naturalis omnium animalium dulcedo vitæ, quę multa & facere, & pati turpiter cogit, ſi ea mortua, aliquanto eius fęlicior, ac beatior reperietur finis.*

OLIV. THRACIAE verò.] Aliud inſtitutum. [Natio.] Regio Thraciæ. [Sapientiæ] Nam re ipſa potius, quàm doctrina, & præceptis philoſophiæ præſtant. [Celebrant.] Frequentant. [Quæ nat.] Duo dicit, & naſcentes flere, & morientes lætitia proſequi conſueuiſſe, ideo aūt naſcentes deflebant, quaſi labores, & humanæ vitæ pericula ſubeuntes, morientes vero hilaritate proſequabantur, quaſi labores illos & pericula relinquentes. Illud aūt aduertendū eſt natalem, & per ſe plenū eſſe, vt hoc loco, & apud Virg. Meus eſt natalis Iola & adiectiuum recipere, vt apud Terent. Porro aūt alio vbi erit puero natalis dies, & apud Iuu. Natali Corvine die mihi dulcior hæc lux. Hoc autē (Natalis.) inſtitutum Thracum ideo magis admiratione proſequendū eſt, quia apud cęteras gentes, & præſertim apud R. in oībus ſacrificijs, caſtitas ſeruabatur, niſi cū dies Natalis celebraretur, in quo libēter voluptatibus operā dabant. Sol. in cap. de Thracia. Apud plurimos inquit, luctuoſa ſunt puerperia, deniq; recentem natū fletu parens excipit. contrà verſum læta ſunt funera, adeò, vt exemptos gaudijs proſequantur. [Sine vl. Doct. præc.] Nō quod philoſophi præcipiant, ſed quod hoc ex rōne humanæ vitæ collegerint, quia & ortus vitæ humanæ pericula ſubit & labores, mors aūt finis eſt. (Vita erumnoſa.) [Sine vl. Doct. præc.] Eo magis gaudendū qđ ipſi potius à natura habuere, quā ex vllius doctrinæ præceptione [Habitum] ſ. prouidit naturam humanā, quæ miſerrima, & fragilis eſt [Remoueatur nat. vitæ dulcedo.] Niſi nos inquit, nimia vitæ cupiditas tenuerit, intelligimus vitæ introitū miſerabiliorē fore, quā exitū: nam vitæ cupiditas cogit plerumq; nos multa turpiter facere, aut turpiter pati [Vitæ dulcedo,] Ideo dixit, qa omne animal rationale, & irrationale viuere appetit.

ASCEN. THraciæ.] Proſequitur mores Thracum, dicens [Vero] pro ſed, illa natio Thraciæ, vendicauerit ſibi merito laudem ſapientiæ quæ. ſ. natio celebrat natales hoīum flebiliter, & exequias hoīum hilaritate ſine vllis præceptis Doctorū. i. docentiū philoſophorū. [Verū] Id eſt, ſed ipſa præuidit habitū noſtræ conditionis. i. ſtatum vitæ, nā naſcentes huius mūdi miſerias ingredimur, morientes ſi boni ſumus, ad vitam beatā tranſimus. Igitur quia hæc ſapienter fecerunt Thraces, naturalis dulcedo vitæ oīum animaliū remoueatur. ſ. ab aīs noſtris, quā. ſ. dulcedo vitæ cogit, & facere, & pati multa turpites, ſi ea. ſ. dulcedine vitæ mortua, finis eius reperiretur fęlicior, ac beatior aliquanto.

DE MORIBVS ET RITV Lyciorum.

*Plut. in conſi. ad apol. *QVOCIRCA * rectè Lycii, cum ijs luctus incidit, muliebrem veſtem induunt: vt deformitate cultus commoniti, maturius ſtultum proijcere mœrorem velint.*

OLIV. DEFORMITATE cul.] Si quidem virū videas muliebri veſte indutum, deforme ſpectaculū videbis. [Lycia] Licia prouincia eſt in minori Aſia, ab oriente iuxta Pamphiliā, ab occidente prope Cariā ſita: vel vt Sol. tradit Ciliciæ confinis, in ea ciuitas eſt nomine Patara, in qua Apollinis oraculū erat, cæteris claritate pręſtantius, vnde Virg. Lycias ſortes appellat Apollinis oracula, qui in Lycia reſponſa dabat. In Lycia eſt mons ille Chymera notabilis, & vbique celeber, de cuius vertice ignis exhalat, ſicut & in Sicilia Æthna in Campania mons Veſeuus ignem euomit.

ASCEN. QVocirca.] Apte, quia à conſimili argumento tranſit ad mores Lyciorū, dicens. [Quocirca] i. quapp. Lycij. ſ. populi, rectè ſup. ſentiunt, aut faciunt: quia cum luctus incidit ijs ipſi induunt veſtem muliebrem, vt ipſi commoti deformitate cultus. i. veſtitus, velint proijcere maturius, id eſt celerius mœrorem ſtultum, quia pro re irrecuperabili aſſumptum.

DE FOEMINIS INDICIS.

*VERVM * quid ego fortiſſimos in hoc genere prudentiæ viros laudem? Reſpiciantur Indorum fęminæ, quæ cum more patrio complures eidem nuptæ eſſe ſoleant, mortuo marito, in certamen iudiciumque veniunt, quam ex ijs maximè dilexerit: victrix gaudio exultans, deductaq; à neceſſarijs lætum præferens vultū, coniugis ſe flammis ſuperiacit, & cum eo tanquàm fęliciſſima, crematur: ſuperatę cum triſtitia, & mœrore in vita remanēt. Protrahe in medium Cymbricam audaciam: Adyce Celtibericam fidem: Iunge animoſam Thraciæ ſapientiam, Anнecte Lyciorum in luctibus abyciendis callidæ quæſitam rationem. Indico tamen rogo, nil eorum pręferes, quem vxoris pietas, in modum genialis tori propinquæ mortis ſecura, conſcendit.* *Cic. li. 3. Tuſc. Hero. de Thracib. hoc ſcri. lib. 6.

OLIV. VERVM, quid ego.] Sed quid de fortitudine mulierum dicam [In hoc gen.] Quod parui faciant vitam Sol. de India. Apud eos vero, quibus ad viuendi rōnem exactior cura eſt, etiam multæ vxores in eiuſdem viri coeunt matrimoniū, & cū maritus deceſſerit aliqū, apud grauiſſimos iudices ſuā quæq; de meritis agunt cām, & quæ officio quaſi cæteris præſtātior iniam vicerit, iudicantiū hæc palmæ refert præmiū, vt arbitrio ſuo conſcendat rogum coniugis, & ſupremis ſemetipſam det eius inferijs, ceteræ cum nota viuunt, Cic. lib. Tuſc. q. 5. Mulieres, inquit, in India, cum earum cuiuſuis mortuus vir fuerit, in certamen incidūt, indeq; veniunt, quam plurimū dilexerit vir. (plures. n. ſingulis ſolent eſſe nuptæ) quæ victrix eſt, ea læta proſequentibus cunctis, vna cum viro in rogum imponitur, aliæ victæ, mœſtæ diſcedunt. [In certamen iudiciumq;] Quia primo certant inter ſe, & ex certamine deinde ſequitur iudiciū [Tanq̄ fęliciſſima] i. ſummè fœlix. [Superatæ] Sicut illa læta moritur, ita cæteræ triſtes in vita permanent, quæ ſuperatæ ſunt. [Protrahe in medium.] Cōparat hanc mulierū fortitudinem his ob. exemplis quæ ſupra poſuit. [Cimbricā audaciā] Qui fortiter in bello moriuntur [Celtibericam fidem] Qui ſe morti pro ſalute Imperatoris ſui deſtinant. [Thraciæ ſapientiam] Qui natales ſuorum lugent, in morte verò gaudent. [Lyciorū] Qui muliebrem veſtē accipiunt, cū ſibi lugendū fuerit. [Indico th rogo.] Indicarū mulierum, hoc eſt ex India ortarum; quamuis hæc oīa laudanda ſint, maiorem laudem generoſitas animi meretur.

ASCEN. VErum, &c.] Infert exemplum Indicarū fęminarū cum earundem laude, dicens. [Verū quid] i. ad quid ego laudem fortiſſimos viros in hoc genere prudētiæ, qui. ſ. parui faciunt hanc vitam, q. d. fruſtra, cū fragilior ſexus in ea re plus laudis mereatur. [Nam reſpiciantur fœminæ Indorum, quæ cum ſoleant eſſe complures nuptæ eidem]. ſ. viro, more patrio, veniunt marito mortuo. i. poſt quam maritus eſt mortuus. [In certamen,] Id eſt contentionem, & iudicium. ſ. grauiſſimorum virorum, quā. ſ. vxorem is. ſ. ex cōpluribus maritus dilexerit maximè: Victrix id eſt iudicata maximè dilecta fuiſſe, exultans, id eſt tripudians prægaudio, & deducta à neceſſarijs. i. proximis parentibus, præferens, id eſt ante ſe ferens & oſtendens lætum vultum, ſuperiacit ſe flammis, id eſt in rogum ſeu ignem ardentem coniugis, id eſt quo cadauer mariti comburitur, & crematur cū eo, tanquam ſup. eſſet fęliciſſima. Superatæ. i. minus dilectæ iudicatæ, remanent in vita cum triſtitia, & mœrore. [Protrahe, &c.] Loquens de excellentia huiuſmodi facti, in comparatione ad aliorum facta, dicit, protrahe in medium, quia res collatæ comparari poſſunt, vt clarius cōſpiciantur, audaciam Cymbricam, id eſt

Id eſt Cymbrorum exultantium, dum in prælio cadunt adijce ſidem in Ducem,& Principem. [Celtibericam,] Id eſt Celtiberorum populorum,ex Celtis,& Iberis conſtantium,qui Duce cadente ſuperſtites eſſe recuſant:iunge animuſam ſapientiã Thraciæ,id eſt Thracum,exequias gaudio celebrãtium.& natales luctu;annecte rationem Lyciorum quæſitam, id eſt inueniam callide in abijciendis luctibus, quia turpe eſt in veſte muliebri diu conſpici,tũ tũ n.hil eorum præferes,id eſt plus laudandum iudicatis,rogo,id eſt igni incenſo.Indico,id eſt Indicorum maritorum,quem ſcilicet rogum pietas vxoris,id eſt vxor pia in maritum,ſecura,id eſt ſeorſum à cura mortis propinquæ,conſcẽdit, ſcilicet læto vultu, & apparatu in modum thori genialis,id eſt quo generationi prolis à coniugibus opera dari ſolet.

DE PVNICIS FOEMINIS, ET ſano Veneris.

* De Cypriis, ex quibus 90. Dido abduxis hoc refert Iuſti. lib. 18.

*CVI gloriæ, Punicarum * fœminarũ, vt ex comparatione turpius appareat dedecus, ſubnectam. Siccæ enim fanum Veneris eſt: in quod ſe matronæ conferebant, atque inde procedentes, quæſtum dotis, corporis iniuria cotrahebant, honeſta nimirum tam inhoneſto vinculo coniugia iuncturæ.*

OLIV. DEDECVS] Flagitium. [Siccæ] Vrbis Punicæ. [Corporis iniuria] Videlicet ſtupro, nulla enim maior corporis iniuria eſſe poteſt,quam ſe impudicas facere.Hoc etiam refert Herod. mulieres, antequam ad nubilem ætatem peruenirent ad templũ Veneris venire cõſueuiſſe, & corpus ſuum in publicum deponentes,eoq; dotem ſibi comparare ſolitas fuiſſe, Honeſta coniugia,quia cõſtat poſt coniugium illas omnium caſtiſſimas mulieres fuiſſe.

ASCEN. CVI gloriæ] Affert turpe inſtitutum Punicarum mulierũ remouẽte odij in Punicum nomẽ ſuſpitione, nam & Cypriæ idem factitaſſe leguntur. Ordo eſt. [Cui gloriæ] ſ. Indicarum mulierum ego annectam dedecus.i.dedecus,& turpe flagitium fœminarum Punicarum, vt ipſum dedecus appareat turpius ex comparatione (quia ſi medium comparatũ vni extremũ habet rationem alterius, vnum extremum comparatũ ad alterum egregiè elucebit.) [Enim] Pro quia. [Fanum] i.templũ Veneris eſt. [Siccæ] i.in ea vrbe Africæ. [In quod] ſ. Fanum [matronæ] i.quæ matresfamiliàs, aut erant, aut eſſe volebant, conferebant ſe,atq; procedentes,inde.ſ.in pub.contrahebant.i. accumulabant quæſtum.i.lucrum.i.acquiſitionem dotis iniuria.i.ſtupro corporis,quia vitium Veneris in corpus peccat,nimirum.i.certe (& eſt Ironia, cum tamen conſtet caſtiſſimas deinde vixiſſe) iuncturæ.i.iunturæ cũ maritis coniugia honeſta,tam inhoneſto vinculo. ſ.dotis ex quæſtu meretricio.

THEO. SIccę.] Ciuitas è regione Byzantij,quam Strabo ſingulariter appellat Sycem.Eſt & eiuſdem nominis altera Alexandriæ proxima a Syceo Titane,quem à tergo dum premerent hoſtes,ad ſe fugientem terra mater in ſinum recepit, eiuſque loco remiſit arborem fici.

DE INSTITVTO PROBABILI Perſarum.

* Herod. lib. 2. Sed quiſque annos ſcribit.

*NAM Perſarum admodum probabile * inſtitutum fuit,quòd liberos ſuos non prius aſpiciebant, quàm ſeptimum impleſſent annum, quo paruulorum amiſſionem æquiore animo ſuſtinerent.*

OLIV. NAM Perſarum.] Hoc quoq; tradit Herodo. inter cętera, vt cum primũ pueri cœpiſſent loqui,eos veritatem dicere adſueſcerent.ſi vero aliquid minus verum dixiſſent,acriter puniebantur,deinde hoc quoq; inſtituerant, non prius filios vt viderent,q̃ ad ſeptẽ annos perueniſſent,ne tenellæ ætatis charitate corriperentur,vt ſi mortui eſſent, minus dolerent eorum interitum Nam vſq; ad vij.annum ſolet ætas illa in nimio diſcrimine vitæ verſari propter vermes.

NAm Perſarũ, &c.] Na externas nationes vituperio proſequi conſtituiſſe putetur,dicit ſe eas quidẽ damnare,ſed non tamen oẽs nationes. [Nã inſtitutum Perſarum fuit probabile admodũ] i.valde,quod non prius aſpiciebant liberos ſuos,quã.ſ.liberi,impleſſent vij.annũ ſ.ætatis ſuæ. Quo] i.ideò, vt ſuſtinerent.i.perferrẽt amiſſionem paruulorũ, vtpote nõ viſorum. [Animo æquiore] i. placatiore, & minus dolorẽ excipiẽte.

DE NVMIDIAE REGIBVS.

NE Numidiæ quidem Reges vituperandi, qui more gentis ſuæ, nulli mortalium oſculum ferebant. Quidquid enim in excelſo faſtigio poſitum eſt, humili, & trita conſuetudine, quo ſit venerabilius, vacuum eſſe conuenit.

OLIV. NE Numidiæ quidem] Dicit Reges Numidiæ ſeruaſſe,vt nemini oſculũ darent,nam qui inquit,in ſummo dignitatis gradu conſtituti ſunt,non debent ſe nimium familiares hominibus reddere. [Faſtigio] Sũmo gradu [Venerabilius.] nam quidquid rarum eſt, id etiã precioſum,quæ verò ſunt nimium conſueta,ea ſolent viliora quoq; haberi.

ASCEN. NE Numidiæ quidem] Laudat grauitatem Regum Numidarum,vtens forma dicendi,qua vti ſolemus,dum aliquid alicui attribuimus, cui minimè conuenire videatur, dicentes. [Ne quidem] i. non etiam Reges Numidiæ, cum ſint maximè Barbari & perfidi, ſunt vituperandi, ſup. in inſtituto quod poſitum eſt in excelſo faſtigio.i.culmine honoris, & dignitatis,eſſe vacuum conſuetudine, humili.i. demiſſa, & abiecta,& trita,id eſt vulgata inter plebeios;quo,id eſt ad hoc,ut ſit venerabilius,quia nimia familiaritas contemptum parit.

DE DISCIPLINA MILITARI. CAP. II.

VENIO nunc ad præcipuum decus, & ad ſtabilimentum Rom. Imperij; ſalutari perſeuerantia ad hoc tempus ſincerum, & incolumẽ ſeruatum, militaris diſciplinæ tenaciſſimum vinculum, in cuius ſinu, ac tutela; ſerenus, tranquillusque beatæ pacis ſtatus acquieſcit.

OLIV. VENIO nunc ad præcipuum decus,& ad ſtab.R.Imperij] Expedito inſtitutorũ tractatu ad aliũ tranſgreditur, in quo de diſciplina militari exẽpla cõtinẽtur. [Stabilimentum] Quia re militari P. R. nõ modo tãtum comparauit Imperium,ſed partum quoq; ſeruauit. [Salutari perſeuerantia] aſſiduitate quadam ſalutari, quæ Rom. fuit ſalubris Imperio. Nunquam.n.R. a diſciplina rei militaris declinauerunt. [Sincerum] inuiolatũ. [Tenaciſſimũ vinculũ.] Quia nullo non permiſerunt diſciplinam militarem ſolui. [Serenus,tranquillusq;] ſine perturbatione bellorum externorum. Tranquillus et ſine diſſenſione ciuium,alibi pacem ſereno tempori, bellum nubilo comparat, vt videlicet ex nubilo cœlum ſerenum hilari aſpectu ſeruatur, ſic bellũ pace immutatum, multũ gaudij ſolet afferre. Cic. Eo animo gerenda ſunt bella,ut ſine iniuria in pace viuat.

ASCEN. VEnio nunc.] Cum præfatione iure ſuo tranſit ad diſciplinam militarem, quæ ſpecies inſtitutorum eſſe videtur, vnde decenter poſt inſtituta tractatur, eam autẽ commendans ait Egò venio,id eſt tranſeo nunc ad præcipuum decus,& ad ſtabilimentum Rom.Imperij ſeruatum ſincerum,& pro;id eſt incolume ſalutari perſeuerãtia ſup: vſq: ad hoc,id eſt noſtrũ tempus (loquitur aũt de ſuo tempore author, nam nunc penitus perijt) vtpote ad vinculũ tenaciſſimum diſciplinæ militaris,in cuius.ſ.diſciplinæ ſinu,ac tutela, id eſt protectione,ſtatus pacis beatæ,id eſt omnium bonorum abundãtis, acquieſcit ſerenus,id eſt purus à vitio,& tranquillus à motu externo.Nam durante exercitio militari nemo pacem diſturbare auſus eſt.

DE SCIPIONE MINORE.

* Liu.lib. 57.

*P. Cornelius * Scipio, cui deleta Carthago auitum cognomẽ dedit, Coſſ. in Hiſpaniam miſſus, vt inſolentiſſimos Numantinæ vrbis ſpiritus, ſuperiorum Ducum culpa nutritos, contunderet, eodem temporis momento, quo caſtra intrauit, edixit, vt omnia ex ijs, quæ voluptatis cauſa comparata erant, auferrentur, ac*

*ſummouerentur. Nam conſtat tum maximum inde inſtitorum & lixarum numerum cum duobus millibus ſcortorum abiiſſe. Hac turpi, atque erubeſcenda ſentina vacuè factus exercitus noſter, qui paulo ante, * metu mortis, deformi ſe fœderis ictu maculauerat, erecta virtute, recreataque, acrem illam, & animoſam Numantiam incendijs exuſtam, ruinisq; proſtratam, ſolo æquauit. Itaque neglectæ diſciplinæ militaris indicium, Mancini miſerabilis deditio: ſeruatæ merces, ſpecioſiſſimus Scipionis triumphus extitit.*

* Mancino Duce.

P. Com. Scip.] Primũ exemplũ ſeruatę diſciplinæ militaris. Scipio Africanus iunior, cum ſucceſſiſſet prioribus Ducibus, qui oppugnauerant Numantiam, & Africam, & præcipuè Mancino, qui à Numantinis cũ exercitu obſeſſus ad turpem deditionem venire coactus eſt, exercitum, qui licentiori diſciplina à priſtinis moribus lapſus fuerat, ante omnia incorruptum eſſe curauit, & expurgauit, quo facto Rom. priſtinum vigorem, & conſuetam virtutem recepère, ita vt facile ſuperiorum Ducum errata emendauerit, & ſibi nomen auitum, & laudẽ comparauerit. Origo, & cauſa belli Numantini teſte Floro fuit, quod Segidenſes ſocios, & conſanguineos, Rom. manibus elapſos excepeſſent Numantini, qui pro illis quoq; deprecãtes nihil obtinuerunt: & cum ab omni bellorum cõtagione ſe ſubtrahere vellent, pacem à Rom. petierunt, qui in legitimi fœderis pretiũ, & conditionem, iuſſi ſunt arma deponere, quod Barbari ęgrius acceperunt, quam ſi manus abſcinderentur. Itaq; repudiatis conditionibus bellum indictum eſt: aduerſus quos miſſi ſunt primo Q. Pomp. qui ob imbecillitatem, vt tradit Liu. lib. 4. pacem cum illis fecit, & Numantini fœdus maluerunt, cum illum debellare potuiſſent, deinde M. Pomp. qui fuſus, fugatusq; fuit à Numantinis, cum quibus pacem factam Senatus irritam cenſuerat, poſtea miſſus eſt Hoſtilius Man. qui contemptis auſpicijs, atq; prodigijs vt vidimus in c. de prodigijs, victus à Numantinis, & caſtris exutus, cum ſpes nulla ſeruandi exercitus eſſet, pacem cum his fecit ignominioſam, quam ratam Senatus eſſe vetuit, dedecusq; talis flagitij deditione Mancini expiauit, nam in ea pugna 30. mil. Rom. à quatuor millibus Numantinorũ extincta fuerant. Poſtremò opus fuit eo imperatore, qui Carthaginem euerteret: miſſus igitur eſt Scip. Africanus, qui primum vt dicimus corruptum licentia, luxuriaque exercitum, ad generoſiſſimam militiæ diſciplinam reuocauit, omnia. n. deliciarum inſtrumenta reſcidit, duo millia ſcortorum è caſtris eiecit, militem quotidie in opere habuit, & xxx. dierum frumentũ, ac ſeptenos vallos ferre cogebat, ægrè propter onus incedenti dicebat, cum gladio tete vallare ſcieris, vallum ferre deſinito, alij parum habilter ſcutum ferenti, cum ſcutũ amplius iuſto ferre iuſſit, neq; id ſe rephendere, quòd melius ſcuto, quam gladio vteret ſi quẽ militẽ extra ordinẽ dephendiſſet, ſi Ro. eſſet, verbis, ſi extraneus virgis cecidit: iumenta quidem omnia ne exoneraret milites, vendidit. Acrius igitur in caſtris, quam in campo militi ſuo cũ Numantinis prœliandum fuit, quippe aſſiduis coactu, & ſeruilibus maximè operibus attriti, ferre plenius vallum, qui arma neſcirent: oportebat luto inquinari, qui ſanguine nollent, iubebantur: calones, ſarcinę, niſi ad vſum neceſſariæ amputabantur, tanti eſſe exercitum quanti Imperatorem verè proditũ eſt, & ſic redacto in diſciplinam milite, cõmiſſa acie, quod nemo viſurum ſe vnquã ſperauerat, factum eſt, vt fugientes Numantinos videret, de quorum debellatione alio loco dicemus: nam hoc quãtum ad diſciplinã militarem pertinet diximus, de qua Fron. lib 4. cap. 1. Scip. inquit ad Numantiam corruptum ſuperiorũ Ducum ſocordia exercitum, correxit, dimiſſo ingenti lixarum numero, redactis ad munus quotidiana exercitatione militibus, quibus cum frequens iniungeret iter, portare complurium dierum cibaria imperabat, ita vt frigora, & imbres pati, vada fluminum pedibus traijcere aſſueſcerent milites, exprobante Imperatore timiditatem, & ignauiam, & frangente delicatioris vſus, ac minimum neceſſaria expeditioni vaſa, quod maximè notabiliter accidit. ſcilicet Neuio Trib. milit. cui dixiſſe traditur Scip. mihi paulisper, tibi, & Reip. ſemper neceſſarius nequaquam eris. [Superiorum ducum culpa] Q. Pompei, M. Pompilij, & Mancini, quorũ vnus. ſ. Pomp. re infecta, vt diximus ob valetudinẽ aduerſã diſceſſit: alter. ſ. M. Põpil. fuſus, fugatusq; fuit à Numãtinis, tertius iniuſſu Senatus turpe fœdus cũ hoſtibus fecit, quod Senatus ratũ nõ habuit, itaq; Scip. miſſus ad accipiẽdum exercitũ, eũ omni genere hominũ inutiliũ expurgauit, & ſub eo milites Ro. audaciã cũ priſtina virtute recuperarunt. Scip. verò nomẽ auitũ aſſecutus eſt, vt Africanus diceret, nã Celtiberos, Vecceos, Cantabros, & alios populos in Hiſpania, vicit, & ſubacta Africa Carth. deleuit, Numantinos ferro fameq; conſumpſit. [Summouerentur] Remouerentur, in hoc exercitu 60. mil. extitum fuerunt. [Inſtitorum] Inſtitores dñr, qui iumenta, quibus venalia vehuntur, agunt. erant. n. negociatores, qui res eſculentas, à loco ad locum vehebant, dicti ſunt inſtitores, eo quòd inſtant iumentis, quæ mercibus ſuis onerata, impellunt ad locũ, vbi merces emere, ſeu vẽdere conſueuerunt. [Lixarum] Lixæ dñr mercenarij, qui exercitus in expeditione ſequuntur, proprie autẽ dñr miniſtri militũ, qui aquam militibus afferunt. Nã antiqui lixam aquã dixerũt, vnde elixũ, aqua coctum, & elixare aqua bullire dicitur. [Scortorum] Scorta dñr meretrices à ſcortis, quas pelliculas appellabant antiqui, quibus incubare ſolebant, & quia meretrices nõ aliter viris ſubijciunt ac pelliculæ, propterea ſcorta appellarunt. [Turpi & erubeſc. ſentina.] Sentina propriè eſt aqua fœtidiſſima in fundo nauis, quæ vomitũ nautis prouocat, vnde ſentina dicta eſt à ſentiendo, eo quòd malè ſentiatur odore, per tranſlationem exercitus purgamenta ſentinã appellat. [Deformi fœderis ictu] Quia turpe fœdus ictum fuerat inter Mancinũ, & Numãtinos, quod P. R. improbauit, quia eius iniuſſu factum fuiſſet. [Acrem] fortem, animoſam, quæ cum ad extremã neceſſitudinẽ Numantini, reducti eſſent, ne in R. potẽtẽ venirent, cumulũ ipſi in foro rerum omnium ſuarũ erexerũt, & vxores ac liberos primò, deinde ſemetipſos ſubiecto igni iniecerũt. Cõſtat Numãtinos fortiſſimos fuiſſe viros, Str. lib. 3. Numãtia inquit nobiliſſima ciuitas eſt, quę bello Celtico quod aduerſus P. R. geſtũ eſt, virtutẽ propriã oſtentauit, per xx. perdurantem annos, cõplures. n. exercitus cũ Imperatoribus ad internecionem ab ijs dati fuere, nouiſſimè cum Numãtini obſidione cincti, diuturna patiẽtia, extremã quęq; tolerarũt. [Indiciũ] Deditio Mancini indicauit quid eſſet negligere diſciplinã militarẽ. [Triumphus Scip.] præmium extitit ei, qui militarẽ diſciplinam iã prolabentem ſuſtinuit, & in priſtinũ ſtatum redegit. Mãcini è deditio. ſ. facta eſt à Senatu Numantinis ad ſuppliciũ. Cũ. n. ille fœdus cũ Numantinis turpe & ignominioſũ percuſſiſſet, quia id P. R. nõ probauerat, ipſe auctor hoſtibus deditus eſt, vt ea religione populũ ſolueret.

Publ. &c.] Primum exemplum affert de P. Cor. Scip. dicens P. Corn. Scip. ſ. Africanus minor, cui Carthago deleta. n. aſsignata à Senatu, vt eam expugnaret, dedit cognomen auitum, quia inde Africanus dictus eſt, vt auus eius, qui Africanus maior dictus fuerat, Conſul. i. cum eſſet Conſul miſſus in Hiſpaniam, ut contunderet. i. contereret & deprimeret inſolentiſſimos ſpiritus Numantinorum ciuium, nutritos culpa Ducũ. ſ. R. ſuperiorum. i. ante Scip. in Hiſp. miſſorum: edixit. i. publicè mandauit, eodem momento temporis quo intrauit caſtra. ſ. R. vt omnia quæ comparata erant cauſa voluptatis auferrentur atq; ſummouerẽtur ex his. ſ. caſtris. Nam conſtat maximum numerum inſtitorum: i. negociatorum, & lixarum. i. miniſtrorum militibus in ijs quæ ipſi facere deberẽt famulantium, cum duobus millibus ſcortorũ: i. turpi coitui ſeſe exponẽtium (vt veriſimile eſt vtriuſq; ſexus) abiiſſe. ſ. tunc poſt edictum, inde, ex caſtris, Ro. vacuè factus exercitus. i. euacuatus hac turpi, atq; erubeſcenda sẽtina. i. ſordida fece, hoc eſt ſordidiſſimorũ hoim colluuie, qui maculauerat ſe paulo ante deformi ictu fœderis. ſ. percuſſi inter Mancinum, & Numantinos, metu mo. Vtus virtute. ſ. priſtina erecta, & recreata. i. poſtquã ipſe exercitus recepit virtutem priſtinam per diſciplinam militarẽ, æquauit ſolo illam acrem & animoſam Numãtiam. ſ. prius exuſtam incendiis, & proſtratam ruinis. Itaq; i & ita deditio miſerabilis Mancini, qui quia fœdus non approbatũ à Senatu hoſtibus deditus eſt, fuit indicium. i. inſignum militaris diſciplinæ neglectæ. i. quod eam neglexerat, & triumphus ſpecioſiſſimus Scipionis de Numantinis, fuit merces. i. præmium, ſeruatæ. ſ. diſciplinæ militaris.

Bellum Numantinorum vnde ortum.

DE METELLO, ET P. RVTILIO.

*EIus ſectam * Metellus ſecutus, cum exercitum in Africa, Iugurthino bello nimia Sp. Albini indulgentia corruptum Coſs. accepiſſet: omnibus Imperij neruis ad reuocandam priſtinæ diſciplinam militiæ connixus eſt: nec ſingulas partes apprehendit; ſed totam continuò in ſtatum ſuum redegit; Protinus namq; Lixas è caſtris ſummouit, cibumque coctum venalem*

* Sal. in Iugurt.

propo-

*proponi vetuit: in agmine neminem militum miniſterio ſeruorum iumentorumq; , vt arma ſua, & alimenta ipſi ferrent, vti paſſus eſt. Caſtrorum ſubinde locū mutauit, eadem, tanquam Iugurta ſemper adeſſet, foſſa valloq; aptiſſimè cinxit: quid ergo reſtituta continentia? quid repetita induſtria profecit? Crebras ſ. victorias, & multa trophæa peperit ex eo hoſte, cuius tergum, ſub ambitioſo Imperatore, Rom. militi videre non contigerat. Benè etiam illi diſciplinæ militari affuerunt, qui neceſsitudinum præruptis vinculis, vltionem, * vindictamq; læſę cum ignominia dominum ſuarum, exigere non dubitauerunt. Nam P. Rutilius Cos. eo bello, quod in Sicilia cum fugitiuis geſſit, Q. Fabium generum ſuum, quia negligentia Tauromitanam arcem amiſerat, prouincia iuſsit decedere.*

* Paul. Oroſ. lib. 6. c. 9. hic lib. 6. cap. 10.

Oliv. Quin. Met.

EIus ſectā Metel.] Fron li. 4. c. 1. Q. Metellus bello Iugurthino ſimiliter lapſam diſciplinam, pari ſeueritate reſtituit, cum inſuper prohibuiſſet aliâ carne, quam aſſa eſitare milites vti. [Sectam] eſt tranſlatio ſumpta, à philoſophis, nam qui Socr. aut Ariſt. opinionē ſequūtur, [illegible] ſequi dicūtur, & ſecta ſequēdo, à ſecando. & dicta eſt ſecta, eo q [illegible] opiniones ſecarant, hoc eſt diuiderent, quas ſi diligentius cōſideremus ea, quę ipſi ſuſtinebāt, omnino eā ad virtutē ſpectare inueniemus. [Iugurthino bello] Bellū quod geſtū fuit cōtra Iugurthā, ſolēt n. bella à deuictis hoſtibus denominari. [Spu. Alb.] primus fuit, q Conſul, & Imperator miſſus à Senatu contra Iugurthā molliter nimis, ac licēter exercitū habuerat, vt apud Sal. videre licet. [Neruis] Nō nerui corporis vires ſunt, eodē modo neruus Imperij, vires, & potētiā appellat. [Nec ſing partes] Nec inquit, ſenum milites corrigere cœpit, ſed eodē momento ipſius vniuerſum exercitum purgauit. [Singulas partes] Vt ſenſim milites ad rectā diſciplinā redigeret. [Cibumq; coctum.] Nolebat, vt cibaria, & eſculenta cocta proponerent venalia, ne milites cibo præparato veſcentes, molliores redderent. [Neminem mil.] i. gregariorū, nam Centuriones, Decuriones, & Tribuni militū ſuos hebāt milites. Gregarij dicebantur, qui nulli præſunt ordini, ſed de grege ſūt. [Miniſterio] Nec ſeruos habebant, qui ſibi miniſtrarent. [Iumentorum] Quæ ſarcinas ſuas veherent. [Alimenta] Cibaria, quibus indies veſcerētur [Subinde] Deinde, vt ipſo itinere milites exercerētur. [Eadem tanquam Iugurtha ſemper adeſſet] Cū caſtra frequēter moueret, ſemper ea vallo, foſſaq; circundabat, tanquam hoſtis inſtaret. [Quid ergo reſtituta] Nunc probat, quid Metel. fecit. [Multa trophæa] Trophæū dē honor, qui hoſtibus verſis i fugā cōparatur, dictū à τροπή i. conuerſione. Græci cōſuetudinē induxerunt, vt victori trophæum ſtatueretur. Erat autem columna marmorea, vbi literæ inſculpebantur, quibus victos hoſtes terga dediſſe ſignificabatur. [Multa trophæa] Dux qui hoſtilē in fugam cōuerterat exercitum trophæum merebat, q verò vltra certum numerum hoſtiū occiderat, ità vt plenam victoriam cōſequeretur, triūphū mereri dicebat. Sanè nōnunq. & arbor, cui hoſtium ſpolia affigebantur, & id ædificium, cui res geſtæ inſcribebantur, trophæa alicuius dicta ſunt: vt Marij Cymbra Ser. Sul. in. enim refert, quod Sal. in hiſt. de Pont. deuictis Hiſpanis trophæa in Pyreneis iugis conſtituit, ex quo more in orbibus pingunt aut ſculpunt in arcubus ex [illegible]. Virg. dicit Aeneā de Mezētio trophæū cōſtituiſſe, cum ait in 11. Decisis vndiq; ramis, cōſtituit tumulo, fulgentiaq; induit arma. Mezenti ducis exuuias tibi magne trophæū, dicit Aeneæ trophæū, Virg. nondum plenam victoriam conſecuto, qui occiſo Mezen. fugauerat exercitum [Ambitioſo Imperatore] Sp. Albino, qui videlicet quæreret ſe tantūmodo militibus gratum facere, vt cupiditati, & libidini militū obſequeret. [Videre nō contigerat] antequam Metel. præeſſet exercitui [Bene & illi] Laudat illos q milites ſuos ad diſciplinam militarē reuocarunt. [Affuerunt] Præſentes, hoc eſt propitij fuerūt, & fauerunt [Præruptis vinc.] Dēptis, quod obliti ſint illos ſibi neceſſitudine coniunctos eſſe. [Læſæ] Diſciplinæ militaris. [P. Rutilius Cos. eo bello, quod cū fugitiuis] i. ſeruis, quorū Dux, & author fuit Eunus. Nam dū is cū cęteris ſeruis in ergaſtulis teneret, & habitu corporis, & viribus præſtaret ſub ſimulatione Syriæ Deæ eos ad libertatem cōparandā adhortatus, in vnū contraxit ſeruos ad ou. 60. mil. Hoc aūt vt numine quodam inſtinctus facere videretur, nucem enucleatā ſulfure ſtipatā & igne in os ſumebat, & inter verba quaſi flāmam emittere videbatur. Multi Imperatores Rom. cōtra hos miſſi cum exercitibus delati ſunt. Tandē M. Perpenna eos apud Aetnam lōga obſidione preſſos fame confecit. Tauromitanā arcem.] Tauromīniū mons eſt Siciliæ, & ſupra illum [illegible], q Rom. Coloniam eſſe dixit Ptolemæus. At Str. [illegible] montem eſſe oſtdit lib. 7. in deſcriptione Siciliæ cum dicit, Vrbes vero extant ad latus, Euripum efficiens, primum Meſſanā, deinde Tauromīnium, & Cathana, & Syracuſæ, &c. Coloniam autem Romanē fuiſſe alio loco oſtendit eodem lib. vbi dicit, Ciuitas aūt nulla frequētiores habet accolas, q Cathana, nam & habitatores admiſit Rom. plurimus, pauciores aūt, q vtraq; hēt Tauromīniū: fuiſſe vero occupatū à fugitiuis alibi oſtdit his verbis. Eunus cū fugitiuis obſidione preſſus illā ſ. Aetnā, dē qua loquit, præcipuis affecit cladibus, vſq; tandē Ro. [illegible] Cathanēſes, & Tauromitanos, aliaq; cōplures, & reliqua iuxta Tauromīniū optimi piſces capiebātur ... Romano num. Vnde Iuuen. Mullus erit domino, quē miſit Corſica, vel quem Tauromitanæ rupes, nam à Tauromīniō Tauromitanus deducitur. vnde Luc. Tauromitanam vincunt ſeruare Carybdim: ſicut à Gadibus Gaditanus, à Drepano Drepanitanus.

Ascen.

EIus ſectam, &c.] Affert exemplum obſeruationis diſciplinæ militaris à Metel. Numidico, dicit Metel. ſ. Numidicus, ſecutus ſectā. i. doctrinā in re militari, eius. ſ. Scipionis Africani, cū ipſe Cos. accepiſſet exercitum ſ. Rom. in Africa bello Iugurthino. i. quod cōtra Iugurtham gerebatur, corruptū nimia indulgentia. i. laxitate in obſequēdo militū voluptati, cōniſus eſt omnibus neruis. i. totis viribus imperij. i. potestatis, qua ipſe Imperator fungebatur, ad reuocandam. i. reſtituendam diſciplinam militiæ priſtinam. q exercitus prius habuerat. [Nec apprehendit partes ſ. diſciplinæ militaris, ſingulis]. i. vnamquāq; ſeorſum, ſed redegit cōtinuo totā in ſtatum ſuū. [Namq; ipſe ſummouit protinus]. i. porro tenus, amouit [illegible] miniſtros militū mercede conductos, ad aquā ferendā, & cætera onera obeūda: & vetuit cibū coctum proponi venalitui, vt. ſ. coquēdi labore exercerentur. [Et neminem] i. nō aliquem, nō eſt paſſus aliquē militū vti in agmine exercituum dum ageretur, ſeu incedaret, & caſtra mutaret, miniſterio ſeruorū, & iumentorum, vt. ſ. milites ferrent ipſi. i. proprijs humeris arma ſua, & alimēta ſua. Et ipſa mutato ſubinde. i. per interualla tēporis loco caſtrorum. i. tentoriorū, exercitus ſubſidio agentis, cinxit eadē. ſ. caſtra aptiſſimè, vallo, & foſſa, tanquam Iugurta. ſ. Rex Numidiæ adeſſet ſemper. ſ. ea oppugnaturus. Ergo quid cōtinentia reſtituta, & quid induſtria repetita profecit. Reſpon. ſ. ſcire licet, quid profecerit, qa peperit crebras victorias, & multa trophæa ex hoſte. ſ. Iugurtha, cuius videre tergum nō contigerat militi. ſ. Ro. ſub Imperatore R. ambitioſo videlicet, Sp. Albino, qui ambiendo fauorem militum eis nimiū indulſerat. [Bene & c.] Ordo eſt. Illi & affuerunt. i. auxilio fuerūt bene. i. conuenienter, diſciplinæ militari, qui præruptis vinculis neceſſitudinū. i. nō parcētes ſuis neceſſarijs, vt Torquatus. qui in filium animaduertit nō dubitauerūt exigere vltionē, & vindictā læſæ ſ. diſciplinæ, aut maieſtatis Imperialis, cū ignominia dominū ſuarum. i. propriarum. P. Rutilius Conſul iuſſit eo bello, quod geſſit in Sicilia cum fugitiuis. Hoc eſt contra fugitiuos, duce Euno. Q. Fabium generū ſuum. i. filiæ maritum, decedere prouincia. i. egredi Sicilia, quia amiſerat arcem Tauromitanam, negligentia ſ. ſua.

DE C. COTTA.

*NAM C. Cotta * P. Aurelium Pecuniolam, ſanguine ſibi iunctum, quē obſidioni Liparitanæ ad auſpicia repetenda Meſſanam tranſiturus præfecerat, virgis cæſum, militiæ munere inter pedites fungi coegit, quòd eius culpa ager incenſus, & penè caſtra capta fuiſſent.*

*Pron. lib. 4. c. 1.

Oliv.

NAM C. Cotta, P. Aurelium] C. Cotta Cos. cum Liparem Aeoliam inſulam obſideret, animaduertit non recte oraculum captum eſſe: igitur cum ad reſtauranda auſpicia iturus eſſet. P. Aurelium ſanguine ſibi coniunctum obſidioni præfecit, qui cum negligentius milites in armis habuiſſet, per eruptionem oppidani vallum incendio conſumpſerunt, & pena caſtra ceperunt, & ob hanc cauſam Cos. reuerſus, re cognita, P. Aurelium virgis cęſum, inter pedites militare coegit.

Ascen.

ET C. Cotta] Coegit P. Aurelium Fuluiū Pecuniolam. ſ. cognomento, iunctū ſibi ſanguine. i. conſanguineum, quē tranſiturus Meſſanā. i. ad eā vrbem Siciliæ, ad rependa auſpicia præfecerat obſidioni Liparitanæ, cæſum. i. percuſſum virgis, fungi munere militiæ īter pedites, q. i. qa, ager erat incēſus, & caſtra erāt penè. i. quaſi capta, culpa eius. ſ. Fuluij Pecuniolę.

DE

DE Q. FVLVIO.

Q. Etiam Fuluius Flaccus Cenſor, Fuluium fratrem cohortem legionis, in qua Trib. militum erat, iniuſſu Conſulis domum dimittere auſum, Senatu amouit. Tã digna exempla, tam breuiter, niſi maioribus vrgerer, non referrentur. Quid enim tam difficile factu, quàm copulatæ ſocietati generis, & imaginum, deformem in patriam reditum indicere? aut communioni nominis, ac familiæ veteris propinquitatis ſerie cohærenti, virgarum contumelioſa verbera adhibere? aut Cenſorium ſuperciliũ aduerſus fraternam charitatem diſtringere? Dentur hæc ſingula, quamuis claris ciuitatibus, abundè tamen gloria diſciplinæ militaris inſtructæ videbuntur.

OLIV. Q. Etiam Ful. Fla.] Fron. lib. 4. Fuluius Flac. Cenſor inquit, Fuluium fratrem tuum, quia Legionem, in qua Tribunus mil. erat iniuſſu Conſulis domũ demiſerat, è Senatu mouit. [Senatu amouit.] Duplex erat Cẽſoria nota in Equites, aut enim Senatu mouebantur ij erant inter Senatores, aut equo publico priuabantur, ne videlicet ſtipendiũ de publico daretur. [Trib. mil.] Tribuni militum præerant mil. ibus hominum. Principilus. 200. Centuno quatuor manipulus manipulus vero primo c. deinde conduplicatus 200. militũ fuit, & dicti ſunt manipuli à faſciculis palearum, quos manipulos dicimus, nam adhuc pauper P. R. pro vexillis manipulos palearum pertica ſuſpenſos geſtare ſolebat, vnde & manipularis miles dictus eſt. Ouid. Pertica geſtabant ſuſpenſos ærea manipulos. Vnde manipularis nomina miles habet. Alij dicunt Centuriones autem centum militibus præfuiſſe, & inde nomen accepiſſe: quod magis tenendum eſt per nominis ſimilitudinem. Præfecti cohortibus præerãt. cohors aũt conſtat ex quingentis & quinquagintaquinque peditib. & 66. equitibus, turma erat 30. nam turma dicta eſt quaſi terdena, quod ex vnaquaq; Centuria ter deni deligebantur, & fiebant turmæ. Legati legionibus præerant. Legio aũt ab eligẽdo dicitur, vt vult. Veget. de re milit. quia hoc vocabulum delectorum fidem, atq; diligentiam qui milites probant, ex decẽ aũt cohortibus plena legio conſtituebatur, quę habebat 6. millia centum peditum, equites ſeptingentos & 30. ſed pro diuerſitate temporum variatus eſt numerus. Tribunorum militarium vt habetur in Digeſtis. Officiũ aũt fuit, milites in caſtris continere ad exercitationem perducere, claues portarum ſuſcipere, vigilias interdum circuire, frumentationibus cõmilitonum intereſſe, frumentum præbere, menſuræ fraudem cohibere, delicta ſecundum ſuam authoritatem his modis caſtigare, principijs frequenter intereſſe querelas commilitonum audire, valetudinarios inſpicere, officium regentis exercitum non tm̃ in dãda, ſed etiam conſeruanda diſciplina conſiderare. [Liparitanæ] Lipare vna ex inſulis Aeolijs, cuius Sol. vna cum reliquis mentionem facit, & omnes ſuo nomine deſcribit, ſunt. n. ſeptem Virg. de Lipare inſula. Sicanium iuxta latus Aeoliamque, erigitur. Liparẽ fumantibus ardua ſaxis, & à Lipare Liparitanus, vt hoc loco, & Liparęus dicitur. Iuu. Brachia Vulcanus Liparæa nigra taberna. [Fuluius Fla.] Hoc factum eſt bello ſeruili quod in Sicilia geſtum eſt. [Tã digna exempla] Excuſat ſe quodammodo Valer. ꝙ exẽpla rei militaris breuiter nimium narrauit, ꝙ ſe dicit nõ fuiſſe facturum, niſi multa alia ſe offerrẽt quæ maiora ſunt. [Generis & imaginũ] Sicut Ful. qui fratrem Senatu amouit [Imaginum] maiorum ſplendor, & virtus, ac egregia facinora, poſterorum imagines dicebantur, ideo aũt dicebantur imagines, quia poſteri cogitatione rerum earum, quæ præclarè geſtæ fuerant à maioribus, ad virtutem incendebantur, vt illas imitarentur, & reuera etiam imagines & ſtatuas erigere ſolebant, vt poſteri intuentes eas ipſa cogitatione virorum excellentium ad virtutẽ accenderentur. [Communioni] i. Coniunctioni, non ſicut fecit Cotta, qui Pecuniolam ſanguine ſibi coniunctum ex equite pedites fecit. [Supercilium] Auſteritas, ſeueritas, à præcedente, qđ ſequitur, nam in ſuperciliorum toruo motu quædam triſtitia, & ſeueritas oſtenditur. [Diſtringere?] Minari, vel exercere, et eſt translatio à gladiatoribus, qui gladium in concertatorẽ ſuũ nudant & ſtringunt [Dentur hęc.] Si inquit ciuitates, quis claræ rerũ gloria geſtarum vel vnum eorum exemplorum haberẽt, quæ oſtendimus, tamen abundè viderentur de diſciplinę militaris eximia exercitatione adepta & egregiè gloriari poſſe.

ASCENS. Q. Vintus, &c.] Affert tertium exemplum eiuſdem ſeueritatis in neceſſarios ſuos dicens. [Q. etiam Ful. Flac. Cenſor] i. cum eſſet Cenſor, amouit Senatu. i. priuauit dignitate, & ordine Senatorio, Fuluium fratrem ſup. ſuum, auſum dimittere domum iniuſſu Conſulis Cohortem Legionis in qua erat Trib. mil. [Tam digna] ſi membratim exempla non referentur ſup. à me tam breuiter. i. tam paucis verbis, niſi vrgerer maioribus. ſ. exemplis. [Enim pro quia] Quid eſt tam difficile factu. ſ. vt fiat, ꝙ indicere ſocietati generis, & imaginum. i. ſtemmatũ, copulatæ. i. coniunctę, reditum in patriam, vt fecit Rutilius. deformem. i. turpem, ac adhibere communioni nominis, aut cohærenti. i. ei qui cohærebat familiæ ſerie. i. ordinata deductione veteris propinquitatis, contumelioſa verbera virgarum. Vt fecit Cotta: aut diſtringere. i. denudare & vibrare ſupercilium Cenſorium. i. ſeueritatem Cenſoriam aduerſus charitatem fraternam. Vt fecit Q. Ful. q. d. nihil. Vnde addit. Dentur hæc. ſ. dicta exempla ſingula ciuitatibus, quãuis. i. quantumuis claris, tamen videbuntur abundè inſtructæ gloria diſciplinæ militaris, q. d. Quã ergo gloria inſtructa dicetur Ro. quæ hæc omnia habet. vnde addit, At noſtra vrbs &c.

DE POSTHVMIO TIBVRTO, ET Tito Manlio Torquato.

At noſtra * vrbs, quæ omni generi mirificorum exemplorum totum orbem terrarum repleuit: Imperatorum proprio ſanguine manantes ſecures, ne turbato militiæ ordine vindicta deeſſet, è caſtris publicè ſpecioſas, priuatim lugubres duplici vultu recepit: incerta, gratulandi prius, an lugendi officio fungeretur. Igitur ego quoq; hæſitante animo vos bellicarum rerum ſeueriſſimi cuſtodes, Poſthumi Tiburte, & Manli Torquate memoria, ac relatione complector, qui animaduerto fore, vt pondere laudis quàm meruiſtis, obrutus, magis imbecillitatem ingenij mei detegam, quàm veſtram virtutem, ſicut par eſt, repræſentem. Tu namq; Poſthumi Dictator, Aulum Poſthumium, quem ad generis, penetraliumq; ſacrorum ſucceſſionem propagandam genueras, cuius infantiæ blandimenta ſinu atque oſculis fouerας, quem puerum literis, quem iuuenem armis inſtruxeras, ſanctum, fortem, amantem tui pariter, ac patriæ, quia nõ tuo iuſſu, ſed ſua ſponte præſidio progreſſus hoſtes fuderat, victorem ſecuri feriri iuſſiſti, & ad hoc imperium peragendum, paternæ vocis miniſterio ſufficere valuiſti, nam oculos tuos, certum ſcio, clariſſima in luce tenebris offuſos, ingens opus animi intueri nequiuiſſe. Tu item Manli Torquate. Latino bello Cos. filium, quòd prouocatus à Geminio Metio * Duce Tuſculanorum ad dimicandum te ignarò deſcenderat, glorioſam victoriam, & ſpecioſa ſpolia referentem, abripi à lictore, & in modum hoſtiæ mactari iuſſiſti: ſatius eſſe iudicans, patrem forti filio, quàm patriam militari diſciplina carere.

Liu. lib. 4. Sed non credit.

Liu. lib. 7.

* Præerat equitibus lib. 6. c. 9. & lib. 9. cap. 3.

OLIV. Generaʀ] Cuiuslibet virtutis. [Proprio ſanguine] Scilicet filiorum. [Specioſa] Quod victores euaſerũt. [Priuatim] i. quod eorum filij virgis cęſi, & ſecuri percuſſi ſunt, inquit quantum ad Remp. ſpecioſè, quantum ad priuatũ lugubres propter mortem filiorum. [Gratulandi] Quod victores euaſerunt. [Lugendi] Quod filios amiſerint. [Igitur ego] Ergo quia res magna fuit, ac propè incredibilis, teſte Liu. qui dixit hoc apud poſteros plus admirationis habiturũ ꝗ fidei. dictũ ergo vereor, ne virtuti veſtræ non parẽ relationem adhibeam, igitur quia illi incerti erant, fungerentur officio gratulandi, an lugendi, pari ratione cum illis ego quoque dubito. Tu namque P.] Ab hac opinione diſſentit Liu. dicit. n. non duos fuiſſe, qui filios occidi iuſſerunt, ſed vnum, nec Poſthumium, ſed Manlium Torquatum, hoc aũt in coniecturam adducit, cur Manlius, non Poſthumius exiſtimandus ſit, qui filium virgis cædi, & ſecuri

percuti

percuti iuſſit. ꝙ Manliana non Poſthumiana imperia ſunt appellata: nam in conſuetudinem venit, vt cum aliquis nimia ſeueritate vteretur diceretur: en Manlianum imperium, quem crudelitatis titulum Poſth. prior occupaturus fuit, nam multis ante annis Poſthum. fuit q̃ Manlius. Sed de hac re nonnihil dubitare videtur Liu. quia nonnulli ſic tradidere ſcriptores, duos. ſ. fuiſſe, q filios occidi iuſſerint, ſed exiſtimare ſe dicit ſcriptores, qđ Poſthumij fuerat, aſcripſiſſe Torquato, vel Cottæ potius, & qa nonnulli hiſtorici ita retulerunt, ſe quoq; tacitum præterire noluiſſe. [Poſthumium filium] Hoc fuit teſte Gel, anno ab vrb. cond. 312. bello Fidenati. [Penetralium ſacrorum] Mos erat antiquitus, vt domeſticis ſacris, ex filijs maiores natu præficerentur. [Propagandam] amplificandam, trãſlatio ſumpta à vitibus, nam propagari dr̃r vites, cum ab arbore ſub terrã flagella deducuntur. [Cuius infantiæ blandimenta] Hæc omnia deſcribit, quę pater in educatione filij facere ſolet, vt rem ante oculos ponat. [Armis] vt iam adultus arma tractare diſceret. [Sanctum] Reſpectu patris, qui pietatem paternam ſanctam habebat. [Fortem] Quia fortis bellator erat. Item ſanctum moribus, fortem viribus, multa in vnum congerit Val. quorum cogitatione, & reſpectu pater à filij cæde deterreri potuerat, vt maiorem fortitudinem animi in Poſthumio fuiſſe oſtendat, quia omnia poſthabuit, vt diſciplinam militarem ſeruaret incorruptam. [Amantẽ tui pariter & patriæ] pietatẽ, q̃ parentibus, pariter & patriæ debemus. [Præſidio] vbi eum locaueras cum cohorte ſua ſpontè egreſſus eſt, vt manus cum hoſtibus confereret. [Progreſſus,] Quia à præſidio in pallantes, & incompoſitos hoſtes proceſſerat eosq; fuderat [Et ad hoc imperium.] Potuiſti, inquit, imperare lictoribus, vt lege agerent, nam cum magiſtratus de nocẽtib. ſupplicium ſumerent, lictoribus dicere ſolebãt. age lege. [Nã oculos] Dixi te hoc tam crudele imperiũ in filiũ, voce tua exequi potuiſſe, nam te vultum auerſum à tanta ſupplicij fœditate habuiſſe certo ſcio. [Ingẽs animi opus] Opus animi erat ſupplicium quo filium affici iuſſit [Tu item Manli Torquate] Id fuit Volſcorũ Equicolorumq; bello, vt vult Liui. Gel. verò dicit, tũ hoſtes erant Fidenates, ſed hoc quod ſequitur, fuit bello Latino. Cato tamen apud Sal. in oratione contra coniuratos dicit, hoc fuiſſe bel. Gallico. & appellat hunc Aulum Manlium Torquatum. Huic Torquato poſt cædem filij in patriam cum victoria redeunti nemo iuniorum proceſſit obuiam: fuit autem patribus carus, iuuenibus autem ſemper inuiſus, ſicut in ca. de ira & odio dicemus. vbi hæc hiſtoria plenius tractabitur. [Satius eſſe iudicans] Exemplo filii tui ſtatuere, vt poſtea alii diſciplinam militarem non violarent.

AT Vrbs noſtra] .i. Rom. ciuitas. [Quæ repleuit totum orbem terrarum omni genere exemplorum] mirificorum .i. mirabilium factorum, recepit ſecures Imperatorum manãtes ſanguine proprio, quia ab eis genito, ne vindicta deeſſet, ordine militiæ turbato: recepit dico duplici .i. ambiguo vultu, quia ſpecioſas publicè .i. quantũ ad Remp. & lugubres priuatim .i. quantum ad ipſorum Imperatorũ, qui in filios animaduerterunt, dolorem: recepit inquam, incerta, an fungeretur prius officio gratulandi, propter bonum publicum; an lugẽdi, propter dolorem priuatum. [Igitur] Quia ſupra fidem videtur pro conſeruanda diſciplina militari in filios animaduertiſſe [Ego quoque] Inquit auctor, ò Poſthumi Tiburte, & ò Manli Torquate ſeueriſſimi cuſtodes rerum bellicarum, complector vos memoria. i. in mente ac relatione .i. recitatione in ſcripto verba repreſentãre, idque animo hæſitante .i. ambiguo, & dubio, quia ego animaduerto .i. animo conſidero, fore .i. futurũ eſſe, vt ego obrutus .i. oppreſſus pondere .i. mole laudis, quã meruiſtis, detegam .i. aperiã, & oſtendam magis imbecillitatem ingenii mei: quia repręſentem. ſ. legentibus, aut audientibus relationem hanc. Nãq; tuo Poſthumi Dictator .i. cũ eſſes Dictator. [Iuſſiſti Aulũ Poſthumiũ] .ſ. filium tuum, quẽ genueras ad ſucceſſionem generis, .i. progeniei, quia pater quodãmodo in filio viuit, & ad ſucceſſionem ſacrorum penetralium .i. maximè familiarium, quæ Penatibus à patrefamiliàs fiebant, vnde Aulus iſte, quia primogenitus patri ſucceſſurus erat, [propagandam] .i. per propagationem continuandam. Cuius. ſ. Poſthumii filii tui blandimenta infantiæ .i, quem infantem blandientem tu foueras .i. molliter educaueras, ſinu .i. in complexu brachiorum, & oſculorum .i. in cõplexu paterno, quem puerum .i. cum eſſet puer, tu inſtruxeras .i. ornaueras, & erudieras literis, & quem iuuenem .i. cum eſſet in iuuẽta ętate, tu inſtruxeras armis .i. peritia militari, entem aut vt vulgatius dicam exiſtentem ſanctum. i. incorruptum, fortem, & amantem pariter tui, ac patrię, iuſſiſti inquam eum victorẽ. ſ. hoſtium, feriri, vt feriretur collum eius, ſecuri .i. ferreo inſtrumẽto quo ſontium colla ſecantur, quia ipſe progreſſus præſidio .i. extra caſtra, non tuo iuſſu .i. imperio, ſed ſua ſponte: .i. propria auctoritate, fuderat hoſtes .i. Fidenates. Et tu valuiſti ſufficere .i. ſatis eſſe, miniſterio vocis paternæ .i. mandato vocali, iubendo lictoribus, vt eum ſecuri ferirẽt. [Ad hoc imperium]. ſ. de nece filij peragendum, nam ſcio certum .i. certè, aut vt rem certã, aut ſcio certo, oculos tuos offuſos tenebris .i. caligine & mœrore nimio in luce clariſſima. ſ. aut mentis, quia rectiſſimè pro patria ſenſit, aut diei, nequiuiſſe intueri ingens .i. excellens opus animi. [Itẽ] .i. conſimiliter, tu ò Manli Torquate Cos. Latino bello, iuſſiſti filium. ſ. tuum referentem. ſ. ex hoſte glorioſam victoriam, & ſpecioſa ſpolia, quia cæſo prouocatore abripi. ſ. à cõplexu militum, quibus chariſſimus erat, à lictore .i. miniſterio lictoris, & mactari in modum hoſtiæ, quod .i. quia ipſe prouocatus. ſ. ad certamen à Geminio Metio Duce Tuſc. deſcenderat ad dimicãdũ ſ. cum hoſte, te ignaro, immo plus qnã ignaro, quia prohibuerat quidquam ſe abſente in hoſtem moliri, iuſſiſti inquã indicans eſſe ſatius .i. eligibilius, & melius, patrem videlicet teipſum carere filio forti, q̃ patriam, ſ. Romam, carere diſciplina militari.

LVgendi.] vetuſti codices hñt alloquendi, qđ nõ diſplicet. Tyro.
Alloqui interdũ ſolari ſigñat. Inde Catullus. Qua ſolatus ex allocutione, & infra paululumq; qđlibet allocutionis,

DE L. QVINTO CINCINNATO.

*AGE quanto * ſpiritu putamus vſum L. Quintiũ Cincinnatum Dictatorem eo tempore, quo deuictis Equiculis, & ſub iugum miſſis L. Minutium Conſulatũ deponere coegit, quòd caſtra eius hoſtes ijdem obſederant? Indignum .n. maximo Imperio credidit, quem non ſua virtus, ſed foſſa, vallumq; tutum præſtiterat; cuique verecundiæ non fuerat, arma Rom. metu trepida, clauſis portis contineri. Ergo imperioſiſſimi 12. faſces, penes quos Senatus, & Equeſtris ordinis, & vniuerſæ plebis ſummum decus erat, quorumq; nutu Latium, ac totius Italiæ vires regebantur, contuſi atque fracti Dictatoriæ ſe animaduerſioni ſubſtrauerunt. Ac ne inulta foret gloria militaris, Conſul delicti omnis vindex punitus eſt. His (vt ita dicam) piaculis, Mars Imperij noſtri pater, vbi aliqua ex parte à tuis auſpicijs degeneratum erat, numen tuum propitiabatur, nota affinium & cognatorum, & fratrum filiorumque ſtrage, ignominioſaque Conſulum eiuratione.*

*Liu. li. 3. ſed Equos ſemper vocat.

AGE quanto ſpiritu putamus vſum L. Quintiũ Cincinnatũ] De hoc viro dicemus in c. de moderatione. & paupertate. qđ vero ad diſciplinã militarẽ ptinet, cũ peruaſtatis agris ſubito Equorũ, & Volſcorum incurſu, alter Conſulum L. Minutius ad vltionem miſſus eſſet, illi neq; fortuna, neq; vis animi in ea gerenda fuit, nam cum non procul ab hoſte caſtra poſuiſſet, nulla clade accepta, pauidus inter caſtra ſe continebat, ꝙ vbi ſenſere hoſtes ex metu alieno creuit audacia, & primo caſtra expugnare adorti, cum non ſuccederet, ad obſidionẽ conuerſi munitionibus circumdant, quod vbi Romam perlatum eſt obſideri. ſ. Conſulem, & exercitum, tantus pauor & trepidatio vrbem inceſſit, vt Dictatorem quamprimum dici placeret dictuſq; eſt conſenſu omnium Quintius Cincinnatus, qui tunc erat in agris, & ruſtico inhians operi, audito patriæ ſtatu, & honorem, & laborem pium prono animo ſuſcepit, protectuſq; confeſtim, ſcripto exercitu, omnibus vltrò nomina dãtibus, ſpe certa ſub tali Duce vincendi, diſpoſito rerũ ſtatu, die proximo ſub noctem Roma egreſſus, alacritate mirabili, mediaq; nocte ad hoſtem perueniens, & Conſulem, & exercitum, obſidione liberauit hoſtes (vt exprimeretur tandem confeſſio, ſubactam, domitamq; eſſe gentem) ſub iugum miſit: fiebat aũt iugum ex tribus haſtis & duabus humi defixis, ſuperq; eas vna tranſuerſa deligata, ſub hoc iugo Dictator hoſtes veluti totidem boues miſit. Caſtris hoſtiũ receptis, plenis omnium rerum (nudos .n. miſerat) prædam omnẽ ſuo tñ militi dedit, conſularẽ. exercitum. Conſulemq; ipſum increpans, carebis inquit, prædæ parte miles, ex eo hoſte, cui propè prædæ fuiſti; & tu L. Minuti donec Conſularem animum incipias habere, Legatus ſis, legionibus præeris.

Oliv. Quin. Cincinnatus.

ita ſe

ita ſe Minutius abdicat Conſulatu, iuſſusq; in exercitu manet: Sed adeo tuto Imperio meliori animo manſuete obediens erat vt beneficij magis quam ignominiæ hic exercitus memor, & coronam auream Dictatori libræ pondo decreuerit, & proficiſcentē eum patronum ſalutauerit. [Equiculis] Populis, qui ſunt haud procul à Roma. [Indignum.n.] Putabat illum non eſſe Imperio dignum, qui ſe, exercitumq; ſuum non virtute, ſed vallo, foſſaq; tutatus eſſet. [Arma R.] ſemper victricia fuerũt. [Ergo imperioſiſſimi 12. Faſces] Nunc extollit Conſulatum, vt maiorem etiã pœnam oſtenderet, quod nec illi quidem Dictator pepercerit, qui ſummum Imperium gerebat. [Nutu] Nam quanto maiorem vim, & poteſtatem Conſulatus oſtendit, tanto magis oſtendit ſeueritatem Dictatoris. [Decus] Ornamentum, nam omnes Romani ordines ſub Imperio Dictatoris erant, poterat.n. & Plebi, & Senatui, & Equeſtri ordini imperare quidquid voluiſſet Dictator. [Ad ne inulta foret gloria] ne res militaris foret inulta, quam aliorum delicta punire conſueuit, ipſe punitus eſt. [His, vt ita dicã piaculis] Conuertit ſermonẽ ſuũ ad Martẽ Valerius, & eſt apoſtrophe, dicens, ô Mars ideo fuere Imperatores R. adeo ſeueri, vt numen tuum, his pœnis placarent, ſi quid contra te fuiſſet admiſſum. [Piaculis] Pœnis, nam piaculum ſignificat pœnam, remedium, delictum, mortem denique ipſam, ergo piaculis, expiationibus. [Pater] Nam à Marte originem ſumpſiſſe dñr Romulus, & Remus [Degeneratum] Peccatum, & delictum aliquod cõmiſſum eſſet, nam degenerare eſt à genere exire, vel ab aliqua re alienum eſſe. [Nota ignominioſa] Eiuratione, priuatione, nam eiurare eſt extra ius facere, quemadmodum dicimus exaugurare extra augurium facere, ſicut eiurare contra ius vel extra ius facere, ergo eiuratione, abdicatione: nam cum Conſulatũ ineunt in temp. iurant, cum deponunt, eo iureiurando ſoluuntur.

Piac uñ.

Ascen.

Age quanta, &c.] Recitat ſimile exemplum ſeruatæ à Q. Cinc. & neglectæ diſciplinę militaris à L. Minutio, dicẽs Age adhortandi voa, quanto ſpiritu putamus Luciũ Q. Cinc. Dictatorẽ vſum eo tpe. [Quo Equiculis] Populis illis Italiæ deuictis, miſſis ẽt ſub iugũ, coegit L. Minutiũ deponere Conſulatũ, quod ijdem hoſtes. ſ. Equiculi, obſederant caſtra eius videlicet Minutij ante aduentũ Dictatoris. Enim pro quia, Cincinnatus ſupp. credidit ſup. eũ videlicet Minutium (quẽ nõ virtus ſua, ſed foſſa, & vallũ præſtiterat tutũ. ſ. ab hoſte, cuiq; .i. & cui non fuerat verecundia .i. qui nõ erubuerat, arma R. trepida .i. armatos R. trepidantes metu .i. præ timore continere portis. ſ. caſtrorũ clauſis) indignũ maximi Imperio, videlicet Cõſularis in vrbe R. Ergo quia Dictator ita cenſuit, 12. faſces. ſ. virgarũ cũ ſecuri, Imperioſiſſimi .i. maximi Imperij indices, penes quos erat ſummũ decus .i. ornamentum Senatus, & ordinis Equeſtris, & vniuerſæ Plebis (in tot.n. ordines P.R. diſtinctus erat.) [Et quorũ nutu] .i. eis nutu, voluntate, vel ſigno capitis iudicata, Latiũ .i. nobiliſſima illa pars Italiæ, ac vires totius Italiæ regebantur contuſi, ac que fracti. ſ. a Dictatoria poteſtate, ſubſtrauerunt ſe, animaduerſioni .i. conſideratæ, & ordinatæ punitioni Dictatoriæ .i. Cincinnati Dictatoris ac ne gloria militaris foret inulta. i. ſine vltione læſa: Conſul vindex omnis delicti .i. penes quẽ eſt oẽ delictũ aliorũ punire, punitus eſt. ſ. a Dictatore. [O Mars pater Imperij noſtri] .i. Roma. quia primi Regis pater habitus eſt, vbi .i. poſtquã degeneratũ erat .i. minus generoſe agendo diſceſſum erat à tuis auſpicijs .i. præclaris inſtitutis numen tuũ .i. diuina maieſtas tua, quæ nutu quæ vult facit, propitiabatur .i. placabatur his .i. huiuſmodi (vt ita dicam .i. ſi modo liceat ſic dicere) piaculis. i. expiationibus, & purgationibus delicti, videlicet nota. ſ. infamiæ affiniũ, qua Rutilius notauit Q. Fabiũ generũ ſuũ. Cognatorum qua Cotta Pecuniolã virgis cæſum & iter pedites militare coactũ diffamauit. Et fratrũ, qua Flaccus Cẽſor Fuluiũ fratrẽ infamẽ reddidit, Senatu amouẽdo. Et ſtrage filiorũ. ſ. Poſthumij, & Mãlij. Et eiuratione .i. exanthoramento, ac priuatione ſacramenti, quod milites Imperatori exhibebant ignominioſa, quia poſſet eſſe honeſta, vt ſi ob valetudinem, aut vulnera accepta, aut religionem aliquam quis ſe magiſtratu abdicarit. Conſulum. ſ. Minutij, ſed ad rem extollendam de ſingulis, præterquam de filiis (cum tamen ab aliis etiam vnus cenſeatur) pluratiuè loquitur.

DE PAPIRIO.

Liu. lib. 8.

*EIVSDEM * ordinis quod ſequitur Papirius Dictator cum aduerſus Imperiũ eius Q. Fabius Rutilianus magiſter equitum exercitum in aciem eduxiſſet, quãquam fuſis Samnitibus in caſtra redierat, tamen neque virtute eius, neque ſucceſſu, neque nobilitate motus, virgas expediri, eumq; nudari iuſſit. O ſpectaculum admirabile, & Rutilianus, & magiſter equitum, & victor, ſciſſa veſte ſpoliatoq; corpore, lictorũ ſe verberibus lacerandũ præbuit, * vt in acie exceptorum vulnerum nodoſis ictibus cruore renouato, victoriarum quas modo ſpecioſiſſimas adeptus erat, titulos reſpergeret: precibus deinde ſui exercitus Dictator interpellatus, occaſionem Fabio confugiendi in vrbem dedit, vbi fruſtra Senatus auxilium implorauit: Nihilo minus n. Papirius in exigenda pœna perſeuerauit: itaque coactus eſt pater eius, poſt Dictaturam, tertiumq; Conſulatum, rem ad populum deuocare, auxiliumq; Tribuni plebis ſupplex pro filio petere, neque hac re ſeueritas Papirij refrænari potuit. Cæterum, cũ ab vniuerſis ciuibus, & Tribunis plebis rogaretur, teſtatus eſt, non pœnam illam ſe Fabio, ſed P. R. & Trib. concedere poteſtati.*

*Non præbuit, ſed ſi dem militũ implorauit.

EIVSDEM ordinis Papirius Dictator] Prout lib. 3. L. Papirius Curſor Dictator. Fabium Rutilium magiſtrum equitum quod aduerſus edictum eius, quanquam proſpere pugnauerat, virgis popoſcit cædi, ſecuri percuſſurus, nec contentione, aut precibus militum conceſſit animaduerſionem, eumq; profugientem Romam proſecutus eſt, nec ibi quidem remiſſo prius ſupplicij metu, quam ad genua eius, & Fabius cũ patre prouoluerentur, & pariter Senatus, & Populus rogarent. Liu. vero multo prolixius ſcribit hiſtoriam. Fuit hoc bello Samnitico cui cum L. Furius Camillus Conſul præeſſet, morbo implicitus, Dictatorem dixit Papirium Curſorem, qui ſibi Q. Fabium Rutilianum Magiſtrum equitum dixit. quibus in caſtra profectis, paulo poſt Dictator in vrbem ad auſpicium petendum acceſſitur, imperat Magiſtro equitum, vt ſeſe loco teneret, nec abſente ſe cũ hoſte confligeret: Fabius cum poſt profectionem Dictatoris per exploratores cõperiſſet perinde omnia ſoluta apud hoſtes, ac ſi nemo Romanus in Samnio eſſet, ſeu ferox adoleſcens indignitate accenſus, quod omnia in Dictatorem viderentur repoſita eſſe, ſeu occaſione bene gerendæ rei ductus, exercitu inſtructo paratoq; profectus ad hoſtes, conflixit: Ea fortuna pugnæ fuit, vt nihil relictum ſit, ſi affuiſſet Dictator cũ melius geri res non potuerit, non.n. Dux militi, nec miles Duci defuit, viginti millia hoſtium ea pugna cæſa dñr. Quod vbi Romæ cognitum eſt, Dictator incẽſus ita redit in caſtra, Fabium acciri iubet, ſpoliariq; vt de illo ſumeret ſupplicium; milites reiectis lictoribus Fabiũ tutantur, iamq; ſeditio maxima apparebat, nox eam diremit, Fabius interea Romam profugit, & auctore patre apud Senatũ de iniuria Dictatoris conqueritur: demum ſuperueniente Dictatore, Tribunorum omnium ac P.R. fidem implorat, quæ nihil ſibi proficiente, fluctuabat eius vita, niſi quod populus ad preces & obteſtationem conuerſus, vt ſibi pœnam Magiſtri equitum Dictator remitteret. Tribuni quoque inclinatam rẽ in preces ſubſecuti orare Dictatorem, inſtituunt, vt veniam errori humano, veniam adoleſcentiæ Q. Fabij Rutiliani daret: ſatis eum pœnarum dediſſe, iam ipſe adoleſcens, iam pater M. Fabius contentionis obliti, procumbere ad genua, & iram deprecari Dictatoris. Tunc Dictator ſilentio facto, benè habet Quirites, vicit diſciplina militaris, vicit Imperij maieſtas, non noxæ eximitur Q. Fabius, qui contra edictũ Imperatoris pugnauit, ſed noxæ damnatus, donatur P.R. donatur Tribunitiæ poteſtati, precarium, non iuſtum auxilium ferẽti. [De gente Papiria] Cic. epiſt. famil. lib. 9. epiſtola ad Petũ. Tandem inquit, inſanire tibi videris ita, inquit, ſed tũ mi Pete, quid tibi venit in mentẽ negare Papirium quenquam niſi plebeium fuiſſe, nunquã: fuerunt.n. patricij minorum gẽtium, quorum princeps L. Papirius M. Vigilanus, qui Conſul cũ L. Sẽpronio Atratino fuit, cum ante Cenſor cum eodem fuiſſet, annis poſt Romã conditam trecentis xv. ſed cum Papiſij dicebantur, poſt hunc 13. fuerunt ſella Curruli ante L. Papirium Craſſum, qui primum Papiſius vocari deſitus eſt, it Dictator cũ L. Papirio Curſore magiſtro eqtum factus eſt, annis poſt Rom. cõd. trecẽtis 15. & quadriennio poſt Cõſul cum Duellio, hunc ſecutus eſt Papirius Curſor homo valde honoratus. [Neq; virtute] Quia vicerat. [Neq; ſucceſſu] Quia fœlix fuerat. [Nobilitate] Quia patricius erat de Fabia gente [O ſpectaculum admirabile.] Exaggerat rẽ iſtã. [Cruore] .i. renouatione vulnerum,

Oliv.

quæ ab

quæ ab hoſtibus acceperat, nondū cicatrices ſanatæ erant. [Vulnerum] Quæ nondum obductæ erant. [Nodoſis ictibus]. ſ. virgarum. [Dedit] Occaſionem fugiendi, Diſpendio pœnæ. Non quod ita putaret, ſed quia rogauerant milites, vt punitionem illam in ſequentem diem differet Papirius: quod vbi factum eſt, nocte Fabius in vrbem confugit. [Poſt Dictaturam tertiumq; Conſulatum] quia Fabius pater eius, qui & Dictator, & Conſul fuerat, coactus eſt ad auxilium populi confugere, atq; illius opem implorare. [Vniuerſus,] Quia vniuerſus P. R. Papirium ſupplex rogabat, vt eum ſibi condonaret, hæc Papirii ſeueritas ſic totius exercitus animum à Dictatore auertit, vt proximo cum Samnitibus prelio hoſtes debellari potuerint, niſi milites Duci ſuo gloriam inuidentes, vincere noluiſſent.

ASCEN. E Iuſdem ordinis] Affert alterius Dictatoris in conſimili ſeueritate exemplum, dicens. Id ſup. quod ſequitur eſt ſup. eiuſdē ordinis. ſ. Dictatorii. Nā ſup. Papirius Dictator cum Q. Fabius Rutilianus Magiſter Equitū, & ita ſecūd° à Dictatore in exercitu, (ſicut Cōneſtabilis ī noſtra Gallia olim ſecūdus ab Rege fuit,) eduxiſſet aduerſus. i. contra Imperiū eius. ſ. Papirii, exercitū. ſ. Rom. [in aciē] i. prælīū (non qđ acies ſit prælīū, ſed quia hic pro prelio accipitur, niſi ſit in aciem hoſtilem) quanquam ſup. Rutilianus redierāt in caſtra Samnitibus fuſis, & ita victis, tamen neq; motus. i. à propoſito reuocatus, virtute eius. ſ. Rutiliani, neq; ſucceſſu. i. proſpera pugna, neq; nobilitate eius, iuſſit virgas expediri. i. è faſcibus euolui iuſſit, & eum. ſ. Rutilianum nudari, vt virgis cæderetur, vnde exclamat author. [O ſpectaculū admirabile, &] i. ſimul Rutilianus, vir nobiliſſimus, cui ob ſolum nomen parcere debuerat, & Magiſter equitum, & ita præſenti magiſtratu fungens, & victor, & ita ob rem paulò ante bene geſtam clarus, veſte ſciſſa, & corpore ſpoliato. i. ignominioſè nudato, præbuit ſe lacerandum verberibus lictorum, vt reſpergeret titulos victoriarum, quas adeptus erat modo. i. paulo antea ſpecioſiſſimas, i. honeſtiſſimas, reſpergere dico cruore vulnerum exceptorum in acie: renouato nodoſis ictibus. ſ. virgarum. [Deinde Papirius dedit precibus]. i. ob preces ſui exercitus Fabio. ſ. Rutiliano occaſionem confugiendi in vrbē, quia cum importuni pro eo intercederent, & lictores ab eius cæde repellerent, ligatumq; ſoluerent, patefacto abitu: aut ut alii volunt, precibus exercitus vltione in poſterū diē dilata, nocte ſe in vrbē proripuit, vbi implorauit. i. plorādo orauit auxilium Senatus fruſtra, quia Senatus in Dictatorem nil potuit. Enim pro quia, Papirius. ſ. Dictator nihilo minus perſeuerauit in pœna. ſ. capitali exigenda, quod durum erat in tali culpa; vnde per alluſionem dictum putem ā Marone pœnas cum ſanguine poſcunt. [Itaque] i. & ita pater eius. ſ. Fabii qui etiam Fabius dictus eſt, coactus eſt poſt Dictaturam, & tertium Conſulatum. i. poſtquā ſummis honoribus functus erat, deuocare rem ad populum. ſ. Rom & petere ſupplex auxilium Tribunorum plebis pro filio, neque ſeueritas Papirii. ſ. Dictatoris potuit refrenari. i. cohiberi à proſecutione vltionis hac re. i. ſupplicitate tanti viri. [Cæterum] i. ſed cum rogaretur ab vniuerſis ciuibus, & Trib. pleb. reſtatus eſt, ſe concedere. i. condonare illam pœnam, non Fab. ſed Pop. Rom. & poteſtati Tribunorum.

DE L. CALPVRNIO.

Frō. lib. 4. cap. 1. *LVCIVS quoque Calpurnius Piſo Cōs. cum in Sicilia bellum aduerſus fugitiuos gereret: & Titius equitum præfectus, fugitiuorum multitudine hoſtium circumuentus, arma his tradidiſſet: bis præfectum ignominiæ generibus affici iuſſit: cum toga laciniis abſciſſis amictum, diſcinctaq; tunica indutum, nudis pedibus à mane noctem vſque, ad principia per omne tempus militiæ adeſſe. Interdixit etiam ei conuictum hominum, vſumq; balnearum: turmaſq; equitum, quibus præfuerat, ademptis equis, in funditorum alam trāſcripſit, magnum profectò dedecus patriæ, magno Piſonis decore vindicatum eſt: quoniam quidem id egit Piſo, vt qui cupiditate vitæ adducti, cruce digniſſimis fugitiuis trophæa de ſe ſtatuere conceſſerant: libertatiq; ſuæ ſeruili manu flagitioſum imponi iugum non erubuerant: amarum lucis vſum experirentur: mortemq;, quàm effœminatè timuerant, viriliter optarent.*

OLIV. LVCIVS quoq; Calpurnius] Hoc quoq; fuit bello fugitiuorū, quod in Sicilia geſtum eſt. Cū L. Calpurnius prouinciā obtineret, & bellum aduerſus eos gereret. Titius qui præfectus erat Equitum, in inſidias cecidit fugitiuorum, & cum vndiq; circūuentus euadere nullo modo poſſet, illis arma tradidit. Ipſe verò cum equitibus euaſit. Cōs. Calp. qđ cōtra diſciplinam militarem feciſſet, vt qui arma haberet, his depoſitis in poteſtatem hoſtium veniret, ipſum hac pœna mulctauit, vt ſciſſa lacinia togæ, pedibuſq; nudis in conſpectu vigilum ſtaret inter principes, .i. primos in ſtatione quouſq; aliud præſidiū mitteret. hoc etiam Front. affirmat lib. 3. cap. 1. Dicit. n. L. Piſo. C. Titium præfectum cohortis, quod locū fugitiuis ceſſerat, Titiū toga præciſa ſoluta tunica nudis pedibus in principiis quotidie ſtare dum vigiles venirent iuſſiſſe, conuiuiiſq; & balneo abſtinere. Piſonum domus à Numa Pomp. duxit originem, teſte Horat. in Poet. vbi loquitur ad Piſones, Vos ò Pompilius ſanguis carmen reprehendite. [Fugitiuorum] Seruorum, qui bellum in Sicilia mouerant. [Laciniis abſciſſis] . i. ſine fimbriis, quæ à lacerando dictæ ſunt. [Principia]. i. prima acie donec militaret. [Funditorum] Genus eſt militiæ viliſſimum, de equitibus facti ſunt funditores, qui fundis glandes in hoſtes torquebant. [Alas tranſcripſit.] Sed propriæ alæ ſunt equitum, ſic dictæ, ꝙ pedites tegāt alarum vice [Magnum profecto dedecus] Decus imperatoris eſt ſeruare rē militarem: dedecus verò corrumpere. [Decore] Gloria, & ornamēto [Quoniam] Fecit enim Piſo, vt qui ſe tam turpiter dediſſent, his tam ſordidis hominibus qui erant cruce digni, vitam morte grauiorem ducerent: nam hæc ſupplicia, quæ ignominiæ plena erant, faciebant vt mori maluiſſent. [Seruili manu] Fugitiuorum ſeruorum. Piſones: a Numa orti.

ASCEN. LVcius, &c.] Affert ſeueritatem L. Calpurnii in Titiū Equitum præfectum, ob neglectam diſciplinam militarem, dicens. Lucius quoque Calpurnius, ſeu (vt alii ſcribunt) Calphurnius Piſo, Cos. cum. i. qn̄ gereret bellū in Sicilia aduerſus fugitiuos. i. ſeruos, qui à dominis fugerant, & Titius præfectus equitū, circūuentus multitudine fugitiuorū hoſtium. i. eorū qui fugitiui, & hoſtes erāt, tradidiſſet his arma, iuſſit præfectū. ſ. Titiū, affici his generibus ignominiæ: iuſſit inquā eū amictū toga abſciſſis laciniis. i. fimbriis, & indutū tunica diſcincta i. diſſoluta in ſignum ignauiæ, & mollitiei, adeſſe nudis pedibus à mane vſq; ad noctem. [Ad principia]. i. primam ſtationem aciei vt ab omnibus aduenientibus conſpici poſſet: aut vt inermis hoſti obiiceretur per omne tēpus militiæ. i. quo deinde militabat. Et ipſe interdixit etiam ei, conuictum hominum. i. ne cum aliquo conuiuium iniret, & vſum balnearum. (Ex hoc loco patet, interdico etiam accuſatiuum regere cum datiuo. nam ſecundū Vallam dicendū eſſet conuictu, & vſu) & tranſcripſit turmas equitū quibus præfuerat. ſ. Titius in alas funditorū. i. viliſſimorū peditum è fundis glādulas iacientium, & hoc equis ademptis. i. ablatis eis. Profecto. i. reuera, magnum dedecus patriæ, quia turpe erat tā degeneres educaſſe Equites; eſt vindicatū, & ita purgatum decore. i. honeſto facto Piſonis. ſ. Conſulis. [Quoniā quidem. i. quando quidem Piſo egit id, vt qui adducti cupiditate vitæ conceſſerāt fugitiuis. ſ. ſeruis digniſſimis cruce. i. turpiſſima morte, ſtatuere trophæa de ſe, propter arma eis tradita, & non erubuerant iugum flagitioſum. i. ſubiugationem flagitioſam, imponi ſuæ libertati, manu ſeruili, experirentur vſum lucis. ſ. huius vitæ, amarum, & optarent viriliter mortem, quàm timuerāt effœminatè. i. molliter, & quaſi muliebriter.

DE Q. METELLO.

NEC minus Piſone acriter Q. Metellus, qui, dū apud Trebiam res gereretur, collocatas à ſe in quadam ſtatione quinque cohortes, atque ex ea viribus hoſtium depulſas, repetere eandem ſtationem è veſtigio iuſſit, non quòd ſperaret, ab iis amiſſum locum recuperari poſſe: ſed vt præteritæ culpam pugnæ, inſequentis certaminis manifeſto periculo puniret. Edixit etiam, vt ſi quis ex his fugiens caſtra petiiſſet, pro hoſte interficeretur: qua ſeueritate compreſſi milites, corporibus fatigatis, & animis deſperatione vitæ implicatis, loci tamen iniquitatem, multitudinemque hoſtium ſuperarunt. Humanæ igitur imbecillitatis efficaciſſimum duramentum eſt neceſſitas. Vide Plin. de viris Illuſt. vbi Contrebiā leges.

Nec

OLIV. NEC minus Piſone acriter Q. Metellus] Front.lib.4.c.1. Q.Metellus Numidicus, inquit, in Hiſpania quoq; cohortes, quæ locum amiſerant, teſtamētum facere iuſſit, eas deinde ad locum recuperandum remiſit, minatus non niſi poſt victoriam recepturos, cum igitur eis iuberetur facere teſtamentum, intelligebant niſi vincerent ſe morti deſtinatos eſſe, & hoc modo expreſſa eſt illis neceſſitas, vt pulſis hoſtibus, locum recuperarent vnde fuerant deiecti. [Q. Metellus.] Hic fuit ille Q. Metellus, qui Iugurtham Numidiæ Regē prius dare terga coegit, de quo multa Saluſt. [Trebiam] Hæc ciuitas eſt in Celtiberia, q̄ pars eſt Hiſpaniæ. [Quadam ſtatione] Iuſſerat quinque cohortes locum quendam ſeruare, ne caperetur ab hoſtibus. [Manifeſto] Quia volebat omnes occidi, & pro ſcelere pœnam luere. [Deſperatione vitæ] Quia ſe in manifeſtius periculum obiici videbant, ideo ferociores facti locum receperunt, nihil.n. magis valet ad difficillima quæque obtinenda, quàm deſperatio vitę: vnde Virg. Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem. [Humanæ igitur] Ex quo, inquit, cognoſci poteſt neceſſitatem eſſe, quæ homines imbecilles facit eſſe fortes.

ASCEN. NEc minus, &c.] Adducit Q. Metelli ſeueritatem in eadem re dicēs. [Nec Q. Metellus] ſupple egit. [Minus acriter Piſone], i. quàm Piſo. Qui cum res gereret apud Contrebiam, alii Trebiam legunt, vrbem Celtiberiæ, iuſſit quinque cohortes collocatas à ſe in quadam ſtatione, atq; depulſas ex ea ſ. ſtatione, i. loco, in quo ad tempus ſtarent viribus hoſtium, repetere eueſtigio. i. ſine cunctatione, eandem ſtationem, non q̄ ſperaret locū amiſſum ab iis poſſe recuperari ab iiſdē, ſed vt puniret culpam pugnæ præteritæ. i. prius ab eis malè geſtæ, manifeſto periculo certaminis inſequenti. [Edixit etiam, vt ſi quis ex iis fugiens]. ſ. è ſtatione illa, petiiſſet caſtra, interficeretur pro hoſte. i. tanquam eſſet hoſtis: qua ſeueritate milites compreſſi, & corporibus fatigatis, & animis implicatis deſperatione vitæ, quia ſe videbant, aut ab hoſtibus, aut à ſuis interficiēdos, tñ. i. nihilominus ſuperarunt. i. vicerunt iniquitatem loci, quia difficile erat recuperare locum amiſſum, & ab hoſte occupatū, & multitudinem hoſtiū inde expellere. [Igit neceſſitas eſt duramētū] i. ſtabilimentum, & corroboramentum efficaciſſimum imbecillitatis humanæ. i. quo imbecillitas humana perſeuerat, & durat.

THEO. COntrebiam] Vetuſti libri aliquot habent Trebiā, Corn. nepos apud Contrebiam oppidum cohortes loco pulſas redire, & locum recipere iuſſit Q. Metellus. Oppidi Contrebiæ Liu. in Hiſpania mētionē facit, vt hinc appareat impreſſoris eius inſcitia, qui Cornelii Nepotis opuſculum Suet. vendicat. Is oppidum Cātabriæ pro Cōtrebia ſubſtituit impudentiſſimus in Scæuolæ cognomento, quod eſt Cordus in Decij patris hiſtoria, quæ cum Coſſo confuſa citra mentionem. Decij prius erat. Item Decij filijque per initia ſtatim legebatur inuerſa, in nomine Duelli, Calatini, Calphurnij, Flammæ, Nabidis Ortiagontis, & aliis centum, caſtigationes Iani ſequitur, & in eum ſaeit argutias, ac ſi Tranquilli lucubrationes in Cornelium temerè transferat. Hoc an verum ſit, luce clarius, in huius operis calce demonſtrabo, Cornelij Nepotis eſſe, non Tranquilli, ſicut iſ ſtultiſsime ſuſpicatur.

DE Q. FABIO.

IN eadem prouincia Q. Fabius Max. ferociſſimæ gentis animos contundere, & debilitare cupiens, manſuetiſſimum ingenium ſuum, ad tempus depoſita clementia, ſeuiore vti ſeueritate coegit: omnium enim, qui ex præſidys R. ad hoſtes transfugerant, captiq; erant, manus abſcidit: vt trunca præ ſe brachia geſtantes, metum defectionis reliquis inijcerent, rebelles itaque manus à corporibus ſuis diſtractæ, inque cruentato ſolo ſparſæ cęteris, ne idem committere auderent, documento fuerunt.

OLIV. IN eadem prouincia Q. Fabius Max.]Hic prætrat eidē prouinciæ. i. Hiſpaniæ, qui cum totam penè Romano ſubegiſſet Imperio, omnes, qui ad hoſtes transfugerant captos; præciſis manibus dimiſit, qui tametſi natura manſuetioris eſſet ingenij, tñ ut cęteris terrorē incuteret, ne tale aliquid facere auderent, voluit illos amputatis manibus exēplo cęteris eſſe. [Ad tp̄s]. i. tā diſp. Dum vīdicaret diſciplinam militarē. [Seueritate] Inter ſeuerum, comem, & crudelem, hoc intereſt. Seuerus dicitur rigidus, qui nec prece, nec precio, nec miſericordia pōt à iuſtitia deduci, & interpretatur quaſi ſequens verum. Comis verò dicitur is, qui ſeueritatem habet cum quadam manſuetudine coniunctam. Crudelis eſt qui pręter iuſtitiam, & ęquitatem graſſatur in omnes. [Omnium enim] ſ. deſertorum militum & transfugarū vt clarum eſt in textu. [Vt trunca præ ſe] Hoc ideo fecit vt exēplo illi cæteris forent, dum manus præciſas præ ſe ferrent. [Rebelles itaque] Qui bellum renouare voluerunt: nam rebelles dñr cōtumaces, eo qđ Ducis imperio parere recuſant. [Diſtractæ] Amputatæ. [Documento] Exemplum cęteris prębuerunt ne tale quidquam facere moliri auderent.

ASCEN. IN eadem.] Ordo eſt. Q. Fabius Max. cupiens contundere, & debilitare animos gētis ferociſsimæ, in eadem prouincia. ſ. Celtiberia, aut Hiſpania: coegit ingenium ſuum manſuetiſſimum vti ad tempus Seueritate ſeuiore. i. multum ſeua, aut magis ſeua quàm prius, & hoc clementia depoſita ad tempus. [Enim] Pro quia, abſcidit manus omnium, qui transfugerant ex præſidiis Romanorum ad hoſtes, & qui capti erant, vt ipſi geſtantes præ ſe. i. ante ſe brachia trunca. i. truncata abſciſſis manibus, inijcerent reliquis metum defectionis. i. transfugiendi ad hoſtes. [Itaque]. i. & ita manus rebelles diſtractæ à corporibus ſuis, & ſparſę in ſolo cruentato, fuere cęteris documento, ne auderent committere idem. ſ. crimen defectionis.

DE AFRICANO SVPERIORE.

NIHIL mitius ſuperiore Africano, is tamen ad firmandam diſciplinam militarem, aliquid ab alieniſſima crudelitate ſibi amaritudinis mutuandum exiſtimauit: ſi quidem, deuicta Carthagine, cum omnes, qui ex noſtris exercitibus ad Pœnos tranſierant, in ſuam poteſtatem redegiſſet, grauius in Romanos, quam in Latinos transfugas animaduertit. Hos enim tanquam patriæ fugitiuos, crucibus affixit: illos autem tanquam perfidos ſocios, ſecuri percuſſit. Non proſequar hoc factum vlterius, quia Scipionis eſt, & quia Romano ſanguini, quamuis merito perpeſſo ſeruile ſupplicium, inſultare non attinet. Cum præſertim tranſire ad ea liceat, quæ ſine domeſtico vulnere geſta, narrari poſſunt.

OLIV. NIHIL mitius ſuperiore Africano] Quaſi minus mirum ſit, hāc ſeueritatem in cęteris fuiſſe: cum hoc idem à Scipione Africano factū fuerit, quo nemo mitior. Nā cum Carthaginenſes bello viciſſet, vrbemq; eorum cępiſſet: & oēs qui ab exercitu Romano ad hoſtes transfugerant, cum in poteſtatē ſuā redegiſſet, aſperius in Romanos animaduertit, q̄ in externos: ciues.n. ſupplicio affecti ſunt ſeruili. i. cruce: ſocij verò pfidi. i. Latini gladio cæſi. [Nihil mitius] Si naturā, inqt, Scipionis cōſideres, nihil māſuetius fermè inueneris: ſed hęc pp ſeruādā militarem diſciplinā incorruptā à ſeipſa deficere, & ad peregrinā, ſibiq; longe alieniſsimam crudelitatem, labi coacta eſt. [Mutuādū] Quia non ſuum erat crudelitate vti, ſed à Barbara, & inhumani gēte pro tempore ſibi mutuo ſuſcipiendum eſſe exiſtimauit, tantiſper dum violatam militarem diſciplinam merito ſupplicii genere vindicaret. [Inſultare] Per deriſionem inuadere, per cauillationem irridere. [Ad ea] ſ. externa, hoc eſt de his dicere, qui non fuerunt Romani.

ASCEN. NIhil mitius, &c.] Vt Romana Reſpublica gloria militari præcellit, ita & exēplis ſeruatæ diſciplinæ militaris, vnde affert exemplum Scipionis Africani maioris, dicens. [Nihil mitius, ſup. fuit] i. nemo mitior Africano. i. Scipione ſuperiore. i. priore (nā duo fuerunt) tñ. i. tametſi fuit mitiſsimus, is exiſtimauit, aliquid amaritudinis. i. acerbitatis mutuādum. i. mutuo accipiendum ſup. eſſe ſibi ob crudelitatem alieniſsimā ſibi. i. à ſuo ingenio, ad diſciplinam militarem firmandam. i. ſtabiliēdam, Siquidem. i. qm̄ Carthagine deuicta, cū redegiſſet in ſuam poteſtatem oēs, qui trāſierant ab exercitibus noſtris. i. Romanis ad Pœnos. i. Carthaginien. ipſe animaduertit. i. vltionem exercuit grauius in transfugas Rom. i. Romanæ ciuitatis, q̄ in Latinos. i. ſocios. [Nam affixit hos]. i. Rom. crucibus, tanquam fugitiuos patriæ. i. qui a patria ad hoſtes transfugerant. ſ. autem pro ſed, percuſſit. i. percutiendos mādauit ſecuri, illos. i. Latinos, tanquam ſocios perfidos. [Non proſequar, hoc factum] Scilicet Scip. vlterius, hoc eſt verbis contumelioſis, aut expoſitorijs contumeliæ in ea latētis, & quia eſt Scip. hoc eſt viri laudatiſsimi,

& quem tétare nefas ſit,& quia non attinet.ſ.ad rem.i.non decet, inſultare.i.per irriſionem improperare ſanguini Rom. perpeſſo ſupplicium ſeruile,quamuis.i.quantumuis merito.i. pecca to ſuo,pręſertim cum liceat tranſire,ad ea,quæ poſſunt narrari geſta ſine vulnere domeſtico.i.ſine læſione populi Roma. quod in ſequentibus facit.

DE AFRICANO POSTERIORE.

L.iu.li. 51 *NAM poſterior * Africanus,euerſo Punico Imperio,exterarum gentium transfugas,in edendis populo ſpectaculis,feris beſtijs obiecit. Et L.Paulus, Perſa Rege ſuperato,eiuſdem generis & culpæ homines,elephãtis proterendos ſubſtrauit:vtiliſſimo quidem exemplo, ſi tamen acta excellentiſſimorum virorum humiliter æſtimare,ſine inſolentiæ reprehenſione permittitur. Aſpero .n. & abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget,quia vires armis conſtant, quæ vbi à recto itinere deſciuerunt, oppreſſura ſunt,niſi opprimantur.*

OLIV. ET L.Paulus] De hoc ſatis ſupra dictum eſt in cap. de omnibus, ꝙ bellum Macedonicũ extra ordinem huic Senatus decreuerit,quod cũ ſumma fęlicitate, & gloria confecit, Regem vicit. [Eiuſdem culpę] Fugitiuos. [Proterendos] Conculcandos,peſſundandos.[Aſpero enim & abſciſſo]Imperatores,& duces exercituum,ſi militem quempiam à militari diſciplina declinantem puniuerint, tametſi id iuſtè, & merito faciant,tamen id inſolentia potius quadam feciſſe iudicant, quia crimẽ in iudicium non venit, ſed commiſſum continuo ab eis punitur,quod etiam fieri neceſſe eſt, nam ſi per diſpendia iudiciorum expectandum eſſet,vt de iure diſceptaretur, nimis creſceret gladiatorum licentia.[Abſciſſo] Compendioſo,& breui.

ASCEN. NAm Africanus poſterior].i.minor,Imperio Punico euerſo,quia Carthaginem deleuit,obiecit feris beſtiis,vt Leonibus in edendis ſpectaculis populo, transfugas exterarũ gentium.i. qui cum Imperatori Romano iuraſſent, ad hoſtes tranſierant,à quibus recepti ſuppliciis affecti fuerunt [In edendis populo ſpectaculis]Quia in ludis:qui populo edebantur,plerumque faciebant canes,& venatores perſequi feras. Vnde Ter. Lauinio aduerſario ſuo obiecit & in comœdiarum portenta induxerit adoleſcentulum ceruam videre fugientem:& ſectari canes: & eam implorare vt ſubueniat ſibi. Martialis & Iuue. de theatrali uenatione multa dicunt [Et L. Paulus].ſ. Macedonicus,Perſa Rege.ſ.Macedoniæ ſuperato,quia capto, & in triumphum ducto, ſubſtrauit homines eiuſdem generis id eſt externi, & eiuſdem culpæ id eſt transfugas, proterendos elephantis, qui eos conculcantes proterebant: Obiecit inquam ille feris,& hic ſubſtrauit elephãtis, exemplo vtiliſſimo ſcilicet rei Romanæ,vt alii cauerent trãsfugere, ſi tñ permittitur,ſubandi mihi æſtimare.i.appretiare humiliter.i.nõnihil diminuere actã excellentiſſimorum virorum, vt erant iam dicti,ſine reprehenſione inſolentiæ,quia inſolentis videtur diminuere laudem tantorum virorum: ea aũt imminui vidẽtur, dum frigidè narrantur. Declarat,quare vtili exemplo,aut cur in ea re maximopere laudandi ſint dicti Imperatores. Enim pro quia, diſciplina militaris indiget genere caſtigationis aſpero,& abſciſſo,quale eſt dũ membrum putridum abſcinditur,aut abſciſſo.i. cõpendioſo abſciſſa omni mora, quia vires militum conſtant armis, quæ.ſ.arma, vbi deſciuerint.i.per defectionem,& ſeditionẽ diſceſſerint ab itinere recto.i.ab ęquo & iuſto. Sunt qui legant tenore,id eſt perpetuo tramite recto, aut potius recti, ſunt oppreſſura. ſ. in quos impetum fecerint, niſi opprimantur.ſ.ab illis maturẽ.

DE L. MARTIO TRIBVNO MILItum,& Senatu Romano.

Liu. li.26. *SED tempus * eſt eorum quoque mentionem fieri, quæ iam non a ſingulis,verum ab vniuerſo Senatu pro militari more obtinendo, defendendoq; adminiſtrata ſunt L. Martius Trib.militum,cum reliquias duorum exercituum Publij,& Cnei Scipionum,quos arma Punica in Hiſpania abſumpſerant, diſperſas mira virtute collegiſſet, earumq; ſuffragijs Dux eſſet creatus,Senatui de rebus actis à ſe, ſcribens,in hunc modum orſus eſt, L.M. Propræator, cuius honoris vſurpatione vti eum patribus Cõſcr. nõ placuit,quia Duces à populo, non à militibus ſolerent creari: quo tempore tã anguſto,tamq; graui,propter immane Reip. damnum, etiam Trib. militum adulandus erat, quoniam quidem ad ſtatum totius ciuitatis corrigẽdum vnus ſuffecerat: ſed nulla clades, nullum meritũ valentius militari diſciplina fuit. Succurrebat.n. illis,quàm animoſa ſeueritate * Tarentino bello maiores* *Frõ.li.5. *eorum vſi fuiſſent, in quo quaſſatis & attritis Reip. viribus, cum magnum captiuorum ciuium ſuorum numerũ à Pyrrho Rege vltro miſſum recepiſſent, decreuerunt,vt ex ijs, qui equo meruerant, peditum numero militarent: qui pedites fuerant,in funditorum auxilia tranſcriberentur: ne ve quis eorum intra caſtra tenderet, ne ve locum extra aſſignatum, vallo, aut foſſa cingeret, ne ve tentorium ex pellibus haberet: recurſum autem ijs ad priſtinũ militiæ ordinem propoſuerunt, ſi quis bina ſpolia ex hoſtibus tuliſſet: quibus ſupplicijs cõpreſſi,ex deformibus Pyrrhi munuſculis, acerrimi hoſtes extiterunt. Parem * irã* *Liu.li.25 *aduerſus illos Senatus diſtrinxit, q apud Cannas Remp. deſeruerunt. Nam cum eos grauitate decreti vltra mortalium conditionem relegaſſet, acceptis à M. Marcello literis,vt eorum ſibi opera ad expugnationem Syracuſanorum vti liceret: reſcripſit indignos eſſe, qui in caſtra reciperentur: Cæterum ſe ei permittere,vt faceret quod expedire Reip. iudicaſſet, dum ne quis ex eis munere vacaret, aut dono militiæ donaretur, aut in Italiam,donec hoſtes in ea eſſent, accederet. Sic enerues animos odiſſe virtus ſolet. * Age,quàm grauiter Senatus tulit, quod Quintũ* *Fron.lib. 4.cap.5. *Petilium Cõs. fortiſſimè aduerſus Ligures pugnantem, occidere milites paſſi eſſent: legioni neque ſtipendium anni procedere, neque æra dari voluit, quia pro ſalute Imperatoris, hoſtium telis ſe non obtulerãt. Idque decretum ampliſſimi ordinis, ſpecioſum, & æternum Petilij monimentum extitit, ſub quo in acie, morte: in curia vltione clari cineres eius acquieſcunt. Conſimili animo,* *Liu. lib. 22. *cum ei Hannibal * ſex millium Romanorum, quæ capta in caſtris habebãt, redimendarum poteſtatem feciſſet, cõditionem ſpreuit, memor tantam multitudinem armatorum iuuenum, ſi honeſtè mori voluiſſet, turpiter capi non potuiſſe. Quorum neſcio, vtrum maius dedecus fuerit, quod patria ſpei, an quòd hoſtis metus nihil in his repoſuerit: hæc pro ſe, ille ne aduerſus ſe dimicarent, parui ducendo.* * Octo, ſcribunt Cic.& Liuius. ** Sed cum aliquoties Senatus pro militari diſciplina ſeuere excubuerit, neſcio an tunc præcipuè, cum milites, qui Rhegyum iniuſto bello occupauerant, mortuoq; Duce * Bubelio, M.Ceſium ſcribam eius ſua ſponte Imperatorem delegerant, carcere incluſit, ac L.Furio Flacco Trib.pleb. denunciante, ne in ciues Romanos aduerſus morem maiorum animaduerteret, nihilo minus propoſitum executus eſt. Cæterum minore cum inuidia, vt id perageretur, quinquagenos per ſingulos dies virgis caſos, ſecuri percuti iuſſit, eorumq; nullum ſepulturæ mandari, mortemq; lugeri vetuit.* *Frõ. lib. 4.capit. 1. Oroſ.li.4. ca.3. *D. Iubelio uidet legendum

OLIV. LVCIVS Martius Tribunus Mil. [Pub.& Cn.Scipiones diu in Hiſpania cõtra Carthaginenſes bella fęliciter geſſerunt, Carthaginienſes Aſdrubalem, & Magonẽ aduerſus eos cum magnis copiis miſerunt, & cum eos Romani aliquamdiu perſecuti eſſent,illi verò ſe in tutiora loca recepiſſent, & nonnunquam pauci Romani ex multis victoriam reportaſſent, Celtiberi, qui cũ Romanis erant,precio corrupti,ad Carthaginenſes

thaginenſes defecerunt, & ſorte diuiſis exercitibus, duo fratres biſariam bellum gerebant, vt tandem aliqñ ei finem impoſuerẽt, ſed destituti à Celtiberis, in quibus ſpes maxima erat victoriæ (quippe qui ſupra 30. millia eſſent) intra paucos dies ab hoſtibus oppreſſi ſunt, & duo Imperatores Romani cum magna parte exercitus deleti ſunt, quod reliquum fuit virtute L. Martij Tribuni militum in vnum coactum eſt, & Dux eſt à militibus electus qui cum intellexiſſet hoſtes ob rem bene geſtam lætitiam agitantes, quaſi omnes Romanorum copias deletas crederent, & propterea ſe negligenter haberent, milites ad concionẽ vocauit, & adhortatus eos ad hoſtes inuadendos, cum inter concionandum (vt diximus in cap. de ominibus) ſubito flamma è capite eius emicuiſſet, læti milites omen acceperunt, & Ducem Martium ſecuti ad caſtra hoſtium, eos cibo, ſomnoq; oppreſſos confecerunt, hic ergo Martius cum de rebus geſtis ad Senatum ſcriberet, hoc titulo vſus eſt, L. Martius Proprætor. S. P. Q. R. S. P. D. quo genere tituli eum Senatus vlterius vti noluit, vt cum Tribunus creatus eſſet à populo, ſe Proprætorem diceret, quod id à militibus accepiſſet. [Adulãdus] hoc uerbum apud veteres commune fuit, ſicut multa alia, teſte Priſciano. [Tarentino bello] cum Tarentini bellum cum P. R. haberẽt, Pyrrhum Regem Epyrotarum in Italiam acciuerunt, quo io bello attritæ primo ſunt vires P. R. cum igitur Pyrrhus magnum numerum captiuorum cepiſſet, ſine redemptione omnes P. R. condonare voluit, in quo ſententia Appij Claudij Cæci fuit, ne reciperent priſtino ſtatu, igitur qui equites fuerãt in peditum numerum, qui pedites in funditorum alas tranſcripti ſunt, & aliis conditionibus alligati, vide Frontinus li. 4. c. 1. Appij Claudij ſententia Senatus, eos qui à Pyrrho Rege Epirotarum capti, & poſtea remiſſi fuerũt, equites ad pedites redegit, pedites ad leuem armaturã, omnibus extra vallum iuſſis tendere, donec bina hoſtium ſpolia ſinguli referrent. [Magnum captiuorũ ciuium numerũ] Fuerunt aũt ducenti, teſte Iuſtino lib. 8. qui inquit, Pyrrhus ducentos captiuos milites gratis Romam remiſit, ut cognita uirtute eius Romani, cognoſcerẽt pariter, & liberalitatem. [Meruerant] militauerant. Lucan. ære merent paruo. [Tẽderet] Tẽtoria haberet. Vir. hic ſæuus tẽdebat Achilles. [Vallo aut foſſa.] Volebat. n. ipſos hoſtibus expoſitos eſſe. & nõ valle nõ muniri [Ex pellib.] Sed ex tela tñ. [Quibus ſupplicijs] His, inqt legib. & cõditionib. iã aſperis milites illi qui munuſcula fuerant Pyrrhi, iidẽ illius acerrimi hoſtes fuerunt. [Parem iram Senatus] Front lib. 4. c. 1. Fuluio, & Appio Claudio Cõs. milites ex pugna Cannenſi in Siciliam à Senatu relegati, poſtulauerunt à Cõſule M. Marcello, vt in prælium ducerentur ille Senatum conſuluit, Senatus negauit ſibi placere committi his Rempub. q̃ deſeruiſſent. Marcello tñ commiſit facere, quod uideretur, dum ne quis eorum munere vacaret, neue donaretur, neue quod præmium ferret, aut in Italiã deportaretur, dum Pœni in ea fuiſſent. Liuius. Legatis militũ, qui relegati poſtulabãt vt in prælium ducerentur, Marcellus id nec iuris, nec poteſtatis ſuæ eſſe dixit: Senatui ſcripturũ ſe omniaq̃; de ſententia patrum facturum eſſe, literæ ergo Marcelli ad nouos Conſules allatæ, ac per eos in Senatu recitatæ ſunt, conſultusq̃; de his literis ita decreuit Senatus: militibus, qui ad Cãnas commilitones ſuos pugnãtes deſeruiſſent, Senatui nihil videri Rempub. cõmittẽdã eſſe, ſi Appio Claudio Procõſuli aliter uideretur, faceret, q̃ è Republica, fideq; ſua duceret, dũ ne quis eorũ munere vacaret, neue dono militari virtutis gratia donarẽt, aut in Italiã reportaretur, donec hoſtis in terra Italia eſſet. [Diſtrinxit] nudauit, tranſlatio ſumpta à gladio. [Vltra mortẽ condit.] Quia conditiones illorum morte ipſa atrociores fuerunt. [Munere] Dum ne quis illorum vacationẽ hẽret militiæ, videlicet vt ſp militiam gererẽt. [Aut dono] Vt ſi etiam fortiter geſſiſſet nullo munere militari donaret. [Sic eneruẽs] Sic viriles, & virtute p̃ſtantes, molles & effœminatos odiſſe ſolẽt: q̃a Romani ſp viriles fuerunt. [Age q̃ grauiter Senatus tulit.] De hoc in cap. de ominibus abũdè ſatis dictum eſt, nã hic. Q. Petilius fuit, qui dixit hodie lethũ capiã. i. mortẽ, vbi fortiter pugnãdo occubuit. Front. lib. 4. cap. 1. Cum à Liguribus in prælio. Q. Petilius interfectus eſſet, decreuit Senatus vt ea legio, in cuius acie Conſul fuerat occiſus, tota infrequens referretur, ſtipendium ei non daretur annuum, æra reſcinderentur. Neq; ſtipendium anni procedere voluit, neque æra dari quæ meruerat: duplici ergo ſtipendio priuauit. [In curia vltione] Propter decretum ampliſſimi Senatus. [Conſimili animo] Liu. Dec. 3. Pun. bel. Hannibalem dicit ſecundum proſperam ad Cannas pugnam captiuos Romanos, quod nunquam antea fecerat benignè ſatis fuiſſe allocutum, eiſq; ſe redimendi poteſtatem feciſſe, precium cõſtituiſſe

Quin. Petilius. Cõſul. à Liguribus interfectus.

ſe in capita, equiti quingenos nummos, tricenos pediti, ſeruo terdenos. & quanquam, aliquantũ adijciebatur equitibus ad id precium, quo pepigerant dedentes ſe, lætos tñ quamcunq; conditionẽ accepiſſe. Romamq; legatos miſiſſe, Senatum non redimendos cenſuiſſe, diſſuadente in primis T. Manlio Torq. priſcę, & nimis dura ſeueritatis viro, qui præter alias rationes, eorum ignauiam inſectatus, illam afferebat, quod cum P. Sempronio Tuditano, aufugere potuiſſent Cic. officiorum lib. vi. circa fi. Octo hominum millia inquit, tenebat Hannibal, non quos in acie cepiſſet, aut qui periculo mortis diffugiſſent, ſed qui relicti in caſtris fuiſſent à Paulo, & Var. Conſul eos Senatus nõ cẽſuit redimendos, cum id parua pecunia fieri potuiſſet, vt eſſet inſitũ militibus noſtris, aut uincere, aut emori. [Sex milliũ Romanorum] In numero diſſentit à Cic. & Liuio, qui octo millia fuiſſe dicunt. [Ille ne, aduerſus ſe.] Ne, pro vt, poſuit apertè hoc loco. [Qui Rhegium iniuſto bello] Frontinus eodem lib. & ca. In Legionẽ, inquit, quæ Rhegium oppidum iniuſſu Ducis diripuerat, animaduerſũ eſt, ita vt quatuor millia tradita cuſtodiæ necarentur, præterea Senatuſconſulto cautum eſt, ne quem ex eis ſepelire, aut lugere fas eſſet. Abbreuiator Liuij non Romanos, ſed Campanos fuiſſe dicit: Campana inquit, Legio, q̃ Rhegiũ occupauerat obſeſſa, ſeditione facta, ſecuri percuſſa eſt. [Eorumq; nullum] Ad mortẽ vſq; ſæuire tolerabile eſt, vltra mortẽ inhumanum: ſicut de Achille legitur, qui in Hectorẽ mortuum ſæuiit, Virg. Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros: Exanimumq; auro corpus vendebat Achilles

SEd tempus eſt mentionem fieri, quoque] i. etiam eorum q̃ iam adminiſtrata ſunt, non à ſingulis. ſ. Imperatoribus, ſed ab vniuerſo Senatu pro more militari obtinẽdo, & defendendo. L. Martius Trib. militum, cum collegiſſet mira virtute reliquias duorum exercituum, uidelicet Publij, & Cnei Scipionum, quos. ſ. Scipiones arma Punica. i. Carthaginenſiũ, abſumpſerãt in Hiſpania: diſperſas. ſ. poſt Ducum cædem, & eſſet creatus Dux ſuffragijs. i. votis, aut vocibus earũ. ſ. reliquiarũ exercitus: ipſe ſcribẽs Senatui de rebus actis à ſe, orſus eſt in hunc modũ. L. Martius proprætor. i. fortis, fungens officio Prætoris. [Cuius] ſ. Proprætoris honoris vſurpatione, non placuit Patribus Cõſcriptis eũ vti. i. vt amplius vteretur, quia Duces ſolerẽt creari à populo. ſ. loco in Comitijs, non à militibus. ſ. tantum in caſtris, qui tñ mos poſtea inualuit. [Quo tpe tã anguſto] i. anxietatis pleno, Tẽq, graui. i. duro, & moleſto, ppter immane. i. maximũ damnũ Reipub. & Tribunus militũ erat adulandus. i. adulatione in officio retinendus, qui quidem vnus. i. ipſe ſolus, ſuſſecerat ad corrigendum ſtatum totius Ciuitatis, q̃ a pene deperditũ reſtituit. ſed nulla clades fuit valẽtior. i. plus potuit, & nullũ meritũ fuit valẽtius diſciplina militari: quia maluiſſẽt nouã cladẽ accipere, & Tribunũ ſibi iratũ reddere, q̃ diſciplinã militarẽ frãgere. [Succurrebat. n. illis] ſ. Patribus Cõſcriptis, [q̃ animoſa] i. quanta animi ſeueritate maiores eorũ ſuiſſẽt vſi in bello Tarentino, in quo viribus Reip. quaſſatis. i. concuſſis, & attritis. i. imminutis, & abſumptis, cũ recepiſſent magnũ numerũ ciuium ſuorum miſſum à Pyrrho rege vltrõ. i. ſine precio redemptionis: dixit. n. vt Cic. recitat apud Enniũ, Dono ducite, doq; volentibus magnis Dijs: Decreuerũt. i. ſententiã tulerũt, vt ſup. i. ex his, qui meruerãt. ſ. æra, & ſtipẽdia equo. i. qui equites fuerãt, militarẽt in numero peditũ. ſ. gregariorũ, & q fuerant pedites, trãſcriberent in auxilia. i. ſupplementũ, funditorũ. i. viliſſimorũ peditũ, non cominus, ſed eminus bellantium. & decreuerũt pariter, ne quis eorũ tẽderet. i. tẽtoria figeret, intra caſtra, neue cingeret vallo. i. ſepimento ex vallis. i. ſtipitibus, & terra facto, aut foſſa, locũ aſſignatum ſup. eis, extra caſtra, neue. i. & ne haberet tentoriũ ex pellibus. Aũt, pro ſed, ipſi propoſuerunt iis recurſum ad priſtinum ordinẽ militię, ſi quis tuliſſet ex hoſtibus, bina ſpolia. i. duorum à ſe occiſorum, quibus ſupplicijs illi à Pyrrho remiſſi, compreſſi. i. anguſtiati, extiterunt. i. euaſerũt, acerrimi hoſtes Pyrrhi, ex deformibus munuſculis Pyrrhi, quia dono eos miſerat, tanquam indignos, qui precio redimerentur. Ennius tñ (vt dixi) aliter interpretatus eſt id Pyrrhi donũ. [Parẽ irã &c.] Senatus. ſ. Roma. diſtrinxit. i. exercuit parem. i. conſimilẽ irã, aduerſus illos qui deſeruerunt Remp fugiendo, apud Cannas, vicum Appuliæ, vbi Romanus exercitus ab Hannibale profligatus eſt. Nam cum Senatus relegaſſet eos. ſ. milites, in Siciliam, videlicet, vltra cõditionem mortalium, quia mortalibus nihil grauius morte accidere poſſe videtur, & tamẽ illis relegatio illa morte acerbior viſa eſt, literis acceptis à Marco Marcello, (qui tunc in Siciliã miſſus erat). i. quibus M. Marcellus à Senatu petijt, vt liceret ſibi vti opera eorũ ad expugnationem Syracuſanorum

Asc a n.

cuſanorum[Reſcripſit.]Senatus, eos eſſe indignos, qui reciperētur in caſtra.ſ.Rom.[Cæterum].i.ſed reſcripſit ſe permittere ei.ſ.Martello, vt faceret quod iudicaſſet expedire Reip dum.i.dûmodo, ne quis.i.non aliquis ea eis.ſ.qui fugerant, vacaret.i. vacuus eſſet munere.i.onere militari, aut donaretur dono militię.i.inſigni præmio rei benè geſtæ; aut accederet in Italiam, douec hoſtes eſſent in ea. Sic virtus ſolet udiſſe animos enerues.i.molles, & imbelles.[Age quàm].i.quantum, grauiter tulit.i paſſus eſt Senatus, q̃ milites erant paſſi.[Q.Petilium Cos.pugnantem fortiſſime aduerſum Ligures occidere]. i. occumbere, & mori: vt aũt ſciatur quantum grauiter tulerit, dicit, Senatus neq; voluit ſtipendium.i.ſtipem, quæ pendebatur.i.ſoluebatur anni.i. pro anno ſequente integro, procedere.i.vlterius ratum haberi, neq, voluit æra.ſ.iam debita, dari, quia nõ obtulerunt.i.nõ obiecerunt ſe telis hoſtium pro ſaluti Imperatoris.i.[Idq; decretum ampliſſimi ordinis]Videlices Patrum Conſcriptorũ, extitit ſpeciolum, & æternum monimentum.i. ſepulchrum memoratiuũ.[Petilij].i.Conſulis interẽpti, ſub quo monimento, cineres eius, acquieſcunt, clari morte, in acie.ſ.obita, & clari vltione, in Curia.ſ.Senatoria, aut acquieſcunt in acie clari morte, & in curia clari vltione.i.animaduerſione in milites ignauos.[Conſimili, &c.]Proſequitur eiuſdem generis exẽplũ dicens. Senatus cũ Hãnibal feciſſet ei poteſtate redimendorum ſex millia Romanorum, qui.ſ.Hannibal ſea iſta millia habebat in caſtris, capta: aut quos Romanos habebat in caſtris captos; ſpreuit cõditionẽ.i.noluit eos redimere, memor tantã multitudinẽ iuuenũ armatorũ, ſi voluiſſet honeſtè mori, non potuiſſe capi.[Quirum].ſ.militũ, aut ſea millũ neſcio vtrũ maius dedecus.i.probrũ fuerãt, q̃ patria nihil ſpei repoſuerit in his, an q̃ hoſtis nihil metus repoſuerit, in his, aut in eis hæc.ſ.patria ducendo.i.æſtimando paruũ, vt ſup.pugnarent pro ſe, ille ducendo paruũ, ne dimicarent aduerſum ſe.[Sed cum Senatus excubuerit]. i. vigilauerit aliquoties pro diſciplina militari ſeuerè.i.cum ſeueritate, & grauitatẽ, neſcio an ſup.eacubuerit pro diſciplina mil.præcipuè tunc, cũ incluſit carcere milites, qui occupauerant.i.inuaſerant, Rhegiũ.ſ.oppidum bello iniuſto.i.nõ legitime indicto, & Bubelio Duce mortuo delegerant M.Cęſium ſcribam eius, (quem nunc Cancellarium dicunt)ſua ſponte.i.non inuitati a Senatu.i.nõ mãdato Senatus. Imperatorẽ. Ac M.Furio.Flac.Trib.pl.denũciãte, ne ſ.Senatus animaduerteret in ciues Rom.aduerſus.i.contra morem maiorum, executus eſt nihilo minus propoſitum.i. vltimo ſupplicio eos affecit.[Cęterum].i.ſed vt id perageretur cum minore inuidia, Senatus iuſſit quinquaginta.ſ.eorum, aut quinquag enos eorum, cæſos virgis per ſingulos dies, percuti ſecuri.i.decollari, & nulli.i.non vlli.i.corpora eorum mandari vlli ſepulturæ, & vetuit pariter mortem eorum lugeri.

T[illegible] QVO tempore]Pyrrbus Epirotarum Rex in Italiã copias traiecit aduentu eius deterriti Rhegini, ſimul etiã, q̃ Carth.tunc mari dominantes metuebant P.R.open, atq; præſidium poſtularunt. Miſſi à Romanis ad eos milites aliquadiu vrbem tutati, fidem ciuitati ſeruauerunt. Erant numero quatuor millia hoium, quibus Duces præerant Decius, & Campanus. Sed tandem Mamertinorũ exẽplo permoti, & eos tanti facinoris conſpiratores habentes, ipſi quoq; Rheginis fidẽ violãt, tũ rei opportunitate, tum Rheginorum opulentia pellecti, ciues alios ex vrbe depellunt, alios cędunt: deniq; vt Mamertini Meſſanam, ita Rhegiũ detinent Romani: hanc Rheginorũ calamitatẽ graui, & iniquo animo licet ferrent Romani, ſuperioribus tñ bellis occupati, ſubſidiũ ferre nõ poterãt. Cõfecto demũ bello, Rhegium profecti, vrbẽ obſederũt, ac tandẽ expugnarũt, interfectis cõpluribus, qui in ipſa ẽt victoria præſcij, quid paſſuri forent, ſi ſuperuinerent, vſq; ad extremũ fortiſſime repugnarũt: trecenti ſolum viui in poteſtatem redacti, quos Romani e ueſtigio emiſſos Cos.in forũ produci, ac virgis cędi, & tandem ſecũdum patrię morem ſecuri percuti fecerunt, quo & illi ſcelerati facinoris pœnas darent, & ipſi ſuam erga ſocios fidem, quantum fieri poſſet confirmarent, hanc hiſt.li.i.Polybius refert.

EXTERNA EXEMPLA.

DE CARTHAGINENSIVM SENATV.

Pli. de viris illuſ. de Cn. Duellio.

*LENITER hoc Patres C. ſi Carthaginenſium Senatus in militiæ negocijs procurandis violentiã intueri velimus, à quo Duces bella prauo conſilio gerentes, etiam ſi proſpera fortuna ſubſecuta eſſet, * cruci tamẽ affigebãtur: quod bene geſſerant Deorum immortaliũ adiutorio: quod malè commiſerant, ipſorum culpę imputantes* * De cruce.

LENITER] Aptè tranſit ad externa, & primo ad Senatus Carth.exemplũ, dicens. Patres Conſcripti.ſ.Rom. Senatus ſup. fecerunt leniter.i.parum vehementer, hoc.ſ.quod dictum eſt, ſi velimus intueri violentiam Senatus Carth.in negocijs militiæ procurandis à quo.ſ:Senatu, Duces.ſ.Carth.gerentes bella prauo conſilio.i.modica prudentia, ẽt ſi proſpera fortuna eſſet ſubſecuta, tamen affigebantur cruci, affigebantur inquam cruci à Senatu imputante adiutorio Deorum immortalium, quod benè geſſerant, & culpæ ipſorum.ſ.Ducum, quod cõmiſerant malè.i.inconſultè. Sunt qui legãt imputantes, ſed ordo nõ ſtat, niſi dicamus. Et erant imputantes, &c. quod tamen eſt à ſtilo orationis Valerianæ abhorrens. Oliv.

DE CLEARCHO.

*CLEARCHVS verò * Lacedæmoniorum Dux egregio dicto diſciplinam militiæ continebat. Identidem exercitus ſui auribus inculcando, à militib. Imperatorẽ potius, quàm hoſtem metui debere. Quò apertè denunciabat futurum, vt ſpiritum pęnæ impenderent, quem pugnæ acceptum ferre dubitaſſent. Idq; à Duce præcipi non mirabantur, maternarum blanditiarum memores: quæ exituros eos ad prœliandum monebant, vt aut uiui cum armis in conſpectum earum venirent, aut mortui in armis referrentur. Hoc intra domeſticos parietes accepto ſigno, Spartanæ acies dimicabant. Sed aliena proſpexiſſe tontummodo ſatis eſt, cum proprijs, multoq; vberioribus, & fęlicioribus exemplis gloriari liceat. Diſciplina militaris acriter retenta, principatum Italiæ Romano Imperio peperit: & multarum vrbium, magnorum Regum, validiſſimarum gentium regimen, largita eſt: fauces Pontici ſinus patefecit: Alpium, Taurią; montis conuulſa clauſtra tradidit, ortumque è paruula Romuli caſa, totius terrarum orbis fecit columen. Ex cuius ſinu quoniam omnes triumphi manarunt, ſequitur, vt de iure triumphandi dicere incipiam.* *Front. lib. 4. ca. 1.

INCVLCANDO]Ingerendo.[Vt ſpiritum pœnæ impenderent]Ex eo, inquit, quod dicebat magis Imperatorẽ, q̃ hoſtem metui debere ſignificat fore, vt vitam, q̃ honeſte pugnando effundere, dubitaſſent, eam pro pœna delicti turpiter amitterent; hoc etiam Front. Clearchus Dux Lacedęmoniorũ, exercitui dicebat, Imperatorem plus quam hoſtem metui debere, ſignificans eos, qui in pręlio dubiam mortem timuiſſent, certum ſi vixiſſent de ſe manere ſupplicium, vt intelligerent ſibi poſt prœlium mortẽ certã expectandã eſſe.[Maternarũ blandit. memores]Legitur, quod mater quædam cum Diropetrion filiũ audiſſet ignauum, & matre indignum, illum ſuis manibus extinxiſſe, vnde, & verſus cõſtat. Hunc timidum mater, Diropetrion ipſa necauit. Nec dignum matre, nec Lacedæmonium. Matres autem filios in prœlium exeuntes breuibus admonebant dicentes, aut hunc, aut in hoc; videlicet uel hunc Clipeum, referas viuus, vel in hoc mortuus referaris.[Fauces Pontici ſinus] De hoc ait Cic.in oratione pro Archia poeta. Pop.enim Rom.aperuit Lucullo imperante Pontum, & Regijs opibus quondam, & natura regionis vallatum: nam Lucullus contra Mitridatem regem Pont. miſſus eſt, & uictoriæ aditum patefecit, quam amplam poſtea Pomp.conſecutus eſt.[Validiſſimarum gentium.] P.Q. Flaminius in Græciam miſſus eam vniuerſam Romano ſubegit Imperio, & liberam eſſe voluit, vnde cum præco iuſſus eſſet ad hanc vocem cauere, videlicet vt Græciam liberam eſſe nunciaret; tantus dicitur clamor ſubſecutus, vt aues ſupra volantes hoc clamore repercuſſæ in terram prolapſæ ceciderint, vt ſupra notatum eſt.[Parua Romuli caſa] Tugurium illud, in quo Romulus adhuc paſtoralem vitam agens, dicitur habitaſſe: quod poſtea Roma. refecerunt ſuo tempore in parentis ſui memoriam ſempiternam. Oliv. Clearch. Spar. Dux

ASCEN. CLearchus verò,&c.],Paucis percutrit exempla externa, conſerens duo Lacedæmoniorum,& purgans, ꝙ non plura afferat externa, eo ꝙ tot ſuperſint domeſtica, vnde cum laude Romanæ diſciplinæ titulum hûc claudit. Ordo aût eſt.Verò,pro ſed,Clearchus Dux Lacedæmoniorũ, continebat.i. conſeruabat diſciplinã militiæ egregio dicto,inculcando identidem.i.per interualla temporis,auribus exercitus ſui,Imperatorem debere potius metui a militibus,ꝗ hoſtem.[Quo] .ſ.dicto, denunciabat apertè,futurum,vt ipſi impenderent pœnæ.i.vltioni ab Imperatore expectandæ,ſpiritum.ſ.vitalem, quem dubitaſſent ferre acceptũ.i.impendere pugnæ.ſ.honeſtæ? Et ipſi milites Lacedæmonij non mirabantur id præcipi à Duce . [Memores].i.eo,ꝙ eſſent memores blanditiarum maternarũ.i. blandiũ vitilium tũ iuſtorũ matrũ ſuarũ,quæ abeuntibus dabant, cũ aliarum nationum matres blandiri ſoleant,vnde ſeuera illarũ mandata, ſpecioſè blãditias vocat,quæ.ſ.matres potius ſtrenuæ quã blãdæ monebãt eos exituros ad præliandũ, vt aut venirent viui in conſpectum earum cum armis.i.non amiſſis illis.nec abiectis,aut referrentur mortui in armis vtpote iñ clypeo,aut ſcuto. [Acies Spartanæ.i. Lacedæmoniæ dimicabant hoc ſigno.i. vexillo,hoc eſt hoc monitu,loco vexilli accepto intra parietes domeſticos,quia à matribus.[Sed aliena proſpexiſſe tantũmodo ſatis eſt].i.de longe vidiſſe tantummodo aliena ſup. exẽpla militaris diſciplinæ:cum liceat gloriari exemplis proprijs.i.domeſticis,& multo vberioribus,ac fœlicioribus. Nam ſup. diſciplina militaris retenta acriter,peperit Imperio R. principatum Italiæ, & largita eſt,ſup. ei,regimen magnorum Regum,& validiſſimarum gentium;& patefecit ei fauces ſinus Pontici.ſ.maris; & tradidit clauſtra Alpium,& Tauri montis compulſa.i. vi diffracta;& fecit ipſum Imperiũ R. ortum è parua caſa.i.humili tugurio Romuli,columen.i.faſtigium totius orbis terrarum. Ex cuius.i. Imperij R.ſinu, quoniam omnes triumphi manarunt , ſequitur.i. conſequens eſt,vt dicere incipiam de iure triumphandi.

DE IVRE TRIVMPHANDI. Cap. III.

*OB leuia prælia quidã Imperatores triumphos ſibi decerni deſiderabant;quibus vt occurreretur, lege cautũ eſt,ne quis triumpharet, niſi quinq; millia hoſtium vna acie cecidiſſet. Non enim numero,ſed gloria triumphorum excelſius vrbis noſtræ futurum decus maiores exiſtimabant. Cæterum ne tam præclara lex cupiditate Laureæ obliteraretur,legis alterius adiutorio fulta eſt,quàm L. Marius,& M. Cato, Trib. pl. tulerunt,pœnam enim Imperatoribus minatur, qui aut hoſtium occiſorum in prælio,aut amiſſorum ciuium falſum numerum,literis Senatui auſi eſſent referre. Iubetq; eos, cum primum vrbem intraſſent,apud * Quæſtores vrbanos iurare de vtroq; numero verè ab his Senatui eſſe ſcriptum. Poſt has leges iudicij illius tempeſtiua mentio introducetur, in quo de iure triumphandi inter clariſſimas perſonas,& actum,& excuſſum eſt. Luctatius Cons. & Q. Valerius Prætor circa Siciliam inſignem Pœnorum claſſem deleuerãt, quo nomine Luctatio Cons. triumphum Senatus decreuit. Cum autem Valerius ſibi eum quoque decerni deſideraret,negauit id fieri oportere Luctatius, ne in honore triumphi minor poteſtas maiori æquaretur,pertinaciusq́;progreſſa contentione,Valerius ſponſione Luctatium prouocauit,non ſe petiturum triumphum,niſi ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa:nec dubitauit reſtipulari Luctatius:Itaque iudex inter eos conuenit Attilius Calatinus,apud quem Valerius in hunc modum egit:Conſulem ea pugna in lectica claudum iacuiſſe, ſe autem omnibus Imperatorijs partibus functum. Tunc Calatinus ,prius quàm Luctatius cauſam ſuam ordiretur:quæro inquit,Valeri à te,ſi dimicandum nec ne eſſet, contrarijs inter vos ſententijs diſſentiſſetis,vtrum quod Cons. an quod Prætor imperaſſet , maius habiturum fuerit momentum? Reſpondit Valerius non facere ſe controuerſiam,quin priores partes COS. eſſent futuræ. Age deinde inquit Calatinus: Si diuerſa auſpicia accepiſſetis, cuius magis auſpicio ſtaretur? Idem reſpondit Valerius, COS. Iam meherculè,inquit,cum de Imperio,& auſpicio inter vos diſceptationem ſuſceperim, & tu vtroque aduerſarium tuum ſuperiorẽ fuiſſe fatearis, nihil eſt quod vlterius dubitem. Itaque Luctati, quamuis adhuc tacueris,ſecundum te litem do. Mirificè iudex, quod in manifeſto negocio tẽpus teri paſſus non eſt. Probabilius Luctatius,quòd ius ampliſſimi honoris conſtanter defendit. Sed nec Valerius quidem improbè,quia fortis, & proſperę pugnæ vt non legitimum,ita ſe dignum præmium,petijt.*

* Sed intrare ante triumphũ non licebat.

OLIV. OB Leuia prælia quidã Imperatores triumphos] Trãſit ad capitulum de triumphis,& oſtẽdit Imperatores R. nõ niſi de maximis victorijs triumphaſſe;nam lege cautum erat,ne cui triumphus decerneretur , niſi quinque millia hoſtiũ vna acie proſtrauiſſet. Erat autem triumphus maximus honor qui dabatur Imperatoribus R.qui quatuor albis equis inaurato currui iunctis,capite laurea coronato, in Capitolium vehebantur,præcedentibus captiuis catenatis,& præeunte Senatu in Iouis Optimi Maximi templum deuecti,immolato tauro albo, ad proprias ædes redibant Quis autem primus in vrbe Ro. triumphauerit,varia eſt ſcriptorum ſententia,nam alij Camillum,alij Tarquinium Priſcum,alij Val.Publiculam fuiſſe tradũt.[Obliteraretur]Obliuioni traderetur,deleretur. [Fulta eſt] Nec enim lex illa per ſe ſatis valida erat,potuiſſent enim Imperatores cupiditate triumphi falſum occiſorum hoſtium numerum referre. [Luctatius Cons.] Hic contra Pœnos Siciliam inuadentes miſſus eſt, qui cum nauali prœlio intereſſe non poſſet propter malam corporis valetudinem. Q. Val. Prætor claſſem hoſtium deleuit,tempore quoque Cõſulatus Luctatij diuerſæ aquarum, igniumq́; clades penè vrbem abſumpſerunt. [Reſtipulari.] Stipulari ſignificat ſtipem,hoc eſt pecuniam obligare, tractum autem eſt à ſtipe quæ ſpecies erat nũmiſmatis : ſtips autem dicta eſt,à ſtipando,nam antiqui pecuniam penſare,non numerare ſolebant,quàm pecuniam æs graue Liu. appellat , & Plin. lib. 33. Militum inquit,ſtipendiorum hoc,eſt ſtipis ponderandæ penſatores , libripendes dicuntur , vnde etiam nomina nummis remanſerunt apud antiquos à penſatione,ſicut aſſis,dodrans,quadrans,vncia,minæ,denarius,& ſimilia:ergo pecuniam non in loculis ſeruare ſolebant , ſed in theſauris ſtipare , & condenſare, nam ſtipare eſt in locum anguſtum reponere , ergo reſtipulari eſt retro ſe obligare.i.contra ſponſionem à Valer. factam pecuniam obligare.[Conuenit]Placuit.[Iudex] Attilius Calat. Hic Conſul,cum à Pœnis in locum circumſeſſum temerè exercitum duxiſſet, M. Calpurnij Tribuni militum virtute, & opera euaſit,qui cum trecentis militibus eruptione facta hoſtes in fugam conuertit omnes. De Attilio Calatino Cic. in Cato. Maiore. Quanta authoritas fuit in Lucio Cęcilio Metello, quanta in Attilio Calatino , in quem illud eulogium , vnicum & primarium populi fuiſſe virum , notum eſt carmen inciſum in ſepulchro. [Claudum] Quia Conſul morbo erat implicitus,miſſus eſt hic Val. Prætor. [Vtrum] An non , tantum valet , nec ne. [Litem do.] id eſt dico, & eſt verbum iuris , verbi ſignificatio etiam apud Grammaticos inuenitur. Virgi. Sed tamen iſte deus,qui ſit,da Tytire nobis . Ergo dare litem, eſt ius diſceptationis dicere. [Vt non legitimum] Quia ſibi lege non debebatur,ſed Conſuli.

ASCEN. OB leuia,&c.]Locuturus de triumphis Romanis , præmittit duas leges latas de iure triumphandi,dicens. [Quidã Imperatores].ſ.Romani,deſiderabant triũphos decerni ſibi ob quędã prælia leuia.i.facilia,& modici ſudoris,quibus vt occurreretur.i.reſiſteretur,cautũ eſt lege,ne quis triumpharet , niſi cecidiſſet.i.interemiſſet , vna acie quinque millia hoſtium. [Enim pro quia , maiores.i.priſci Romani , exiſtimabant decus vrbis noſtræ futurum excelſius,non numero.i.multitudine triũphorum,qui quamplurimi fuiſſent , ſi ob leuia prælia triumphare licuiſſet,ſed gloria.ſ.triumphorum,quæ ex difficultate,& magnitudine victoriæ naſcitur.[Cæterum ne tam præclara lex] obliteraretur.i.deleretur,aut antiquaretur,cupiditate laureę,id eſt

coronæ triumphalis, ipſa eſt fulta adiutorio alterius legis, q̃ L. Marius, & M. Cato Trib. pl. tulerunt. Enim pro quia, lex ſup. illa minatur Imperatoribus pœnam, qui auſi eſſent referre literis. i. ſcribere Senatui, falſum numerum hoſtium occiſorum in prælio, aut ciuium amiſſurum, iubet eos. ſ. Imperatores triumphum petentes, cum primum intraſſent vrbem, iurare apud Quæſtores vrbanos, verè ſcriptum eſſe ab his Senatui de vtroq; numero. ſ. tã hoſtium, q̃ ciuiũ cæſorum. Mentio iudicij illius, in quo & actum, & excuſſum eſt inter clariſſimas perſonas, introducetur tẽpeſtiua. i. opportuna, & debita ſerie poſt has leges. ſ. iam dictas. Luctatius Coſſ. & Q. Val. Prætor, deleuerant inſignẽ claſſem Pœnorum circa Siciliam; quo nomine. i. gratia cuius meriti, Senatus decreuit Luctatio, Conſuli triumphum. Aũt pro ſed, cum Val. quoque deſideraret eum. ſ. triumphum decerni. i. addici, aut adiudicari ſibi, Luctatius negauit id oportere. i. decere (hoc loco) fieri, ne minor poteſtas, vtpote Prætoria, æquaretur maiori. ſ. Conſulari, in honore triumphi, & cõtentione progreſſa pertinacius. Val prouocauit Luctatium ſpõſione. i. depoſitione tanti, quanti intereſſe poſſet, nõ ſe petiturum. i. quod ſpopondit, & depoſuit velle probare, ſe non petiturum triumphum, niſi Punica claſſis eſſet oppreſſa, ſuo ductu; nec Luctatius dubitauit teſtipulari. i. ecõtrario deponere. Itaq; iudex iter eos Attil. Calat. conuenit. Iacuiſſe in lectica claudũ ea pugna. i. dũ pugna fieret, qua claſſis oppreſſa erat, ſe aũt functũ omnibus partib. Imperatoris. Tunc Calatinus, inquit, prius, quam Luctatius ordiretur cãm ſuam; ò Val. ego quæro à te, ſi vos diſſentiſſetis ſententijs. i. ſi fuiſſetis diſcordes in ſententijs, dimicandum, necne eſſet. i. vtrum dimicandum eſſet, an non, vtrum id, quod Conſul imperaſſet, an id quod Prætor imperaſſet, fuerit habiturũ maius momentum. i. plus auctoritatis ad mouendam rem ad executionẽ. Valer. rñdit, ſe non facere controuerſiam. i. non diſſentire, nec inficiari, quin priores. i. potiores partes eſſent futuræ Conſulis. i. quin Imperio Conſulis eſſet perendum. Deinde Calatinus inquit Age ſi accepiſſetis diuerſa auſpicia, cuius. i. vtrius veſtrũ auſpicio ſtaretur magis? Val. reſpondit idem. i. ſimiliter, Conſulis. i. ꝙ ſtaretur magis auſpicijs Cõſulis. Et Calatinus ſup. inquit [iam me Hercule] ſ. ita iudicante, vt verum dico, cum ſuſceperim inter vos diſceptationem imaginariam de Imperio, & auſpicio, & tu ò Valeri fatearis aduerſarium tuum. ſ. Luctatium Conſulem, fuiſſe ſi ita eueniſſet, ſuperiorem in vtroq; tã in Imperio, quàm in auſpicio, nihil eſt quod dubitẽ vlterius. ſ. de cã veſtra, [Itaq;] i. & ita ò Luctaci, ego do litem. i. iudico ſecundũ te i. pro te, quamuis tacueris adhuc. Mirificè ſupp. egit, iudex, ꝙ vel qui non eſt paſſus tempus teri. s. fruſtra tranſigi in negocio manifeſto. Luctatius ſup. egit probabilius, ꝙ defendit conſtanter ius ampliſſimi honoris, videlicet Conſularis. [Sed nec Vale. quidẽ improbe] ſup. egit, quia ipſe fortis, petijt præmiũ pugnæ proſperæ]. ſ. geſtæ proſpero ſucceſſu vt non legitimum, quia ex lege debebatur Conſuli, ita dignum ſe, quia vir fortis erat.

DE CN. FVLVIO FLACCO.

* Partem refert Liuius li. 26.

QVID facias * *Cn. Fuluio Flacco qui tam expetẽdum alijs honorem triumphi, decretum ſibi à Senatu ob res bene geſtas ſpreuit, ac repudiauit. Nimirum non plura percerpens, quàm acciderunt. Nam vt vrbem intrauit, continuo quæſtione publica afflictus, exilio mulctatus eſt, vt ſi quid religionis inſolentia commiſiſſet, pœna expiaret.*

OLIV. QVid facias Cn. Ful. Flac.] Hic Ful. Flac. triumphũ contempſit qui primo ſubegit Vareolos in Illyrico, deinde alio tpe Alpinos Ligures domuit, miſſus quoque in auxilium Maſſilienſium, aduerſus Saluios Gallos, qui fines Maſſilienſium depopulabantur, demum cum Aetolis bellauit; qui cum Ambratiam ciuitatem eorum diu machinis expugnare tentaſſet, nec eam capere poſſet, & ad extremum neceſſitate oppidani compulſi ſupplices Conſulem oraſſent, vt eos in deditionẽ accipere vellet, Ille omnino id facere recuſauit, nec prius flecti potuit, quàm precibus Rhodij cuiuſdam Attici à Senatu miſſi imperatum eſt, vt eos in deditionem acciperet, quod grauiter tulit Senatus, viſus eſt. n. contra religionem feciſſe, ſupplices in deditionem venire volentes, repudiare. [Ob res bene geſtas] Quia omnem Aetoliam Rom. ſubegit Imperio. [Nimirũ non plura per cerpens quam acciderunt.] Quaſi mens eius præſaga eſſet futuri, quia videlicet poſt triumphum mulctãdus eſſet exilio, ſi triumphaſſet. [Percerpens] Sine dubio abundat, ſenſus. n. à ſuperiori pendet, nimirũ nõ plura facias, q̃ acciderũt. [Quæſtione publica] Quia in iudiciũ accitus eſt, ꝙ oppidanos in deditionẽ accipere noluiſſet, qđ cõtra religionẽ eſſe videbat. [Mulctatus] Punitus. [Expiaret] purgaret [Inſolentia] Qua triumphũ cõtempſiſſe iudicatus eſt, huius. n. inſolẽtię reus, exilio damnatur.

ASCEN. QVid facias, &c.] Affert cõtrarium exemplum, vtpote eius qui triumphum contempſit; ſed præſagio quodã imminentis contumeliæ, dicens. [Quid facias Cn. Ful. Flac.] Qui ſpreuit & repudiauit honorem triumphi decretum ſibi à Senatu. [Ob res bene geſtas] tam. i. tantopere expetendũ alijs. i. quem alij tantopere expetiſſent.] Nimirum]. i. haud dubiè præcerpens. i. antequam euenirent carpẽs, de infortunio ſuo non plura quàm acciderunt. ſ. paulo poſt. (Sunt qui legant percerpens, quod Oliuer. ſentit, ſed mihi placet præcerpens legere) Nam vt. i. ſtatim poſt quam intrauit vrbem. ſ. Romam, afflictus continuo quæſtione. s. inquiſitione de vita eius, mulctatus eſt exilio. i. pro mulcta tulit exilium, vt ſi commiſiſſet quid, i. aliquid religionis. i. contra religionem, inſolentia. i. per inſolentiam ſuam, aut ꝙ ſacrum illum honorem ſpreuerat, expiaret. i. purgaret illud, pœna. i. mulcta exilij.

DE Q. FVLVIO, ET L. OPIMIO.

* De Capua Liu. lib. 26. de Fregellis lib. 60.

SAPIENTORES *igitur * Q. Fuluius, qui Capua capta, & L. Opimius, qui Fregellanis ad deditionem compulſis, triumphandi poteſtatem à Senatu petierunt. Vterq; editis operibus magnificis, ſed neuter petitæ rei compos. Non quidem inuidia Patrum C. cui nunquam aditum in Curia eſſe voluerunt: ſed ſumma diligentia obſeruandi iuris, quo cautum erat, vt pro aucto Imperio, non pro recuperatis, quæ Pop. Ro. fuiſſent, Triũphus decerneretur. Tantũ enim intereſt adijcias aliquid, an detractum reſtituas, quantum diſtat beneficij initium, ab iniuriæ fine.*

OLIV. SAPIENTORES igitur Q. Ful. & L. Opimius] His triũphus à Senatu denegatus eſt, ꝙ quidquid per eos geſtũ fuerat, ad acceſſionem Imperij nun pertinebat, nihil. n. Imperio Ro. per ipſos additum, ſed reſtitutum fuiſſe videbatur, quod amiſſum fuerat: triumphare autem non, niſi qui imperium auxiſsent, lege licebat.

ASCEN. SApientiores igitur, &c.] Ex ſuo iudicio cenſet eos qui cum repulſa triumphum petierunt ſapientiores eo, qui reſpuit, in qua reſentire videtur Cnæũ illũ Fuluium Flac. ſi triumphum ſibi decretum non repudiaſset, exilij pœnam non fuiſse daturum. Ordo eſt. Igitur, quia Cn. Fuluius, qui reſpuit triumphum malè mulctatus eſt. [Q. Ful. qui Capua;] Vrbe præcipua Campaniæ Italicæ, & Lucius Opimius, qui Fregellanis ad deditionem compulſis, petierunt à Senatu poteſtatem triumphandi, Sapientiores, ſup. fuerunt quàm Cn. Fuluius eo ꝙ q̃ triũphum petit ſe de Rep. optimè meritũ ſignificat. Vterq; ſup. fuit magnificus, operib. editis. i. præclarè geſtis, & in lucẽ datis, ſed neuter ſup. fuit cõpos rei petitæ, hoc eſt triumphi, nõ quidẽ ſup. cõpos nõ fuit inuidia. i. ꝑꝑ inuidiã Patrum Cõſcriptorum, cui. ſ. inuidiæ nunquã voluerunt eſſe aditum. i. acceſſum in Curiã, ſed ſumma diligentia iuris obſeruandi, quo. ſ. iure erat cautum. i. cautè ſancitum, vt triumphus decerneretur pro Imperio. ſ. Romano aucto, non pro recuperatis ſup. rebus, aut oppidis, quæ fuiſsent ſup. prius P. R. [Enim] pro quia tantum intereſt. i. diſtat, & refert, an ſup. adijciat aliquid. ſ. ad Imperium, aut aliud caput, aut reſtituas detractum tantum. n. inter augere, & recuperare Imperium intereſt quantum inter initium beneficij, quod facit qui rem auget: diſtat à fine iniuriæ, quẽ facit, qui ablata recipit.

DE P. SCIPIONE, ET M. Marcello.

* Liu. lib 26. & 28

* Erãt enĩ Procoſ. q non hñt auſpicia.

QVINETIAM * *ius de quo loquor, ſic cuſtoditum eſt, vt P. Scipioni ob recuperatas Hiſpanias, M. Marcello ob captas Syracuſas, triumphus non decerneretur; quòd * ad eas res gerendas ſine vllo miſſi erant Magiſtratu. Probentur nunc cuiuslibet gloriæ cu*

pidi: qui ex deſertis montibus, Myroparonumq́; piraticis roſtris, laudis inopes, Laureæ ramulos feſtinabunda manu decerpſerunt. Carthaginis Imperio abrupta Hiſpanis, & Siciliæ caput abſciſſum Syracuſæ, triumphales iungere currus nequiuerunt: & quibus viris? Scipioni, & Marcello: quorum ipſa nomina inſtar ſunt æterni triumphi. Sed clariſsimos ſolidæ, vereq́; virtutis auctores, humeris ſuis ſalutem patriæ geſtantes, & ſi coronatos intueri Senatus cupiebat, iuſtiori tamen reſeruandos laureæ putauit. His illud ſubnectam. Moris erat ab Imperatore triũphum ducturo Cons. inuitari ad cœnam, deinde rogari, vt venire ſuperſedeant, ne quis eo die, quo ille triumphauerit, maioris in eodem conuiuio ſit Imperij. Verum quãuis quis præclaras res, maximeq́; vtiles Reip. ciuili bello geſſiſſet, Imperator tamen eo nomine appellatus nõ eſt, neq; vllæ ſupplicationes decretæ ſunt, neq; aut ouans, aut curru triũphauit, quia vt neceſſariæ iſtæ, ita lugubres ſemper exiſtimatæ victoriæ ſunt: vtpote non externo ſed domeſtico partæ cruore. Itaq; & Naſica Tiberiũ Gracchum, & Opimius C. Gracchi factioſos, mæſti trucidarunt.*

* Plut. in probl.

* Plut. in vita.

OLIV.

PROBENTVR nunc] Ironia eſt, nõ damnat Duces qui ea nimia victoria triumphũ petebant. [Cuiuslibet,] & nimiæ, cuiuſq; laudis [Ex deſertis montibus] Quod modicę laudis eſt, nam pugnare vbi nemo reſiſtit, nulla difficultas eſt. [Myroparonumq́;] nauium piraticarum. Myroparo dicitur Scapha. i. nauicula, & nauis piratica, vnde & ipſi piratæ Myroparones aliquando dicuntur. [Ramulos] Diminutiuo vtitur, vt laudẽ eorum paruam admodum oſtendat eſſe [Feſtinabunda] quia nondum res geſſerant, quibus merito ſibi triumphus decernatur. [Abrupta] Adempta. [Eo nomine] Ea de cauſa. [Ouans] Ouabat qui hoſtes in fugam vertiſſet, qui autem ouabat equo albo per vrbem vectus in Capitolium aſcendebat, & ibi ouem ſacrificabat, vnde ouare dictum eſt, vt Seru. placet. Feſtus Pomp. dicit, ouare dictum eſſe à voce eorum, qui ouantem ſubſequebantur. [Itaque Naſica Tib. Gracchum] De cedæ Gracchorum ſatis ſupra dictum eſt in cap. de Somnijs. Opimius verò Conſul ſimili modo C. Brutum necauit.

Ouatio.

ASCEN. QVinetiam, &c.] Oſtendit ius ſeruatum in alijs viris, & ijs quidem facile principibus, dicens. [Quinetiã ius]. ſ. triũphandi de; quo loquor, eſt cuſtoditum. i. obſeruatum ſic, vt triumphus non decerneretur P. Scipioni ob Hiſpanias recuperatas, nec ſupp. M. Marcello ob. i. propter Syracuſas captas. ſ. ab eo, q. i. quia miſſi erant ad eas res gerendas, ſine vllo magiſtratu. i. ſine aditione magiſtratus, non. n. miſſi erant, vt Conſules, aut vt Dictatores, aut Prætores, &c. ſed vt priuati, cum auctoritate tamen pub. [Probentur]. i. commendentur, nunc poſtquam tales viri pro tantis rebus non obtinuerunt triumphum, & ita eſt Ironia, cupidi cuiuslibet gloriæ qui inopes laudis. ſ. veræ, aut conſtruatur cum dictione ramulos, ſic, qui decerpſerunt manu feſtinabunda. i. nimis accelerante, ea montibus deſertis, & ita ignotis, ramulos laureæ inopes laudis. ſ. veræ, & ex roſtris, pyraticis Myroparonum. i. paruarũ nauiũ ſup. coronã naualem, aut etiam lauream triumphalem, ſed inopem laudis. [Hiſpania abrupta]. i. virtute Scip. auulſa Imperio Carthaginis, & Syracuſæ caput Siciliæ. i. princeps vrbium in Sicilia abſciſſum. ſ. ab Imperio Carthaginis, virtute Marcelli, nequiuerunt iungere currus triumphales, & quibus viris ſupp nequiuerunt iungere? Reſpondet Scipioni & Marcello, quorum nomina ipſa, ſunt inſtar. i. æquiparatio æterni triumphi. [Sed etſi]. i. quanquam Senatus cupiebat intueri clariſſimos auctores ſolidæ & veræ virtutis, geſtantes humeris ſuis ſalutem patriæ, coronatos. ſ. triumphali corona, tamẽ putauit eos ſup. reſeruandos laureæ iuſtiori. i. iuſtius ſuſceptæ. [His illud, &c.] Addit exẽpla de modeſtia in ciuili bello dicẽs. [Ego ſubnectam his]. ſ. iam dictis illud. ſ. quod ſequitur.] Moris erat Conſules inuitari ad cœnam ab Imperatore ducturo]. i. qui ducturus erat triumphum, deinde rogari, vt ſuperſedeant. i. omittant venire ad cœnam, ne quis eo die quo ille triumphauerit ſit in eodem conuiuio maioris Imperij. ſ. quàm triumphans, quia Conſul maior eſt non triumphans, quàm triumphans non Conſul. Verum quamuis quis geſſiſſet bello ciuili res præclaras, & maximè vtiles Reip. tamen non eſt appellatus Imperator eo nomine. i. ea de cauſa, aut ob id meritum, neque vllæ ſupplicationes. i. quas rogationes, & proceſſiones dicimus, decretæ ſunt ſup. ei, hoc eſt ad eius honorem, neq: aut ouauit. i. ouans pedibus ingreſſus eſt, vt in minori victoria facere ſolebant, aut triumphauit curru, quia vt iſtæ. ſ. ciuilis belli victoriæ exiſtimatæ ſunt neceſſariæ, ita exiſtimatæ ſunt ſemper lugubres, vtpote partæ. i. acquiſitæ, non cruore externo, ſed domeſtico. [Itaque]. i. & ita, & i. ſimul. [Naſica]. ſ. Scip. & Opimius trucidarunt mœſti, & ita nõ libenter, Naſica ſup. trucidauit Tiberium Grac. & Opimius factiones. i. conſcios, & fautores, factionis, Cai Grãchi ciuis Roma.

THEO. ET Opimius C. Gracchi factiones] Satis ea Annio Floro cõſtat, & Appiano. C. Gracch. frerum comitum manu fatale familiæ ſuæ Capitolium inuaſiſſe, inde proximorũ cæde depulſum, cum ſe in Auentinum recepiſſet, inde quoque obuia Senatus manu ab Opimio Conſule oppreſſum.

DE Q. CATVLO.

Q. Catulus * *Marco Lepido collega ſuo cum omnibus copijs ſeditioſis extincto, moderatum præ ſe ferens gaudium, in vrbem reuertitur.* * *C. etiam Ant. Catilinæ victor, abſterſos gladios in caſtra retulit.*

Liu. li. 90

* Dion. li. 37.

OLIV. QVINTVS Catulus & M. Lep.] Conſules creati erãt, ſed cum M. Lep. acta L. Syllæ reſcindere vellet, & ab eo proſcriptos in ciuitatem reſtitui, & eorum bona quæ Sylla, & populo & amicis ſuis donauerat ipſis reddi. Q. Catul. ex conſenſu bonorum reſiſtebat actionibus illius, cum igitur actionibus obtinere non poſſet, quod cupiebat, in Hętruriã profectus ingentes ibi copias comparauit, contra quem miſſi ſunt Q. Catulus, & Cn. Pomp. illum haud ita multo poſt fuderunt, atque fugarunt, ille rurſus ſe in Hętruriam, deinde in Sardiniam contulit, & ibi morbo, & peſtilentia perijt, Luc. vt Catulo iacuit Lepidus. [Abſterſos gladios] Quaſi ciuilem ſanguinem abominarentur.

ASCEN. QVintus Catul.] Affert tertium ciuilis victoriæ ſine lætitia publica exemplum dicens. [Q. Cat.] Reuertitur in vrbem, prę ſe ferrens. i. ſignis quibuſdam oſtendens, gaudium moderatum M. Lepido triumuiro collega ſuo. i. qui cũ Cõſul creatus fuerat extincto cum omnibus copijs. i. exercitibus ſeditioſis. [Caius, &c.] Affert, & quartum eiuſdem rei exempliũ dicens Caius etiam Ant. collega Cic. in Conſulatu victor Catilinę, ſaltem per legatum, nam ipſe pedibus ęger adeſſe non poterat, vt Saluſt. dicit, prælio (Catilina autem per Saluſt. notiſſimus eſt, coniurauerat enim in Remp. & nobilitatem Romanam cum Lentulo, Cethego, aliisq́; perditis ciuibus) retulit gladios in caſtra abſterſos. ſ. ſanguine ciuili.

DE CINNA.

L. Cinna, * *& C. Marius hauſerant quidem auidi ciuilem ſanguinem: ſed non protinus ad templa deorum: & aras tetenderunt. Iam L. Sylla, qui plurima bella ciuilia confecit, cuius crudeliſſimi, & inſolentiſſimi ſucceſſus fuerunt, cum conſumata, ac conſtructa potentia ſua* * *triumphũ duceret, vt Græciæ, & Aſiæ multas vrbes, ita ciuium Rom. nullum oppidum vexit. Piget, tedetq́; per vulnera Reipu. vlterius procedere: Lauream nec Senatus cuiquam dedit, nec quiſquam ſibi dari deſiderauit, ciuitatis parte lachrymante. Cæterum ad* * *Quercum pronæ manus porriguntur, vbi ob ciues ſeruatos corona danda eſt, qua poſtes Auguſtæ domus ſempiterna gloria triumphant.*

* Cic. Ph lip. 14.

* De Mithridate triumphauit.

App. an.

Mediáq; tuebere quercum inquit Ouid.

OLIV. LVCIVS Cinna, & C. Marius] Hi vrbe eiecti diuerſis factionibus hic à Sylla, ille ab Octauio paruo temporis interſtitio cõparatis, atq; cõiunctis exercitib. patriæ bellum intulerunt, nam cum Marius carcere liberatus, vt in cap de omnibus plenius vidimus ſe in Africam contuliſſet, au-

Mariani bellum

diſſetq́; Romæ contentionem ortam eſſe inter Cinnã, & Octauium, vtpote vir bellicoſiſſimus ex Mauruſijs equites in Africa cõparauit, & ex agris robuſtiſſimos quoſq; delegit, impletiſq; 60. nauibus ex ea virorũ multitudine, Romam verſus nauigauit, ſeq; Cinnæ paulo ante expulſo Rom. coniunxit, qui ſegnio rib. factis iam Romanis, atq; et deſidia, & ſegnitie Ducum primo Hoſtiam, deinde Ianiculum, poſtremo vrbem ipſam occuparunt. q̃ velut terram hoſtilem diripuerunt, & miſerabili cæde replerunt, poſt hanc igitur victoriam Cinna, & Marius de ſuis inimicis non triumpharũt. [Aras, &c.] Vt de victoria parta Dijs gratias agerent, ſacrificantes more triumphãtium. [Lucius Sylla, qui plurima bella ciuilia] Sylla multa bella ciuilia confecit, primum aduerſus Marium, & Sulp. orta de prouincia Ponti ſeditione. nam cum Mithridaticum bellum Syllæ, qui tum Conſul erat, demandatum foret. Q. Sulp. Trib. pl. aduerſæ factionis homo legem tulit, inuito Senatu, vt Mario Mitridatica prouincia cederet, cui rogationi, cũ reſiſtere Sylla ſumma ope vellet. Sulpitius cum armata manu in eum impetum fecit, ſtragem ingentem circa eum edidit, vbi Pompeij filius adoleſcens nobiliſſimus cæſus eſt. Sylla inter cædem difficulter elapſus, clàm nocte in caſtra contendit, exercitum oẽm aduerſus Sulpitium, & Marium concitauit, & cæſis legatis, qui ad accipiendum exercitum miſſi fuerant, ad vrbem properauit, quã is hoſtiliter ingreſſus cædibus, & incendio repleuit, nam dum hoſtes ſpectat, ſuorum nullam rationem habet, ſontes, & inſontes opprimit, deinde ſedato tumultu Imperio potitus, aduerſus Mitridatẽ profectus eſt, vbi cum paulo poſt audiſſet Marium, & Cinnam coniunctis exercitibus vrbem cepiſſe, totamq́; hoſtiliter diripuiſſe, & ciuium, ac in primis amicorum ſuorum fœdam edidiſſe ſtragẽ, icto cum Rege fœdere, compoſitiſq; rebus in prouincia, Romã venit. [Et primò apud Capuam] Cum Mario Iuniore, & Conſule Norbano fœliciter pugnauit, ſupra 7. hoſtium mil. cecidit, intra Capuã Norbanũ incluſit M. quoq; Lucullus vnus ex Ducib. ſuis apud Fidentiam ſexdecim cohortes aduerſus quinquaginta duxit, & eas fudit, atq; fugauit, victorq́; decẽ & octo millia trucidauit, hoſtẽ caſtris exuit. Sylla paulo poſt alterum Conſulẽ Scip. ſpe pacis oſtentata, & eius legiones occidit, rurſus cũ Mario iuniore, qui exercitum reparauerat, haud procul ab vrbe cõgreſſus cum ingenti hoſtiũ ſtrage victor euaſit, nam ad 20. mil. Cæſ. & 7. capta ab eo fuiſſe dĩr Marium Præneſte fugiſſe, multa quoq; eius præfectos Pompeium, Craſſum, Metel. Seruilium prœlia fœliciter commiſſa, qui magnas et Rom. copias deleuere, vltimum illi prœlium fuit ſub ipſis mœnibus vrbis cum Teleſino quodam Samnite, & Lamponio eius ſocio, in quo parum abfuit, quin funditus deleretur, ſed tandem aſpirante fortuna, illos profligauit, non ſine magna ſuorum clade, vrbem deinde ingreſſus ſex millibus ex equeſtri ordine in forum productis, crudeliter cæſis proſcriptionem Senatorum, & aliorum ciuium, ac in primis diuitum fecit miſerabilem. [Conſtructa] conſerta, condẽſa. [Multas vrbes] Solebant triumphantes vrbes victas in triumpho pictas ducere. [Græcia, & Aſia] Inter cæteras duxit etiam Athenas. [Ad quercum pronæ manus porriguntur] Qui ciuem ſeruaſſet, quærna corona donari conſueuerat, vnde etiam legimus corona quærna Cic. fuiſſe donatum, q̃ ciues ſeruaſſet, vt ſupra diximus. [Qua poſtes] Iulij Cæſ. erat antiqua quærcus, ex qua Romæ decerpere ſolebant, vbi coronam alicui dare voluiſſent, [Lauream.] Non ſolum nõ dabatur triumphis, verum etiã teſte Cic. in Philippicis, oratione vltima, ſine lauro nullæ fiebant ſupplicationes.

Syllę dominatus.

Laurus ante fores.

ASCEN. LVcius Cinna, &c.] Affert, & alia ciuilis victoriæ ſine triũpho exempla dicens. [Lucius Cinna, & Marius hauſerũt quidem auidi]. i. exiſtentes auidi, aut auidè ſanguinẽ ciuilem, ſed non tetenderunt protinus. i. ſtatim, vt vrbem eſſent ingreſſi, ad templa, & aras deorum, vt triumphantes, & ouantes fecerant, & ſicut in ſupplicationibus fiebat. [Nam Lucius Sylla, &c.] Affert etiam Syllæ in ciuili victoria exemplum dicens, Nam Luc. Sylla, qui confecit. i. cõſumauit, & exhauſit, plurima bella ciuilia, & ſup. cuius ſucceſſus fuerũt crudeliſſimi, quia ſpecioſa in Marium victoria turpiſſimè abuſus eſt in ſanguinẽ ciuilem immaniter ſæuiens, & per Dictaturæ perpetuæ vſurpationem Remp. opprimens, cum duceret triumphum potentia ſua exiſtente ſup. conſummata, atq; conſtructa. [Vt]. i. quemadmodũ vexit. ſ. in triumpho ſuo, multas vrbes. ſ. victas, Græciæ, & Aſiæ, quas deuicerat, ita nullum oppidum ciuium Rom. ſignificans per hoc, ſe non de ciuibus, licèt eſſet crudeliſſimus, ſed de externis triumphare. Deinde auctor claudens hunc tractatum, nã externorum triumphorum non meminit, quaſi ſolus Ro. ſit triumphare dicit [Piget] i. miſeratione afficit, & tædet procedere vlterius, per vulnera Reip. hoc callidè facit, ne de Cæſa. triũphis dicere cogatur, quẽ neq; vituperare audeat, neq; verè laudare poſſit. [Nec Senatus dedit cuiquam]. ſ. victori in bello ciuili lauream: nec quiſquam. ſ. ciuium deſiderauit lauream dare ſibi, parte ciuitatis lachrymante. ſ. pro deuictis alterius factionis ciuibus. [Cæterum]. i. ſed manus. ſ. Senatorum porriguntur. i. extẽduntur pronæ ad quærcum. i. ad quernam coronam dãdam, vbi. i. quoties corona. ſ. querna eſt ob ciues ſeruatos: qua. ſ. corona quærna, ſeu quærcea, poſtes domus Auguſtæ. i. ipſius Iulij Cæſaris, aut alterius augurio conſecratæ, triumphãt gloria ſempiterna, q. a parẽs patriæ ob ſeruatos ciues dictus eſt Iulius Cæſar, aut quia æternam meruit gloriam, quiſquis ſeruauerit ciuem.

DE CENSORIA NOTA. CAP. IIII.

CASTRENSIS diſciplinæ tenaciſſimũ vinculum, et militaris rationis diligens obſeruatio admonet me, vt ad Cenſurã pacis magiſtram, cuſtodemq́; tranſgrediar. Nã vt opes P. R. in tantum amplitudinis Imperatorum virtutibus exceſſerunt, ita probitas, & continentia Cenſorio ſupercilio examinata eſt. Opus effectu, par. bellicis laudibus; Quid enim prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi malè viuitur? Expugnentur licet vrbes, corripiantur gentes, Regnis manus iniiciantur, niſi foro, & Curiæ officium, ac verecundia ſua conſtiterit, partarũ rerum Cælo cumulus æquatus, ſedem ſtabilem non habebit. Ad rem igitur pertinet noſſe, atque adeo recordari acta Cenſoriæ poteſtatis.

OLIV. CASTRENSIS diſciplinę] Conuenienter inquit, admoneor militari diſciplinæ Cẽſuram ſubiungere; vt. n. illa belli, ſic hæc pacis cuſtos eſt, atq; magiſtra, quæ Imperium Rom. per incorruptam rei militaris diſciplinam, ad maximas opes amplitudinemq́; prouectum, ſua ſeueritate, quàm diutiſſimè conſeruauit, Liuius. Cenſuræ initium fuit rei à paruo origine ortæ, quæ deinde tanto incremento aucta eſt, vt morũ, diſciplinæq́; Romanæ penes eam regimẽ, Senatus, Equitumq́; centurij, decoris, dedecoriſq́; diſcrimen ſub conditione eius magiſtratus, publicorum ius, priuatorumq́; locorum vectigalia, P. R. ſub nutu, atque arbitrio eſſent. Primi autem Cenſores fuerunt Papirius, Semproniuſq́; [Probitas] ad fidem [Continentia] ad moderationem. [Supercilio] Auſteritate, & rigiditate Cẽſoria; nam ſupercilium pro ſeueritate ſæpiſſimè ponitur. Virg. conueniens Latio pene ſupercilium. Interdum pro ſuperbia ponitur. [Opus effectu par.] Quia non minorem efficaciam habet in ciuibus conſeruata continentia, & probitas, quàm in bello diſciplina militaris. [Niſi foro & Curiæ] niſi iuſte ſapienterque Reſpub. adminiſtrata fuerit, Imperium quantumlibet magnum, facilè corruet. [Foro] Vbi iudicia exercentur. [Curiæ] Vbi ſententiæ dicuntur.

ASCEN. CAſtrenſis. Dicturus de Cenſoria nota præfatur, dicens, Tenaciſſimũ vinculũ diſciplinæ caſtrenſis. quæ in caſtris ſeruata eſt, & diligens obſeruatio rationis. militaris admonet me, vt tranſgrediar ad Cenſuram. i. ad deſcriptionem Cenſuræ, magiſtram, & cuſtodem pacis. i. quæ Cenſura facit, vt in pace decenter viuatur, & vt pax diutius, cuſtodiatur. [Nã vt]. i. quemadmodum opes. i. diuitiæ, & facultates, ac potentiæ P. R. exceſſerunt. i. excreuerunt, in tantum amplitudinis, quantum. ſ. habuiſſe notum eſt, virtutibus. i. per virtutes Imperatorum: ita probitas, & cõtinentia examinata. i. excuſſa, & cenſa, atq; iudicata, ſupercilio Cenſorum. i. grauitate Cenſorum. [Opus]. i. quæ res eſt opus par. i. æquale effectu. i. vtilitate ipſa, & valore, licèt non labore, laudibus bellicis. [Enim pro quia, [quid prodeſt ſtrenuum eſſe foris] id eſt in bello, ſi viuitur malè domi, q. d. nihil. [Quia licet vrbes expugnentur]. i. vincantur, & capiantur, & gentes corripiantur id eſt ſimul in ſeruitutem, aut ſaltem in ſubiectionem rapiantur, & manus iniiciantur Regnis, id eſt, in ſeruitutem redigantur. [Niſi foro & Curiæ officium] id eſt, debitum munus, & exercitium, & verecundia ſua, id eſt, debita, & propria cõſtiterit, foro. ſ. iudiciali, & curię. ſ. Se- NEBRA

OLIV. natoriæ, cumulus.i.aceruus rerum partarum.i.acquiſitarum virtute bellica, æquatus cœlo.i.ad cœlum vſque congeſtus, nõ habebit, ſedem ſtabilem.i.permanentem. Igitur.i.& ideo pertinet ad rem.i.vtilem', hoc aſt vtile eſt noſſe adeo. i. omnino, quod plus eſt recordari acta poteſtatis Cenſoriæ.

DE CAMILLO, ET POSTHVMIO.

*Cęlibes eſſe prohibeto Cic. lib. 3. de lege.

CAMILLVS, & Poſthumius Cenſores, æra penę nomine eos, qui ad ſenectutem cęlibes peruenerant, in Aerarium deferre iuſſerunt. Iterum puniri dignos, ſi quo modo de tam iuſta conſtitutione queri ſunt auſi. Cum in hunc modum increparentur: Natura vobis quemadmodum naſcendi, ita gignendi legem ſcribit, parentesq́; vos alendo nepotum nutriendorum debito (ſi quis eſt pudor) alligauerunt, accedit etiam iis, quòd in Fortuna longam præſtandi huiuſce muneris vacationem eſtis aſſecuti, cum interim conſumpti ſunt anni veſtri, et mariti, & patris nomine vacui, Ite igitur & nodoſam exoluite ſtipem, vtilem poſteritati numeroſæ.*

OLIV. CORLIARES] Sine vxoribus, nam cœlebs dicitur, qui ſine vxore viuit, quaſi cœleſtem vitam ducens. [Aerariũ] .i.certam pecuniæ quantitatem, fecerunt.n. ærarios ærarij aũt obnoxij dicebantur ærario. [Accedit et iis] additur his.i. quod à fortuna eſtis conſecuti longã vacationẽ, hoc eſt longũ tp̃is ſpacium. [Præſtandi huiuſce muneris]. ſ. gignendi filios. [Nodoſam ſtipem] Per hoc illos auaros oſtendit, & ob eam cauſam cœlibes vixiſſe, quod timerent, ne vxorem, & liberos alere poſſent, nã auari dñr fortunas multis nodis plenas congerere.

ASCEN. CAmillus] Affert exempla Cenſoriæ notæ, dicens, Camillus, & Poſthumius Cenſores, iuſſerunt eos, qui peruenerant cœlibes. i.ſine vxore, & liberis, ad ſenectutẽ, deferre in ærarium.i.repoſitorium pecuniæ publicæ, æra.ſ. ſignata.i. pecuniã, nomine.i.ratione, & titulo pœnæ.i.mulctæ, dignos puniri Iterum.i.ſecunda pœnæ, ſi auſi ſint quæri.i.conqueri, quomodo.i.aliquo modo de tam iuſta conſtitutione, cum increparentur.ſ.à Cenſoribus in hunc modum. [Natura ſcribit].i. præſcribit vobis ò cœlibes, legem quemadmodum naſcendi, ita gignendi, quia nihil eſt naturalius, quàm vnumquodque generare ſui ſimile alioqui ſpecies rerum cum indiuiduis perirent, & parentes.ſ.veſtri alligauerunt.i.deuinxerunt, & obligauẽrũt vos, alendo vos, debito nepotum.i.ſuorum, hoc eſt filiorum veſtrorum nutriendorum, ſi quis pudor eſt ſupp. vobis quia turpe eſt nolle reddere, quod ex lege, vt reddas acceperis. [Accedit].i. additur etiam iis.ſ.rationibus, quod vos eſtis aſſecuti in fortuna.l. rebus veſtris, vel à fortuna longam vacationem. l. ceſſationem muneris huiuſce præſtandi.i.liberorum alendi, cum interim anni veſtri ſunt conſumpti vacui. i. carentes nomine, & mariti, quia vxorem non habetis, & patris, quia liberis caretis', igitur quia alioqui inutiles eſtis, ite & exoluite ſtipem nodoſam, id eſt multis modis in loculis, aut ſacculo, abſtruſam pecuniam, vtilẽ .i.quæ vtilis ſit poſteritati, id eſt, poſteris, licet ex aliis genitis, numeroſæ, id eſt, multi numeri.

DE M. VALERIO MAX. ET C. IVNIO.

HORVM ſeueritatem M. Valerius Max. & C. Iunius Brutus Bubulcus Cenſores in conſimili genere animaduerſionis imitati, L. Antonium Senatu mouerũt, quòd quàm virginem in matrimonium duxerat, repudiaſſet, nullo amicorum in conſilium adhibito. At hoc crimen neſcio, an ſuperiore maius, illo namque coniugalia ſacra ſpreta tantum, hoc etiam iniurioſè tractata ſunt? Optimo ergo iudicio Cenſores indignum eum aditu Curiæ exiſtimauerunt.

ASCEN. HORVM, &c.] Marcus Val: Max. & C. Iunius Brut. Bubulcus.ſ.cognomento Cenſores.i.cum eſſent Cenſores, imitati ſeueritatem, horum.ſ.iam dictorũ, in cõſimili genere animaduerſionis, amouerunt Senatu Lucium, Ant. quòd repudiaſſet ſupp eam, quàm duxerat in matrimonium virginẽ nullo amicorũ adhibito in conſilium. [At].i.ſed neſcio (inquit auctor) an hoc crimen ſup.ſit maius ſuperiore Namq; pro quia, coniugalia ſacra.i.ſacramenta matrimonialia, ſunt tantum.i. duntaxat ſpreta, quia non ſuſcepta, illo. ſ. ſuperiore crimine in cęlibatu permanentium, & ſunt tractata etiam iniurioſè, hoc.ſ. poſteriore crimine vxorem temerè repudiantis. Igitur quia tam iniurius fuit in vxorem & ſacra matrimonialia, Cenſores exiſtimauerunt optimo iudicio eum indignum aditu Curiæ, id eſt, qui amplius Curiam adiret, aut potius iniret.

DE PORCIO CATONE.

*Liu. lib. 39. paulò aliter Cice. & Plu. in Catone.

SICVT Porcius Cato L. Flaminium, è numero Senatorum ſuſtulit, quia in prouincia quendam damnatum ſecuri percuſſerat, tempore ſupplicij ad arbitrium, & ſpectaculũ mulierculæ, cuius amore tenebatur, electo. & poterat inhiberi reſpectu Conſulatus, quem is geſſerat, atq; auctoritate fratris eius Titi Flaminij. Sed & Cenſor, & Cato, duplex ſeueritatis exemplum, eo magis illum notandum ſtatuit, ꝙ ampliſſimi honoris maieſtatem, tã tetro facinore inquinauerat: nec indignum penſi duxerat, iiſdẽ imaginibus adſcribi, meretricis oculos humano ſanguine delectatos, & Regis Philippi ſupplices manus.*

OLIV. SICVT Portius Cat.] T. liu. decade Bel. Maced. cum hãc hiſtoriã dupliciter tradat, à Val. omnino diſſentire videtur, nam & Catonis & Valerii Antiatis ſententiam adducens ait Ceſores M. Por. & L. Val. metu mixta expectatione Senatũ legerunt 7. mouerunt, & ex quibus vnum genere, & nobilitate, & honoribus L. Q. Flaminium Cõſularem patrum memoria inſtitutum fertur, vt Cenſores motis à Senatu ſcriberent notas, Catonis, & aliæ quidem acerbæ orationẽs extant, in eos, quos, aut Senatorio loco mouerit, aut quibus equos ademit, longe grauiſſima in L. Q. Fl. oratio eſt. inter cætera obiecit ei Philippum pęnum carum, ac nobile ſcortum Roma in Galliam prouinciam, ſpe ingentium donorum perductum, eum per laſciuiam, cum cauillaretur, exprobare Conſuli perſæpe ſolitum, quod ſub ipſum ſpectaculum gladiatorum abductus à Roma, eſſet, vt obſequiũ amator ei vendicaret, forte epulantibus his, cum iam vino incaluiſſent, nunciatum in conuiuio eſt nobilem Boium cum liberis transfugam veniſſe, conuenire Conſulem velle, vt ab eo fidem præſens acciperet, Introductum in tabernaculum per interpretem alloqui Conſulem excepiſſe, inter eius ſermonem Q. Scorto. vis tu, inquit, quoniam gladiatorum ſpectaculum reliquiſti, iam hunc Gallum morientem aſpicere, & cum is vix dum ſerio annuiſſet, ad nutum Scorti conſulẽ ſtricto gladio, qui ſupra caput pendebat, loquenti Galli caput primũ percuſſiſſe, deinde fugienti, fidemq́; P. R. & eorum, qui aderãt implorant, latus transfodiſſe, Val. Antias, vt qui nec Catonis orationẽ legiſſe, & fabulæ tm̃ ſine auctore editæ credidiſſet, aliud argumentum ſimile, tñ libidine & crudelitate peragit. Placentiæ formoſam mulierem, cuius amore deperiret, in conuiuium acceſitam ſcrib. ibi iactantem ſeſe ſcorto inter cętera retuliſſe, quàm acriter quæſtiones exercuiſſet, & quam multos capitis dãnatos in vinculis haberet, quos ſecuri percuſſurus eſſet, tum illam infra eum accubantem negaſſe vnquam vidiſſe quẽquã ſecuri ferientem, & peruelle id videre, hic indulgentem amatorem, vnum ex damnatis extrahi iuſſum ſecuri percuſſiſſe. Facinus atrox ſiue eo modo, quo Cenſor obiecit, ſiue, vt Val. tradidit, commiſſum eſt inter pocula, atque epulas, vbi libare diis dapes, vbi bene precari mos eſſet, ad ſpectaculum Scorti procacis, in ſinu Conſulis recubantis mactatam humanã victimã eſſe, & cruore mẽſam reſperſam, in extrema oratione Cat. Conditio fertur, vt ſi id factum negaret, cætera, quæ adieciſſet ſponſione defenderet ſeſe, ſi fateretur, ignominia ne ſua quenquam doliturum cenſeret, cum ipſe vino, & venere amens ſanguinẽ hominis in conuiuio effudiſſet. [Ampliſſimi honoris maieſtatem] Quia vt dixerat Cato, tam flagitioſa, tam perdita libido ſibi probari non poterat, quæ cum probro priuato coniunxerant Imperii decus. [Auctoritate fratris T. Flaminii] Qui totam Græciam ſubegerat, & iuſſu S. P. Q. R. liberam fecerat, & Philippo Regi Macedonum magnã Imperii partem ademerat, quàm in

L. Fl. Senatu motus.

Græcia

Græcia occupauerat.[Cenſor,& Cato] In bis duobus nominibus ratio quædam ſeueritatis continetur.[Notandum] Ignominioia ufficiendum.[Nec indignum penſi duxerat]Duo, inquit tam contraria exempla fratrum imaginibus inſcribi conſideratioñe appetebat multi legunt indignum,vt ſit non dignum pẽſi,ſed penſi duxerat.i.conſiderauerat,vt ducere penſi, ſit conſiderare,& erit abſolutus ſenſus. Vnde Cic.in Catone maiore, vbi Catonem de ſe loquentem introducit inuitum loqui fecit, vt fortiſſimi viri T.Flaminij fratrem Flaminiũ è ſenatu eiecerim ſeptem annis poſtquam Conſul factus fuiſſet, ſed notandã deputaui libidinẽ,ille.n.cum eſſet Conſul. in Gallia exhortatus in conuiuio à Scurto eſt,vt ſecuri feriret aliquem eorum, qui in vinculis eſſent damnati rei capitalis,hic T.fratre ſuo Cẽſore; qui proximus ante me fuerat elapſus eſt, mihi vero & Flacco,ne vtique probari potuit tam flagitioſa, tamq; perdita libido,quam cum probro priuato cõiungere Imperij decus]Et Regis Philippi]Quem vicerat T.Flaminius eius frater.

ASCEN. SIcut Portius Cato] Sup.exiſtimauit indignũ aditu Curię. [L.Flam.quẽ ſuſtulit].i. ſubſtraxit è numero Senatorum, quia percuſſerat ſecuri.i.decollauit in prouincia.ſ. Gallicana quendam damnatum.i.adiudicatum vltimo ſupplicio tempore ſupplicij electo.i. eo quod elegerat tempus ſupplicij. ſ. ab eo ſumendi.[Ad arbitrium,& ſpectaculũ].i.ſpectando oblectamentum,mulierculæ,cuius amore tenebatur.[Et ſup. Cato poterat inhiberi].i.arceri ab illa Cenſura reſpectu.i.ex conſideratione Conſulatus,quem is.ſ.Lucius geſſerat, atque auctoritate fratris eius,videlicet T.Flaminij viri grauiſſimi. [Sed & Cenſor,& Cato].i.ſed quia,Cenſor,erat,& idem Cato,qui licet Cẽſor,non fuiſſet,ſeuerus,tamen appoſitorè duplex exemplum ſeueritatis alterum videlicet,quia Cenſor,alterum,quia Cato ille Cenſorius ſtatuit.i.conſtituit eum notandum.ſ.nota ignominiæ,eo magis,quod inquinauerit tam tetro.i.fędo cum abominatione faciuore maieſtatem ampliſſimi honoris,videlicet Cõſularis,& Imperialis.nec.i.qui non duxerat.i.non iudicauerat, & cenſuerat,penſi.i.iudicij,& æſtimationis.i. non putauit penſandum & iudicandum eſſe,indignum ſup.oculos,&c.vt ſit locutio, duco penſi,qualis illa, boni,æquiq; conſulo,penſum.n accipimus pro iudicio de precio rerum,quod pendendo dignoſcitur,vnde hominem inſipientem,& improuidum,ac nullius iudicij dicimus nihil penſi habere.Poteſt & cõſtrui cum indignũ vt ſit locutio qualis illa Virgiliana magnorum haud vnquam indignus auorum,& ordo,nec duxerat indignum,immo dignum penſi.i.vt expendatur, & iudicetur ab iis qui nouerint, oculos meretricis.i.illius mulierculæ,q̃ deperibat,aſcribi iiſdem imaginibus.i.ceris,aut ſtemmatis maiorum(nam ſtemmatum imaginibus aſcribebantur nomina,& inſignia facta virorum, quocirca ad imaginem L.Flam. vult auctor aſcribendos eſſe oculos meretriculæ,ad quos oblectandos Gallum percuti iuſſerat, ſicut ad imaginem T.Flaminij fratris eius,& manus Philippi regis ſupplices)ordo itaq; eſt oculos meretriculæ delectatos ſanguine humano,vtpore Galli capti,& manus ſupplices Philippi Regis.ſ.Macedoniæ ſeſe Tito Flaminio fratri Lucij dedentis.

DE FABRITIO * LVCINO.

* Luſcino vt li.1.c.8. Liu. li.14. Gel.lib.4. c.8. & lib. 17.c.21.

QVID de Fab. Lucini Cẽſura loquar? narrauit.n. omnis ætas,& deinceps narrabit,ab eo Cor.Rufi duob. Conſulatibus, & Dictatura ſpecioſiſsimè functũ, q decẽ pondo vaſa argentea comparaſſet,perinde ac malo exemplo luxurioſum,in ordine Senatorio retentum nõ eſſe.Ipſæ medius fidius mihi literæ ſęculi noſtri obſtupeſcere vid'tur, cũ ad tantã ſeueritatẽ referẽdã miniſteriũ accõmodare coguntur,ac vereri,ne nõ noſtræ vrbis acta commemorare exiſtimentur. Vix.n.credibile eſt intra idem pomerium decem pondo argenti,& inuidioſum fuiſſe cenſum,& inopiam haberi contemptiſsimam.

OLIV. QVID de Fab.Lucinii Cenſura]Gel.li.4.ca.8.Fabricius, inquit Lucinius magna gloria vir, magniſq; rebus geſtis fuit.P.Cornelius Ruf.manu quidem ſtrenuus & bellator bonus,militariſq; diſciplinæ peritus fuit,ſed furax homo, & auaritia acri erat,hunc Fabr.non probabat,neq; amico vtebatur oſuſq; eum morum cauſa fuerat,ſed cum temporib.difficillimis Conſules creundi forent & his Ruf.peteret Conſulatum,competitoreſq; eius eſſent imbelles, quidã & futiles ſumma ope annixus eſt Fabr. vt Ruf. Conſulatus deferretur eam rẽ pleriſque admirantibus,quod hominem auarum cui eſſet inimiciſſimus creari Conſulem peteret, quem hoſtiliter oderat. Fab.inquit,eſt quod miremini,ſi malui cõpilari, q̃ venire. Hũc Rufinũ poſtea bis Conſulatu,& Dictatura ſemel functũ Cenſor Fab.ſenatu mouit ob luxuriæ notã qđ 10.põdo lib.argẽti facti haberet.[Idem Pomp.]Eadem mœnia. pomerium, inquit Liuius verbum ſolum intuentes,poſt mœnium interpretantur eſſe, eſt autem pomerium magis circa murum locus, quem in condendis vrbibus quondam Hetruſci, qua murum ducturi erãt,certis circa terminis inaugurato conſecrabant,vt neq; interiore parte ædificia mœnibus continuarentur,quę nunc vulgo etiam cõiunguntur,& extrinſecus puri aliquid ab humano, cultu, pateret ſoli hoc ſpatium,quod neq; habitari,neq; arari fas erat.Nõ magis,q poſt murum eſſet, quàm q murus poſt id pomerium Romani appellarunt.[Inuidioſum cenſum] Apud antiquos de parſimonia Romanorum priſcorum vide Aul.Gell.li.2.cap.24. [Inopiam]Aetate Valerii.

ASCEN. QVid loquar de Cenſura Fabricii Lucinii]q. d. non ſatis explicare poſſim. Enim pro quia, omnis ætas, ſcilicet præterita narrauit & omnis ætas,ſ.futura narrabit deinceps.[Corn.Ruſ.functum ſpecioſiſſimè duobus Cõſularibus, & Dictatura]Non eſſe retentum ab eo in ordine Senatorio.[Immo excluſum perinde] Ac.i. velut luxurioſum.i. incontinentẽ in ſuppellectile domeſticu,malo,id eſt,pernicioſo exemplo, eo q comparaſſet vaſa argentea 10.pondo.i. librarum.Quod quia factum valde ſeuerum eſt,& ab ea ſeueritate multum remiſſum erat tempore auctoris,addit cum iuramento illius æui. Medius fidius,id eſt,ita me filius Iouis.ſ.Hercules,iudicet, aut ita Iouis me iuuet fides.ipſæ literæ ſæculi noſtri, quo ego in hoc ſæculo natus,hæc ſcribo videntur mihi obſtupeſcere, cum coguntur accommodare miniſterium ad tantam ſeueritatem referendã, ac videntur vereri,ne exiſtimentur non commemorare acta noſtræ vrbis,in qua longe aliter nũc viuitur,ſed ſup.alterius.[Vix enim credibile eſt]Et.i.ſimul cenſum.i.poſſeſſionem 10. pondo i.librarum argenti,fuiſſe inuidioſum,ita vt poſſidentem ſenatu amoueret,& inopiam haberi.ſ.tempore auctoris contemptiſſimam.ſ.deſpicatiſſimam,intra idem pomerium.i. eadem mœnia vnius vrbis.[Contemptam autem fuiſſe inopiam] Satyrici latè docent,vnde Flac.in epiſtolis. Hos ſolos animo ſapere, & bene viuere quorum conſpicitur nitidis fundata pecunia villis. Et Iuuen. Quantum quiſque ſua nummorum ſpectat in arca. Tantum habet & fidei.Idem nihil habet infęlix paupertas durius in ſe.Quam,quòd ridiculos homines facit. Et Naſo. Dat cenſus honores,cenſus amicitias,pauper vbique iacet, & mille talia alibi.

DE M. ANTONIO, ET L. FLACCO:

*MARCVS autem * Antonius, & L. Flaccus Cenſores Duronium Senatu mouerunt,quòd legem de coercendis conuiuiorum ſumptibus latã Trib.pleb.abrogauerat,mirifica notæ cauſa. Quàm enim impudenter Duronius roſtra conſcendit, illa dicturus: Freni ſunt iniecti nobis Quirites nullo modo perpetiendi:alligati,& conſtricti eſtis amaro vinculo ſeruitutis: lex enim lata eſt,qua vos eſſe frugi iubet,abrogemus igitur iſtud horridæ vetuſtatis rubigine obſitum Imperium. Etenim quid opus eſt libertate,ſi volentibus luxu perire non licet?* Liu.li.47. & 60.

TRIBVNVS Pl.]Iunia lege non poterat quis Tribunus eſſe,niſi plebeius, ſed poſtea alia lege lata, & patricii creari cęperunt, vt hoc loco Duronius Senatu amotus eſt,quia Trib pleb.legẽ de coercendis ſumptib.cõuiuiorũ abrogauerat.[Abrogauerat]Penitus ſuſtulerat,& ſubuerterat abrogatur lex,quæ penitus tollitur. Derogatur legi, cum aduerſus eam contraria lex lata fuerit. Nam poſterior derogat priori. [Freni ſunt]Translatio ſumpta ab equis,qui frenis cohibẽtur. [Perpetiendi]Participium paſſiuũ poſitum.[Rubigine vetuſtatis] Legem abrogemus quæ vetuſtati ſeueræ conuenit. [Obſitũ circundatum]Rubigine,velut rigore. OLIV.

ASCEN. MArcus autem Antonius,& L.Flac.Cenſores Duroniom Senatu mouerunt, ꝙ ipſe Trib.pl.].i.cũ eſſet Trib pl. [Abrogauerat].i.antiquauerat, & reuocauerat legem de coercẽdis ſumptibus conuiuiorũ [Cauſa notæ] .i. infamiæ, pp ꝙ amouebat Senatu,eſt ſup.mirifica.[Enim pro quia] Quã .i. quantum putas impudenter. Duronius conſcendit roſtra. i. editum illũ locũ,vnde edicta pub.fiebant,& ad populũ verba dicturus.i.eo inſtituto,vt dicat illa, quæ ſequuntur. [O Quirites freni ſunt iniecti nobis nullo modo perpetiendi].i. tolerandi. Nã vos eſtis alligati,& aſtricti amaro vinculo ſeruitutis. [Enĩ] pro quia. Lex eſt lata,quæ iubet vos eſſe frugi.i.parcos,& ad frugem conſeruandam intentos.Igitur quia lex illa tolerabilis nõ eſt,abrogemus.i.aboleamus,iſtud.ſ.durum Imperium, obſitũ.i. obductũ eo,rubigine.i.vitio illo,quale ferrum cõtrahit,vetuſtatis horridæ.i.aſperę,& incultæ.Etenim quid opus eſt libertate,ſi non licet perire luxo volentibus,perire.i. perditis eſſe luxu. i.ſi non licet vt libet viuere,& ſua conſumere,q.d.nihil.Et ſunt verba Duronij à Cenſoribus poſtmodum taxata. Quod addo; nequis ineptulus dicat Val.hæc dixiſſe,recitat enim,non dicit.

DE CL. NERONE, ET L.ſalinatore.

* Liu. lib. 25. *AGE par * proferamus æquali iugo virtutis, honorumq; ſocietate iunctum, inſtinctu aũt æmulationis animo diſſidens. Cl. Nero, Liuiusq; Salinator ſecundi Punici belli temporibus firmiſſima Reip. latera, q̃ diſtrictã ſimul egerunt Cenſuram. Nã, cũ Equitũ centurias recognoſcerent, & ipſi propter robur ætatis etiãnum eorũ in numero eſſent, vt eſt ad Poliam ventum Tribum, præco lecto nomine Salinatoris, citandũ nec ne ſibi eſſet, hæſitauit: qđ vt intellexit Nero, & citari collegã, & arma, & equum vendere iuſſit, quia populi iudicio dãnatus eſſet.* * *Salinator quoq; eadem animaduerſione Neronẽ proſecutus eſt adiecta cauſa, ꝙ non ſincera fide ſecũ in gratiã rediſſet. Quibus viris ſi quis cœleſtium ſignificaſſet futurum, vt eorum ſanguis illuſtrium imaginum ſerie deductus, in ortum ſalutaris principis* * *noſtri conflueret, depoſitis inimicitijs, arctiſsimo ſe amicitiæ fœdere iunxiſſent, ſeruatam ab ipſis patriam, communi ſtirpe ſeruandã relicturi. Salinator vero quatuor, atq; triginta Tribus inter ærarios referre nõ dubitauit, ꝙ cum ſe damnaſſent, poſtea Cos. & Cenſorem feciſsent: prætexuitq; cãm quia neceſſe eſſet eas alterutro facto, crimine temeritatis vel periurij teneri. Vnam tantummodo Tribum Metiam vacuam nota reliquit, quæ cum ſuffragijs ſuis, vt non damnatione, ita nec honore quidem dignũ iudicauerat. Quàm putemus conſtantis, & prævalidi illum ingenij fuiſſe, qui neque triſti iudiciorum exitu compelli, neque honorum magnitudine adduci potuit, quo ſe blandiorem in adminiſtratione Reip. gereret.*

* Nero ex tribu Narnienſi. vide Liu.

* Suet. in Tiberio.

OLIV. AGE par proferamus] Tangit duorum Cenſorum ſeueritatem, qui æmulatione quadam,& odio inuicẽ laborantes Cenſuram inter ſe rigide nimis exercuerunt. Nã alter alterum damnauit.[Par] ſubſtãtiuè poſitum, & ſemper de duobus dr, vt par amicorum, par boum. [Virtutis] Quia vterq; res magnas atq; præclaras pro Repub. geſſit.[Honorum] Quia ambo Conſules,& Cenſores ſimul fuerant [Firmiſſima latera] Quia alter cã fuerat, vt Aſdrubal, qui venerat in ſupplementũ Hannibali cum omni exercitu, vt Italia pelleretur, alter vt Hannibal ex Italia diſcedere cogeretur, & eſt tranſlatio à corpore ſumpta, vt. n. lateribus corpora ſtabiliũtur, ita his duobus Reſp. confirmata eſt [Districtã] Seuerã.[Nam cum Equitum cẽturias] Oſtendit quomodo ſeueritatem exercuerint. nam Liu. Salinator legem de vendendo ſale arctiſſimam tulerat populo valde moleſtam, ex quo paulo poſt damnatus eſt à populo, poſt hanc damnationem eiuſdem populi ſuffragijs, Conſul primo, deinde Cenſor creatus eſt, cum igitur Idibus Quintilibus Equites de more tranſueherentur, Claud. uſq; ac Salinator ob robuſti corporis vires adhuc in numero equitum eſſent, poſtquam ad tribũ Polliam ventum eſt, in qua nomen Salinatoris erat, illius nomine à ſcriba lecto, præco dubitabat, an tanti viri nomen damnatum efferret, quod cum collega eius Nero animaduertiſſet, iuſſit præconem expreſsè, & audacter nomen Salinatoris excire, & illum equum vendere coegit, quia damnatus eſſet à populo [Recognoſceret] Recenſeret. [Robur.] Quamuis grandioris eſſet ætatis. [Præco:] Tabellio nomina Equitum legabat, præco vero nominabat: ergo nolint præco damnatum aliquando Salinatorem dicere. [Damnatus] Poſt primum Conſulatum, quo legẽ tulit, ne quis ſalem vendere poſſet, cum antea ius omnibus eſſet vendendi ſalis, vnde etiam Salinatoris agnomen accepit. [Animaduerſione] Pœna. [Adiecta cauſa] Quod non ſincera fide, hoc autem argumento poterat omnibus eſſe, quod non ſincera fide in gratiam rediſſet, quia non ſatis habuerat Salinatorem à populo damnatum eſſe, niſi & ipſe illum Cenſoria nota afficeret [Quibus viris] Hoc in gratiam Tiberij dicit Val. qui ab vtraque gente duxit originem paternum genus à Claudio Nerone. Maternum ab Appio Cl. Pulchro, qui ab Appio Cæco deſcenderat, deducebat. Quomodo ergo dixit, eorũ ſanguis ſerie, &c. quia inſertus hic Tiberius Liuiorum familiæ fuit materno auo in ea adoptato, ergo à familia Liuiorum ducebat originẽ, quod maternus auus in familiam Liuiorum adoptatus eſſet, quæ quãuis plebia fuerit, tamen octo Conſulatibus functa eſt, duabus Cẽſuris, Dictatura, & Magiſterio Equitum floruit. [Principis] ſ. Tiberij. [Seruatam ab ipſis patriam] Deuicto Aſdrubale, Annib. fratre [Communi ſtirpe] Tiberio, & Nerone [Inter ærarios referre] Obnoxios, & obligatos ærario faceret. [Prætexuitque cauſam] Cauſam Salinator præſcripſit, cur Tribus damnaſſet, & hanc adducebat, quod vel illum iniuſtè damnaſſent, vel poſt damnationem indignum adminiſtratione Reip. Conſulem primum, deinde Cẽſorem creaſſent, & vtebatur Dilemmate. Nam ita arguebat, aut me iuſtè dãnaſtis pro lege quam tuli de ſale nõ vendendo, aut iniuſtè, ſi iniuſtè, ſine dubio Cenſoria nota digni eſtis, quia nihil à vobis iniuſtè damnandum eſt, cum integri eſſe debeatis, ſi vero iuſtè, nunquam Conſulatum mihi tanquam indigno, & Cenſuram demandare debuiſtis; nam quem P. R. ſemel damnauerit, eum proculdubio indignum adminiſtratione Reip. iudicauit, tanquam periuri Cenſoria animaduerſione digni fuiſtis. [Prætexuit] Præſcripſit, & eſt tranſlatio ſumpta à textore; nam antequam pannum texant, verſicolores quaſdam lineas faciunt, quas vulgo dicunt caput panni. ſicut in panno eſt prætextum, ſic & in pagina. [Temeritatis] Quod iniuſtè damnaſſent. [Periurij] Quia Tribus iurabant ſe honores, & magiſtratus his demandaturas, qui digni viderentur adminiſtratione Reip. ſed ſemel damnatus ab omnibus Tribubus præter vnam, indignus eſſe videbatur, qui Rempub. adminiſtraret officio publico, ergo Tribus periurium commiſiſſe videbantur, cum damnato Salinatori Conſulatum, & Cenſuram demandarunt. [Vnã tantummodo Tribum] Cic in oratione contra Rullum, & contra Verrẽ, & in Philippicis dicit, has Tribus fuiſſe 35. [Ita nec honore quidem] Si poſtquam ſemel damnatus eſſet. [Quàm putemus] Laudat conſtantiam Salinatoris. [Conſulent.] i. ſ. conſidentis, deliberantis. [Exitu] Damnatione. [Honore] Quod iterum creatus Cos. eſſet, & Cenſor.

Prætexere cauſá.

ASCEN. AGe] Adhortandi vox proferamus par ſ. numerũ primũ parem iunctum.i.colligatum æquali iugo virtutis, & ſocietate honorũ, aũt pro ſed, diſſidẽs.i.diſcordãs, hoc eſt quod par hominum diſſedit; & diſcors fuit animo, inſtinctu .i. propter inſtinctum æmulationis.i.zelationis & inuidię.[Claudius Nero, & Liu. Sal. firmiſſima latera].i firmiſſimi ſuſtentatores & protectores Reip. temporibus ſ. bel. Punici. [Egerũt ſimul Cenſuram diſtrictam].i.ſeueram.[Nam cum recognoſcerẽt].i. recenſerent, & vt dñr viſitarẽt, centurias Equitum & ipſi eſſent etiamnũ.i.nunc pro tunc adhuc ẽ numero.i.de numero eorũ. ſ. Equitum, pp robur ætatis.i.quia in prouecta ætate, qua Cenſores creabantur adhuc robuſti erãt, vt.i.poſtquã ventũ eſt ad Polliam Tribum.ſ.citandam ad officium militare, in qua Tribu erat Salinator: & præco.i.tabellio & pronunciator nominũ, ac proclamator, lecto nomine Salinatoris.i.poſtquam ſcriba legeret in ſerie Equitũ creãdorũ nomẽ, hæſitauit.i.dubitabat, an ſup. Salinator eſſet citandus ſibi.i.à ſe, nec ne.i.an nõ, alij legũt citãdũ ſup. nomen eius.i pronũciandũ inter dãnatos à P.R. [Qđ].i. q̃ hæſitationem, vt.i.poſtquam Nero intellexit, iuſſit collegã id eſt Concenſorem ſuum Salinatorem citari.i.pronunciari inter damnatos, & iuſſit ſup. eum vendere arma, & equum, quia

damnatus

damnatus eſt.ſ.prius iudicio populi, ob ſalis vendendi legem. Saliuator quoq; perſecutus eſt Neronē.ſ.Claudiū collegā ſuū, eadem animaduerſione cā adiecta, quod non rediȷſſet ſecum in gratiam, fide ſincera, cum tñ collegæ omnem æmulationem deponere deberent. [Quibus viris ſi quis cœleſtium.i. Deorum ſignificaſſet futurum, vt ſanguis eorum deductus ſerie illuſtriū imaginum).i.clarorum natalium conflueret in ortū Principis noſtri.ſ. Tiberij.ſalutaris.ſ.Reipub.(quod per adulationē dicit) ipſi iūxiſſent ſe arctiſſimo fœdere amicitiæ, inimicitiis.i. ſimultatibus & æmulationibus depoſitis, relicturi patriam ſeruatam ab ipſis.ſ.contra Pœnos, ſeruandam cōi ſtirpe, quia affinitates inter ſe contraxiſſent.[Salinator vero non dubitauit] Referre inter ærarios.i.fiſco addictos, aut obligatos ærario, quatuor atque triginta tribus, ſ.R.a tribuendo videlicet tributo dictas, ꝙ cū dānaſſent ſe videlicet Salinatorem ob legē de ſale latā, feciſſent poſtea Conſulem, & Cenſorem, & prætexuit cām.ſ.erratí earū, quia neceſſe er. ..as teneri alterutro facto.ſ.damnationis, aut electionis, crimi... temeritatis ſi immeritum condemnaſſent, aut periurij, ſi indigno honores illos contuliſſent, quo quidem periurio quamplurimi in electione magiſtratuū polluuntur, iurando.n. optimū, hoc eſt maximè dignū ſe electuros, plurimū dantē eligunt. Reliquit.ſ.Salinator tantum vnam tribū, videlicet Metiā vacuam nota.ſ.infamiæ, quæ.ſ.tribus Metia, vt.i. quemadmodum non iudicauerat in ſuffragijs ſuis, eum.ſ. Salinatorem dignum damnatione, nec quidem.i. non ēt, cum magis videretur, dignum iudicauerat honore. [Quam.i. quantum conſtantis, & præualidi ingenij putemus illum]. ſ. Salinatorem fuiſſe; qui neq; potuit compelli triſti exitu iudiciorum, neque potuit adduci magnitudine honorum, quo.i. vt gereret ſe blandiorem in adminiſtratione Reipub.q.d. nimirum maximè.

DE M. VALERIO, ET P. Sempronio.

EQVESTRIS quoque ordinis bona, magnaque pars quadringenti iuuenes, Cenſoriam notam patiēte animo ſuſtinuerunt, quos M. Val. & L. Sempr. quia in Sicilia ad munitionum opus explicandum ire iuſſi, facere id neglexerant, equis publicis ſpoliatos, in numerum ærariorum retulerunt.

OLIV. PATIENTE animo] Quod non indignati ſint, ſe fuiſſe damnatos. [In Sicilia] Bello ſeruili, de quo ſuprà dictum eſt. Nam cum ſeruos in montes Romani compuliſſent, & iter euadendi claudere vellent, munitiones erant explicandæ per montes, quod cum milites iuſſi facere neglexiſſent, Cenſoria nota puniti ſunt, alij dicunt hoc factum fuiſſe in Liparitana obſidione ſub Aurelio Cotta. [In ærariorum numerum] Vt capite cenſi eſſent, vel ut æra tributi nomine perſoluerent.

ASCEN. EQueſtris, &c.] Ordo eſt. Bonaq; pro.i. magna pars ordinis Equeſtris.ſ. quadringenti iuuenes, ſuſtinuerunt animo patienti notam Cenſoriam, quos M. Valer. & L. Sempr. retulerunt in numerū ærariorū.i. qui pœnā pecuniariā in ærariū conferrent, aut vt capite cenſi eſſent, ſpoliatos equis publicis, id eſt à Repub. datis, quia iuſſi in Sicilia ire ad explicandū, id eſt extēdendū opus munitionū, neglexerant facere id,.i. eo ire, pulchrè extenuat culpam, quia nō eſt veriſimile neglexiſſe, ſed noluiſſe.

DE M. ATTILIO REGVLO, Et * l. furio.

*P. Vbiq; in Li. lib. 24. *Philus in Liuio. *L. apud Liuiū Valeri. ipſe Q. li. 5. ca. 6. Cic. lib. 1. de offi.

*TVRPIS etiam metus pœnā Cenſores ſumma cū ſeueritate exegerunt. M.n. Attilius Regulus, & L. Furius * Philippus * Metellum Quæſtorem, compluresq; Equites Romanos, qui poſt infeliciter commiſſam Cannenſem pugnā cum eo abituros ſe Italia iurauerant, direptis equis publicis, inter ærarios referendos curauerunt: eosq; graui nota affecerunt, qui cum in poteſtatem Hannibalis veniſſent, legati ab eo miſſi ad Senatum dē permutandis captiuis, neq; impetraſſent, quod petebant, in vrbe manſerunt: quia Romano ſanguini fidem præſtare conueniens erat, & M. Attilius Regulus Cenſor perfidiam notabat, cuius pater per ſummos cruciatus expiare, quàm fallere Carthaginienſes ſatius eſſe duxerat. Iam hac Cenſura ex foro in caſtra tranſcendit, quæ neq; timeri, neque decipi voluit hoſtem. Sequuntur duo eiuſdē generis exempla, eaque adiecisse ſatis erit. Geta, cum à L. Metello, & Cn. Domitio Cenſoribus Senatu motus eſſet, poſtea Cenſor factus eſt.*

OLIV. TVRPIS etiam metus pœnā Cenſores] Non ſolū mores & facta, ſed animorum quoq; affectus damnabant Cenſores Romani, vt in exēplo hoc timiditatē eorū damnauit rigida Cenſura, qui poſt Cannenſem cladē viribus patriæ diffidentes, & eam paulo poſt ruituram, vel certè in hoſtium poteſtatē venturā metuentes, Italiæ deſerendæ cōſilia inierant, hoc fuit Secundo Punico bello. nā L. Cæc. Metel. Quæſtor, cū plurib. auctor fuerit coniurandi e Italia diſcedere poſt pugna apud Cānas infœliciter cōmiſſam, ſed id Scipionē prohibuiſſe cōſtat, cui ſumma rerū per illius exercitus reliquias maiorum conſenſu delata fuerat, & dum de Rep. conſultaret, nunciatur fruſtra illū conſultare, ꝙ perdita ſpes omnis eſſet, quodq; deſperata, & cōplorata iam demū Reſp. foret, propterea, ꝙ pleriq; nobiliſſimi iuuenes, quorū princeps eſſet L. Cœcilius Metel. naues, & mare ſpectarent, vt deſerta patria ad nouas ſedes acquirendas irent, quo nuncio attonitus, ſtupore, & miraculo rei Scipio, omni conſultatione dimiſſa, ad hos talia conſilia agitantes citatiſſimo equo peruenit, & ſtricto ſuper conſultantium capita gladio iurauit, ſe interfecturum, quicunq; diſcedere tentaſſet, hos deinde reſtituta Rep. cū in ciuitatē rediȷſſent, à Cenſorib. condemnatos fuiſſe dicit Val. [Inter ærarios referendos] Qui æra tributi nomine pendebant, & nihil aliud habebant in ciuitate. [Eosq; graui nota affecerunt] Hannibal pleroſq; ex Rom. in caſtris captiuos habebat, & Rom. multos ex Car. cū igitur Han. cum captiuis R. cōueniſſet, vt R. proficiſcerētur, & permutationē captiuorū in Senatu impetrarent, idq; ſi facerent Ro. remanerent, ſi non poſſent, ad ſe in caſtra redirent, cū ſacramēto adacti ad hāc rē è caſtris paulo proceſſiſſent pleriq; ea his, cauillationib. nihil profuturis vſi, vt ſe ſacramento liberarent regreſſum tanquam ſuarū rerū obliti ſimulantes, in caſtra reuerterunt. deinde Romā ſe contulerunt, vt ēt ſi permutationē captiuorū non impetraſſent iureiurando abſoluti viderentur, & ſic Romæ remanerent, qđ cū Senatus accepiſſet, vinctos Hannibali mittendos cenſuit: deinde etiā Cenſoria nota puniuit. In hāc hiſtoriā Val. nō nihil à Liuio diſſentit, nō.n. ad permutationē captiuorū, ſed ad ſuā ipſorū redemptionē impetrandā veniſſe legatos dicit Liu. nā illis redimendi ſe poteſtatē fecerat Han. propoſito in eorum capita pretio pro conditione cuiuſq;, nec à legatis, qui pro hac re ad Senatum mittebātur de reditu, vades alios popoſcit, quā eorum fide contentus.ſ. ſacramento, qui deinde vſi ea quam ſupra diximus, fallaci cauillatione, à Cenſoribus grauiori nota puniti ſunt, ſed Aul. Gell. quaſi cū Valerio ſentire vř lib. 7. cap. 18. Iuſiurādū, inquit, apud R. inuiolatū, ſancteq; habitum ſeruatum eſt, id ēt moribus legibuſq; multis oſtenditur, & hoc, quod dicemus ei rei non tenue argumentum eſſe poteſt, prælio Cannenſi Hannibal Carthaginenſium Imperator ex captiuis noſtris electos decem Romam miſit, mandauitq; eis, pactuſq; eſt, vt ſi P.R. videretur, permutatio fieret captiuorum, vt pro his, quos alteri plures acciperent darent argenti pondo libram, & ſemilibram hoc prius, quā proficiſcerentur in iuſiurandum, eos adegit redituros eſſe in caſtra Punica, ſi Romani captiuos non permutarent, veniunt deinde Rom. decem captiui. mandatum Pœni Imperatoris exponunt, permutatio Senatui non placita, parētes, cognati, affineſq; captiuorū amplexi eos poſtliminio, in patriam rediſſe dicebant, ſtatumq; eorū incolumem integrumq; eſſe, ac ne ad hoſtes redire vellent, orabant, tum octo ea iis poſtliminium iuſtū non eſſe ſibi rñderunt, qm̄ periurio vincti forent. Itaq; vti iurati erant, ad Hannibalem profecti ſunt, duo reliqui Romæ manſuerūt, ſolutoſq; eſſe ſeſe, ac liberatos religione dicebant, qm̄ cum egreſſi caſtra hoſtiū fuiſſent cōmenticio conſilio regreſſi eodē die, tanquam ſi ob aliquam fortuitā cām iſſent atq; ita iureiurando ſatisfacto rurſum iniurati abiſſent. Hæc eorum fraudulentā calliditas tam eſſe turpis exiſtimata eſt, & vt cōtempti vulgo deſpectiq; fuerint, Cenſores eos poſtea oīum notarum damnis, & ignominiis affecerūt, qm̄ quod ſe facturos

Iuriſiurandi ſanctitas.

dictita-

diſtitauerant, non feciſſent. Corn. aũt Nepos in libro exemplorum quinto, id quoq; literis mandauit, multis in Senatu placuiſſe, vt hi qui redire nollent, datis cuſtodibus ad Hannibalem deducerentur, ſed eam ſniam numero plurium, quibus id non videretur ſuperatam, eos tñ, qui ad Hannibalem non rediiſſent, vſq; adeo cõtẽptibiles inuiſoſq; fuiſſe, vt tędiũ vitæ cęperint, necemq́, ſibi cõſciuerint. Duplicem tñ & Liu. ſuper hac re opinionẽ tradit, ſicut apud eum videre licet. [Conueniens] Nã fidẽ ſeruare ſemper conſueuere Romani. [Marcus o. Attilius Regulus] Hic filius fuit illius Attilij Reguli, qui crudeliſſima ſupplicia apud Carth. forti animo ferre, q̃ iuſiurandum violare maluit. cuius hiſtoriam ſupra in cap. de religione notauimus, Cic. multis in locis. Val. in cap. de crudelitate. [Iam hæc Cenſura ex foro in caſtra] non ſolum vrbana, ſed etiam Caſtrenſis fuit. — Attilius Reg.

Ascen. T Vrpis etiam metus, &c.] Ordo eſt. Cenſores exegerunt ẽt pœnã turpis metus cũ ſumma diligentia. [Enim] pro quia M. Attilius Regulus, & L. Furius Philippus curauerunt Luc. Cęcil. Metellum Quæſtorem, & complures Equites Romanos, qui iurauerant poſt pugnam Cannenſem cõſilium infœliciter, ſe abituros Italia cũ eo referendos inter ærarios .i. capite cenſos, aut æris in ærarium conferendi obnoxios, & affecerunt eos graui nota. ſ. ignominia, qui cum veniſſent in poteſtatem Hannibalis, miſſi ab eo legati .i. tanquam oratores, & interceſſores ad Senatũ de captiuis permutandis .i. vt pro R. redditis redderent Pœnos, neq; .i. & non impetraſſent quod petebãt, manſerunt in vrbe .i. nõ redierunt ad Hannibalem. [Quia] Et .i. ſimul conueniens erat ſanguini Rom. præſtare .i. exhibere fidem .i. fidelitatem in re ſanctè promiſſa, & Marcus Attilius Regulus Cenſor notabat .i. nota ignominiæ afficiebat, perfidiam .i. violationem fidei. Cuius. ſ. Marci Attilij Reguli pater, eiuſdem nominis, duxerat eſſe ſatius .i. melius, & ſanctius [expirare] .i. ſpiritum emittere per ſummos cruciatus, de quibus alibi dictum eſt, quàm fallere Carthag. quib. pro ſimili cauſa miſſus iurauerat, ſe ſi nihil impetraret, rediturum. [Hæc Cenſura. ſ. violatæ fidei tranſcendit iam ex foro. ſ. iudiciali, in caſtra. ſ. militaria. [Quæ] ſ. Cenſura, neque voluit hoſtem timeri, vt fecerat Luc. Cęcil. Metellus timens Hannibalem, cũ ob timorem Italię abire parabat, neq; decipi, vt fecerant illi legati. [Sequuntur duo exempla eiuſdem generis]. ſ. Cenſoriæ notæ, & ſatis erit adieciſſe ea. [Geta] Quis hic ſit Commentarij non dicunt, difficillimum autem ſit diuinare, nec magni refert, cum eſſet motus Senatu à Luc. Metello, & Cn. Domitio Cenſoribus, factus eſt poſtea Cenſor.

DE M. VALERIO.

* Ci. pro A. Cluentio. I TEM *M. Valerius * Meſſala Cenſoria nota perſtrictus, Cenſoria poſtmodum poteſtate imperauit, quorum ignominia virtutem acuit, rubore n. eius excitati omnibus viribus incubuerunt, vt digni ciuibus viderentur, quibus dari potius, quàm obijci Cenſura deberet.*

Oliv. P ERSTRICTVS] Damnatus. [Quorum ignominia virtutem acuit] Quia illis temporibus nota Cenſoria damnati, virtutis poſtmodũ fuere ſtudioſiores. [Dari] vt eam adminiſtrarent. [Quàm obijci] Vt punirentur.

Ascen. I Tem Mar. Valer. Meſſala] Perſtrictus, id eſt damnatus, aut preſſus, nota Cenſoria, imperauit poſtmodum poteſtate Cenſoria. [Quorum]. ſ. duorum ignominia, acuit virtutẽ, ſup. eorum. [Enim] Pro, quia, ipſi excitati rubore eius, ſ. ignominia incubuerunt omnibus viribus, vt viderentur ciuibus digni, quibus Cẽſura deberet potius dari, vt alios cenſeant, quàm obijci .i. opprobrio dari, quod ſ. a notati fuerant.

DE MAIESTATE; CAP. V.

DE Q. METELLO.

E ST *& illa quaſi priuata Cenſura maieſtas clarorum virorum ſine tribunalium faſtigio, ſine apparitorum miniſterio, potens in amplitudine ſua obtinenda: Grato enim, & iucundo introitu animis hominum illabitur admirationis prætexta velata, quam rectè quis dixeris longum, & beatum honorem eſſe ſine honore. nam quid plus honoris tribui potuit Coſſ. quàm eſt * datum reo Metello? qui cum cauſam repetundarum diceret, tabulæq; eius ab accuſatore expoſtulatæ, ad nomen inſpiciẽdum circa iudicium ferrentur, totum conſilium ab earum contemplatione oculos auertit, ne de aliqua re, quæ in his relata erat videretur dubitaſſe, non in tabulis, ſed in vita Q. Metelli argumenta ſincerè adminiſtratæ prouinciæ legenda ſibi iudices crediderunt, indignum rati, integritatẽ tanti viri, exigua cera, & paucis literis perpendi.* — * Ci. pro Cor. Balbo.

E ST & illa Cenſura quaſi priuata] Dicturus de maieſtate præfatione vtitur, oſtendens quid ſit maieſtas quare hoc ſuperiori conijcietur: nam ſicut Cenſura, inquit eſt publicus magiſtratus, ſic maieſtas eſt priuata quædam dignitas, quæ hominẽ reddit honoratũ. Eſt aũt maieſtas virtutis, & probitatis quædã excellentia, ſine magiſtratu, ſine imperio, ſine fortunæ adminiculo honoratũ reddens hominẽ. [Faſtigio] Nã vt Cenſura excellentiores homines facit, ſic & maieſtas, quæ non extrinſecus, ſed propria virtute comparatur, eius qui iuſtè, prudenter, & moderatè vixerit. [Sine apparitorum] Alij magiſtratus, & dignitates, apparitoribus miniſtris, & tribunali, varijſq; inſignib. vtuntur. At maieſtas quæ virtute comparatur, illis non indiget. [Apparitorum] Apparitores miniſtri ab apparendo dicti, apparere aũt praſto eſſe ſignificat, vt ſæpiq; in limine Regis apparent. [Potens] Sine vllo extrinſecus adminiculo. [Grato. n. & iucundo] Grato quia placet. iucundo, quia delectat, vt Cicero cuius officia iucundiora. ſ. mihi ſępè fuerunt, nunquam tñ gratiora. [Prætexta] Prætexta eſt quam ſupra veſtem honoratus quiſque accipit, ita & maieſtas vẽ quædã hominis eſſe prętexta. [Rectè] Ita cõmodè inquit aliquis interpretari poſſet, longũ honorem eſſe, quia ſemper honore afficitur. [Longum] Vſque ad extremũ ſuæ vitæ tps durat. [Conſulatus annus eſt] Cenſura triũ annorũ, Dictatura ſemeſtris, cęteriq; magiſtratus ad certũ tps, hęc verò perpetua eſt. [Sine honore] Sine magiſtratu. [Nã quid plus honoris reo Metello;] Metel. Numidiæ prouinciæ præfuit & ex ea clariſſimũ duxit triumphũ, vnde & Numidicus appellatus, deinde repetundarũ poſtulatus eſt Ille aũt repetundarum accuſari dicebatur, qui creditus eſſet prouinciam, vel ſocios P. R. pecunia expilaſſe vel iudicium tuliſſe, quod in ſua commoda cæderet, ideo repetundarum accuſari dicebatur, vtpote, qui pecunias repetere, hoc eſt reſtituere, & reficere tenebatur, vel quod ab eo pecunia, vel alia res iniuſtè ablata repetebatur, ergo tanta fuit huius hominis maieſtas apud omnes, vt cum tabulæ in quibus accuſatio continebatur, circa iudices ab accuſatore deferrentur, eas iudicum nemo videre voluerit. Cic. ad Atticũ li. 3. epiſt. vndecima, cuius principium eſt. Quæris ex me, quæ mihi res, inquit, multo honorificentior viſa eſt, quam ante illa, cũ iurarent ciues Xenocratem teſtimoniũ dicentẽ prohibuerunt, aut cum tabulas Metelli Numidici, cum hæ, vt mos eſt circunferrentur, noſtri iudices aſpicere noluerunt. [Tabulæ] .i. libelli, in quibus vel acta prouinciæ .i. vniuerſæ prouinciæ adminiſtratio, vel accuſatio cõtinebatur. Cic. rurſus de hoc Metello in oratione pro Archia poeta, Metel. inquit homo ſanctiſſimus modeſtiſſimusq; omnium, tanta diligentia fuit, vt ad iudices venerit, & vnius hominis littura ſe commotum dixerit. [Sed in vita Q. Metelli argumẽta] Quia ſemper integerrimè vixerat. [Exigua cera] Parua tabella. [Perpẽdi] Aeſtimari, iudicari. Tractum eſt à penſantibus, qui ſemper diligenter inſpiciunt. — Oliv. — Repetundarum.

E St, & illa quaſi priuata, & cætera] Proſequitur de maieſtate priuata clarorum virorũ, quam per modum præfationis quodammodo deſcribit, & commendat, dicens [Eſt &] Id eſt etiam illa quaſi priuata Cenſura, videlicet maieſtas, id eſt dignitas, & vulgus diceret maioritas, & præminentia, clarorum virorum, ſine faſtigio tribunalium, id eſt iuriſdictionis celſitudine, & ſine miniſterio apparitorum, id eſt publicè famulantium ſatellitum, potens in obtinenda amplitudine ſua. [Enim] Pro quia ipſa illabitur animis hominum introitu grato .i. vtili & iucundo, id eſt delectabili, velata .i. cooperta, prætexta .i. veſte nobilium admirationis, quia præclarorum virorũ maieſtatẽ minores cum admiratione obſeruant. [Quam] ſ. maieſtatem quis dixerit .i. appellauerit rectè, aut duxerit .i. cenſuerit rectè eſſe honorẽ. [Longum] .i. diuturnum, & beatum .i. beatè habentem ſine honore, id eſt magiſtratu publico. [Nam quid, &c.] Probat quod dixit exemplo Metelli, dicens. [Nam — Ascen.

quid

quid plus honoris).i.venerationis potuit tribui Cōſulib. quàm datum eſt Metello reo.i.in ius vocato,qui.ſ.Metellus cum dicere t cām repetundarum.i.ſe purgaret de repetundis.ſ.pecunijs à prouincia ſpoliata,vt accuſatores dictitabant, & tabulæ eius.i. libelli contra eū facti poſtulatæ fuiſſent ab accuſatore.i.vt eas, aut eos accuſator exhiberet,& ferrentur circa iudices ad inſpiciendum nomen.ſ.accuſati,aut debitum, quod petebatur, ſed potius nomen,totum conſilium.ſ.cōſeſſus iudicum auertit oculos à contemplatione earum.ſ.tabularum,ne videretur dubitaſſe de aliqua re,quæ erat relata in his.ſ.tabulis.Iudices crediderunt argumenta,id eſt approbationes prouinciæ adminiſtratæ ſincerè,id eſt incorruptè,legenda ſupple eſſe ſibi, nō in tabulis, ſed in vita.Quinti Metelli rati.i.arbitrantes,indignum, ſupple eſſe integritatem tanti viri perpendi.i.exiſtimari, exigua cæra .i.cærata tabula,& paucis literis.ſ.accuſatorijs in ea ſcriptis.

DE REGE ANTIOCHO, ET ſuperiore Africano.

*I in. lib. 37.& hic auctor li. 5.ca. 5. * Rex ex paruo nauigio cepe-rat,inquit Iuſt. li.31. Appian. in li. Syrio.

SED quid mirum, ſi debitus honos à ciuibus Metello tributus eſt, quem ſuperiori Africano etiam hoſtis præſtare non dubitauit? Siquidē* Rex Antiochus bello,quod cum Romanis gerebat,filium eius à militibus ſuis interceptum,honoratiſſimè excepit, Regijsq; muneribus donatum,vltrò,& celeriter patri remiſit: quanquā ab eo tum maximè finibus Imperij pellebatur. Sed et Rex laceſſitus,maieſtatem excellentiſſimi viri venerari,quàm dolorem ſuum vlciſci maluit.*

OLIV. SED quid mirum, ſi debitus.] Bellum Romanis erat cum Antiocho Aſiæ Rege,ad quod gerendum cum Luc.Scipio frater ſuperioris Africani petijſſet,vt mitteretur, tātumq; bellum huic Senatus,Populusq; Rom. demandare dubitarent, magisq; in C.Lælium eius collegam, nam hi duo tum Conſules erant,& vterq; prouinciam ſumma ambitione depoſcebat, inclinati omnium animi viderentur, Scipio Africanus pietate cōmotus in fratrē,profeſſus eſt ſe legatum in prouinciā iturū,vt in cap.de pietate dicturi ſumus, qua pollicitatione factum eſt, vt Luc.Scipio impetraret Aſiæ prouinciam ſibi decerni. Profectus igitur cum fratre Africanus ſecū in bellū filiū perduxit, qui ab hoſtibus interceptus,& ad Regem perductus, ab eo honorificentiſſimè tractatus,& multis Regijs munerib.donatus gratuito patri remiſſus eſt,tāti facta eſt ēt ab hoſte Scipionis maieſtas. [Sed quid mirum] q.d.nulli mirum videri debet tantum à ciuibus tributum eſſet Met.cum hoſtes multo pluris æſtimaſſe Scipionem iudicentur.[Interceptum]In anguſtijs captum.[Quanquam]Licēt ab eo tunc potiſſimum ē Regno pelleretur.

ASCEN. SEd quid mirum]Sup.eſt,q.d.nihil,ſi honos.i. honor debitus eſt tributus Metello à ciuibus,quem.ſ.honorem etiam hoſtis non dubitauit præſtare Africano.ſ. Scipioni ſuperiori.i. maiori,& prius nato.[Siquidem].i.qm Antiochus Rex Aſiæ excepit honoratiſſimè bello,quod gerebat cum Romanis filium ius.ſ.Scipionis interceptum.i.captum à militibus ſuis.ſ.Antiochi,& remiſit vltro.i.nō requiſitus, & celeriter in quo duplicatur beneficium,quia,vt vulgo dicitur,qui cito dat, bis dat, patri.ſ.Scipioni,ſup.filium donatum.i.dono ornatum, munerib. Regijs.i.à rege acceptis,& forte Regalibus.i. Rege dignis, hoc loco,quanquam Antiochus pellebatur tunc maximè finibus Imperij.ſ.Romani,aut ſuis,quod in idem recidit, nam de finibus contendebant,ab eo.ſ.Scipione patre.[Sed,&].i.pariter Rex.i. licēt eſſet Rex,& ita eum omnia magnificè facere deceret,& laceſſitus.i.prouocatus ad iram ob bellum illatum, & ita in hoſtem ſæuiter agere poſſet, tamen maluit venerari maieſtatem viri excellentiſſimi,quàm vlciſci dolorem ſuum:

DE EODEM AFRICANO.

* Plut. in vita.

*AD Africanum * eundem in Linternina villa ſe continentem,complures prædonum duces videndum eodem tempore fortè confluxerunt: quos cū ad vim faciendam venire exiſtimaſſet, præſidium domeſticorum in tecto collocauit,eratq; in his repellendis,& animo,& apparatu occupatus. Quod vt prædones animaduertunt,dimiſſis militibus,abiectisq; armis, ianuæ appropinquant,& clara voce nunciant Scipioni, non vitæ eius hoſtes,ſed virtutis admiratores veniſſe: conſpectū, & congreſſum tanti viri,quaſi cæleſte aliquod beneficiū expetentes,proinde ſecurum ſe nobis præſtandum præbere ne grauetur.Hæc poſtquam domeſtici Scipioni retulerunt: fores reſerari,eosq; intromitti iuſsit:qui poſtes ianuæ tāquam aliquam religioſiſsimum aram, ſanctumq; templum venerati,cupide Scipionis dexteram apprehenderunt,ac diu oſculati,poſitis ante veſtibulum donis,quæ Deorum immortalium numini conſecrari ſolent, læti quod Scipionem vidiſſe cōtigiſſet,ad lares proprios reuerterūt. Quid hoc fructu maieſtatis excelſius? Quid etiam iucundius? Hoſtis iram admiratione ſui placauit, ſpectaculo præſentiæ ſuæ latronum geſtientes oculos obſtupefecit: delapſa cælo ſydera hominibus ſi ſe offerant, venerationis amplius non recipient.*

AD eundem Africanum]Hoc omnibus perſpicuum, & illuſtre fuit ſummæ maieſtatis exēplum poſt maximas res geſtas,clariſſimosq; triumphos. Scipio ab ingrata patria vrbe pulſus,in exilium ire coactus eſt in villam.ſ. Linterninam,vbi cum prædones,quorū magna in illis locis copia erat audito Scipionis nomine eſſent maximo videndi viri deſiderio concitati, ad eum facto grege venerunt, Scipio non ad ſui contemplationem ſed vim inferendam venire prædones exiſtimās, amicorum,atq, clientum,quibus potuit domum præſidijs muniit,quod vbi ſenſere prædones abiectis armis dimiſſisq; militibus ianuæ appropinquantes magna voce clamarunt,vt à Scipione,& ceteris,qui intus eſſent,exaudiri poſſent, non ſe hoſtes, aut inſidiatores,ſed virtutum Scip.admiratores veniſſe, cuius conſpectum,atq; colloquium mirum in modum deſiderarent, qua voce confirmatus Scipio reſerari fores,& omnes intromitti iuſſit,qui maxima illum veneratione, tanquam cœleſte numen,omninmq; virtutum ſacrariū proſecuti ſunt. [In Linternina villa]Hoc idem commemorat Val.vbi agit de ingratitudine,nam dicit quod ingrata patria benè meritum Scip. intra ſua mœnia habitare non paſſa,ſed in Linterninam villam abire coegerit.[In Linterninam villam]Dicerem villam.hoc loco pro domo in agro Linternino poſita accipi debere,cuius propria eſt ſignificatio,niſi hunc locum Valer.in cap. de ingratitudine vicū appellaret.Dicit.n,cuius clariſſima opera iniurijs penſando, vici ignobilis eam,ac deſertæ paludis accolam fecerunt, vbi valde à Ser.diſſentit.non.n. vicum,ſed opp.iuxta mare poſitum dicit eſſe Ser.in deſcriptione Campaniæ prope mare inquit, poſt Sinueſſam Linternum eſt oppidū vbi prioris Scip. cognomento Africani ſepulchrum iacet.ibi.n.extremam conſumpſit ætatem omiſſis propter aliquorum ſimultatem Reipu. negocijs. [Apparatum]Armorum.Nam ſe armis munierat. [Cōſpectum] Vt viderent.[Congreſſum]Vt loquerentur.nam congreſſus colloquium dicitur,& conſertio pugnæ.[Donis] Vt ſunt ſerta, & thura,pateræ,coronæ,& ſimilia,quæ ante deorum immortaliū ſimulachra in donū maiores ponere conſueuerunt,ea prædones ante Scipionis pedes poſita reliquerunt. [Geſtientes] Lætitiam geſtu quodam oſtendentes,nam geſtire eſt corporis geſtu lætitiam oſtendere,quod eſt ratione carentium,Virg. de auibus,Et ſtudio incaſſum,videas geſtire lauandi.

ASCEN. AD Africanum,&c. Ordo eſt. Complures duces prædonum.i.ſpoliatorum hominum,& obſeſſorum viarum, confluxerant fortè eodem tempore ad videndum eundem Africanum continentem ſe in villa Linternina, quæ erat non longe à mari,& paludibus,quos.ſ.prædones,cum Scipio exiſtimaſſet venire ad vim faciendam.i.ad eum occidendum, aut ſaltem ſpoliandum collocauit in tecto,id eſt in ſuprema parte domus præſidium domeſticorum.i. familiarium ſuorum, quos ſecum habebat,eratq; occupatus,& animo.i.cogitatione, & apparatu.i.molimine exteriori,in repellendis.ſ. prædonibus à villa ſua,[Quod vt].i.poſtquā prædones animaduerterunt,militibus ſup.ſuis dimiſſis,& armis abiectis, appropinquantes ianuę.ſ.villę,nunciant Scipioni clara voce,veniſſe ſup. ſe, non hoſtes vitę eius,ſed admiratores virtutis eius,et apetentes conſpectum, & cōgreſſum tanti viri:quaſi aliquod beneficium cœleſte,id eſt

cœlitus

OLIV. NEC minus Piſone acriter Q. Metellus] Front. lib. 4. c. 1. Q. Metellus Numidicus, inquit, in Hiſpania quinq; cohortes, quæ locum amiſerant, teſtamētum facere iuſſit, eas deinde ad locum recuperandum remiſit, minatus non niſi poſt victoriam recepturos, cum igitur eis iuberetur facere teſtamentum, intelligebant niſi vincerent ſe morti deſtinatos eſſe, & hoc modo expreſſa eſt illis neceſſitas, vt pulſis hoſtibus, locum recuperarent vnde fuerant deiecti. [Q. Metellus.] Hic fuit ille Q. Metellus, qui Iugurtham Numidiæ Regē prius dare terga coegit, de quo multa Saluſt. [Trebiam] Hæc ciuitas eſt in Celtiberia, quæ pars eſt Hiſpaniæ. [Quadam ſtatione] Iuſſerat quinque cohortes locum quendam ſeruare, ne caperetur ab hoſtibus. [Manifeſto] Quia volebat omnes occidi, & pro ſcelere pœnam luere. [Deſperatione vitæ] Quia ſe in manifeſtius periculum obiici videbant, ideo ferociores facti locum receperunt, nihil. n. magis valet ad difficillima quæque obtinenda, quàm deſperatio vitæ: vnde Virg. Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem. [Humanæ igitur] Ex quo, inquit, cognoſci poteſt neceſſitatem eſſe, quæ homines imbecilles facit eſſe fortes.

ASCEN. NEc minus, &c.] Adducit Q. Metelli ſeueritatem in eadem re dicēs. [Nec Q. Metellus] ſupple egit. [Minus acriter Piſone] i. quàm Piſo. Qui cum res gereret apud Contrebiam, alii Trebiam legunt, vrbem Celtiberiæ, iuſſit quinque cohortes collocatas à ſe in quadam ſtatione, atq; depulſas ex ea .ſ. ſtatione, i. loco, in quo ad tempus ſtarent viribus hoſtium, repetere e veſtigio. i. ſine cunctatione, eandem ſtationem, non quod ſperaret locū amiſſum ab iis poſſe recuperari ab iiſdē, ſed vt puniret culpam pugnæ præteritæ. i. prius ab eis malè geſtæ, manifeſto periculo certaminis inſequendi. [Edixit etiam, vt ſi quis ex ſis fugiens] .ſ. à ſtatione illa, petiiſſet caſtra, interficeretur pro hoſte. i. tanquam eſſet hoſtis: qua ſeueritate milites compreſſi, & corporibus fatigatis, & animis implicatis deſperatione vitæ, quia ſe videbant, aut ab hoſtibus, aut à ſuis interficiēdos, tñ. i. nihilominus ſuperarunt. i. vicerunt iniquitatem loci, quia difficile erat recuperare locum amiſſum, & ab hoſte occupatū, & multitudinem hoſtiū inde expellere. [Igit neceſſitas eſt duramētū] i. ſtabilimentum, & corroboramentum efficaciſſimum imbecillitatis humanæ. i. quo imbecillitas humana perſeuerat, & durat.

THEO. COntrebiam] Vetuſti libri aliquot habent Trebiā, Cornel. nepos apud Contrebiam oppidum cohortes loco pulſas redire, & locum recipere iuſſit Q. Metellus. Oppidi Contrebiæ Liu. in Hiſpania mētionē facit, vt hinc appareat impreſſoris eius inſcitia, qui Cornelii Nepotis opuſculum Suet. vindicat. Is oppidum Cātabriæ pro Cōtrebia ſubſtituit impudentiſſimus in Scæuolæ cognomento, quod eſt Cordus in Decij patris hiſtoria, quæ cum Coſſo confuſa citra mentionem Decij prius erat. Item Decij filijque per initia ſtatim legebatur inuerſa, in nomine Duelli, Calatini, Calphurnij, Flammæ, Nabidis Ortiagontis, & aliis centum, caſtigationes Iani ſequitur, & in eum facit argutias, ac ſi Tranquilli lucubrationes in Cornelium temerè transferat. Hoc an verum ſit, luce clarius, in huius operis calce demonſtrabo, Cornelij Nepotis eſſe, non Tranquilli, ſicut iſ ſtultiſſime ſuſpicatur.

DE Q. FABIO.

IN eadem prouincia Q. Fabius Max. ferociſſima gentis animos contundere, & debilitare cupiens, manſuetiſſimum ingenium ſuum, ad tempus depoſita clementia, ſeuiore vti ſeueritate coegit: omnium enim, qui ex præſidys R. ad hoſtes transfugerant, captiq; erant, manus abſcidit: vt trunca præ ſe brachia geſtantes, metum defectionis reliquis inycerent, rebelles itaque manus à corporibus ſuis distractæ, inque cruentato ſolo ſparſæ ceteris, ne idem committere auderent, documento fuerunt.

OLIV. IN eadem prouincia Q. Fabius Max.] Hic præerat eidē prouinciæ. i. Hiſpaniæ, qui cum totam penè Romano ſubegiſſet Imperio, omnes, qui ad hoſtes transfugerant captos; præciſis manibus dimiſit, qui tametſi natura manſuetioris eſſet ingenij, tñ ut ceteris terrorē incuteret, ne tale aliquid facere auderent, voluit illos amputatis manibus exēplo ceteris eſſe. [Ad ipſ] i. tñ ipſ. Dum vīdicaret diſciplinam militarē. [Seueritate] Inter ſeuerum, comem, & crudelem, hoc intereſt. Seuerus dicitur rigidus, qui nec prece, nec precio, nec miſericordia pōt à iuſtitia deduci, & interpretatur quaſi ſequens verum. Comis verò dicitur is, qui ſeueritatem habet cum quadam manſuetudine coniunctam. Crudelis eſt qui præter iuſtitiam, & æquitatem graſſatur in omnes. [Omnium enim] .ſ. deſertorum militum & transfugarū vt clarum eſt in textu. [Vt trunca præ ſe] Hoc ideo fecit vt exēplo illi ceteris forent, dum manus præciſas præ ſe ferrent. [Rebelles itaque] Qui bellum renouare voluerunt: nam rebelles dñr cōtumaces, eo qđ Ducis imperio parere recuſant. [Diſtractæ] Amputatæ. [Documento] Exemplum ceteris præbuerunt ne tale quidquam facere moliri auderent.

ASCEN. IN eadem.] Ordo eſt. Q. Fabius Max. cupiens contundere, & debilitare animos gētis ferociſſimæ, in eadem prouincia. ſ. Celtiberia, aut Hiſpania: coegit ingenium ſuum manſuetiſſimum vti ad tempus Seueritate ſeuiore. i. multum ſeua, aut magis ſeua quàm prius, & hoc clementia depoſita ad tempus. [Enim] Pro quia, abſcidit manus omnium, qui transfugerant ex præſidiis Romanorum ad hoſtes, & qui capti erant, vt ipſi geſtātes præ ſe. i. ante ſe brachia trunca. i. truncata, abſciſſis manibus, iniicerent reliquis metum defectionis. i. transfugiendi ad hoſtes. [Itaque] i. & ita manus rebelles diſtractæ à corporibus ſuis, & ſparſæ in ſolo cruentato, fuere ceteris documento, ne auderent committere idem .ſ. crimen defectionis.

DE AFRICANO SVPERIORE.

NIHIL mitius ſuperiore Africano, is tamen ad firmandam diſciplinam militarem, aliquid ab alieniſſima crudelitate ſibi amaritudinis mutuandum exiſtimauit: ſi quidem, deuicta Carthagine, cum omnes, qui ex noſtris exercitibus ad Pœnos tranſierant, in ſuam poteſtatem redegiſſet, grauius in Romanos, quam in Latinos transfugas animaduertit. Hos enim tanquam patriæ fugitiuos, crucibus affixit: illos autem tanquam perfidos ſocios, ſecuri percuſſit. Non proſequar hoc factum vlterius, quia Scipionis eſt, & quia Romano ſanguini quamuis merito perpeſſo ſeruile ſupplicium, inſultare non attinet. Cum præſertim tranſire ad ea liceat, quæ ſine domeſtico vulnere geſta, narrari poſſunt.

OLIV. NIHIL mitius ſuperiore Africano] Quaſi minus mirum ſit, hāc ſeueritatem in ceteris fuiſſe: cum hoc idem à Scipione Africano factū fuerit, quo nemo mitior. Nā cum Carthaginienſes bello viciſſet, vrbemq; eorum cepiſſet; & oēs qui ab exercitu Romano ad hoſtes transfugerant, cum in poteſtatē ſuā redegiſſet, aſperius in Romanos animaduertit, quàm in externos: ciues. n. ſupplicio affecti ſunt ſeruili. i. cruce: ſocij verò perfidi. i. Latini gladio cæſi. [Nihil mitius] Si naturā, inquit, Scipionis cōſideres, nihil māſuetius fermè inuenies: ſed hæc pp ſeruādā militarem diſciplinā incorruptā à ſeipſa deficere, & ad peregrinā, ſibiq; longè alieniſſimam crudelitatem, labi coacta eſt. [Mutuādū] Quia non ſuum erat crudelitate vti, ſed à Barbara, & immani gēte pro tempore ſibi mutuo ſuſcipiendum eſſe exiſtimauit, tantiſper dum violatam militarem diſciplinam merito ſupplicii genere vindicaret. [Inſultare] Per deriſionem animaduertere, per cauillationem irridere. [Ad ea] .ſ. externa, hoc eſt de his dicere, qui non fuerunt Romani.

ASCEN. NIhil mitius, &c.] Vt Romana Reſpublica gloria militari præcellit, ita & exēplis ſeruatæ diſciplinæ militaris, vnde affert exemplum Scipionis Africani maioris, dicens. [Nihil mitius. ſup. fuit] i. nemo mitior Africano. i. Scipione ſuperiore. i. priore (nā duo fuerunt) tñ. i. tametſi fuit mitiſſimus, is exiſtimauit, aliquid amaritudinis. i. acerbitatis mutuādum. i. mutuo accipiendum ſup. eſſe ſibi ob crudelitatem alieniſſimā ſibi. i. à ſuo ingenio, ad diſciplinam militarem firmandam. i. ſtabiliēdam, Siquidem. i. quoniam Carthagine deuicta, cū redegiſſet in ſuam poteſtatem oēs, qui trāſierant ab exercitibus noſtris. i. Romana. ad Pœnos. i. Carthaginien. ipſe animaduertit. i. vltionem exercuit grauius in transfugas Rom. i. Romanæ ciuitatis, quàm in Latinos. i. ſocios. [Nam affixit hos] i. Rom. crucibus, tanquam fugitiuos patriæ. i. qui à patria ad hoſtes transfugerant. ſ. autem pro ſed, percuſſit. i. percutiendos mādauit ſecuri, illos. i. Latinos, tanquam ſocios perfidos. [Non proſequar, hoc factum] Scilicet Scip. vlterius, hoc eſt verbis contumelioſis, aut expoſitorijs contumeliæ in ea latētis, & quia eſt Scip. hoc eſt viri laudatiſſimi,

.& quem

& quem tãtare nefas ſit, & quia non attinet. ſ. ad rem. i. non decet, inſultare. i. per irriſionem improperare ſanguini Rom. perpeſſo ſupplicium ſeruile, quamuis. i. quantumuis merito. i. peccato ſuo, preſertim cum liceat tranſire, ad ea, quæ poſſunt narrari geſta ſine vulnere domeſtico. i. ſine læſione populi Roma. quod in ſequentibus facit.

DE AFRICANO POSTERIORE.

Liu. li. 51. *NAM poſterior * Africanus, euerſo Punico Imperio, exterarum gentium transfugas, in edendis populo ſpectaculis, feris beſtijs obiecit. Et L. Paulus, Perſa Rege ſuperato, eiuſdem generis & culpæ homines, elephãtis proterendos ſubſtrauit: vtiliſsimo quidem exemplo, ſi tamen acta excellentiſsimorum virorum humiliter æſtimare, ſine inſolentiæ reprehenſione permittitur. Aſpero .n. & abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget, quia vires armis conſtant, quæ vbi à recto itinere deſciuerunt, oppreſſura ſunt, niſi opprimantur.*

OLIV. ET L. Paulus] De hoc ſatis ſupra dictum eſt in cap. de ominibus, quod bellum Macedonicũ extra ordinem huic Senatus decreuerit, quod cũ ſumma fęlicitate, & gloria confecit, Regem vicit. [Eiuſdem culpę] Fugitiuos. [Proterendos] Conculcandos, perfundandos. [Aspero enim & abſciſſo] Imperatores, & duces exercituum, ſi militem quempiam à militari diſciplina declinantem punierint, tametſi id iuſtè, & merito faciant, tamen id inſolentia potius quadam feciſſe iudicant, quia crimẽ in iudicium non venit, ſed commiſſum continuo ab eis punitur, quod etiam fieri neceſſe eſt, nam ſi per diſpendia iudiciorum expectandum eſſet, vt de iure diſceptaretur, nimis creſceret gladiatorum licentia. [Abſciſſo] Compendioſo, & breui.

ASCEN. NAm Africanus poſterior]. i. minor, Imperio Punico euerſo, quia Carthaginem deleuit, obiecit feris beſtiis, vt Leonibus in edendis ſpectaculis populo, transfugas exterarũ gentium. i. qui cum Imperatori Romano iuraſſent, ad hoſtes tranſierant, à quibus recepti ſuppliciis affecti fuerunt [In edendis populo ſpectaculis] Quia in ludis: qui populo edebantur, plerumque faciebant canes, & venatores perſequi feras. Vnde Ter. Lauinio aduerſario ſuo obiecit quod in comœdiarum portenta induxerit adoleſcentulum ceruam videre fugientem: & ſectari canes: & eam implorare vt ſubueniat ſibi. Martialis & Iuue. de theatrali uenatione multa dicunt [Et L. Paulus]. ſ. Macedonicus, Perſa Rege. ſ. Macedoniæ ſuperato, quia capto, & in triumphum ducto, ſubſtrauit homines eiuſdem generis id eſt externi, & eiuſdem culpæ id eſt tranſfugas, proterendos elephantis, qui eos conculcantes proterebant: Obiecit inquam ille feris, & hic ſubſtrauit elephãtis, exemplo vtiliſſimo ſcilicet rei Romanæ, vt alii cauerent trãsfugere, ſi tñ permittitur, ſubaudi mihi æſtimare. i. appretiare humiliter. i. nõ nihil diminuere actã excellentiſſimorum virorum, vt erant iam dicti, ſine reprehenſione inſolentiæ, quia inſolentis videtur diminuere laudem tantorum virorum: ea aũt imminui vidẽtur, dum frigidè narrantur. Declarat, quare vtili exemplo, aut cur in ea re maximopere laudandi ſint dicti Imperatores. Enĩ pro quia, diſciplina militaris indiget genere caſtigationis aſpero, & abſciſſo, quale eſt dũ membrum putridum abſcinditur, aut abſciſſo. i. cõpendioſo ab ſciſſa omni mora, quia vires militum conſtant armis, quæ. ſ. arma, vbi deſciuerint. i. per defectionem, & ſeditionẽ diſceſſerint ab itinere recto. i. ab ęquo & iuſto. Sunt qui legant tenore, id eſt perpetuo tramite recto, aut potius recti, ſunt oppreſſura. ſ. in quos impetum fecerint, niſi opprimantur. ſ. ab illis maturẽ.

DE L. MARTIO TRIBVNO MILItúm, & Senatu Romano.

Liu. li. 26. *SED tempus * eſt eorum quoque mentionem fieri, quem iam non a ſingulis, verum ab vniuerſo Senatu pro militari more obtinendo, defendendoq; adminiſtrata ſunt L. Martius Trib. militum, cum reliquias duorum exercituum Publij, & Cnei Scipionum, quos arma Punica in Hiſpania abſumpſerant, diſperſas mira virtute collegiſſet, earumq; ſuffragijs Dux eſſet creatus, Senatui de rebus actis à ſe, ſcribens, in hunc modum orſus eſt, L. M. Proprætor, cuius honoris vſurpatione vti eum patribus Cõſcr. nõ placuit, quia Duces à populo, non à militibus ſolerent creari: quo tempore tã anguſto, tamq; graui, propter immane Reip. damnum, etiam Trib. militum adulandus erat, quoniam quidem ad ſtatum totius ciuitatis corrigẽdum vnus ſuffecerat: ſed nulla clades, nullum meritũ valentius militari diſciplina fuit. Succurrebat .n. illis, quàm animoſa ſeueritate * Tarentino bello maiores* *Frô. li. 5.
*eorum vſi fuiſſent, in quo quaſſatis & attritis Reip. viribus, cum magnum captiuorum ciuium ſuorum numerũ à Pyrrho Rege vltro miſſum recepiſſent, decreuerunt, vt ex ijs, qui equo meruerant, peditum numero militarent: qui pedites fuerant, in funditorum auxilia tranſcriberentur: ne ve quis eorum intra caſtra tenderet, ne ve locum extra aſſignatum, vallo, aut foſſa cingeret, ne ve tentorium ex pellibus haberet: recurſum autem ijs ad priſtinũ militiæ ordinem propoſuerunt, ſi quis bina ſpolia ex hoſtibus tuliſſet: quibus ſupplicijs cõpreſſi, ex deformibus Pyrrhi munuſculis, acerrimi hoſtes extiterunt. Parem * irã* *Liu. li. 25
*aduerſus illos Senatus diſtrinxit, qui apud Cannas Remp. deſeruerunt. Nam cum eos grauitate decreti vltra mortalium conditionem relegaſſet, acceptis à M. Marcello literis, vt eorum ſibi opera ad expugnationem Syracuſanorum vti liceret: reſcripſit indignos eſſe, qui in caſtra reciperentur: Cæterum ſe ei permittere, vt faceret quod expedire Reip. iudicaſſet, dum ne quis ex eis munere vacaret, aut dono militiæ donaretur, aut in Italiam, donec hoſtes in ea eſſent, accederet. Sic enerues animos odiſſe virtus ſolet. * Age, quàm grauiter Senatus tulit, quod Quintũ* *Fron. lib. 4. cap. 5.
Petilium Cõs. fortiſsimè aduerſus Ligures pugnantem, occidere milites paſſi eſſent: legioni neque ſtipendium anni procedere, neque æra dari voluit, quia pro ſalute Imperatoris, hoſtium telis ſe non obtulerãt. Idque decretum ampliſſimi ordinis, ſpecioſum, & æternum Petilij monimentum extitit, ſub quo in acie, morte: in curia vltione clari cineres eius acquieſcunt. Conſimili animo, *Liu. lib. 22.
*cum ei Hannibal * ſex millium Romanorum, quæ capta in caſtris habebãt, redimendarum poteſtatem feciſſet, eã ditionem ſpreuit, memor tantam multitudinem armatorum iuuenum, ſi honeſtè mori voluiſſet, turpiter capi non potuiſſe. Quorum neſcio, vtrum maius dedecus fuerit, quod patria ſpei, an quòd hoſtis metus nihil in his repoſuerit: hæc pro ſe, ille ne aduerſus ſe dimicarent, parui ducendo.* * Octo, ſcribunt Cic. & Liuius.
** Sed cum aliquoties Senatus pro militari diſciplina ſeuere excubuerit, neſcio an tunc præcipuè, cum milites, qui Rhegyum iniuſto bello occupauerant, mortuoq; Duce * Bubelio, M. Ceſium ſcribam eius ſua ſponte Imperatorem delegerant, carcere incluſit, ac L. Furio Flacco Trib. pleb. denunciante, ne in ciues Romanos aduerſus morem maiorum animaduerteret, nihilo minus propoſitum executus eſt. Cæterum minore cum inuidia, vt id perageretur, quinquagenos per ſingulos dies virgis cæſos, ſecuri percuti iuſsit, eorumq; nullum ſepulturæ mandari, mortemq; lugeri vetuit.* *Frô. lib. 4. capit. 1. Oroſ. li. 4. ca. 3. *D. Iubelio uidetur legendum

OLIV. LVCIVS Martius Tribunus Mil. [Pub. & Cn. Scipiones diu in Hiſpania cõtra Carthaginenſes bella fęliciter geſſerunt, Carthaginienſes Aſdrubalem, & Magonẽ aduerſus eos cum magnis copiis miſerunt, & cum eos Romani aliquamdiu perſecuti eſſent, illi verò ſe in tutiora loca recepiſſent, & nonnunquam pauci Romani ex multis victoriam reportuſſent, Celtiberi, qui cũ Romanis erant, precio corrupti, ad Carthaginenſes

thaginenſes

thaginenſes defecerunt, & forte diuiſis exercitibus, duo fratres bifariam bellum gerebant, vt tandem aliquando ei finem imponerét, ſed deſtituti à Celtiberis, in quibus ſpes maxima erat victoriæ (quippe qui ſupra 30. millia eſſent) intra paucos dies ab hoſtibus oppreſſi ſunt, & duo Imperatores Romani cum magna parte exercitus deleti ſunt, quod reliquum fuit virtute L. Martij Tribuni militum in vnum coactum eſt, & Dux eſt à militibus electus qui cum intellexiſſet hoſtes ob rem bene geſtam læti tiam agitantes, quaſi omnes Romanorum copias deletas crederent, & propterea ſe negligenter haberent, milites ad concioné vocauit, & adhortatus eos ad hoſtes inuadendos, cum in'et concionandum (vt diximus in cap. de ominibus) ſubito flamma é capite eius emicuiſſet, læti milites omen acceperunt, & Ducem Martium ſecuti ad caſtra hoſtium, eos cibo, ſomnoq; oppreſſos confecerunt, hic ergo Martius cum de rebus geſtis ad Senatum ſcriberet, hoc titulo vſus eſt, L. Martius Proprætor. S. P. Q. R. S. P. D. quo genere tituli eum Senatus vlterius vti noluit, vt cum Tribunus creatus eſſet à populo, ſe Proprætorem diceret, quod id à militibus accepiſſet. [Adulâtus] hoc uerbum apud veteres commune fuit, ſicut multa alia, teſte Priſciano. [Tarentino bello] cum Tarentini bellum cum P. R. haberét, Pyrrhum Regem Epyrotarum in Italiam acciuerunt, quo in bello attritæ primo ſunt vires P. R. cum igitur Pyrrhus magnum numerum captiuorum cepiſſet, ſine redemptione omnes P. R. condonare voluit, in qua ſententia Appij Claudij Cæci fuit, ne reciperent priſtino ſtatu, igitur qui equites fuerât in peditum numerum, qui pedites in funditorum alas tranſcripti ſunt, & alijs conditionibus alligati, vnde Frontinus li. 4. c. 1. Appij Claudij ſententia Senatus, eos qui à Pyrrho Rege Epirotarum capti, & poſtea remiſſi fuerût, equites ad pedites redegit, pedites ad leuem armaturâ, omnibus extra vallum iuſſis tendere, donec bina hoſtium ſpolia ſinguli referrent. [Magnum captiuorú ciuium numerû] Fuerunt aût ducenti, teſte Iuſtino lib. 8. qui ſic ait, Pyrrhus ducentos captiuos milites gratis Romam remiſit, ut cognita uirtute eius Romani, cognoſcerêt pariter, & liberalitatem. [Meruerant] militauerant. Lucan. ære merent paruo. [Têderet] Têtoria haberet. Vir. hic ſæuus têdebat Achilles. [Vallo aut foſſa.] Volebat. n. ipſos hoſtibus expoſitos eſſe. & nô valle nô muniri. [Ex pellib.] Sed ex tela tm̃. [Quibus ſupplicijs] His, inqt legib. & côdônib. tâ aſperis milites illi qui munuſcula fuerant Pyrrhi, iidê illius acerrimi hoſtes fuerunt. [Parem iram Senatus] Front lib. 4. c. 1. Fuluio, & Appio Claudio Côs. milites ex pugna Cannenſi in Siciliam à Senatu relegati, poſtulauerunt à Côſule M. Marcello, vt in prælium duceret. côſ. ille Senatum conſuluit, Senatus negauit ſibi placere committi his Rempub. q̃ deſeruiſſent. Marcello tñ commiſit facere, quod uideretur, dum ne quis eorum munere vacaret, neue donaretur, neue quod præmium ferret, aut in Italiâ deportaretur, dum Pœni in ea fuiſſent. Liuius. Legatis militû, qui relegati poſtulabât vt in prælium ducerentur, Marcellus id nec iuris, nec poteſtatis ſuæ eſſe dixit: Senatui ſcripturû ſe, omniaq; de ſententia patrum facturum eſſe, literæ ergo Marcelli ad nouos Conſules allatæ, ac per eos in Senatu recitatæ ſunt, conſultusq; de his literis ita decreuit Senatus: militibus, qui ad Cânas commilitones ſuos pugnâtes deſeruiſſent, Senatui nihil videri Rempub. cômittédá eſſe, ſi Appio Claudio Procôſuli aliter uideret, faceret, q́ e Republica, fideq; ſua duceret, dû ne quis eorû munere vacaret, neue dono militari virtutis gratia donaret, aut in Italiâ reportaretur, donec hoſtis in terra Italia eſſet. [Diſtrinxit] nudauit, translatio ſumpta à gladio. [Vltra morte. condit.] Quia conditiones illorum morte ipſa atrociores fuerunt. [Munere] Dum ne quis illorum vacationé hêret militiæ, videlicet vt ſp militiam gererêt. [Aut dono] Vt ſi etiam fortiter geſſiſſet nullo munere militari donaret. [Sic eneruis] Sic viriles, & virtute pſtantes, molles & effœminatos odiſſe ſolet: qa Romani ſp viriles fuerunt. [Age q̃ grauiter Senatus tulit.] De hoc in cap. de ominibus abûdé ſatis dictum eſt: iá hic. Q. Petilius fuit, qui dixit hodie lethû capiá. i. morté, vbi fortiter pugnâdo occubuit. Front. lib. 4. cap. 1. Cum à Liguribus in prælio. Q. Petilius interfectus eſſet, decreuit Senatus vt ea legio, in cuius acie Conſul fuerat occiſus, tota infrequens referretur, ſtipendium ei non daretur annuum, æra reſcinderentur. Neq; ſtipendium anni procedere voluit, neque æra dari quæ meruerat: duplici ergo ſtipendio priuauit. [In curia vltione] Propter decretum ampliſſimi Senatus. [Conſimili animo] Liu. Dec. 3. Pun. bel. Hannibalem dicit ſecundum proſperam ad Cannas pugnam captiuos Romanos, quod nunquam antea fecerat benignè ſatis fuiſſe allocutum, eisq; ſe redimendi poteſtatem feciſſe, precium côſtituiſſe

Quin. Petilius. Côſul. à Liguribus interfectus.

ſe in capita, equiti quingenos nummos, tricenos pediti, ſeruo terdenos. & quanquam, aliquantô adijciebatur equitibus ad id precium, quo pepigerant dedentes ſe, lætos tñ quamcunq; conditioné accepiſſe. Romamq; legatos miſiſſe, Senatum non redimendos cenſuiſſe, diſuadente in primis T. Manlio Torq. priſco, & nimis duræ ſeueritatis viro, qui præter alias rationes, eorum ignauiam inſectatus, illam aſſerebat, quod cum P. Sempronio Tuditano, aufugere potuiſſent Cic. officiorum lib. vi. circa fi. Octo hominum millia inquit, tenebat Hannibal, non quos in acie cepiſſet, aut qui periculo mortis diffugiſſent, ſed qui relicti in caſtris fuiſſent à Paulo, & Var. Conſul eos Senatus nô cêſuit redimendos, cum id parua pecunia fieri potuiſſet, vt eſſet inſitû militibus noſtris, aut uincere, aut emori. [Sex milliû Romanorum] In numero diſſentiû Cic. & Liuio, qui octo millia fuiſſe dicunt. [Ille ne, aduerſus ſe.] Ne, pro vt, poſuit aperte hoc loco. [Qui Rhegium iniuſto bello] Frontinus eodem lib. & ca. In Legioné, inquit, quæ Rhegium oppidum iniuſſu Ducis diripuerat, animaduerſû eſt, ita vt quatuor millia tradita cuſtodiæ necarentur, præterea Senatuſconſulto cautum eſt, ne quem ex eis ſepelire, aut lugere fas eſſet. Abbreuiator Liuij non Romanos, ſed Campanos fuiſſe dicit: Campana inquit, Legio, q́ Rhegiû occupauerat obſeſſa, ſeditione facta, ſecuri percoſſa eſt. [Eorumq; nullum] Ad mortê vſq; ſeuire tolerabile eſt, vltra mortê inhumanum: ſicut de Achille legitur, qui in Hectoré mortuum ſeuijt. Virg. Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros: Exanimumq; auro corpus vendebat Achilles

Ed tempus eſt mentionem fieri, quoque] i. etiam eorum q́ iam adminiſtrata ſunt, non à ſingulis. ſ. Imperatoribus, ſed ab vniuerſo Senatu pro more militari obtinêdo, & defendendo. L. Martius Trib. militum, cum collegiſſet mira virtute reliquias duorum exercituum, uidelicet Publij, & Cnei Scipionum, quos. ſ. Scipiones arma Punica. i. Carthaginenſiû, abſumpſerât in Hiſpania: diſperſas. ſ. poſt Ducum cædem, & eſſet creatus Dux ſuffragijs. i. votis, aut vocibus earû. ſ. reliquiarû exercitus: ipſe ſcribês Senatui de rebus actis a ſe, orſus eſt in hunc modû. L. Martius proprætor. i. fortis, fungens officio Prætoris. [Cuius] ſ. Proprætoris honoris vſurpatione, non placuit Patribus Côſcriptis eû vti. i. vt amplius vteretur, quia Duces ſolerêt creari à populo. ſ. toto in Comitijs, non à militibus. ſ. tantum in caſtris, qui tñ mos poſtea inualuit. [Quo t pe iá angulia] tempus [illegible] tatis pleno, l áq, graui. i. duro, & moleſto, ppter immanem. i. maximû damnû Reipub. êt Tribunus militû erat adulandus. i. adulatione in officio retinendus, qui quidem vnus. i. ipſe ſolus, ſuſfecerat ad corrigendum ſtatum totius Ciuitatis, q a pene deperditû reſtituit. ſed nulla clades fuit valêtior. i. plus potuit, & nullû meritû fuit valêtius diſciplina militari: quia maluiſſêt nouâ cladê accipere, & Tribunû ſibi iratû reddere, q̃ diſciplinâ militaré frâgere. [Succurrebat. n. illis] ſ. Patribus Côſcriptis, [q́ animoſa] i. quam animi ſeueritate maiores eorû fuiſſe vſi in bello Tarentino, in quo viribus Reip. quaſſatis. i. concuſſis, & attritis. i. imminutis, & abſumptis, cû recepiſſent magnû numerû ciuium ſuorum miſſum à Pyrrho rege ultrô. i. ſine precio redemptionis: dixit. n. vt Cic. recitat apud Ennium, Dono ducite, doq; volentibus magnis Dijs: Decreuerût. i. ſententiá tulerût, vt ſup. ij ex his, qui meruerât. ſ. æra, & ſtipêdia equo. i. qui equites fuerât, militarêt in numero peditû. ſ. gregariorû, & q fuerant pedites, trâſcriberent in auxilia. i. ſupplementû, funditorû. i. vilîſſimorû peditû, non cominus, ſed eminus bellantium, Et decreuerût pariter, ne quis eorû têderet. i. têtoria figeret, intra caſtra, neue congereret vallo. i. ſepimento ex vallis. i. ſtipitibus, & terra facto, aut foſſa, locû aſſignatum ſup. eis, extra caſtra, neue. i. & ne haberet tentoriû ex pellibus. Aût, pro ſed, ipſi propoſuerunt iis recurſum ad priſtinum ordiné militiæ, ſi quis tuliſſet ex hoſtibus, bina ſpolia. i. duorum à ſe occiſorum, quibus ſupplicijs illi a Pyrrho remiſſi, compreſſi. i. anguſtiati, extiterunt. i. euaſerût, acerrimi hoſtes Pyrrhi, ex deformibus munuſculis Pyrrhi, quia dono eos miſerat, tanquam indignos, qui precio redimerentur. Ennius tñ (vt dixi) aliter interpretatus eſt id Pyrrhi donû. [Paré irá &c.] Senatus. ſ. Roma. diſtrinxit. i. exercuit parem. i. conſimilem iram, aduerſus illos qui deſeruerunt Remp. ſ. fugiendo, apud Cannas, vicum Appuliæ, vbi Romanus exercitus ab Hannibale profligatus eſt. Nam cum Senatus relegaſſet eos. ſ. milites, in Siciliam, videlicet, vltra côditionem mortalium, quia mortalibus nihil grauius morte accedere poſſe videtur, & tamé illis relegatio illa morte acerbior viſa eſt, literis acceptis à Marco Marcello, (qui tunc in Siciliá miſſus erat) i. quibus M. Marcellus à Senatu petijt, vt liceret ſibi vti opera eorû ad expugnationem Syracuſanorum

Ascen.

cuſanorum

cuſanorum[Reſcripſit.]Senatus, eos eſſe indignos, qui reciperẽtur in caſtra.ſ.Rom.[Cæterum].i.ſed reſcripſit ſe permittere ei.ſ.Martello, vt faceret quod iudicaſſet expedire Reip.dum.i.dũmodo, ne quis.i.non aliquis ex eis.ſ.qui fugerant, vacaret.i. vacuus eſſet munere.i.onere militari, aut donaretur dono militię.i.inſigni præmio rei benè geſtæ; aut accederet in Italiam, donec hoſtes eſſent in ea. Sic virtus ſolet odiſſe animos enerues.i.molles, & imbelles.[Age quàm].i.quantum, grauiter tulit.i.paſſus eſt Senatus, quod milites erant paſſi.[Q.Petilium Cos.pugnantem fortiſſime aduerſum Ligures occidere].i. occumbere, & mori; vt aũt ſciatur quantum grauiter tulerit, dicit, Senatus neq; voluit ſtipendium.i.ſtipem, quæ pendebatur.i.ſoluebatur anni.i.pro anno ſequente integro, procedere.i.vlterius ratum haberi, neq; voluit æra.ſ.iam debita, dari, quia nõ obtulerunt.i.nõ obiecerunt ſe telis hoſtium pro ſalute Imperatoris.i.[Idq; decretum ampliſſimi ordinis]Videlicet Patrum Conſcriptorũ, ea ſtitit ſpecioſum, & æternum monimentum.i. ſepulchrum memoratiuũ.[Petilij].i.Conſulis interẽpti, ſub quo monimento, cineres eius, acquieſcunt, clari morte, in acie.ſ.obita, & clari vltione, in Curia.ſ.Senatoria; aut acquieſcunt in acie clari morte, & in curia clari vltione.i.animaduerſione in milites ignauos.[Conſimili, &c.]Proſequitur eiuſdem generis exẽplũ dicens. Senatus cũ Hãnibal feciſſet ei poteſtate redimendorum ſex millia Romanorum, quæ.ſ.Hannibal ſex iſta millia habebat in caſtris, capta: aut quos Romanos habebat in caſtris captos; ſpreuit cõditionẽ.i.noluit eos redimere, memor tantã multitudinẽ iuuenũ armatorũ, ſi voluiſſet honeſte mori, non potuiſſe capi.[Quorum].ſ.militũ, aut ſex milliũ neſcio vtrũ maius dedecus.i.probrũ fuerãt, quod patria nihil ſpei repoſuerit in his, an quod hoſtis nihil metus repoſuerit, in his, aut in eis hæc.ſ.patria ducendo.i.æſtimando paruũ, vt ſup.pugnarent pro ſe, ille ducendo paruũ, ne dimicarent aduerſum ſe.[Sed cum Senatus excubuerit].i. vigilauerit aliquoties pro diſciplina militari ſeuerè.i.cum ſeueritate, & grauitatẽ, neſcio an ſup.excubuerit pro diſciplina mil.præcipuè tunc, cũ incluſit carcere milites, qui occupauerant.i.inuaſerant, Rhegiũ.ſ.oppidum bello iniuſto.i.nõ legitime indicto, & Bubelio Duce mortuo delegerant M.Cęſium ſcribam eius, (quem nunc Cancellarium dicunt) ſua ſponte.i.non inuitati a Senatu.i.nõ mãdato Senatus. Imperatorẽ. Ac M.Furio Flac.Trib.pl.denũciãte, ne ſ.Senatus animaduerteret in ciues Rom.aduerſus.i.contra morem maiorum, executus eſt nihilo minus propoſitum.i. vltimo ſupplicio eos affecit.[Cęterum].i.ſed vt id peragetetur cum minore inuidia, Senatus iuſſit quinquaginta.ſ.eorum, aut quinquagenos eorum, cæſos virgis per ſingulos dies, percuti ſecuri.i.decollari, & nulli.i.non vlli.i.corpora eorum mandari vlli ſepulturæ, & vetuit pariter mortem eorum lugeri.

Treo- QVo tempore]Pyrrhus Epirotarum Rex in Italiã copias traiecit aduentu eius deterriti Rhegini, ſimul etiã, quod Carth.tunc mari dominantes metuebant P.R.opem, atq; præſidium poſtularunt. Miſſi à Romanis ad eos milites aliquadiu vrbem tutati, fidem ciuitati ſeruauerunt. Erant numero quatuor millia hominum, quibus Duces præerant Decius, & Campanus. Sed tandem Mamertinorũ exẽplo permoti, & eos tanti facinoris conſpiratores habentes, ipſi quoq; Rheginis fidẽ violãt, tũ rei opportunitate, tum Rheginorum opulentia pellecti, ciues alios ex vrbe depellunt, alios cędunt: deniq; vt Mamertini Meſſanam, ita Rhegiũ detinent Romani: hanc Rheginorũ calamitatẽ graui, & iniquo animo licet ferrent Romani, ſuperioribus tñ bellis occupati, ſubſidiũ ferre nõ poterãt. Cõfecto demũ bello, Rhegium profecti, vrbẽ obſederũt, ac tandẽ expugnarũt, interfectis cõpluribus, qui in ipſa ẽt victoria præſcij, quid paſſuri forent, ſi ſuperuiuerent, vſq; ad extremũ fortiſſime repugnarũt: trecenti ſolum viui in poteſtatem redacti, quos Romam eueſtigio emiſſos Cos.in forũ produci, ac virgis cędi, & tandem ſecũdum patrię morem ſecuri percuti fecerunt, quo & illi ſcelerati facinoris pœnas darent, & ipſi ſuam erga ſocios fidem, quantum fieri poſſet confirmarent, hanc hiſt.li.1.Polybius refert.

EXTERNA EXEMPLA.

DE CARTHAGINENSIVM SENATV.

Pli. de viris illuſ. de Cn. Duellio.

*LENITER hoc Patres C.ſi Carthaginenſium Senatus in militiæ negocijs procurandis violentiã intueri velimus, à quo Duces bella prauo conſilio gerentes, etiam ſi proſpera fortuna ſubſecuta eſſet, *cruci tamẽ affigebãtur: quod bene geſſerant Deorum immortaliũ adiutorio: quod malè commiſerant, ipſorum culpę imputantes.* * De cruce.

LENITER] Aptè tranſit ad externa, & primo ad Senatus Carth.exemplũ, dicens. Patres Conſcripti.ſ.Rom.Senatus ſup.fecerunt leniter.i.parum vehementer, hoc.ſ.quod dictum eſt, ſi velimus intueri violentiam Senatus Carth.in negocijs militiæ procurandis à quo.ſ.Senatu, Duces.ſ.Carth.gerentes bella prauo conſilio.i.modica prudentia, ẽt ſi proſpera fortuna eſſet ſubſecuta, tamen affigebantur cruci, affigebantur inquam cruci à Senatu imputante adiutorio Deorum immortalium, quod benè geſſerant, & culpæ ipſorum.ſ.Ducum, quod cõmiſerant malè.i.inconſultè. Sunt qui legãt imputanter, ſed ordo nõ ſtat, niſi dicamus. Et erant imputantes, &c. quod tamen eſt à ſtilo orationis Valerianæ abhorrens. Oliv.

DE CLEARCHO.

*CLEARCHVS verò * Lacedæmoniorum Dux egregio dicto diſciplinam militiæ continebat. Identidem exercitus ſui auribus inculcando, à militib. Imperatorẽ potius, quàm hoſtem metui debere. Quò apertè denunciabat futurum, vt ſpiritum pęnæ impenderent, quem pugnæ acceptum ferre dubitaſſent. Idq; à Duce præcipi non mirabantur, maternarum blanditiarum memores: quæ exituros eos ad præliandum monebant, vt aut viui cum armis in conſpectum earum venirent, aut mortui in armis referrentur. Hoc intra domeſticos parietes accepto ſigno, Spartanæ acies dimicabant. Sed aliena proſpexiſſe tantummodo ſatis eſt, cum proprijs, multoq; vberioribus, & fęlicioribus exemplis gloriari liceat. Diſciplina militaris acriter retenta, principatum Italiæ Romano Imperio peperit: & multarum vrbium, magnorum Regum, validiſſimarum gentium regimen, largita eſt: fauces Pontici ſinus patefecit: Alpium, Taurią; montis conuulſa clauſtra tradidit, ortumque è paruula Romuli caſa, totius terrarum orbis fecit columen. Ex cuius ſinu quoniam omnes triumphi manarunt, ſequitur, vt de iure triumphandi dicere incipiam.* *Fron.lib. 4.ca.1.

INCVLCANDO]Ingerendo.[Vt ſpiritum pœnæ impenderent]Ex eo, inquit, quod dicebat magis Imperatorẽ, quàm hoſtem metui debere ſignificat fore, vt vitam, quàm honeſte pugnando effundere, dubitaſſent, eam pro pœna delicti turpiter amitterent; hoc etiam Front. Clearchus Dux Lacedęmoniorũ, exercitui dicebat, Imperatorem plus quam hoſtem metui debere, ſignificans eos, qui in prelio dubiam mortem timuiſſent, certum ſi viaiſſent de ſe manere ſupplicium, vt intelligerent ſibi poſt prœlium mortẽ certã expectandã eſſe.[Maternarũ blandit. memores]Legitur, quod mater quædam cum Diropetrion filiũ audiſſet ignauum, & matre indignum, illum ſuis manibus extinxiſſe, vnde, & verſus cõſtat. Hunc timidum mater, Diropetrion ipſa necauit. Nec dignum matre, nec Lacedæmonium. Matres autem filios in prœlium exeuntes breuibus admonebant dicentes, aut hunc, aut in hoc; videlicet uel hunc Clipeum, referas viuus, vel in hoc mortuus referaris.[Fauces Pontici ſinus] De hoc ait Cic.In oratione pro Archia poeta. Pop.enim Rom.aperuit Lucullo imperante Pontum, & Regijs opibus quondam, & natura regionis vallatum: nam Lucullus contra Mitridatem regem Pont. miſſus eſt, & victoriæ aditum patefecit, quam amplam poſtea Pomp.conſecutus eſt.[Validiſſimarum gentium.] P.Q. Flaminius in Græciam miſſus eam vniuerſam Romano ſubegit Imperio, & liberam eſſe voluit, vnde cum præco iuſſus eſſet ad hanc vocem canere, videlicet vt Græciam liberam eſſe nunciaret; tantus dicitur clamor ſubſecutus, vt aues ſupra volantes hoc clamore repercuſſæ in terram prolapſæ ceciderint, vt ſupra notatum eſt.[Parua Romuli caſa] Tugurium illud, in quo Romulus adhuc paſtoralem vitam agens, dicitur habitaſſe: quod poſtea Roma. refecerunt ſuo tempore in parentis ſui memoriam ſempiternam. Oliv. Clearch. Spar.Dux

ASCEN. Clearchus verò,&c.] Paucis percurrit exempla externa, aſſerens duo Lacedæmoniorum, & purgans, ꝙ non plura afferrat externa, eo ꝙ tot ſuperſint domeſtica, vnde cum laude Romanæ diſciplinæ titulum hûc claudit. Ordo aũt eſt. Verò, pro ſed, Clearchus Dux Lacedæmoniorũ, continebat. i. conſeruabat diſciplinã militiæ egregio dicto, inculcando identidem. i. per interualla temporis, auribus exercitus ſui, Imperatorem debere potius metui a militibus, q̃ hoſtem. [Quo] .ſ. dicto, denunciabat apertè, futurum, vt ipſi impenderent pęnæ. i. vltioni ab Imperatore expectandæ, ſpiritum .ſ. vitalem, quem dubitaſſent ferre acceptũ. i. impendere pugnæ .ſ. honeſtæ. Et ipſi milites Lacedæmonij non mirabantur id præcipi à Duce. [Memores]. i. eo, ꝙ eſſent memores blanditiarum maternarũ. i. blandiũ virilium tã iuſſorũ matrũ ſuarũ, quæ abeuntibus dabant, cũ aliarum nationum matres blandiri ſoleant, vnde ſeuera illarũ mandata, ſpecioſè blãditias vocat, quæ .ſ. matres potius ſtrenuæ quã blãdæ monebãt eos exituros ad prœliandũ, vt aut venirent viui in conſpectum earum cum armis. i. non amiſſis illis. nec abiectis, aut referrentur mortui in armis vtpote in clypeo, aut ſcuto. [Acies Spartanæ. i. Lacedæmoniæ dimicabant hoc ſigno. i. vexillo, hoc eſt hoc monitu, loco vexilli accepto intra parietes domeſticos, quia à matribus. [Sed aliena proſpexiſſe tantũmodo ſatis eſt]. i. de longe vidiſſe tantummodo aliena ſup. exẽpla militaris diſciplinæ: cum liceat gloriari exemplis proprijs. i. domeſticis, & multo vberioribus, ac fęlicioribus. Nam ſup. diſciplina militaris retenta acriter, peperit Imperio R. principatum Italiæ; & largita eſt, ſup. ei, regimen magnorum Regum, & validiſſimarum gentium; & patefecit ei fauces ſinus Pontici .ſ. maris; & tradidit claustra Alpium, & Tauri montis compulſa. i. vi diffracta; & fecit ipſum Imperiũ R. ortum è parua caſa. i. humili tugurio Romuli, columen. i. faſtigium totius orbis terrarum. Ex cuius. i. Imperij R. ſinu, quoniam omnes triumphi manarunt, ſequitur. i. conſequens eſt, vt dicere incipiam de iure triumphandi.

DE IVRE TRIVMPHANDI.
Cap. III.

*OB leuia prælia quidã Imperatores triumphos ſibi decerni deſiderabant; quibus vt occurreretur, lege cautũ eſt, ne quis triumpharet, niſi quinq; millia hoſtium vna acie cecidiſſet. Non enim numero, ſed gloria triumphorum excelſius vrbis noſtræ futurum decus maiores exiſtimabant. Cæterum ne tam præclara lex cupiditate Laureæ obliteraretur, legis alterius adiutorio fulta eſt, quàm L. Marius, & M. Cato, Trib. pl. tulerunt, pœnam enim Imperatoribus minatur, qui aut hoſtium occiſorum in prœlio, aut amiſſorum ciuium falſum numerum, literis Senatui auſi eſſent referre. Iubetq; eos, cum primum vrbem intraſſent, apud * Quæſtores vrbanos iurare de vtroq; numero verè ab his Senatui eſſe ſcriptum. Poſt has leges iudicij illius tempeſtiua mentio introducetur, in quo de iure triumphandi inter clariſſimas perſonas, & actum, & excuſſum eſt. Luctatius Cons. & Q. Valerius Prætor circa Siciliam inſignem Pœnorum claſſem deleuerãt, quo nomine Luctatio Cons. triumphum Senatus decreuit. Cum autem Valerius ſibi eum quoque decerni deſideraret, negauit id fieri oportere Luctatius, ne in honore triumphi minor poteſtas maiori æquaretur, pertinaciusq; progreſſa contentione, Valerius ſponſione Luctatium prouocauit, non ſe petiturum triumphum, niſi ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa: nec dubitauit reſtipulari Luctatius: Itaque iudex inter eos conuenit Attilius Calatinus, apud quem Valerius in hunc modum egit: Conſulem ea pugna in lectica claudum iacuiſſe, ſe autem omnibus Imperatorijs partibus functum. Tunc Calatinus, prius quàm Luctatius cauſam ſuam ordiretur: quæro inquit, Valeri à te, ſi dimicandum nec ne eſſet, contrarijs inter vos ſententijs diſſentiſſetis, vtrum quod Cons. an quod Prætor imperaſſet, maius habiturum fuerit momentum? Reſpondit Valerius non facere ſe controuerſiam, quin priores partes COS. eſſent futuræ. Age deinde inquit Calatinus: Si diuerſa auſpicia accepiſſetis, cuius magis auſpicio ſtaretur? Idem reſpondit Valerius, COS. Iam mehercule, inquit, cum de Imperio, & auſpicio inter vos diſceptationem ſuſceperim, & tu vtroque aduerſarium tuum ſuperiorẽ fuiſſe fatearis, nihil eſt quod vlterius dubitem. Itaque Luctati, quamuis adhuc tacueris, ſecundum te litem do. Mirificè iudex, quod in manifeſto negocio tẽpus teri paſſus non eſt. Probabilius Luctatius, quòd ius ampliſſimi honoris conſtanter defendit. Sed nec Valerius quidem improbè, quia fortis, & proſperę pugnæ vt non legitimum, ita ſe dignum præmium, petijt.*

* Sed intrare ante triumphũ non licebas.

OB Leuia prælia quidã Imperatores triumphos] Trãſit ad capitulum de triumphis, & oſtẽdit Imperatores R. nõ niſi de maximis victorijs triumphaſſe; nam lege cautum erat, ne cui triumphus decerneretur, niſi quinque millia hoſtiũ vna acie proſtrauiſſet. Erat autem triumphus maximus honor qui dabatur Imperatoribus R. qui quatuor albis equis inaurato currui iunctis, capite laurea coronato, in Capitolium vehebantur, præcedentibus captiuis catenatis, & præeunte Senatu in Iouis Optimi Maximi templum deuecti, immolato tauro albo, ad proprias ædes redibant Quis autem primus in vrbe Ro. triumphauerit, varia eſt ſcriptorum ſententia, nam alij Camillum, alij Tarquinium Priſcum, alij Val. Publiculam fuiſſe tradũt. [Obliteraretur] Obliuioni traderetur, deleretur. [Fulta eſt] Nec enim lex illa per ſe ſatis valida erat, potuiſſent enim Imperatores cupiditate triumphi falſum occiſorum hoſtium numerum referre. [Luctatius Cons.] Hic contra Pœnos Siciliam inuadentes miſſus eſt, qui cum nauali prœlio intereſſe non poſſet propter malam corporis valetudinem. Q. Val. Prætor claſſem hoſtium deleuit, tempore quoque Cõſulatus Luctatij diuerſæ aquarum, igniumq; clades penè vrbem abſumpſerunt. [Reſtipulari.] Stipulari ſignificat ſtipem, hoc eſt pecuniam obligare, tractum autem eſt à ſtipe quæ ſpecies erat nũmiſmatis: ſtips autem dicta eſt, à ſtipando, nam antiqui pecuniam penſare, non numerare ſolebant, quàm pecuniam æs graue Liu. appellat, & Plin. lib. 33. Militum inquit, ſtipendiorum hoc, eſt ſtipiũ ponderandæ penſatores, libripendes dicuntur; vnde etiam nomina nummis remanſerunt apud antiquos à penſatione, ſicut aſſis, dodrans, quadrans, vncia, minæ, denarius, & ſimilia: ergo pecuniam non in loculis ſeruare ſolebant, ſed in theſauris ſtipare, & condenſare, nam ſtipare eſt in locum anguſtum reponere, ergo reſtipulari eſt retro ſe obligare. i. contra ſponſionem à Valer. factam pecuniam obligare. [Conuenit] Placuit. [Iudex] Attilius Calat. Hic Conſul, cum à Pœnis in locum circumſeſſum temerè exercitum duxiſſet, M. Calpurnij Tribuni militum virtute, & opera euaſit, qui cum trecentis militibus eruptione facta hoſtes in fugam conuertit omnes. De Attilio Calatino Cic. in Cato. Maiore. Quanta authoritas fuit in Lucio Cęcilio Mettello, quanta in Attilio Calatino, in quem illud eulogium, vnicum & primarium populi fuiſſe virum, notum eſt carmen inciſum in ſepulchro. [Claudum] Quia Conſul morbo erat implicitus, miſſus eſt hic Val. Prætor. [Vtrum] An non, tantum valet, necne. [Litem do.] id eſt dico, & eſt verbum iuris, verbi ſignificatio etiam apud Grammaticos inuenitur. Virgi. Sed tamen iſte deus, qui ſit, da Tytire nobis. Ergo dare litem, eſt ius diſceptationis dicere. [Vt non legitimum] Quia ſibi lege non debebatur, ſed Conſuli.

OB leuia, &c.] Locuturus de triumphis Romanis, præmittit duas leges latas de iure triumphandi, dicens. [Quidã Imperatores]. ſ. Romani, deſiderabant triũphos decerni ſibi ob quędã prælia leuia. i. facilia, & modici ſudoris, quibus vt occurreretur. i. reſiſteretur, cautũ eſt lege, ne quis triumpharet, niſi cecidiſſet. i. interemiſſet, vna acie quinque millia hoſtium. [Enim pro quia, maiores. i. priſci Romani, exiſtimabant decus vrbis noſtræ futurum excelſius, non numero. i. multitudine triũphorum, qui quamplurimi fuiſſent, ſi ob leuia prœlia triumphare licuiſſet, ſed gloria .ſ. triumphorum, quæ ex difficultate, & magnitudine victoriæ naſcitur. [Cæterum ne tam præclara lex] obliteraretur. i. deleretur, aut antiquaretur, cupiditate laureę, id eſt ASCEN.

coronæ

corona triumphalis, ipſa eſt fulta adiutorio alterius legis, quã L. Marius, & M. Cato Trib. pl. tulerunt. Enim pro quia, lex ſup. illa minatur Imperatoribus pœnam, qui auſi eſſent referre literis. i. ſcribere Senatui, falſum numerum hoſtium occiſorum in prælio, aut ciuium amiſſorum, iubet eos. ſ. Imperatores triumphum petentes, cum primum intraſſent vrbem, iurare apud Quæſtores vrbanos, verè ſcriptum eſſe ab his Senatui de vtroq; numero. ſ. tã hoſtium, quã ciuiũ cæſorum. Mentio iudicij illius, in quo & actum, & excuſſum eſt inter clariſſimas perſonas, introducetur têpeſtiua. i. opportuna, & debita ſerie poſt has leges. ſ. iam dictas. Luctatius Coſſ. & Q. Val. Prætor, deleuerant inſignẽ claſſem Pœnorum circa Siciliam; quo nomine. i. gratia cuius meriti, Senatus decreuit Luctatio Conſuli triumphum. Aũt pro ſed, cum Val. quoque deſideraret eum. ſ. triumphum decerni. i. addici, aut adiudicari ſibi, Luctatius negauit id oportere. i. decere (hoc loco) fieri, ne minor poteſtas, vtpote Prætoria, æquaretur maiori. ſ. Conſulari, in honore triumphi, & cõtentione progreſſa pertinacius. Val prouocauit Luctatium ſpõſione. i. depoſitione tanti, quanti intereſſe poſſet, nõ ſe petiturum. i. quod ſpopondit, & depoſuit velle probare, ſe non petiturum triumphum, niſi Punica claſſis eſſet oppreſſa, ſuo ductu; nec Luctatius dubitauit reſtipulari. i. ecõtrario deponere. Itaq; iudex iter eos Attil. Calat. conuenit. Iacuiſſe in lectica claudũ ea pugna. i. dũ pugna fieret, qua claſſis oppreſſa erat, ſe aũt ſunctũ omnibus partib. Imperatoris. Tunc Calatinus, inquit, prius, quam Luctatius ordiretur cãm ſuam; ò Val. ego quæro à te, ſi vos diſſentiſſetis ſententijs. i. ſi fuiſſetis diſcordes in ſententijs, dimicandum, nec ne eſſet. i. vtrum dimicandum eſſet, an non, vtrum id, quod Conſul imperaſſet, an id quod Prætor imperaſſet, fuerit habiturũ maius momentum. i. plus auctoritatis ad mouendam rem ad executionẽ. Valer. rñdit, ſe non facere controuerſiam. i. non diſſentire, nec inficiari, quin priores. i. potiores partes eſſent futuræ Conſulis. i. quin Imperio Conſulis eſſet parendum. Deinde Calatinus inquit Age ſi accepiſſetis diuerſa auſpicia, cuius. i. vtrius veſtrũ auſpicio ſtaretur magis? Val. reſpondit idem. i. ſimiliter, Conſulis. i. quod ſtaretur magis auſpicijs Cõſulis. Et Calatinus ſup. inquit ſiam me Hercule ſ. ita iudicante, vt verum dico, cum ſuſceperim inter vos diſceptationem imaginariam de Imperio, & auſpicio, & tu ò Valeri fatearis aduerſarium tuum. ſ. Luctatium Conſulem, fuiſſe ſi ita eueniſſet, ſuperiorem in vtroq; tã in Imperio, quàm in auſpicio, nihil eſt quod dubitẽ vlterius. ſ. de cã veſtra, [Itaq;]. i. & ita ò Luctati, ego do litem. i. iudico ſecundũ te i. pro te, quamuis tacueris adhuc. Mirthcẽ ſupp. egit, iudex, quod vel qui non eſt paſſus tempus teri. i. fruſtra tranſigi in negocio manifeſto. Luctatius ſup. egit probabilius, quod defendit conſtanter ius ampliſſimi honoris, videlicet Conſularis. [Sed nec Vale. quidẽ improbè] ſup. egit, quia ipſe fortis, petijt præmiũ pugnæ proſperæ]. ſ. geſtæ proſpero ſucceſſu vt non legitimum, quia ex lege debebatur Conſuli, ita dignum ſe, quia vir fortis erat.

DE CN. FVLVIO FLACCO.

*QVID facias * Cn. Fuluio Flacco qui tam expetẽdum alijs honorem triumphi, decretum ſibi à Senatu ob res bene geſtas ſpreuit, ac repudiauit. Nimirum non plura percerpens, quàm acciderunt. Nam vt vrbem intrauit, continuo quæſtione publica afflictus, exilio mulctatus eſt, vt ſi quid religionis inſolentiæ commiſiſſet, pœna expiaret.*

* Partem refert Liuius li. 26.

OLIV. QVID facias Cn. Ful. Flac.] Hic Ful. Flac. triumphũ contempſit qui primo ſubegit Vareolos in Illyrico, deinde alio tpe Alpinos Ligures domuit, miſſus quoque in auxilium Maſſilienſium, aduerſus Saluios Gallos, qui fines Maſſilienſium depopulabantur, demum cum Aetolis bellauit; qui cum Ambraciam ciuitatem eorum diu machinis expugnare tentaſſet, nec eam capere poſſet, & ad extremum neceſſitate oppidani compulſi ſupplices Conſulem oraſſent, vt eos in deditionẽ accipere vellet, ille omnino id facere recuſauit, nec prius flecti potuit, quàm precibus Rhodij cuiuſdam Attici à Senatu miſſi imperatum eſt, vt eos in deditionem acciperet, quod grauiter tulit Senatus, viſus eſt. n. contra religionem feciſſe, ſupplices in deditionem venire volentes, repudiare. [Ob res bene geſtas] Quia omnem Aetoliam Rom. ſubegit Imperio. [Nimirũ non plura percerpens quam acciderunt.] Quaſi mens eius præſaga eſſet futuri, quia videlicet poſt triumphum mulctãdus eſſet exilio, ſi triumphaſſet. [Percerpens] Sine dubio abundat, ſenſus. n. à ſuperiori pendet, nimirũ nõ plura facias, quã acciderũt. [Quæſtione publica] Quia in iudiciũ accitus eſt, quod oppidanos in deditionẽ accipere noluiſſet, quod cõtra religionẽ eſſe videbat. [Mulctatus] Punitus. [Expiaret] purgaret [Inſolentia] Qua triumphũ cõtempſiſſe iudicatus eſt, huius. n. inſolẽtiæ reus, exilio damnatur.

ASCEN. QVid facias, &c.] Affert cõtrarium exemplum, vtpote eius qui triumphum contempſit; ſed præſagio quodã imminentis contumeliæ, dicens. [Quid facias Cn. Ful. Flac.] Qui ſpreuit & repudiauit honorem triumphi decretum ſibi à Senatu. [Ob res bene geſtas] tam. i. tantopere expetendũ alijs. i. quem alij tantopere expetiſſent.] Nimirum]. i. haud dubiè præcerpens. i. antequam euenirent carpẽs, de infortunio ſuo non plura quàm acciderunt. ſ. paulo poſt. (Sunt qui legant percerpens, quod Oliuer. ſentit, ſed mihi placet præcerpens legere) Nam vt. i. ſtatim poſt quam intrauit vrbem. ſ. Romam, afflictus continuo quæſtione. i. inquiſitione de vita eius, mulctatus eſt exilio. i. pro mulcta tulit exilium, vt ſi commiſiſſet quid. ſ. aliquid religionis. i. contra religionem, inſolentia. i. per inſolentiam ſuam, aut quod ſacrum illum honorem ſpreuerat, expiaret. i. purgaret illud, pœna. i. mulcta exilij.

DE Q. FVLVIO, ET L. OPIMIO.

*SAPIENTORES igitur * Q. Fuluius, qui Capua capta, & L. Opimius, qui Fregellanis ad deditionem compulſis, triumphandi poteſtatem à Senatu petierunt. Vterq; editis operibus magnificis, ſed neuter petitæ rei compos. Non quidem inuidia Patrum C. cui nunquam aditum in Curia eſſe voluerunt: ſed ſumma diligentia obſeruandi iuris, quo cautum erat, vt pro aucto Imperio, non pro recuperatis, quæ Pop. Ro. fuiſſent, Triũphus decerneretur. Tantũ enim intereſt adijcias aliquid, an detractum reſtituas, quantum diſtat beneficij initium, ab iniuriæ fine.*

* De Capua Liu. lib. 26. de Fregellis lib. 60.

OLIV. SAPIENTORES igitur Q. Ful. & L. Opimius] His triũphus à Senatu denegatus eſt, quod quidquid per eos geſtũ fuerat, ad acceſſionem Imperij non pertinebat, nihil. n. Imperio Ro. per ipſos additum, ſed reſtitutum fuiſſe videbatur, quod amiſſum fuerat: triumphare autem non, niſi qui imperium auxiſſent, lege licebat.

ASCEN. SApientiores igitur, &c.] Ea ſuo iudicio cenſet eos qui cum repulſa triumphum petierunt ſapientiores eo, qui reſpuit, in qua reſentire videtur Cnæũ illũ Fuluium Flac. ſi triumphum ſibi decretum non repudiaſſet, exilij pœnam non fuiſſe daturum. Ordo eſt. Igitur, quia Cn. Fuluius, qui reſpuit triumphum malè mulctatus eſt. [Q. Ful. qui Capua] Vrbe præcipua Campaniæ Italicæ, & Lucius Opimius, qui Fregellanis ad deditionem compulſis, petierunt à Senatu poteſtatem triumphandi, Sapientiores, ſup. fuerunt quàm Cn. Fuluius eo quod qui triũphum petit ſe de Rep. optimè meritũ ſignificat. Vterq; ſup. fuit magnificus, operib. editis. i. præclarè geſtis, & in lucẽ datis, ſed neuter ſup. fuit cõpos rei petitæ, hoc eſt triumphi, nõ quidẽ ſup. cõpos nõ fuit inuidia. i. propter inuidiã Patrum Cõſcriptorum, cui. ſ. inuidiæ nunquã voluerunt eſſe aditum. i. acceſſum in Curiã, ſed ſumma diligentia iuris obſeruandi, quo. ſ. iure erat cautum. i. cautè ſancitum, vt triumphus decerneretur pro Imperio. ſ. Romano aucto, non pro recuperatis ſup. rebus, aut oppidis, quæ fuiſſent ſup. prius P. R. [Enim] pro quia tantum intereſt. i. diſtat, & refert, an ſup. adijcias aliquid. ſ. ad Imperium, aut aliud caput, aut reſtituas detractum tantum. n. inter augere, & recuperare Imperium intereſt quantum inter initium beneficij, quod facit qui rem auget: diſtat à fine iniuriæ, quẽ facit, qui ablata recipit.

DE P. SCIPIONE, ET M. Marcello.

*QVINETIAM * ius de quo loquor, ſic cuſtoditum eſt, vt P. Scipioni ob recuperatas Hiſpanias, M. Marcello ob captas Syracuſas, triumphus non decerneretur; quòd * ad eas res gerendas ſine vllo miſſi erant Magiſtratu. Probentur nunc cuiuslibet gloriæ cu-*

* Liu. lib 26. & 28
* Erãt tñ Procoſ. q non hñt auſpicia.

pidi: qui ex deſertis montibus, Myroparonumq; piraticis roſtris, laudis inopes, Laureæ ramulos feſtinabunda manu decerpſerunt. Carthaginis Imperio abrupta Hiſpania, & Siciliæ caput abſciſſum Syracuſæ, triumphales iungere currus nequiuerunt: & quibus viris? Scipioni, & Marcello: quorum ipſa nomina inſtar ſunt æterni triumphi. Sed clariſſimos ſolidæ, vereq; virtutis auctores, humeris ſuis ſalutem patriæ geſtantes, & ſi coronatos intueri Senatus cupiebat, iuſtiori tamen reſeruandos laureæ putauit. His illud ſubnectam. Moris erat ab Imperatore triũphum ducturo Cons. inuitari ad cęnam, deinde rogari, vt venire ſuperſedeant, ne quis eo die, quo ille triumphauerit, maioris in eodem conuiuio ſit Imperij. Verum quãuis quis pręclaras res, maximeq; vtiles Reip. ciuili bello geſſiſſet, Imperator tamen eo nomine appellatus nõ eſt, neq; vllæ ſupplicationes decretæ ſunt, neq; aut ouans, aut curru triũphauit, quia vt neceſſariæ iſtæ, ita lugubres ſemper exiſtimatę victoriæ ſunt: vtpote non externo ſed domeſtico parta cruore. Itaq; & Naſica Tiberiũ Gracchum, & Opimius C. Gracchi factioſos, mœſti trucidarunt.*

* Plut. in probl.

* Plut. in vita.

OLIV.

PROBENTVR nunc] Ironia eſt, nã damnat Duces qui ex nimia victoria triumphũ petebant. [Cuiuslibet,] & nimiæ, cuiuſq; laudis. [Ex deſertis montibus] Quod modicę laudis eſt, nam pugnare vbi nemo reſiſtit, nulla difficultas eſt. [Myroparonumq;] nauium piraticarum. Myroparo dicitur Scapha.i. nauicula, & nauis piratica, vnde & ipſi piratæ Myroparones aliquando dicuntur. [Ramulos] Diminutiuo vtitur, vt laudẽ eorum paruam admodum oſtendat eſſe. [Feſtinabunda] quia nondum res geſſerant, quibus merito ſibi triumphus decernatur. [Abrupta] Adempta. [Eo nomine] Ea de cauſa. [Ouans] Ouabat qui hoſtes in fugam vertiſſet, qui autem ouabat equo albo per vrbem vectus in Capitolium aſcendebat, & ibi ouem ſacrificabat, vnde ouare dictum eſt, vt Seru. placet. Feſtus Pomp. dicit, ouare dictum eſſe à voce eorum, qui ouantem ſubſequebantur. [Itaque Naſica Tib. Gracchum] De cede Gracchorum ſatis ſupra dictum eſt in cap. de Somnijs. Opimius verò Conſul ſimili modo C. Brutum necauit.

Ouatio.

ASCEN.

QVinetiam, &c.] Oſtendit ius ſeruatum in alijs viris, & ijs quidem facile principibus, dicens. [Quinetiã ius].ſ. triũphandi de quo loquor, eſt cuſtoditum.i. obſeruatum ſic, vt triumphus non decerneretur P. Scipioni ob Hiſpanias recuperatas, nec ſupp. M. Marcello ob.i. propter Syracuſas captas.ſ. ab eo, q.i. quia miſſi erant ad eas res gerendas, ſine vllo magiſtratu.i. ſine aditione magiſtratus, non.n. miſſi erant, vt Conſules, aut vt Dictatores, aut Prætores, &c. ſed vt priuati, cum auctoritate tamen pub. [Probentur].i. commendentur, nunc poſtquam tales viri pro tantis rebus non obtinuerunt triumphum, & ita eſt Ironia, cupidi cuiuslibet gloriæ qui inopes laudis.ſ. veræ, aut conſtruatur cum dictione ramulos, ſic, qui decerpſerunt manu feſtinabunda.i. nimis accelerante, ex montibus deſertis, & ita ignotis, ramulos laureæ inopes laudis.ſ. veræ, & ex roſtris, pyraticis Myroparonum.i. paruarũ nauiũ ſup. coronã naualem, aut etiam lauream triumphalem, ſed inopem laudis. [Hiſpania abrupta].i. virtute Scip. auulſa Imperio Carthaginis, & Syracuſæ caput Siciliæ.i. princeps vrbium in Sicilia abſciſſum.ſ. ab Imperio Carthaginis, virtute Marcelli, nequiuerunt iungere currus triumphales, & quibus viris ſupp. nequiuerunt iungere? Reſpondet Scipioni & Marcello, quorum nomina ipſa, ſunt inſtar.i. æquiparatio æterni triumphi. [Sed etſi].i. quanquam Senatus cupiebat intueri clariſſimos auctores ſolidæ & veræ virtutis, geſtantes humeris ſuis ſalutem patriæ, coronatos.ſ. triumphali corona, tamẽ putauit eos ſup. reſeruandos laureæ iuſtiori.i. iuſtius ſuſceptæ. [His illud, &c.] Addit exẽpla de modeſtia in ciuili bello dicẽs. [Ego ſubnectam his].ſ. iam dictis illud.ſ. quod ſequitur.] Moris erat Conſules inuitari ad cœnam ab Imperatore ducturo].i. qui docturus erat triumphum, deinde rogari, vt ſuperſedeant.i. omittant venire ad cœnam, ne quis eo die quo ille triumphauerit ſit in eodem conuiuio maioris Imperij.ſ. quàm triumphans, quia Conſul maior eſt non triumphans, quàm triumphans non Conſul. Verum quamuis quis geſſiſſet bello ciuili res præclaras, & maximè vtiles Reip. tamen non eſt appellatus Imperator eo nomine.i. ea de cauſa, aut ob id meritum, neque vllæ ſupplicationes.i. quas rogationes, & proceſſiones dicimus, decretæ ſunt ſup. ei, hoc eſt ad eius honorem, neq; aut ouauit.i. omnis pedibus ingreſſus eſt, vt in minori victoria facere ſolebant, aut triumphauit curru, quia vt iſtæ.ſ. ciuilis belli victoriæ exiſtimatæ ſunt neceſſariæ, ita exiſtimatæ ſunt ſemper lugubres, vtpote parte.i. acquiſitæ, non cruore externo, ſed domeſtico. [Itaque].i. & ita, & ſimul. [Naſica].ſ. Scip. & Opimius trucidarunt mœſti, & ita nõ libenter, Naſica ſup. trucidauit Tiberium Grac. & Opimius factiones.i. conſcios, & fautores, factionis, Cai Grãchi ciuis Roma.

ET Opimius C. Gracchi factiones] Satis ex Annio Floro cõſtat, & Appiano. C. Gracch. fretum comitum manu fatale familiæ ſuæ Capitolium inuaſiſſe, inde proximorũ cęde depulſum, cum ſe in Auentinum recepiſſet, inde quoque obuia Senatus manu ab Opimio Conſule oppreſſum. THEO.

DE Q. CATVLO.

*Q. Catulus * Marco Lepido, collega ſuo cum omnibus copijs ſeditioſis extincto, moderatum prę ſe ferens gaudium, in vrbem reuertitur. * C. etiam Ant. Catilinæ victor, abſterſos gladios in caſtra retulit.*

Liu. li. 90

* Dion. li. 37.

QVINTVS Catulus & M. Lep.] Conſules creati erãt, ſed cum M. Lep. acta L. Syllæ reſcindere vellet, & ab eo proſcriptos in ciuitatem reſtitui, & eorum bona quæ Sylla, & populo & amicis ſuis donauerat ipſis reddi. Q. Catul. ex conſenſu bonorum reſiſtebat actionibus illius, cum igitur actionibus obtinere non poſſet, quod cupiebat, in Hętruriã profectus ingentes ibi copias comparauit, contra quem miſſi ſunt Q. Catulus, & Cn. Pomp. illum haud ita multo poſt fuderunt, atque fugarunt, ille rurſus ſe in Hętruriam, deinde in Sardiniam contulit, & ibi morbo, & peſtilentia perijt, Luc. vt Catulo iacuit Lepidus. [Abſterſos gladios] Quaſi ciuilem ſanguinem abominarentur. OLIV.

QVintus Catul.] Affert tertium ciuilis victoriæ ſine lætitia publica exemplum dicens. [Q. Cat.] Reuertitur in vrbem, prę ſe ferens.i. ſignis quibuſdam oſtendens, gaudium moderatum M. Lepido triumuiro collega ſuo.i. qui cũ Cõſul creatus fuerat extincto cum omnibus copijs.i. exercitibus ſeditioſis. [Caius, &c.] Affert, & quartum eiuſdem rei exẽpiũ dicens Caius etiam Ant. collega Cic. in Conſulatu victor Catilinę, ſaltem per legatum, nam ipſe pedibus ęger adeſſe non poterat, vt Saluſt. dicit, prœlio (Catilina autem per Saluſt. notiſſimus eſt, coniurauerat enim in Remp. & nobilitatem Romanam cum Lentulo, Cethego, aliiſq; perditis ciuibus) retulit gladios in caſtra abſterſos.ſ. ſanguine ciuili. ASCEN.

DE CINNA.

*L. Cinna, * & C. Marius hauſerant quidem auidi ciuilem ſanguinem: ſed non protinus ad templa deorum: & aras tetenderunt. Iam L. Sylla, qui plurima bella ciuilia confecit, cuius crudeliſſimi, & inſolentiſſimi ſucceſſus fuerunt, cum conſumata, ac conſtructa potentia ſua * triumphũ duceret, vt Græciæ, & Aſiæ multas vrbes, ita ciuium Rom. nullum oppidum vexit. Piget, tedetq; per vulnera Reipu. vlterius procedere: Lauream nec Senatus cuiquam dedit, nec quiſquam ſibi dari deſiderauit, ciuitatis parte lachrymante. Cæterum ad * Quercum pronæ manus porriguntur, vbi ob ciues ſeruatos corona danda eſt, qua poſtes Auguſtæ domus ſempiterna gloria triumphant.*

*Cic. Philip. 14.

* De Mithridate triumphauit.

App. an.

Mediſq; iubere quercum inquit Ouid.

LVCIVS Cinna, & C. Marius] Hi vrbe eiecti diuerſis factionibus hic à Sylla, ille ab Octauio paruo temporis interſtitio cõparatis, atq; cõiunctis exercitib. patriæ bellum intulerunt, nam cum Marius carcere liberatus, vt in cap de omnibus plenius vidimus ſe in Africam contuliſſet, au- OLIV.

Marianum bellum.

diſſerq; Romæ contentionem ortam eſſe inter Cinnā, & Octauium, vtpote vir bellicoſiſſimus ex Mauruſijs equites in Africa cõparauit, & ex agris robuſtiſſimos quoſq; delegit, impletiſq; 60. nauibus ex ea virorũ multitudine, Romam verſus nauigauit, ſeq; Cinnæ paulo ante expulſo Rom. coniunxit, qui ſegnio rib. factis iam Romanis, atq; & deſidia, & ſegnitie Ducum primo Hoſtiam, deinde Ianiculum, poſtremo vrbem ipſam occuparunt, q́ velut terram hoſtilem diripuerunt, & miſerabili cæde repleuerunt, poſt hanc igitur victoriam Cinna, & Marius de ſuis inimicis non triumpharũt. [Aras, &c.] Vt de victoria parta Dijs gratias agerent, ſacrificantes more triumphãtium. [Lucius Sylla, qui plurima bella ciuilia] Sylla multa bella ciuilia confecit, primum aduerſus Marium, & Sulp. orta de prouincia Ponti ſeditione. nam cum Mithridaticum bellum Syllæ, qui tum Conſul erat, demandatum foret. Q. Sulp. Trib. pl. aduerſæ factionis homo legem tulit, inuito Senatu, vt Mario Mitridatica prouincia cederet, cui rogationi, cũ reſiſtere Sylla ſumma ope vellet. Sulpitius cum armata manu in eum impetum fecit, ſtragem ingentem circa eum edidit, vbi Pompeij filius adoleſcens nobiliſſimus cæſus eſt. Sylla inter cædem difficulter elapſus, clàm nocte in caſtra contendit, exercitum oẽm aduerſus Sulpitium, & Marium concitauit, & cæſis legatis, qui ad accipiendum exercitum miſſi fuerant, ad vrbem properauit, quàm hoſtiliter ingreſſus cædibus, & incendio repleuit, nam dum hoſtes ſpectat, ſuorum nullam rationem habet, ſontes, & inſontes opprimit, deinde ſedato tumultu Imperio potitus, aduerſus Mitridatẽ profectus eſt, vbi cum paulo poſt audiſſet Marium, & Cinnam cõiunctis exercitibus vrbem cepiſſe, totamq; hoſtiliter diripuiſſe, & ciuium, ac in primis amicorum ſuorum fœdam ediſſe ſtragẽ, icto cum Rege fœdere, compoſitiſq; rebus in prouincia, Romã venit. [Et primò apud Capuam] Cum Mario Iuniore, & Conſule Norbano feliciter pugnauit, ſupra 7. hoſtium mil. cecidit, intra Capuã Norbanũ incluſit M. quoq; Lucullus vnus ex Ducib. ſuis apud Fidentiam ſexdecim cohortes aduerſus quinquaginta duxit, & eas fudit, atq; fugauit, victorq; decẽ & octo m. illa trucidauit, hoſtẽ caſtris exuit. Sylla paulo poſt alterum Conſulẽ Scip. ſpe pacis oſtentata, & eius legiones occidit, rurſus cũ Mario iuniore, qui exercitum reparauerat, haud procul ab vrbe cõgreſſus cum ingenti hoſtiũ ſtrage victor euaſit, nam ad 20. mil. Cæſ. & 7. capta ab eo fuiſſe dñr Marium Præneſte fugiſſe, multa quoq; eius præfectos Pompeium, Craſſum, Metel. Seruilium prœlia feliciter commiſſa, qui magnas & Rom. copias deleuere, vltimum illi prœlium fuit ſub ipſis mœnibus vrbis cum Teleſino quodam Samnite, & Lamponio eius ſocio, in quo parum abfuit, quin funditus deleretur, ſed tandem aſpirante fortuna, illos profligauit, non ſine magna ſuorum clade, vrbem deinde ingreſſus ſex millibus ex equeſtri ordine in forum productis, crudeliter cæſis proſcriptionem Senatorum, & aliorum ciuium, ac in primis diu iſtum fecit miſerabilem. [Conſtricta] conſerta, condẽſa. [Multas vrbes] Solebant triumphantes vrbes victas in triumpho pictas ducere. [Græcia, & Aſia] Inter cæteras duxit etiam Athenas. [Ad quercum pronæ manus porriguntur] Qui ciuem ſeruaſſet, quærna corona donari conſueuerat, vnde etiam legimus corona quærna Cic. fuiſſe donatum, q̄ ciues ſeruaſſet, vt ſupra diximus. [Qua poſtes] Iulij Cæſ. erat antiqua quarcus, ex qua Romæ decerpere ſolebant, vbi coronam alicui dare voluiſſent, [Lauream.] Non ſolum nõ dabatur triumphis, verum etiã teſte Cic. in Philippicis, oratione vltima, ſine lauro nullæ fiebant ſupplicationes.

Syllę dominatus.

Laurus ante fores.

Ascen. LVcius Cinna, &c.] Affert, & alia ciuilis victoriæ ſine triũpho exempla dicens. [Lucius Cinna, & Marius hauſerũt quidem auidi] i. exiſtentes auidi, aut auidè ſanguinẽ ciuilem, ſed non tetenderunt protinus. i. ſtatim, vt vrbem eſſent ingreſſi, ad templa, & aras deorum, vt triumphantes, & ouantes fecerant, & ſicut in ſupplicationibus fiebat. [Nam Lucius Sylla, &c.] Affert etiam Syllæ in ciuili victoria exemplum dicens, Nam Luc. Sylla, qui confecit. i. cõſumauit, & exhauſit, plurima bella ciuilia, & ſup. cuius ſucceſſus fuerũt crudeliſſimi, quia ſpecioſa in Marium victoria turpiſſimè abuſus eſt in ſanguinẽ ciuilem immaniter ſæuiens, & per Dictaturæ perpetuæ vſurpationem Remp. opprimens, cum duceret triumphum potentia ſua exiſtente ſup. conſummata, atq; conſtructa. [Vt]. i. quemadmodũ vexit. ſ. in triumpho ſuo, multas vrbes. ſ. victas, Græciæ, & Aſiæ, quas deuicerat, ita nullum oppidum ciuium Rom. ſignificans per hoc, ſe non de ciuibus, licèt eſſet crudeliſſimus, ſed de externis triumphare. Deinde auctor claudens hunc tractatum, nã externorum triumphorum non meminit, quaſi ſolus Ro. ſit triumphare dicit [Piget] i. miſeratione afficit, & tædet procedere vlterius, per vulnera Reip. hoc callidè facit, ne de Cæſa. triũphis dicere cogatur, quẽ neq; vituperare audeat, neq; verè laudare poſſit. [Nec Senatus dedit cuiquam]. ſ. victori in bello ciuili lauream: nec quiſquam. ſ. ciuium deſiderauit lauream dare ſibi, parte ciuitatis lachrymante. ſ. pro deuictis alterius factionis ciuibus. [Cæterum]. i. ſed manus. ſ. Senatorum porriguntur. i. extẽduntur pronæ ad quærcum. i. ad quernam coronam dãdam, vbi. i. quoties corona. ſ. querna eſt ob ciues ſeruatos: qua. ſ. corona quærna, ſeu quærcea, poſtes domus Auguſtæ. i. ipſius Iulij Cęſaris, aut alterius augurio conſecratæ, triumphãt gloria ſempiterna, qa parẽs patriæ ob ſeruatos ciues dictus eſt Iulius Cæſar, aut qua æternam meruit gloriam, quiſquis ſeruauerit ciuem.

DE CENSORIA NOTA. CAP. IIII.

CASTRENSIS disciplinæ tenaciſſimũ vinculum, et militaris rationis diligens obſeruatio admonet me, vt ad Cenſurã pacis magiſtram, cuſtodemq́; tranſgrediar. Nã vt opes P. R. in tantum amplitudinis Imperatorum virtutibus exceſſerunt, ita probitas, & continentia Cenſorio ſupercilio examinata eſt. Opus effectu, par bellicis laudibus; Quid enim prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi malè viuitur? Expugnentur licet vrbes, corripiantur gentes, Regnis manus iniiciantur, niſi foro, & Curia officium, ac verecundia ſua conſtiterit, partarũ rerum Cælo cumulus æquatus, ſedem ſtabilem non habebit. Ad rem igitur pertinet noſse, atque adeo recordari acta Cenſoriæ poteſtatis.

CASTRENSIS disciplinę] Conuenienter inquit, admonet militari diſciplinæ Cẽſuram ſubiungere; vt. n. illa belli, ſic hæc pacis cuſtos eſt, atq; magiſtra, quæ Imperium Rom. per incorruptam rei militaris diſciplinam, ad maximas opes amplitudinemq́; prouectum, ſua ſeueritate, quàm diutiſſimè conſeruauit, Liuius. Cenſuræ initium fuit rei à paruo origine ortæ, quæ deinde tanto incremento aucta eſt, vt morũ, diſciplinæq; Romæ penes eam regimẽ, Senatus, Equitumq́; cẽturij, decoris, dedecoriſq́; diſcrimen ſub conditione eius magiſtratus, publicorum ius, priuatorumq́; locorum vectigalia, P. R. ſub nutu, atque arbitrio eſſent. Primi autem Cenſores fuerunt Papirius, Semproniuſq́; [Probitas] ad fidem [Continentia] ad moderationem, [Supercilio] Auſteritate, & rigiditate Cẽſoria; nam ſupercilium pro ſeueritate ſæpiſſimè ponitur. Virg. conuenicns Latio pene ſupercilium. Interdum pro ſuperbia ponitur. [Opus effectu par.] Quia non minorem efficaciam habet in ciuibus conſeruata continentia, & probitas, quàm in bello diſciplina militaris. [Niſi foro & Curiæ] niſi iuſtè ſapienterque Reſpub. adminiſtrata fuerit, Imperium quantumlibet magnum, facilè corruet. [Foro] Vbi iudicia exercentur. [Curiæ] Vbi ſententiæ dicuntur. Oliv.

CAſtrenſis. Dicturus de Cenſoria nota præfatur, dicens, Tenaciſſimũ vinculũ diſciplinæ caſtrenſ. quæ in caſtris ſeruata eſt, & diligens obſeruatio rationis. militaris admonet me, vt tranſgrediar ad Cenſuram. i. ad deſcriptionem Cenſuræ, magiſtram, & cuſtodem pacis. i. quæ Cenſura facit, vt in pace decenter viuatur, & vt pax diutius, cuſtodiatur. [Nã vt]. i. quemadmodum opes. i. diuitiæ, & facultates, ac potentiæ P. R. exceſſerunt. i. excreuerunt, in tantum amplitudinis, quantum. ſ. habuiſſe notum eſt, virtutibus. i. per virtutes Imperatorum: ita probitas, & cõtinentia examinata. i. excuſſa, & cenſa, atq; iudicata, ſupercilio Cenſorio. i. grauitate Cenſorum. [Opus]. i. quæ res eſt opus par. i. æquale effectu. i. vtilitate ipſa, & valore, licèt non labore, laudibus bellicis. [Enim pro quia, [quid prodeſt ſtrenuum eſſe foris] id eſt in bello, ſi viuitur malè domi, q. d. nihil. [Quia licet vrbes expugnentur]. i. vincantur, & capiantur, & gentes corripiantur id eſt ſimul in ſeruitutem, aut ſaltem in ſubiectionem rapiantur, & manus iniiciantur Regnis, id eſt, in ſeruitutem redigantur. [Niſi foro & Curiæ officium] id eſt, debitum munus, & exercitium, & verecundia ſua, id eſt, debita, & propria cõſtiterit, foro. ſ. iudiciali, & curię. ſ. Se- Ascen.

OLIV. natoriæ, cumulus.i.aceruus rerum partarum.i.acquiſitarum virtute bellica, æquatus cœlo.i.ad cœlum vſque congeſtus, nõ habebit ſedem ſtabilem.i.permanentem. Igitur.i.& ideo pertinet ad rem.i.vtilem, hoc eſt vtile eſt noſſe adeo.i.omnino, quod plus eſt recordari acta poteſtatis Cenſoriæ.

DE CAMILLO, ET POSTHVMIO.

* Cęlibes eſſe phibeto Cic. lib. 3. de lege.

CAMILLVS, & Poſthumius Cenſores, æra penę nomine eos, qui ad ſenectutem cęlibes peruenerant, in Aerarium deferre iuſſerunt. Iterum puniri dignos, ſi quo modo de tam iuſta conſtitutione queri ſunt auſi. Cum in hunc modum increparentur: Natura vobis quemadmodum naſcendi, ita gignendi legem ſcribit, parenteſq; vos alendo nepotum nutriendorum debito (ſi quis eſt pudor) alligauerunt, accedit etiam iis, quòd in Fortuna longam præſtandi huiuſce muneris vacationem eſtis aſſecuti, cum interim conſumpti ſunt anni veſtri, et mariti, & patris nomine vacui. Ite igitur & nodoſam exoluite ſtipem, vtilem poſteritati numeroſæ.*

OLIV. COELIBES] Sine vxoribus, nam cœlebs dicitur, qui ſine vxore viuit, quaſi cœleſtem vitam ducens. [Aerariũ] .i.certam pecuniæ quantitatem, fecerunt.n. ærarios ærarij aũt obnoxij dicebantur ærario. [Accedit ẽt iis] additur his.i. quod à fortuna eſtis conſecuti longã vacationẽ, hoc eſt longũ tp̃is ſpacium. [Præſtandi huiuſce muneris]. ſ. gignendi filios. [Nodoſam ſtipem] Per hoc illos auaros oſtendit, & ob eam cauſam cœlibes vixiſſe, quod timerent, ne vxorem, & liberos alere poſſent, nã auari dñr fortunas multis nodis plenas congerere.

ASCEN. CAmillus] Affert exempla Cenſoriæ notæ, dicens, Camillus, & Poſthumius Cenſores, iuſſerunt eos, qui peruenerant cœlibes. i.ſine vxore, & liberis, ad ſenectutẽ, deferre in ærarium.i.repoſitorium pecuniæ publicæ, æra.ſ. ſignata.i. pecuniã, nomine.i.ratione, & titulo pœnæ.i.mulctæ, dignos puniri Iterum.i.ſecunda pœnæ, ſi auſi ſint queri.i.conqueri, quomodo.i.aliquo modo de tam iuſta conſtitutione, cum increparentur.ſ.à Cenſoribus in hunc modum. [Natura ſcribit] i.præſcribit vobis ò cœlibes, legem quemadmodum naſcendi, ita gignendi, quia nihil eſt naturalius, quàm vnumquodque generare ſui ſimile alioqui ſpecies rerum cum indiuiduis perirent, & parentes.ſ.veſtri alligauerunt.i.deuinxerunt, & obligauerũt vos, alendo vos, debito nepotum.i.ſuorum, hoc eſt filiorum veſtrorum nutriendorum, ſi quis pudor eſt ſupp. vobis quia turpe eſt nolle reddere, quod ea lege, vt reddas acceperis. [Accedit].i. additur etiam iis.ſ.rationibus, quod vos eſtis aſſecuti in fortuna.i. rebus veſtris, vel à fortuna longam vacationem. i. ceſſationem muneris huiuſce præſtandi.i.liberorum alendi, cum interim anni veſtri ſunt conſumpti vacui. i. carentes nomine, & mariti, quia vxorem non habetis, & patris, quia liberis caretis, Igitur quia alioqui inutiles eſtis, ite & exoluite ſtipem nodoſam, id eſt multis modis in loculis, aut ſacculo, abſtruſam pecuniam, vtilẽ .i.quæ vtilis ſit poſteritati, id eſt, poſteris, licet ex aliis genitis, numeroſæ, id eſt, multi numeri.

DE M. VALERIO MAX. ET C. IVNIO.

HORVM ſeueritatem M. Valerius Max. & C. Iunius Brutus Bubulcus Cenſores in conſimili genere animaduerſionis imitati, L. Antonium Senatu mouerũt, quòd quàm virginem in matrimonium duxerat, repudiaſſet, nullo amicorum in conſilium adhibito. At hoc crimen neſcio, an ſuperiore maius, illo namque coniugalia ſacra ſpreta tantum, hoc etiam iniurioſè tractata ſunt? Optimo ergo iudicio Cenſores indignum eum aditu Curiæ exiſtimauerunt.

ASCEN. HORVM, &c.] Marcus Val. Max. & C. Iunius Brut. Bubulcus.ſ.cognomento Cenſores.i.cum eſſent Cenſores, imitati ſeueritatem, horum.ſ.iam dictorũ, in cõſimili genere animaduerſionis, amouerunt Senatu Lucium Ant. quòd repudiaſſet ſupp. eam, quàm duxerat in matrimonium virginẽ nullo amicorũ adhibito in conſilium. [At].i.ſed neſcio (inquit auctor) an hoc crimen ſup. ſit maius ſuperiore Namq; pro quia, coniugalia ſacra.i.ſacramenta matrimonialia, ſunt tantum.i. duntaxat ſpreta, quia non ſuſcepta, illo.ſ. ſuperiore crimine in cęlibatu permanentium, & ſunt tractata etiam iniurioſè, hoc.ſ. poſteriore crimine vxorem temerè repudiantis. Igitur quia tam iniurius fuit in vxorem & ſacra matrimonialia, Cenſores exiſtimauerunt optimo iudicio eum indignum aditu Curiæ, id eſt, qui amplius Curiam adiret, aut potius iniret.

DE PORCIO CATONE.

SICVT Porcius Cato L. Flaminium, è numero Senatorum ſuſtulit, quia in prouincia quendam damnatum ſecuri percuſſerat, tempore ſupplicij ad arbitrium, & ſpectaculũ muliérculæ, cuius amore tenebatur, electo. & poterat inhiberi reſpectu Conſulatus, quem is geſſerat, atq; auctoritate fratris eius Titi Flaminij. Sed & Cenſor, & Cato, duplex ſeueritatis exemplum, eo magis illum notandum ſtatuit, quod ampliſſimi honoris maieſtatem, tã tetro facinore inquinauerat: nec indignum penſi duxerat, iiſdẽ imaginibus adſcribi, meretricis oculos humano ſanguine delectatos, & Regis Philippi ſupplices manus.*

* Liu. lib. 39. paulò aliter Cic. & Plu. in Catone.

OLIV. SICVT Portius Cat.] Liu. decade Bel. Maced. cum hãc hiſtoriã dupliciter tradat, à Val. omnino diſſentire videtur, nam & Catonis & Valerii Antiatis ſententiam adducens ait Ceſores M. Por. & L. Val. metu mixta expectatione Senatũ legerunt 7. mouerunt, & ex quibus vnum genere, & nobilitate, & honoribus L. Q. Flaminium Cõſularem patrum memoria inſtitutum fertur, vt Cenſores motis à Senatu ſcriberent notas, Catonis, & aliæ quidem acerbæ orationẽs extant, in eos, quos, aut Senatorio loco mouerit, aut quibus equos ademit, longe grauiſſima in L. Q. Fl. oratio eſt. inter cætera obiecit ei Philippum pęnum carum, ac nobile ſcortum Roma in Galliam prouinciam, ſpe ingentium donorum perductum, eum per laſciuiam, cum cauillaretur, exprobare Conſuli perſæpe ſolitum, quod ſub ipſum ſpectaculum gladiatorum abductus à Roma, eſſet, vt obſequiũ amator ei vendicaret, forte epulantibus his, cum iam vino incaluiſſent, nunciatum in conuiuio eſt nobilem Boium cum liberis transfugam veniſſe, conuenire Conſulem velle, vt ab eo fidem præſens acciperet, introductus in tabernaculum per interpretem alloqui Conſulem excepiſſe, inter eius ſermonem Q. Scorto. vis tu, inquit, quoniam gladiatorum ſpectaculum reliquiſti, iam hunc Gallum morientem aſpicere, & cum is vix dum ſerio annuiſſet, ad nutum Scorti conſulẽ ſtricto gladio, qui ſupra caput pendẽbat, loquenti Gallo caput primũ percuſſiſſe, deinde fugienti, fidemq; P. R. & eorum, qui aderãt implorãti, latus transfodiſſe, Val. Antias, vt qui nec Catonis orationẽ legiſſe, & fabulæ tñ ſine auctore editæ crediſiſſet, aliud argumentum ſimile, tñ libidine & crudelitate peragit. Placentiæ formoſam mulierem, cuius amore deperiret, in conuiuium accerſitam ſcrib. ibi iactantem ſeſe ſcorto inter cętera retuliſſe, quàm acriter quæſtiones exercuiſſet, & quam multos capitis dãnatos in vinculis haberet, quos ſecuri percuſſurus eſſet, tum illam infra eum accubantem negaſſe vnquam vidiſſe quẽquã ſecuri ferientem, & peruelle id videre, hic indulgentem amatorem, vnum ex damnatis extrahi iuſſum ſecuri percuſſiſſe. Facinus atrox ſiue eo modo, quo Cenſor obiecit, ſiue, vt Val. tradidit, commiſſum eſt inter pocula, atque epulas, vbi libare diis dapes, vbi bene precari mos eſſet, ad ſpectaculum Scorti procacis, in ſinu Conſulis recubantis mactatam humanã victimã eſſe, & cruore mẽſam reſperſam, in extrema oratione Cat. Conditio fertur, vt ſi id factum negaret, cætera, quæ adieciſſet ſponſione defenderet ſeſe, ſi fateretur, ignominia ne ſua quenquam doliturum cenſeret, cum ipſe vino, & venere amens ſanguinẽ hominis in conuiuio effudiſſet. [Ampliſſimi honoris maieſtatem] Quia vt dixerat Cato, tam flagitioſa, tam perdita libido ſibi probari non poterat, quæ cum probro priuato coniunxerant Imperii decus. [Auctoritate fratris T. Flaminii] Qui totam Græciam ſubegerat, & iuſſu S. P. Q. R. liberam fecerat, & Philippo Regi Macedonum magnã Imperii partem ademerat, quàm in

L. Fl. Senatu motus.

Græcia occupauerat.[Cenſor,& Cato] In his duobus nominibus ratio quædam ſeueritatis continetur.[Notandum] Ignominia afficiendum.[Nec indignum penſi duxerat]Duo, inquit tam contraria exempla fratrum imaginibus inſcribi conſideratioñ appetebat multi legunt indignum,vt ſit non dignum pẽſi,ſed penſi duxerat.i.conſiderauerat,vt ducere penſi, ſit conſiderare,& erit abſolutus ſenſus. Vnde Cic.in Catone maiore, vbi Catonem de ſe loquentem introducit inuitum loqui fecit, vt fortiſſimi viri T.Flaminij fratrem Flaminiũ è ſenatu eiecerim ſeptem annis poſtquam Conſul factus fuiſſet, ſed notandã deputaui libidinẽ,ille.n.cum eſſet Conſul. in Gallia exhortatus in conuiuio à Scorto eſt,vt ſecuri feriret aliquem eorum, qui in vinculis eſſent damnati rei capitalis,hic T.fratre ſuo Cẽſore; qui proximus ante me fuerat elapſus eſt, mihi vero & Flacco,ne vtique probari potuit tam flagitioſa, tamq; perdita libido,quam cum probro priuato coniungere Imperij decus]Et Regis Philippi]Quem vicerat T.Flaminius eius frater.

ASCEN. SIcut Portius Cato] Sup.exiſtimauit indignũ aditu Curię, [L.Flam.quẽ ſuſtulit].i. ſubſtraxit è numero Senatorum, quia percuſſerat ſecuri.i.decollauit in prouincia.ſ. Gallica na quendam damnatum.i.adiudicatum vltimo ſupplicio tempore ſupplicij electo.i. eo quod elegerat tempus ſupplicij. ſ. ab eo ſumendi.[Ad arbitrium,& ſpectaculũ].i.ſpectando oblectamentum,mulierculæ,cuius amore tenebatur.[Et ſup. Cato poterat inhiberi].i.arceri ab illa Cenſura reſpectu.i.ex conſideratione Conſulatus,quem iſ.ſ.Lucius geſſerat, atque auctoritate fratris eius, videlicet T.Flaminij viri grauiſſimi. [Sed & Cenſor,& Cato].i.ſed quia,Cenſor,erat,& idem Cato,qui licet Cẽſor,non fuiſſet,ſeuerus,tamen appoſitorè duplex exemplum ſeueritatis alterum videlicet,quia Cenſor,alterum,quia Cato ille Cenſorius ſtatuit.i.conſtituit eum notandum.ſ.nota ignominiæ,eo magis,quod inquinauerit tam tetro.i.fędo cum abominatione facinore maieſtatem ampliſſimi honoris,videlicet Cõſularis,& Imperialis.nec.i.qui non duxerat.i.non iudicauerat, & cenſuerat,penſi.i.iudicij,& æſtimationis.i. non putauit penſandum & iudicandum eſſe,indignum ſup.oculos,&c.vt ſit locutio, duco penſi,qualis illa, boni,æquiq; conſulo,penſum.n accipimus pro iudicio de pretio rerum,quod pendendo dignoſcitur,vnde hominem inſipientem,& improuidum,ac nullius iudicij dicimus nihil penſi habere.Poteſt & cõſtrui cum indignũ vt ſit locutio qualis illa Virgiliana magnorum haud vnquam indignus auorum,& ordo,nec duxerat indignum,immo dignũ penſi.i.vt expendatur, & iudicetur ab iis qui nouerint, oculos meretricis.i.illius mulierculæ,q̃ deperibat,aſcribi iiſdem imaginibus.i.ceris,aut ſtemmatis maiorum(nam ſtemmatum imaginibus aſcribebantur nomina,& inſignia facta virorum, quo circa ad imaginem L.Flam. vult auctor aſcribendos eſſe oculos meretriculæ,ad quos oblectandos Gallum percuti iuſſerat, ſicut ad imaginem T.Flaminij fratris eius,& manus Philippi regis ſupplices)ordo itaq; eſt oculos meretriculæ delectatos ſanguine humano,vtpote Galli capti,& manus ſupplices Philippi Regis.ſ.Macedoniæ ſeſe Tito Flaminio fratri Lucij dedentis.

DE FABRITIO * LVCINO.

* Luſcino vel li.1.c.8. Liu.li.14. Gel.lib.4. c.8.& lib. 17.c.21.

QVID de Fab.Lucini Cẽſura loquar? narrauit.n. omnis ætas,& deinceps narrabit,ab eo Cor.Rufi duob. Conſulatibus, & Dictatura ſpecioſiſſimè functũ, q decẽ pondo vaſa argentea comparaſſet,perinde ac malo exemplo luxurioſum,in ordine Senatorio retentum nõ eſſe.Ipſæ medius fidius mihi literæ ſęculi noſtri obſtupeſcere vid'tur, cũ ad tantã ſeueritatẽ referẽdã miniſteriũ accõmodare coguntur,ac vereri,ne nõ noſtræ vrbis acta commemorare exiſtimentur. Vix.n.credibile eſt intra idem pomerium decem pondo argenti,& inuidioſum fuiſſe cenſum,& inopiam haberi contemptiſſimam.

OLIV. QVID de Fab.Lucinij Cenſura]Gel.li.4.ca.8.Fabricius, inquit Lucinius magna gloria vir, magniſq; rebus geſtis fuit.P.Cornelius Ruf.manu quidem ſtrennus & bellator bonus,militariſq; diſciplinæ peritus fuit,ſed furax homo, & auaritia acri erat,hunc Fabr.non probabat,neq; amico vtebatur oſusq; eum morum cauſa fuerat,ſed cum temporib.diffi- cillimis Conſules creandi forent & his Ruf.peteret Conſulatum,competitoresq; eius eſſent imbelles, quidã & futiles ſumma ope annixus eſt Fabr. vt Ruf. Conſulatus deferretur eam rẽ pleriſque admirantibus,quod hominem auarum cui eſſet inimiciſſimus creari Conſulem peteret, quem hoſtiliter oderat, Fab.inquit,eſt quod miremini,ſi malui cõpilari, q̃ venire. Hũc Rufinũ poſtea bis Conſulatu,& Dictatura ſemel functũ Cenſor Fab.ſenatu mouit ob luxuriæ notã qđ 10.põdo lib.argẽti factitaret.[Idem Pomp.]Eadem mœnia. pomerium, inquit Liuius verbum ſolum intuentes,poſt mœnium interpretantur eſſe, eſt autem pomerium magis circa murum locus, quem in condendis vrbibus quondam Hetruſci, qua murum ducturi erãt,certis circa terminis inaugurato conſecrabant,vt neq; interiore parte ædificia mœnibus continuarentur,quę nunc vulgo etiam cõiunguntur,& extrinſecus puri aliquid ab humano, cultu, pateret ſoli hoc ſpatium,quod neq; habitari,neq; arari fas erat.Nõ magis,q poſt murum eſſet, quàm q murus poſt id pomerium Romani appellarunt.[Inuidioſum cenſum] Apud antiquos de parſimonia Romanorum priſcorum vide Aul.Gell.li.2.cap.24. [Inopiam]Aetate Valerii.

ASCEN. QVid loquar de Cenſura Fabricii Lucinii]q. d. non ſatis explicare poſſim. Enim pro quia, omnis ætas, ſcilicet præterita narrauit & omnis ætas,ſ.futura narrabit deinceps.[Corn. Ruf.functum ſpecioſiſſimè duobus Cõſularibus, & Dictatura]Non eſſe retentum ab eo in ordine Senatorio.[Immo excluſum perinde] Ac.i. veluti luxurioſum.i. incontinentẽ in ſuppellectile domeſtica,malo,id eſt,pernicioſo exemplo, eo q comparaſſet vaſa argentea 10.pondo.i. librarum.Quod quia factum valde ſeuerum eſt,& ab ea ſeueritate multum remiſſum erat tempore auctoris,addit cum iuramento illius æui. Medius fidius,id eſt,ita me filius Iouis.ſ.Hercules,iudicet, aut ita Iouis me iuuet fides.ipſæ literæ ſæculi noſtri, quo ego in hoc ſæculo natus,hæc ſcribo videntur mihi obſtupeſcere, cum coguntur accommodare miniſterium ad tantam ſeueritatem referendã, ac videntur vereri,ne exiſtimentur non commemorare acta noſtræ vrbis,in qua longe aliter nũc viuitur,ſed ſup.alterius.[Vix enim credibile eſt]Et.i.ſimul cenſum.i.poſſeſſionem 10. pondo i.librarum argenti,fuiſſe inuidioſum,ita vt poſſidentem ſenatu amoueret,& inopiam haberi.ſ.tempore auctoris contemptiſſimam.ſ.deſpicatiſſimam,intra idem pomerium.i. eadem mœnia vnius vrbis.[Contemptam autem fuiſſe inopiam] Satyrici latè docent,vnde Flac.in epiſtolis. Hos ſolus animo ſapere, & bene viuere quorum conſpicitur nitidis fundata pecunia villis. Et Iuuen. Quantum quiſque ſua nummorum ſpectat in arca. Tantum habet & fidei.Idem nihil habet infęlix paupertas durius in ſe.Quam,quòd ridiculos homines facit. Et Naſo. Dat cenſus honores,cenſus amicitias,pauper vbique iacet, & mille talia alibi.

DE M. ANTONIO, ET L. FLACCO:

*MARCVS autem * Antonius, & L. Flaccus Cenſores Duronium Senatu mouerunt,quòd legem de coercendis conuiuiorum ſumptibus latã* Liu.li.37. & 60. *Trib.pleb.abrogauerat,mirifica nota cauſa. Quàm enim impudenter Duronius roſtra conſcendit, illa dicturus: Freni ſunt iniecti nobis Quirites nullo modo perpetiendi:alligati,& conſtricti eſtis amaro vinculo ſeruitutis: lex enim lata eſt,qua vos eſſe frugi iubet,abrogemus igitur iſtud horridæ vetuſtatis rubigine obſitum Impẽrium. Etenim quid opus eſt libertate,ſi volentibus luxu perire non licet?*

OLIV. TRIBVNVS Pl.]Iunia lege non poterat quis Tribunus eſſe,niſi plebeius,ſed poſtea alia lege lata, & patricii creari cęperunt, vt hoc loco Duronius Senatu amotus eſt,quia Trib pleb.legẽ de coercendis ſumptib.cõuiuiorũ abrogauerat.[Abrogauerat]Penitus ſuſtulerat,& ſubuerterat abrogatur lex,quæ penitus tollitur. Derogatur legi, cum aduerſus eam contraria lex lata fuerit. Nam poſterior derogat priori. [Freni ſunt]Tranſlatio ſumpta ab equis,qui frenis cobibẽtur. [Perpetiendi]Participium paſſiuè poſitum.[Rubigine vetuſtatis] Legem abrogemus quæ vetuſtati ſeueræ conuenit. [Obſitũ circumdatum]Rubigine,veluti rigore.

ASCEN. MArcus autem Antonius, & L. Flac. Cenſores Duranium Senatu mouerunt, q ipſe Trib. pl.] .i. cũ eſſet Trib. pl. [Abrogauerat] .i. antiquauerat, & reuocauerat legem de coercẽdis ſumptibus conuiuiorũ [Cauſa notæ] .i. infamiæ, pp q̃ amouebat Senatu, eſt ſup. mirifica. [Enim pro quia] Quã .i. quantum putas impudenter. Duronius conſcendit roſtra. i. editum illũ locũ, vnde edicta pub. fiebant, & ad populũ verba dicturus .i. eo inſtituto, vt dicat illa, quæ ſequuntur. [O Quirites freni ſunt iniecti nobis nullo modo perpetiendi] .i. tolerandi. Nã vos eſtis alligati, & aſtricti amaro vinculo ſeruitutis. [Etẽ] pro quia. Lex eſt lata, quæ iubet vos eſſe frugi .i. parcos, & ad frugem conſeruandam intentos. Igitur quia lex illa tolerabilis nõ eſt, abrogemus .i. aboleamus, iſtud .ſ. durum Imperium, obſitũ .i. obductum, rubigine .i. vitio illo, quale ferrum cõtrahit, vetuſtatis horridæ .i. aſperę, & incultæ. Etenim quid opus eſt libertate, ſi non licet perire luxu volentibus, perire .i. perditis eſſe luxu. i. ſi non licet vt libet viuere, & ſua conſumere, q. d. nihil. Et ſunt verba Duronii à Cenſoribus poſtmodum taxata. Quod addo, ne quis ineptulus dicat Val. hæc dixiſſe, recitat enim, non dicit.

DE CL. NERONE, ET L. ſalinatore.

* Liu. lib. 25. *AGE par * proferamus æquali iugo virtutis, honorumq; ſocietate iunctum, inſtinctu aũt æmulationis animo diſſidens. Cl. Nero, Liuiusq; Salinator ſecundi Punici belli temporibus firmiſſima Reip. latera, q̃ diſtrictã ſimul egerunt Cenſuram. Nã, cũ Equitũ centurias recognoſcerent, & ipſi propter robur ætatis etiãnum eorũ in numero eſſent, vt eſt ad Poliam ventum Tribum, præco lecto nomine Salinatoris, citandũ nec ne ſibi eſſet, hæſitauit: qđ vt intellexit Nero, & citari collegã, & arma, & equum vendere iuſſit, quia populi iudicio dãnatus eſſet.* * Nero ex tribu Narnienſi. vide Liu. *Salinator quoq; eadem animaduerſione Neronẽ proſecutus eſt adiecta cauſa, q non ſincera fide ſecũ in gratiam rediſſet. Quibus viris ſi quis cæleſtium ſignificaſſet futurum, vt eorum ſanguis illuſtrium imaginum ſerie deductus, in ortum ſalutaris principis * noſtri conflueret,* * Suet. in Tiberio. *depoſitis inimicitijs, arctiſſimo ſe amicitiæ fœdere iunxiſſent, ſeruatam ab ipſis patriam, communi ſtirpe ſeruandã relicturi. Salinator vero quatuor, atq; triginta Tribus inter ærarios referre nõ dubitauit, q eum ſe damnaſſent, poſtea Cos. & Cenſorem feciſſent: prætexuitq; cãm quia neceſſe eſſet eas alterutro facto, crimine temeritatis vel periurij teneri. Vnam tantummodo Tribum Metiam vacuam nota reliquit, quæ cum ſuffragijs ſuis, vt non damnatione, ita nec honore quidem dignũ iudicauerat. Quàm putemus conſtantis, & præualidi illum ingenij fuiſſe, qui neque triſti iudiciorum exitu compelli, neque honorum magnitudine adduci potuit, quo ſe blandiorem in adminiſtratione Reip. gereret.*

OLIV. AGE par proferamus] Tangit duorum Cenſorum ſeueritatem, qui æmulatione quadam, & odio inuicẽ laborantes Cenſuram inter ſe rigidè nimis exercuerunt. Nã alter alterum damnauit. [Par] ſubſtãtiuè poſitum, & ſemper de duobus dr, vt par amicorum, par boum. [Virtutis] Quia vterq; res magnas atq; præclaras pro Repub. geſſit. [Honorum] Quia ambo Conſules, & Cenſores ſimul fuerant [Firmiſſima latera] Quia alter cã fuerat, vt Aſdrubal, qui venerat in ſupplemẽtũ Hannibali cum omni exercitu, vt Italia pelleretur, alter vt Hannibal ex Italia diſcedere cogeretur, & eſt tranſlatio à corpore ſumpta, vt. n. lateribus corpora ſtabiliũtur, ita his duobus Reſp. confirmata eſt [Diſtrictã] Seuerã. [Nam cum Equitum cẽturias] Oſtendit quomodo ſeueritatem exercuerint, nam Liu. Salinator legem de vendendo ſale arctiſſimam tulerat populo valde moleſtam, ex quo paulo poſt damnatus eſt à populo, poſt hanc damnationem eiuſdem populi ſuffragijs, Conſul primo, deinde Cenſor creatus eſt, cum igitur Idibus Quintilibus Equites de more tranſueherentur, Claud. uſq; ac Salinator ob robuſti corporis vires adhuc in numero equitum eſſent, poſtquam ad tribũ Polliam ventum eſt, in qua nomen Salinatoris erat, illius nomine à ſcriba lecto, præco dubitabat, an tanti viri nomen damnatum efferret, quod cum collega eius Nero animaduertiſſet, iuſſit præconem expreſsè, & audacter nomen Salinatoris excire, & illum equum vendere coegit, quia damnatus eſſet à populo [Recognoſceret] Recenſeret. [Robur.] Quamuis grandioris eſſet ætatis. [Præco:] Tabellio nomina Equitum legabat, præco vero nominabat: ergo noluit præco damnatum aliquando Salinatorem dicere. [Damnatus] Poſt primum Conſulatum. quo legẽ tulit, ne quis ſalem vendere poſſet, cum antea ius omnibus eſſet vendendi ſalis, vnde etiam Salinatoris agnomen accepit. [Animaduerſione] Pœna. [Adiecta cauſa] Quod non ſincera fide, hoc autem argumento poterat omnibus eſſe, quod non ſincera fide in gratiam rediſſet, quia non ſatis habuerat Salinatorem à populo damnatum eſſe, niſi & ipſe illum Cenſoria nota afficeret. [Quibus viris] Hoc in gratiam Tiberij dicit Val. qui ab vtraque gente duxit originem paternum genus à Claudio Nerone. Maternum ab Appio Cl. Pulchro, qui ab Appio Cæco deſcenderat, deducebat. Quomodo ergo dicit, eorũ ſanguis ſerie, &c. quia inſertus hic Tiberius Liuiorum familiæ fuit materno auo in ea adoptato, ergo à familia Liuiorum ducebat originẽ, quod maternus auus in familiam Liuiorum adoptatus eſſet, quæ quãuis plebia fuerit, tamen octo Conſularibus functa eſt, duabus Cẽſuris, Dictatura, & Magiſterio Equitum floruit. [Principis] ſ. Tiberij. [Seruatam ab ipſis patriam] Deuicto Aſdrubale, Annibalis fratre [Communi ſtirpe] Tiberio, & Nerone [Inter ærarios referre] Obnoxios, & obligatos ærario faceret. [Prætexuitque cauſam] Cauſam Salinator præſcripſit, cur Tribus damnaſſet, & hanc adducebat, quod vel illum iniuſtè damnaſſent, vel poſt damnationem indignum in adminiſtratione Reip. Conſulem primum, deinde Cẽſorem creaſſent, & vtebatur Dilemmate. Nam ita arguebat, aut me iuſtè dãnaſtis pro lege quàm tuli de ſale nõ vendendo, aut iniuſtè, ſi iniuſtè, ſine dubio Cenſoria nota digni eſtis, quia nihil à uobis iniuſtè damnandum eſt, cum integri eſſe debeatis, ſi vero iuſtè, nunquàm Conſulatum mihi tanquam indigno, & Cenſuram demandare debuiſtis; nam quem P. R. ſemel damnauerit, eum procul dubio indignum adminiſtratione Reip. iudicauit, tanquam periuri Cenſoria animaduerſione digni fuiſtis. [Prætexuit] Præſcripſit, & eſt translatio ſumpta à textore; nam antequam pannum texant, verſicolores quaſdam lineas faciunt, quas vulgo dicunt caput panni. ſicut in panno eſt prætextum, ſic & in pagina. [Temeritatis] Quod iniuſtè damnaſſent. [Periurij] Quia Tribus iurabant ſe honores, & magiſtratus his demandaturas, qui digni viderentur adminiſtratione Reip. ſed ſemel damnatus ab omnibus Tribubus præter vnam, indignus eſſe videbatur, qui Rempub. adminiſtraret officio publico, ergo Tribus periurium commiſiſſe videbantur, cum damnato Salinatori Conſulatum, & Cenſuram demandarunt. [Vnam tantummodo Tribum] Cic in oratione contra Rullum, & contra Verrẽ, & in Philippicis dicit, has Tribus fuiſſe 35. [Ita nec honore quidem] Si poſtquam ſemel damnatus eſſet. [Quàm putemus] Laudat conſtantiam Salinatoris. [Conſulenti.s] Prouidẽtis, deliberantis. [Exitu] Damnatione. [Honore] Quod iterum creatus Cos. eſſet, & Cenſor.

Præte æcre cauſã.

ASCEN. AGe] Adhortandi vox proferamus par ſ. numerũ primũ parem iunctum .i. colligatum æquali iugo virtutis, & ſocietate honorũ, aũt pro ſed, diſſidẽs .i. diſcordãs, hoc eſt quod par hominum diuidit; & diſcors fuit animo, inſtinctu .i. propter inſtinctum æmulationis .i. zelationis & inuidię. [Claudius Nero, & Liu. Sal. firmiſſima latera] .i. firmiſſimi ſuſtentatores & protectores Reip. temporibus 2. bel. Punici. [Egerũt ſimul Cenſuram diſtrictam] .i. ſeueram. [Nam cum recognoſcerẽt] .i. recenſerent, & vt dñs viſitarẽt, centurias Equitum & ipſi eſſent etiamnũ .i. nunc pro tunc adhuc è numero .i. de numero eorũ. ſ. Equitum, pp robur ætatis .i. quia in prouecta ætate, qua Cenſores creabantur adhuc robuſti erãt, vt .i. poſtquã ventũ eſt ad Poliam Tribum .ſ. citandam ad officium militare, in qua Tribu erat Salinator: & præco .i. tabellio & pronunciator nominũ, ac proclamator, lecto nomine Salinatoris .i. poſtquam ſcriba legerit in ſerie Equitũ creãdorũ nomẽ, hæſitauit .i. dubitauit, an ſuus Salinator eſſet citandus ſibi .i. à ſe, nec ne .i. an nõ, alij legũt citãdũ ſup. nomen eius .i. pronũciandũ inter dãnatos à P. R. [Qđ] .i. q̃ hæſitationem, vt .i. poſtquam Nero intellexit, iuſſit collegã id eſt Concenſorem ſuum Salinatorem citari .i. pronunciari inter damnatos, & iuſſit ſup. eum vendere arma, & equum, quia

damnatus

damnatus eſt.ſ.prius iudicio populi, ob ſalis vendendi legem. Salinator quoq; perſecutus eſt Neroné.ſ.Claudiú collegá ſuú, eadem animaduerſione cá adiecta,quod non rediſſet ſecum in gratiam,fide ſincera,cum tñ collegæ omnem æmulationem deponere deberent. [Quibus viris ſi quis cœleſtium.i.Deorum ſignificaſſet futurum, vt ſanguis eorum deductus ſerie illuſtriú imaginum).i.clarorum natalium conflueret in ortú Principis noſtri.ſ.Tiberij.ſalutaris.ſ.Reipub.(quod per adulationé dicit) ipſi iúxiſſent ſe arctiſſimo ſœdere amicitiæ,inimicitiis.i. ſimultatibus & æmulationibus depoſitis,relicturi patriam ſeruatam ab ipſis.ſ.contra Pœnos,ſeruandam cõi ſtirpe, quia affinitates inter ſe contraxiſſent.[Salinator vero non dubitauit] Referre inter ærarios.i.fiſco addictos,aut obligatos ærario, quatuor atque triginta tribus,ſ.R.a tribuendo videlicet tributo dictas, ꝙ cú dánaſſent ſe videlicet Salinatorem ob legé de ſale latá,feciſſent poſtea Conſulem, & Cenſorem, & prætexuit cám.ſ.errati earú,quia neceſſe er. :as teneri alterutro iacto.ſ.damnationis, aut electionis,crim. temeritatis ſi immeritum condemnaſſent,aut periurij,ſi indigno honores illos contuliſſent,quo quidem periurio quamplurimi in electione magiſtratuú polluuntur,iurando.n.optimú,hoc eſt maximè dignú ſe electuros,plurimú dantẽ eligunt.Relinquit.ſ.Salinator tantum vnam tribú, videlicet Metiá vacuam nota.ſ.infamiæ,quæ.ſ.tribus Metia, vt.i. quemadmodum non iudicauerat in ſuffragijs ſuis,eum. ſ. Salinatorem dignum damnatione,nec quidem.i. non ẽt, cum magis videretur,dignum iudicauerat honore. [Quam.i. quantum conſtantis,& prævalidi ingenij putemus illum]. ſ. Salinatorem fuiſſe;qui neq; potuit compelli triſti exitu iudiciorum, neque potuit adduci magnitudine honorum,quo.i.vt gereret ſe blandiorem in adminiſtratione Reipub.q.d.nimirum maximè.

DE M. VALERIO, ET P. Sempronio.

EQVESTRIS quoque ordinis bona, magnaque pars quadringenti iuuenes,Cenſoriam notam patiẽtẽ animo ſuſtinuerunt,quos M.Val. & L. Sempr. quia in Sicilia ad munitionum opus explicandum ire iuſſi,facere id neglexerant,equis publicis ſpoliatos,in numerum ærariorum retulerunt.

OLIV. PATIENTA animo]Quod non indignati ſint, ſe fuiſſe damnatos.[In Sicilia]Bello ſeruili, de quo ſuprà dictum eſt. Nam cum ſeruos in montes Romani compuliſſent, & iter euadendi claudere vellent, munitiones erant explicandæ per montes,quod cum milites iuſſi facere neglexiſſent, Cenſoria nota puniti ſunt,alij dicunt hoc factum fuiſſe in Liparitaua obſidione ſub Aurelio Cotta.[In ærariorum numerum] Vt capite cenſi eſſent,vel ut æra tributi nomine perſoluerent.

ASCEN. EQueſtris,&c.]Ordo eſt. Bonaq; pro.i.magna pars ordinis Equeſtris.ſ.quadringenti iuuenes,ſuſtinuerunt animo patienti notam Cenſoriam,quos M.Valer.& L.Sempr. retulerunt in numerú ærariorú.i.qui pœná pecuniariá in æraniú conferrent,aut vt capite cenſi eſſent,ſpoliatos equis publicis, id eſt à Repub.datis,quia iuſſi in Sicilia ire ad explicandú,id eſt extẽdendú opus munitionú,neglexerant facere id,i.eo ire, pulchrè extenuat culpam,quia nó eſt veriſimile neglexiſſe,ſed noluiſſe.

DE M. ATTILIO REGVLO, Et * l.furio.

*P. Vbiq; in Li. lib. 24.
*Philus in Liuio.
*L. apud Liuiú Valeri. ipſe Q.li.5.ca. 6.Cic.lib. 1.de offi.

*TVRPIS etiam metus pœnã Cenſores ſumma cũ ſeueritate exegerunt.M.n.Attilius Regulus, & L.Furius * Philippus * Metellum Quæſtorem,complureſq; Equites Romanos, qui poſt inſœliciter commiſſam Cannenſem pugnã cum eo abituros ſe Italia iurauerant, direptis equis publicis,inter ærarios referendos curauerunt:eoſq; graui nota affecerunt, qui cum in poteſtatem Hannibalis veniſſent, legati ab eo miſſi ad Senatum de permutandis captiuis,neq; impetraſſent,quod petebant, in vrbe manſerunt: quia Romano ſanguini fidem præſtare conueniens erat, & M. Attilius Regulus Cenſor perfidiam notabat,cuius pater per ſummos cruciatus expiare, quàm fallere Carthaginienſes ſatius eſſe duxerat. Iam hæc Cenſura ex foro in caſtra tranſcendit,quæ neq; timeri,neque decipi voluit hoſtem. Sequuntur duo einſdẽ generis exempla,eaque adiecíſſe ſatis erit.Geta,cum à L. Metello,& Cn.Domitio Cenſoribus Senatu motus eſſet, poſtea Cenſor factus eſt.*

OLIV. TVRPIS etiam metus pœná Cenſores]Non ſolú mores & facta,ſed animorum quoq; affectus damnabant Cenſores Romani,vt in exéplo hoc timiditaté eorú damnauit rigida Cenſura,qui poſt Cannenſem cladé viribus patriæ diffidentes,& eam paulo poſt ruituram,vel certè in hoſtium poteſtaté venturá metuentes,Italiæ deſerendæ cõſilia inierant, hoc fuit Secundo Punico bello.ná L.Cæc.Metel.Quæſtor, cú plurib. auctor fuerit coniurandi ex Italia diſcedere poſt pugna apud Cánas inſœliciter cómiſſam,ſed id Scipioné prohibuiſſe cóſtat, cui ſumma rerú per illius exercitus reliquias maximo conſenſu delata fuerat,& dum de Rep.conſultaret,nunciatur fruſtra illú conſultare,ꝙ perdita ſpe omnis eſſet,quodq; deſperata,& cõplorata iam demú Reſp.foret,propterea, ꝙ pleriq; nobiliſſimi iuuenes,quorú princeps eſſet L.Cæcilius Metel.naues, & mare ſpectarent, vt deſerta patria ad nouas ſedes acquirendas irent, quo nuncio attonitus,ſtupore,& miraculo rei Scipio,omni conſultatione dimiſſa, ad hos talia conſilia agitantes citatiſſimo equo peruenit,& ſtricto ſuper conſultantium capita gladio iurauit,ſe interfecturum,quicunq; diſcedere tentaſſet,hos deinde reſtituta Rep.cú in ciuitaté rediſſent, à Cenſorib. condemnatos fuiſſe dicit Val. [Inter ærarios referendos] Qui æra tributi nomine pendebant,& nihil aliud habebant in ciuitate. [Eoſq; graui nota affecerunt]Hannibal pleroſq; ex Rom.in caſtris captiuos habebat,& Rom.multos ex Car.cú igitur Han. cum captiuis R cóueniſſet,vt R.proficiſcerétur,& permutationé captiuorú in Senatu impetrarent,idq; ſi facerent Ro. remanerent, ſi non poſſent,ad ſe in caſtra redirent,cú ſacraméto adacti ad hãc rẽ è caſtris paulo proceſſiſſent pleriq; ex his,cauillationib. nihil profuturis vſi,vt ſe ſacramento liberarent regreſſum tanquam ſuarú rerú obliti ſimulantes,in caſtra reuerterunt. deinde Romá ſe contulerunt,vt ẽt ſi permutationé captiuorú non impetraſſent iureiurando abſoluti viderentur,& ſic Romæ remanerent,qđ cú Senatus accepiſſet,vinctos Hannibali mittendos curauit:deinde etiá Cenſoria nota puniuit.In hac hiſtoriá Val.nó nihil à Liuio diſſentit, nó.n.ad permutationé captiuorú,ſed ad ſuá ipſorú redemptioné impetrandá veniſſe legatos dicit Liu. ná illis redimendi ſe poteſtaté fecerat Han.propoſito in eorum capita pretio pro conditione cuiuſq;, nec à legatis,qui pro hac re ad Senatum mittebátur de reditu,vades alios popoſcit, quã eorum fide contentus.ſ.ſacramento,qui deindè vſi ea quam ſupra diximus, fallaci cauillatione, à Cenſoribus grauiori nota puniti ſunt,ſed Aul.Gell.quaſi cú Valerio ſentire vr lib. 7. cap. 18.Iuſiurãdú,inquit,apud R.inuolatú,ſanctéq; habitum ſeruatum eſt,id ẽt moribus legibuſq;, multis oſtenditur,& hoc,quod dicemus ei rei non tenue argumentum eſſe poteſt, prælio Cannenſi Hannibal Carthaginenſium Imperator ex captiuis noſtris electos decem Romam miſit,mandauitq; eis, Pactuſq; eſt,vt ſi P.R.videretur,permutatio fieret captiuorum, vt pro his, quos alteri plures acciperent darent argenti pondo libram, & ſemilibram hoc prios,quã proficiſcerentur in iuſiurandum, eos adegit redituros eſſe in caſtra Punica,ſi Romani captiuos non permutarent, veniunt deinde Rom.decem captiui.mandatum Pœni Imperatoris exponunt,permutatio Senatui non placita,parẽtes,cognati,affineſq; captiuorú amplexi eos poſtliminio, in patriam rediſſe dicebant,ſtatumq; eorú incolumem integrumq; eſſe,ac ne ad hoſtes redire vellent,orabant,tum octo ex iis poſtliminium iuſtú non eſſe ſibi rñderunt,qm periurio vincti forent itaq; vti iurati erant,ad Hannibalem profecti ſunt, duo reliqui Romæ manſerút,ſolutoſq; eſſe ſeſe,ac liberatos religione dicebant,qm cum egreſſi caſtra hoſtiú fuiſſent cómenticio conſilio regreſſi eodẽ die,tanquam ſi ob aliquam fortuitá cám iſſent atq; ita iureiurando ſatisfacto rurſum iniurati abijſſent. Hæc eorum fraudulentá caliditas tam eſſe turpis exiſtimata eſt, & vt cótempti vulgo deſpectiq; fuerint,Cenſores eos poſtea oíum notarum damnis, & ignominiis affecerút,qm quod ſe facturos dictita-

Iuriſiurandi ſanctitas.

diſtitauerant, non feciſſent. Corn. aũt Nepos in libro exemplorum quinto, id quoq; literis mandauit, multis in Senatu placuiſſe, vt hi qui redire nollent, datis coſtodibus ad Hannibalem dn ducerentur, ſed eam ſniam numero plurium, quibus id non videretur ſuperatam, eos tñ, qui ad Hannibalem non rediſſent, vſq; adeo cõtẽptibiles inuiſosq; fuiſſe, vt tędiũ vitæ cęperint, necemq́, ſibi cõſciuerint. Duplicem tñ & Liu. ſuper hac re opinionẽ tradit, ſicut apud aum videre licet. [Conueniens] Nã fidẽ ſeruare ſemper conſueuere Romani. [Marcus n. Attilius Regulus] Hic filius fuit illius Attilij Reguli, qui crudeliſſima ſupplicia apud Carth. forti animo ferre, q̃ iuſiurandum violare maluit. cuius hiſtoriam ſupra in cap. de religione notauimus, Cic. multis in locis. Val. in cap. de crudelitate. [Iam hæc Cenſura ex foro in caſtra] non ſolum vrbana, ſed etiam Caſtrenſis fuit.

Attilius Reg.

Ascen. T. Vrpis etiam metus, &c.] Ordo aſt. Cenſores exegerunt & pęnã turpis metus cũ ſumma diligentia. [Enim] pro quia M. Attilius Regulus, & L. Furius Philippus curauarunt Luc. Cęcil. Metellum Quæſtorem, & compluꝛes Equites Romanos, qui iurauerant poſt pugnam Cannenſem cõmiſſam infœliciter, ſe abituros Italia cũ eo referendos inter ærarios .i. capite cenſos, aut ærie in ærarium conferendi obnoxios, & affecerunt eos graui nota. ſ. ignominia, qui cum veniſſent in poteſtatem Hannibalis, miſſi ab eo legati .i. tanquam oratores, & intercaſſores ad Senatũ de captiuis permutandis .i. vt pro R. redditis redderent Pęnos, neq; .ſ. & non impetraſſent quod petebãt, manſerunt in vrbe .i. nõ redierunt ad Hannibalem. [Quia] Et .ſ. ſimul conueniens erat ſanguini Rom. præſtare .i. exhibere fidem .i. fidelitatem in re ſanctè promiſſa, & Marcus Atilius Regulus Cenſor notabat .i. nota ignominiæ afficiebat, perfidiam .i. violationem fidei. Cuius. ſ. Marci Attilij Reguli pater, eiuſdem nominis, duxerat eſſe ſatius .i. melius; & ſanctius [expirare] .i. ſpiritum emittere per ſummos cruciatus, de quibus alibi dictum eſt, quàm fallere Carthag. quib. pro ſimili cauſa miſſus iurauerat, ſe ſi nihil impetraret, rediturum. [Hæc Cenſura. ſ. violatæ fidei tranſcendit iam ex foro ſ. iudiciali, in caſtra ſ. militaria. [Quæ] ſ. Cenſura, neque voluit hoſtem timeri, vt fecerat Luc. Cęcil. Metellus timens Hannibalem, cũ ob timorem Italia abire parabat, neq; decipi, vt fecerant illi legati. [Sequuntur duo exempla eiuſdem generis] .ſ. Cenſoriæ notæ, & ſatis erit adieciſſe ea. [Gnæa] Quis hic ſit Commentarij non dicunt, difficillimum autem ſit diuinare, nec magni refert, cum eſſet motus Senatu à Luc. Metello, & Cn. Domitio Cenſoribus, factus eſt poſtea Cenſor.

DE M. VALERIO.

* Ci. pro A. Cluentio.

*ITem M. Valerius * Meſſala Cenſoria nota perſtrictus, Cenſoria poſtmodum poteſtate imperauit, quorum ignominia virtutem acuit, rubore .n. eius excitati omnibus viribus incubuerunt, vt digni ciuibus viderentur, quibus dari potius, quàm obijci Cenſura deberet.*

Oliv. PERSTRICTVS] Damnatus. [Quorum ignominia virtutem acuit] Quia illis temporibus nota Cenſoria damnati, virtutis poſtmodũ fuere ſtudioſiores. [Dari] vt eam adminiſtrarent. [Quàm obijci] Vt puniretur.

Ascen. I. Tem Mar. Valer. Meſſala] Perſtrictus, id eſt damnatus, aut preſſus, nota Cenſoria, imperauit poſtmodum poteſtate Cenſoria. [Quorum] .ſ. duorum ignominia, acuit virtutẽ ſup. eorum. [Enim] Pro, quia, ipſi excitati rubore eius, ſ. ignominiæ incubuerunt omnibus viribus, vt viderentur ciuibus digni, quibus Cẽſura deberet potius dari, vt alios cenſeant, quàm obijci .i. opprobrio dari, quòd ea notati fuerant.

DE MAIESTATE; CAP. V.

DE Q. METELLO.

*EST & illa quaſi priuata Cenſura maieſtas clarorum virorum ſine tribunalium faſtigio, ſine apparitorum miniſterio, potens in in amplitudine ſua obtinenda: Grato enim, & iucundo introitu animis hominum illabitur admirationis prætexta velata, quam rectè quis dixerit longum, & beatum honorem eſſe ſine honore. nam quid plus honoris tribui potuit Coſſ. quàm eſt * datum reo Metello? qui cum cauſam repetundarum diceret, tabulæq; eius ab accuſatore expoſtulata, ad nomen inſpiciendum circa iudicium ferrentur, totum conſilium ab earum contemplatione oculos auertit, ne de aliqua re, quæ in his relata erat videretur dubitaſſe, non in tabulis, ſed in vita Q. Metelli argumenta ſincerè adminiſtratæ prouinciæ legenda ſibi iudices crediderunt, indignum rati, integritatẽ tanti viri, exigua cera, & paucis literis perpendi.*

* Ci. pro Cor. Balbo.

Oliv. EST & illa Cenſura quaſi priuata] Dicturus de maieſtate præfatione vtitur, oſtendens quid ſit maieſtas quare hoc ſuperiori conijcietur: nam ſicut Cenſura, inquit eſt publicus magiſtratus, ſic maieſtas eſt priuata quædam dignitas, quæ hominẽ reddit honoratũ. Eſt aũt maieſtas virtutis, & probitatis quædã excellentia, ſine magiſtratu, ſine imperio, ſine fortunæ adminiculo honoratũ reddens hominẽ. [Faſtigio] Nã vt Cenſura excellentiores homines facit, ſic & maieſtas, quæ non extrinſecus, ſed propria virtute comparatur, eius qui iuſtè, prudenter, & moderatè vixerit. [Siue apparitorum] Alij magiſtratus, & dignitates, apparitoribus miniſtris, & tribunali, variisq; inſignib. vtuntur. At maieſtas quæ virtute comparatur, illis non indiget. [Apparitorum] Apparitores miniſtri ab apparendo dicti, apparere aũt præſto eſſe ſignificat, vt ſæuiq; in limine Regis apparent. [Potens] Sine vllo extrinſecus adminiculo. [Grato .n. & iucundo] Grato quia placet. iucundo, quia delectat, vt Cicero cuius officia iucundiora .ſ. mihi ſępè fuerunt, nunquam tñ gratiora. [Prætexta] Prætexta eſt quam ſupra veſtem honoratus quiſque accipit, ita & maieſtas vr̃ quædã hominis eſſe prętexta. [Rectè] Ita cõmodè inquit aliquis interpretari poſſet, longũ honorem eſſe, quia ſemper honore afficitur. [Longum] Vſque ad extremũ ſuæ vitæ tp̃s durat. [Conſulatus annus aſt] Cenſura triũ annorũ, Dictatura ſemeſtris, cęteriq; magiſtratus ad certũ tp̃s, hęc verò perpetua eſt. [Sine honore] Sine magiſtratu. [Nã quid plus honoris reo Metello;] Metel. Numidiæ prouinciæ præfuit & ex ea clariſſimũ duxit triumphũ, vnde & Numidicus appellatus, deinde repetundarũ poſtulatus eſt Ille aũt repetundarum accuſari dicebatur, qui creditus eſſet prouinciam, vel ſocios P. R. pecunia expilaſſe vel iudicium tuliſſe, quod in ſua commoda cæderet, ideo repetundarum accuſari dicebatur, vtpote, qui pecunias repetere, hoc eſt reſtituere, & reficere tenebatur, vel quod ab eo pecunia, vel alia res iniuſtè ablata repetebatur, ergo tanta fuit huius hominis maieſtas apud omnes, vt cum tabulæ in quibus accuſatio continebatur, circa iudices ab accuſatore deferrentur, eas iudicum nemo videre voluerit. Cic. ad Atticũ li. 3. epiſt. vndecima, cuius principium eſt. Quæris ex me, quæ mihi res, inquit, multo honorificentior viſa eſt, quam ante illa, cũ iuraretur ciues Xenocratem teſtimoniũ dicentẽ prohibuerunt, aut cum tabulas Metelli Numidici, cum hæ, vt mos eſt circunferrentur, noſtri iudices aſpicere noluerunt. [Tabulæ] .i. libelli, in quibus vel acta prouinciæ .i. vniuerſæ prouinciæ adminiſtratio, vel accuſatio cõtinebatur. Cic. rurſus de hoc Metello in oratione pro Archia poeta, Metel. inquit homo ſanctiſſimus modeſtiſſimusq; omnium, tanta diligentia fuit, vt ad iudices veneri, & vnius hominis littura ſe commotum dixerit. [Sed in vita Q. Metelli argumẽta] Quia ſemper integerrimè vixerat. [Exigua cera] Parua tabella. [Perpendi] Aeſtimari, iudicari. Tractum eſt à penſantibus, qui ſemper diligenter inſpiciunt.

Repetundarum.

Ascen. ESt, & illa quaſi priuata, & cætera] Proſequitur de maieſtate priuata clarorum virorũ, quam per modum præfationis quodammodo deſcribit, & commendat, dicens [Eſt &] Id aſt etiam illa quaſi priuata Cenſura, videlicet maieſtas, id eſt dignitas, & vulgus diceret maioritas, & præminentia, clarorum virorum, ſine faſtigio tribunalium, id eſt iuriſdictionis celſitudine, & ſine miniſterio apparitorum, id eſt publicè famulantium ſatellitum, potens in obtinenda amplitudine ſua, [Enim] Pro quia ipſa illabitur animis hominum introitu grato .i. vtili & iucundo, id eſt delectabili, velata .i. cooperta, prætexta .i. veſte nobilium admirationis, quia præclarorum virorũ maieſtatẽ minores cum admiratione obſeruant. [Quam] .ſ. maieſtatem quis dixerit .i. appellauerit rectè, aut dixerit .i. cenſuerit rectã eſſe honorẽ. [Longum] .i. diuturnum, & beatum .i. bene habentem ſine honore, id aſt magiſtratu publico. [Nam quid, &c.] Probat quod dixit exemplo Metelli, dicens. [Nam

quid

quid plus honoris).i.venerationis potuit tribui Cõſulib. quàm datum eſt Metello reo.i.in ius vocato,qui.ſ.Metellus cum diceret cãm repetundarum.i.ſe purgaret de repetundis.ſ.pecunijs à prouincia ſpoliata, vt accuſatores dictitabant, & tabulæ eius.i. libelli contra eũ facti poſtulatæ fuiſſent ab accuſatore.i.vt eas, aut eos accuſator exhiberet,& ferrentur circa iudices ad inſpiciendum nomen.ſ.accuſati,aut debitum, quod petebatur, ſed potius nomen,totum conſilium.ſ.cõſeſſus iudicum auertit oculus à contemplatione earum.ſ.tabularum,ne videretur dubitaſſe de aliqua re,quæ erat relata in his.ſ.tabulis.Iudices crediderunt argumenta,id eſt approbationes prouinciæ adminiſtratæ ſincerè,id eſt incorruptè,legenda ſupple eſſe ſibi, nõ in tabulis, ſed in vita.Quinti Metelli rati.i.arbitrantes,indignum, ſupple eſſe integritatem tanti viri perpendi.i.exiſtimari, exigua cæra .i.cærata tabula,& paucis literis.ſ.accuſatorijs in ea ſcriptis.

DE REGE ANTIOCHO, ET ſuperiore Africano.

*Liu. lib. 37. & hic auctor li. 5. ca. 5.
* Rex ex paruo nauigio ceperat, inquit Iuſt. li. 31. Appian. in li. Syrio.

SED quid mirum, ſi debitus honos à ciuibus Metello tributus eſt, quem ſuperiori Africano etiam hoſtis præſtare non dubitauit? Siquidẽ* Rex Antiochus bello,quod cum Romanis gerebat,filium eius à militibus ſuis interceptum,honoratiſſimè excepit, Regijsq; muneribus donatum,vltrò,& celeriter patri remiſit: quanquã ab eo tum maximè finibus Imperij pellebatur. Sed et Rex laceſſitus,maieſtatem excellentiſſimi viri venerari,quàm dolorem ſuum vlciſci maluit.*

OLIV.

SED quid mirum, ſi debitus.]Bellum Romanis erat cum Antiocho Aſiæ Rege,ad quod gerendum cum Luc.Scipio frater ſuperioris Africani petijſſet,vt mitteretur, tãtumq; bellum huic Senatus,Populusq; Rom. demandare dubitarent, magisq; in C.Lælium eius collegam, nam hi duo tum Conſules erant,& vterq; prouinciam ſumma ambitione depoſcebat, inclinati omnium animi viderentur, Scipio Africanus pietate cõmotus in fratrẽ,profeſſus eſt ſe legatum in prouinciã iturũ, vt in cap.de pietate dicturi ſumus, qua pollicitatione factum eſt, vt Luc.Scipio impetraret Aſiæ prouinciam ſibi decerni. Profectus igitur cum fratre Africanus ſecũ in bellũ filiũ perduxit; qui ab hoſtibus interceptus,& ad Regem perductus, ab eo honorificentiſſimè tractatus,& multis Regijs munerib.donatus gratuito patri remiſſus eſt, tãti facta eſt ẽt ab hoſte Scipionis maieſtas. [Sed quid mirum] q.d.nulli mirum videri debet tantum à ciuibus tributum eſſe Met.cum hoſtes multo pluris æſtimaſſe Scipionem iudicentur.[Interceptum]In anguſtijs captum.[Quanquam]Licèt ab eo tunc potiſſimum è Regno pelleretur.

ASCEN.

SEd quid mirum]Sup.eſt,q.d.nihil,ſi honos.i. honor debitus eſt tributus Metello à ciuibus,quem.ſ.honorem etiam hoſtis non dubitauit præſtare Africano.ſ. Scipioni ſuperiori.i. maiori,& prius nato.[Siquidem].i.qm̃ Antiochus Rex Aſiæ excepit honoratiſſimè bello,quod gerebat cum Romanis filium ius.ſ.Scipionis interceptum.i.captum à militibus ſuis.ſ. Antiochi,& remiſit vltro.i.nõ requiſitus, & celeriter:inquo duplicatur beneficium,quia,vt vulgo dicitur,qui cito dat, bis dat, patri.ſ.Scipioni,ſup.filium donatum.i.dono ornatum, munerib. Regijs.i.à rege acceptis,& forte Regalibus.i. Rege dignis, hoc loco,quanquam Antiochus pellebatur tum maximè finibus Imperij.ſ. Romani,aut ſuis,quod in idem recidit, nam de finibus contendebant,ab eo.ſ.Scipione patre.[Sed,&].i. pariter Rex.i. licèt eſſet Rex,& ita eum omnia magnificè facere deceret,& laceſſitus.i.prouocatus ad iram ob bellum illatum, & ita in hoſtem ſæuiter agere poſſet, tamen maluit venerari maieſtatem viri excellentiſſimi,quàm vlciſci dolorem ſuum.

DE EODEM AFRICANO.

* Plut. in vita.

AD Africanum eundem in Linternina villa ſe continentem,complures prædonum duces videndum eodem tempore fortè confluxerunt: quos cũ ad vim faciendam venire exiſtimaſſet, præſidium domeſticorum in tecto collocauit,eratq; in his repellendis,& animo,& apparatu occupatus. Quod vt prædones animaduertunt,dimiſſis militibus,abiectisq; armis, ianuæ appropinquant,& clara voce nunciant Scipioni, non vitæ eius hoſtes,ſed virtutis admiratores veniſſe: conſpectũ, & congreſſum tanti viri,quaſi cœleſte aliquod beneficiũ expetentes,proinde ſecurum ſe nobis præſtandum præbere ne grauetur. Hæc poſtquam domeſtici Scipioni retulerunt: fores reſerari,eosq; intromitti iuſſit: qui poſtes ianuæ tãquam aliquam religioſiſſimam aram, ſanctumq; templum venerati,cupidè Scipionis dexteram apprehenderunt,ac diu oſculati,poſitis ante veſtibulum donis,quæ Deorum immortalium numini conſecrari ſolent, læti quod Scipionem vidiſſe cõtigiſſet,ad lares proprios reuerterũt. Quid hoc fructu maieſtatis excelſius? Quid etiam iucundius? Hoſtis iram admiratione ſui placauit, ſpectaculo præſentiæ ſuæ latronum geſtientes oculos obſtupefecit: delapſa cœlo ſydera hominibus ſi ſe offerant, venerationis amplius non recipient.*

OLIV.

AD eundem Africanum]Hoc omnibus perſpicuum, & illuſtre fuit ſummæ maieſtatis exẽplum poſt maximas res geſtas,clariſſimosq; triumphos. Scipio ab ingrata patria vrbe pulſus,in exilium ire coactus eſt in villam.ſ. Linterninam,vbi cum prædones,quorũ magna in illis locis copia erat audito Scipionis nomine eſſent maximo videndi viri deſiderio concitati, ad eum facto grege venerunt, Scipio non ad ſui contemplationem ſed vim inferendam venire prædones exiſtimãs, amicorum,atq; clientum,quibus potuit domum præſidiis muniit,quod vbi ſenſere prædones abiectis armis dimiſſisq; militibus ianuæ appropinquantes magna voce clamarunt, vt à Scipione,& cæteris,qui intus eſſent,exaudiri poſſent, non ſe hoſtes, aut inſidiatores,ſed virtutum Scip.admiratores veniſſe, cuius conſpectum,atq; colloquium mirum in modum deſiderarent, qua voce confirmatus Scipio reſerari fores,& omnes intromitti iuſſit,qui maxima illum veneratione, tanquam cœleſte numen,omniumq; virtutum ſacrariũ proſecuti ſunt. [In Linternina villa]Hoc idem commemorat Val.vbi agit de ingratitudine,nam dicit quod ingrata patria benè meritum Scip. intra ſua mœnia habitare non paſſa,ſed in Linterninam villam abire coegerit.[In Linterninam villam]Dicerem villam hoc loco pro domo in agro Linternino poſita accipi debere,cuius propria eſt ſignificatio,niſi hunc locum Valer.in cap. de ingratitudine vicũ appellaret.Dicit.n.,cuius clariſſima opera iniuriis penſando, vici ignobilis eum,ac deſertæ paludis accolam fecerunt, vbi valde à Ser.diſſentit.non.n.vicum,ſed opp.iuxta mare poſitum dicit eſſe Ser.in deſcriptione Campaniæ prope mare inquit, poſt Sinueſſam Linternum eſt oppidũ vbi prioris Scip. cognomento Africani ſepulchrum iacet ibi.n.extremam conſumpſit ætatem omiſſis propter aliquorum ſimultatem Reipu. negociis. [Apparatum]Armorum.Nam ſe armis munierat. [Cõſpectum] Vt viderent.[Congreſſum]Vt loquerentur.nam congreſſus colloquium dicitur,& conſertio pugnæ.[Donis] Vt ſunt ſerta, & thura,pateræ,coronæ,& ſimilia,quæ ante deorum immortaliũ ſimulachra in donũ maiores ponere conſueuerunt,ea prædones ante Scipionis pedes poſita reliquerunt. [Geſtientes] Lætitiam geſtu quodam oſtendentes,nam geſtire eſt corporis geſtu lætitiam oſtendere,quod eſt ratione carentium,Virg. de auibus,Et ſtudio incaſſum,videas geſtire lauandi.

ASCEN.

AD Africanum,&c. Ordo eſt. Complures duces prædonum.i.ſpoliatorum hominum,& obſeſſorum viarum, confluxerant fortè eodem tempore ad videndum eundem Africanum continentem ſe in villa Linternina, quæ erat non longe à mari,& paludibus,quos.ſ.prædones,cum Scipio exiſtimaſſet venire ad vim faciendam.i.ad eum occidendum, aut ſaltem ſpoliandum collocauit in tecto,id eſt in ſuprema parte domus præſidium domeſticorum.i. familiarium ſuorum, quos ſecum habebat,eratq; occupatus,& animo.i.cogitatione, & apparatu.i.molimine exteriori,in repellendis.ſ. prædonibus à villa ſua,[Quod vt].i.poſtquã prædones animaduerterunt,militibus ſup.ſuis dimiſſis,& armis abiectis, appropinquantes ianuę.ſ. villę,nunciant Scipioni clara voce,veniſſe ſup. ſe, non hoſtes vitę eius,ſed admiratores virtutis eius,expetentes conſpectum, & cõgreſſum tanti viri:quaſi aliquod beneficium cœleſte,id eſt

cœlitus

celitus datum. Proinde.i. & ideo ſup.nunciantes dicebant, ne grauetur ſe præbere præſtandum, id eſt exhibendum nobis.i.ocu lis noſtris ſecurum, id eſt ſeorſum à cura. Poſtquam domeſtici retulerunt hoc Scipioni, iuſſit fores reſerari, & eos intromitti qui venerari poſtes ianoæ, tanquã aliquã aram religioſiſſimam, & templum ſanctum, apprehenderunt cupidè dexterã Scipionis, ac diu oſculati, ſ.dexteram eius, donis poſitis.i. poſtquã poſuerant dona, ante veſtibulum. i.primum ingreſſum villæ id eſt domus ruſticæ, quæ.ſ.dona, hoc eſt qualia ſolent conſecrari numini, i. diuinitati Deorum immortalium, redierũt ad Lares proprios, læti, quia contigiſſet ſup.eis, vidiſſe Scipionem. Quid ſup. eſt excelſius hoc fructu maieſtatis .i. hac obſeruantia, & veneratione, quã ob maieſtatẽ viri, illi hoſtes, & prædones obtulerũt, q.d. nihil: vnde addit. Ipſe Scipio placauit mani hoſtis.ſ. Antiochi admiratione ſui, id eſt quia illi admirationi fuit, & obſtupefecit.i. hebetauit ſtupore quodam oculos latronum geſtientes, id eſt præ nimio gaudio exultantes, & ſe continere nequeuntes, ſpectaculo, id eſt delectatione ex inſpectu ſuæ præſentiæ. Si ſidera de ipſa cœlo offerant ſe, ſ videnda hominibus, non recipiẽt amplius, id eſt aliquid plus venerationis, ſ.quam Scip.ob maieſtatem ſuam recepit.

DE PAVLO AEMILIO.

* Plut. in vita.

*Hoc quidem viuo * Scipioni, illud autẽ Aemilio Paulo exanimi contigit. Nam cum exequiæ eius celebrarentur, ac fortè tunc Principes Macedoniæ, legationis nomine Romæ morarentur, funebri lecto ſponte ſua ſeſe ſubiecerunt. Quod aliquanto maius videbitur, ſi quis cognoſcat lecti illius frontem Macedonicis triumphis fuiſſe adornatam. Quantum. n. Paulo tribuerunt, propter quem gentis ſuæ cladium indicia, per ora vulgi ferre non exhorruerunt? quod ſpectaculum funeri ſpeciem alterius triumphi adiecit. Bis.n.te Paule Macedonia vrbi noſtræ Illuſtrem oſtendit incolumem, ſpolijs ſuis, fato functum, humeris.*

Ol iv. Paul. Aemil. maieſtas.

Illvd aũt Aemilio Paulo] Quod viuo Scipioni contigit, idem Paul. Aem. vitæ muneribus defuncto, euenit, nam cũ diem ſuũ obijſſet, fortè legati ea Macedonia miſſi, tunc erant in vrbe totius prouinciæ principes, qui nõ modo funus eo mirantes, ſua præſentia celebrare, ſed ipſum Pauli cadauer ſuis humeris efferre voluerunt, quod illi profecto fuit honorificentiſſimum, ſuisq; virtutibus maximè dignum. Conſtat.n. Paulum Imperatorem fuiſſe continentiſſimum, vt qui multa bella confecerit, multos populos ſubegerit, multas prouincias domuerit, in ſumma tñ paupertate vixerit, vnde illud celebratur de hoc viro præconium, quod cum multis millibus hoſtium ſuperatis, Iberiam totam ſubegiſſet, & centũ oppida cepiſſet, ne dragma ditior in patriam redierit. [Macedonicis triumphis.] Quia Perſam Maced. Regem debellauerat, & de ipſo glorioſè triumphauerat in exequijs aũt ſummorum virorum præferebantur inſignia honorum, quibus in vita perfuncti fuiſſent [Indicia] Videlicet triumphum depictum, qui indicabant ab eo, qui ferebatur mortuus, Macedoniam fuiſſe ſuperatam. [Bis.n.] Semel viuum, cum de ea ſuperata triumphaſti, deinde mortuum, cum te ad ſepulturam ſuis humeris deportauit. [Fato functum] Mortuum.

Ascen.

Hoc quidẽ] Recitat exẽplum de maieſtate Pau. Aem. poſt mortem eius dicens. [Hoc quidem].ſ.quod proximè dictum eſt, contigit Scipioni viuo, id eſt viuẽti, illud aũt quod ſequitur, contigit Paul. Aem. exanimi, id eſt mortuo. [Nã cum exequiæ eius celebrarentur, ac principes Maced. morarentur fortè tunc Romæ, nomine].i.ratione, aut prætexto legationis: ipſi ſubiecerunt ſe id eſt humeros ſuos, vt ferrent, ſponte lecto funebri.ſ.quo funus eius ferebatur, quod.ſ.factum Macedonum videbitur maius.i.difficilius aliquanto, ſi quis cognoſcat frontem.i. ſummam & primam partem illius lecti fuiſſe adornatam triumphis Macedonicis.i.rebus Macedonum in triumpho ab eo ductis. [Quantum.o.tribueretur Paul.] Aem. Maced. propter quem non exhorruerũt ferre per ora vulgi indicia.i.ſigna, & monumenta cladium & calamitatum ſuæ gentis. [Quod ſpectaculum adiecit funeri].i.pompæ funebri, ſpeciem.i. imaginẽ, alterius triumphi. Enim pro quia, ò Paul.ſ. Aemil. Maced. oſtendit te bis illuſtrem vrbi noſtræ.ſ.R. videlicet ſemel oſtendit te incolumem illuſtrem ſpolijs ſuis, & ſecundo oſtendit te functum fato.i.mortuum illuſtrem humeris.ſ.ſuis, quibus principes eius te ad ſepulturam honorificè efferebant.

DE AEMILIANO SCIPIONE.

* Applan. io Bello Libyco, & auctor lib. 5.cap.2.

*Nec filij quidem tui * Scipionis Aemiliani, quẽ in adoptionem dando, duarum familiarum ornamentum eſſe voluiſti maieſtati parum honoris tributum eſt: cum eum adoleſcẽtem admodum à Lucullo Coſſ. petendi auxilij gratia ex Hiſpania in Africam miſſum, Carthaginienſes, & Maſiniſſa Rex de pace diſceptatorẽ, velut Coſs. & Imperatorem habuerunt. Ignara quidem fatorum ſuorum Carthago. Orientis.n.illud iuuentæ decus, deorum, atque hominum indulgentia, ad excidium eius alebatur: vt ſuperius cognomen Africanum capta, poſterius euerſa Corneliæ genti daret.*

Ol iv.

Nec filii quidem] Superior Africanus filiũ habuit adeo tenuis, & exilis naturæ, vt ne filios quidem procreare poſſet, vt ex ſuo nomine genus propagaret, filium à Paul. Aem. in adoptionem accepit, qui deinde Africanus inferior dictus eſt, eo quod Africam deuicerit, & Carth. funditus euerterit. [Duarum].ſ. Aemilianæ, & Scipionum. [Cum eũ adoleſcentẽ admodũ] Scipio cũ Locio Imperatore militabat in Hiſpania, qui prouinciã cum exercitu tenebat, & cũ ad ſupplementũ exercitus vti vellet auxilio Carthag. nã tum erant tributarii Carthaginenſ. Scipionẽ in Africã miſit adhuc adoleſcentẽ, quẽ cũ Maſiniſſa vidiſſet, diſceptatorẽ pacis inter ſe, & Carth. continuo delegit. [Diſceptatorẽ cognitorẽ] Diſceptator dicitur qui inter duos diſſidentes eligitur ad litem iudicandam. [Maſiniſſa] Rex Numidarũ. [Velut Coſſ.] Cum admodũ eſſet adoleſcẽs. [Ignara quidem fatorum ſuorum Carthago.] Quia neſciebat Carthago, quantum exitii ſibi ab hoc Scipione impenderet. [Superius cognomẽ] A ſuperiore Africano Carthago facta eſt Pop. Rom. tributaria, ab inferiori vero funditus euerſa, Scipionum autem familia à gente Cornelia originem duxit.

Diſceptator.

Ascen.

Nec filii quidem, &c.] Perſtat in apoſtrophe.i.conuerſione ſermonis ad abſentem, immo ad defunctum, dicẽs, Nec quidem parum, immo multum honoris, tributum eſt maieſtati filii tui.ſ.Scipionis Aemiliani, quem tu dando in adoptionem.ſ.Scip. maiori, voluiſti ſup. ipſum eſſe ornamentum duarũ familiarum.ſ. Aemiliorum, & Scip. Tunc inquam eſt tributum cum Carth. & Maſiniſſa Rex Numidiæ haberent eum adoleſcẽtẽ admodũ.i. valdè.ſ.adhuc, iuuenẽ miſſum à Lucullo Cõſule gratia petendi auxilii.ſ.à Carthag. ex Hiſpania in Africam, habuerunt dico diſceptatorem de pace.i. examinatorem petitionum, & querelarum vtriuſq; partis, vt pacem inter eos conciliaret, velut Conſulem, & Imperatorem, quia ad eius quodammodo arbitrium retulerunt. Carthago quidem ſup habuit eum velut Imperatorem, ignara.i.minimè præſcia fatorum.i. malorum ſibi ab eo impendentium. Enim pro quia, illud decus iuuẽte orientis.i.creſcentis, alebatur indulgentia.i.largo fauore Deorum, atq; hominum (quia gratiam inuenit in oculis Regis, & populorum) ad excidium eius.ſ.Carth. vt ipſa Carthago capta & tributaria facta daret genti Corneliæ, in qua ſunt Scipiones, cognomen. Africanum ſuperius.i.maioris, aut ſuperioris, & ipſa euerſa.ſ.ab hoc Scipione daret eidem genti cognomen Africanum poſterius.i. poſterioris, ſeu minoris. Hinc patet cognomen, & cognomentum ſæpe pro agnomine accipi, eo qđ agnomen à poſteris vſurpatum in cognomen tranſit, vt Scipionum, licet Africanum non niſi meritis dabatur.

Theo.

Maſaniſſa] Ita Græci codices habẽt, & aliquot etiam ex antiquis Latinis, non vt vulgo ſcribitur Maſiniſſa.

DE P. RVTILIO.

* Liu. lib. 70. Sene. epiſt. 18.

Quid damnatione, quid exilio miſerius? Atqui P.R. Rutilio conſpiratione publicanorum perculſo, auctoritatem adimere non valuerunt. Cui Aſiam petenti omnes prouinciæ illius ciuitates legatos eius ſeceſſum operientes, obuiam miſerunt. Exulare aliquis hoc loco, an triumphare iuſtius dixerit?

Quid

OLIV. QVID damnatione, quid exilio miſerius] P. R. vt vir ſummæ innocentiæ, cũ legatus C. Mutij Proconſulis, vel vt alij dĩt Quæſtor Prætoris Aſiæ præeſſet, ab iniurijs publicanorũ Aſiã defenderat, nam publicanos vectigalia aſperius exigentes prohibuerat miſeratione ciuitatũ cõmotus, q. cũ poſtea imperio finito Romã rediſſet, eũq; publicani læſæ maieſtatis accuſarẽt, qđ vectigalia P. R. exigi prohibuiſſet, valuit accuſatio, & in exiliũ pulſus eſt, nã equeſtri ordini permiſſus, penes quẽ tũ iudicia erãt læſę maieſt. vel vt alij dĩt repetundarũ iniuſtè dãnatus, vrbe eiectus eſt, cui in exilium proficiſcenti omnes Aſiæ prouinciæ ciuitates honoris gr̃a legatos obuiam miſerunt, & eum honorificentiſſimè vbiq; ſuſceperunt, de cuius fortuna, & conditione dicetur in ca. de mutatione fortunæ.

ASCEN. QVid damnatione, &c.] Affert exẽplũ maieſtatis in Rutilio dicens. [Quid eſt miſerius damnatione] ſ. in publico iudicio, & quid eſt miſerius exilio, q. d. nihil. Atq; .i. ſed tñ damnatio, & exiliũ nõ valuerunt adimere auctoritatẽ P. Rutilio perculſo ſ. ſnia equeſtriũ iudicũ conſpiratione .i. propter conſpirationẽ publicanorũ .i. eorum, qui publicũ vectigal redemerant, quos ab exactione iniuſta prohibuerat Rutil. ſibi. ſ. exuli petenti Aſiam, omnes ciuitates illius prouinciæ miſerũt obuiam legatos, operientes .i. expectantes ſeceſſum eius donec in aliquem locum ſecederet, quem exilio caperet, de quo facto quærit auctor dicens. Dixerit aliquis hoc loco Rutilium exulare, an iuſtius triumphare, h. d. haud dubiè triũphare.

DE C. MARIO.

* Plut. in vita.

Marii maieſtas.

CAIVS etiam Marius in profundum vltimarum miſeriarum abiectus, ex ipſo vitæ diſcrimine beneficio maieſtatis emerſit, miſſus. n. ad eum occidendum in priuata domo Minturnis clauſum ſeruus publicus, natione Cymber, & ſenem, & inermẽ; & ſqualore obſitũ, ſtrictũ gladiũ tenens, aggredi nõ ſuſtinuit: ſed claritate viri obcæcatus, abiecto ferro, attonitus inde ac tremens fugit. Cymbrica nimirum calamitas oculos hominis perſtrinxit: deuictaq; ſuæ gentis interitus, animũ cõminuit: & dijs immortalibus indignũ ratis, ab vno nationis eius interfici Mariũ, quàm totã deleuerat. Minturnenſes aũt maieſtate illius capti, cõpreſſum iam, & conſtrictũ dira fati neceſſitate, incolumẽ præſtiterũt, nec fuit eis timori aſperrima Syllæ victoria, cum præſertim ipſe Marius eos à conſeruando Mario abſterrere poſſet.*

OLIV. CAIVS aũt Marius.] Hæc hiſtoria ſuperius annotata eſt in cap. de ominibus, nã Marius Syllæ impetũ fugiẽs Minturnas delatus, in paludibus delituit: eo cum veniſſent Syllani milites, qui perſequebantur eũ, inditio paſtoris indicatum, è paludibus extractum, in cuſtodiã Fanniæ cuiuſdam mulieris tradiderunt. Et cum paulo poſt ad eum occidendum Cymber ſeruus miſſus eſſet, maieſtate viri perculſus, ſtricto iã gladio interficere non ſuſtinuit, ſed tremebundus abiecto ferro refugit, clamitans, non poſſum interficere Marium, ad cuius vocem exciti Minturnenſes, accurrunt, & viri maieſtate commoti deinde aſelli omine, naui impoſitum liberum abire permiſerũt, qui in Africam delatus, ingentes copias comparauit. Cinnæq; coniunctus, ad vrbem properauit, qua capta, multorum ciuium ſanguine, iniuriam ſuam vltus eſt. [Vltimarum] Miſerarũ, quia hoſtis patrię iudicatus eſt. [Emerſit] Liberatus eſt. [Priuata domo] Fanniæ cuiuſdam mulieris. [Sed claritate viri] Quia claritas quædam ex ipſius vultu irradiare videbatur. [Cymbrica calamitas] Non, inquit, fulgor Marij, quem ſeruus ille ſe vidiſſe dicebat illum à propoſito occidendi deterruit, ſed quia meminerat hunc genti ſuæ magnam cladem intuliſſe: ſuorũ igitur calamitas ſibi oculos perſtrinxit. [Nec fuit timori] Nec timuerunt Minturnenſes illum abire permittere, cum victorem Syllã eſſe perſpicerẽt. [Aſperrima victoria] Quia ex Aſia victor redierat. [Cũ præſertim ipſe Marius à cõſeruando Mario] Nam poterant Minturnenſes cogitare quantũ exitij ipſis conſeruantib. Mariũ immineret, cum Mariũ ipſum adeo afflictum eſſe conſpicerent.

ASCEN. CAius etiam Marius abiectus in profundum, miſeriarum vltimarum] .i. Maximarũ vltra quas nullæ ſunt, emerſit .i. euaſit ex ipſo diſcrimine .i. periculo vitę, beneficio maieſtatis .i. propter maieſtatem ſuam. Enim, pro quia, Seruus publicus, Cymber natione, miſſus ad occidendũ eum clauſum in priuata domo, Minturnis .i. apud Minturnas paludes, non ſuſtinuit .i. non valuit, aut non fuit ſufficiens, tenens gladium .i. licet teneret gladium ſtrictum .i. nudatum, aut euaginatũ, aggredi eũ, & ſenem. & inermem, & obſitum .i. opertum ſqualore. i. ſitu & alia immunditia carceris. ſed ipſe Cymber obcæcatus claritate viri, abiecto ferro .i. gladio nudato, fugit inde attonitus, ac tremens. [Nimirũ] .i. quia haud dubiè calamitas Cymbrica. i. quã Cymbri à Mario, vſq; ad internecionem occiſi paſſi fuerãt, perſtrinxit .i. terrore clauſit oculos hoĩs. ſ. ad eũ occidendũ miſſi: & interitus gentis ſuę deuictę. ſ. à Mario cõminuit .i. labefecit, animũ eius, et dijs immortalibus ratis .i. cenſentibus indignũ ſupeſſe, Marium interfici ab vno eius natione, quam deleuerat totã. ſaltẽ, quę in Italiã tranſcenderat. Aũt pro ſed. [Minturnenſes] .i. eius loci incolę, capti maieſtate illius. ſ. Marii, pręſtiterũt ipſum Mariũ compreſſum iam & conſtrictum .i. anguſtiatũ, dira neceſſitate fati .i. impendentis mortis, quia proximi erant hoſtes eius, incolumem .i. ſaluũ. Nec aſperrima victoria Syllę, qui paulò ante multos vicerat, fuit eis timori, pręſertim cũ ipſe Marius. ſ. homo crudelis, & imperioſus poſſet abſterrere eos à conſeruando Mario. ſ. illo quẽ conſeruabant, quia mortuus nulli, viuus ẽt conſeruatoribus aliquando nocere potuit. Eſt & alter ſenſus, & meo quidem iudicio melior, quem etiam Oliuerius ſequitur, vt ſit ordo: ipſe Marius tam miſerabilis, & afflictus, poſſet abſterrere eos à conſeruando Mario, ne ſimile quidpiam paterentur.

DE M. PORCIO CATONE.

* Gel. lib. 4. capi. 10. Plut. aliter qđ ad publicanos attinet.

MARCVM quoq; Porcium Catonem admiratio fortis, ac ſinceræ vitæ, adeo venerabilẽ Senatui fecit, vt cũ inuito C. Cæſare Coſ. aduerſus publicanos dicendo in curia diẽ extraheret, et ob id eius iuſſu à lictore in carcerẽ duceretur, vniuerſus Senatus illũ ſequi nõ dubitaret, quæ res diuini animi perſeuerãtiã flexit.*

OLIV. MARCVM quoq; Catonẽ] Non minus Porcium Catonẽ à Cæſ. iniuria liberauit maieſtatis excellentia, nã cũ publicani peterent vectigaliũ remiſſionẽ eos tertia parte mercedũ, C. Cęſar liberauit, & ne in locatione nouorum vectigaliũ immoderatius leges ferrentur pro palã admonuit. Cato contra Cęſ. nolebat quidquam publicanis remitti, ſed eos vniuerſa vectigalia pſoluere. Nã publicani conquerebãtur, qđ vectigalia nimis dura ſoluere cogerentur. Cato igitur rogatus ſniam dicere, nequid eo die in ſenatu cõfici poſſet, quia contra Rẽp. id eſſe videbat, orationẽ ſuã lõgiorẽ habebat, qđ cũ ſenſiſſet Cęſar, eũ per lictorẽ iuſſit in carcerẽ duci. Tũc vniuerſus Senatus Catonẽ ſecutus eſt. Cęſ. id grauiter ferre Senatũ ſentiens, dimitti iuſſit Aul. Gel. li. 4. cap. 10. Inquit Cęſ. Conſ. M. Catonẽ ſniam rogauit, Cato rẽ, de qua conſulebatur (quia nõ è Rep. videbatur) perfici nolebat, eius rei gratia ducendæ, lõga oratione vtebatur, eximebatq; dicẽdo diẽ, erat. n. ius Senatori, vt ſniam rogatus diceret quidq d vellet, & quoad vellet. Cęſ. Cõſul viatorẽ vocauit, eũq, cũ finẽ nõ faceret philoſophandi, loquentẽ in carcerẽ duci iuſſit: Senatus cõſurrexit, & proſequebatur Catonẽ in carcerẽ, hac inuidia facti Cęſ. deſtitit, & dimitti Catonẽ iuſſit. [Fortis & ſincerę vitę] Vnũ ſequitur ex altero, qui. n. fortis eſt, iuſtus eſt, continens eſt, integer eſt. Virtutes. n. inter ſe adeo cõnexę ſunt, vt altera ſine altera eſſe nõ poſſit, ſincerę igitur vitę, quia nemo illũ vnquã potuit gratia neq; prece, neq; precio à recto deducere. [Abſtraheret] Quia diẽ conſumi volebat. [Diuini animi] A conſuetudine aduiandi non diſcedit.

Catonis quãta maieſtas.

ASCEN. MArcum, &c.] Affert exẽpla maieſtatis in Catone dicens, admiratio vitę fortis, atq; ſincerę. i. quę erat de vita forti, & ſincera Catonis, fecit quoq; .i. etiã M. Porcium Catonẽ adeo .i. in tm̃ admirabilẽ Senatui, vt enim. i. qſi extraheret .i. conſumeret diem dicendo in curia aduerſus publicanos. i. qui publicam pecuniam recipiebant, non dubitaret ſequi illum ſ. Catonem abeuntem in carcerem, quę res .i. quod factum Senatus, flexit perſeuerantiam animi diuini. ſ. Iulij Cęſar. quem poſtea in deorum numerum relatum credidit ſtulta illa gẽtilitas.

DE EODEM.

* Seneca epiſt. 98.

EODEM ludos Florales, quos Meſſius Aedilis faciebat ſpectante, populus, vt mimæ nudarentur, poſtulare erubuit: quod cum ex Fauonio amiciſſimo*

ſibi

ſibi vna ſedente cognouiſſet, diſceſſit è theatro, ne præſentia ſua ſpectaculi conſuetudinem impediret: quem abeuntem ingenti plauſu populus proſecutus priſcum morem iocorum in Scenam reuocauit, confeſſus plus ſe maieſtatis illi vni tribuere, quàm vniuerſo ſibi vendicare. Quib. opibus, quibus Imperijs, quibus triumphis hoc datum eſt? exiguum viri patrimonium, aſtricti continētia mores, modicæ clientelæ, domus ambitioni clauſa, paterni generis vna imago, minimè blanda frons, ſed omnibus numeris perfecta virtus, quæ quidē effecit, vt ſi qs ſanctū, & egregium ciuē ſignificare velit, ſub nomine Catonis definiat.

OLIV. EODEM ludos Florales.] Ludi Florales in honorē Deæ Floræ Romæ celebrabantur, in quibus obſcœna quædā committebātur, & illud in primis, quod Mimæ nudabātur. Vnde Lactantius Firmianus, Meretrices inquit, flagitante populo nudatis corporibus in Floralibus mimorum fungebātur officio, & propterea mimas eas Valer. appellat, hos igitur ludos cum Meſſius Aedilis faceret, & ad ſpectaculam eorum Cato veniſſet, populus petere erubuit vt meretrices nudarentur, ludosq; peragerent. Fauonius Catonem admonuit, populum impediri præſentia illius, ne ludos ſpectaret, quippe quo præſente, petere non auderet, vt meretrices nudarentur, ludosq; peragerent: quod cū audiſſet Cato, cōtinuo diſceſſit è theatro. [Quod cum ex Fauonio.] Ordo eſt. Diſceſſit è theatro, cum Fauonium ita monentem audiſſet, ò Cato, cur in theatrum veniſti, cum iocos Martiales nouiſſes ſacrum dulce Floræ, hoc aūt genere metri Martial. vſus eſt in primo ſuorum Epigrammatum. Noſces iocoſæ dulce tum ſacrum Floræ feſtosq; luſus, & licentiā vulgi cur in theatrum Cato ſeuere veniſti? an ideo tantum veneras, vt exires? Dicebantur aūt Martiales, quia in cāpo Mart. agebantur hi ludi. [Iocos] Ludos, nā iocus in verbis, ludus in reb. eſt. [Sacrū Deæ. Floræ,] Hoc eſt Martiales iocos. [Dulce] Iocundum, & Populo gratum. [Ingenti plauſu] Quo ſignificabat placere ſibi Catonem diſcedere. vt priſtina ludorum conſuetudo reuocaretur in theatrum. [Priſcum morē] Vt meretrices nudæ mimorū fungerentur officio. [Cōfeſſus] Significauit, inquit, populus hoc plauſu plus maieſtatis, & honoris vni Catoni tribuere, q̃ ſibi vniuerſo, nam quod præſente Catone fieri non fuerat paſſus id ſe vniuerſo ſpectanti paſſus eſt. [Vendicare] Aſciſcere. [Modicæ clientelæ] Quia non multos ſecum ducebat clientes, ſicut alij principes Rom. [Vna imago] Non multas maiorū ſuorum imagines habebat, ſed vnius patris ſui Catonis. [Minimè blanda] Immo ſeuera, Liptote eſt. [Omnibus numeris]. i. partibus. Nam virtus quatuor partes habet, iuſtitiam, prudentiam, fortitudinem, & temperantiam.

ASCEN. EOdem, &c.] Affert aliud einſdem exemplum, dicens. Eodem. ſ. Catone, ſpectante. i. cum idem ſpectaret ludos, Florales. i. quos Deæ Floræ facere ſolebāt, quos Meſſius Aedilis faciebat. ſ. tunc, populus erubuit poſtulare, vt Mimæ. i. meretriculæ, quæ Florā meretricē, quæ ad eos ludos faciendos grandem pecuniam reliquerat, repreſentabant in ludis illis, nudarētur, quia nudæ agere ſolebant. [Quod]. i. quam rem, cum cognouiſſet ex Fauonio. ſ. viro amiciſſimo ſibi, ſedente vna. i. in vno loco cum illo, diſceſſit è theatro, ne impediret præſentia ſua cōſuetudinem ſpectaculi. (Hoc aūt factum non erat verè laudabile, ſed pro errore illorū, qui ad religionē pertinere putabant meretricum corpora denudari, ſed quam religionem? profectò quā maligni ſpiritus mētes mortaliū ad illecebras carnis ineſcabāt.) Quem. ſ. Catonem abeuntem, populus proſecutus eſt ingenti plauſu, quia ſeueritatem eius etiam multi laudabant, ſed imitari nolebant. Reuocauit in Scœnam. i. ad ſpectaculum, priſcū morem iocorum. i. meretricum nudarum, ſicq; agentium. Confeſſus. ſ. populus eo facto confitens, ſe tribuere maieſtati illius. ſ. Catonis plus quā vendicare ſibi vniuerſo, quia potius illo præſente omittebant, quod illi diſplicere norant, qui expectabant, quod cęteris oīb. placebat. [Quibus opibus]. i. diuitijs, & facultatibus, quibus Imperijs, quibus triumphis eſt hoc datum. ſ. vt populus ab eo quod ſibi placeret, abſtineret, eo quod vni diſplicere norat, q. d. nullus. Et tamen patrimonium viri. ſ. Catonis cui tantum tribuebat, ſup. fuit exiguum. i. modicum, mores ſup. fuerunt aſtricti. i. vincti continentia, quia tam rigidè continentiam amplexus eſt, vt ſi eam dimittere voluiſſet, non potuiſſet, aut ſaltem non decuiſſet clientelæ. i. pauperum ipſum colentiū familiaritates, paucæ ſup. fuerunt: domus clauſa ſup. fuit ambitioni, i. cupiditati honorum. [Vna]. i. vnica imago paternī generis ſup. fuit in ſtemmate: frons ſup. fuit ei minime blanda, ſed virtus perfecta omnib. numeris quæ reuera in ſolo Deo eſt, quæ quidem virtus effecit, vt ſi quis velit ſignificare ciuem ſanctum, & egregium, definiat ſup. eum ſub nomine Catonis.

MArtialis & dulce ſacrū Floræ.] Hæc in antiquis aliquot etiam codicibus leguntur, imperitia librariorū auctoritate Mart. in margine notata ad Valer. tranſpoſita confuſo ordine, & ſenſu. Nam Valer. vti Martial. teſtimonio per vtriuſq; ætatem non potuit, alter. n. Tiberio blanditur: alter Domitiano [Numeris] Immo præſtat ad plenitudinem numerorum referre, de qua Macrob. in Somnium Scipionis abundè diſputat. Ouid. Quæ mihi ventura eſt, ſiquidem, eſt ventura ſenectus. Quum deſit numeris ipſa iuuenta ſuis. THES.

EXTERNA.

DE HARMODIO, ET ARISTOGITONE.

*DANDVM * eſt aliquid loci etiam alienigenis exemplis, vt domeſticis aſperſa, varietate ipſa delectent. Harmodij, & Ariſtogitonis, qui Athenas tyrannide liberare conati ſunt, effigies æneas Xerxes Rex ea vrbe deuicta in Regnum ſuum tranſtulit: longo deinde interiecto tempore, * Seleucus in priſtinam ſedem reportandas curauit. Rhodij quoq; eas vrbi ſuæ appulſas, cum in hoſpitium publicè inuitaſſent, ſacris etiam puluinaribus collocauerūt. Nihil hac memoria fœlicius, quæ tantum venerationis, in tam paruulo ærè poſſedit.*

* Thuc. lib. 6.

* Plin. lib. 34. c. 8. ad Alexādrū refert.

OLIV. DANDVM eſt aliquid loci ēt alienigenis exēplis. Trāſit ad externa. Primū aūt exemplum eſt maieſtatis Harmodij, & Ariſtogitonis fratrū Athenienſium, qui cū indignè ferrent tyrannidē in libera ciuitate regnare, die feſto cōuenerunt, vt tyrannum occiderent, nā tyrannis Athenis à Piſiſtrato incępit: quo mortuo, Hipparchus, & Hippias in Regnum ſucceſſerunt; nunc ergo Hippias regnabat, in quē die ſolenni cū populus conueniſſet, impetū facere ſtatuerunt, ſed cū id parum proceſſiſſet, Hipparchū fratrē occiderunt. Aul. Gel. li. 17. ca. 21. Tarquinij filio inquit, Regnū obtinente Romæ, cui cognomen Superbus, fuit, iiſdem tpib. occiſus eſt Athenis ab Harmodio & Ariſtogitone Hipparchus Piſiſtrati filius Hippiæ tyranni frater, itaq; hi adoleſcentes quantū in ſe fuit vrbē tyrannide liberare conati ſunt licet nō liberarint, tñ Athen. effigies æneas in honorē eorū erexerunt, quas cū Xerſes cœpiſſet Athenas, in Regnum ſuum tranſtulit deinde Seleucus Rex Aſiæ, qui poſt Alexādrum regnauit, cū Athenis potitus eſſet, ab Athen. viſus eſt honorificētiſſimè tractari, qđ cū perſpexiſſet, vt rē gratā populo faceret, ſtatuas illas in ſuā priſtinā ſedē deportandas curauit. Et cū trāſueherētur Athenas, ad Rhodios fortè appulerunt, quib. veluti Deorū ſimulachris lectiſternia exhibuerūt. [Aſperſa varietate] Vt eadē ſæpius repetita faſtidiū, ſic mutata, delectationē attulerunt. [Puluinarib.] Puluinaria loca erant in tēplis, quæ alio noīe lectiſternia dicebātur, in quib. deorum ſimulachra locabantur. [Tm̄ venerationis] Quantū dijs immortalibus exhibebatur.

ASCEN. DAndum eſt aliquid, &c.] Tranſit ad externa, ſic tñ, vt vix illis locum putet præ multitudine exēplorum Romanorum: vñ dicit. [Aliquid loci]. ſ. in hac deſcriptione maieſtatis, eſt dandum ēt exēplis alienigenis. i. alienigenarum. (ſed more ſuo declinat alienigenus, a. um,) vt ipſa aſperſa domeſticis, delectent varietate. Xerſes Rex. ſ. Perſarum, trāſtulit in Regnum ſuum effigies æneas. i. ex ære factas Hermodij, & Ariſtogitonis tyrannicidarum, qui conati ſunt liberare Athenas tyrannide. ſ. Hippiæ, & Hypaſchi. i. tranſtulit dico ab vrbe deuicta. Deinde longo tempore interiecto, Seleuchus curauit, ſup. effigies illas reportandas in priſtinam ſedem. i. locum, non ubi prius ſederant, ſed fuerant erectæ. Rhodij quoque ſup. ciues, collocauerunt etiam ſacris puluinaribus. ſ. lectiſterniorum, in quæ Deos inuitare ſolebant, eas ſcilicet effigies appulſas vrbi ſuæ. i. ad vrbem ſuam, cum inuitaſſent publicè in hoſpitium. Nihil ſup. eſt fœlicius. i. beatius hac memoria, quia. ſ. diuinis donatæ ſunt honoribus, quæ. ſ. memoria poſſedit tantum venerationis in tam paruulo ære. Sed verè dicit B. Hieron. multorum corpora venerari in terris, quorum animæ cremantur in inferno.

DE XENOCRATE.

* Ci. pro Cor.Bald. bo,& Diogen.in vita.

QVANTVM * porrò honoris Athenis Xenocrati ſapientia pariter, ac ſanctitate claro, tributũ eſt? cum teſtimonium dicere coactus ad aram acceſſiſſet, vt more eius ciuitatis iuraret, omnia ſe verè retuliſſe, vniuerſi iudices conſurrexerunt: proclamaruntque ne iuſiurandum diceret, quodq; ſibimetipſis poſtmodum dicendæ ſententiæ loco remiſſuri non erant, ſynceritati eius concedendum exiſtimarunt.

OLIV. QVANTVM porrò] Aliud exemplum maieſtatis Xenocratis; fuit aũt Xenocrates Peripateticus Philoſophus, de quo in cap. de continentia latius dicemus, quod ad hunc locum pertinet tanta fuit huius hominis maieſtas, & fides apud Athen. vt cum Athenis mos eſſet, vt nullius iniurati teſtimonium admitteretur, huic ſoli iuſiurandum Athen. remitterẽt: ſicut Cic. vt diximus ad Att. Cũ iurare tui ciues Xenocr. teſtimonium dicentem prohibuerunt. [Sanctitate] Sanctitas eſt optima viuendi ratio. [More eius ciuitatis] Quia mos erat teſtimonium primo perhibere, deinde ſe vera dixiſſe iurare. [Dicendæ] .i. quia iudices iurauerunt ſe iuſtè ſententiam eſſe daturos. [Remiſſuri] Remittimus quando aliqui, quod facere oportet vt nõ faciat concedimus, quod iure ſuo aliquis facere non poteſt. [Sinceritati,] Puritati, & integritati.

ASCEN. QVantum, &c.] Ordo eſt. Porrò .i. Cęterũ, aut ſed quantũ honoris eſt Athenis tributũ Xenocrati claro ſapientia pariter, ac ſanctitate, quaſi dicat plurimũ. Quia cum ipſe coactus dicere teſtimonium, acceſſiſſet ad aram, vt iuraret, more eius ciuitatis .ſ. Athen. ſe retuliſſe .i. narraſſe, & dixiſſe, aut depoſuiſſe omnia verè, vniuerſi iudices conſurrexerunt, proclamaruntq;, ne diceret iuſiurandum; & exiſtimarunt concedendum ſinceritati .i. integritati eius .ſ. Xenocratis id ſup. videlicet iuramentum, quod non erant remiſſuri ſibimetipſis poſtmodum loco ſententiæ dicendæ, quia cum ſententiam dicere cogerentur, ſacramento adacti ſunt ſe verè iudicaturos.

VALERII MAXIMI
LIBER TERTIVS.

HYPOTHESIS SEQ. EXORDII.

HAc præfaciuncula de ſignis futuræ virtutis, quæ in quibuſdam adhuc pueris viſa ſunt, ſe dicturum proponit, ac relaturum præclara quædam geſta. Quæ longo præcedente tempore ad ſummam eos gloriam peruenturos verius vero prænunciabant.

DE INDOLE CAP. I.

ATTINGAM nunc quaſi cunabula quædã, & elementa virtutis, animiq;, procedente tempore ad ſummum gloriæ cumulum peruenturi, certo cum indolis experimento, datos geſtus, referam.

OLIV. ATTINGAM nunc] Primum .ſ. huius Tertij libri caput de Indole. Eſt autem indoles futuræ probitatis ſpecimen, quod in puero apparet. Aliqñ pro incremento virtutis ponitur. Liulus. Tanta, indoles in Lauinia, vt tutela muliebris res Latina, & Regnum auitum, paternumq; puero ſteterit. [Cunabula nutrimenta] Tractum ab infantibus, qui in cunis nutriuntur. [Elementa] Abuſiuè omnium rerum principia dicuntur elementa græci, ſ.xia dicunt.

ASCEN. ATtingam nunc &c.] Primus Tertij libri tit. eſt de Indole, de qua præfatur ſic. Ego attingam nunc, quaſi quædam cunabula .i. ſeminaria, & elementa virtutis, & referam geſtus animi peruenturi tempore procedente ad ſummum cumulum gloriæ. Datos .i. emiſſos ab eo, in quo erat talis indoles, cum certo experimento, indolis .i. inolitę, & ingenitæ virtutis olim in effectum prodituræ.

DE AEMILIO LEPIDO

AEMILIVS Lepidus puer etiam tum progreſſus in aciem, hoſtem interemit, ciuem ſeruauit: cuius tam memorabilis operis index eſt in Capitolio, ſtatua bullata, & incincta prætexta S.C. poſita. Iniquum enim putauit eum honori nondum tempeſtiuum videri, qui iam virtuti maturus fuiſſet. Præcurrit igitur Lepidus ætatis ſtabilimentum fortiter faciendi celeritate: duplicemq; laudem è prælio retulit, cuius eum vix ſpectatorem anni eſſe patiebantur. Arma .n. infeſta, & diſtricti gladij, & diſcurſus telorũ, & aduentantis equitatus fragor, & concurrentium exercituum impetus, iuuenibus quoque aliquantum terroris incutit: Inter quæ Aemiliæ gentis pueritia, coronam mereri, ſpoliaque rapere valuit.

OLIV. Cunabula. AEMILIVS Lepidus] Hoc fuit ſub Tyberio Grac. bello Celtiberico. [Statua bul.] Bulla erat inſigne puerorum, & præſertim nobilium, quod à collo in pectus deſcendebat, quia in pectore conſilium eſt, hoc ideo fiebat, vt oſtenderetur ætas illa adhuc ſub alterius cõſilio poſita eſſe, nã, βουλὴ conſiliũ ſignificabat, in pectus deſcendebat quia in pectore, vt dixi conſtat eſſe conſilium Macr. dicit ingenuis pueris conceſſum, vt cordis figuram in bulla ante pectus annecterent, q. inſpicientes ita demum ſe homines cogitarent ſi corde præſtarent, hoc eſt ſapientia, & magnanimitate, togam quoq; prætextã his additam, vt ex purpuræ rubore ingenuitatis rubore regerentur. Priſc. Tarq. filium ſuum ann. 13. natum, q bostem manu percuſſerat, & pro concione laudauit, & bulla aurea, prætextaq; donauit, inſigniens puerum vltra annos fortem præmijs virilitatis, & honoribus, nã ſicut prætexta ĩſigne magiſtratuũ ab Hetruſcis acceptum regnante Tul. ita bulla geſtamen erat triumphantiũ, q̃ in triumpho præ ſe gerebãt Imperatores hinc deductus mos, vt prætexta, & bulla in vſum puerorum nobilium vſurparẽtur, ad omen, & vota conciliandę virtutis ei ſimilis, cui primis annis munera iſta ceſſerunt [Prætexta] .i. Veſte purpurea, qua vtebantur nobiles pueri vſq; ad 14. ann. qua poſtmodum depoſita, in Capitolio virilem togam ſumebant, ex quo deprehenditur puerũ fuiſſe Aemilium quo tempore hoſtem in acie interemit [Aetatis ſtabilimentũ] videlicet virilitate, tũc .n. ſtabilis dicitur ętas. Duplicemq; laudem, quod hoſtem interfecit, & ciuem ſeruauit, vnde ẽt quernã coronã meruit. [Vix ſpectatorem.] Auſus eſt bellũ inire, qđ alius in ea ætate ſpectare timuiſſet. Iuuenibus, nedũ pueris. [Arma .n. infeſta.] Declarat, quare alius in ea ætate bellũ ſpectare timuiſſet. Infeſta, inimica, cũ arma armis contraria ſunt. [Stricti] nudati [Diſcurſus] cum hinc inde tela iactãtur.

ASCEN. AEMILIVS Lepidus progreſſus puer ẽt tum] .i. tunc cũ adhuc puer eſſet, in aciem .ſ. inſtructã ad pugnã, interemit hoſtẽ, & ſup. ſeruauit ciuẽ. Cuius operis tã memorabilis, index eſt ſtatua bullata .i. inſignita bulla, quę eſt ornamẽtum pueritiæ, & incincta prętexta .i. veſte puerorum nobilium, antequã virilẽ togã acciperent: Quia hic mores quęruntur, qui prouectiorũ ſunt, cibi. Non verſor circa vocabulorum vim, quia tñ eis ignoratis nihil ſcitur, ſciat rudior lector, bullã fuiſſe rẽ factã ex auro, argento, aut alio metallo in formã cordis, & concauã, in qua contra faſcinum contenta erant remedia, eaq; depẽdebãt de collo puerorum prçſertim nobilium, vt in cordatos viros euaderent, faſcinũ vincant, & à turpibus locis, ſociis, & factis.

maiorum partem ordinis equeſtris. Si quis ſtatuiſſet ipſum Marium, virum maxime audacem, qui Cymbros vicerat illo loci, id eſt in illo loco, vbi ſibi ferrum dari poſtulauit Cato, cogitaſſet celerius aliquid de fuga ſua, quam de nece Syllæ, quod quidem vero ſimile eſt, ſed minus mirabile, Marij enim, non Catonis vitę inſidiabatur Sylla.

DE CAIO CASSIO.

Plut. in vita.

CVIVS filium * Fauſtum C. Caſſius condiſcipulum ſuum in ſchola proſcriptionem paternam laudantem, ipſumq; cum per ætatem potuiſſet, idem facturum minitantem, colapho percuſſit: dignam manũ, quæ ſe publico parricidio non contaminaret.

OLIV. CVIVS filium] Exemplum indolis C. Caſſii. Fuit autem hic Caſſ. qui Cæſ. interfecit in Senatu. [Fauſtum] Sylla poſt victoriam creatus Dictator perpetuus, voluit ſe fœlicem, liberos verò fauſtos, hoc eſt marẽ, Fauſtum, & fœminam Fauſtam appellari. [Condiſcipulum] Eiuſdem præceptoris diſcipulum. [Quæ ſe publico parricidio,] Quia Caſſius cum Bruto Cæſarem interfecit, quaſi parentem patriæ, hoc ideo dicit, ne læderet Auguſtum, ex eo quòd laudaſſet Caſſium. [Colapho] Significat ictum pugno clauſo infixum.

ASCEN. CVius,] Scilicet Syllæ filium Fauſtum nomine: ſunt qui huius legant, ſed tunc videretur de Catonis filio loqui. C. Caſſius percuſſit colapho exiſtentem condiſcipulum ſuum, in ſchola. i. ludo literario, laudantem proſcriptionem paternam. i. quo patet eius Sylla tot ciues Rom. proſcripſerat, & minantem ipſum. i. ſe facturũ idem. i. eandem, aut ſimilem proſcriptionẽ cũ potuiſſet, dicerẽ potuerit, aut poſſit, quia nũc de futuro loquitur, ideo dicit per ætatẽ [dignã manum] ſubaudio, vt ſit ò dignã manum, aut cenſeo manum illam Caſſij, quæ Fauſtum percuſſit, eſſe dignam, ne contaminaret ſe patricidio publico. i. parentis patriæ, videlicet Iulij Cæſ. quod per adulationem dicit. Nam eo nomine ab aliis laudatus eſt Caſſius.

EXTERNA.

DE ALCIBIADE.

* Plut. in vita.
* Intellexiſſe, non vidiſſe ſcr. Plut.

ET vt * à Græcis aliquid: Alcibiades ille, cuius neſcio vtrum bona, an vitia patriæ pernicioſiora fuerint: illis enim ciues ſuos decepit, his afflixit, cum adhuc puer ad * Periclem auunculum ſuum veniſſet, eumque ſecreto triſtem ſedentem vidiſſet, interrogauit, quid ita tantam in vultu confuſionem gereret: at illo dicente, mandato ſe ciuitatis Propylæa Mineruæ, quæ ſunt ianuæ arcis, ædificaſſe, conſumptaque in id opus ingenti pecunia, non inuenire quo pacto miniſterij rationem redderet, atq; ideo conflictari. Ergo, inquit, quære potius quẽadmodum rationem non reddas. itaq; vir ampliſſimus, & prudentiſſimus, ſuo conſilio defectus, puerili vſus eſt: atq; id egit, vt Athenienſes finitimo implicati bello rationibus exigendis non vacarent. Sed viderint Athenæ, vtrum Alcibiadem lamententur, an glorientur: quoniã adhuc inter execrationem hominis, & admirationem, dubio mentis iudicio fluctuãtur. Nos quia iam initia, procurſusque virtutis pateſecimus, actum ipſum proſequemur, cuius ponderoſiſſima vis & efficaciſſimi lacerti, in fortitudine conſiſtunt.

OLIV. Alcibiadis indoles. ET vt à Græcis]. De hoc viro ſatis dictũ fuit in c. de Somnijs, & latius dicemus in cap. de Mutatione ſtatus, & fortunæ. [Aliquid] Scilicet ſumamus. [Ille cui] Ac ſi diceret, ille Alcibiades, cuius indoles ſpem maximam futuræ probitatis ciuibus afferebat. Iuſt. de Alcibiade. Erat ætatis floræ, & fortunæ veneratione, nec minus eloquentia inter Ath. inſignis, ſed in recõciliandis amicitiarum ſtudijs, quàm in retinẽdis vir melior, quia morum vitiã ſub vmbra eloquentiæ primo latebant. [Vtrum bona] Nam ſi virtutes conſideres, nullus eo fuit virtute præſtantior, ſi vitia, nullum ſceleſtiorem inuenies. [Bona] nobilitas, ingenium, eloquentia, diuitiæ, forma præſtans, ciuium fauor, eximia potentia. [Vitia] Libido, ambitio Imperij, cupiditas, ſuperbia, arrogantia. [Decepit illis,] Scilicet bonis, quia primo ſummam de illo ſpem, vtiliſſimum fore illum ciuitati ciues conceperant, ſed cum ad adultã ætatem peruenit, ſua ſpe fruſtratos ſe eſſe intellexerũt. [His afflixit] ſ. vitijs. [Confuſionẽ] Perturbationẽ, & triſtitiã. [Secreto] Vt triſtes facere ſolent. [Propylæa] Significat veſtibulum, ſed græco vocabulo vſus eſt, quia græca tractatur hiſtoria, nam πρὸ ſignificat ante, πυλὴ portam, vnde, προπυλαῖον, ſed diphthongum recipit. ciuitas mãdauerat Pericli, vt ianuas arcis Mineruę ędificari curaret, & de pub. data eſt pecunia, hic vero ingentem pecuniam in hoc opere cõſumpſit, vnde etiam Demetrius Phalereus teſte Cic. lib. de offic. ſecundo, vituperat Periclem, quod tantam pecuniam in præclara illa Propylæa proiecerit. i. in eo ædificio profuderit. [Afflictari] Grauiter cruciari. [Defectus] Deſtitutus, cui ſuum defuit conſilium. [Finitimo bello] ſ. Peloponenſi. [Rationibus] ſ. pecunię, quam in ædificio illo conſumpſerat. [Lamententur] Propter vitiã. [Glorientur] Propter virtutes. [Execrationem] ad vitia pertinet. [Admirationem] ad virtutes refertur. [Nos quia iã initia] Quandoquidem inquit, de ſigno virtutis diximus, videlicet de indole, dicamus nũc de ipſa virtute, ſcilicet fortitudine. [Efficaciſsimi lacerti] Validiſſima robora.

ASCEN. ET vt à Græcis, aliquid, &c.] Frigide admodum, quia vnico, & ambiguo exemplo externa tranſit, quaſi in ſolo P. vera fuerit indoles. Ordo eſt. Et vt aliquid ſup. exempli ſumatur à Gręcis. Alcibiades ille. ſ. nobiliſſimus ciuis Athen. cuius neſcio vtrum bona. ſ. animi quę in alio ſint virtutes dicẽdę, an vitia fuerint pernicioſiora. i. maiori pernicieí patriæ, ſup. eius, hoc eſt Athenis. Enim pro quia, ipſe decepit ciues ſuos, illis. ſ. bonis ſaltem apparẽtibus, quia niſi in eo apparuiſſent, nunquam illi Reipub. gubernacula commiſiſſent, & afflixit ciues ſuos his. ſ. vitijs, cum adhuc ſup. ens, aut (vt Valla proſcripſit in hoc ſenſu) exiſtens, puer, veniſſet ad Periclem auunculum ſuũ, & cũ vidiſſet eũ ſedentẽ ſecreto, id eſt in loco ſeparato ab alijs, interrogauit, quid ita. i. cur ita gereret, id eſt pręſe ferret confuſionem, id eſt turbationẽ animi in vultu? [At illo] ſ. Pericle dicente, ſe ędificaſſe mãdato ciuitatis propylæa. i. veſtibulum, aut ſi ſic vertere liceat, anteportale Mineruæ. i. templum eius, quæ. ſ. propylæa ſunt ianuæ arcis. ſ. Ath. i. quę Mineruę erat ſacra, vt Romæ in Capitolio Iouis, vnde in Bucol. Maro. Pallas, quas condidit arces. Ipſa colat, & ingenti pecunia cõſumpta in id opus. ſ. in eius operis ędificatione (repete dicentem.) Se non inuenire, quo pacto. i. quo modo redderet rõnẽ miniſterij. i. accepti, & impenſi, inquit, ſcilicet Alcibiades (nam hoc eſt verbum particulę in capite poſitę) ergo quia reddendæ rationis modũ inuenire nequis, quære potius quemadmodum non reddas: rationem. ſ. miniſterij. i. adminiſtrationis tuę. [Itaq;] i. & ita vir ampliſsimus, & prudentiſsimus, videlicet Pericles, de quo Perſius Magni pupille Pericli, defectus. i. deſtitutus ſuo. i. proprio conſilio, vſus eſt puerili, ſup. conſilio, atq; egit id, vt Athen. implicitι bello finitimo nõ vacarent rationibus. ſ. impenſis exigẽdis. [Sed viderint Athenę,] q. d. auctor, id nihil ad me vtrum, lamententur Alcibiadem, quod tam callidus fuerit, an glorientur. i. iactent gloriabundi, quod tantę indolis puerum haberent, quia fluctuatur. i. more fluctuantis maris huc, & illuc agitatur, & eſt impersonaliter dictum, dubio iudicio mentis inter execrationem hominis. i. an deberent eius vitia tam callidè occultata execrari, admirationẽ ſup. eius, quia in vtramq; partem fuit vehementiſsimus, & hoc dicto trãſit ad Titulum de fortitudine, de quo continuo ſic profatur. [Nos & quia, &c.] q. d. cenſeant Athen. de Alcibiade ſuo, vt velint, nos quia pateſecimus iam initia, & procurſus. i. priores excurſus, & oſtentamenta virtutis, hoc eſt indolem, proſequemur ipſum actum. i. effectum indolis, cuius. ſ. actus ſtudioſi, vis, & lacerti efficaciſsimi inſtrumẽta, quibus potiſsimum in opus exit, conſiſtunt in fortitudine.

THEO. VTrum bona, &c.] Probus Aemilius, in Alcibiade natura quid efficere poſſet, videtur experta. Conſtat enim inter omnes, qui de eo memoriæ prodiderũt nihil eo fuiſſe excellentius, vel in vitiis, vel in uirtutibus. [Periclem auunculum ſuum] Probus Aemil. Alcibiadis vitricum fuiſſe Periclem ſcribit. Educatus, inquit, eſt in domo Periclis (priuignus enim ſuus fuiſſe dicitur) eruditus à Socrate. Sed ę monimenta Val. concinnunt Plut. eodẽ prior Plato tantum dicunt Alcibiadem ſub tutela Periclis relictum: vnde Perſius, ex perſona Socratis ad Alcibiadem. Magni pupille Periclis.

DE FORTITVDINE. CAP. II.

DE HORATIO COCLITE.

* Lio.li.2.

NEC præterit * me conditor vrbis noſtræ Romule, principatum tibi hoc in genere laudis aſſignari oportere. Sed patere obſecro vno te præcurri exemplo, cui & ipſe aliquantum honoris debes, quia beneficio illius effectum eſt, ne tam præclarum opus tuũ Roma dilaberetur. Hetruſcis in Vrbem potẽ ſublicio irrumpentibus, Horatius Cocles extremam eius partem occupauit, totumq́; hoſtium agmen, donec poſt tergũ ſuum pons abrumperetur, infatigabili pugna ſuſtinuit: atque, vt patriam periculo imminenti * liberatam vidit, armatus ſe in Tyberim miſit: cuius fortitudinem Dij immortales admirati, incolumitatem ſinceram ei præſtiterunt. Nam neque altitudine diſiectus, quaſſatusue, neq; pondere armorum preſſus, nec vllo vorticis circuitu actus, nec telis quidem, quæ vndique congerebantur, læſus, tutum natandi euentum habuit. Vnus itaque tot ciuium, tot hoſtium in ſe oculos conuertit, ſtupentes illos admiratione, hos inter lætitiam, metumq́ue hæſitantes: vnusq́; * duos acerrima pugna conſertos exercitus, alterum repellendo, alterum propugnando, diſtraxit. Deniq; vnus vrbi noſtræ tantum ſcuto ſuo, quantum Tyberis alueo, munimẽti attulit: quapropter diſcedentes Hetruſci dicere potuerunt, Romanos vicimus, ab Horatio victi ſumus.

* Debilitatam ſcri. Dio.lib.5. & alij.

* Primo nes ſuere.

OLIV. NEC me præterit] Dicturus de fortitudine, hoc cap. quidam præmittit excuſationem, ꝗ non incipiat a Romulo conditore, & vrbis Romanæ parente, quem multa fortiter feciſſe conſtat. [Hor. Cocles] Huius autem huius viri pugna, & virtus mirabilis, ac propemodum incredibilis, defenſus.n. pons ſublicius per ipſum contra omnem exercitum Hetruſcorũ, donec à tergo fractus pons, præcluſusq́; hoſtibus aditus indignãte rege, ac ſtupente exercitu, ꝗ vir vnus, isq́; monoculus, vt qui altero prælio alterum amiſiſſet, tantum contra tot armata hominum millia auſus fuiſſet. Fracto ponte, ipſe vt erat armatus ex alto in Tyberim ſe proiecit, & ad ſuos ſoſpes enatauit, niſi ꝗ in caſu ipſe, vt quidã tradidere ſagitta femur traiectus claudus euaſit, quod cum ſibi poſt temporis ſpatium (vt perhibent) in petitione honoris obiectum eſſet vt vitium (magnifica prorſus, & facto par reſponſio) per ſingulos, inquit gradus admoneor triumphi mei. Huic tantæ virtuti non ingrata ciuitas, ſuit ſtatua illi in Comitio poſita, & de publico donatus ager, ter quantum vno die circumducto aratro poſſet amplecti. Sic honore ſimul et cõmodo auctus in præſens, & in poſterum rei ſama plures admiratores repertura, quam credulos. Front. lib. 2. cap. vlt. Hor. Cocles, vrgente Porſennæ exercitu, iuſſit ſuos per pontem redire in vrbem, eumque ne caſu ſequeretur hoſtis intercidere, quod dum efficitur, in caput eius propugnator ipſe inſequentes detinuit. audito deniq; fragore pontis abrupti deiecit ſe in Alueum, eũque inermis, ſed vulneribus oneratus trãſnatauit. Seneca ad Lucil. Epiſt. xx. cuius principium eſt. Epiſt. tua, &c. Horat. inquit, Cocles ſolus impleuit pontis anguſtias, ademit ſibi reditum, dum iter hoſti auferret, iuſſit etiam diu prementibus reſiſti, donec reuulſa ingenti ruina tigna ſoluerunt, poſtquam reſpexit, vtq́ue extra periculum eſſe patriam periculo ſuo ſenſit, veniat ſi quis vult me euntem ſequi, dedítque ſe in præceps, & non minus ſollicitus in illo rapido alueo, fluminis, vt armatus, quàm vt ſaluus exiret retento armorum decore tam tutus redit, quàm ſi ſpõte veniſſet. Cic. lib. Parad. 1. Quæ vis Hor. Coclitem contra hoſtium copias tenuit in ponte ſolum? Plin. de vir. illuſt. Porſenna Rex Hetruſcorum, inquit, cum Tarquinios in vrbem reſtituere, tentaret, & primo impetu Ianiculum cepiſſet Hor. Cocles illo cognomine, quod in alio prælio oculum amiſerat, pro ponte ſublicio ſtetit, & aciem hoſtium ſuſtinuit, donec à tergo interrumpetur, tum in Tyb. decidit, & armatus ad ſuos tranſnatauit, ob hoc ei tantum agri publice datum, quantum vno die aratro coli potuiſſet, ſtatua, quoq; in Roſtris poſita. Hæc igit hiſt. à multis auctoribus traditur. [Diſiectus] In diuerſas partes diſtractus, ꝗppe qui ex alto deciderit potuit diſrumpi. [Vorticis] Aquarum reuolutionis profundæ. Vortex teſte Quin. lib. 8. de Inſt. orat. proprie eſt contorta in ſe aqua, vel quidquid aliud ſimiliter vertitur. [inter lætitiam, metumq́ue] Lætabantur ciuitatem conſeruatam eſſe, metuebant tantum virum perire. [Conſertos exercitus] Conſertæ manus dicuntur, cum inter hoſtes dimicant. [Alueo] Alueus eſt medius amnis, qui aquam fluminis continet, videlicet fluminis meatus, locus per quẽ labitur aqua. [Munimenti] Præſidij. [Attulit] Suſtinendo Horatium.

ASCEN. NEc me præterit.] Affert primum exemplum fortitudinis de Horat. Coclite cum purgatione, quod non prius dixerit de fortitudine Romuli, dicens. [Nec] i. & nõ ô Romule conditor noſtræ vrbis. ſ. Romæ, non præterit me. i. ſcientiam meam non fugit, quia bene ſcio oportere principatum in in hoc genere laudis, videlicet ob fortitudinem aſſignari tibi, ſed obſecro patere. i. ſine, & permitte præcurri, id eſt vt ſecurratur tibi vno exemplo. ſ. Coclitis, cui, &c. i. etiam ipſe. i. tu debes aliquãtum honoris. i. venerationis honorificæ, quia effectum eſt beneficio illius, ſ. de quo dictum eſt, Horatij Coclitis, ne Roma tam præclarum opus tuum dilaberetur. i. periret. Hetruſcis ſub Porſenna Rege irrumpentibus vrbem. ſ. Romã ponte ſublicio. i. per pontem ſublicium, quia ex licijs compactum. Hor. Cocles occupauit partem extremam. ſ. ab vrbe, & proximam hoſti, eiuſd. pontis, & ſuſtinuit pugna infatigabili. i. indefeſſa, quia ipſe erat infatigabilis, totum agmen hoſtium, donec pons abrumperetur poſt tergum ſuum, atq; vt. i. poſtquam vidit patriam liberatam periculo imminenti. ſ. ab Hetruſcis, armatus vt erat, miſit ſe in Tyberim, cuius fortitudinem Dij immortales admirati præſtiterunt ei incolumitatem ſinceram, quia ſaluus ad ſuos enatauit, licet ſecundum quoſdam ſaucius, contra quos hic auctor ſentit dicens [Nam neq; diſiectus] i. in diuerſas partes iactus, & iactu diſtractus eſt (nam ſolent aquæ violento impetu reſiliẽdo nõnunquam qui ſe in ipſas iaculantur findere, niſi conſtrictis cruribus ſe dimiſerint, ſunt tñ qui legant deiectus, vt ſit deorſum in profundum vſq; iactus, & ſtratus) ve pro vel, quaſſatus. i. contuſus, ita vt luxa, & diſſoluta haberet membra, altitudine. i. propter altitudinem, vnde ſe demiſerat, nec actus. i. vectus vllo circuitu. i. gyro vorticis. i. reuolutionis aquarum profundarum, nec quidem læſus telis, quæ congerebantur. i. in ipſum vnum ſimul ingerebantur, vndiq;. i. ex omni parte. ſaltem à qua hoſtes ſtabant, habuit euentum natandi tutum. ſ. Deorum munere ab omni offenſione, itaq;. & ita, ipſe vnus. ſ. ſolus cõuertit in ſe oculos tot ciuium, & tot hoſtiũ illos. ſ. hoſtiũ oculos ſtupentes admiratione, & hos. ſ. ciuium oculos, hoc eſt ciues ipſos, nam partem pro toto accipit, hæſitantes. i. dubios inter lætitiam, quia videbant eum fortiter agere, & poſſe euadere, & metum, quia timebant, ne deficeret, aut mergeretur, aut telis opprimeretur, & ipſe vnus diſtraxit. i. in diuerſa traxit, & ſeparauit, duos exercitus cõſertos. i. commixtos pugna acerrima repellendo alterum. ſ. hoſtilem, & propugnando. i. defendendo alterum. ſ. Rom. exercitum, nam niſi ſe medium interpoſuiſſet, & hoſtem a ponte arcuiſſet, neceſſe fuiſſet, aut vrbem capi, aut qui iam fugerant, in pugnam redire. Denique ipſe vnus attulit vrbi noſtræ tantum munimenti. i. protectionis ab ingreſſu hoſtium, ſcuto ſuo, quod telis hoſtium obiecerat, quantum Tyberis attulit alueo ſuo. i. aquarum receptaculo. Quapropter Hetruſci diſcedentes potuerunt dicere nos vicimus Rom. ſ. ceteros in fugam verſos: & victi ſumus ab Horatio Coclite, qui vnus eos ab ingreſſu arcuit.

THEO. INcolumitatẽ ſyncerã ei pſtiterunt] Theotimus Italicarũ rerũ a. dũ tranaret ad ſuos ictũ telo alterũ amiſiſſe ſcribit oculũ.

DE CHLOELIA VIRGINE.

IMMEMOREM * me propoſiti mei Chlœlia pene facit: eadem. n. tempeſtate, certe aduerſus eundem hoſtẽ, et in eodẽ Tyberi inclytũ auſa facinus: inter ceteras enim virgines obſes Porſennę data hoſti, nocturno tẽpore cuſtodia egreſſa, equũ conſcendit: celeriq; traiectu fluminis, non ſolum obſidione, ſed etiam metu, patriam ſoluit. Viris puella lumine virtutis preſtrenda.

IMMEMOREM] Aliud adfert excẽplũ Chlęlię virginis. Immemorẽ ideo dixit, quia ſe modo vnum exemplum preꝑoſiturũ Romulo dixerat, ergo quaſi ſui propoſiti videtur immemor, Plin. de viris Illuſtribus Porſenna Clęliam virginem in-

inter obſides accepit, quę deceptis cuſtodibus noctu caſtris eius egreſſa, equum, quem ſors dederat, arripuit, & Tyberim traiecit, à Porſenna per legatos repetita reddita, cuius ille virtutem admiratus, cum quibus optaſſet in patriam redire permiſit, illa virgines, & pueros quidem elegit, quorum ætatem iniuriæ obnoxiam ſciebat, huic virgini Clœliæ huius rei memoria, & tantæ virtutis præmium ſtatua equeſtris in foro ſecúdum Liuium, ſecundum vero Seruium in via ſacra poſita fuit. Chlœlia per diphythongum ſcribitur, ſcilicet Chlœlia Virg. Ruptisq; innaret Chlœlia vinclis. [Inclytum] Glorioſum, nam, κλυτος, clarus, & glorioſus, dicitur. i. valde, vnde inclytus, valde glorioſus [Porſenoæ data] Huius nominis penultimam Martialis corripuit, cú dixit, hanc ſpectare manű Porſena non potuit. [Obſes] Obſides dicuntur quaſi ob fidem, qui ergo ob fidem dati ſunt

ASCEN. ſaruandű, obſides dicuntur, vel ab obſidione, vt quidam volũt.

IMmemorem, &c.] Quia precatus Romulum, vt pateretur vno ſe præcurri, & nunc alterű affert propter temporis conformitatem exemplum, dicit, Chlœlia, ſcilicet virgo Romana facit me mei immemorem propoſiti, quia propoſuerat vnum tantum ante quam Romuli exemplum afferret narrare. Chlœlia dico auſa inclytum facinus eadem tempeſtate, certe, id eſt aut ſaltem, quia paulo poſt contigit aduerſus eundem hoſtem, ſcilicet Porſennam Regem Hetruſcorum, & in eodem Tyberi, in quo Cocles memorabile facinus enatando edidit. Enim pro quia, ipſa Chlœlia data Porſennæ Regi Hetruriæ hoſti obſes, id eſt ob fidem fœderis icti ſeruandam, inter cęteras virgines egreſſa tempore nocturno cuſtodiam, id eſt locum, quo aſſeruabatur cum cęteris, conſcendit equum, & ſoluit patriam non ſolum obſidione, ſed etiam metu. Celeri tractu fluminis, id eſt quia celeriter in equo traiecit flumen, & Romam aufugit, vnde eius virtutem admiratus Porſenna, repetijt quidem eam per legatos, ſed receptam cum quibus vellet comitibus abire permiſit, quæ cum iniuriæ obnoxios delegiſſet, miratus rurſus puellæ prudentiam, & cęteras virtutes, vrbem obſidione ſoluit, æſtimans ex eius, & Scæuolæ virtute, qualis ſit cętera Romana pubes, per occaſionem ergo patriam obſidione liberauit puella, præferenda viris lumine virtutis, nam ſexu præire non poterat.

THEO. CHlœlia] Plut. hanc hiſt. refert in claris mulieribus, & Macedo Policnus viij Stratagematon illud obſeruãdű, vel Cleliam citra aſpirationem cum Plu. ſcribendum, vel Cocliam cũ Polieno, quia variante exemplarium fide non conſtat, vtrum ſit melius.

DE ROMVLO.

* In prœlio Liu. in vrbe capta occiſű ſcr. Dio. lib. 2.

REDEO *nunc * ad Romulű, qui ab Acrone Ceninenſium Rege ad dimicandum prouocatus, quanquam & numero, & fortitudine militum ſuperiorem ſe crederet, tutiusque erat toto cum exercitu, quàm ſolum in aciem deſcendere, ſua potiſſimum dextra omen victoriæ rapuit: nec incepto eius Fortuna defuit. Occiſo. n. Acrone, fuſisq; hoſtibus, opima de eo ſpolia Ioui Feretrio retulit. Hactenus iſtud, quia publica religione conſecrata virtus, nulla priuata laudatione indiget.*

OLIV. REDEO nunc ad Romulum,] Poſt raptas ſine mora Sabinas, aliarumq; finitimarum fœminas, inter quas Ceninenſes, mota ſunt bella. Ceninenſes ira magis, quam conſilio rem gerẽtes, primo impetu fuſi ſunt, atq; fugati. Rex eorum Acron à rege Romulo interfectus, qui ad ſingulare certamen, vt Valer. tradit fuerat prouocatus, cuius occiſi Romulus opima ſpolia Ioui feretrio obtulit. Duo deinde ſecuti ſunt Romulum, qui opima ſpolia retulerunt occiſis Imperatoribus. M. Marcellus, & Corn. Coſſus, ſunt autem Opima ſpolia, quæ dux duci detraxerit, dicta vel ab ope, vt vult Var. vel ab opere, vt ſentit Plut. cum ſit opus egregium, clariſſimm ducem belli parem ſibi ductorem ſuperare: vnde Virg. in 10. Aut ſpolijs ego iam raptis laudabor opimis. [Ad dimicandum prouocatus] In hoc Val. diſſentit à Liuio, non enim prouocatum Liuius, ſed in acie dimicantem, & Imperatorio munere fungentem occidiſſe, qđ idem ſentit Dionyſ. ſed intra vrbem hoc factum fuiſſe dicit cum capta vrbe illi cũ armata multitudine occurriſſet. [Omẽ] Scilicet victoriæ, quia poſtea victi ſunt hoſtes. [Ioui feretrio]

Iupiter feretrius. Iupiter feretrius dicebatur à feretro inſtrumento, de quo ſuſpẽdebantur ſpolia: erat feretrum ligneum inſtrumentum ad id apte fabricatum, vt ſpolia ferret, id eſt ſuſtineret d. in. lib. 1. Romulus, inquit duce hoſtium occiſo vrbem primo impetu cepit inde exercitu victore ducto, ipſe cum factis vir magnificus, tũ factorum oſtentator haud minor, ſpolia ducis hoſtium cæſi ſuſpenſa fabricato ad id apte feretro gerens, in capitolium aſcẽdit, ibiq; cum ea ad quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet, ſimul cum dono deſignauit templũ Iouis, fines cognomenq; addidit deo Iuppiter feretri, inquit, hic victor Romulus Rex regia arma ferro templumq; his regionibus, quas modo animo metatus ſum dedico, ſedem opimis ſpolijs, quo Regibus, ducibusq; hoſtium cęſis me auctorem ſequentes poſteri ferrent. [Opima] Ditia, vtpote Regia. [Publica religione,] Quia Romulus in deorum numerum tranſlatus nulla indiget priuata laudatione, ſed per ipſum laudationem amplam habet, vtpote conſecratus.

REdeo nunc ad Romulum, qui prouocatus ab Acrone rege Ceninenſium, qui vicini erant vrbi populi ad dimicandum, id eſt concertandum, quanquam ipſe Romulus crederet ſe ſuperiorem, & numero, & fortitudine militű, & tutius erat ſup. eum deſcendere in aciem, id eſt diſcrimen pugnæ, cum toto exercitu, quam ſolum, corripuit potiſſimum, id eſt è multis alijs, omẽ victoriæ, ſcilicet animu percepte, dextra, ſcilicet ſua. ſ. virtute dextræ ſuæ, neq; fortuna defuit incepto eius. [Occiſo enim Acrone, & hoſtibus fuſis, retulit] . i. reportauit Ioui Feretrio, id eſt à Feretro inſtrumento, ad quod ſpolia ſuſpendebãtur ſic dicto, Spolia opima de eo, ſcilicet Rege occiſo, ea enim dicebantur opima ſpolia, quæ principi exercitus occiſo detracta erant. [Hactenus iſtud] Sup. à me dictum eſt ſine alia laude, aut commendatione facti, nam virtus, ſcilicet Romuli conſecrata publica religione, quia Romulus in deorum numerum erat relatus, nulla laudatione priuata indiget. ASCEN.

DE CORNELIO COSSO.

AROMVLO * *proximus Cornelius Coſſus, eidem deo ſpolia conſecrauit, cum Magiſter Equitum ducem Fidenatium in aciem congreſſus interemiſſet, magnus initio huiuſce generis inchoatæ gloriæ Romulus. Coſſo quoque multum acquiſitum eſt, qui imitari Romulum valuit.* * Liuius. lib. 4.

ROMVLO proximus] Secundum poſt Romulum Cornelius Coſſus opima ſpolia retuliſſe fertur cæſo Larte Tolumnio Fidenatium Duce, in qua re dicit Liu. ſe à cęteris diſſentire ſcriptoribus, qui eandẽ rẽ tradunt, quòd illum tribunű militum fuiſſe dicant, quando rem tantam geſſit, ſe vero duabus rationibus commoueri, vt credat illum fuiſſe Conſulem, altera quòd ea tantum ſpolia opima dicuntur, quæ Dux Duci detraheret, neminem autem Ducem eſſe, niſi cuius auſpicio res geretur, altera quòd titulis ſpoliorum oſtendit illum Conſulem fuiſſe, & ea ſpolia cepiſſe. Proximus, ſecundus. [Eidem Deo] Ioui Feretrio.] Magiſtrum Equitum] Conſulari poteſtate. [Ducem Fidenatium] Lartem Tolumnium [Magnus initio huiuſce generis inchoatæ gloriæ] Nam primus fuit Romulus, qui opima ſpolia dicauit, ſecundus Cornelius Coſs. tertius vero Marcellus, ideo ordine ponit, neque enim plures vnquam inuenti ſunt, qui huius generis gloriam virtute ſua conſequi valuerint. OLIV. Opima ſpolia.

A Romulo, &c.] Celebrat eum, qui ſecunda intulit opima ſpolia dicens.] Cornelius Coſſus] Conſecrauit eidem Deo. ASCEN. ſ. Ioui Feretrio, ſpolia. ſ. opima proximus à Romulo, longo tamen interuallo, cum ipſe Magiſter Equitum congreſſus in aciẽ interemiſſet ducem Fidenatium. ſ. Lartem Tolumnium, & declina. Lar, lartis, &c.] Romulus ſup. eſt magnus. ſ. ſine comparatione initio gloriæ huiuſce generis. ſ. ferendi opima ſpolia, inchoatæ. ſ. à ſe, quia primus ea intulit. Multum quoq; ſup. gloriæ huiuſce gñis acquiſitű eſt Coſſo, qui valuit imitari Romulű.

DE M. MARCELLO.

NEC *Marci * quidem Marcelli memoriam ab his exemplis ſeparare debemus, in quo tantus animi vigor fuit, vt apud Padum Gallorum Regem, ingenti exercitu ſtipatum, cum paucis equitibus inuaderet, quem protinus obtruncatum, armis exuit, eaque Ioui Feretrio dicauit.* * Plut. in vita.

OLIV. NEc Marci quidem Marcelli] Cum aduerſus Boios, & Inſubres, qui nunc Mediolanenſes dicuntur, quibus cum eras Viridomarus, vel vt alij dicunt, Britomarus Gallorum Geſſetarum Dux, cum ingenti exercitu ferme decem millium militum M. Marcellus miſſus eſſet cum quingentis, aut paulo amplius militibus & paucis equitib. qui apud Padũ vniuerſum exercitum lodit, atq; fugauit, Regem ipſum tãto exercitu ſtipatum obtruncauit. Erat autem hic Viridomarus inter Gallos eximia corporis magnitudine, armatura auro, & argento, ac varijs diſtincta coloribus fulgoris inſtar perlucida, quæ vbi Marcellus pulcherrima ex toto conſpiciatur agmine, ea ſutura meditatus, quæ concepta Deo vota perſolueret, nam in ea pugna Marcel. opima ſpolia Ioui Feretrio vouerat: virum igit adortus haſta perfodit, & moribundum ex equo proſtrauit, & ita opima ſpolia cum ingenti gloria in patriã reportauit. Liu. lib. 20. M. Claudius Marcellus Conſul occiſo Inſubrum Gallorum duce Viridomaro opimã ſpolia retulit. Florus Galli, Inſubres Britomaro Duce nõ prius ſoluturos ſe baltea, quam Capitolium aſcendiſſent iurarant, factum eſt, victos. n. Aemilius in capitolio diſcinxit: mox Arioſtonico Duce vouere de noſtrorum militum præda Marti ſuo torquem, intercepit Iupiter votum; nam de torquibus eorum aureum trophæum Ioui Flaminius dedit. Viridomaro itẽ rege Romana arma Vulcano promiſerant, ſed in cõtrariũ vota eeciderunt, occiſo.n. rege Marcell⁹ tertia poſt Romulũ patrẽ Feretrio Ioui arma ſuſpẽdit. [Gallorum Regem] Viridomarum, vt alij referunt, Britomarum. [Stipatum] Circumdatum. [Cum paucis equitibus] .ſ. quingentis.

ASCEN. NEc Marci, &c.] Celebrat quoque eum, qui tertia intulit, dicens. Nec quidem, id eſt non etiam debemus ſeparate memoriam M. Marcelli ab his exemplis, in quo, ſcilicet Marcello tantus vigor animi fuit, vt inuaderet cum paucis equitibus, vtpote quingentis, apud Padum fluuium Italiæ, regem Gallorum, ſcilicet Geſſetarum Viridomarum, ius Britomarum nomine, ſtipatum ingenti exercitu, quem. ſ. regem Gallorum obtruncatum protinus, ipſe Marc. exuit armis, & dicauit ea, vt opima ſpolia, Ioui Feretrio.

DE T. MANLIO TORQVATO, & Scipione Aemiliano.

* Liuius lib. 7. *EODEM * & virtutis, & pugnæ genere vſi ſunt T. Manlius Torquatus, & Valerius Coruinus, & Aemilianus Scipio. Hi etiam vltro prouocãtes hoſtium * Duces interemerunt: ſed quia ſub alienis auſpicijs rem geſſerant, ſpolia Ioui Feretrio non poſuerunt conſecranda. Item Scipio Aemilianus, cum in Hiſpania ſub Lucullo Duce militaret, atq; Intercacia præualidũ oppidum circunſederetur, primus mœnia eius conſcẽdit: neque erat in eo exercitu quiſquam, aut nobilitate, aut animi indole, aut futuris actis, cuius magis ſaluti conſuli, & parci deberet: ſed tunc clariſſimus quiſq; iuuenum, pro amplificanda, & tuenda patria, plurimum laboris, ac periculi ſuſtinebat, deforme ſibi exiſtimans, quos dignitate præſtaret, ab ijs virtute ſuperari. Ideoq́ue Aemilianus hanc militiam alijs propter difficultatem vitantibus, ſibi depopoſcit.*

* Duces non ſcribit Liu. lib. 48.

OLIV. EOdem & virtutis, & pugnæ genere] Cum T. Manlius Torquatus, Gallum quendam inſultantem, & Rom. fortiſſimum quemq; ad pugnam prouocantem, audiuiſſet, & ad dictatorem acceſſiſſet ait, iniuſſu tuo Dictator nunquã extra ordinem pugnauerim, non ſi certam victoriam videam, ſed ſi permiſeris, oſtendam profecto illi beluæ, me ex illa familia ortum, qui Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit, itaq; permiſſu Dictatoris in certamen progreſſus, cum vtrimq; dimotæ acies ad pugnæ ſpectaculum conſtitiſſent, Gallum primo, & ſtoliditate ab irriſo exercetem, & magnitudine, proceritateq́; eximium interficere, & de collo ſibi Torquem aureũ detraxit cũ cęteris ſpolijs à quo etiam Torq. appellatus eſt. Eſt autem ornamentum colli ex auro contorto confectum. [Valerius Coruinus] Conſule Camillo Furij Camilli filio contra Gallos bellum gerebatur, vbi cum vtrinq; ſtationibus quietis tempus tereretur, Gallus magitudine, atque armis inſignis in medium

Torquatus vnde.

proceſſit, & per interpretem ſilentio facto, haſta ſcuto cõcuſſo, vnum, ab exercitu Rom. qui ſecum ferro decernat ad pugnam prouocat M. Valerius tribunus militum adoleſcens permiſſu Conſulis in medium armatus proceſſit, & iuſto prælio Coruus in galea Valerij contra hoſtem conſedit, qui cum lætus omen accipiens, Deos, vel Deas quicunque miſiſſent præpetem illam precatus, vt ſibi adeſſent, auis nõ ſolũ ſedem ſemel captam tenuit, ſed quotieſcunq; prælium iniretur leuans ſeſe oculosq; hoſtis roſtro, & vnguibus petiuit. Valer. hoſtem tali prodigio perterritum obtruncauit, deinde Coruino cognomẽ inditum. [Item Scipio Aemilianus] Hic eſt qui deleta Carthagine, & ſublata Numantia dictus eſt Africanus inferior, igitur quum Lucullo Imperatore militiam gereret, prouocatus ad pugnam hoſtem interemit, oppidi, quod expugnabatur primus ipſe mœnia conſcendit, aliaq; egregia belli facinora edidit, quibus futuræ magnitudinis ſuæ omnibus certiſſima daret indicia. Plin. de vir illuſtr. P. Scipio Aemilianus Pauli Macedonici filius à Scipione Africano adoptatus in Macedonia cum patre agens, victum Perſem tam pertinaciter proſecutus eſt, vt media nocte redierit in caſtra, Lucullo in Hiſpania legatus apud Intercatiam oppidum prouocatorem ſingulari certamine vicit, muros hoſtiles ciuitatis primus aſcendit, tribunus in Africa ſub T. Mo. M. Imperatore octo cohortes obſidione vallatas conſilio, & virtute ſeruauit, à quibus corona obſidionali aurea donatus. [Sub Lucullo duce] Qui aduerſus Celtiberos bellũ gerebat, cui ſucceſſit M. Marcellus, qui Vacceos, Cantabros, aliosq; ingratos P.R. ſubegit imperio. [Neque erat in eo exercitu] Si quem præſtantem virum exercitus ad reip. commoda ſeruare voluiſſet, nemo erat Scipioni præferendus, & tamen ipſe periculum mortis pro amplificanda patria ſubire nõ dubitauit. [Aut futuris actis] Erat enim Carthag. euerſurus, quæ ſemper imperio Rom. infeſtiſſima fuit [Hanc militiam,] Scilicet occidendi hoſtes, aſcendendi muros, & mœnia.

EOdẽ &c.] Affert complura fortitudinis exempla, ex ſingulari certamine per prouocationẽ orta, dicẽs. M. Mãlio Torquato. ſ. primus eo cognomine dictus, & Vale. Coru. etiam primus eius agnominis, vſi ſunt eodem genere & virtutis, & pugnæ, quia hi etiam ſicut ſuperiores interemerunt Ducẽs hoſtium, non omnes tamen Duces, exercitus ſaltem primarij fuerunt, prouocantes vltro prius quam eſſent laceſsiti, ſunt qui legant prouocati, ſed contra hiſtoriam, & mentem auctoris eſt. Quidam etiam textus habent, Et Aemilia. Scip. ſed perperam, quia nõ eſt ſimile eius facinus, & poſtea ſeorſum narratur, vnde aut prouocauit legẽtur, aut prouocãtes. Sed quia geſſerant rem ſub alterius auſpicijs, videlicet Conſulũ ſuorũ, ideo ſup. non poſuerunt ſpolia, ſcilicet opima, conſecranda Ioui Feretrio. [Item Scipio Aemilianus, cũ militaret in Hiſpania ſub Lucullo Duce, atq; Intercatia, præualidum oppidum, ſcilicet Hiſpaniæ circumſederetur, ipſe primus cõſcendit mœnia eius. Neq; quiſquã erat in eo exercitu, cuius ſaluti deberet magis conſuli, & parci, aut nobilitati, id eſt propter nobilitatem, aut indole animi, aut futuris actis, qui ex indole ſperari poterant. [Sed tunc] .i. eã tempeſtate, clariſsimus quiſq; iuuenum, id eſt omnis, qui inter iuuenes Rom. clarus erat, ſuſtinebat plurimum laboris, ac periculi pro patria amplificanda, ſcilicet hominibus, & imperio, & tuenda, ſcilicet ab hoſtibus, exiſtimans deforme .i. turpe ſibi, ſuperari ab his virtute, quos præſtares .i. excelleret dignitate, ſcilicet generis, & maiorum honoribus, Ideoq; Aemilianus depopoſcit .i. exegit ſibi hanc militiã .i. hoc militare opus, alijs vitantibus ſup. eam propter difficultatem. ASCEN.

DE C. ATTILIO.

*MAGNVM * inter hæc fortitudinis exemplum antiquitas offert. Romani Gallorum exercitu pulſi, cum ſe in Capitolium, & in arcem conferrẽt, inq; his collibus morari omnes non poſſent, neceſſarium conſilium in plana parte vrbis relinquendorũ ſeniorum ceperunt, quo facilius iuuentus reliquias imperij tueretur. Cęterum ne illo quidem tam miſero, tamq; luctuoſo tempore, ciuitas noſtra virtutis ſuæ oblita eſt: defunctis enim honoribus, apertis ianuis, in curulibus ſellis cum inſignibus magiſtratuum, quos geſſerant, ſacerdotiorumque quæ erant adepti, conſederunt: vt & ipſi* * Liuius lib. 5.

in occaſo

*in occaſu ſuo, ſplendorem, & ornamenta vitæ præteritæ retinerent, & plebem ad fortius ſuſtinendos caſus ſuos prouocarent. Venerabilis eorum aſpectus, primo hoſtibus fuit, & nouitate rei, & magnificentia cultus, & ipſo audaciæ genere commotis. Sed quis dubitaret, quin & Galli, & victores, illam admirationem mox in riſum, & in omne contumeliæ genus conuerſuri eſſent? Non expectauit igitur hanc iniuriæ maturitatem * C. Attilius; verum barbam ſuam permulcenti Gallo Scipionem vehementi ictu capiti inflixit, eique propter dolorem ad ſe occidendum ruenti, corpus cupidius obtulit. Capi ergo virtus neſcit, patientia dedecus ignorat. Fortunæ ſuccumbere, triſtius omni fato ducit: noua, & ſpecioſa genera interitus excogitat, ſi quiſquam interit, qui ſic extinguitur.*

* M.Papyriū Curſorem. Liu. lib. 5. & Plut. in Camillo vocauit.

OLIV. MAGNVM inter hæc] Hoc exemplū ſatis abunde Valer. quod tamen multo diffuſius Liu. oſtendit. [Pulſi Rom.] Apud Alliā fluuium, vnde Allienſis dies appellatus ab hac clade inter religioſos habitus eſt, nihil enim cum populo eo die agere licebat. [His collibus] Nam Capitoliū in collibus poſitum erat. Cum ergo in collib. Capitolij morari nō poſſent ꝑꝑ anguſtias, neceſſariū conſiliū inierūt relinquēdorum ſenū in plana parte vrbis &c [Tāq; luctuoſo] Vtpote capta vrbe. [In curulibus,] Scilicet ſellæ curules dicebantur (vt quidā volunt) à curru, eo ꝙ ſubiectas rotas in modum currus haberent, nam cum magna ciuitas eſſet, & ius in multis vrbis partibus reddendū foret, quo facilius id fieri poſſet, ſellæ ſubiectas rotas habebant, vt in quācunq; partem impelli poſſent. Alij dicunt à Curibus Sabinorum vrbe, à quibus & alia, magiſtratus inſignia acceperant Rom. & ſic primam corripit. Virg. Curibuſue Sabinis. His autem ſellis tantummodo patricij magiſtratus vtebantur. Vocabuli iſtius, inquit ratio dicitur, quam C. Baſſus commentarijs ſuis ſcriptam reliquit. Senatores enim dicit in veterum ætate, qui curulē magiſtratum geſſiſſent curru ſolitos honoris gratia in Curiā vehi, in quo curru ſella eſſet, ſupra quam conſiderent, quæ ob eam cauſam curulis appellatur, ergo Gellius à curru vult eſſe dictā ſellā curulē. Liu. haud pœnitet. inquit, eorū ſnīa eſſe quibus, & apparitores, & hoc genus ab Hætruſcis finitimis, vnde ſella curulis, vnde toga ꝑtexta ſumpta eſt magiſtratuū Rom. ornamēta ab Hætruſcis ſumpta fuiſſe, cū alij plures auctores, tum li. 4. plane teſtatur, dicit. n. vſ memoriæ proditum eſt, vt triumphalia ornamēta, inſigniaq; Conſularia, & ſimpliciter magiſtratuum decora in Rom. vrbem à Tarquiniis translata ſunt. [Cum inſignibus] ſ. prætexta, & ſceptro. [In occaſu ſuo] In ruina vrbis, vel morte eorum. [Et plebem ad fortius] Nam cū viderent principes ſuos aduerſam fortiter ferre fortunam, ac malle honeſtè mori, quam turpiter viuere, nec ipſi malis vincerentur. [Venerabilis] Dicit quod primo fecerint Galli. [Nouitate] Quia nunquam antea tale quidquam viderāt. [Cultus] Quia Regia veſte induti erant. [Audaciæ] Quod inermes dum hoſtes vrbem ſuam diriperent, in ſellis cum ſceptris eburneis conſederant. [Quin & Galli victores] Auget rem ipſam cum dicit victores, nā cum ab ipſa natura ſit Gallis inſita, atq; ingenita ſuperbia, quanto inſolentiores eſſe debent poſt victoriam. [C. Attilius] Liu. dicit, fuiſſe M. Papirium Curſorem. [Barbā ſuam vſq; in pectus demiſſam] Sicut mos erat. [Scipionem] Qua reges, & duces bellorum vtuntur, venit autem à Græco, vnde & Scipio ille primus appellatus eſt, qui patrem cæcum per vrbem ducere ſolebat, quaſi patris baculus, quo ſuſtentaretur, ac regeretur, [Inflixit] Impegit. [Virtus] Hoc eſt homo virtute præditus, etiā ſi capiatur corpus. [Patientiæ dedecus] Hoc loco non virtutem patientiam accipimus, eſt enim patientia cum virtutem determinat laborioſarum rerum cum perſeuerantia perpeſſio. [Ducit] Exiſtimat. [Si quiſquam] Correctio. [Qui ſic extinguitur] Quia non moritur, ſed gloriam ſibi ſempiternam conſequitur, nam vt ait Cic. qui per virtutem perijt, non omnino interiit.

ASCEN. MAgnum inter hæc fortitudinis, &c.] Recitat exēplū fortitudinis in M. Attilio tēpore quo vrbs à Gallis capta erat dicens. Antiquitas offert magnum exēplum fortitudinis, inter hæc ſup. exēpla Romana, Rom. pulſi, ſcilicet apud Alliā fluuium ab exercitu Gallorum, cum conferrent, i. reciperent ſe in Capitolium, & in arcē, id eſt quidquid Capitolio in arce Tarpeia erat annexum, & non omnes poſſent morari in his collibus, ſcilicet Capitolonis, aut Tarpeis, cęperūt cōſilium ſeniorum relinquendorum in parte plana vrbis, id eſt in pede collium, quo. i. iō, vt iuuentus, id eſt multitudo iuuenum, tueretur facilius reliquias Imperii, quia nec ſeniores defendere potuerunt, nec locus vtroſq; capere. [Cęterum,] Id eſt ſed ciuitas noſtra. i. Romana, ne quidem. i. non ſaltem illo miſero, & luctuoſo tempore oblita eſt ſuæ virtutis. Enim pro quia, defuncti honoribus, id eſt qui ſummos magiſtratus geſſerant, & tunc nō gerebant, conſederunt, ſcilicet in domibus ſuis apertis ianuis, in ſellis, id eſt ſedilibus, curulibus, id eſt à Curibus acceptis, aut quibus pro curribus primi magiſtratus vtebantur, dū in eis per vrbem portabātur. [Cum inſignibus magiſtratuum] Quos geſſerant, & ſacerdotiorum, quę adepti erant, vt & i. etiam ipſi retinerent in occaſu, id eſt interitu ſuo ſplendorē, & ornamenta vitæ præteritæ, & prouocarent, id eſt excitarent plebē ad ſuſtinendos caſus ſuos fortius, cum etiam ſummi honoribus functi iiſdem cladibus afficerentur. Sic auctor interpretatur ꝑ maiorum ſuorum facto comprobando. Cęterum veroſimilius eſt eos id eo cōſilio feciſſe, vt maieſtati religionis, cuius Galli ſp fuerunt obſeruantiſſimi, ab iniuria tuti eſſent. Manifeſtum eſt enim omnes mortales religione ſemper fuiſſe coercitos, vnde à religando dictam volunt. Quod non ignorans ſummus Iudæorum pontifex in pontificali habitu Alex. Macedonū Regi occurrit, & veniā obtinuit, ſed hæc aliis quoq; exiſtimanda in medio relinquo: Aſpectus eorum, ſcilicet ſeniorū in habitibus illis ſedētium, fuit primo venerabilis hoſtibus, commotis, & i. ſimul nouitate, id eſt propter nouitatē rei, & magnificētia cultus. [Sed quis dubitaret (hoc ad purgandam temeritatem eius, quē laudatum vult, affert.) Quin, & Galli] Qui natura feroces ſunt, & victores, qui in victoria multo violentiores, & inſolentiores ſunt, eſſent conuerſuri mox illam admirationem in riſum, id eſt deriſum, & in omne genus contumeliæ, q. d. nullus, cum tamen multis liceat hodie quoque dubitare. Igitur quia non erat ſpes eo pacto euadendi, M. Attilius nō expectauit maturitatem, id eſt conſummationem hanc iniuriæ, ſcilicet paulo poſt inferendæ, verum, id eſt ſed inflixit vehementi ictu Scipionem, id eſt Baculum, Gallo permulcenti, id eſt leniter, quaſi ad deriſum cōtrectāti barbam ſuā, capiti, id eſt in caput. Et eſt honeſta locutio inflixit Gallo, id eſt ad percutiem Galli capiti. i. in caput pro eo, quod eſt inflixit capiti Galli, &c. ipſe cupidus, ſcilicet honeſti exitus, obtulit corpus ſupple ſuum ei. ſ. Gallo percuſſo ruenti, id eſt celeriter accurrenti, quod Scipione ictus eſſet, Ergo quia Attilio capto animos eius captus non erat, virtus neſcit capi, patientia, ſcilicet viri fortis, neſcit. i. non admittit dedecus. i. opprobriū, & ducit. i. æſtimat triſtius omni fato, id eſt morte ſuccumbere fortunæ. i. fateri ſe victum à fortuna aduerſa, & ita virtus excogitat noua. i. inſolita, & ſpecioſa genera interitus, ſi. i. ſi modo concedamus ꝙ quiſquam, interit, qui extinguitur, ſic q. d. non interire, aut obire, ſed abire, aut tranſire ad meliora loca tales dicendi ſunt.

Occaſus omnium.

DE C. SEMPRONIO.

*REDDENDVS * eſt nunc Romanę iuuentuti debitus glorię titulus * Q. Catulo, Sempronio Atracino Coſſ. cum Volſcis apud Veruginem parum proſpere dimicante, ne acies noſtra iam inclinata propelleretur, equis delapſa, ſeipſam centuriauit, atque in hoſtium exercitum irrupit, quo dimoto proximum tumulum occupauit, effecitque, vt omnis Volſcorum in ſe conuerſus impetus, legionibus noſtris ad confirmandos animos ſalutare laxamentum daret. Itaq; cum iam de trophęis ſtatuendis cogitarent: pręliū nocte dirimente, victores ne, an victi diſcederent, incerti abierunt.*

* Liu. li. 4. * Quæ C. Sempronio Atracinio coſ. cū Volſc. videt legendum.

OLIV. REDDENDVS eſt nunc] Liu. diſſētit ab hoc, ſcribit. n. cum Semp. Atracinio Q. Fabium Iubilianum Cōſulē tunc fuiſſe creatum Sempronio Volſcorū prouinciam ſortè eueniſſe. Cum igitur contra hoſtes, qui ſæpè victi fuerant à Rom. exercitum duxiſſet, fortuna conſtantiſſima P. R. fretus, omnia temere, ac negligenter agere cœpit. Itaque cum primo concurſu non ſubſidiis firmata acie, nō equite apte locato Ro. impetum ferre non poſſent, deinde pedem referentes, cum ſe

ferocius hoſtes,inferrent,vndiq; cederẽtur,nec quidquam Sempronio Cõſule obiurgante,adhortanteq; Seat. Tempanius Decurio equitum eaclamat,vt equites,qui Remp. ſaluam eſſe vellent ex equis deſiliant,quo facto, continua pugna omnibus locis,reſtituta eſt, & in aciem recurſum. Tẽpanius cũ equitibus, qui ſe in pedes eac eperãt,in cõfertiſſimos hoſtes incurrit,quacunq; incedunt ferro viam faciunt. Tunc Volſcus Imperator ſignum dat, vt armatis militibus locus detur, qui ſcutis obiectis Rom. à ſuis excludant, quod vbi factum eſt,interclufi equites ad ſuos prorumpere non poterant.igitur cum his vehementius hoſtes inſtrarent,cumulum proximũ occupant vbi ſe in orbem tutabantur,nec ante noctem pugnãdi finis fuit,ibi Tempanius vſq; ad lucem ſuos metu inſidiarum tenet;deinde cum ſpeculatores nunciaſſent,à Volſcis caſtra eſſe deſerta, lætus à tumulo ſuos in caſtra Rom.deduxit.[Apud Veruginem] Nomẽ oppidi cuius nẽ dum veſtigia eatant.[Centuriauit] In centurias peditum ſe coniecit. [Omnis Volſcorum impetus] Nam Volſci verſi ſunt ad tumulum oppugnandum.

ASCAN. REddendus eſt,&c.] Ordo eſt, debitus titulus gloriæ eſt nunc rẽddendus iuuentuti Ro.Q. Catulo,Semp.Atraeinio Coſſ.dimicante parũ proſpere cum Volſcis apud Veruginem opp. Volſcorum.i.cum Coſſ.illic parum proſperè dimicaret,ipſa iuuentus delapſa equis.i.vbi celeriter deſcenderat equis,ne acies noſtra.i. Rom. iam inclinata, ſcilicet ad fugam propelleretur i. procul pelleretur,& in fugam verteretur, centuriauit.i.in cẽturias more peditum coniecit ſeipſam, atq; irrupit.i.vi inuaſit exercitum hoſtium,& excepit impetũ.ſ. eorum,qui iam pedites pellere cœperant, quo.ſ.impetu hoſtili dimoto,occupauit tumulum.i.collem proximum effecitque, vt omnis impetus Volſcorum conuerſus in ſe. ſ.iuuentutem Ro. daret legionibus noſtris, id eſt cæteris peditibus Rom.ad fugã ſpectantibus,laxamentum ſalutare. i. remiſſionem pugnæ, vnde ſalutem conſecuti ſunt,ad animos ſupple eorum confirmandos.[Itaq;].i.& ita,cum.ſ.Volſci cogitarent iam.ſ. priuſquam equis deſiluiſſet iuuentus Rom. de trophæis ſtatuendis, ſcilicet de ſpolijs Rom. ipſi dirimentes. i. interſecantes nocte prœlium,quia ad noctem vſq; protractum eſt,abierunt incerti,ne, pro an,diſcederent victores,an victi.

DE FABIO MAXIMO.

*Liu.li.8. STRENVVS * *ille quoq; flos ordinis equeſtris,cuius mira virtute Fabius Max.Rutilianus magiſter equitum bello, quod aduerſus Samnites gerebatur,*

Immo bene. *malè commiſſi prælij crimine leuatus eſt. namq;, Papirio Curſore propter auſpicia repetenda in urbem proficiſcente,caſtris præpoſitus,ac vetitus in aciem exercitum ducere,nihilo minus manus cum hoſte,ſed non tam feliciter,quàm temere conſeruit:procul enim dubio ſuperabatur.Cęterum optimæ indolis iuuentus,detractis equorum frenis,vehementer eos calcaribus ſtimulatos in aduerſos Samnitis egit,obſtinataq; animi præſentia extortam manibus hoſtium uictoriam, & cum ea ſpem maximi ciuis Rutiliani, patriæ reſtituit. Qualis deinde roboris illi milites? qui uehementi ictu remorum concitatam fugæ Punicam claſſem,nantes lubrici pelagi, quaſi camporum firmitatem pedites, in littus retraxerunt? Eiuſdẽ*

Immo res melius geri non poterat, inquit Liuius.

* Liuius lib. 22. * *temporis, & notæ miles: qui Cannenſi prælio, quo Hannibal magis uires Romanorum contudit, quàm animos fregit: cum ad retinenda arma inutiles uulneribus manus haberet,ſpoliare ſe conantis Numidæ ceruicem complexus:os,naribus,& auribus corroſis,deforme reddidit:inque plenæ ultionis morſibus expirauit. Sepone iniquum pugnæ euentum:quanto interfectore fortior interfectus? Pœnus enim in uictoria obuoxius, morienti ſolatio fuit. Romanus in ipſo fine uitæ,uindex ſui extitit.*

OLIV. STRENVVS quoq; ille flos]Liu.lib.8.Decadis ab vrbe cõd.à Valerio,vt multis in locis, ſic in hac quoq; diſſentit hiſtoria:non.n.malè commiſſum prœlium,ſed oblata occaſione rei bene gerẽdæ ita ſuſcepiſſe pugnã cum hoſte, ita rem geſſiſſe, vt nihil in ea pugna defuerit, quo ſi fuiſſet Dictator.Strenuus,fortis, & acer. [Magiſter eqtũ] Dictator ſibi magiſtrũ equitũ ſemper dicebat, vnde etiã Dictator appellatus eſt, vel quod diceretur à populo,hoc eſt crearet,vel quod ſibi magiſtrum equitum diceret, præerat autem equitibus magiſter equitũ:Dictator vero legionibus,& vniuerſo exercitui, erat ſũmus magiſtratus in vrbe Rom. ſine prouocatione, & ſemeſtris tantum. [Propter auſpicia repetenda] Quia mala capta fuerant,erat tabernaculum vitio captum.[Egit] Concitauit. [Obſtinataque animi] Hoc loco in bonam partem accipitur, id eſt perſeuerantis animi permiſtẽtia,hoc eſt fortitudine,[Extortam] per vim ablatam. [Qualis deinde] Hoc fuit primo Punico bello, cuius auctor non extat quitquam ex antiquis ſcriptoribus, quia negligẽtia indies magis cadentibus litteris perierunt, T. Liuij Decades. At Leonardus Aretinus vir Græcæ,& Latinæ literaturæ peritiſſimus, ac ſolertiſſimus homo, ex commẽtariis Græcis,quæ potuit in Latinum traduxit. Cum igitur Romani duce. C. Duellio Punicam claſſem in fugam conuertiſſent circa Siciliam,nec illã fugiẽtem aliter ſe adipiſci poſſe viderẽt, nonnulli ex Rom.ſe in vndas immiſerunt,& eam conſecuti in littus retraxerunt, hoc tangit Cic.lib.de ſenectute.[Vehementi ictu] Scilicet impulſi. [Fugę] Ad fugam. [Lubricis pelagi] Lubricum,dicitur,quod labitur dum tenetur, vt anguis, & piſcis ergo lubricum,per quod labitur ſicut aqua, & eſt ſubſtantiuè poſitum.[Camporum firmitate] Tanquam eſſent in continenti terra.[Eiuſdem temporis & notæ miles] Notiſſima hæc eſt hiſtoria,& à nobis diligenter ſatis notata.[Notæ]Id eſt laudis,non inſaniæ,licet quidam notæ,id eſt inſaniæ & ignominiæ dicant,eo quod ignominioſa Rom. fuerit Cãnẽſis clades, ſed non de bello hic, ſed de militis fortitudine, & virtute agitur. [Inutiles] Quod eſſent obtruncatæ. [Ceruicem compleaus,] Scilicet vlnis tametſi vulneribus confectas, & propè abſciſſas manus haberet.[Os] Faciem.[Sepone] Seiunge,ſepara.[Obnoxius] Obſtrictus.

STrenuus,&c.]Affert aliud eiuſdem iuuentutis eaemplum dicens.Ille quoq; flos ordinis Equeſtris,cuius mira virtute Fabius Maximus Rutilianus magiſter equitum ſup. in bello quod gerebatur aduerſus Samnites leuatus eſt.i.liberatus crimine prœlij male commiſſi,ſtrenuus ſupple eſt. Nam Papyrio Curſore qui tunc Conſul,ac Imperator erat, proficiſcẽte in vrbem.ſ.Romam propter auſpicia repetenda,quia tabernaculũ vitio erat,ipſe Fabius præpoſitus caſtris ſup.tuendis ac vetitus.ſ.à Cõſule ducere exercitum in aciẽ,cõſeruit nihilo minus.i.quãquã eſſet ei vetitum manus cum hoſte,ſed non tam fœliciter,quam temerè.Enim pro quia,ipſe ſuperabatur.ſ.ab hoſte procul dubio.[Cœterũ].i.ſed,iuuentus optimæ indolis.i.ingenuæ virtutis. detractis frænis equorum.i.poſtquam detraxerat equis fræna,egit.i.impulit,eos.ſ.equos ſtimulatos.i.punctos,vehementer calcaribus,in Samnites aduerſos.i. contra poſitos,& reſtituit præſtantia animi obſtinata.i. per fortitudinem ſuam inuincibilem patriæ.ſ.Romæ.victoriam extortam. i. vi extractam manibus hoſtium,& reſtituit cum ea.ſ.victoria,ſpem maximi ciuis.ſ.Rutiliani, quę perijſſet. [Qualis deinde roboris, &c.] Affert aliud iuuentutis Romanæ ſtrenuitatis eaemplum, dicens. Deinde qualis roboris ſup. fuerunt milites illi qui nantes lubricis.i.per lubrica pelagi,retraxerunt in littus,quaſi pedites in firmitate camporum,hoc eſt perinde,ac ſi pedites in campo firmo ſtetiſſent,claſſem Punicam.i.Carthag.concitatam fugæ.i.ad fugam vehementi ictu.i.impulſu remotũ,q.d.admirandi roboris fuit. Nam cum Carthag. claſſem fugientem viderent,& eam manibus ſuis aſſequi non poſſent,eo quod tardiores eſſent,ſeſe in mare demiſerũt,& uãdo eam aſſecuti ſunt & in littus retraxerunt.Quod certe via credibile eſt.Nam vt demus aſſecutos claſſem decem in naui poſſunt centum in aq̃s, aut arcere à claſſe aut occidere, mõ ſugientib. aliquid reliquũ eſſet animi.[Eiuſdem,&c.] Ordo eſt. Miles eiuſdem temporis & notæ.i.æſtimationis,& valoris,tracta metaphora à nota æris .i.moneta,nam eiuſdem notæ, & ponderis nummi eiuſdẽ æſtimantur valoris,qui cum haberet ſupple in prœlio Cannenſi.i. apud Caonas vicum Appuliæ, à Romanis infęliciter cõmiſſo, quo.ſ.prœlio Hannibal dux Carthag.magis contudit.i.concuſſit quam fregit animos Romanorum, manus inutiles.i. idoneas ad retinenda arma ſup. ſua, vulneribus.i. propter vulnera accepta compleaus.ſ.lacertis ceruicem.i.poſteriorem partẽ colli Numidæ.i.militis è Numidia,conantis ſpoliare ſe.i.militem Roman. (id enim eſt principale ſuppoſitum ad quod reciproeatio ASCAN.

eatin ſit, reddidit os ſup. ei, hoc eſt Numidæ deforme, hoc eſt faciem eius deformatam naribus & aurib. ſup. eius corroſis. i. morſibus abreptis, & expirauit in morſibus plenæ victoriis. [Se pone] .i. ſeclude iniquum euentum pugnæ, vtpote quam fortiores, & pro iuſtiore cauſa, quia pro defenſione patriæ occubuerat, quàto ſup. fuit aut dicendus eſt interfectus fortior interfectore; q.d. multo. Enim pro quia, Pœnus obnoxius, .i. obſtrictus noxæ & pœnæ in victoriam. i. cum eſset victor fuit morienti, ſ. Rom. ſolatio. quia ſolabatur malum malo rependens, quod tamen modicum eſt ſolatium, niſi quatenus Remp. ſuam iuuit. Romanus eatiut in ipſo fine vindex. i. vltor ſui .i. necis ſuæ.

DE P. CRASSO.

* Oroſ. li. 5. ca. 10. & Flor. Hic lib. 8. c. 7.

MILITIS huius in aduerſo caſu tam egregius, tamque virilis animus, quàm quem relaturus ſum, Imperatoris. P. enim Craſſus cum Ariſtonico bellum in Aſia gerẽs, à Thracibus. quorum is magnum numerum in præſidio habebat: inter Eleam, & Smyrnam exceptus, ne in ditionem eius perueniret, dedecus, accerſita ratione mortis effugit. Virgam enim, qua ad regendum equum vſus fuerat: in vnius barbari oculum direxit, qui vi doloris accenſus, latus Craſſi ſica confodit: & dum ſe vlciſcitur, Romanum Imperatorem maieſtatis amiſſæ turpitudine liberauit. Oſtendit fortunæ Craſſus: quam indignum virum tam graui contumelia afficere voluiſſet, quoniam quidem iniectos ab ea libertati ſuæ miſerabiles laqueos prudenter pariter, ac fortiter rupit: donatumque iam ſe Ariſtonico dignitatis ſuæ reddidit.

OLIV. PVb. Enim Craſſus] Cauſa huius belli hæc fuit. Attalus, qui Philomator cognominatus eſt, teſte Str. lib. 13. vbi de rebus Attali loquitur, Rex Aſiæ, Regni ſui P. R. hæredem reliquerat. Ariſtonicus Eumenis filius poſt mortem Attali hoc Regnum inuaſit: miſſus eſt ergo contra illum P. Craſſus cũ exercitu, & Imperator, & Pontifex, quod nunquam antea factum erat, vt Dux ſimul exercitus, & Pontifex mitteretur, ex quo etiã creditum eſt rem male proceſſiſſe. Captus itaq; Craſſus à Thracibus, qui venerant in auxilium Ariſtonici, cum duceretur ab his qui eum interceperát, virgam qua equum dirigere ſolitus erat in oculum vnius eorum, à quib. ducebatur direxit, adeo vt illi oculum excuteret, quo facto ira incenſus ille, hunc gladio trãſfixit, & ita fortiter potius mori voluit, quã in captiuitaté venire, & in ſeruitute turpiter viuere. Sed poſtea contra Ariſtonicũ miſſus. M. Perpenna illum vincere cœpit, & in vinculis habuit, Imperiumq; Aſiæ recuperauit. Aquilius Aſiatici belli reliquias confecit, mixtis (nefas) veneno fontibus ad deditioné quarundã vrbium. Quæ res vt maturam, ita infamem reddidit victoriam, quippe cum contra fas deum moreſq; maiorum medicaminibus impuris in id tempus ſacroſancta Romana arma violaſset. [Inter Eleam, Smyrnam] Oppida ſunt maioris Aſiæ, Smyrnam, teſte Herod. in vita Homeri conſtruxit Theſeus Theſſalus, & eã ab vxoris ſuæ quæ Smyrna dicebatur monumento denominauit, quam à Lyddis euerſam, ab Antigono ſuſcitatam fuiſſe dicit Str. lib. decimoquarto. qui & à Val. in hac hiſt. diſsentit, non enim P. Craſsum captum, ſed prælio fortiter pugnando occubuiſse dicit; nam poſt deſcriptioné Smyrnæ quam ſatis ambitioſè deſcribit, & eam omnium pulcherrimã eſse dicit, & ea Homeri templum ac ſtatuã, qm̃ poetam illũ ſibi vendicẽt: hic ſtatim ſubiũgit. Hoc in loco Dolabella Trebonium obſidione cœpit, vnum ex his qui diuum Cæſarum dolo occidarunt, & multas partes vrbis diruit. Poſt Smyrnã ſunt Leucæ oppidulum, quod Ariſtonicus poſt Attali Philomatoris obitum ad defectioné perduxit, qui putans ſe eſse è Regia ſtirpe, Imperium ſibi vindicare cogitauit, quare ab eo excidit circa Cumanũ Agrum ad Ephaſ. naualì prælio ſuperatus; Aſcendens vero in mediterraneam, hominum inopum, ac ſeruorum, ad libertatem vocatorum, quos Heliopolitanos appellabãt, tumultuariam manum cogregauit, primumq; Tyatira aggreſsus eſt, deinde capta Apollinide, alia caſtella capiebat: Sed nõ diu reſtitit, nam continuo ciuitates exercitũ miſerunt, Nicomedes quoq; Bithyniorum, & Cappadocum Rex, auxiliũ tulit: poſtea quinq; legati à Rom. miſſi, deinde exercitus, & Conſul P. Craſſus, deinde M. Perpenna, qui capto Ariſtonico, & Romã miſſo, bellum abſoluit. Ariſtonicus ipſe in carcere mortuus eſt. Perpenna morbo abſumptus. Craſſus cum quidem eum apud Leucas adoriretur, in prælio occubuit. poſtea Manlius Aquilius Cõſul cũ x. legionib. miſſus prouinciã in eam gubernationis formam compoſuit, quæ adhuc durat. Diſſentit etiam a Plut. de M. Perpenna qué dicit à Pompeio fuiſſe ſuperatũ, & occiſum. [Smyrnam] Huius vrbis mœnia Melas amnis præterfluit, de Elea nullam prorſus mentionem facit Strab. [Exceptus] Per inſidias captus. [Accerſita] Ratione excogitata, & quæſita arte quadam. Sica. genus teli admodum breuis, & acuti, quo latrones & viarum obſeſſores vtũtur, vnde, & ſicarij dicuntur. [Prudenter] Quia ſciuit rationem mortis inuenire. [Fortiter] Quia forti animo fuit ad moriendum. [Donatumq;] Quantum quidem ad voluntaté hoſtium, id enim eſt principale ſuppoſitum.

ASCAN. MIlitis huius, &c.] Subnectit exemplum fortitudinis in Imperatore, & Pontifice Craſso, dicẽs: Animus militis huius. ſ. proximé dicti, ſup. fuit tam. i. tantum egregius, & tam viriliter caſu aduerſo, quam. i. quantum egregius, & viriliter fuit animus Imperatoris, quem relaturus ſum. P. enim Craſsus gerens in Aſia bellum cũ Ariſtonico filio Eumenis, ob Regnum Attali, exceptus. i. inſidijs captus, inter Eleã, & Smyrnam vrbes Aſiæ à Thracibus, quorũ is. ſ. Ariſtonicus habebat magnum numerum in præſidio. i. cuſtodia. ſ. vrbium aut corporis ſui, effugit dedecus, i. infamiã ratione mortis accerſita. i. ad hoc faciendum quæſita ſeu vocata, & inuenta, ne perueniret in ditioné eius. ſ. Ariſtonici, vt eam ſic effugeret ſeruitutẽ. Enim, pro quia, direxit. i. dirigendo impulit oculum vnius barbari. i. eorum, à quibus ad hoſtem trahebatur, virgam, qua fuerat vſus ad regendum equum, qui accenſus. i. inflammatus ira, vi. i. propter vim, & vehementiam doloris, confodit. i. transfixit. [Sica] i. pugione, latus Craſſi. ſ. Imperatoris capti, & dum ille barbarus vlciſcitur ſe, liberauit Imperatorem Rom. turpitudine maieſtatis amiſſæ, quia ſi viuus in hoſtis poteſtaté veniſset ex Imperatore ſeruus deueniſset. Craſsus oſtendit fortunæ. ſ. per hoc factum quam. i. quãtum indignum virum. ſ. tam graui cótumelia, ipſa fortuna voluiſset afficere, hoc eſt fortiter quærendo mortem, oſtendit ſe indignũ, qui ita debuerit capi, ſed meliore fortuna vti, qm̃ quidem. i. quãdoquidem ipſa rupit prudenter, pariter ac fortiter, laqueos miſerabiles, iniectos libertati ſuæ, ab ea. ſ. fortuna, quæ eum vt Ariſtonico ſeruiret, capere permiſit, & ipſe reddidit libertati ſuæ ſe, donatum. i. deſtinatum iam Ariſtonico. i. vt dederetur ad ſeruiendum Ariſtonico.

THAO. EL eã, & Smyrnam] Elæa ciuitas Aeolidis in Aſia, nauale Pergamenorũ, quæ Cidenis antea vocabatur, opus (vt eſt apud Stephanum) Meneſtei, Philon. Eleam præterea reddit in medijs Sidonis, & Tyri finibus opp. Phœniciæ. Eſt & Elea Bithyniorum ſecũdum Myſiam nauale, portuſq; Aethiopiæ tres eius nominis inſulæ. Elea per ſimplex mediũ vrbis Italiæ, de qua plura Str. Liu. Aeolicæ meminit in bello Macedonico, quod enarrans olim Ianus, hæc omnia recitauit.

DE SCIPIONE.

* Liu. lib. 114.

*EODEM * mentis propoſito vſus eſt Scipio, namq; infœliciter Cn. Pompeij generi ſui defenſis in Africa partibus, claſſe Hiſpaniam petens, cum animaduertiſſet nauem, qua vehebatur, ab hoſtibus captam, gladio præcordia ſua transuerberauit: ac deinde proſtratus in puppi, quærentibus Cæſarianis militibus, vbi nam eſſet Imperator? Reſpondit Imperator bene ſe habet tantumq; eloqui valuit, quantum ad teſtandam animi magnitudinem æternæ laudi ſatis erat.*

OLIV. EODEM mentis propoſito vſus eſt Scipio] poſt deletas Cn. Pompei magni partes, in campis Philippicis, Scip. cum Sext. Pompeio magni Pompei filio, & Catone, alijſque compluribus ſe in Africam ad Regem Iubam contulerũt, & ibi ingenti exercitu comparato bellum aduerſus Cæſ. rurſus geſsere, in quo bello cũ Põpeiani fuſi, fugatiſq; Cæſarianis, caſtra arripuiſsent, teſte Plut. eo die actũ fuiſset de re Cæſaris, niſi Cæſar, & Aſinius Pollio auxilium cóferentes fugam inhibuiſsent, quare beneficio quodam fortunæ adiutus, tandem victor euaſit, cum ex Africa Scipio claſse in Hiſpaniã ſe transferre parabat, cum milites Cæſariani claſsé proſequẽtes eã adepti ſunt &

interrogantibus,vbi nam claſsis Imperator eſſet,reſpondit ipſe Scipio,bene ſe habet Imperator, cum iam pectori gladium inſtaiſſet,ne in poteſtatem hoſtium veniret. Seneca de Scipione in epiſt.ad Lucullum xxv.Solicitũ eſſe ſcribis, ſi oſtendero non tantum fortes viros hoc munimentum eſſlandæ animæ contempſiſſe,ſed quoſdã ad alia ignauos, in hac re æquaſſe animũ fortiſsimum,ſicut illum Cn.Pompei ſocerum Scipionem , quia contrarium in Africam vento relatus,cum teneri nauem ſuam vidiſſet ab hoſtibus ,ferro ſe tranſuerberauit,& quærentib. vbi Imperator eſſet,Imperator inquit, benè ſe habet:vox hæc illũ parẽ maioribus fecit,& fatalem Scipio Africa gloriam non eſt interrumpi paſſa,multum fuit Carthaginẽ vincere,ſed amplius mortem.[Infœliciter]Dicitur Cæſari, cum audiſſet aduerſarios ſuos vetuſto quodã confidere vaticinio , quod ſemper in Africa vincere fatale Scipionum generi foret,haud facile dem̃ eſt, ſiue vt hoſtium Imperatorem Scipionẽ per iocum flocci pende ret,vt ſerio ſibi id vendicaret augurium, quendã ex Corneliorum familia hominem ſane abiectum, & deſpectiſsimum Scipionem cognomẽto,inter præliandum prouide exercitus ducẽ propoſuit ita vt cum hoſte interdum congredi cogeretur , & quaſi eadem fortuna ea nomine Scipionis frueretur .

ASCEN. EOdem mentis propoſito]Laudat Scipionis ſoceri Cn. Pompei fortitudinem in cõſciſcẽda ſibi morte, quam vt D.Auguſt in lib.de ciu.Dei, de morte Catonis Vticenſis loquẽs,& verè,& doctè declarat,nemo merito laudauerit . Nõ enim penes nos eſt anima quam Deus cuſtodiendam nobis, donec eã euocauerit,dedit , pro libito eijcere, neq; q ſeipſum necat immunis eſt homicidii,neq; fortitudinis,ſed puſillanimitatis eſt argumẽtũ,ne duriora patiaſ,& ſeuiora cogaſ ſubire. Sed hæc aliorum ſit cenſura, nos pro inſtituti noſtri breuitate ordinem proſequamur. Ordo igitur eſt . Scipio ſocer Cn.Põp. viſus eſt eodem propoſito mentis,quo.ſ. Craſius . Namq; pro quia, partibus Cn.Pomp.generi ſui,i.mariti filię ſuæ defenſis in Africa infœliciter,quia interuentu Cæſ.& Pollionis victæ erant, petens Hiſpaniam claſſe, cum animaduertiſſet nauem qua vehebatur captam ab hoſtibus , tranſuerberauit gladio præcordia ſua.i. integumẽta cordis , in quo vitæ ſedes eſt, ac deinde proſtratus in puppi quærentibus militibus Cæſarianis.i. dum milites Cæſariani quærerent, vbi nam eſſet Imperator . ſ.ipſe Scipio,Reſpondit Imperator habet ſe bene,quia dedecus deditionis morte effugit . Ordo etiam eſſe poteſt, reſpondit militibus Cæſarianis quærentibus , vbi nam Imperator eſſet, Imperator habet ſe bene, vt cenſeantur datini;valuit tantum eloquiũ, quãtum ſatis erat æternæ laudi ad teſtandã.i.teſtimonio ipſius facti probandam magnitudinem animi.

DE CATONE VTICENSI.

* Plut. in vita.

*TVI quoq; * clariſſimi exceſſus Cato Vtica monimentũ eſt,in qua ex fortiſſimis vulneribus tuis, plus gloriæ quàm ſanguinis manauit. Si quidem cõſtantiſſimè in gladium incumbendo: magnum hominibus documentum dediſti: quanto potior eſſe debeat probis dignitas ſine vita,quàm vita ſine dignitate.*

OLIV. TVi quoq; clariſſimus exceſſus Cato] De Catone Vticẽſi loquitur,qui iam profligatis Reip. partibus, & in Pharſalia Duce Pompeio , & in Africa Sexto Pompei filio, vbi nullã ſibi libertatis potiundæ ſpem ſupereſſe vidit , maluit dignitati ſuæ quam vitæ conſulere.Pla.n. quem in manibus habebat de immortalitate animæ librum perlegens, cubiculũ ingreſſus gladio incubuit,excitati ſerui accurrunt, transfixum inueniunt.[Domionm accuſant] Qui ſibi mortem conſciſceret, hortati deinde vulnus religant,& ſalubria ſtatim adhibent medicamenta, Ille verò pœnitentiam ſimulans,cum ſe requieſcere velle dixiſſet,remotis arbitris vulnus reſoluit,& digitis, quia teli poteſtas eſſet erepta,dilacerauit,donec ſpiritum emiſit, de hoc Cæſar dictitare ſolitus erat inuidiſſe gloriæ ſuæ, quod ſub eius eſſe noluiſset Imperio,nã is erat Cato, qui niſi liber,& cũ dignitate viuere potuiſset,quẽ Vticenſes honore ſepulturæ decorarunt,Seneca de Catone eadem epiſt. Tu mihi cum ad contemnendam mortem ventum fuerit , Catonem narrabis, quid ni ego narrarem,vltima illa nocte Plat. librum legentem poſito ad caput gladio duo hæc in rebus extremis inſtrumenta perſpexerat, alterum vt vellet mori , alterum vt poſset,Cõpoſitis ergo rebus,vtrumq; componi fractæ,atq; vltimæ poterant. id agendum exiſtimauit,ne cui Cat. aut occidere liceret, aut ſeruare cõtingeret, & ſtricto gladio,quẽ vſq; ad illum diẽ ab omni cæde purum ſeruauerat,nihil inquit , egiſti fortuna omnib. conatibus meis obſtando,non pro mea adhuc, ſed pro patriæ libertate pugnaui,nec agebam tanta pertinacia,vt liber , ſed vt inter liberos viuerem, nũc qm̃ deploratę ſunt res gñis humani, Cato deducatur in tutũ,impreſſit deinde mortiferum corpori vulnus,quo deinde obligato à medicis , cum minus ſanguinis hr̃et,minus viriũ animi, idem iam non tñ Cęſ. ſed ſibi iratus, nudas in vulnus manus egit, & generoſum illũ contemptorem omnis potentiæ ſpiritũ nõ emiſit,ſed eiecit. Aug.de ciu.Dei li. j.damnat hunc Cat.[Vtica] Ciuitas eſt 30. mil.paſsuũ a Cart. diſtans,vbi Cato ſibi mortem intulit,vnde dictus eſt Vticenſis. Vtica ciuitas.

ASCEN. TVi quoq;] Commendat fortitudinem Cat.Vtic.quem in ſui cæde D. Aug.(vt dixi) docet, neq; iuſte feciſſe, quia contra Dei iuſſit hominem innocentẽ occidit, neq; prudenter,quia filium ad vitam per deditionem ſeruandam hortatus eſt,quod conſilium ſi bonum fuit,ipſe quoq; ſequi debebat (quanquam Tul.in offic.oſtendit eam fuiſſe Cat. cõſtantiam, vt honeſtè dedi nõ potuerit) neq; fortiter,quia timore maioris incommodi.Ordo eſt. O Cat.Vtica oppidum in Africa Ro. ditionis.eſt monimẽtum. i. teſtimonium quoque . i. etiam tui clariſs.exceſ.i.exitus vitæ per illationẽ manus in te , in qua , ſ. vrbe plus gloriæ q̃ ſanguinis manauit ex vulneribus tuis fortiſſimis.i.fortiſſimè illatis, & acceptis.Siquidem tu incumbendo fortiſſimè in gladium , dediſti hominibus magnum argumentum (quia magni viri factum plus mouet quam alterius) quãto potior dignitas ſine vita debebat eſſe probis,quam vita ſine dignitate,qualis eſt in ſeruitutem redactis.

DE PORCIA CATONIS FILIA, & Bruti vxore.

*CVIVS filia * minimè muliebris animi,quæ cum Bruti viri ſui conſilium, quod de interficiendo Cæſare cęperat:ea nocte,quam dies teterrimi facti ſecutus eſt,cognouiſſet , egreſſo cubiculum Bruto , cultellum tonſorium,quaſi vnguium reſcandorum cauſa popoſcit,eoq; velut forte elapſo,ſe vulnerauit,clamore deinde ancillarum in cubiculum reuocatus Brutus , obiurgare eam cępit,quòd tonſoris præripuiſset officium. Cui ſecreto Porcia,non eſt hoc , inquit temerarium factum meum,ſed in tali ſtatu noſtro:amoris mei erga te certiſsimum indicium . Experiri enim volui ſi tibi propoſitum ex ſententia parum ceſiſſet , quàm ęquo animo me ferro eſſem interemptura.*

* Liuius lib. 8. Plu. in Bruto. ſed paulo aliter.

OLIV. CVius filia minimè muliebris animi]Portia huius,quẽ ſupra diximus Catonis filia,& Bruto,qui Cæſ.interfecit matrimonio copulata,cognito mariti conſilio, quod de interficiendo Cæſ.cęperat,prius dio quam maritus tantum facinus aggrederetur,accepta nouacula,ſibi manum ſauciauit,reuocatus deinde Brutus illam acriter obiurgauit, quod tonſoris officium in incidendis vnguibus (ſic.n.illa ſimulauerat)præripuiſset,tum illa remotis arbitris, nõ hoc inquit temere feci,volui namq; tentare,poſsem ne forti animo mihi mortẽ inferre,ſi res tibi parũ proſpere ſucceſsiſset, hæc poſtea audita viri morte,cum illa ſupereſſe nullo modo conſtituiſset,carbones ardentes coniecit in os ,ac deuorauit , nulla alia mortis via reperta, qm̃ genus omne telorum inde eſſet amotum , & ita nouo gñe mortis conſumpta eſt.Hæc Porcia,vt habetur in vita Cat. primo Bibuli vxor fuit ex quo duos ſuſcepit filios. [Cultellũ tonſorium]Nouaculam dicit à nouandis hominibus dictam, Cic. lib.offic.2.Dionyſ. cultellos metuens tonſorios carbone candente capillos adurebat.[Temerarium] Inconſideratum,& ſine ratione factum.[Præripuiſset]Præoccupaſset. [Obiurgare] Propriè dixit,nam iurgium eſt inter amicos & coniunctos.[Tali ſtatu noſtro]amoris mei erga te , quæ viri ſui conditionem ſibi communem eſſe volebat.[Ex ſententia] Ex voto.

ASCAN CVius]. ſ. Catonis filia.ſ.Portia , ſup.fuit animi minimè muliebris , quia maximè virilis . Quæ cum cognouiſset cõſilium Bruti viri.i.mariti ſui,quod cœperat.i.inierat de interficiendo Cæſare,cognouiſset dico ea nocte , quã ſecutus eſt dies teterrimi facti quo , ſ. Cæſar interfectus eſt, Bruto

egreſſu

egreſſo.i. poſtquam Brutus egreſſus erat cubiculum, popoſcit cultellum tonſorium.i.nouaculam, quaſi cauſa.i.ſub prætextu vnguium ſecandorum,& vulnerauit ſe eo velut elapſo.ſ.e manibus,deinde Brutus reuocatus in cubiculum clamore ancillarum,cœpit obiurgare eã,quod præripuiſſet officium tõſoris cuius eſt vti cultro tõſorio. Cui Portia inquit,ſecreto, hoc factũ meum non eſt temerarium,ſed eſt certiſſimum indicium, amoris mei erga te hoc ſtatu noſtro.ſ.tam periculoſo. Volui.n.experiri,ſi propoſitum.ſ.tuum,de occidẽdo Cæſ.ceſſiſſet.i.ſucceſſiſſet parum ex ſententia.i. voluntate tua, quam.i.quãtum æquo animo eſſem interemptura me ferro.i. ferreo cultello.

DE CATONE.

* Plut. in Paul. Aemilio, & Iuſt. li.31.

FOELICIOR * *progenie ſua ſuperior Cato,à quo Porciæ familiæ principia manarunt, qui cum ab hoſte in acie vehementi periculo peteretur,vagina gladius eius elapſus decidit, quem ſubiectum prœliantium globo, atq; vndiq; hoſtium peditibus circundatum, poſtquam abeſſe ſibi animaduertit, adeo conſtanti animo in ſuam poteſtatem redegit,vt illum non periculo oppreſſus rapere, ſed metu vacuus ſumere videretur, quo ſpectaculo attoniti hoſtes poſtero die ad eum ſupplices pacem petentes venerunt.*

Oliv. FOELICIOR progenie ſua Cato] Hic,vt Iuſt.tradit li.33.fuit Cato Cẽſorini filius & oratoris maximi, qui cũ forte ſub Paulo Aemilio bello Macedonico,ſtipendia faceret,die quo certamen atrox commiſſum fuerat inter conſertiſſimos hoſtes, dum fortiter pugnaret, equo elapſus, pedeſtre prœlium aggreditur, nam cadentem manipulus hoſtium cum horrido clamore velut iacentem obtrũcaturus circumſteterat. At ille citius corpore collecto magnas ſtrages edidit,cũ ad vnũ opprimendum vndiq; hoſtes conuolarent, dum procerũ quendam petit gladius è manu elapſus in mediam cohortẽ hoſtiũ decidit. ad quem recuperandum vmbone ſe protegẽs inſpectãte vtroq; exercitu inter mucrones, ſe hoſtium immerſit,recollectoq; gladio multis vulnerib. exceptis ad ſocios cum clamore omnium reuertitur,huius audaciam cœteri imitati victoriã pepererẽ:nam hoſtes poſtero die ſupplices ad pacem petendam venerunt.Cic.lib. de ſenectute, vbi Catonem de ſe loquentem inducit. Redeo inquit ad me,quartum gero annum,& octogeſimum,vellem equidem idem poſſe gloriari, ꝙ Cyrus, ſed tñ queo dicere,non me quidem his eſſe viribus,quibus miles bello Punico,aut Quæſtor eodem bello,aut Cõſul in Hiſpania fueri quadriẽnio poſt,cũ Tribunus militaris depugnaui apud Thermopylas,Marco Att.Glabrione Cõſule.[Principia] Quia princeps fuit Porciæ familiæ. [In acie] Perſę Regis,& P.Aemilij. [Globo] Multitudine. [Rapere] Per vim ab alio capere. [Sumere] Sponte ſuſcipere.

Ascen. FOElicior] Affert exẽplũ fortitudinis in Catone maiore, quo eũ fęlicius vſum dicit,hoc ordine.Cato ſuperior,q idem maior,à quo principia familiæ Porciæ manarũt.i. fluxerunt. [Fęlicior] Sup.fuit (Scribitur ſere fœlix,ſed in antiquis notæ peritiores ſp ſcriptum fœlicius) progenie ſua.i Catone minore, qui ab eo originem traxit,qui cum peteretur ab hoſte in acie,vehemẽti periculo,gladius eius elapſus vagina decidit.ſ.in terram,quem.ſ.gladium,ſubiectum.i.cõculcatũ globo prælíãtium,atque circundatum vndique poſtquam animaduertit ſibi abeſſe.i.deeſſe,redegit in ſuam poteſtatem animo adeo conſtanti,vt non videretur rapere.i.vi extorquere ab inimictis,illum.ſ.gladium ſuum,oppreſſus periculo, hoc eſt vt facere vero ſimile erat,quia oppreſſus erat periculo,ita vt nõ erat,more,aut ſegnitiæ locus,ſed videtur ſumere.ſ. à porrigẽte vacuus .i. tanquam eſſet liber metu. Quo ſpectaculo hoſtes attoniti, venerunt poſtera die ad eum petentes pacem. Ergo dies etiam pro tempore coodiſtincta nocti interdum fœminini generis eſt, quia hoc loco interdiu veniſſe intelligimus.

DE P. SCIPIONE NASICA.

* Plut. in Gracchis.

TOGAE * *quoq; fortitudo,militaribus operibus inſerenda eſt, quia eandem laudem,foro,atque caſtris edita meretur.Cum Tib.Gracchus in Tribunatu profuſis largitionib. fauore populi occupato, Rẽp. oppreſſam teneret,palamq; dictitaret interẽpto Senatu, omnia per plębem agi debere,in ædem Fidei publicæ conuocati P. C. à Cos. Mutio Scæuola,quidnam in tali tempeſtate faciundum eſſet,deliberabant,cunctisq; cenſentibus,vt Cos.armis Rempub.tueretur,Scæuola negauit ſe quidquam vi eſſe acturum. Tunc Scipio Naſica, quoniam inquit,Cos.dum iuris ordinem,ſequitur,id agit,vt cum omnibus legibus R. Imperium corruat egomet priuatus voluntati veſtræ me offero Ducem,ac deinde leuã manum apertè toga circundedit, ſublataq; dextera proclamauit:Qui Remp. ſaluam eſſe volunt,me ſequantur, eaq; voce,cunctatione bonorum ciuium diſcuſſa: Gracchum cum ſcelerata factione, quas merebatur pœnas, perſoluere coegit.*

Oliv. CVM T. Gracchus] Hæc ſuperius hiſtoria notata eſt in ca.de ſomnijs,refertur aũt pleniſſimè ab Appiano bellorũ ciuiliũ ſcriptore diligentiſſimo:nõ eſt igiẽ hoc loco repetenda.Quod vero ad rẽ pertinet,illud ſatis erit dixiſſe, Scipionẽ Naſicã virũ fortiſſimum, cũ videret Rẽp. perditũ iri, tergiuerſante Cõſule Mutio Scæuola, atq; ẽt negante,rem armis,aut vi geſturum,cœteris quoq; torpeſcentibus,inuoluta ſiniſtra otami,ſublataq; dextra magna voce proclamaſſe,quicunque Rẽp.vult eſſe ſaluam,ſequatur me,& ſeditioſiſſimũ virum Trib.Gracchum cum ſcelerata factione pœnas dare coegiſſet, cũ ferme à triginta Senatorib. cæſus eſt. [Profuſis largitionib.] .i.immoderatis,immẽſis. [Fidei publicæ] Sic illi tẽplo nomẽ erat. [Ordinẽ iuris] Quia volebat lege agi cõtra ſeditioſos. [Factione] Cõſpiratione ſequaciũ.nã factio malorũ conſpiratio dicit.

Ascen. TOgæ,&c.] Affert exemplũ fortitudinis in toga.i. tẽpore pacis,aut domi factum,dicẽs, Fortitudo quoq; togæ .i. togati,hoc eſt in vrbe agentis,inſerenda eſt operib.militaribus,quia meretur eãdem laudẽ edita foro,in quo ſunt togati,atq; caſtris,in quibus ſunt armati,vnde Cic.cedant arma togæ.Cum Tib.Gracchus teneret Rẽp.oppreſſam,largitionib. .i.largis donationibus corrumpendi gratia profuſis.i. immoderatis, in Tribunatu.i. quo tpe Trib.pl. fuerat.& fauore populi occupato.ſ.lagitionibus,ita vt nõ eſſet locus alteri fauẽdi,vt dictaret.i.frequenter diceret,palàm.i.manifeſtè corã multis, oĩa debere agi per plebẽ. Senatu interfecto.i. Senatũ interfeciſſet, Patres Cõſcripti cõuocati publicè,quia à Scæuola Cõſule, aut in ædẽ.i.tẽplũ Fidei publicæ.ſ. deæ,deliberabant.i. cõſultabãt, quid nam faciundũ eſſet in tali tẽpeſtate.i.tẽpore tam procelloſo,& periculoſo,& cunctis cenſentibus,vt Cõſul tueretur Rẽp. armis,Scæuola.i.Cõſul negauit ſe acturum eſſe quidpiam vi.i. per vim,ſed lege. Tũc Scipio Naſica inquit,qm Cos.dum ſequitur ordinẽ iuris,negãtis cõtra ciuem quidquam vi agi, agit id, vt Romanum Imperium corruat cũ omnib. legibus, egomet priuatus.i.nullo magiſtratu fungẽs,offero veſtræ voluntati me Ducem. Ac deinde circundedit apertè.i.manifeſtè togæ.ſ.ſuæ leuam manum, hoc eſt inuoluit leuam ſuam toga,& ita forte legẽdum ſit toga,& dextera ſublata.i.ſurſum lata,& erecta ꝓclamauit.Qui volunt Remp.eſſe ſaluam,ſequantur me, & cunctatione.i.mora,& hæſitatione ciuium bonorum diſcuſſa.ſ.ex animis eorum,ea voce.ſ.tanti viri, coegit Gracchũ.ſ. Tiberiũ perſoluere pœnas,quas merebatur cum factione ſcelerata. i.& factioſos cum eo,quia Gracchum rapta parte ſubſellij ſtrauit.

DE C. MARIO SENE.

ITEM * *cum Trib.pl. Saturninus,& Prætor Glaucia,& Equitius deſignatus Trib.pl. maximos in ciuitate noſtra ſeditionũ motus excitaſſent, nec quiſquam ſe populo concitato opponeret:primum M. Aemilius Scaurus C.Marium Conſulatum ſextũ gerentẽ hortatus eſt, vt libertatem, legesq; manu defenderet:protinusq; arma ſibi afferri iuſſit:quibus allatis,vltima ſenectute confectum, & pene dilapſum corpus induit:ſpiculoq; innixus,ante fores Curiæ conſtitit:ac paruulis extremi ſpiritus reliquijs,ne Reſp.expiraret,effecit:præſtantia enim animi ſui,Senatum,& Equeſtrem ordinem, ad vindictam exigendam impulit.*

* Plin. de viris illuſtri. Oroſ. lib.5.c.19 Appian.1. Cice. pro Rabirio.

OLIV. ITEM cum Trib.pl.Saturninus] Hæc hiſtoria dicetur in c. de conſtantia in exẽplo. Metellus aũt Numidicus. Item in c. de ſeueritate in exemplo ideoq; & M. Flac. Quod vero ad Scauri fortitudinem pertinet, nõ dubitauit, cum eſſet ætate confectus, & videret, Saturninũ grauiſſimas in populo ſeditiones excitare, perſuaſo prius Mario Cõſule, q aduerſæ factionis eſſe conſueuerat, ad Senatus partes tuẽdas, & arma induere, & Senatum aduerſus Saturninum cõcitare, donec illũ oppreſſit. Fuit autem Aemilius Scaurus, teſte Sal. vir nobilis, impiger, factioſus, auidus, potentiæ, honoris, diuitiarum, cęterum callide vitia ſua occultans. [Equitius] Qui ſe Tiberij Gracchi filium faciebat. [Confectum] debilitate & ſenio conſumptum. [Præſtantia animi].i. fortitudine.

ASCEN. ITẽ cum, &c.] Affert aliud fortitudinis in vrbe exẽplum dicens. Item cum Saturninus Trib.pl. & Glaucia Prætor. [Et Equitius deſignatus].i. in futorũ annũ declaratus Tri.pl. excitaſſent in ciuitate noſtra maximos motus ſeditionum, nec quiſquã opponeret ſe populo cõcitato M. Aemilius Scaur⁹, vir nobilis, & factioſus, hortatus eſt primũ C. Mariũ gerẽtẽ ſextum cõſulatũ, vt defenderet manu.i. vi, & vt dĩt facto, libertatẽ, & leges. ſ. Romanas, & Marius hortatu illius, iuſſit protinus arma afferri ſibi, quibus. ſ. armis allatis, induit corpus ſuũ confectũ.i. debilitatum vltima.i. ſuprema ſenectute, & peno dilapſum.i. vix amplius ſtare valẽs, & inixus ſpiculo.i. telo acuti ferri, cõſtitit ante fores curię, ac effecit paruulis reliqiis extremi ſpũs.i. animoſitatis vltimæ, ne Reſp. expiraret.i. extinguceretur. Impulit.n. præſtantia animi ſui.i. fortitudine ſua, Senatum, & ordinẽ equeſtrem ad exigendam vindictam. ſ. à plebeis factioſis.

DE DIVO IVLIO.

* Cæſ. lib. x. de bel. Gal. *SED vt armorum, & togæ ſuperius, ita nunc etiam ſyderum clarum decus Diuum Iulium, certiſſimam veræ virtutis effigiem repreſentemus: cum innumerabili multitudine, & feroci impetu Neruiorum, inclinari aciem ſuam videret: timidius pugnanti militi, ſcutum detraxit: eoq; tectus, acerrime præliari cœpit quo facto fortitudinem per totum exercitum diffudit labentemq; belli fortunã diuino animi ardore reſtituit. Idem alio prælio legionis Martiæ aquiliferum ineundæ fugæ gratia iam conuerſum, faucibus comprehenſum, in contrariam partem detraxit, dexteramq; ad hoſtẽ tendens, quorſum tu inquit abis? illic ſunt, cum quib dimicamus, & manibus quidem vnum militem, adhortatione verò tam acri, omnium legionum trepidationem correxit: vinciq; paratas, vincere docuit.*

OLIV. SED vt armorũ, & togæ] De fortitudine Cæſaris dictur⁹ Procemio quodã vtitur, in quo planẽ aſſentatur, cum dicat eius virtutẽ diuinam potius fuiſſe, q̃ humanã. Hæc ẽt hiſtoria in ipſius Cæſaris cõmẽtarijs hr. [Syderum] Quod in ſydus tranſlatũ Romani eſſe credebãt. ꝑpea, quod cum Auguſtus funebres illi ludos faceret, medio die ſtella viſa eſt, q̃ Cęſaris eſſe credidere. Vnde Virg. Ecce Dionei proceſſit Cæſ. aſtrũ, Aſtru quo ſegetes. [Neruiorũ impetũ] Neruij ſunt Galliæ tranſalpinæ Germaniæ iferioris populi qui nũc Magdunẽſes dĩr, & teſte Plut. denſiſſimas incolũt ſiluas, q in ꝓfundiſſimo nemore filiis, & ſuppellectili collocatis, cũ 60. mil. hoĩum contra Cæſ. prodierunt bello Gallico tam cruenta, ſæua, & obſtinata pugna dimicarunt, vt à 60. millib. ad quingento rum numerũ peruenerint, & ex patriciis qui quadringenti numero erant, tres ſuperfuere incolumes, animis adeo obſtinatis, & perſeuerantibus pugnam ſuſtinuerunt, vt exercitum pene in fugam coegerint, nam verſo in fugam equitatu 7. & 12. legiones circũuenere, & vniuerſos Centuriones trucidarunt. Cæſar vbi vidit territos ſuos cædere, & aciẽ inclinari, ſcutum militi cuidã ſegniꝰ, timidiusq; pugnanti detraxit, eoq; tectus in cõfortiſſimos hoſtes ſe contulit, ibiq; fortiter pugnans exercitum penè labentẽ reſtituit, ingentiq; victoria potitus eſt. Ex hac tanta Neruiorũ pertinacia, quæ ſibi murũ ex cadaueribus fecerãt, natum eſt ꝓuerbiũ. Rom. perſeuerãtia Neruiorũ tãdẽ vicit peruicaciã. [Idẽ alio prælio] Hoc fuit bello, quod in Africa geſſit contra Scip. Magni Pompei ſocerum, de quo ſatis ſupra dictum eſt. [Legionis Martiæ] Sic illi legioni nomen impoſuerat [Aquiliferum] ſigniferum, nã Aquila, vt diximus, in vexillis depicta R. inſigne fuit. [Faucibus] Nã vna manu vtranq; oris partẽ cõprehendit.

Neruiorũ gens.

ASCEN. SEd vt armorum, &c.] Sub adulatione ſolita recitat exẽplũ fortitudinis in Iulio Cæſ. dicens. [Sed vt].i. quẽadmodũ ſup. repręſentauimus ſuperius, decus armorũ, & togæ.i. tã foris q̃ in vrbe fortiter geſtorum, ita repreſentemus nunc etiã elatum decus ſyderum, vtpote Iulium.ſ. Cæſ. diuũ.i. inter deos relatum, appoſitorię; Certiſſimam effigiem.i. imaginẽ, aut exẽplar veræ virtutis. Cum.i. qñ ſup. is videret aciem ſuam inclinari.ſ. ad fugã, aut repelli à ſtatione ſua, innumerabili multitudine, & feroci impetu Neruiorũ, quos Tornacen. quidam nunc dici putant, alij aliter, detraxit militi pugnãti timidius.i. non ſatis ſtrenue, ſcutũ, & tectus eo.ſ. ſcuto, cœpit ꝓliari acerrimẽ: quo facto diffudit fortitudinẽ per totũ exercitũ, quia oẽs eum imitãtes fortiter agere cœperũt, & reſtituit diuino ardore animi, fortunã belli labantẽ.i. labefactata prius: mirẽ dicit reſtitui fortunã, quaſi fortitudo fortunæ dominetur, vt ſapiens aſtris. [Idẽ] ſ. Iulius Cæſ. detraxit alio prælio.ſ. quod in Africa cõtra Scip. Põpei mag. generum cõmiſit, Aquiliferũ.i. ſigniferũ, & vt dĩt vexilliferum, legionis Martiæ, quæ maxime ſtrenua erat, & Aquilã ſignum habebat, cõuerſum iam gratia fugæ ineundæ.i. inceptãdæ, detraxit dico cõprehenſum.i. arreptũ faucibus in partẽ contrariã.i. in hoſtes, à quibus iam auerſus erat, & tẽdẽs dextrã ad hoſtẽ inquit, quorſum abis tu? ij ſup. cum quibus dimicam⁹.i. præliamur, ſunt illic, i. in illa parte, nõ in illa ad quã ſpectas. Et correxit manibus quidem vnũ militem, videlicet aquiliferum. Verò pro ſed, adhortatione tam acri, trepidationem omnium legionum, & docuit ſup. legiones paratas vinci, quia ad fugam ſpectabant, vincere ſup. hoſtes à quibus penè victæ erant.

DE VIBIO, VALERIO FLAC. ET PEDANIO Centurione.

* Immo Romani Capuam obſeſſuri erant, abſente Hannibale Liuius li. 25. *CAETERVM * vt humanæ virtutis actũ exequamur, cum Hannibal Capuam, in qua Romanus exercitus erat, obſideret: Vibius Accius Pelignæ cohortis præfectus, vexillum trans Punicum vallũ proiecit: ſeipſum ſuosq; commilitones, ſi eo hoſtes potiti eſſent, execratus: & ad id petendum, ſubſequente cohorte primus impetum fecit: quod vt Val. Flaccus Trib. tertiæ legionis aſpexit conuerſus ad ſuos, ſpectatores, inquit vt video alienę virtutis huc venimus, ſed abſit iſtud dedecus à ſanguine noſtro, Romani gloria cedere Latinis velint. Ego certe aut ſpecioſam optaui mortem, aut fęlicem audacię exitum, vel ſolus percurrerę paratus ſum. His auditis, Pedanius Centurio conuulſum ſignum dextra retinens: Iam hoc, inquit, intra hoſtile vallum meum erit, proinde ſequantur, qui id capi nolunt: & cum eo in caſtra Pęnorum irrupit, totamq; ſecum traxit legionem. Ita trium virorum fortis temeritas, * Hannibalem paulo ante ſpe ſua Capuæ potitorem, ne caſtrorum quidem ſuorum potientem eſſe paſſa eſt.*

* Hannibalẽ poti...

OLIV. CAETERVM vt humanæ virtutis actũ] More ſuo Val. diſſentit à Liuio i hac hiſtoria, nã Liu. deca. 3. Pun. bel. dicit. poſt Cãnẽſem cladẽ dũ multæ ciuitates Rom. defeciſſent, in primis Capua nõ paruũ Rom. imperij vinculum, & columẽ deſciuit, ad quã recuperandã cũ ſuas omnes Rom. vires intẽdiſſent, nec minori aio defenderetur à Pęnis, lõgo bello, & obſidione oppreſſa famẽ ſentiebat ꝓp depopulatos agros prohibitamq; ſementem. Hãno dux Carthag. ab Hãnibale emiſſus quo operã dares, vt frumenti copia fieret Cãpanis, haud ꝓcul à Beneuento caſtra poſuerat, quẽ cũ Furius Cõſul Rom. cui prouincia illa euenerat, per exploratores accepiſſet frumẽtatũ cũ parte exercitus eſſe ꝓfectũ, caſtra hoſtiũ cũ expeditis militibus paulo ante lucẽ adoritur, tãtumq; pauoris iniecit, vt ſi in plano caſtra poſita fuiſſent primo impetu capi potuiſſent, ſed eos altitudo loci, & munimẽta defenderũt, prima luce atrox prœlium fuit, nec vallo modo tutabãtur Pœni, ſed detrudebãt quoq; ꝑ ardua nitẽtes hoſtes, vicit tñ pertinax virtus. nã Ro. Imperator ab icepto deſiſtere cõſtituerat, quod ſine mil. tũ ſuorũ pernicie magna id obtineri nõ poſſe videret, iamq; receptui canere iuſſerat, tñ clamor militũ aſpernantiũ tam ſegne imperiũ diſiecit eius cõſilia. Proxima portæ hoſtiũ erat cohors Peligna, cuius

præfectus

præfectus Vibius Accius, vexillum transvallum hoſtium tráſie-
cit, execratus inde ſeq; , cohorteq; , ſi eius vexilli hoſtes potiti eſſent, princeps ipſe per vallum foſſamq; in caſtra hoſtiũ irrupit cum tota cohorte. Hunc deinde ſecutus eſt, Valerius Flaccus tertiæ legionis Tribunus, cuius imitatione accẽſus. T. Pedanius Cẽturio, vexillũ è ſignoſeri manibus ereptom intra vallum coniecit, dicens, & ſignum, & hic Cẽturio iam intra caſtra hoſtium erit quicunq; me ſaluum, & vexillũ eſſe voluerit, ſubſequatur, nec detrectarũt eius mani pulares tam glorioſum certamen. Caſtra virtute horũ capta, & direpta ſunt, magnaq; cædes facta. nam ſupra ſex millia hoſtium cæſa, ſupra ſeptem millia capta cum alia ingenti præda. [Humanæ virtutis actum] Quia Cæſ. fortitudinem diuinã fuiſſe dixerat. [Pelignæ cohortis] Pelignum oppidum Latinum eſt, à quo Peligna cohors dicta, qoi ſocij Romanorum io eorum venerant auxilium. [Latinis] Quia Latina erat, (vt dixi) Peligoa cohors.

ASCAN. CÆterum, &c.] Affert fortitudinem eorũ, qui proiecerũt ſigna in hoſtium caſtra, aut cuneum, vt ea milites repeté do hoſtium caſtra caperent, aut eos monerent, dicens. [Cæterum]. ſed vt nos exequamur actũ humanæ vitutis (nam ſuperiora duo Iulij exempla diuinæ vult eſſe virtutis) cũ Hãnibal obſideret Capuam vrbem principalem Campaniæ Italicæ, in qua exercitus Romanus erat, Vibius Accius Præfectus cohortis Pelignæ, quæ erat ex ſociis imperii, proiecit vexillum trans vallum Punicum. i. in caſtra Carthag. execratus. i. maledictione, & anathemate, & diris execrationibus proſecutus ſeipſum, & ſuos cõmilitiones, ſi hoſtes oſſent potiti eo. ſ. vexillo. i. ſi illud in poteſtare ſua retinerent, & ipſe primus fecit impetũ ad petendũ, ſ. ex hoſtiũ caſtris, id. ſ. vexillũ, & hoc cohorte ſubſequente, quod. i. q̃ rem, vt. i. poſtquam Valerius Flaccus Tribunus. ſ. militum tertiæ cohortis vidit, conuerſus ad ſuos, inquit nos (vt video) venimus hoc ſpectatores alienæ virtutis. Sed iſtud dedecus abſit à noſtro ſanguine, vt Romani velint cedere Latinis. ſ. de gloria fortitudinis. Ego certè optaui ſemper, aut mortem ſpecioſam. i. pulchrã, vnda Maro pulchrumq; mori ſuccurrit in armis, aut fęlicem exitum audaciæ. ſ. reperendi vexilli ex hoſtium caſtris, paratus ſum præcurrere. ſ. in hoſtium vallum, vel. i. etiam ſolus, ſi nullus ſequi velit. [His auditis, Pedanius Centurio retinens dextra ſignum cõuulſum]. ſ. è terra, io qua fixum fuerat, inquit, hoc, ſ. vexillũ, quod teneo erit iam mecum intra hoſtile vallum, perinde. i. & ideo ſequantur ſup. me, qui nolunt id capi. ſ. ab hoſtibus, & irrupit in caſtra Pœnorum, cũ eo. ſ. vexillo, qood tenebat & traxit ſecum totã legionem. Ita. i. & ſic temeritas fortis. i. ex fortitudine aoimi orta, cum tñ non fuerit vera virtus, liccet fęlicẽ exitũ aſſecuta, triũ virorũ. ſ. Vibij, & Valarij & Pedanij, ne quidẽ. i. non ſaltẽ. paſſa eſt Hannibalem potitorẽ paulo aote ſpe ſua]. i. vt fruſtra, licet forte oõ vaoẽ ſperabat. [Capuæ]. ſ. vrbis eſſe potientẽ. i. potitorẽ (nam nomen eſt licet potior genitiuũ rerum regat, ſi ſubaudiẽdo imperio) caſtrorũ ſuorum, quia illis exutus & io fugam verſus eſt.

THEO. PElignæ cohortis] Peligni ex Illirico orti, inde. n. profecti ductu Volſcorum Regis, coi cognomẽ fuit Lucullo, partẽ Italiæ occuparunt. Huius fuerunt nepotes Pecions, à quo Pecinates, & Pelicns à quo Peligni. verius Strabo, Pli. & Ptolemæus oſtendunt eſſe gentem Pelignorum, non oppidum.

DE Q. COTIO.

QVONIAM virtuti nihil cedit Q. Cotius: qui propter fortitudinem Achilles cognominatus eſt. Nam vt reliqua eius opera non exequar, abundè tamen duobus factis, quæ relaturus ſum, quantus bellator fuerit, cognoſcetur. Q. Metello Cos. legatus in Hiſpaniam profectus, Celtibericum ſub eo bellum gerens, poſt quam cognouit à quodam gentis huius iuuene, ſe ad dimicandum prouocari: (erat autem illi forte prandendi gratia poſita menſa) relicta ea, arma ſua extra vallum deferri, equumq; duci clam iuſſit, ne à Metello impediretur. Et illum Celtiberum inſolentiſſimè obequitantem conſectatus, interemit, detractasque corpori eius exuuias, ouans lætitia in caſtra retulit. Idem Pireſum nobilitate, ac virtute omnes Celtiberos præſtantem, cum ab eo in certamen pugnæ prouocatus eſſet, ſuccumbere ſibi coegit: nec erubuit flagrãtiſſimi pectoris iuuenis, gladiũ ei ſuum, & ſagulum vtroq; exercitu ſpectante tradere. Ille vero etiam petijt, vt hoſpitij iure inter ſe iuncti eſſent, quando inter Ro. & Celtiberos pax foret reſtituta.

OLIV. QVORVM virtuti] Illorum qui Hannibalis, vel vt tractat Liu. Hannoois caſtra inuaſerant & ceperant. [Achilles.] ad ſimilitodines Achillis illios, q apud Troiã à Pari de cæſus fuit. Non exequar, noo narrem. Erat aũt. Parentheſis eſt. Pireſium nomen proprium cuiuſdam Celtiberi. Sagulum veſtis militaris varijs coloribus contexta. Virg. Virgatis lucent ſagulis. Vtroque Rom. & Celtibero.

ASCAN. QVorum virtuti, &c.] Recitat mirabilem fortitudinem Q. Cocij, qui ob eã Achilles cognominatus eſt, diceos. [Quorũ]. ſ. trium iã dictorũ virtuti. [Q. Cotius oihil cedit] Qui ꝓpter fortitudinẽ eſt cognominatus Achiles.] Nam vt nõ exequar]. i. prætercam reliqua opera eius, tñ cognoſcet abundè duobus factis ſup. eius quæ ſum relaturus, qoantus bellator fuerit. Ipſe ſup. profectus in Hiſpaniam legatus, & hoc Q. Metello Conſule, gerens ſub eo bellum Celtibericum, poſtquã cognouit ſe prouucari ad dimicandum à quodã iouene huius gentis. ſ. Celtibericæ (aũt pro ſed menſa erat illi poſita, fortè. ſ. tunc gratia praodendi) iuſſit ea ſ. mẽſa relicta, arma ſoa deferri, & equum duci clàm extra vallum. i. munitionem caſtrorum, oe impediretur à Metello. ſ. Conſule. Et cõſectatus illum Celtiberum obequitatem. i. circa valum equitantem, inſolẽtiſſimè, interemit ſup. eũ, & retulit in caſtra exuuias i. ſpolia detractas cadaueri eius, ouans lætitia. [Idem]. ſ. Cotius coegit Pireſium præſtantem. i. æquantem, aut vincentem nobilitate, aut virtute omnes Celtiberos. ſ. reliquos, ſuccũbere ſibi, cum eſſet prouocatus ab eo io certamen pugnæ. [Nec iouenis flagrantiſſimi pectoris]. i. animi. ſ. Pireſi*, erubuit tradere ei. ſ. Cotio victori, gladium ſuum, & ſagulum ſuum. i. indumẽtum militare. variorũ colorum, vtroq; exercitu ſpectante. [Ille verò] Videlicet Cotius, aut fortè idem Pireſius petijt etiã, vt eſſent iuncti inter ſe iure hoſpitij, qñ pax foret conſtituta inter Rom. & Celtiberos. THEO.

COtio] Vetuſti quidam codices hñt Q. Otio quidam etiã Q. Tertio. tu vide ne legendum ſit Cotta, de quo Suidas, Cota inquit telo quod tragulam, vocaot, vtebatur, eoq; tẽtatus vulnus inferebat, ut homini torace muniti vno duntaxat ictu coſtas tranſadigeret, terræq; infigeret.

DE ATTILIO.

*NEC Attilium * quidem præterire poſſumus: qui cum decimæ legionis miles pro C. Cæſaris partibus maritima pugna præliaretur, abſciſſa dextera, quàm Maſſilenſium naui iniecerat, leua puppim apprehendit, nec ante dimicare deſtitit, quam captam profundo mergeret, quod factum parum iuſta notitia patet.*

* C. Acilũ oocat Suet. in Cæſar.

OLIV. NEc Attilium quidem] Conflato iam ciuili bello, Cæſar cum Maſſiliam ueniſſet, obiectæ ſunt ei portæ, nam Maſſilienſes erga Remp. in fide, & officio fuerunt, Cæſarem uerò contra Remp. arma ſumpſiſſe credebant, quare iratus Cæſar claſſem eo direxit, ubi commiſſa naualı pugna Attil. decimæ legionis miles, cum Maſſi. nauem apprehendiſſet dextra, ea truncatus à oautis, læua puppim apprehẽdit, nec prius deſtitit, q̃ nauem illam profundo ſubmerſit. Sue. in uita Cæſ. Attilij nauali ad Maſſiliam prælio iniecta in puppim hoſtium dextra abſciſſa memorabile illud apud Græcos Cynegiri exẽplũ imitatus, tranſiliuit, nauem, vmbone obnios agens [Parum iuſta notitia] Quia nõ adhibita fuit eloquentia, quæ illi præclaro facinori conueoiret. At verò Græci in laudando Cynegiro oẽm dicendi copiam, & ornatum adhibuere.

ASCAN. NEc Attilium quidem, &c.] Affert mirum fortitudinis exemplum in Attilio milite Cæſariano dicẽs. Nec quidem poſſum præterire Attilium, qui cum eſſet miles decimæ legionis, & præliaretur pugna maritima ante vrbẽ Maſſilien. pro partibus Cæſar. ſ contra Pompeiom, dextera q̃ iniecerat oaui Maſſil. abſciſſa. i. poſtquam dextera illi erat abſciſſa, apprehẽdit leua. i. ſiniſtra. ſ. manu puppim. i. poſteriorẽ partem naois, nec deſtitit dimicare. i. certare, cũ his, qui in naoi erant, antequam mergeret profundo. ſ. aquarũ, captam. ſ. naoẽ illam, quod factum patet notitia parum iuſta. i. noo ſatis ampla, uel

quia ſcriptores ſilentio præterierunt. Lucanus tñ meminit, vel quia nõ eſt verosimile, vnum hoiem, & eum altera manu captũ nauim tantã ſubmerſiſſe, niſi forte prius conuulſam dicamus, & per vnius inſtationẽ non potuiſſe ſuccurri, rimas obſtruendo.

DE CYNEGIRO.

* Externũ exẽplum ſimilitudo cõnnexit. Her. li. 6.

*At Cynegirum * Athenienſem ſimili pertinacia in conſectandis hoſtibus vſum, verboſa cãtu laudum ſuarum Græcia, omnium ſæculorum memorialit erarum præconio inculcat.*

OLIV. At Cynegirum.] Hoc geſtum eſt bello Perſico, quod Athenienſes aduerſus Darium Perſarum Regem fecerunt, de quo Iuſt. lib. 2. Cynegiri quoq; militis, inquit Athen. gloria magnis ſcriptorũ laudibus celebrata eſt, qui poſt prælii innumeras cædes, cũ fugiẽtes hoſtes ad naues acti eſſent, onuſtã nauem dextra manu tenuit, nec prius dimiſit, q̃ manũ amitteret, tum quoq; amputata dextra manu, tunc nauem ſiniſtra cõprehendi, q̃ & ipſam cũ amiſiſſet ad poſtremum morſu nauem detinuit, tantam in eo virtutem fuiſſe dũt, vt non tot cędibus fatigatus, nõ ambabus manibus amiſſis victus, ad poſtremum truncus, veluti rabida fera dentibus dimicauerit.

ASCEN. At Cynegirum] Occaſione Attilij, quia ſimile eſt eius facinus illi, quod in Cynegiro Athenien. celebratur. interſerit ipſius exemplum licet externum, dicẽs. [At]. i. è contrario cum parum notum ſit Attilij factum Græcia verboſa. i. multorum verborum cantu. i. in decãtatione laudũ ſuarum inculcat præconio. i. per præconium literarum, memoriæ omnium ſæculorum Cynegirum Athẽ. vſum ſimili pertinacia in conſectãdis hoſtibus, immo maiore, amiſſa vtraq; manu, mordicus nauem retinuit, vt etiam Aul. Gel. commemorat.

DE M. SCAEVA, ET SCAEVOLA.

* Cæſ. lib. 3. de bel. ciui. Luc. lib. 6.

*Classicam * Attilij gloriam, terreſtri laude M. Scæua eiuſdem Imperatoris Centurio ſubſecutus eſt, cum enim pro caſtello, cui præpoſitus erat dimicaret. Cneique Pompeij præfectus, iuſſu eius, ſummo ſtudio, & magno militum numero ad id capiendum mitteretur, omnes, qui propius acceſſerant, interemit, ac ſine vllo regreſſu pedes pugnans ſuper ingentem ſtragem, quam ipſe fecerat, corruit, cuius corpus capite, humero, femore ſaucio, oculo eruto, ſcutum centum, & vinginti ictibus perfoſſum apparuit. * Tales in caſtris diui Iulij diſciplina milites aluit, quorum alter dextera, alter oculo amiſſo hoſtibus inhæſit. Ille poſt hanc iacturã victor: hic nec hac quidem iactura victus. Tunc vero Scæuola inexuperabilem ſpiritum in vtraque parte rerum naturæ, qua admiratione proſequar, neſcio, quoniã excellente virtute, dubium reliquiſti, inter vndas ne pugnam fortiorem ederis, an in terra vocẽ emiſeris. Bello namq; Gallico, quo C. Cæſar non contentus opera ſua littoribus Oceani claudere, Britannicæ inſulæ cœleſtes iniecit manus, cum quatuor commilitionibus rate tranſuectus, in ſcopulum vicinum inſulæ, quem hoſtium ingentes copiæ obtinebant, poſtquam maris æſtus regreſſu ſuo ſpatium; quo ſcopulus, & inſula diuidebantur, in vadũ tranſitu facili redegit, ingenti multitudine barbarorum affluẽte, cæteris rate ad litus regreſſis, ſolus immobilem ſtationis gradum retinens, vndique ruentibus telis, & ab omni parte acri ſtudio ad te inuadendum nitentibus, quinque militum diurno prælio ſuffectura pila vna dextra, hoſtium corporibus adegiſti: ad vltimum diſtricto gladio, audaciſſimum quemque modo vmbonis impulſu, modo mucronis ictu depellens, hinc Romanis, illinc Britannicis oculis incredibili, dũ cernereris, ſpectaculo fuiſti: poſtquam deinde ira, ac pudor cuncta conari feſſos coegit, tragula femur traiectus, ſaxiq; pondere ora contuſus, galea iam ictibus diſcuſſa, & ſcuto crebris foraminibus abſumpto, profundo te crediditi, ac duabus loricis onuſtus, inter vndas, quas hoſtili cruore infeceras, enataſti: viſoq; Imperatore armis non amiſſis, ſed bene impenſis, cum laud: merebaris, veniã petijſti. Magnus prælio, ſed maiore diſciplinæ militaris memoria: itaque ab optimo virtutis æſtimatore, tum facta, tum etiã verba tua, Centurionatus honore donata ſunt.*

* ttilius enim periit, ſed Scæua victor fuit.

OLIV. Classicam Attilij] Hoc bello ciuili geſtũ eſt, quod inter Cæſarem fuit, atq; Pompeium iuxta Dyrachium. nam cum Cæſ. ad expugnandas arces Dyrachij, vbi cõmeatum oẽm, & belli apparatum Pompeius repoſuerat, exercitum duxiſſet, Põp. breuiori itinere per mare nauigauit, quo Cæſarem fieri poſſet, celeritate præueniret, quod vbi vidit ex voto ſibi non ceſsiſſe, nam Cæſar paulo ante illius aduentum ſedes occupauerat, locum, qui dicitur Petra, haud procul â mœnibus Dyrrhachij poſitũ cępit, ibiq; caſtra locauit. Erat aũt locus ille ſic nauigationi opportunus, vt ex tota Aſia, & regionibus quas Põpeius teneret commeatus, eos facile cõportari poſſet, hunc igitur locum Cæſ. munitionibus vndiq; claudere cœpit, obſidione Põpeius, & famæ premebatur, quod parum ſibi profuit, nam cum locus ille (vt dixi) ad cõmeatum ex multis partibus recipiendum eſſet accõmodatus maiori ferme inopiæ obſidentes, q̃ obſeſſi laborabant. Pompeius tñ tantam indignitatẽ ferre nõ potuit, vt qui numero militũ ſuperior eſſet, ſe obſideri pateretur, inde ergo erumpere ſtatuit cum exercitu, ꝙ cũ feciſſet ea parte, qua erat caſtellum in muris, quod a Scæua fortiſſimo viro cũ præſidio tenebatur, ſtatuit id expugnare caſtellum, quod tanta pertinacia, & fortitudine, cum aliorum militũ, tum in primis Scæuæ Cẽturionis defenſum fuiſſe cõſtat, vt in caſtello nemo fuerit omnino militũ, qui nõ vulneraretur, quatuorq; ex vna cohorte Cẽturiones oculo amiſerũt; & cum laboris ſui periculiq; teſtimonium afferre vellent, millia ſagittarũ circiter 30. in caſtellũ coniecta Cæſ. renunciauerunt, ſcutoq; ad eum relato Scæuæ Centurionis, inuenta ſunt in eo foramina ducenta 30. quẽ Cæſ. vt erat per ſe meritus, & de Rep. donauit millibus ducẽtis æris, atq; ob octauis ordinibus ad primipilum ſe traducere pronunciauit; eius. n. opera quia caſtellũ cõſeruatum eſſe ex magna parte conſtabat, cohortem poſtea duplici ſtipendio, frumentoq; & ſpeciaris militaribusq; donis ampliſſimè donauit, de hoc Scæua. Suet. in vita Cæſ. Scæua, inquit, excuſſo oculo transfixus femore, & humero cap. & 20. ictibus ſcuto perforato cuſtodiam portæ commiſſi caſtelli retinuit, Luc. de hoc multa lib. 6. [Ille poſt hãc] Att. ſ. [Hic] ſ. Scæua. [Tunc vero Scæuola inexuperabilem] Cum Cæſ. non ſatis haberet perſcripſiſſe oẽm occidentalem partem, in Britanniã, quæ alter orbis traditur à poetis traijcere voluit, & cũ forte expectaret, vt æſtus decurreret, & vadum relinqueretur, vt ſui tranſire poſſent cũ quatuor ipſe militibus in ſcopulũ naue traiecit. Britanni eos aggrediunt, ſolus his Scæuola quinq; telis, quæ ſatis eſſent quinq; militibus tota die pugnã ſuſtinuit, laudat ergo Scæuola; ꝙ fortiter in naul fecerit, & veniam petierit a Cæſ. ꝙ non fortiter pugnaſſet, ſicut forte voluiſſet Imperator, cum tñ ſupra humanas vires pugnauerit. [In vtraq; parte rerũ naturæ]. ſ. in mari & in terra, quæ duo præcipua ſunt elementa, in quib. rerum natura cõſiſtit, nã vocẽ qua vſus eſt ad Cæſ. in terra virtuti comparat qua vſus eſt in mari. [Claudere Britãnicæ inſulæ] Finire. Virg. Ante diem clauſo componet veſper Olympo. [Regreſſu ſuo] Quia mare fluit ad lunæ curſum; hic aũt locus anguſtis adeo clauditur montib. vt de ſuperiori loco telum in littus adigi poſſit. [Quinq; militum diurno ꝓlio ſuffectura] Tela quæ quinq; militibus ſufficere potuiſſent, ſi à mane uſq; ad ueſperum dimicaſsent. [Vmbonis] vmbo ꝓpriè umbilicus, hæc eſt media pars ſcuti. [Ira, ac pudor] Itaq; vinceretur ab uno. [Pudor] Quod unus tantæ multitudinis impetũ ſuſtineret. Tragula genus teli grandioris, quod tormẽto mittitur. Nõ Mar. dicit eſſe haſtam à traijciendo dictam. [Veniam petiſti] Et hęc fuit vox, q̃ in terra ſuperius dixit emiſiſſe. Dixit enim ò Imperator ignoſce mihi, quod mecum arma non tulerim. Nam ita ab Imperatore veniam petere ſolebant ſm morem militiæ, ꝙ per ignauiã arma in pugna amiſiſſent. Sed hic per ignauiam non amiſerat, imò per virtutem in hoſtium corpora coniecerat. [Magnus prælio] Quo unus tantæ multitudinis barbarorum, uim tulit, & impetum. [Maior diſciplinæ,] Quia uiſo Imperatore meminit petere veniam

Scæuolæ virtus in Britãnos.

re veniam

re veniam ab eo, quòd ſecum arma non portaſſet. [Virtutis æ-
ſtimatore] ſcilicet à Cæſ. [Centurionatus] Quia ex milite Cē
turio factus eſt.

Aſcen. CLaſſicam, &c.] Affert exemplum miræ fortitudinis in
Scæua eiuſdem Cæſ. mil. ita, dicens, Marcus Scæua Cen
turio eiuſdē Imperatoris videlicet Iulij Cæſ. ſubſecu
tus eſt, q̃a poſterior tempore, licet nō minor gloria laude ter-
reſtri. i. in terris parta, gloriā claſſicā. i. naualem Attilij. Cū. n. di
micaſſet pro caſtello. i. parte murorū, quib. Cæſ. Pōpeianos, ob-
ſepſerat apud Dyrrhacchiū cui. ſ. caſtello præpoſitus erat. ſ. à
Cæſ. & præfectus Cnei Pōpei niteretur potiusquā mitterent iuſſu
eius. ſ. Pōpei, ſummo ſtudio. i. conatu, & magno numero mili-
tū ad capiēdū id. ſ. caſtellū, ipſe Scæua interemit oēs, qui accēſ
ſerāt propius ac ipſe pugnas pedes. i. pedeſter, non eques, ſine vl
lo regreſſu. i. retroceſſione, corruit. ſ. tandē ſuper ingentē ſtra-
gē. ſ. cadauerū q̃ ipſe fecerat ſternēdo Pōpeianos. [Cuius cor-
pus apparuit] ſ. poſtquā pugna remiſſa eſt, capite ſaucio. i. vul-
nerato, humero ſaucio, fœmore ſaucio, oculo eruto, perfoſſum
c. & xx. ictibus. [Tales, &c.] Poſt narrationē factorū proſequit
ea debita laude, aliudq; exemplū infert, ſed ſic ambiguè, vt ne
ſcias eiuſdē ſit an alterius Scæuæ, nā quia textus fere vtrobiq;
idem nomen habent, & Centurionatu in Britannia donatum
dicit, ipſumq̃; centurionem iam ſaſſus, videtur de eodē loqui.
Sed quia commentarius legit illic, tuum vero Scæuola nō Scæ
ua, & particula vero aduerſatiua eſt, videtur de alio loqui, nā
nō videtur procedere hic. ſ. Scæua, ne hac quidē iactura victus.
tuum vero Scæua, & ſi de eodē loquatur, vnde diuiſim legero.
Sed ordo hic eſt. Diſciplina diui Iulii aluit tales milites, qua-
les ſunt Attilius & Scęua in caſtris. ſ. ſuis, quorum alter. ſ. Attil.
inhæſit hoſtib. dextera ſup. amiſſa: alter. ſ. Scęua oculo amiſſo il
le. ſ. Attilius victor ſup. exiſtēs poſt hanc iacturam. i. amiſſionē
dexteræ, quia nauē hoſtilē demerſit, hic. ſ. Scæua, ne quidē hac ia
ctura. i. amiſſione oculi victus ſup. fuit, quia loco nō ceſſit, nec
hoſti aditū fecit, licet occubuerit. [Tuum vero, &c.] Proſequi-
tur, vt dixi, ad tertium, quod potius, dicam militem Cæſaria-
num, aut eundem Scæuam, qui priuſquam ad Dyrrhachium
caderet, egregium edidit in Britannia facinus: Quem ſi placet
eundem eſſe dicamus, vero nō pro ſed accipi, ſed pro ſerio ſic.
[O Scæua neſcio vero]. i. reuera, aut ſerio, qua admitōne pſe-
quar tuum ſpiritum inexuperabilem in vtraq; parte rerū natu
ræ. i. aqua, & terra. [Qm̃ tu reliquiſti excellenti virtute]. i. pp̃
excellentem virtutem tuam, dubium, ne pro an, edideris fortio
rem pugnam inter vndas, an emiſeris fortiorem vocem in ter-
ra. Nāq; tu tranſuectus bello Gallico, quo Caius Cæſ. nō con-
tentus claudere. i. terminare, opera ſua littoribus Oceani, inie
cit inſulæ Britānicæ, quæ nunc Anglia dicitur manus cęleſtes.
i. diuinas, & poſtea in cęlum transferendas, tu inquā trāſuectus
rate cum quatuor commilitonibus in ſcopulum vicinū, quem
ingentes copiæ hoſtium obtinebant, poſtquam ęſtus maris re-
degit ſuo regreſſu, q̃a reſiluit illic mare. ſpatiū quo ſcopulus. ſ.
ille in quem aſcenderas, & inſulæ diuidebantur ab inuicē, in
vadū facilē tranſitu, quia derelictum ab aqua ingenti multitu
dine barbarorum affluente. i. in morem fluctus cum iā receſſe
rat, vnde apta eſt metaphora. cęteris. i. cōmilitonibus, qui qua-
tuor erāt regreſſis rate ad littus, adegiſti inquam (retinēs ſolus
gradum ſtationis immobilem, telis irruentib. vndique, & ſup.
barbaris nitentibus ab omni parte ſtudio acri ad inuadendum
te) corporibus. i. in corpora hoſtium, vna dextra. i. tua vni⁹ pi-
la ſuffectura prælio diurno. i. vnius diei ſpacio, quinque militū
tot. n. aſcenderāt in ſcopulum ab hoſte tuendum, ſed quatuor
abierant relictis manenti telis, vnde vnus quinque militū mu
nus obiens quinque militum adegit in corpora hoſtium pila. i.
tela Romanis propria, ad vltimum cum forte deeſſent tela, tu
depellēs audaciſſimum quemq̃. ſ. hoſtium, vt qui proximè ac-
ceſſerāt, modo. i. interdum, impulſu vmbonis. i. incuruatura me-
dia in clypeo, modo. i. interdum ictu mucronis, fugaſti dū. i. do
nec cernereris ſpectaculo icredibili. i. incredibiliter mirabili,
oculis. ſ. re ſpectantibus, hinc. i. ex vna parte. Rom. illinc. i. ex al
tera parte Britannicis, Deinde poſtquam ira, & pudor (quia pu
dor erat tot ab vno vinci) coegit. ſ. Britānos feſſos conari. cun-
cta. i. ſimul omnia tu traiectus femur. i. habēs femur traiectum
tragula. i. grandi telo, contuſus ora. i. habens faciem contuſam
pondere ſaxi, & galea iam diſcuſſa. ſ. è capite ictibus. ſ. telorū,
& ſcuto abſumpto. i. annihilato, iā crebris foraminibus, credi-
diſti. i. cōmiſiſti te velut fidei pfundo. ſ. aquarū, ac onuſtus dua-
bus loricis. i. integumentis, quæ ex loris olim fieri ſolebāt, eua-
ſiſti. i. euaſiſti natādo inter vndas quas infeceras. i. tinxeras ſan

guine hoſtili. Et viſo Imperatore, videlicet Cæſ. armis nō amiſ
ſis, ſed bene impenſis, quia in corpora hoſtilia infixis, quod vti-
liſſimum eſt eorum impendium, cū mereretis. ſ. ex ea re, laudē,
petiſti veniā. i. quod arma nō omnia referes. petiſti dico eis,
aut habēdus, magnus prælio, quia fortiter dimicaſti, ſed maior
memoria diſciplinæ militaris, quia noſti, quid miles Imperato
ri deberet. in multos. n. animaduerſum eſt, non quia male pu-
gnarant, ſed quia diſciplinam tranſgreſſi erāt. [Itaq;]. i. & ita,
tum. i. ſimul facta tua tum. i. ſimul etiam verba tua, donata ſūt
præmio ab optimo æſtimatore, i. cēſore, & appretiatore virtu-
tis, videlicet Caio Cæſ. honore cēturiatus, q̃a te ex milite gre
gario cēturionem fecit. vnde quia is Scæua, qui ad Dyrrachiū
fortiter occubait, centurio erat, veroſimile eſt eūdem fuiſſe, li-
cet in contextu videatur diſcrepantia, quod non eſt magnope
rè mirādum. nā qui collectanea faciūt opera, faſtidio prius col
lectorum relegendi, ſuos inde panniculos minus apte aſſuunt.

Theo. VEniam petiſti] Non propter amiſſa tela, ſed quod Im-
perat. iniuſſu ſubſtitiſſet, & pugnaſſet, id a ſubdit, ma-
gnus prælio, ſed maior diſciplinæ militaris memoria.

DE LVCIO SICINIO DENTATO.

*SED quod * ad præliatorum excellentem fortitudi nem attinet merito L. Sicinij Dentati commemora tio omnia Romana exempla finierit, cuius opera, honoresq; operum, vltra fidē ueri excedere iudicari poſ- ſent, niſi ea certi auctores, inter quos M. Varro, monimē tis ſuis teſtata eſſe uoluiſſent, quem centies & uigeſies in aciem deſcendiſſe tradunt, eo robore animi, atque cor poris utentem, ut maiorem ſemper uictoria partem tra- xiſſe uideretur, * ſex & triginta ſpolia ex hoſte retuliſ- ſe, quorum in numero octo fuiße, cum quibus ſpectante utroque exercitu ex prouocatione dimicaſſet. 14. ciues ex media morte raptos, ſeruaſſe, quinque & quadragin- tā uulnera in pectore excepiſſe, tergo cicatricibus uacuo. nouem triumphales imperatorum currus ſecutum, to- tius ciuitatis oculos in ſe numeroſa donorū pompa con- uertentem. Præferebantur enim aureæ coronæ octo: Ci- uicæ 13. Murales tres; Obſidionalis una: Torques. 183. Armilliæ. 160. * Haſtæ. 18. Phaleræ, uigintiquinque ornamenta etiam legioni nedum militi ſatis multa.*

* Pli. li. 7. c. 27. Dio. lib. 10.

* Spolia 34. cepiſ- ſe, & octies ex p uocatio- ne pugnaſ ſe ſcribūt alii, vt nu merus ad 42. acce- dat.

* Haſtæ puræ legunt docti.

Oliu. SED quod ad præliatorum] Inter fortiſſimos bellatores
L. Sicinius Dētatus iure primum obtinet locum laudis,
& gloriæ, cum omniū fortitudinē ſuperaſſe videat: nam
toties prouocatus cū hoſte ſingulari certamine dimicauit, tot
hoſtium ſpolia victor ex acie reportauit, tot ciues captos è ma
nibus hoſtium redemit, & à morte liberauit, tot uulnera exce-
pit, tot deniq̃, victorias conſecutus eſt, vt omniū fidem exupe
rare poſſint, niſi à certiſſimis, & ſumma auctoritate ſcriptorib.
tam Græcis, q̃ Latinis eius res geſtæ memoriæ proditæ forent,
atq; in primis a M. Var. linguæ Latinæ teſte certiſſimo. Simili-
ter ab A. G. viro grauiſſimo, pari ratione à Solino, qui de hoc
ſic breuiter tradit. Præualuiſſe apud R. L. Sicinium Dentatum,
titulorum numerus oſtēdit, trib. hic pl. fuit, multo poſt exactos
Reges Spur. Tarpeio, Aurelio Aterio Conſulibus, idem ex pro
uocatione victor octies, quadragies quinquies aduerſas ha-
buit cicatrices, in tergo nullam notam, ſpolia ex hoſte tricies
quater cœpit. in faleris, haſtis, pilis, armillis, coronis tricēta ta.
dona meruit. nouem Imperatores, qui opera eius vicerūt triū-
phantes proſecutus eſt, hunc ob fortitudinem Achillē tradunt
fuiſſe nominatum, A. G. L. Sicinius Dentatus trib. pl. fuit Spu-
rio Tarpeio, Aurelio Aterio Conſulibus. Hic pluſquam credi
poſſit, & dēat, ſtrenuus bellator fuit, ob ingentem fortitudinē
Achilles Rom. appellatus eſt. is pugnaſſe in hoſtē dicitur c. & Achilles. Rom.
xx. prœliis, cicatricem à tergo nullam, aduerſas quinque & 40.
tuliſſe coronis eſt donatus aureis octo, obſidionali vna, mura- Sugillare.
libus tribus, ciuicis 14. torquibus tribus. & octoginta, armillis
plus cētum & 60. haſtis, duo de 20 phaleris. Item donatus eſt
quiq̃es vicies populo militarib. donis habuit multa iuga, ĩ his
pcurator plerūque triumphauit cum Imperatoribus ſuis triū-
phos nouē, hæc ille. Dion. quoq; Halicarn. multa de hoc viro
tradit,

tradit, quæ lõgum eſſet recenſere. Idem etiã facit Plin. de nat. hiſt. li. 22. cap. 5. [Honoresq; operum] Inſignia victoriatum. i. præmia ſibi data ex victorijs comparatis. [Teſtata affirmata. [Sex & trigiota ſpolia] Quæ ab hoſtibus eripuerat ſingulari certamine ſuperatis. [Traxiſſe videret] Quaſi maior pars victoriæ eius eſſent ciues, qui in manus hoſtium deuenerãt [Tergo cicatricibus vacuo] In quo ſignificabatur illũ nõ fugiſſe. [Nouem triumphales] Nouem triumphãtes Imperatores ſecutus fuerat, qui opera ſua teſte Sol. vicerãt. [Totius ciuitatis] vt magis in L. Dentatum q̃ in Imperatoré oculos conijcerent [Pompa] Ordine ſequentium, in quo etiam victoriarũ inſignia præferebantur. [Ciuicæ 14.] Erant autem ciuicæ quernæ. [Murales] Aureæ. [Obſidionalis] Graminea. [Torques] Ornamenta colli ex auro tortè confecta, vnde etiam torques dicti ſunt. [Armillæ] Ornamenta brachiorum, à tegendis armis. i. ſuperioribus brachiorum partibus.

Ascen. SEd quod, &c.] Claudit exempla Romanorum ciuium admirabili, & nõ minus fęlici fortitudine Lucij Sicinij Dẽtati, dicens, ſed cõmemoratio Lucij Sicinij dẽtati, finierit. i terminauerit merito (quia maxima eſt, & ex rethorico inſtituto maxima, quęq; aũt in frõte, aut in calce locanda ſunt) omnia exẽpla Romana, quod. i. quatenus attinet ad excellentem fortitudinem pręliatorum. [Cuius]. ſ. Lucij Sicinij opera, & honores. i. præmia operum poſſent iudicari excedere. i. excellere aut excellentiam habere, vltra fidem veri. i. vltra q̃ veriſimile eſt. niſi certi auctores (Inter quos ſup. eſt Marcus Varro) voluiſſent ea eſſe teſtata. i. teſtificata ſuis monumentis. ſ. literarum hoc eſt ſcriptis. [Quem. ſ. Lucium tradunt. ſ. certi auctores deſcendiſſe in aciem. i. obijſſe periculum dimicãdi cẽties & vicies (non dicam vigeſies, niſi ſic ſcriptum, antiqua fidès probarit) vtente eo robore. i. firmitate animi, atq; corporis, vt videret traxiſſe ſp. ſ. ad ſe maiorem partẽ victoriæ, & quẽ tradũt retuliſſe. i. reportaſſe ex hoſte ſex & 30. ſpolia in quorum numero (repete tradunt) octo fuiſſe ſup. eorũ, cum quibus dimicaſſet ex prouocatione. ſ. ad ſingularẽ certamen, vtroq; exercitu ſpectante, & quem tradunt ſeruaſſe 14. ciues. ſ. Rom. raptos ex media morte. i. cum minimum abeſſent à cæde, & excepiſſe in pectore, quinque & 40. vulnera (diligẽter obſerua quod Valla præcipit de numero minori ꝑlocãdo intra 20. & 100. & poſt locando poſt cẽtum, & ante 20. vſq; adeo, vt ex eius obſeruatione, Valla præceptum collegi ſſe cenſeri poſſet) tergo ſup. ente, aut manente vacuo cicatricibus, vnde nunquam terga vertiſſe hoſti probatur, & tradũt eum ſecutum nouem currus triũphales Imperatorum, conuertẽtes in ſe oculos totius ciuitatis, numeroſa. i. copioſa pompa donorũ, quæ ab Imperatoribus ob rem bene geſtam receperat. [Enim] Pro quia, octo coronæ aureæ ob ſingularem virtutẽ pręferebãtur ſup. ei, coronę ciuicę. ſ. quernę ob ſeruatum ciuem 14. tres. ſ. coronæ murales, ꝙ inter primos tranſcẽderat muros, quæ aureæ erant, & vna obſidionalis, ꝙ exercitum obſeſſum ſingulari virtute liberauerat, repete præferebantur. [Torques]. i. ornamenta colli ex auro intorto Galli catheuas vocãt 183. Armillæ. i. ornamenta brachiorum, 160. haſtæ, 18. Phaleræ. i. ornamenta equorũ, 25. appoſitone ornamenta. i. quæ oia ſunt ornamenta, ſatis multa. i. ſufficitura, et. legioni, nedum. i. ne dicam ſolum, aut non ſolũ militi ſup. vni repete præferebantur illi ſequenti currum triumphalem.

DE T. IVBELIO CAMPANO.

*Liu. li. 2. hoc li. 26. *ILLE quoque* ex pluribus corporibus in vnum magna cum admiratione Calibus cruor confuſus eſt, in quo oppido cũ Fuluius Flac. propter Campanã perſidiam principes ciuitatis ante tribunal ſuum capitali ſupplicio afficiendos iudicaret, litteriſq; à Senatu acceptis, finem pęnæ eorum ſtatuere cogeretur, vltro ſe ei T. Iubelius Taurea Campanus obtulit, & quam potuit clara voce, Quoniam inquit, Fului cupiditate tanta hauriẽdi ſanguinis noſtri teneris, quid ceſſas in me cruentam ſecurim diſtringere? vt gloriari poſſis, aliquanto virum fortiorem, quàm ipſe es, tuo iuſſu eſſe interemptum. Eo deinde, libenter id ſe eſſe facturum, niſi Senatus uoluntate impediretur, affirmante: At me, inquit, cui nihil Patres C. præceperunt, aſpice, oculis tuis quidem gratum, animo verò tuo maius opus edentem, protinusq; interfecta coniuge, ac liberis, gladio incubuit.* Quem virum illum putemus fuiſſe, qui ſuorum, ac ſua cæde teſtari uoluit ſe Fuluij credulitatem ſugillare, quàm Senatus miſericordia vti maluiße.*

*Coniuge & liberos prius interfecerat

Oliv. ILLe quoq.] Cãpani, vt ſupra diximus cũ ad Hannibalem defeciſſent, & Romani deinde ciuitatẽ illorũ poſt torpeſcẽtem iam Hannib. fortunam in ſuam poteſtatẽ redegiſſent Ful. Fl. Cõſul aſperioris ingenij homo, principes ciuitatis, q defectionis auctores extiterãt, Cales, & Theanũ ducẽdos curauit, vt de illis ſuppliciũ ſumeret cõtra collegæ ſui volũtatẽ, q rẽ tãtã ad Senatũ reijciendam eſſe cenſebat, ille veritus futurũ, qđ euenit, vt à collega ſuper hac litteræ ad Senatũ mitterent, idq; fore ſibi impedimento, quo minus ſuã in Campanos voluntatẽ expleret, præuenit ipſe celeritate ſua, nam cum equitatu profectus nocte eſt Theanum, & de Cãpanis, qui illic habebãtur in cuſtodiis ſumpto ſupplicio, Properat Cales proficiſci, & quum iam producti eſſent Campani, vt capite mulctarentur, literę ſuperuenerunt à Senatu quibus finem exigendæ pœnę de Cãpanis ſtatuere cogebatur, quas acceptas, nec reſolutas cum in gremio repoſuiſſet ꝑconi imperauit vt lictoré lega agere iuberet, quod cũ feciſſet, ea quæ de Iubelio ĩ litera cõtinẽtur dicta ſũt. [Ex pluribus corporibus] h. d. quia hic Iubelius vxoré prius, & liberos, deinde ſemetipſũ interficie ꝑꝑ ingẽtẽ animi magnitudinẽ. [In vnum] Non ex pluribus corporibus, in vnũ corpus fuſus eſt cruor. ſed in vnũ permixtus eſt, quia vxore, & liberis interemptis ſuper his pectori gladiũ infigẽs expirãs corruit, & ita multorũ cadauerũ cruor in vnũ cõfuſus eſt. [T. Iubelius] Vnus ex principibus Campanis, de quibus ſumendũ erat ſupplicium. [Animo tuo] Maius q̃ credere poſſes. [Quem virum illũ.] Laudat eius fortitudinẽ, ſi adeo fortis fuiſſet in fide R. ſeruãda nũquã Cãpani deſciuiſſent à Rom. [Sugillare] vt per cædẽ ſuam, ac liberorũ, & cõiugis Fuluii crudelitas ad inuidiã eſſet iſignis. [Quam Sen.] Vti miſericordia. Per q̃ incolumis eſſe potarat.

Ascen. ILle quoque] Quia de ciuibus ſe non plura dicturũ ſignificauit aſſert exẽplũ fortitudinis in viro Cãpano dicẽs. [Ille quoq; cruor]. ſ. nobiliſſimus, vtpote Iubelij, & liberorũ, ac vxoris eius, cõfuſus. i. commixtus eſt. [Calibus]. i. in eo oppido Cãpaniæ, in vnum. ſ. aceruũ ex pluribus corporibus, cũ magna admiratione. ſ. tam eorum, qui factũ audierãt, q̃ qui viderant. [In quo oppido] Ergo Cales oppidũ, cũ Ful. Flac. Conſul R. iudicaret principes ciuitatis afficiẽdos capitali ſupplicio ante tribunal ſuum, ꝑꝑ perfidiam Campanam, quia Cãpani ad Hannibalem defecerant, & cogeretur ſtatuere pœnæ. i. punitioni eorum. ſ. principum ciuitatis finem, & hoc literis acceptis à Senatu. ſ. R. [T. Iubelius Taurea, Cãpanus]. ſ. natione, obtulit ſe ei. ſ. Fuluio, vltro. i. non requiſitus, & inquit, voce q̃. i. quantũ potuit clara, ò Fului qm̃ teneris tanta cupiditate hauriẽdi ſanguinis noſtri, qđ ceſſas diſtringere. i. denudare in me, ſecurim cruẽtam. i. cruore occiſorum illitã, vt poſſis gloriari aliqñ. i. olim, aut gloriari virum fortiorem aliquanto quam ipſe. i. tu es eſſe interemptum tuo iuſſu. [Deinde eo]. ſ. Fuluio dicente ſe facturum libenter id. i. eum occiſurum, niſi impediretur voluntate Senatus. [At]. i. ſed, inquit, aſpice me, cui patres cõſcripti nihil præceperunt, edentem opus gratum quidem oculis tuis. Vero pro ſed maius aio tuo, quia ſimila in ſimili caſu non auderes, & protinus. i. ſtatim hoc dicto, ipſe interfecta cõiuge, & liberis ſup. interfectis incubuit gladio. i. gladium in ſe dimiſit in conſpectu Conſulis Ro. vnde auctor. [Qualem]. i. qualem virũ putemus illũ fuiſſe qui voluit teſtari. i. approbare & teſtificari, cæde ſua. Valla diceret ſui, ac ſuorum. ſ. liberorum, & coniugis, ſe maluiſſe ſugillare. i. denigrare & infamẽ reddere crudelitatẽ Fuluii, quam vti miſericordia Senatus qui pœnæ principum finem ſtatuere iuſſerat, q. d. haud dubiè fortiſſimum.

EXTERNA.

DE * DARIO.

AGE Darij quantus ardor animi, cum ſordida, & crudeli Magorum tyrannide Perſas liberaret, vnumq; ex ijs obſcuro loco abiectum corporis pondere vrgeret, præclari operis ſocio plagam ei inferre dubitanti, ne dum Magum petit, ipſum vulneraret: Tu verò, inquit, nihil eſt, quod reſpectu mei timidius gladio vtaris, vel per vtrumque illum agas, licet, dum hic quàm celerrimè pereat.

* Dario, q & ipſe v ous a ſepi coniurati fuit. Herod. li. 4. Iuſt. li. 1.

Age

Oliv. AGe Darij quantus] Cambyſes Cyri Regis Perſarum filius per quietem monitus eſt Smerdim regnaturũ, ſeq; regno expulſum iri, veritus ergo ne à fratre regno exueretur Comatim (vt vult Iuſtin.) Præxaſpem quendam (vt Her.) miſit qui fratrem interficeret ipſe vero telo caſu quodã in femore ictus diem ſuum obijt. interea Magus quidam noĩe Smerdis Regnũ occupauit antequam Rex periret, vbi Cãbyſes Smerdim regnare intellexit, Præxaſpem interrogat Cur mandatum ſuum non ſit executus, credebat.n. Smerdim hunc fratrem ſuũ eſſe, ille affirmat ſe fratrem illius occidiſſe, vt reuera fecerat, Rex Præxaſpem in carcerem cõijci iubet, quo facto haud ita multo poſt Rex moritur, Præxaſpes carcere liberatur, qui poſtea in locũ editum aſcendit, quaſi ſimulata ſtultitia ridiculum quid facturus aſſet, & congregato populo, conuenerant.n. omnes mirãtes, quidnam facturus eſſet, & confeſſus eſt ſe Smerdim Regis fratrem illius iuſſu interfeciſſe, quo facto ſe præcipitem dedit. Principes ciuitatis etſi antea dubitauerant hunc qui regnaret Cambyſis fratrem, q̃q̃ & ipſe Smerdis appellaretur, atq; illi perſimilis, tamen quia nunquam prodibat in lucem, & maxime confeſſione Præxaſpæ iam pro certo habere cœperunt hunc Regis fratrem non eſſe, hoc accedebat, ꝙ cum Rex multas cõcubinas, filiam quoq; Otanæ cuiuſdam principis haberet, pater vt rem exploratã haberet, filiæ præcepit, vt diligenter animaduerteret, cum rex profundiori ſomno captus eſſet, nunquid aures haberet, Nhuic Cambyſes dum eſſet in Regno aures iuſſerat auelli, vt dignoſceretur à fratre, cui vultu, & nomine ſimilis erat, filia mox detulit ad patrem ſine auribus Regem eſſe, hæc cum rem certam feciſſet, hũc qui regnaret Cambiſæ Regis fratrem non eſſe, multi ex principibus ciuitatis coniurant patriam Tyrannidæ liberare, itaq; cum Darius, & reliqui ſecum primores ciuitatis ad Regiam armati conueniſſent, à cęteris quos ad ſui corporis cuſtodiam Rex habere conſueuerant prohibebantur vltimam portam intrare, ibiq; cum Darius Smerdim Regem amplexus, humi proſtrauiſſet, vnuſq; ex ſocijs telum in corpus Regis dimittere dubitaret, ne dum Smerdim vulnerare conaretur, Darium quoque transfigeret. telum, inquit Darius per vtrumque corpus agas, dum hic pereat, q̃ celerrime, in hac hiſtoria Valerij opinionẽ ſecuti ſumus, qui multum diſſentit à Iuſtino. [Tyrannide] magi illius qui ſe per dolum Regem fecerat. [Obſcuro loco] Vbi lux nulla erat, Vel pro etiam, vtrumque, per meum. ſ. & huius.

Ascen. AGe Darij, &c.] Bono ordine procedit, nam primum attulit exẽpla merẽ domeſtica, deinde ſemiexternum, nunc merẽ axternum dicens. [Age] Adhortandi vox aſt, q.d. attende., aut diſce, quantus ſup. fuit ardor animi Darii, vnius ex principibus Perſarum, qui cum liberaret Perſas, ſordida & crudeli tyrannide * Magorum, præſertim Mergidis, qui ſe fratrem Cambyſis mentiebatur, & vrgeret. i. opprimaret pondere corporis. ſ. ſui, vnũ ex his. ſ. magis, Mergidem noĩe, abiectũ. i. proſtratũ loco obſcuro, inqt ſocio præclari operis. i. tyrãnicide, dubitanti inferre plagam ei. ſ. mago, ne vulneraret ipſum. ſ. Dariũ incũbentẽ ſuper magũ, dũ peti, aut peteret magũ, verò. i. certe, nihil eſt qđ. i. pp qđ tu vtaris gladio timidius. i. cum timore, reſpectu mei. i. ne me vulneres. licet agas. i. impellas, illũ. ſ. gladiũ tuum, vel. i. etiam per vtrumq;. ſ. me & tyrannum. i. dummodo hic. ſ. tyrannus pereat quàm celerrimẽ. i. valde celeriter.

* Oliuer. hic legit Smerdis.

Trno. DAris] Sunt qui legant Gobriæ ex Herodoto & Trogo, cuius hiſtoriarum primo verba ſunt hæc. ipſi cõrripiuntur à pluribus quorum alterum Gobrias. amplexus magum, cunctantibus ſocijs, ne ipſum pro mago transfoderent, quià res in obſcuro loco gerebatur, vel per ſuum corpus adigi ferrum mago iuſſit, fortuna, tamen ita regẽte, illo incolumi magus interficitur, hæc Trogus, & eo prior Herod.

DE LEONIDA.

*HOc loci Leonidas * Spartanus nobis occurrit: cuius, propoſito opere, exitu nihil fortius. Nam cum CCC. ciuibus apud Thermopilas toti Aſiæ obiectus grauem illum, & mari, & terræ Xerxem, nec hominibus tantum terribilem, ſed Neptuno quoque compedes, & cęlo tenebras minitantem, pertinàcia virtutis ad vltimam diſperationem redegit. Cęterum perfidia, & ſcelere incolarum eius regionis, & loci oportunitate, qua plurimum adiuuabatur, ſpoliatus, occidere dimicãs, quàm aſſignatam ſibi à patria ſtationem deſerere maluit. Ideoque tam alacri animo ſuos ad id prælium quo perituri erant, cohortatus eſt: vt diceret, ſic prandete commilitones mei, tanquam apud inferos cęnaturi. Mors hæc denunciata Lacedæmonijs perinde ac victoria eſſet promiſſa, ductori intrepidè paruerunt.*

* Herod. lib. 7. Ioſtin. lib. 2. Plutar. apoph. Hero. li. 1.

Oliv. HOc loci Leonidas Spartanus] Cum Xerxes Perſarum, & totius Aſiæ Rex exercitũ infinitæ multitudinis, vtpote decies cẽtena millia militũ in Gręciam traduceret, vt eam ſuo imperio ſubigeret, Lacedæmonij, Leonidã principẽ ciuitatis cum 300. ciuibus miſerunt, qui in anguſtijs Thermopilarum ſe Perſis offerret, & tranſitum eorum in Greciam prohiberet. Eſt aũt mons longiſſimus, qui ita Græciam diuidit ſicut Apeninus Italiam, teſte Liu. de bello Macedonico lib. 5. Strab. vero vult eſſe anguſtias montis Oetæ, vt ſupra diximus: ibi Leonidas, cũ 300. ciuibus, quos ſecũ duxerat, tãta virtute dimicauit, vt non ſolũ multos; ac prope innumerabiles ex hoſtibus de mõte repulerit, ſed ẽt Rex ipſe ter de fide ſua conſternatus fuiſſe dicatur, multos ex Satellitibus, quos ad cuſtodiam ſui corporis ſeruabat, quoſq; *ἀθανάτους*, hoc eſt immortales appellabat, eoq; Leonidas ſuperauit, & docuit eſſe mortales; itaq; apparebat Xerxẽ ſibi trãſitũ in Græciã viribus quidẽ aperire nõ poſſe, niſi agreſtis incola regi locũ apperuiſſet, per quem in acumen montis euadere poſſet. Rex illũ multis muneribus donatum multitudini ſuæ ad mõtem ſcandendum Ducem dedit: quos cũ iam ſuperiora loco tenentes Leonidas conſpexiſſet, enimuero cognouit ſe diutius reſiſtere non poſſe, nec eo tñ remiſſior ad pugnã eſt factus. quin ẽt ſuos ita allocutus eſt, vt diceret eos, ita prandere, tãquã cenaturos apud inferos, hi Duci ſuo tanquam triumphos ac victoriam promiſiſſet intrepidè paruerunt, & ita pugnãtes oẽs pro patria fortiter occubuerunt, multis tñ prius ex hoſtibus interfectis. Vnde de hoc Strab. li. 9 in deſcriptione. Thermopilarũ, Leonidas inquit, ſane paucis adiunctis finitimis contra tot Perſarũ millia hoium valentiſſimorum tunc ope locorũ obſtitit donec per alia montana circumeuntes tramite Barbari, ipſius Leonidæ commilitones conciderunt, & nunc in communem cunctorum tumulum eorum polyandrium, adeſt & inſculpta in columna. Spartanorũ late vulgata inſcriptio. Dic Lacedęmonijs hac hoſpes parere iacere, dũ illorũ rigidis legib. obſequimur. [Grauem] Perniciosum. quia nec mare, nec terra eũ ſuſtinere poterãt. [Sed] Neptuno cõpedes, Quia dr Xerxes Bizantiũ ponte iunxiſſe, vel ꝙ mare nauibus ſtrauit vt dicit Iuſtin. propterea. compedes vẽ iniecĩſſe Neptuno. [Tenebras cœlo] Quia multitudine ſagittarum cœlo tenebras inducebat, & ſolis lucem auferebat.

Ascen. HOc loco] Seu hoc loci. Vtrumque. n. legitur. Recitat mirabilem virtutem Leonidæ, & cętetorum Spartanorũ dicens Leonidas Spartanus. i. Lacedæmonius, nã Sparte, ſeu Sparta etiã Lacedæmon dicitur, occurrit, nobis. ſ. memorandus, hoc loci, aut hoc loco, videlicet inter viros fortiſſimos, cuius. ſ. Leonide propoſito, quia voluit hoſtem arcere à patria opere, quia innumeros occidit, exitu, quia tandem fortiſſimẽ cecidit, nihil eſt fortius. [Nam ipſe cum 300. ciuibus], ſ. Lacedæmonijs, obiectus toti Aſiæ. i. exercitui, quem ex tota Aſia contraxerat Xerxes, apud Thermopilas. i. anguſtias illas montis Oetę dictas, quaſi portas calidarum aquarum. [Redegit pertinacia] i. infrãgibili cõſtantia virtutis ad vltimam deſperationem Xerxem illum grauem. i. moleſtum & mari, & terræ, & non modo terribilem hominibus, ſed minitãtem quoq; Neptuno. i. Deo maris compedes, quia Helleſpontum ponte iunxit, & Colaphis cæſum, quaſi compedibus conſtricturum ſe minatus eſt, minitantem cœlo tenebras, quia multitudine telorum terris vmbras induxit, ità vt qui ſub illis erant, poſſent putaſſe cœlo lucem deeſſe. [Cæterum] i. ſed ipſe ſpoliatus opportunitate loci qua plurimum adiuuabatur, ſpoliatus dico, perfidia, & ſcelere incolarũ, quia vnus ex incolis regionis docuit à tergo aditum in montẽ, vnde Leonidas depugnabat, viſo aũt hoſte, maluit occidere. i. occũbere, dimicans, q̃ deſerere ſtationem aſſignatam ſibi à patria vt. ſ. in ea ſtans hoſtes arceret. Ideoque, quia maluit occidere, q̃ fugere cohortatos eſt ſuos. ſ. ciues illos 300. ad id prœlium, quo erant perituri, quia non erat ſpes euadendi, cohortatus inquam eſt animo tam alacri, vt diceret ſic. O commilitones mei prandete tanquam cœnaturi apud inferos. ſ. in campis Eliſijs. [Mors erat denunciata] ſ. hoc dicto, & tamen ſup. Lacedæmonii, paruerunt ductori] ſ. ſuo Leonidæ, intrepidè, perinde, ac. i. non aliter, quam ſi victoria eſſet promiſſa.

Leonidas

THEO. * alij trecentos nu merant.

LEonidas Spartanus] Cum Xerxes in prouincia Græciæ cum decies centenis armatorum millibus aduentaret, à Lacedæmonijs * quingenti duce Leonida miſſi ſunt, vt anguſtas Thermopilarum fauces occuparent. Epulabatur, & ecce ingens Barbarorum vis à ſummis ingruit iugis, quos vbi Leonidas aſpexit, prandete, inquit, commilitiones, tanquã apud inferos cenaturi. Tunc facto in Perſas impetu multis cõfoſſus telis ad Xerxem peruenit, eiq; Diadema arripuit, occiſi corã Xerxe exſectũ ſetis hirſutum iouctum eſt, hiſtoriã refert Ariſtides rerum Perſicarum primo. [Neptuno compedes] Cum oborta mari tempeſtas pontem, quo Xerxes iunxerat Helleſpõtum diruiſſet, ille furijs actus, Helleſpontum 300. plagijs affecit, cõpedeſq; grauiſſimas in ipſum deiecit, cũ hac inſultatione. Domīnus hac acerba pœna te plectit. auctor Herod. & Iuuen. Ipſum compedibus, qui vinxerat. Ennoſigeum.

DE OTHRYADAE.

* Herod. lib. 5. Plutar. in Paraic 3.

OTHRYADAE * quoq; pugna pariter, ac morte ſpecioſa: Thareatium laude, quam ſpatio latius ſolum cernitur, qui ſanguine ſuo ſcriptis literis, direptam hoſtibus victoriam, tantum non poſt fata ſua in ſinum patriæ cruento trophæi titulo retulit.

OLIV.

OTHRYADAE quoq; pugna pariter] Athenienſes & Lacedæmonij de agro Thyreatium inuicem diſſidebant, & cum de hoc vtrinq; exercitus pugnaturi conſtitiſſent, nec magnam cladem acciperent, totius belli fortunam 300. militibus commiſerunt, qui vtriq; pro ſuo dimicarẽt exercitu, & dũ hi pugnarent, reliqui oẽs in caſtra diſcederẽt, in hac pugna tanta animorum pertinacia certatum eſt, vt cęteri oẽs occubuerint, vnus tñ Othryades pugnæ ſuperſtes extiterit, q ne ſolus in caſtra rediret ſeipſum inter hoſtilia cadauera gladio trãsfixit, & ſanguine proprio ſcuto ſuo literas iſcripſit, τρόπαιον. i. vici deinde cum è caſtris vtrinque oẽs exiſſent ad colligẽda cadauera, vt ſepulturæ mandarent, nec aliqua ratione ſecerni poſſet, vtri victores fuiſſent, Othryadæ corpus inter cadauera Athenienſium repertũ eſt, cum ſcuto vbi victoriæ Titulus erat inſcriptus, ex quo cognitum eſt ipſum victorem ſuperſtitẽ fuiſſe, & ita conſenſu Athen. Lacedæmonij Thyreatium agrũ ſpatio quidem anguſtũ, ſed laudibus ampliũ deinceps poſſederunt. [Spatio] quia paruo ſpatio circumſcriptus erat locus ille. Ordo aũt literæ eſt, ſolũ Thyreatium latius laudem q̃ ſpatio cernitur ſpecioſa pugna pariter, ac morte Othryadæ. [Direptã non pñt fata ſua in ſinum. i. ferme, & quaſi poſt mortem ſuam, nam parũ aberat à morte cum ſanguine ſuo victoriæ titulũ ſcuto ſuperinſcripſit, ac ſi diceret in ipſo mortis articulo, & eſt modus dicendi tñ non, pro fermè Valer. propemodum peculiaris.

ASCEN.

OThryadæ, &c.] Ordo eſt. Solum quoq; Thyreatium. i. quod Thyreates colunt, cernit. i. conſpicitur, latius. i. extenſius, laude Othryadæ. ſ. Lacedæmonij ilius ſorte ſic dicti, quod Otrij eſſet filius, ſpecioſa pariter pugna, ac morte q̃ ſpatio. i. extẽſione locali, ſic Oliu. legit, Alij nõ morte, ſed mors legunt, quibus libentius accedo pp particulam quoque, vt ſit ordo. pugna quoq; pariter, ac mors Othryadę, ſpecioſa ſup. eſt; illius ſup. laude ſolum Thyreatium cernitur latius quã ſpatio, & ſup. qui retulit in ſinũ patriæ cruẽto titulo Trophei, vtpote literis ſcriptis ſanguine ſuo, victoriã direptã hoſtibus. ſ. Athen. tñ non. i. duntaxat poſt ſua fata. i. poſt mortem voluntariam; nolunt. n. ſuperuinere cæteris cæſis, vt qui eius ſcripta legerunt interpretati ſunt, potuit tamen fieri, vt accepto letali vulnere, ſed ſpiritu nondum ſopito ea ſcripſeris, & eo ſolo vicerit, qđ cęteri ſimilia ſcribere, aut non potuerint, vtpote iam defuncti, aut non curauerint, minus pro patriæ gloria attenti.

FAB.

OThryadæ] Argiuis, ac Lacedæmonijs de Thyreatæ agro diſceptantibus Amphyctiones ſtatuerunt, vt vtrique pugnam committerent, & ager victoribus adiudicaretur. Itaque Lacedæmones Othryadem, Argiui Therſandrũ creant Imperatorem, quibus deinde pugnantibus duo ex Argiuis Agenor, & Chromius ſuperſtites victoriam in vrbem renunciant. per ſummam poſtea quietem Othryades, qui ſuperfuerat, ſuper infractis iacens haſtis Cæſorum ſcuta corripiens. Trophæum erexit, ex proprio inſcribẽs cruore, Διὶ τροπαιούχῳ. i. Ioui in cuius poteſtate ſunt Trophea, dehinc orta, vtrinq; diſcordia Amphyctiones cum in rem præſentem veniſſent, victoriam Lacedæmonijs adiudicant, vt Chryſermus Peloponneſiacorum tertio tradit Herodotus. [Thyreatiũ ſolum] Thyrea, de qua certamen inter Argiuos, & Lacedæmonios fuit, in medijs vtriuſque ciuitatis finibus poſita dicitur & Thyre numero multitudinis ex contractione, vnde incolę thyreatæ, vt tegeatæ, & genere fœminino Thyreatis hæc Steph.

DE EPAMINVNDA.

* Prob. in vita Iuſt. lib. 6.

EXCELLENTISSIMOS * Spartanæ virtutis prouentus, miſerabilis lapſus ſequitur. Epaminundas maxima Thebarum felicitas, idemq; Lacedæmoniis prima clades, cum vetuſtam eius vrbis gloriam, inuictamq; ad id tempus publicam virtutem apud Leuctram, & Mantineam, ſecundis prælijs contudiſſet. traiectus haſta, ſanguine, & ſpiritu deficiens, recreare ſe conantes, primum an clypeus ſuus ſaluus eſſet, deinde an fuſi hoſtes penitus forent, interrogauit: quæ poſtquam ex animi ſententia comperit. Non finis, inquit, commilitones mea vita, ſed melius & altius initium aduenit. Nunc enim veſter Epaminundas naſcitur, quia ſic moritur. Thebas ductu, & auſpicijs meis caput Græciæ factas video, & fortis, & animoſa ciuitas Spartana iacet armis noſtris abiecta: & amara dominatione Græcia liberata eſt: orbus * quoque non tamen ſine liberis morior, quoniam mirificas filias Leuctram, & Mantineam relinquo. E corpore deinde ſuo haſtam educi iuſſit, eoq; vulnere expirauit. Quod ſi cum Dij immortales victorijs ſuis perfrui paſſi eſſent, ſoſpes patriæ mœnia glorioſior non intraſſet.

* Steſibrotum filiũ prius ſecari iuſſerat Plut. paral. 5.

OLIV.

EXCELLENTISSIMOS Spartanæ ciuitatis] Epaminundas bellicæ artis gloria præſtãs primus docuit Lacedæmonios, qui Græciæ Regnũ occupauerant vinci poſſe, & eorum opes frangi. nam apud Leuctrã primo fudit, atque fugauit illorum exercitum, cum Cleombroto Duce, qui tanta cum ſpe fuerat à Lacedæmonijs aduerſus Thebanos miſſus, vt nihil prorſus de victoria dubitarent, qui cum ad Leuctra veniſſet, at diligenter hoſtium vires, & conſilia cognouiſſet, tãdem intellexit illos omnibus rebus eſſe ſuperiores, ſed quia tãta cum opinione ciuium venerat Cleombrotus, vt redire non poſſet, niſi cum magna ciuium offenſione, rem pugnæ commiſit, & à Thebanis Epaminũda duce ſuperatus, magnam patriæ ſuæ cladem intulit, adeo vt niſi eſſet Accitus ex Aegypto Ageſilaus, actũ eſſet de re Lacedæmoniorum. erãt. n. ad eam neceſſitatem peruentum, vt mulieres arma ſumere coactæ fuerint, ad vrbia mœnia defendenda. Rurſus apud Mantineam, cũ vtrinq; exercitus conſtitiſſent, veritus Thebanos in acie ſegnius pugnaturos his verbis, & oratione hortatus eſt, vt diceret captiuitatem vxorum, liberorum, Patriæ ſibi ante oculos proponerent, ipſius quoq; vrbis mœnia ſolo paulo poſt adæquandam, niſi fortiter agerent, quibus animati Thebani ciues Lacedæmonios acri pugna ſuperarunt. Front. lib. 1. cap. 11. Epaminundas, inquit, Dux Thebanorum aduerſus Lacedæmonios dimicaturus, vt non ſolum milites viribus ſuis, verum etiã affectibus iuuarentur, pronunciauit in cõcione deſtinatum Lacedæmonijs, ſi victoria poterentur oẽs virilis ſexus interficere, vxoribus aũt eorum, & liberis in ſeruitutẽ adductis, Thebas diruere, qua cõcione concitati primo impetu Thebani Lacedæmonios expugnauerunt, de hoc viro & Cic. in epiſtolis ad L. Luceium, dicit, n. quem non ſtruos ille moriens apud Mantineam Epaminundas, non cum quadam miſeratione delectat? qui cum deniq; ſibi ſpiculũ auelli iubet, poſtquam ei percũctanti dictum eſt, Clipeum ſaluum eſſe, vt etiam in vulneribus dolore æquo animo cum laude moreretur. [Inuictam publicam virtutem] Quia & ſi multi ex Lacedæmonijs oppreſſi ſunt publicè, tamen omnium bellorum ad id tempus ſuperiores extiterãt. [Leuctram, & Mantineam.] Leuctrã numero multitudinis, & neutro genere declinatur, ex Strabo. Plutarch. Suidę monimentis Euſtachio, cęteris, Pauſanias, καὶ ἐς Λεῦκτρα ἀφίκετο τὰ ἐν Βοιωτίᾳ. Leuctra oppidum eſt Bœotiæ, haud procul ab Helicone iuxta Lebadiam, & Cheronæ, teſte Strabo. libro 9. in deſcriptione Bœotiæ, dicit enim iacet, aũt Heliconis, & Cheroneæ mediũ iuxta coroneam

Leuctra

Leuctra io eo tractu ſunt, vbi Epaminúdas Lacedæmonios iogéti ſuperans prælio, eorum calamitatis, & cladis initium reperit, ex eo.n.tempore Grçciæ principatum vltra recuperare nequiuerunt, quem prius adepti tenebant, præſertim poſtquam ſecundo apud Mantineam congreſſi, rem infçliciter geſſerunt, vnum tamen illis, q̃q̃ hunc in modum afflictis permanſit, vt nullorum aliorum diuini ſobacti ſint, vſq; ad R. Imperium, à quibus eis habitus perdurat honos pp regendæ ciuitatis probitatem, mouſtratur ſane locus ipſe io via, quæ ea Plateis ducit ad Theſpias, Mantinea vero fuit in Arcadia eodem teſte, ſed, vt vult, nunc uno eatat. nam Epaminundas inquit, Mantineam, ſuperatis ſecúda pugoa Lacedæmonijs, illuſtré reddidit, in qua & ipſe obiit, hæc autem euanuit. [Sed melius & altius initium vitæ] Quia tama virtutis meæ apud poſteros æterna manebit. [Ciuitas Spartana] Sparta Metropolis ciuitas eſt Laced. hoc eſt principalis, quæ alio onmine Laced. dicitur, quamquam nonnulli velint Laced. regioné eſſe. Spartam vero vrbem. Inſt. lib. 1 t. Thebani, inquit, auxiliantibus Athen. bellum bis iotulere. ſ. Laced. quç ciuitas ea ioſimis iocremeotis virtute Epaminuude Ducis ad ſpem Imperii Græciæ erecta eſt.

Ascan. EXcellentiſſimos] Affert pulchrum fortitudinis exemplú in Epaminunda Thebano, dicens [Lapſus miſerabilis virtutis Spartanæ] .i. Lacædamoniæ, ſequitur excellentiſſimos prouentus virtutis Spartanæ. Epaminendas maxima fœlicitas Thebarum, & idem prima clades .i. calamitas Lacedæmoniorum, cum .i. poſtquam cótudiſſet .i. tundendo oppreſſiſſet, vetuſtam gloriam eius vrbis, videlicet Lacedemonis, & virtutem publicam; .i. totius ciuitatis inuictam ad id tempus, cootudiſſet dico præliis ſecundis .i. proſperis ſibi, & ſuis, apud Leuctrá & Mantineam .i. loca illa, in quibus fœliciter cum Spartanis pugoauit, traiectus haſta hſs corpus .i. traiectú haſta, & ſup deficiés ſanguine, & ſpiritu .ſ. vitali iuterrogauit .ſ. amicos conantes ſe recreare .i. cóſolando reparare vires animi eius, primú q̃ſiuit, an Clypeus ſuus eſſet ſaluus, quia turpiſſimú erat Clypeú abiicere, deinde, an hoſtes forét fuſi penitus, quæ .ſ. duo poſtquam comperit ex ſententia animi .i. ex voluntate ſua .i. ita ſe habere, vt voluit, inquit, ó commilitones, non finis vitæ meæ aduenit, ſed melius, & altius initium vitæ ſup. venit. Enim pro quia, Epaminundas .n. veſter, ſ. dux, naſcitur nunc, ſ. in æterna memoria, quia ſic .i. tam glorioſé moritur. (Pulchrè ſe laudans io tertia tanquam de altera loquitur perſona, Simile autem cum illo ſæpiés eccleſia noſtra, celebrat ſanctorum martyrum natalitia, quo die hinc ad æterna migrauerunt regna.) Ego video Thebas factas ductu .ſ. meo, & auſpiciis meis, ſ. fçlicitate, & prouidentia mea caput .i. principem ciuitatem Græciæ, & ciuitas Spartana fortis, & animoſa iacet abiecta .i. vilis effecta armis noſtris. [Græcia eſt libertata, amara dominatione] .i. tyrannide Lacedæmoniorum. [Ego quoque] .i. etiam morior, orbus .i. carens naturali, aut carnali prole, non tameo morior ſine liberis, qm̃ relinquo Leuctram, & Mantineam .i. memorias victoriarum mearum apud Leuctram prius: & nunc apud Mantineam mirificas filias .i. loco mirificarum filiarum. [Deinde] .i. illis dictis luſſit haſtam, qua traiectus erat, doci .i. leniter trahi è corpore ſuo, & expirauit .i. ſpiritum emiſit eo vulnere. Quod ſi .i. dato, q Dii immortales paſſi eſſent eum perfrui .i. ad ſatietatem vitæ, aut ad extremum fati, frui victoriis ſuis, ipſe ſoſpes .i. ſanus, & incolumis non intraſſet glorioſior .i. plenior veræ gloriæ mœnia patriæ .ſ. Thebarum, ſup quàm intrauit hoc dicto, & facto.

DE THERAMENE, ET THEOGENE.

* Cicero Tuſc. 1.

AC ne* Theramenis quidem Athenienſis in publica cuſtodia mori coacti, parua mentis conſtantia, in qua triginta tyrannorum iuſſu porrectam veneni potionem non dubitanter hauſit. Quodq; ex ea ſuperfuerat iocabundus illiſum humo clarum edere ſonum coegit. Reddensq; ſeruo publico, qui eam tradiderat, Critiæ, inquit, propino: vide igitur vt hoc poculum ad eum continuo perferas: erat aũt is ex 30. tyrannis crudeliſſimus Profecto eſt ſupplicio ſe liberare, tã facilè ſuppliciũ perpeti. Itaq; Theramenes perinde ac in domeſtico lectulo moriens vita exceſſit. Inimicorum æſtimatione punitus, ſuo iudicio finitus.* Sed Theramenes à literis, & doctrina virilitatem traxit. Numantino vero Theogeni ad conſimilẽ virtutẽ capeſſendã, quaſi magiſtra gentis ſuæ ferocitas extitit: perditis nãq;, & afflictis reb. Numantinorũ, cum oẽs eius ciues nobilitate, pecunia, honoribusq; præſtaret, vicum ſuum, qui in ea vrbe ſpecioſiſſimus erat, contractis vndiq; nutrimentis ignis, incendit, protinusq; ſtrictum gladium in medio poſuit, ac binos inter ſe dimicare iuſſit: ut uictus, inciſa ceruice ardentibus tectis ſuperiaceretur: qui cũ tam forti lege mortis omnes abſumpſiſſet, ad ultimum ſeipſum flammis immiſit.

* Foit. n. Iſocratis præceptor Plutar. in Iſocr.

Oliv. AC ne Theramenis quidem Ath.] Subactis Athenienſibus, vt diximus in ca. de Somniis Lyſander Lacedæmoniorum dux 30. Prætores impoſuit, qui paulo poſt facti ſunt 30. tyranni. nam illorum opera ſublato de medio Alcibiade, cuius metu reprimebantur, ſæuire cçperunt in plebem Athé. & in populum vniuerſum crudelem tyrannidem exercere, nam tanti vltoris, videlicet, Alcibiadis metu liberati, miſeras vrbis reliquias cçdibus, & rapinis crudeliter exhauriebát, quod cum Theramení vehementer diſpliceret, eorumq; libidinibus ſæpiſſimè obſtaret, iniecto falſo crimine, in carcerem coniecerũt. eiq; venenatum poculum paulo poſt hauriendum miſerunt, quod cum forti animo, & indubitanter hauſiſſet, quod in poculo veneno miſſo in fundo remanſerat, tunc terræ incuſſit dicens. Hoc Critiæ propino, erat aũt vnus ex triginta, hi veró fuerũt a Thraſibulo eiecti, & Critias interemptus. [Critiæ propino.] Quaſi diuinans, q futurum erat, vt exigerentur omnes & Critias occideretur Cic. li. 1. Tuſcul. q. Quam me delectat, inquit, Theramenes, quàm elato animo eſt, etſi enim flemus, cum legimus, tamé non miſerabiliter vir clarus emoritur, qui cum etiam coniectus in carcerem 30. tyrannorum iuſſu veneum vt ſitiens ebibiſſet, reliquum ſic è poculo eiecit, vt id reſonaret, quo ſonito reddito, arridens, propino inquit, hoc pulchro Critiæ, qui in eum fuerat deterrimus, Græci enim in conuiuiis ſolent nominare, cui poculum tradituri ſunt. luſit vir egregius in extremo ſpiritu, cum iam præcordiis ſuſceptam mortem contemneret, vereque ei, qui venenum præbuerat, mortem eam eſt augnratus, quam breui conſecutus eſt. Profecto tam fortiter & tam conſtanter mori eſt ſe ſupplicio mortis liberare. [Inimicorum exiſtimatione] Inimicis quidem de morte pœnas dediſſe illum credebant, ipſe vero mortem pœnarum finem eſſe iudicauit. [Literis & doctrina.] Eſt endiadis .i. doctrina literarum. [Nomantino verò Theog.] Cum Numantiam obſideret Scip. poſterior complures oppidanos ex vrbe progreſſos ad colligenda frumenta palantes per agros occidere vetuit, q diceret eo facilius quidquid fruméti eſſet io vrbe conſumpturos eſſe quo plures eſſent, nam q portabatur io vrbem per eos, qui exierant ad paucorum dierum vſum erat, igitur conſumptis omnibus, quæ ad victum præſtarent, deſperatiſque ſociorum, & aliorum auxiliis cum iam famis extremitatem diutius tolerare non poſſent, ne in ſeruitué venirent conſilio Theogenis ſe inuicem tradentes neci, omnes occubuere, ſed de hac fame, & neceſſitate videbimus lib. 7. c. de neceſſitate. [Præſtaret] Superaret, excelleret. [Vicum ſeum] Quem habitatione ſua totum occupauerat. [Tam forti lege] Vt inter ſe de vita certarent.

Ascan. AC ne Ther.] Affert exemplum fortitudinis Theramenis ciuis & philoſophi Athen in carcere potionem venenatam à tyrannis miſſam forti animo haurientis. Ordo eſt. [Ac ne quidem] .i. non etiam conſtantia mentis Theramenis Athen. coacti mori in publ. cuſtodia .i. carcere, parua ſup. eſt, immo magna, in qua ſ. cuſtodia, aut mentis conſtantia, hauſit non dubitanter potionem veneni porrectam iuſſu 30. tyrannorum, & ipſe iocabundus .i. per iocum irridens, coegit, id quod ſuperfuerat ea ea .ſ. potione, quia totum bibere non valuit, illæſum humo .i. in humum .i. fortiter iactú in terram edere .i. emittere ſonum clarum. & reddens ſeruo publico ſup. partem aliquã potionis, qui .ſ. ſeruus tradiderat ſup. eam potionem, inquit, ego propino ſupp. ſimilem hauſtum, aut potionem Critiæ .ſ. tyranno, quaſi dicãt expectet Critias breui vitæ ſuæ exitum. (Nam in conuiuiis, qui datum poculum biberunt, ſolent cui faueant nouum propinare. igitur quia Critiæ propino, vide id eſt proſpice. vt perferas continuo hoc poculum ad eum .ſ. Critiam. autem pro ſed, is (inquit auctor) erat crudeliſſimus ex triginta

DE PATIENTIA. CAP. III.

EGREGIIS *pariter virorum, ac fœminarum operibus fortitudo ſe oculis hominũ ſubiecit. Patientiamq́; in medium procedere hortata eſt, non ſanè infirmioribus radicibus ſtabilitam, aut minus generoſo ſpiritu abundantem, ſed ita ſimilitudine iunctam, vt cum ea, ex ea nata videri poſſit.*

OLIV. EGREGIIS virorũ pariter] Fortitudo inquit, ſe oculis noſtris ſubiecit, quæ hortata eſt, vt patientia in medium veniret, quæ vel cum ea, vel ex ea nata videri poteſt, nam fortitudinis partes ſunt patientia, & perſeuerantia [In firmioribus radicibus.] Nam laudis, & gloriæ radices habet patientia. [Cum ea] Tanquam ſoror. [Ex ea] Tanquam filia.

ASCEN. EGregiis] Hac præfatione tranſit ad exempla patientiæ dicens. [Fortitudo ſubiecit ſe oculis hominum] .i. manifeſtauit ſe hominibus, egregiis .i. excellentibus operibus pariter virorum ac fœminarum, & ipſa fortitudo hortata eſt, patientiam procedere in medium, ſane .i. certe, aut non ſane .i. cũ multo infirmioribus radicibus ſtabilitam, aut abundantem ſpiritu minus generoſo, ſed coniunctam ita ſimilitudine, vt poſſit videri nata, vel ex ea tanquam filia, vel cum ea tanquam ſoror.

2 DE MVTIO SCAEVOLA.

*Liu. li. 2. Dion. li. 5. paulo aliter. QVID *enim iis, * quæ ſupra retuli, facto Mutii conuenientius? cum à Porſenna Rege Hetruſcorum vrbẽ noſtram graui, ac diutino bello vrgeri ęgrè ferret: caſtra eius clàm ferro cinctus intrauit: immolantemque ante altaria, conatus eſt occidere. Cęterum inter molitionem pii pariter, ac fortis propoſiti oppreſſus, nec cauſam aduentus texit: & tormenta quantopere contemneret, mira patientia oſtendit. Peroſus .n. (credo) dexteram ſuam, quod eius miniſterio in cæde Regis vti nequiſſet, iniectam foculo exuri paſſus eſt. Nullũ profecto Dii immortales admotum aris cultum attentioribus oculis viderũt. Ipſum quoq; Porſennam oblitum periculi ſui, vltionem ſuã vertere in admirationẽ coegit. Nã reuertere, inquit, ad tuos Muti, & eis refer: te cum vitam meã petieris, à me vita donatum, cuius clementiã non adulatus Mutius, triſtior Porſennæ ſalute, quàm ſua lætior, urbi ſe, cũ æternæ gloriæ cognomine, Scæuolam reddidit.*

OLIV. Scæuolæ virtus. QVID enim iis] Id ita eſſe Mutius, qui Scæuola dictus eſt clariſſima nobis documenta reliquit. [A Porſenna,] Hetruſcorum Rege, ad cuius opes ea tempeſtate florentiſſimas Tarquinius cum ſcelerata ſtirpe pulſus ex vrbe confugerat. [Immolantemq́; ante altaria] In hoc Valer. à Liuio diſſentit, non .n. ſacrificantem, ſed milites recenſentem vna cum ſcriba in caſtris, & ſtipendium dantem dicit Liu. & Mutiũ, qui ad Regis cædem venerat errore ductum pro Rege ſcribam obtruncaſſe, quod ille corporis cultu nihil ferme à Rege diſtaret, comprehenſum deinde cũ Regii ſatellites adtraxiſſent, ante tribunal Regis deſtitutum, & tum quoq; inter tantas fortunæ minas metuendum magis, quam metuentem dixiſſe. Rom. ſum ciuis. C. Mutium vocant, hoſtis hoſtem occidere volui, nec ad mortẽ minus, animi eſt, quàm fuit ad cædem, & facere, & pati fortia Ro. eſt. non vnus ego in te hos animos geſſi. longus eſt poſt me ordo idem petentium decus, proinde in hoc diſcrimen ſe iuuat accingere, vt in ſingulas horas capite dimicttes tuo, ferrum, hoſtemq́; in veſtibulo habeas regiæ: hoc tibi iuuentus Rom. bellum indicit, nullam aciem, nullum prælium timueris, vni tibi cum ſingulis res erit: tunc Regem ſimul ira incenſum, periculoque conterritum ad terrendum adoleſcentem, qui metu pœnarum expromeret, quid illud eſſet, quod per ambages minaretur tormenta afferri, & ignem parari iuſſiſſe, quo tanquam victima immolaretur, illum verò, vt Regi oſtenderet, quàm facilè tormenta contemneret, dextram focolo iam incenſo, ſpectantibus omnibus iniecisse, & exuri paſſum eſſe, inde Scæuolam fuiſſe nominatũ, quaſi ſine vola, hoc eſt ſine media parte manus, quæ vola dicitur vnde dicitur inuolare. Dionyſ. qui hanc hiſtoriam multo prolixius narrat, nullam prorſus de hac patientia mentionem facit. [Inter molitionem pii pariter] Paratum dum pararet piiſſimum propoſitum adimplere. [Pii] Quia pro patria liberanda id faceret. [Fortis] Quia mortem non formidaret. [Cauſam aduentus] Quia ingenue confeſſus eſt, ſe ad occidendum Regem veniſſe. [Adulatus] Nam Mutius quaſi remuneratus meritum quandoquidem, inquit, Rex eſt apud te virtutis honos: vt beneficio tuleris à me, quod minis nequiſti 300. coniurauimus, iuuentutis Roma. principes, vt in te hac via graſſeremur, mea prima ſors fuit cęteri, vtcunque ceciderit, primi quo ad te oportunum fortuna dederit, ſuo quiſque tempore aderit. Scæuolam vnde.

ASCAN. QVid enim his, &c.] Affert primum exemplum patientiæ dicens. [Enim pro quia] q.d. benè dixi patientiam poſſe videri natam ex fortitudine, vel cũ fortitudine, quia quid eſt conuenientius .i. minus differens his .i. cum his, aut ab his, quæ retuli .i. recitaui ſupra ſ. dando exempla fortitudinis, facto .i. quàm factum, Mutii ſ. Scæuolæ poſtea dicti, q.d. nihil. [Cum] ſ. Mutius ferret ægre vrbem noſtram, hoc eſt Romam, vrgeri .i. premi à Porſenna Rege Hetruſcorum, bello graui, ac diutino, immo obſidione longa, ipſe cinctus ferro .i. habens ſecum ſicã, intrauit caſtra eius clam .i. à nemine perceptus, & conatus eſt occidere ſ. Porſennam, immolantem ante altaria ſ. Deorum. Liu. dicit, quod ſcribam eius occiderit pro illo, vt Oliu. recitat. [Cęterum] .i. ſed, ipſe Mutius oppreſſus .i. ab incepto iam cognito prohibitus inter molitionem .i. difficilem executionem propoſiti pariter pii, quo ad patriam, non quò ad Deos, ſi immolantẽ Diis obtruncare voluit, ac fortis, quia paratus erat peracto eo, trucidari, alioquin cum non eſſet ſpes euadendi, temere rem molitus eſſet, nec texit .i. non celauit cauſam aduentus, quia profeſſus eſt ſe veniſſe, vt Regem obtruncaret, & oſtendit mira .i. miranda patientia .i. in exuſtione manus, quantopere .i. quãtum cõtemneret tormenta. [Enim] Pro quia, Per æquo .i. prorſus odio habens, credo .i. vt credo dexteram ſuam, quod nequiſſet pro nequiuiſſet, vti miniſterio eius, ſ. dexteræ, in cæde .i. occiſione Regis. ſ. Porſennæ, paſſus eſt ſup. eam iniectam foculo .i. igni (vt ſit locus pro locato) exuri. [Nullum] .i. non vllum, profecto .i. re vera, Dii immortales, non viderunt vllum cultũ admotũ .i. applicitũ aris, oculis attentioribus, quàm ſup. facinus Mutii Et ſup. Mutius coegit quoq; ipſum Porſennam, oblitum periculi ſui, vertere vltionẽ ſuam in admirationem. Nam inquit, ò Muti reuertere ad tuos, & refer .i. enarra eis te cum petieris .i. inſidianter ſectatus ſis vitã meam, donatum ſup. eſſe à me vita. [Cuius clementiam Mutius non adulatus] .i. non adulatoriè laudans triſtior ſalute Porſenæ, quàm letior ſua .i. non tam letus, quod ſic euaſit, quàm triſtis, quod Porſennam non interemit. reddidit vrbi ſ. Romæ ſe Scæuolam, cum cognomine, ſeu agnomine æternæ gloriæ, quia cum prius tantum Mutius diceretur, rediit dicendus Scæuola, quaſi ſæuus in volam .i. manum ſuam, quod illi perpetuam peperit gloriam.

THEO. FActo Mutii, &c.] Mutii Scæuolæ patientiã Mileſius Ariſtides hiſt. 4. refert, vt Liu. exemplum penè par. Agatharchides Samius rerum Perſicarum ſecundo memorat. Xerxes inquit ingruebat in Græciam, cum quinquies centenis hominũ millibus, ac ad Artemiſium ſtabat in ancoris. Athenienſes itaq; perturbati fratrem Themiſtoclis Ageſilaum miſerunt exploratum, tametſi pater Neocles vtrumq; eum amiſiſſe per quietem viderat, is inter Barbaros habitu Perſico dum verſaretur, errore ductus interemit Macedonium Regis corporis ſtipatorem, quẽ Xerxem putabat. Comprehenſus & ad Regem tractus immolaturum oſtendit ad Solis aram. in quam dexteram imponens, cũ aliquamdiu vim ſuppliciorum ſine vllo gemitu toleraſſet è vinculis emiſſus eſt, hac adiecta voce, huiuſmodi ſunt omnes Ath. quod ſi nondum, credis leuam quoque iniiciam: Quo ſpectaculo territus Xerxes Ageſilaum ſeruari iuſſit. hæc illa.

DE POMPEII PATIENTIA.

POMPEII *etiam probabilis virtus, qui dum legationis officio fungeretur à Gentio Rege interceptus, cum Senatus conſilia prodere iuberetur, ardenti lucernæ admotum digitum cremandum præbuit: eaque patientia Regi ſimul & deſperationem tormentis quidquam ex ſe cognoſcendi excuſſit, & expetendæ P. Rom.*

amicitiæ magnam cupiditatem ingenerauit. Ac ne plura huiuſce generis exempla domi ſcrutando, ſæpius ad ciuilium bellorum deteſtandam memoriam progredi cogar, duobus Romanis exemplis contentus, quæ vt clariſſimarum familiarium commendationem, ita nullum publicū mœrorem continent, externa ſubnectam.

Oliv. Pomp. patientia. POMPEII etiam laudibus] Pompeius in Aſia legatus, cum per Illyricum nauigaret, interceptus eſt ab Illyricis, & cum à Gentio Illyricorum Rege, & hoſte P.R. conſilia publica prodere iuberetur, digitum lucernæ, ardenti admotum exuri paſſus eſt, vt oſtenderet, nec ſupplicio quidem mortis induci unquam poſſe, vt conſilia publica indicaret, quo facto, & Regi deſperationem induxit tormentis ex ſe quidquam cognoſcē di, & cupiditatem amicitiæ cum P.R. iungendæ, hunc Regem Lucinius Conſul bello poſtea ſuperauit, cum violata fide rebellaſſet, qui cum vxore, & liberis Romam miſſus eſt. [Excuſſit] Iniecit, induxit. [Ad ciuiliū bel.] Hoc ideo dicit, quia commemorationem fecerat, C. Pompeij qui poſtea bellum ciuile geſſit.

Ascen. POmpeij, &c.] Ordo eſt virtus, ſup. patientia Pompeij. ſ. magni ſup. eſt, aut ēt fuit probabilis. i. commendabilis, qui dū fungeretur officio legationis i. oratoris, aut caduceatoris, interceptus. i. in itinere captus, à Gentio, ſeu Gentio Rege Illyricorū, cū iuberetur. ſ. ab eo prodere. i. reuelare conſilia Senatus præbuit digitū admotū lucernæ. i. lampadi, aut candelæ ardēti, cremandū, & excuſsit ea patientia. i. per eā patientiā Regi, & i. ſimul deſperationē cognoſcendi quidquā ex ſe tormentis. i. p tormenta, & ingenerauit Regi magnā cupiditatē amicitiæ P.R. expetendæ. Ac ne cogar progredi ad deteſtādam memoriā. i. cōmemorationē bellorū ciuiliū, quale à Pōp. cū Cæſ. geſtū fuit ſcrutando ſæpius exēpla, huiuſce generis. ſ. patientiæ domi. i. domeſtica, ego cōtentus duobus exēplis Romanis, quæ. ſ. duo exēpla, vt continent commendationē clariſsimarum familiariū, ita nullum publicum mœrorem continent, quia nihil adhuc in ciues geſsit Pomp. ideo ſup. ſubnectam ſup. exempla externa.

EXTERNA.

DE PVERO ALEXANDRI.

VETVSTO Macedoniæ more Regi Alexandro nobiliſſimi pueri præſto erant ſacrificanti. E quib. vnus thuribulo accepto, ante ipſum aſtitit, in cuius brachiū carbo ardens delapſus eſt: quo, & ſi ita vrebatur, vt aduſti corporis eius odor ad circunſtantium nares perueniret, tamē & dolorē ſilentio preſſit, & brachiū immobile tenuit, ne ſacrificiū Alexandri, aut excuſſo, thuribulo impediret, aut edito gemitu aures Regias aſpergeret: Rex quoq; patientia pueri magis delectatus, hoc certius perſeuerantiæ experimentū ſumere voluit, ſolito. n. ſacrificauit diutius, nec hac re eū à pposito repulit. Si huic miraculo Darius inſeruiſſet oculos, ſciſſet eius ſtirpis milites vinci non poſſe cuius infimā ætatē toto robore præditā animaduertiſſet. Eſt & illa vehemēs, & cōſtās animi militia, literis pollēs, venerabiliū doctrinę ſacrorū antiſtes, philoſophia: q̄ vbi pectore recepta eſt hominū, inhoneſto, atq; inutili affectu depulſo, totū in ſolidæ virtutis munimento confirmat, potentiuſque metu, ac dolore facit.

Oliv. VETVSTO Macedoniæ more] Hoc tractatur à Plut. in vita Alexandri Regis Macedonum, cui ſacrificāti cum plures nobiliſſimi adoleſcentes ambitioſè adminiſtrarent, vnus ſumpto thuribulo præſto aſtitit, in cuius brachiū ignitus carbo delapſus dolorem celauitq; tamdiu puer paſſus eſt, quo ad ſacrificaret Alexander, nā nec brachium mouere, ne excuſſo thuribulo perturbaret ſacrificantē, nec vocem emittere, ne effœminationem aut vllam animi mollitiem indicaret auſus eſt. Alexander quoq; hac recognita in longum diſtulit ſacrificium, vt pueri patientiā multo magis probaret. [Præſto erant] Præſto eſſent. Apparebant, miniſtrabant. [Carbo ardens]. i. pruna. [Odor,] Qui Græce dicitur nidor, latinæ vſtcina ab vrendo. [Et dolorem ſilētio preſsit] Duo dicit in quibus miira pueri patientia ſignificabatur, nec mouiſſe brachium, nec vocē quidem vllam emiſiſſe. [Aſpergeret] Turbaret, impleret, ubſonaret. [Certius] Firmius expectando nunquid puer vocem emitteret. [Diutius ſacrificauit] In longius diſtulit ſacrificium. [Si huic miraculo Darius] Si Darius inquit, hoc miraculū cōſpexiſſet, intellexiſſet profecto, eius gentis milites vinci non poſſe, cuius puerilē ætatē tanta patiētia præditā cognouiſſet. [Eius ſtirpis] Gentis. ſ. Macedonū. [Eſt illa vehemēs] Ita quidem & militaris, & diſciplinæ ratio hominum animos patientia corroborat, atq; cōfirmat, & laborū patiētiſſimus facit: ſed hoc idem facit philoſophia. [Animi militia] Patientia, quæ à philoſophia naſcitur. Venerabilium ſacrorū antiſtes Veluti quædā ſacerdos Quæ præcepta tradit, quibus homines ad bene, beateq; viuendū inſtituuntur. [Doctrina venerabilium ſacrorum] Quibus ex hoīe vitia pelluntur, & in eum virtutes inducuntur. [Quæ vbi pectore] Philoſophia ſi ab hoīe recepta fuerit, & omnia ea eo vitia depellat, & eum robore virtutis confirmat, ita vt nullo animi affectu ab officio diſcedat. [Potentioremq; metu] Facit vt homo metum vincat, atq; dolorem, quia nec metu, nec dolore præſentis mali ab officio diſcedit.

Ascen. VEtuſto, &c.] Primum externorū exemplorum eſt de puero Macedonico ſane q̄ mirādo, de quo dicit ſic, Pueri nobiliſsimi præſto. i. præſentes & auxiliares erant Alexandro Regi ſacrificanti vetuſto more Macedoniæ, e qb. ſ. pueris vnus aſtitit ante ipſum thuribulo. i. vaſe, in quo thus cremari ſolebat accepto. ſ. cum carbonibus incenſis, in cuius. ſ. pueri brachium delapſus eſt carbo ardens quo. ſ. carbone, & ſi. i. quanquam puer ita vrebatur, vt odor corporis eius aduſti perueniret ad nares circonſtantium, tñ & i. ſimul preſsit dolorem ſilentio, quia nihil dixit, aut ingemuit, & tenuit brachium immobile, ne aut impediret ſacrificium Ale. thuribulo excuſſo. i. amoto à loco debito, aut elapſo manibus, aut aſpergeret aures Regias, gemitu edito. i. ſi gemitū edidiſſet. [Rex quoque]. ſ. Alexander, delectatus magis patientia pueri, volens ſumere hoc. i. tanto, aut de hoc certius experimentum perſeuerantiæ, ſacrificauit. n. diutius conſueto. i. q̄ conſuetus erat, nec repulit eum. i. puerū à propoſito. ſ. perpetiendi, hac re. i. diuturnitate ſacrificandi. [Si Darius Rex Perſarum] Qui poſtea ab Alexandro victus eſt inſeruiſſet oculos huic miraculo. i. mirabili facto pueri Macedonici, ſciſſet. i. ſciuiſſet milites eius ſtirpis non poſſe vinci, cuius. ſ. ſtirpis Macedonicæ animaduertiſſet ætatem infirmam, vtpote puerilem, præditā tanto robore. ſ. animi. Et hæc tria patientiæ exempla per ignem ſunt comprobata, ſequentia ſunt per philoſophiā conciliata, de quibus quaſi præfatus dicit. [Eſt & illa. &c.] Ab iis exemplis in quibus viri ſumma generoſitate, & nobilitate præditi, admirabilem, aut oſtenderunt, aut oſtendere parati erant, patientiam, cum præfatione tranſit ad Philoſophorum. i. ſapientia, & doctrina præſtantium patientiam, tranſiturus etiam ad ſeruilem, vnde dicit. [Eſt &]. i. etiam illa vehemens, & conſtans, militia animi, pollens. i. multum potens literis, videlicet philoſophia antiſtes. i. præſes, venerabilium ſacrorum doctrinæ, quæ. ſ. philoſophia, vbi. i. poſtquam recepta eſt pectore hominum confirmat ſup. ipſum pectus hominum, totum in munimento. i. præſidio ſolidæ virtutis, & facit ipſum potentius metu, ac dolore. i. quàm q̄ metuat, ac doleat, & hoc affectu inhoneſto, i. turpi, ac inutili depulſo. Cuius rei addit exemplum.

DE ZENONE ELEATE.

*INCIPIAM * autem à Zenone Elatte, qui cum eſſet in diſpiciendarerum natura maximæ prudentiæ, inq; excitandis ad vigorem iuuenium animis promptiſſimus, præceptorum fidem exemplo virtutis ſuæ publicauit: patriā. n. egreſſus, in qua frui ſecura libertate poterat. Agrigentū miſerabili ſeruitute obrutū, petijt, tanta fiducia ingenij, ac morū ſuorū fretus, vt ſperauerit, & tyrāno, & Phalaridi veſanæ mētis feritatē à ſe diripi poſſe poſtquā deinde apud illū plus cōſuetudinē dominationis, q̄ cōſilij ſalubritatē valere animaduertit, nobiliſſimos eius ciuitatis adoleſcentes, cupiditate liberandæ patriæ inflammauit, cuius rei cum indicium ad tyrannum manaſſet, conuocato in forum populo, torquere eum vario cruciatus*

*Cic. Toſ. 2. Diogenes in vita, & Suidas, ſeu Valerius de duob. iū de vno ſermonē, & tyrānum Nearchū vocat.

generc

*genere cœpit, ſubinde quęrens, quoſnam conſilij participes haberet: ac ille nec eorum quempiam nominauit: & proximum quęque, ac fidiſſimum tyranno, ſuſpectum reddidit: increpitanſque * Agrigentinis ignauiam, ac timiditatem, effecit, vt ſubito mentis impulſu concitati, Phalarim lapidibus proſternerent. Senis ergo vnius eculeo impoſiti, non ſupplex vox, nec miſerabilis eiulatus, ſed fortis cohortatio totius vrbis animum, fortunamque mutauit.*

* Cic. lib. 2. de offi. & Ouid. in Ibin de Phalaridis morte diſſentiunt.

OLIV. INCIPIAM autem à Zenone] Fuerunt duo Zenones iunior, & ſenior, de vtroq; tractat Val. ſed de his quoq; Heraclides, Demetrius, & Antiſtenes plenè loquuntur. de iuniore loquitur hic Val. Eleate ꝙ ab Elea ciuitate fuit. [Diſpicienda] Diligenter inueſtiganda, nam deſpicere contemnere ſignĩat, [Ad vigorem] Ad magnitudinẽ animi, ne eorum animi inertia, molles, & tardi efficerẽtur.] Præceptorum fidem]. i. bonus præceptor, quod verbis præcepit reipſa, & exemplo confirmat, neq; enim aliter fidem præceptis facere poſſet, niſi ipſa re probaret, & vita, quod verbis alijs aſtruere nititur, ſoluerẽtur omnia, quęcunque traderet, ſi à præceptis vita ex aliqua parte diſſentiret, hic ergo, quæ præcipiebat alijs eſſe faciẽda, prior ipſe opere comprobabat. [Patriam egreſſus] Dicimus egredior vrbem, & vrbe, patriam, & patria. [Agrigẽtum.] Siciliæ opp. vnde ſal Agrigentinum, cui Sol. teſte, lõge alia eſt cętero ſale natura, vt igni impoſitũ reſoluatur, vt aqua, & alteri liquori mixtum crepitet, veluti torreai, cęterarũ ſalinarũ metalla quæq; ſunt, aut Agrigẽtino, aut Centuripino proxima finguntur cauterij miniſterio, nam illuc exſculpuntur ſigna ad facies hoium, vel deorum. [Tyrãeo, & Phalaridi] In noĩe ipſo emphaſim facit, quia Phalaris oium crudeliſſimus fuiſſe traditur, & delectabatur ſemꝑ crudeliſſimis tormentis, vnde ingenioſus ille Athen. faber noĩe Perillus, putans Regi ſe maxime gratificaturum, quod crudeliſſimus eſſet, nouum, & infandum tormenti genus excogitauit, & illi pariter oſtdit vt tauro æneo homines includerẽt, & ſubiecto igne fiſtulis quibuſdam ſpiritũ emittentes mugientis bouis vocẽ imitarẽtur, quod tñ ipſe inuentor primus expertus eſt, teſte Ouid. lib. 3. de triſtibus, dicit. n. vt munus munere pẽſas. Deprecor ingenio munere digna meo Dixerat, & Phalaris pœnæ mirandæ repertor. Ipſe tuum præſens imbue dixit opus. [Proximũ] Quemque. hoc ideo fecit, vt regni deſperationẽ excuteret. ſ. nominatis proximis, & fideliſſimis eius, & ſe deſtitutum eſſe intelligeret. [Increpitam] Hoc modo, miror ignauiam veſtram Agrigentini, ꝙ pro his, quæ tolero, vos huic tyranno ſeruire decernitis. Cice. lib. 2. Tuſc. quæſt. proponatur inquit, Zeno Eleates, qui perpeſſus omnia potius, quàm conſcios delendæ tyrannidis indicaret.

ASCEN. INcipiam aũt]. ſ. dare exempla ſolidæ patiẽtiæ à philoſophia profectæ, à Zenone Eleate, qui cum eſſet maximæ prudentiæ in natura rerum diſpicienda. i. ſcrutanda, & diſquirenda, & promptiſſimus in animis iuuenum excitandis ad vigorẽ. ſ. virtutum, publicauit fidem. i. fidelitatem præceptorum. i. eorum, quæ præcepit, exemplo virtutis ſeæ, i. bonæ operationis, quæ compendioſius & efficacius docet, ꝙ vox illa, vnde ſcriptum eſt, Cœpit Ieſus facere, & docere. [Enim] pro quia. Ipſe Zeno egreſſus patriam, videlicet Eleam, vnde Eleates dictus, in qua. ſ. patria poterat frui libertate ſecura. i. ſine anxietate vlla, petijt Agrigentũ oppidum Siciliæ, obrutum, id eſt, oppreſſum miſerabili ſeruitute, quia à Phalaride tyranno ſæuiſſimo, fretus tanta fiducia ingenij, ac morum ſuorum, i. tm̃ confiſus in ingenio, & moribus ſuis, ſperauit feritatem, i. ferocitatem, aut ſilueſtritatem mentis veſanæ. i. prauæ, & nõ ſanæ poſſe diripi. i. depelli celeriter à ſe. i. opera, & monitione ſua, à tyranno, licet omnis tyrannus videatꝰ incurabilis, & Phalaridi. i. ei tyranno, qui ſæuiſſimus erat. Nam eum continuo ſi quis tyrannum potuiſſet conuertere ad bonam mentem, Phalaridem cõuertiſſet [Deinde poſtquam] Ipſe Zeno animaduertit conſuetudinẽ dominationis. i. tyrannidis, plus valere (quia difficile eſt conſueta relinquere) apud illum. ſ. Phalaridem, ꝙ ſalubritatem conſilij, inflammauit nobiliſſimos adoleſcentes eius ciuitatis. ſ. Agrigentinæ cupiditate liberandæ patriæ. ſ. à ſeueritate tyrannica per necem eius [Cuius rei] Inflammationis illius indicium. i. indicatio, & delatio, cum manaſſet, i. perfluxiſſet ad tyrannum, tyrannus conuocato populo. i. poſtquam vocauerat populum in forum cœpit torquere eum. ſ. Zenonem vario genere cruciatus, quærens. i. interrogãs ſubinde. i. per interualla, quoſnam haberet participes conſilij. ſ. ſui. [Antem]. i. ſed ille. ſ. Zeno, nec noĩauit quẽpiam eorum, quos reuera participes habuerat, ac reddidit proximum quẽq., & fidiſſimũ quẽq; tyranno, ſuſpectum tyranno, & increpitans, i. cũ increpatione exprobans Agrigentinis ignauiam, ac timiditatẽ, effecit, vt ipſi concitati ſubito impulſu mentis, proſternerẽt. i. in terram ſternerent Phalarim. ſ. tyrannũ lapidibus. i. obruendo eum arreptis lapidibus (Declinatur aũt hic Phalaris, vel Phalaridis, ſicut Paris, vnde iuxta regulã Seruij, quæ talia vult duntaxat in genitiuo, & datiuo creſcere, in accuſatiuo Phalari facit) ergo nõ ſupplex vox, nec eiulatus miſerabilis, ſed fortis cohortatio vnius ſenis. ſ. Zenonis impoſiti eculeo. i. illi inſtrõ tortorio, mutauit animũ, quia prius ſeruire paratus erat, & fortunã, qa cęſo tyrãno ex ſeruis liberi facti ſunt totius vrbis. i. ciuitatis Agrigẽtinę.

THEO. COſueto] Vetuſta exẽplaria hñt conſulto. [Agrigentum] Siciliæ ciuitas ab amne proximo, ut ſentit Duris, vel ab Agrigẽto Iouis, & Aſteropes Oceani filiæ, vt in ſuis originibus refert Ianus. [Agrigentũ] Græcè vocatur Acragas, vnde Polybius oppidũ ſimul, & amnẽ dictũ putauit à bonitate ſoli vt Acragas, quaſi (acragis). i. ſumma terrarum ꝑꝑ vbertatem.

DE ALIO ZENONE.

EIVSDEM * *nominis philoſophus, cum à Nearcho tyranno, de cuius nece conſilium inierat: torqueretur, ſupplicij pariter, atque indicandorum gratia conſciorum, doloris victor, ſed vltionis cupidus, eſſe dixit, quod ſecreto audire eum admodum expediret, laxatoq; eculeo, poſtquam inſidijs opportunum tempus animaduertit: aurem eius morſu corripuit, nec ante dimiſit, quàm & ipſe vita, & ille corporis parte priuaretur.*

* Immo idem, ſi cęteris vt ſuprà dictũ eſt, credimus.

OLIV. EIVSDEM nominis philoſophes] Diogenes Laertius de vita philoſophorũ diſſentit à Val. non. n. duos fuiſſe Zenones, qui cruciati fuerint, ſed vnum ſeniorem, nec duos tyrannos, ſed vnũ Clearchum, cuies tormenta ſuperauit. Ego aũt hunc errorem inde manaſſe crediderim, quod & Heraclides dicit, ꝙ alij mordicus abſcidiſſe aurẽ, vt Val. alij naſum, vt Demetrius, alij neutrum factum eſſe dicunt, inter quos Antiſtenes, ſed linguam abſciſſam, & dentibus contritam, in eius faciem expuiſſe. Alij vnum hæc omnia feciſſe, & aut ſiue naſum mordicus abſcidiſſe, & cum omnino conſcios cõiurationis, proferre cogeref, linguã dentibus conſciſſam in os tyranni cõſpuiſſe, quo facto, ciues tyrannum lapidauerunt, & inde ortum, vt hæc duo feciſſe viderentur, atq; alterum pro altero poſitum: nam cõſtat Zenonem Stoicum ad nonageſimum ætatis annũ perueniſſe, ſemper integrum, & incolumem, ac ſine morbo, & vt refert Apollonius, cum abiret ex ſchola lapidem offendiſſe, digitum perfregiſſe, ac manu terram ferientem dixiſſe, ex Niobe venio, quid me vocas, & continuo ſe ſtrangulantem interijſſe, alij vero dicunt, quod cum gingiuarum dolore laboraret, conſilio medicorum ſe à cibo duos dies continenter abſtinuit. quo facto ita conualuit, vt medici eũ quouis genere cibi permitterent; & hic, quod ſe ſatis in vita fuiſſe diceret in ieiunijs perſiſtens inedia conſumptus eſt. De Clearcho duce Lacedæmoniorum loquitur lib. 2. Laxato pro ipſe Laxatus, ab eculeo.

ASCEN. EIuſdem nominis] Immo, vt multi volunt, idem philoſophus, ſed nõ ſtat eundem fuiſſe ſecũdũ mẽtẽ auctoris, qui Agrigenti, & Spartæ paſſus ſit, quocirca auctorẽ ſequentes, licet ab eo alij diſſentiant, dicamus ſic. Philoſophus eiuſdẽ nominis, vtpote Zeno ſenior cum torqueretur. ſ. in eculeo, ſeu equuleo, à Clearcho tyrãno Lacedæmoniorũ, de cuies nece inierat. i. cœperat cõſilium, torqueretur inquam pariter gratia ſupplicij. ſ. quod meruiſſe putabatur, & gratia cõſciorum indicandorũ, ipſe victor doloris, ſed cupidus vltionis, dixit eſſe. ſ. ſibi. i. ſe habere, qđ expediret. i. vtile eſſet, admodum. i. valdè eum. ſ. tyrannũ audire ſecreto. ſ. in aurem, & eculeo, in quo tenſus erat laxato. i. remiſſo, & ſoluto, vt ipſe liber caput ad aurẽm tyranni admoueret, poſtquam animaduertit tempus ſup. eſſe opportunum inſidijs, corripuit morſu. ſ. dẽtium, aurem dico auriculam tyrãni, nec dimiſit ſup. eam. antequam, & i. ſimul ipſe. ſ. philoſo. priuaretur vita, quia in eo factó expirauit, & ille. ſ. tyrannus priuareter parte corporis, vtpõte auricula, potius quam aure.

THEO. CLearcho] Antiqui codices, partim Clearcho, partim Learcho, partim Nearcho, ꝗ lectionem probat Ianus. Apud Suidam. n. ſic eſt. Zeno Teleutagoræ F. Eleates,

Oliv. affectator, & æqualis Pythagoræ, Democritiq; nã floruit Olympiade 78. Xenophanis auditor fuit, is cum tentaſſet à tyrannida Nearchi, vel vt alij, Diomedouis Eleam patriam liberare, compræhenſus, & indicare conſcios iuſſus, linguam ſuam mordicus amputauit, atque in tyranni faciem expuit demum cõiectus in mortarium, crebris ictibus contuſus, expirauit.

DE ANAXARCHO.

* Cic. Tuſcul. 2. Diogen. in vita.

TALIS patientiæ * æmulus Anaxarchus, cum à tyranno Cypriorum Nicocreonte torqueretur, nec vlla vi inhiberi poſſet, quo minus amariſſimorum eum maledictorum verberibus inuicem ipſe torqueret, ad vltimum amputationem linguæ minitanti, Non erit, inquit, effœminatè adoleſcens hæc quoque pars corporis mei tuæ ditionis, protinusque dentibus abſciſſam, & commanducatam linguam, in os eius ira patens, expuit. Multorum autem aures, illa lingua, & in primis Alexandri regis admiratione ſui attonitas habuerat, dum terræ conditionem, ambitum maris: ſyderum motus, totiusque denique mundi naturam prudentiſſimè, & facundiſſimè exprompſit, pene tamen cecidit glorioſius, quàm viguit, quia tam forti fine illuſtrem profeſſionis actum comprobauit. Anaxarchique non vitam modo deſeruit, ſed mortem reddidit clariorem.

Plut. in Alex.

Oliv. TALIS patiẽtiæ æmulus Anaxarchus] Anaxarchus Diomedis Smyrnę, vt quidã dñt, vt alij vero Metrodorichij auditor Olympiada centeſima, & vigeſima viguit, hic & cum Alex. congreſſus eſt, & de rerum natura apud eum acutiſſime diſputans, in eius familiaritatem ſe facilè inſinuauit, habuit Nicocreontem Cypri tyrannum acerrimum inimicũ, cuius odij principium inde ortum eſt, quod cum Anaxarchum Alex. in cõuiuio aliqñ interrogaſſet, quidnam de cœna illa ſentiret, cuncta magnifice inquit, ò Rex, verum oporteret iam ſatrapæ, cuiuſdã caput apponi. Nicocreontem ſemper intuens, quo ille indignatus, poſt Alexandri morte, cum Anaxarchus naui forte veheretur, diuinitusque Cypro appuliſſet, ab illo captus, crudelibus pœnis affectus eſt, nam eum tyrannus malleis ferreis cædi iuſſit, hinc illud celebre dictum geminaſſe dicitur. tunde, tunde Anaxarchi ſacculũ, nam Anaxarchum nihil teris, pro ſacculo corpus intelligebat, pro Anaxarcho ipſius animam interiorem. Cic. lib. 2. Tuſc. de Anaxarcho Demetrio cogitetur, qui cum Cypri in manus Nicocreontis Regis incidiſſet, nullum genus ſupplicij deprecatus eſt, nec recuſauit, ſunt qui dñt hunc præciſam linguam in os tyranni cõſpuiſſe [Inuicem] Viciſſim, quia ſicut ille tormẽtis, ita hic maledictis. [Multorum aures] Deplorat quodam modo Anaxarchi fortunam. [Attonitas habuerat] Obſtupefecarat. [Terræ conditionem] Quomodo conſtituta ſit. [Ambitum maris] Quod terràs ambit. [Syderum motus] Quia alia ſydera alium curſum habent. [Totiusq; denique mundi]. i. cœli, & Græcè dixit. nam (coſmos) mundus, & cœlum dicitur.

Ascen. TAlis patientiæ] Deſcribit admirabilem patientiã, & conſtantiam in paſſiona ipſius Anaxarchi philoſophi, dicens Anaxarchus philoſophus, æmulus. i. imitator talis patientiæ. ſ. Zenonis proximè dicti, cum torqueretur à Nicocreonte tyranno Cypriorum, nec poſſet inhiberi. i. inhibendo impediri, quo minus. i. vt non, i. vt ipſe non torqueret eum. ſ. tyrannum inuicem. i. viciſſim, aut econtrario, verberibus. i. flagellis, aut ictibus maledictorum amariſſimorum cõuiciorum, & maledictorum, ſeu execrationum, nam alia non habebat verbera, inquit minitanti. ſ. tyranno ad vltimum amputationem linguæ, ò adoleſcens effœminatè. i. mollis, vt fœmina, aut muliebria turpiter patiens, aut ignauè more mulierum agens, hæc quoq; pars corporis mei. i. lingua, non erit ditionis. i. poteſtatis tuæ, & expuit protinus linguam ſup. ſuam abſciſſam, & commanducatam. i. maſticatam dentibus in os eius. ſ. tyranni patens. i. apertum ira propter iram, vt ſit. Aũt pro ſed, illa lingua. ſ. q̃ ſic expuit, habuerat aures multorum, & in primis Alexãdri. ſ. magni Regis, videlicet Macedoniæ, attonitas. i. ſtupefactas admiratione ſui. dum ipſa lingua prompſit. i. explicauit prudentiſſimè, & facũdiſſimè conditionem terræ. i. quõ terra eſſet condita, ambitum. i. circuitum maris, videlicet Oceani orbem fere terrarum circundantis, Motus ſyderum, & denique etiam totius mundi. i. vniuerſi à deo creati. [Tamen]. i. tametſi ſic mortuus eſt Anaxarchus, ipſe occidit pene. i. quaſi glorioſus, quàm viguit. i. floruit in ſæculo dũ viueret, quia comprobauit tam forti fine illuſtrẽ. i. clarũ actum profeſſionis. ſ. Philoſophicę, id eſt, oſtendit ſe talem eſſe qualem quemlibet eſſe debere docuerat, & non modo deſeruit vitam Anaxarchi, ſed reddidit mortem clariorem.

DE THEODORO.

IN Theodoro * quoque viro grauiſſimo Hieron tyrannus tortorum manus fruſtra fatigauit. Rupit enim verbera, fidiculas laxauit, ſoluit eculeum, laminas extinxit prius, quàm efficeret, vt tyrannicidij conſcios indicaret. Quinetiam ſatellitem in quo totius dominationis ſumma quaſi quodam cardine verſabatur, falſa criminatione inquinando, fidum lateri eius cuſtodem eripuit: beneficioque patientiæ, non ſolum, quæ occulta fuerunt, texit, ſed etiam tormenta ſua vltus eſt, quibus Hieron, dum inimicum cupidè lacerat: amicum temere perdidit. apud * Indos vero patientiæ meditatio tam obſtinatè vſurpari creditur: vt ſint, qui omne vitæ tempus nudi exigant, modo Caucaſi montis gelido rigore corpora ſua durantes, modo flammis ſine vllo gemitu obijcientes: atque haud parua his gloria contemptu doloris acquiritur: titulus nanque ſapientiæ datur. hæc è pectoribus altis & eruditis orta ſunt.

* Liu. lib. 24.

* Ci. Tuſ. 5. Philoſt. in vita Apol. Brachmanas vocat, alij Gymnoſophiſtæ, vt Plin. li. 7. ca. 2. et de Str. li. 15.

Oliv. IN Theodoro quoque viro] Coniuratio in tyranni caput facta indicat per Galonem quẽdam æqualem Hieroni etiam inde à puero in omnia familiaria iura aſſuetum, inde a voom ex coniuratis Theodori, à quo ipſe nominatus erat, nominare potuit, qui cõprehenſus ex templo traditurq; Andromodoro, torquendus de ſeipſo haud cunctanter fatius conſcios celabat, postremo cum omnibus intolerandis humanæ patientiæ cruciatibus laceraretur, victum malis ſe ſimulans, auertit à conſcijs in inſontes indicium, Thraſonem etiam auctorem conſilij mentitus, nec niſi tam potenti duce confiſos rẽ tantam auſuros fuiſſe, nominabat. aũt eos, quorum capita viliſſima fingenti inter dolores, gemitusq; occurrerunt, maxime animo tyranni credibile indicium Thraſo nominatus fecit, itaq; ex templo traditur ad ſupplicium, adiectiq; pœna cęteri iuxta inſontes, tum ſociorum nemo dum conſcius conſilii diu torqueretur, aut latuit, aut fugit, tñ illis in virtute, ac fide Thodori fuit fiduciæ, tãtumq; ipſi Theodoro virium ad arcana occultanda. [Fidiculas] Neruos, & chordas tortiles, quibus tormenta dantur. eſt. n. diminutiuum à fidie. [Laminas]. ſ. ferreas. [Extinxit]. ſ. candentes, & accenſas. [Satellitem]. ſ. Thraſonem, quem licet Valerius non nominet. Liuius tñ ita nominatum fuiſſe dicit. Theodoros 20. fuiſſe lectum eſt, inter quos fuit hic Syracuſanus, quem etiam de re militari ſcripſiſſe legimus. [Apud Indos vero patiẽtiæ] Solin. de his ait, Iude Gymnoſophiſtas hñt, q ab ortu vſq; ad ſolis occaſum contentis oculis orbem candantiſſimi ſyderis contuentur, in globo ignis rimantes ſecreta quędã, harenisq; feruentibus perpetem diem alternis pedibus inſiſtunt. Strab. lib. 15. de his multa, quæ quia longa nimis, prætermittenda duxi, verum illud ad hanc rem ſatisurit, quod Oneſicritus ſcr. ſe miſſum ab Alex. vt cum Gymnoſophiſtis loqueretur, q̃ Alex. audiuiſſet eos nudos ſedere, & tolerantiam exercentes in honore maximo haberi, ad nos veniſſe, & 15. hoies inueniſſe 20. ſtadij ab vrbe aliũ in alio geſtũ, vel ſtantem, vel iacentem nudum, & vſq; à veſperam immotum poſtea in vrbem deſcẽdere. ſed omnium difficillimum eſſe ſolem perpeti adeo calidũ, vt nemo alius nudis pedibus. ſ. in meridie per terram ire facile ferret locutumq; cum vno eorum nomine Calano, qui poſtea vſque in Perſiam Alex. ſecutus eſt. Nec illud prætermittendum cenſeo, quod Ariſtobolus dicit, vidiſſe ſe ſophiſtas duos. ex traxilis vtroſq; Bragmanas, alterũ ſeniorem tonſum, alterum iuniorem comatum, quos diſcipuli ſequebantur, hos deinde ad Alex. menſam aſsiſtentes cœnare, & patientiam ducere, poſtea in locum quendam proximum ſecedantes, ſeniorem ſupinum, & ſolem, & imbres tolerare iam enim pluebat vere incipiente. iuniorẽ vero in altero pede ſtantem lignum tricubitale ambabus manibus ſublatum ſuſtẽtare,

Gymnoſophiſtarum patientia.

pedem

pede autem iam defeſſo rurſum altero inniti, atque ita quoti die perſeuerare, ex his continentiorem viſum fuiſſe iuniorē, qui cum aliquamdiu Regem ſecutus fuiſſet, domum reuerſus eſt, & eo relicto iuſſit, ſi quid vellet ad ſe veniret. Alterū vſque ad extremum ſecutum, & veſtem & vitam apud Regem immutaſſe, & cum à quibuſdam increparetur reſpondiſſe, ꝙ 40. exercitationis annos compleſſet, quos promiſerat Alex. filius eius dona plurima dediſſe, de his quoq; Plin. lib. 6. nat. hiſt. & Luc. li. 4. mentionem facit. Cic. lib. 5. Tuſc. quæſt. inquit, quæ Barbaria India vaſtior, & agreſtior, in ea tñ gente primum, hi qui ſapientes habētur, nudā ætatem agunt, & Caucaſi niues hyemaliſq; vim perferunt ſine dolore, cumq; ad flammam ſe applicuerint, ſine gemitu aduruntur, Gymnoſophiſtæ adeo ſibi patientiam, quaſi propriam vendicant, vt vitam ſuam nudi ſemper ducāt. vnde etiam gymnoſophiſtæ dicūtur, quod nudi philoſophentur, vt ſupra diximus. [Durantes] Dura reddētes. [Modo flammis] Aut quia, vt diximus arenis feruentibus perpetuum diem alternis pedibus inſiſtunt, aut quia gymnoſophiſtæ, cum diu ſe ſatis vixiſſe, arbitrarentur, inſtructo rogo viui comburi patiebantur. Legitur etiam de Socrate apud Aul. Gel. lib. 2. ca. 1. quod ſtare ſolitus eſſet pertinaci ſtatu perdius, atq; pernox à ſummo lucis ortu ad ſolē alterum orientē, inconniuens, immobilis, iiſdē veſtigijs, & ore, atq; oculis in eūdē locum directis cogitabundus, tanquam quodam ſeceſſu mentis, atq; animi facto à corpore, temperantia quoq; fuiſſe eum tanta traditum eſt, vt omnia vitæ ſuæ tempora valetudine inoffenſa vixerit.

ASCEN. IN Theodoro quoq;, &c.] Ordo eſt, Hier. tyrannus Siciliæ aut Syracuſarū, fatigauit quoq; fruſtra manus tortorum, i. Theodoro Syracuſano viro grauiſſimo. Enim ꝓ qa, Hieron, ſup. per tortores, rupit. ſ. in corpus Theodori verbera i. flagella, laxauit. i. ſic tetendit, vt laxæ herēt, fidiculas. i. chordas tortorias, ſoluit. i. diſſoluit aculeum. i. inſtrumentum ligneum, de quo qui torquebantur, dependebāt, extinxit. ſ. corpore Theodori laminas. ſ. ardentes, priuſquam efficeret, vt. ſ. Theod. indicaret conſcios tyrānicidii. [Quinetiam ipſe Theod.] Inquinādo. i. maculando ſatellitem. ſ. Hieron. Thraſonem nomine. in quo ſumma totius dominationis. i. tyrānidis verſabatur, quaſi in quodā cardine. i. vt ianua in cardine verſatur, eripuit lateri eius fidum cuſtodem, quia tyrannus credens verà locutū, amicum fideliſſimum necandum mandauit, & ipſe Theod. non ſolum texit beneficio patientiæ ea ſup quæ fuerunt occulta, ſed etiam vltus eſt ſua tormēta, quia tyranno grauiſſimum intulit damnum, vnde addit, quibus. ſ. tormentis dum Hieron. lacerat cupide inimicum, videlicet Theod. perdidit temere. i. ꝑ temerariam crudelitatem. [Amicum] ſ. Thraſonem. [Apud Indos, &c.] Recitat patientiam Indorum (vt opinor Gymnoſophiſtarum) dicens. Vero pro ſed, meditatio. i. exercitatio patientiæ creditur vſurpari. i. in vſum deduci apud Indos tā obſtinacè. i. pertinaciter. vt ſint. qui exigant. i. tranſigant, omnē tempus vitæ nudi durantes. i. dura faciētes modo. i. interdum corpora ſua gelido rigore. i. frigidiſſima aſperitate, Caucaſi mōtis; modo. i. interdum obijcientes corpora flammis ſine vllo gemitu. Atq; haud parua gloria acquiritur his contemptu i. per cōtemptum doloris, & titulus ſapientiæ datur. [Hæc]. ſ. ſuperius dicta de patientia philoſophorum orta ſunt è pectoribus altis. i. profundæ prudentiæ, aut magnanimis, & eruditis.

THEO. THeodoro] Antiqua exemplaria habent omnia Theodoro.

DE QVODAM SERVO.

Iuſt. li. 44. *ILLVD * tamen non minus admirabile, quod ſeruilis animus cepit. Seruus barbarus Aſdrubalem, quod dominum ſuum occidiſſet, grauiter ferens, ſubito agreſſus interemit. Cumque comprehenſus, omni modo cruciaretur: lætitiam tamen, quàm ex vindicta ceperat: in ore conſtantiſſime retinuit. Non ergo faſtidioſo aditu virtus excitata ingenia viuida ad ſe penetrare patitur: neque hauſtum ſui, cum aliquo perſonarum diſcrimine, largum, malignumúe præbet: ſed omnibus æqualiter expoſita, quid cupiditatis potius, quàm quid dignitatis attuleris: æſtimat: inque captu bonorum ſuorum tibi ipſi pondus examinandum relinquit: vt quantum ſubire animo ſuſtinueris: tantum tecum auferas. Quo euenit, vt & humili loco nati, ad ſummam dignitatem conſurgant: & generoſiſſimarum imaginum fœtus, in aliquod reuoluti dedecus, acceptam à maiorib. lucem in tenebras conuertant: quæ quidem planiora ſuis exemplis redduntur, ac prius de ijs ordiar, quorum in meliorem ſtatum facta mutatio, ſplendidam relatu præbet materiam.*

OLIV. ILLVD tamen] Seruus barbarus quidam Aſdrubalem ob iram interfecti ab eo domini palàm obtruncat, comprehēſusq; à circumſtātibus haud alio, q̄ ſi euaſiſſet vultu tormētis quoq; cum laceraretur, eo fuit habitu oris, vt ſuperāte lętitia dolores ridentis etiam ſpeciem præbuerit. Iuſtinus in fine ſuorum epitomatum, vbi de laudibus Hiſpaniæ loquitur. Sępe tormentis inquit, pro ſilentio rerum creditarum ſunt mortui, adeo illis fortior taciturnitatis cura quā vitæ celebratur, eadē et bello Punico ſerui illius patientia, qua vltus domini necē inter tormenta riſu exultauit, ſerenaq; lętitia crudelitatem torquentium vicit. [Omni modo] Omni genere ſupplicij. [Conſtātiſſime retinuit] Quia ſemper ridebat. [Non ergo faſtidioſo] Ergo inquit virtus non faſtidit quenquam cuiuſq; conditionis ſit ad ſe penetrare. [Viuida] Feruida, & viuacia. nam ſegni cōtrariū viuido, vnde & quaſi ſine igne dicitur. [Cū aliquo perſonarū diſcrimine] Non facit virtus ſicuti perſonarum exceptores, q. magnos, & dignitate præſtantes admittunt, humiles vero, & abiectos reiiciunt. [Malignum] Anguſtum, vt ſub luce maligna. [Inq; captu] Tibi inquit, curam relinquit, quantum ex ea capere velit, tantumq; tecum ſemper habes, quantum tui animi magnitudo complexa fuerit, nec eiuſmodi eſt virtus, vt his ſe quidem totam præbeat, illis perexiguam partem cōcedat, ſed æqualiter ſe omnibus exponit, nam ſi magni animi fueris, vt ex ea te multum capere poſſe confidas, multum tibi ex ſe auferre permittit, ꝙ ſi puſillanimis fueris, parum ex ea conſequeris, vnde carmen, Nobilitas ſine mente ruis, ſapientia vales eleuat. haud virtus refugit, quicunque ſequetur. [Splendidam relatu] Nam omnes libenter audiunt eos, qui ex humili loco nati ſunt ad ſummum dignitatis gradum euaſiſſe, & ita nō ex abrupto tranſitum facit ad ſequens cap.

Virtus omnibus expoſita.

ASCEN. ILlud tamen] Continuatur ſuperiori, vt ſit, quāuis ſuperiora à ſapiētib. & ingenuis facta ſunt, tñ illud. ſ. exemplū patientiæ, quod animus ſeruilis cœpit. i. concepit non minus admirabile ſup. eſt. Seruus barbarus, vtpote Punicus, grauiter ferens, quod ſup. Aſdrobal occidiſſet dominum ſuum aggreſſus Aſdrubalem ſubito interemit, ſup. eum. [Cumque] i. & cum. i. quamuis ipſe ſeruus comprehenſus. i. captus cruciaretur omni modo. i. genere omni cruciatus, tamen. i. nihilo minus retinuit in ore. i. vultu, lætitiam quàm cœperat ex vindicta. ſ. quod iſa dominum vltus fuerat. [Non ergo, &c]. Occaſione ſeruilis virtutis docet virtutem in omni mortalium conditione poſſe reperiri, faciens aptam paraſceuem. i. præparationē ſequētis tituli. Ordo eſt. Ergo quia in ſeruo quoq; reperta eſt virtus patientiæ cum fortitudine animi, virtus excitata. i. prouocata in dignitate alicuius rei, vnde peripatetici iram fortitudinis miniſtram cenſuerunt, non patitur ingenia viuida. i. non torpentia, ſed vegeta penetrare ad ſe, aditu faſtidioſo. i. ſuperbo, & humilis conditionis contemptore, neque præbet hauſtum ſui largū, vel malignum. i. exiguum. i. non infundit in homines parcè, aut abunde cum aliquo diſcrimine. i. differentia, aut acceptione pſonarū. i. diſcretionū ſtatus, ſed expoſita. ſ. ad accipiendum, omnibus. i. cuiuſcunque conditionis fuerint æqualiter, æſtimat. i. perpēdit, & reputat potius quid cupiditatis. i. affectionis, & deſiderij attuleris. ſ. ad eam obtinendā, quā quid dignitatis, & relinquit tibi ipſi. i. pro arbitrio tuo examinandum. i. diſcernendū, & diiudicandum pōdus. i. magnitudinē, aut valorem in captu bonorum ſuorum, ita vt tantum auferas tecum. i. de bonis virtutis, quantum ſuſtinueris ſubire animo. [Quo]. i. quare euenit, vt etiam nati humili loco. i. in humilis familiis, conſurgāt ad ſummam dignitatem, & fœtus. i. filij generoſiſſimarū imaginum. i. clariſſimorum patrum, quorum imagines ſunt, reuoluti in aliquod dedecus, conuertant lucem acceptam à maiorib. in tenebras. [Quæ quidem] Scilicet diſcrimina filiorum, aut ſuccedentium redduntur planiora. i. faciliora ad cognoſcēdū, ſuis exemplis, id eſt, ſi de eis adducantur exempla. Ac ordiar] i. incipiam dicere prius de his quorum mutatio facta in meliorē ſtatum, præbet materiam ſplendidam relatu. i. ad referendum, aut vt referatur, quia pulchrum eſt referre eos, qui ex humili loco ad ſummam gloriam emerſerunt.

DE IIS, QVI HVMILI LOCO nati, clari euaſerunt, Cap. IIII.

DE TVLLIO HOSTILIO.

* Plin. de viris illuſ. Liu. lib. 1. & Dion. li. 3. à Valer. diſſentiunt.

INCVNABVLA *Tulli Hoſtilij* agreſte tugurium cæpit: eiuſdem adoleſcentia in pecore paſcendo fuit occupata. Validior ætas Imperium Romanum rexit, & duplicauit. Senectus excellentiſſimis ornamentis decorata, in excellentiſſimo maieſtatis faſtigio fulſit. verum Tullus, & ſi magni & admirabilis incrementi, domeſticum tamen exemplum eſt.*

OLIV. Tulli Hoſtilij gen⁹.

INCVNABVLA Tulli Hoſtilij] Conſtat Tullum Hoſtilium tertium Rom. Regem humili loco natũ in caſa paſtoris fuiſſe educatum. hunc Liu. dicit nepotẽ fuiſſe illius Hoſtilij, qui fortiter pugnans aduerſus Sabinos in lacum Curtiũ lapſus eſt, qui deinde locus Hoſtilius dictus eſt. Dion. plurimum diſſentit à Val. nam in principio lib. 3. hunc genere honeſto, & opibus potentem fuiſſe oſtendit, dicit enim, Numa Pompilio mortuo factus iterum Senatus Reip. dominus in eodem genere regiminis, nec inuito populo permanẽdi cenſuit, cõſtituit q; itaque ex ſenioribus in præfinitum quendam dierum numerũ præfuturos vrbi Interreges, à quibus deinde is, quem populus omnis prætulit, Tullus Hoſt. Rex dictus eſt: eius aũt genus hoc fuit, ex vrbe Medullia. q̃ ab Albanis conditã Romulus fœdere ſuſcipiens. Rom. coloniam fecerat, vir quidam generoſus, & opibus pollens, Hoſtilius nomine Rom. commigrãs vxorem duxit ex genere Sabinorum Seruilij filiam, eam ipſam quæ gentilibus ſuis fœminis bello Sabino conſuluerat legationem ſuſcipiendam pro viris ad patres, quæq; etiam viſa erat conciliãdorum ducum cauſa fuiſſe præcipua: hic igitur vir multis in bellis ſub Romulo militans claris editis facinoribus bello Sabino interiit, filium relinquens vnicum ſepeliturq; à Regibus i optimo fori loco. virtutem eius teſtantis tituli in præſcriptione dignatus, ex hoc autẽ filio viro facto, & illuſtrẽ ducenta fœminã Tullus Hoſtil. eſt genitus, vir promptus, & alacer, qui Rex deinde creatus eſt cum ſuffragijs ciuilibus de ao latis ex lege, tum vero Numa ſecũdũ augurijs firmãte, quæ populo viſa erãt, &c. [Imperium Ro.] Quia eius auus ſe bello Sabino fortiter geſſit, Rex Romæ creatus eſt. [Duplicauit] Quia oẽm populũ Albanum Rom. ã traduxit, euerſis mœnibus, & ſolo proſtratis. hæc cauſa fuit, q᷑ bello Fidenati infidi fuerunt P. R. [In excellẽtiſſimo maieſtatis faſtigio] Quia iam ſenex animum religionibus adiecit, quas antea nihil minus ad regnum ꝑtinere putauerat.

ASCEN.

INcunabula, &c.] Quo in ſuperiore præfatus eſt, affert primum exemplum eorũ, qui humili loco nati clari euaſerũt. id de Tullo Hoſtil. Rege Rom. dicẽs Tugurium agreſte. i. humilis caſa in agro cœpit incunabula. i. primordia vitæ Tulli Hoſtil. 3. Rom. Regis. Adoleſcẽtia eiuſdem fuit occupata in pecore paſcẽdo. i. paſtoralis, ætas validior, & virilis rexit Imperiũ Rom. & duplicauit. i. in duplum auxit ipſum: ſenectus. i. vltima ætas eius decorata excellentiſſimis ornamentis, fulſit in excellẽtiſſimo faſtigio. i. culmine maieſtatis. [Verum Tullus, & ſi] i. quanquam eſt exemplum magni, & admirabilis incrementi. i. eorum qui ex minimis maximi facti ſunt, tamẽ eſt exemplum domeſticum. i. ex non alienigena ad Imperium Rom. acciti.

DE TARQVINIO PRISCO.

* Liu. li. 1. Dion. li. 3.

* Cic. Tuſcul. q. 5.

* Centum in patres legit & equites.

TARQVINIVM *autem * Priſcum ad Romanum Imperium occupãdum fortuna in vrbem nõſtram aduexit: alienum quod exactum: alieniorem, * quod ortum Corintho: faſtidiendum, quod mercatore genitum: erubeſcendum, quod etiam exule Demarato natum patre. Cęterum tam proſperum conditionis ſuę euentum, induſtrium, pro inuidioſo: glorioſum, pro inuiſo reddidit, dilatauit enim fines R. P. Cultum deorum nouis ſacerdotijs auxit. * Numerum Senatus amplificauit, Equeſtrem ordinem vberiorem reliquit: quoq; laudum eius conſumatio eſt, præclaris virtutibus effecit: ne hæc ciuitas pœnitentiam ageret: quod Regem de finitimis potius mutuata eſſet, quàm de ſuis elegiſſet.*

MCCC. in tribus centurijs eſſe voluit.

OLIV.

TARQVINIVM autem] Hic eſt Tarquinius Priſcus à quo Superbus deinde natus eſt. [Exactum] Ciuitate eiectum, nã exigere inter alia ſignificata, & expellere ſignificat, vnde Terẽt. ſpectandæ, an exigendæ ſint fabulæ. Huius ſit expulſionis cauſa fuit, q᷑ pater tyrannidẽ Eupili fugiebat, [Exactum] Dion. li. 3. Non exactum, ſed ſponte diſceſſiſſe dicit, cũ multarum ex mercatura pecuniarum dominus factus eſſet, nã occupante inquit, Corinthum ſeditione, & inſtãte Brachiadis Cypſelli tyrannide, cum haud tutum videretur ſub tyrannide viuere, hominem, præſertim multa poſſidentẽ, eumq; ex familia factionis optimatum, compoſitis rebus ſuis quæcunq; erat fieri poſſibile, Corintho ſoluens ꝓfectus eſt, habensq; amicos multos ex Hetruſcis, & bonus ꝓ cõtinua cõmercia, maximeque Tarquinios vrbe magna aliqñ, & felici domum ſibi ibi cõſtruit, & vxorem genere illuſtrem duxit, &c. [Faſtidiẽdum] Cõtemnendum vilis conditionis hominem [Erubeſcẽdum] Quod filius exulis regnauerit Romæ. nã huius pater Demaratus exul patria, ſe ad Tarquinios contulit, & ibi duxit vxorem, ex qua Aruntem. & Lucumonem genuit. Aruns grauida vxore relicta mortem obiit ante patrem ſuum, qui haud ita multo poſt cum diem ſuum obiturus eſſet, ignorans nurum ferre ventrem, immemor in teſtando nepotis, ſolum Lucumonẽ reliquit hæredẽ, & puero in nulla ſorte bonorum nato Egerio cognomen inditum eſt. Lucumo, cum omnium bonorum hæres relictus in ſummis diuitiis eſſet, vxorem nobilem duxit Tanaquilem, quę cum virum ſuum Tarquinius non ſatis pro dignitate honoratum eſſe videret, migrandi Romam conſilium dedit viro, vbi omnis repentina ex virtute nobilitas fieret, & cum ad Ianiculum ventum eſſet, in carpento ſedenti cum vxore, aquila ſuſpẽſis demiſſa leniter alis pileum aufert, ſuperq; carpentum cum magno clangore volitans, rurſus veluti miniſterio diuinitus miſſa repoſuit, id omen lęta dicitur Tanaquil. accepiſſe, & cõtinuo virum complexa alta ſperare iuſſiſſe. hic igitur cum beneficiis multorum ſibi ciuium beneuolentiam conciliaſſet, eo vſq; proceſſit vt in ſummam Anci regis familiaritatẽ veniret, à quo liberorum etiam tutor inſtitutus eſt, & poſt mortẽ Anci Regnum intercepit. [Dilatauit] Prorogauit, nam Sabinos bello ſuperauit, & eis Collatiã ademit, quidquid agri circa Collatiam erat omneq; Latinum nomen domuit, & multas Latinorum ciuitates P. R. Imperio ſubegit, videlicet Apiolas, Corniculas, Fulcineam, Cameriam, Cruſtomerium. [Cultum deorum nouis ſacerdotiis] Quia augurum collegium ſummo in honore haberi voluit, adeo vt nihil priuatim, vel publicẽ ageretur, niſi prius captatis auſpiciis, quod inde factum eſt, q᷑a cũ vellet Curiis à Romulo inſtitutis nouas edere Curias, Nauius augur id inſidiis prius ꝑ auguria conſultis, fieri poſſe negabat. Rex vero eius arti fidem eleuans, conſule, inquit aues fieri ne poſſit, qđ animo concipio, quod cũ ille captatis, auguriis fieri poſſe reſpõdiſſet, cape inquit, hãc cotem, eamq; nouacula diſcinde. At ille incõtinenter accepit, ac fecit, tunc Rex cœpit, & arti fidẽ, & auguribus honorẽ maximum adhibere. [Numerum Senatus] Quia cẽtũ patres adiecit ordini Senatorio, qui minorũ gentiũ appellari. [Equeſtrem ordinem] Quia cẽturias inſtitutas à Romulo auxit, vt in tribus Centurijs mille & trec. equites eſſent.

Demarat⁹ Corinthi⁹.

ASCEN.

TArquinium, &c.] Cõdependet ſuperiori, ſic. Aũt ꝑ ſed. fortuna aduexit in noſtram vrbem ad occupandum Imperium R. Tarquinium Priſcum, quod dicit ad differẽtiam Tarquinii ſuperbi alienum. ſ. ab Imperio Rom. i. multum remotum, quod exactum. i. expulſum à ſuis, alieniorẽ. i. magis abhorrentem, & remotum ab eodem Imperio quod ortum Corintho, & ita extra Italiam. Faſtidiendum. i. merito per faſtum reiiciendum, quod genitum mercatore, erubeſcẽdum quod natum patre Demarato etiam exule. [Cæterum]. i. ſed euentum (ergo in nominatiuo etiam dicitur) tam proſperum conditionis ſuæ. i. ſtatus eius reddidit. i. fecit induſtrium. i. ſagaci ingenio pro inuidioſo. i. loco eius cui inuideatur & glorioſum pro inuiſo. i. loco inuiſi. Enim pro quia, ipſe dilatauit fines P. R. & auxit cultum deorum nouis ſacerdotiis, & amplificauit numerum Senatus, & reliquit ordinem Equeſtrem vberiorem. i. abũdãtiorem, & auctiorem, quoq;. & quod conſumatio, id eſt, perfectio laudum eius eſt, effecit præclaris virtutibus, ne hæc. i. noſtra ciuitas ageret pœnitentiam, q᷑ mutuata eſſet. i. mutuo accepiſſet potius Regem de finitimis, ſcilicet, populis, vtpote Hetruſcis, quàm elegiſſet de ſuis.

DE

DE TVLIO SERVIO REGE.

Liu. li. 1. Pli. de viris illuſtr. Ann. 44. regnauit. A ſeruiẽdo. n. dictus, vt vult Dio. lib. 4. licet aliter ſentiat Liu. OLIV.

IN Tullo vero Seruio, fortuna præcipuè vires ſuas oſtendit. Vernam huic vrbi natum, Regem dando: cui quidem diutiſſimè Imperium obtinere: quater luſtrum condere, ter triumphare contigit: ad ſummum autem vnde proceſſerit: aut quò peruenerit: ſtatuæ ipſius titulus abunde teſtatur, ſeruili cognomine, & Regia appellatione perplexus.

IN Tullo vero Seruio] Tota hiſtoria repetenda, quæ in j. lib. dicta eſt in cap. de prodigijs fuit autem ſecundũ fabulas, vt diximus, Vulcani filius, & Ocretię. [Vernam, Seruum ex ancilla natum Plin. de viris illuſt. Seruius Tullus, inquit Pob. Corniculani, & Ocretiæ captiuę filius, cũ i domo Tarquinij Priſci educaretur, flãmæ ſpecies caput eius cõplexa eſt. [Titulus ipſius ſtatuæ] Quia ita inſcriptus eſt. Seruij Tulli Regis R. ſtatua. [Seruili cognomine] Quia dicit Seruij quod à ſeruo nomen habuit quãuis Liu. patrẽ huius Seruiũ appellatũ eſſe principẽ in Corniculo ciuitate, & probat hunc non ſeruũ fuiſſe nec ſerua natũ.

ASCAN. IN Tullo verò, &c.] Ordo eſt. Verò pro ſed, fortuna oſtendit præcipue vires ſuas in Tul. Seruio Rege Rom. dãdo ſup. euni natum Vernam, i. ſeruum ex ancilla Liu. tñ vult dũtaxat ex captiua natum Regem huic. i. noſtræ vrbi cui. ſ. Seru. cõtigit. i. licet difficile ſit, datũ tñ eſt obtinere Imperiũ diutiſſime, & condere quater luſtrum, i. luſtrationem ciuium, i. inquiſitionem quot eſſent, & quãtũ poſſiderent. quod quinto quoq; anno fiebat, vnde luſtrum pro quinquennio deinde vſurpatum, & triumphare ter, vt Liu. latè lib. 1. docet. Autem pro ſed, ad ſummam, i. vt ſummatim eius fortunam dicam, titulus ſtatuæ ipſius teſtatur abundè, vnde proceſſerit, quia ex ſeruitute, aut quo peruenerit, quia ad Regnum Romanũ, perplexus. ſ. vtrũq; cognomine Seruili, & appellatione Regia. Inſcriptum. n. erat, ſtatua Seruij, Tulli Rom. Regis, aut Seruius Tullus Romanorum Rex. In vocem autem Seruij, aut Seruius vult auctor deuotidum, ꝙ prius fuerat Seruus, cũ Liu. à patre id accepiſſe velit.

DE VARRONE.

Lanii, & ipſius inſtitoris filium vocat. Liu. lib. 22.

MIRO quoque gradu Varro ad Conſulatum ex macellaria patris taberna conſcendit; & quidem fortuna parũ duxit, ſordidiſſimæ mercis capturis inquinari ſolito xij. faſces largiri, niſi etiam L. Aemilium Paulum dediſſet collegam. atque ita ſe in eius ſinum infudit: vt cum apud Cannas culpa ſua vires P.R. exhauſiſſet: Paulum quoq; qui prælium committere noluerat occidere pateretur: illum in vrbem incolumem reduceret.* Quin etiam Senatũ gratias ei agentem, quòd redire voluiſſet: ante portas eduxit, excuditque, vt grauiſſimæ cladis auctori Dictatura deferretur.*

Liu. in fine lib. 22 de Dictatura nihil.

OLIV. MIro quoq; gradu Varro] Quam humili loco hic ſit natus oſtendimus in capit. de neglecta religione, cum igitur fauore plebis patribus nequidquam reſiſtẽtibus Cõſul creatus eſſet, cũ L. Paulo, grauiſſima clades illa tãtopere celebrata à ſcriptoribus apud Cannas Appuliæ vicum fuit Romanis illata, cuius cauſa, & auctor fuit hic Terẽtius Varro. [Macellaria] Non laniena, ſed vbi obſonia vendebantur è macello quodam, qui cum patriam prodere voluiſſet, damnatus eſt, & capite punitus, ædes eius ſolo adequatę, in area vbi ædes fuerãt vendi cœperunt obſonia. [Capturis] Quæſtibus hæc captura dicitur. [Excudit] Expreſſit, tranſlatio à fabris, qui ferrum cudentes cuiuſpiam inſtrumenti forma efficiunt.

ASCAN. MIro quoque] Ordo eſt. Varro. ſ. Terentius conſcendit quoq; miro gradu, i. proceſſu, ex taberna macellaria patris, i. ubi pater obſonia in macello venditabat, ad Conſulatum. ſ. Romanum, qui ſummus tunc erat ſaltem ordinarius magiſtratus. [Et quidem] i. & certè (ſic autem quam equidem legitur, nam equidem eſt, quaſi ergo quidem, unde Cic. & Virg. primæ tantum perſonæ iungunt) fortuna duxit parum. i. exiſtimauit parũ eſſe xij. faſces largiri ſolitos, inquinari capturis. i. callido quæſtu, ſordidiſſimæ mercis, niſi dediſſet etiã ſup. ei L. Aemiliũ Paulum, uirum uidelicet nobiliſſimũ collegam. i. Conſulem, atq; fortuna infudit ſe in ſinum eius, ſcilicet Terẽtii Varronis, ita ut cum ipſe exhauſiſſet ſua culpa. i. temeritate P.R. apud Cannas vicum Appuliæ, vbi cum Hannibale male pugnauit, pateretur quoq; Paulum. ſ. Aemilium, qui nolebat prælium committere, quia videbat non eſſe expediens, occidere, i. occũbere, & ſup. reducere illum. ſ. Varronem caput omnis cladis, incolumem, i. ſaluum in vrbem, ſ. Romam. [Quinetiam eduxit] ſ. fortuna Senatum ante portas, ſ. vrbis agentem gratias, quod redire voluiſſet, & fortuna excudit, aut excudit i. fabre effecit, vt Dictatura, i. maximus ille, à quo nulla erat prouocatio magiſtratus, deferretur. i. mandaretur, auctori cladis grauiſſimæ ſ. Cannenſis, hoc eſt eidem Varroni.

DE M. PERPENNA.

Obiit Pergami Oroſ. lib. 5. c. 10. & Str. lib. 14. hoc lib. c. 2. de Craſſo Papius peregrinos urbe Ruma. vti lege prohibuit. Cic. lib. de uſt. OLIV.

NON paruus Conſulatus rubor Marcus Perpenna: vtpote qui Coſ. ante, quàm ciuis, ſed in bello gerendo vtilior aliquanto Reip. Varrone Imperatore. Regem enim Ariſtonicum cepit Craſſianaq; ſtragis punitor extitit. Cũ interim cuius vita triumphauit: mors Papia lege damnata eſt. Namque patrem illius, nihil ad ſe pertinentia ciuis Romani iura complexum, Sabelli iudicio petitum, redire in priſtinas ſedes coegerunt. Ita M. Perpennæ nomen adumbratum, falſus Conſulatus, caliginis ſimile Imperium, caducus triumphus, aliena in vrbe improbè peregrinatus eſt.*

NON paruus Conſulatus rubor M. Perpennæ] Hic Græcus fuit, & in vrbem peregrinus & venerat. deinde cũ ſe gratioſiorem partibus feciſſet, & magnas opes comparaſſet, eo proceſſit res, vt cũ comitia haberẽtur auſus fuerit petere Conſulatum, quem etiam obtinuit multa hic rei militaris documẽta dedit, adeo vt prius penè Coſ. quam ciuis, miſſus cõtra Ariſtonicum fuit vt ſupra diximus. nam Ariſtonicus rex Eumeni filius Aſiam Attali Regis dono. P.R. legatã occupauerat, aduerſus quem P. Licinius Craſſus, & idem Pont. Max. quod nunquam antea factum fuerat, cum exercitu miſſus, qui rem infęliciter geſſit, & per inſidias interceptus occubuit, poſtea vero M. Perpenna exercitum aduerſus hunc Ariſtonicum duxit, & cum ſuperatum in deditionem accepit, ac de illo triumphauit, deinde cũ Sertorius hoſtis patriæ iudicatus fuit, hic ſocius eius fuit. Pompeius, & Metellus Conſules aduerſus Sertorium in Hiſpaniam cum exercitibus miſſi ſunt, vbi cum Sertorius omnibus fere prœliis victor euaſiſſet, ad vltimum proditione ſuorũ occidit, cuius proditionis princeps fuit M. Perpenna, qui deinde ſucceſſit ei, & cum Pompeius intelligeret, ſe rem habere cũ vno duce, & longe inferiore Sertorio, tres cohortes obiecit ei, quæ tanquam populatum irent, per agros euagarẽtur, & ſpem bene gerendæ rei Perpennæ facerent, quod etiã ita euenit, nam vbi cohortes Romanas palantes per agros animaduertit eos toto cum exercitu ſuo ad inſidias pertraxerunt, vbi cũ milites viuum Perpennam ad Pompeium deduxiſſent, eũ lege Papia interfici iuſſit, vtpote ꝗ hoſtis patriæ iudicatus eſſet. [Namq; potentia eius,] Benedicto M. Perpennæ lege Papia Pompeiũ interficere ipſum, cum patrẽ illius iudicio Sabelli Trib. pl. dãnatum ſe ciuem Romanum, & ciuis R. iura vſurpantem, in priſtinas ſedes rediſſe coegerũt. [In priſtinas ſedes] In Græciã [Nomen adumbratum,] tranſlatio à pictoribus, qui primo quidem formam imaginis adumbrant, deinde coloribus illam diſtinguunt, & ſic in imaginem redigunt; adumbrare propriè eſt alicuius rei formam inducere, ergo nomen adumbratũ, quia principia quidem M. Perpennæ ſummæ claritati, & gloriæ formam induxerunt, ſed exitus formam illam adumbratam in veram ſplendoris imaginem exprimere non potuerunt. [Falſus Conſul] Quia cum ciuis non eſſet Conſul eſſe non debuit. [Caliginis, ſimile Imperium, caducus triumphus] i. caducum, & obſcurum, quemadmodum eſt caligo, quam cum ſol vehementior impulerit eam, continuo diſſipat. Lex Papia.

ASCAN. NOn paruus rubor, &c.] Duplex eſt lectio, & ita duplex ordo. nam alii textus habent M. Perpennæ, alii M. Perpenna, ſecundum priores. Ordo erit. Rubor Conſulatus M. Perpennæ non paruus ſup. eſt, aut fortunæ, aut ciuitatis Rom. ſecundum poſteriores, ſic M. Perpenna ſup. eſt non paruus, imò magnus rubor Conſulatus, vtpote ꝗ Conſul ſup. fuit antequã ciuis, quia Græcus erat, & ita Conſulatui rubor iniectus eſt, quod cum ſit ſummus ciuium honor, non ciui delatus

fit, ſed

ſit,ſed ſup. M. Perpenna, vtilior aliquādo Reip. in bello gerēdo, Varrone, ſ. Teren. dicto. Enim pro quia, ipſe cœpit Ariſtonicū Regem. ſ. Aſiæ, & extitit punitor ſtragis Craſſianæ, i. Craſſi, qui à Thracibus interceptus à milite virga in oculum percuſſo, à quo ad Ariſtonicū trahebatur occiſus eſt. [Cum interim mors eius]. ſ. Perpēnæ, cuius vita triūphalis, i. qui in vita triumphos duxit, damnata eſt lege Papia, quia hoſtis patriæ iudicatus eſt. cum Sertorio, cuius in Hiſpania ſocius, & cauſa mortis fuerat, tandemq́; captus & ad Pompeius productus lege Papia, vltimū ſupplicium tulit, nāq; (q. d. certum eſt [illegible] eius damnatā, quia etiam poſt mortem eius) Romani [illegible] patrem illius, ſ. Perpennæ complexum. i. vſurpantem iura ciuis Romani nihil patientia ad ſe cum eſſet peregrinus, vtpote Græcus petitum iudicio Sabelli. ſ. trib. pl. redire, in priſtinas ſedes, ſ. in Græciam. [Ita]. i. & ſic nomen M. Perpennæ adumbratū, i. obſcurum, & Conſulatus falſus, i. non vere aditus, cum eius capax non fuerit, & Imperium ſimile caligini, i. tenebris, & triumphus caducus. i. cuius gloria nō diu durauit, peregrinatus, i. more peregrini conuerſatus eſt improbè in vrbe aliena, quia peregrini officium eſt non eſſe curioſum de rebus ciuitatis, in qua peregrinatur, is autem ſummos eius honores vſurparat.

DE M. PORCIO CATONE.

* Plut. in vita.

*MARCI vero * Porcij Catonis incrementa publicis votis expetenda fuerunt: qui nomen ſuum Tuſculi ignobile, Romæ nobiliſſimum reddidit. Ornata ſunt enim ab eo literarum latinarum monumenta: adiuta diſciplina militaris, aucta maieſtas Senatus: prorogata familia, in qua maximum decus poſterior eſt ortus Cato.*

OLIV. Cato homo.

MARCI vero Porcij Catonis] Plin. de viris Illuſt. M. Porcius Cato genere Tuſculanus à Valer. Flacco Romā ſolicitatus Trib. mil. in Sicilia, Quæſtor ſub Scipione fortiſſimus & Prætor iuſtiſſimus fuit; in Prætura Sardiniam ſubegit, vbi ab Ennio Græcis lřis inſtructus, Cōſul Celtiberos domuit, & ne rebellare poſſent, litteras ad ſingulas ciuitates miſit, vt muros diruerent, cū vnaquæq; ſibi ſoli imperari putaret fecerūt. Syrico bello Tribunus mil. ſub M. Attilio Glabrione occupatis Thermopylarum iugis, præſidium hoſtium depulit. Cenſor L. Flaminium Conſularem Senatu mouit, quod ille in Gallia ad cuiuſdā Scorti ſpectaculum extractum e carcere in conuiuio iugulari iuſſiſſet. Baſilicam ſuo nomine primus fecit, matronis ornamenta erepta inopia, lege repentibus reſtituit, ac accuſator aſſiduus malorum, Galbam octogenarius accuſauit, ipſe quadragies quater accuſatus, glorioſè abſolutus, Carthaginē delēdā cenſuit, imago huius honoris gratia produci ſolet, Plutarchus dicit hūc genere Tuſculanum fuiſſe, & priuſquam ad militiā, atq; Remp. ſe conferret, in agro paterno circa Sabinos vixiſſe, cuius cum maiores prorſus ignobiles eſſe viderentur, ipſe Cato M. Patrem, vt virum bonum fortē, ac in re militari verſatum efferre laudibus, Catonem etiam proauum ſæpenumero præmiorum honore ab Imperatoribus laudatum, & quinq; bellantium equorum, quos inter dimicādum amiſerat, preciū fortitudinis ſuæ teſtimonium à populo ſibi reſtitutum refert, cum ex more Romani eos, qui generis gloria carentes, à ſeipſis initium caperent nominis ſui, nouos homines, quemadmodum & ipſum Catonem appellarent, ipſe ad gloriam ſui magiſtratus ſe nouum eſſe, rebus vero geſtis ac virtute maiorum vetuſtiſſimum prædicabat, principio autem tertio nomine nō Cato, ſed Priſcus vocabatur, cōſequenti tempore Cato ei virtutis cognomentum extitit, nam Romani eo, in quo multarum rerū vſus & experientia ſit, Catonem nominant. Hæc Plutarchus in vita Catonis. [Incrementa] Principia, ita quidē M. Perpennæ egregia fuere primordia, e aitus minus probabiles fuerunt, ſed M. Porcij Catonis vitę totius tenor idem extitit. [Tuſculi] Municipij Rom. [Monumenta] Hiſtoriæ, nam librum de originibus ædidit, videlicet de quacunq; familia Rom. vnde originem habuerit, & quid à quaq; gente accepit Roma, idem ſummus orator fuit Horat. in poet. Eum lingua Catonis, & Enni ſermonē patrium ditauerit. Cice. lib. de orat. 3. Quid, inquit, M. Catoni pręter hanc politiſſimam doctrinā tranſmarinam, atq; aduentitiam defuit, nam quia ius ciuile non didicerat, cauſas non dicebat, aut quia poterat dicere, ius negligebat, aūt vtroq; gūe, & laborauit, & præſtitit, non propter hanc ex priuatorum negocijs collectam gratiam, tardior in Rep. capeſcēda nemo apud populum fuit fortior, nemo melior Senator, & idem optimus Imperator, denīq; nihil in hac ciuitate temporibus illis ſciri diſcique potuit, quod ille non tū etiam inueſtigauerit, & ſciuerit, tum etiā conſcripſerit, &c. [Adiuta mil. diſci.] Quia bello omnem fermè Hiſp. imperio P. R. ſubegit, ductu, & auſpicijs ſuis. [Aucta maieſtas] Quia in ordinē Senatorium electus.] Prorogata] Propagata. [Poſterior ortus] Qui Vticenſis dictus eſt.

ASCEN.

MArci, &c] Aſſert laudabile incrementum M. P. Catonis dicens. Verò pro ſed, q. d. econtrario incrementa. ſ. honoris, & gloriæ M. P. Catonis fuerunt expetenda publicis votis, qui reddidit nomen ſuū ens ſup. ignobile Tuſculi, in illo oppidulo, nobiliſſimum Romæ. Enim pro quia, monumēta literarum latinarum ſunt ornata. i. exculta ab eo, diſciplina militaris adiuta ſup. eſt ab eo, maieſtas Senatus eſt aucta ab eo, & familia. ſ. Porcia prorogata, i. propagata, & extenſa eſt ab eo in qua ortus eſt Cato poſterior, maximum decus, ſ. Romæ, quod miror Valer. adieciſſe, cum contra Cæſarem ſenſerit.

THEO.

IMmo Catonis origines] Italiæ ciuitatum continebant origines vnde nomen, & ſi non ſatis plenum titulum propoſiti ſui videtur amplexus, vt placet Verrio, quomodo prægrauent ea, quæ ſunt rerum geſtarum Pop. R.

EXTERNA.

DE SOCRATE.

*SED vt Romanis * externa iungamus: Socrates non ſolum hominum conſenſu, verum etiam Apollinis oraculo ſapientiſſimus iudicatus, Phænarete matre obſtetrice, & Sophroniſco patre marmorario genitus, ad clariſſimum lumen gloriæ exceſſit, neq; immerito. Nam cum eruditiſſimorum virorum ingenia in diſputatione cæca vagarētur: menſurasq́; Solis, & Lunæ, & cęterorum ſyderum loquacibus magis, quàm certis argumentis explicare conarentur, totius etiam mundi ambitum complecti auderent: primus ab his indoctis erroribus abductum animum ſuum in intima conditionis humanæ, & in ſeceſſum pectoris repoſitos affectus ſcrutari coegit, ſi virtus per ſeipſam æſtimetur: vitæ magiſter optimus.*

* Plin. in theatro de matre de patre in Euthy. & Laertius in vita.

OLIV

SOCRATES non ſolum] Hic fuit Athenienſis philoſophus clariſſimus, ex pago Alopocēſi filius Sophroniſci marmorarij, & Phęnaretæ obſtetricis. Fuitq́;, vt quidā ferunt, Anaxagoræ primum auditor, deinde Archelai, cui ſucceſſit in ſchola. hic animaduertens ſpeculationis naturalis nullum fructum eſſe quantum ad cōmoda vitæ ſpectaret, primus Ethicā, hoc eſt moralē philoſophiā inuenit, relicta naturali, nam teſte Cic. in prologo 5 lib. Tuſc. quæſt. primus de cœlo philoſophiā euocauit, & in vrbibus collocauit, in domosq; introduxit, & coegit de moribus & vita, rebusq́; bonis & malis quærere. quā obrem vt ſcr. Sol. non ſolum conſenſu hominum, verumetiam Apollinis oraculo fuit ſapiētiſſimus iudicatus, nam ingreſſum forte Apollinis templum Pythia. i. Phebas Apollinica ita illū excepiſſe fertur .... Salue ſapientiſsime omnium, fuitq́; orator promptus, acer, primus, teſte Fauorino cū Aeſchine diſcipulo oratoriæ artis campos aperuit, fuitq; illi cura etiā corporeæ exercitationis, atq; erat præclari habitus, vt dixit Laer. vnde ſuadebat diſcipulis ſuis, vt ſe crebro ſtuerent in ſpeculo, vt quibus eſſet corporis dignitas à natura donata, eam integrā nullis vitijs corruptam conſeruarent, quibus vero negata fuiſſet, virtute compararent, vt animo nō corpore hominibus placerent, militauit quandoque, & Xenophontem ab equo deiectum in prælio facto viriliter ſuſcipiens ſaluum reddidit, fugiētibus Athenienſibus vniuerſis, in bello nauali vicit, victoriamq́; Alcibiadi conceſſit, quem ipſe teſte Ariſtippo ſuis manibus armauerat, de quo alia dicemus in cap. de ſapienter dictis. [Cum eruditimorum] Cęteri philoſophi cū in cognitione naturali tēpus tererent, primus ipſe relicta naturali, moralē philoſophiā, in qua homines rationem benè, recteq; viuendi ſpecularētur, inuenit. [Menſurasq́; Solis [i. magnitudinem ſolis, lunæ, & cęterorum ſyderum. [Solis] Quem alij duplo, alij triplo terra maiorem dicunt, Lunam æque magnam. ac terram dīt, magis loquacibus, quibuſdam coniecturis ducebantur, quam certis rationibus, vt de his rebus diſputarent. [Intima]. ſ. parte videlicet aīo. [Repoſitos affectus] Iraſcibilem, cōtupiſcibile, rōnalē, ex quibus quaſi fontibus oēs animi ꝑturbationes deriuant,

Sed

ASCEN. SEd vt inuogamus Rom.] Sup. exemplis externa, Socrates iudicatus ſapientiſſimus, non ſolum conſenſu hominum, uerumetiã Apollinis, genitus Phęnarete matre obſtetrice .i. quæ parturientibus operã locabat, & Sophroniſco patre marmorario .i. qui marmora poliebat, aut ſculpebat, exceſſit.i. euaſit clariſſimũ lumen gloriæ. [Neq; immerito]. i. & nõ ſine merito ſuo, eo peruenit: nam cũ ingenia virorũ eruditiſſimorũ, vagarẽtur.i. incerta agitarẽtur, in diſputatione cæca.i. rerũ, quarũ verã cognitionem hře non poterãt, & conarẽtur explicare argumentis magis loquacibus quã certis, mẽſuras, ſolis, lunæ, & ceterorũ ſyderũ, & auderent cõplecti ambitũ.i. circuitũ etiam totius mũdi. ipſe prius coegit animũ ſuum ab his indoctis. i. indoctorũ, aut indoctis. ſ. ab aliis erroribus, in intima.i. intimã partem cõditionis humanæ.i. ad ſcrutanda præcordia, quorum laus, aut vituperatio naſcitur ea præcordiis eorum, in affectus, id eſt, potentias animæ repoſitas. i. locatas, in receſſu.i. ſecreto pectoris, eris ſup. aut exiſtẽs, optimus magiſter, vitæ ſi virtus æſtimetᷣ per ſeipſam .i. ſine reſpectu ad cõmoda publica, aut priuata, qa philoſophãdo, & contẽplãdo optimè viuitᷣ, ſed vtilius Reip. fortiter agẽdo.

DE EVRIPIDE, ET DEMOSTHENE.

* Gel. lib. 15. c. 20.
* Plut. in Dem. ſed de Euripide contrariom oſtẽdit Suidas.

*QVAM matrem Euripides, * ne aut quem patrem * Demoſthenes habuerit: ipſorum quoque ſæculo ignotum fuit: alterius autem matrem olera, alterius patrem cultellos venditaſſe, omnium penè doctorum literæ loquuntur: ſed quid aut illius tragica, aut huius oratoria vi clarius?*

OLIV. QVAM matrem Erupides] Conſtat hunc in familiaritatem Socratis maximã, & iura veniſſe, adeo vt ſint qui dicant Socratem fuiſſe, qui ſcripſit tragœdiã Euripidis. Syropus etiam dicit Euripidis linguam Socratem iuuiſſe, & Ariſtophanes dicit Socr. fuiſſe Euripidẽ, hæc hiſtoria notabitur in cap. de fiducia. [Demoſthenis patrẽ] Plut. Demoſthenẽ nominatum fuiſſe, dicit illumq; teſte Theopompo hiſtorico, virũ probum, & honeſtũ Macheropiũ cognominatũ, ab officina gladiorum, q̃ Athenis egregiã, multisq; artificibus ſeruis inſtructã habebat, qᵖ & Iuue. affirmat in Satyra oĩbus in terris, cum dicat, Quem pater ardentis maſſæ fuligine lippus. A Carbone, & forcipibus, gladiiq; parante incude, & luteo Vulcano ad rethorã miſit. *Matrẽ v*ero eius Aeſchines tradit ex barbara muliere, & Athenienſi quondã eaule natam, id verũ ſit necne, incertũ eſt. nam ad falſam calumniam id obiectũ Demoſtheni ab emulo putatur, fuit aũt Demoſthenes orator oĩum maximus, vt ſub oratoris noĩe apud Græcos Demoſthenes intelligatᷣ, ſicut apud nos Cic. & conſtat quidẽ paruum admodum orfanum fuiſſe, q cum ſe à tutoribus ſuis deceptũ fuiſſe cognoſceret, ſtatuit nino artem oratoriã aſſequi pleniſſimè, vt ab his ius ſuũ aliqñ repoſceret, ſed oĩa à natura ſuo ꝓpoſito habebat aduerſa, quæ tñ ſtudio & induſtria ſuperauit, vt in c. de induſtria dicemus. [Quã matrem] Theopompus teſte Gellio, dicit Erupidis matrem olera vendentẽ quotidianum ſibi victum miſerabiliter quæritaſſe.

ASCEN. QVam matrem] Citat alia duo exẽpla eorum, qui ex ignotis parẽtibus ad ſummã nobilitatem emerſerunt dicens. [Quam].i quo noĩe matrem Euripides poeta in tragœdiis clariſſimus, habuerit, aut quem.i. quo nomine patrẽ Demoſthenes orator apud Græcos ſummus habuerit, ignotũ fuit, quoque.i etiam ſæculo.i. æuo ipſorum. Autem pro ſed, literæ pene omnium doctorum loquuntur.i. atteſtãtur, matrem alterius. ſ. Euripidis. venditaſſe olera, & patrẽ alterius ſ. Demoſthenis vẽditaſſe cultellos. Sed quid clarius ſup. eſt aut tragica vi illius. ſ. Euripidis, aut oratoria vi huius. ſ. Demoſthenis? q.d. nihil.

THEO. QVam matrẽ Euri.] Ea Clito dicta eſt. quã veteres Comœdi poetæ velut olera vendere ſolitã notant. hiſt. tamen Philocori tradit Euripidẽ materno paternoq; ſtẽmate clariſſimũ.

DE IIS, QVI A PARENTIBVS CLAris degenerauerunt. Cap. V.

*Et terita vocat Pla. in Cratel.

*SEQVITVR duplicis promiſſi pars adopertis illuſtrium virorum imaginibus reddenda: * quoniam quidem ſunt referendi qui ab earum ſplendore degenerauerunt: teterrimis ignauiæ, ac nequitiæ ſordidus imbuta nobilia portenta.*

OLIV. SEQVITVR duplicis promiſſi pars] Sequitur, inquit, pars promiſſa, in qua de his, qui à maioribus ſuis degenerauerunt, tractandum eſt. [Adopertis]. ſ. à poſteris patefactis. [Degenerarunt] Alieni facti ſunt. [Portenta] quæ enim contra naturam ſunt portenta dicuntur. [Nobilia] Quia à nobiliſſimis parentibus nati ſunt.

ASCEN. SEquitur, &c.] Ordo eſt pars. ſ. altera promiſſi. ſ. in peraſceue ante ſuperiorem titulum, duplicis.i. duo membra complectentis, quorum alterum iam abſolutũ eſt, ſequitur reddenda.i. quæ reddi debet imaginibus illuſtrium virorũ, adopertis.i. obfuſcatis per degenerem prolem. quoniã quidem.i. quandoquidem referendi ſup. ſunt ii, qui degenerauerunt.i. per ignobilitatem animi defecerunt à ſplendore earum. ſ. imaginum illuſtrium virorum, appoſitorie portenta vocat, id eſt monſtra nobilia, id eſt qui ſic degenerantes ſunt nobilia portenta imbuta id eſt infecta, teterrimis ſordibus ignauiæ, ac nequitiæ.

DE SCIPIONE IGNOBIli, filio Afric.

*Immo niſi tenui fuiſſet valetudine, alterũ extitiſſet lumen ciuitatis, inquit Cic. in Cat.
* Plut. in vita Scipionis, & hic auctor li. 4. c. 5.

*QVID enim monſtro * ſimilius, quàm ſuperioris Africani filius Scipio? Qui in tanta domeſtica gloria ortus, à paruulo admodum Regis Antiochi præſidio capi ſuſtinuit: cum ei voluntaria morte abſumi ſatius fuerit, quàm inter duo fulgentiſſima cognomina patris & patrui, altero oppreſſa Africa iam parto, altero maiore ex parte recuperata Aſia, ſurgere incipiente, manus vinciendas hoſti tradere: eiusque beneficio precarium ſpiritum obtinere, de quo mox L. Scipio ſpecioſiſſimum Deorum, hominumque oculis ſubiecturus erat triumphum. Idem Præturæ petitor, candidam togam adeo turpitudinis maculis obſolefactam in campum detulit: vt niſi gratia * Cicerei, qui patris eius ſcriba fuerat, adiutus eſſet, honorem à pop. impetraturus non videretur: quanquam quid interfuit, vtrum repulſam, an ſic adeptam Præturã domum referret? quam cum propinqui ab eo pollui animaduerterent, id egerunt: ne aut ſellam ponere, aut ius dicere auderet. Inſuperque è manu eius annulum, in quo caput Africani ſculptũ erat: detraxerunt. Dii boni, quas tenebras è quo fulmine naſci paſſi eſtis.*

OLIV. PARVVLO admodum regis Antiochi] Scimus quomodo L. Scipio frater ſuperioris Africani Coſ. ſortitus ſit prouinciam Aſiam, vt bellum aduerſus Antiochum gereret; quam Senatus eo libentius conceſſit, quo frater Africanus vltro pollicitus eſt ſe in Aſiam iturum illi legatum. L. ergo Scipione, & Africano fratribus exercitum traiicientibus in Aſiam nuncii venerunt debellatum vtrinque eſſe à terra quippe ab Attilio Reg. mari autem ab Aemilio. Primo igitur aduentu eorum, legatos pacem petentes Antiochus ad eos mittit, peculiare donũ Africanũ ferentes, filium eius, quem Rex paruo nauigio traiicientem ceperat, hunc autem Regiis muneribus donatum ad patrẽ remiſit, pax Regi data parte prouinciæ adempta vſque ad montem Taurum. [Altero patre] Qui Africanus cognominatus ab oppreſſa Africa. [Altero] Patruo, qui Aſiaticus dictus eſt recuperata Aſia. [Precarium] Quod precibus obtinetur, & eſt verbum iuris. [Deorum hominumque]. Quia curru triumphans vectus eſt in Capitolium, vbi dii, & homines illum intuebãtur. [Idem Præturæ petitor] Hic & Cicereius, qui ſcriba patris eius fuerat competitores erant Præturæ, qui cum in campum Martiũ veniſſet in honore ſcriba Cicereius Scipioni prælatus eſt, ſed hic motus reuerentia quadam patris eius, cuius ſcriba fuerat, conceſſit illi Præturam, quam tamen cognati eius adminiſtrare eũ nõ ſunt paſſi. Diximus Regulum aduerſus Regiã claſſem Antiochi feliciter pugnaſſe ad Mionenſum, Rhodiis iuuãtibus Africani filius captus ab Antiocho patri remiſſus eſt. [Maculis] Sordibus vitiorum inquinatam, ſic per cõceſſionem quaſi turpiter. [Sellam] Curulem poneret, vt ius diceret.

ASCEN. QVid enim, &c.] Affert primum exemplum Scipionis filii Scipionis Africani maioris dicens. Enim pro quia, quid ſup. fuit ſimilius mõſtro, quam Scipio filius Scipionis

pionis Africani ſuperioris. i. anterioris, aut maioris, q.d. nihil vtpote, qui ortus in tãta gloria domeſtica. ſ. patris ſui, ſuſtinuit, .i. paſſus eſt capi à pſidio Regis Antiochi admodum. i. valde paruulo, cum ſatius. i. eligibilius fuerit ei abſumi morte volũtaria, videlicet inferendo ſibi manum, quàm tradere manus vinciendas hoſti, & obtinere ſpiritum precarium, i. vitã quaſi precibus redemptam beneficio eius. ſ. hoſtis inter duo fulgentiſſima cognomina. ſ. patris, & patrui. i. fratris patris, altero. ſ. cognomine patris parto. i. acquiſito iam, Africa oppreſſa, & altero. ſ. patrui cognomine, qui Aſiaticus dictus eſt incipiente ſurgere recuperata Aſia ex maiore parte, de quo. i. hoſte, L. Scipio. ſ. patruus eius ſubiecturus erat mox. i. paulo poſt, oculis Deorum, & hominum ſpecioſiſſimũ triumphum. [Idem petitor, &c.] Ordo eſt. Idẽ. ſ. Scipio ſuperioris Africani filius, petitor Pręturæ. i. cũ tẽpore comitiorum candidatus in Campum Martium ad petendam præturam deſcenderet, detulis io campum. ſ. Martium togam cãdidam, qua induebantur in ſignum candoris animi, nulla ambitione, aut auaritia polluti, adeo obſolafactam. i. contaminatam maculis turpitudinis. i. obſcenitatis, vt niſi eſſet adiutus gratia Ciceronis (nam ſunt, qui illi oblatam dicant Præturam) qui fuerat ſcriba patris eius, nõ videretur impetraturus ſup. fuiſſe honorem .i. Præturæ à populo. Quanquam. i. tametſi, quid interfuit vtrum referret domum repulſam, an Præturam adeptam. i. acquiſitam ſic. i. precario, & cum dedecore, q.d. nihil, quam. ſ. Præturam cũ propinqui. ſ. conſanguinitate, animaduerterent poliũ ab eo id egerunt. i. ita terruerunt eum, ne i. vt nõ auderet, aut ponere ſellã curulem. i. ſedem Prætoriam. aut dicere ius. i. iudicare inter litigãtes, inſuper. i. & ſuper hæc, detraxerũt è manu eius annulũ in quo erat ſculptum caput Africani. ſ. maioris. hoc autem faciebant, ne eo quidquã temere ſignaret, nam in annulo ſigna ſua ferè, vt nunc multi habebant. [Dij boni] Exclamatio modeſta quas. i. quales tenebras. i. offuſcationes claritatis nominis, & famæ paſſi eſtis naſci è quo. i. quali fulmine. i. vehementiſſimo lumine, vt ex Africano maiore, q.d. maximas, è maximo.

DE FILIO Q. FABII DEGENERE.

* Lib. 6. c. 9.

AGE * *Q. Fabij Max. Allobrogici & ciuis, & Imperatoris clariſſimi filius Q. Fabius Max. quam perditam luxuria vita egit? cuius, vt cętera flagitia obliterentur: tamen abundè illo dedecore mores nudari poſſunt, quòd ei Q. Pompeius Præt. vrb. paternis bonis interdixit: neque in tanta ciuitate, qui illud decretum reprehenderet, inuentus eſt: dolenter enim homines ferebant, pecuniam, quæ Fabiæ gentis ſplendori ſeruire debebat, flagitijs diſijci. Ergo quem nimia patris indulgentia hæredem reliquerat, publica ſeueritas exhæredauit.*

OLIV. AGE Q. Fabij Max.] . i. qui aduerſus Allobroges, & Bituitum Auernorum Regem ſecundũ quoſdam fęlici pugna dimicauit, nam xx. mil. hoſtiũ ea pugna cæſa dicuntur, & cum Bituitus Romã veniſſet vt Senatui ſatisfaceret, hoc eſt, vt ſe excuſaret, quòd à ſe bellum illud nõ eſſet ortum, & ꝓpterea ſibi ignoſci, & pacẽ dari peteret. Albam miſſus traditus eſt in cuſtodiam, & cum ſecundum pacem non videret, filium eius Congonetiacum in Imperio eſſe, ne motum aliquem in prouincia concitaret, ipſe quoq; Rom. accitus eſt. Val. tñ lib. vlt. c. 6. de perfidia dicit, hunc regem Bituitum non à Fabio victum; neq; ſponte Rom. veniſſe, ſed a C. Domicio perfidia captum, & Rom. miſſum fuiſſe, quod factum Senatus nec ꝓbare, nec reſcindere uoluit, ſed Regem Albã cuſtodiæ cauſa relegauit, quod ſi eſt, Fab. rem tantum cum Allobrogis habuit. [Allobrogici] Qui Allobroges vicit. [Perditam] Corruptam, ſceleratam. [Paternis bonis interdixit,] i. ab adminiſtratione bonorum paternorum prohibuit, nam omnia bona paterna in luxum, & libidines profundebat, & eſt pulcherrimus dicendi modus, interdico tibi aqua, & igni, qua cõſtructione omnes docti vtuntur. Plin. Aqua & igni interdixit ei, qui in ſuas leges non iuraſſet. Cice. in orat. vbi tuleras, vt mihi aqua, & igni, interdiceretur, & hac conſtructione referti ſunt auctorum lib. [Nimia patris indulgentia] Quia tametſi filiũ prodigũ videret, tñ eum reliquit hæredem.

Allobroges.

ASCEN. AGe] Adhortandi vox? q.d. Sed attende quæſo, quantũ. i. quantum perditam vitam luxuria. i. per luxuriam egit Q. Fab. Max. filius, Q. Fab. Maximi Allobrogici. i. qui vicit Allobroges, Gallos ſecundũ aliquos in Delphinatu, ſm alios in Sabaudia cõmorãtes, &c. i. ſimul ciuis clariſſimi, quia domi clariſſimè vixit, & Imperatoris clariſſimi, qa bellũ ſpecioſiſſimè geſſit. [Cuius] . ſ. filii licet id demus vt cætera flagitia obliterent, id eſt deleant, & non memorentur, tñ mores ſup. eius prauí, poſſent nudari. i. detegi, abũde, illo dedecore. i. ꝓbro. quod Q. Põpeius ꝑtor vrbanus interdixit ei. i. arcuit eum a bonis paternis, neq; (ne dicamus id temerè ab eo factum) ſup. quiſquã inuentus eſt in tanta ciuitate, quanta tunc erat Rom. qui reprehẽderet illum decretum. ſ. Prætoris vrbani. Enim pro quia, homines ferebant dolenter pecuniam, quæ debebat ſeruire ſplendoris gentis Fabiæ, diſijci. i. dilapidari flagitiis. i. obſcœna vita vnius filii. [Ergo ſeueritas Pub. exhæredauit] ſup. eũ, quẽ indulgentia. i. nimia facilitas, & benignitas patris, reliquerat hæredẽ.

DE FILIO CLODII PVLCHRI.

* De Fulnia Aſco. in arg. Millo.

POSSEDIT * *fauorem plebis Clodius Pulcher, adhęrenſq; Fuluianæ ſtolæ pugio, militare decus muliebri imperio ſubiectum habuit: quorum filius Pulcher præterquam quod eneruem, & frigidam iuuentam egit, perdito etiam amore vulgatiſſimæ meretricis infamis fuit, mortiſque erubeſcendo genere conſumptus eſt: abdomine enim auide deuorato, fœdæ, ac ſordidæ intemperantiæ ſpiritum reddidit.*

OLIV. POSSEDIT fauorẽ plebis Clodius] Tametſi Clodius Pulcher ſeditioſiſſimus fuerit, tamen plurimum valuit in Rep. nã Trib. pl. fuit, & in Tribunatu ſuo Cic. eiecit cũ ſe totum plebi inſinuaſſet, conſtat autem omnes Clodios ſemper potentiæ patriciorum aſſertores fuiſſe, præter hunc vnũ, de quo loquimur, qui vt Cic. eiiceret ciuitate, non dubitauit renunciare generi patricio, & ſe plebeum facere, nam lex erat, quæ patricium quẽq; Tribunũ fieri vetabat: hic igitur cuidam plebeio, & minori natu ſe in adoptionem dedit, ſuadente hoc C. Cæſare Cõſule, nam quodam loco deplorante Cic. ſtatim Reip. ſtatũ dicunt Cæſarem in cauſam plebis Clodium addixiſſe, qui continuo Trib. pl. factus fauorem plebis poſſidere cœpit. Vel poſſedit fauorem plebis, ideo, quia vt ait Suet. de geſt. Claud. ... a, quia notiſſimum eſt Claudios omnes dignitates, atq; potentiæ patriciorum aſſertores vnicos fuiſſe, excepto duntaxat P. Clodio, qui ob expellẽdũ vrbe Ciceronẽ plebeio homini atq; natu minori, in adoptionem ſe dedit. [Fulnianæ ſtolæ pugio,] Metonymia ſtolam pro ipſa muliere Fuluiana ponit, pugionem pro homine militari, nam pugione milites vtuntur, hic Fuluiam vxorem habuit, quam deinde mortuo Clodio M. Ant. duxerat vxorẽ, quod autem pugionem bellatorem, & hominem militarem appellat etiam Cic. pugiunculum Hiſpanienſem Cn. Piſonem appellat, ludens in conatum eius, qui vna cum Catilina contra patriam conſpiraſſet, qui Prætor in Hiſpaniã miſſus, ab equitibus Hiſpanis, vt dicit Saluſt. interfectus eſt. [Poſſedit fauorem] Hoc dicit etiamſi Clodius ciuis ſeditioſus erat, & vxorius, tñ virtutes magnas cum vitiis habuit coniunctas, ſed filius eius flagitiis omnibus adeo abruptus fuit, vt nullam omnino virtutis imaginem habuerit. [Eneruem] Effœminatam, & mollem. [Frigidam]. ſ. cum propriè ardor iuuenum ſit. [Vulgatiſſimæ meretricis] Ac ſi diceret de medio lupanari corpus inter omnes vulgantis, qđ flagitioſius eſt, q̃ ſi conſuetudinem habuiſſet cum aliquanto pudentiore [Abdomine] Abdomen dicitur durum, & ſolidum, pingue, & laridum. Iuue. Teneræ placant abdomine porcæ.

ASCEN. POſſedit, &c.] Clod. inquit Pulcher filius eiuſdem nominis (quod fere contingebat) patrem habuit clarũ, & matrem clariorem, & tamen turpiſſimam vitam turpius finiuit. Ordo eſt. Clodius Pulcher poſſedit, (q.d. ſi aliud nihil ſpecioſũ egit, tamen ea eo clarus eſt, quod poſſedit) fauorem plebis, quia in plebeiam familiam ſe adoptandum dederat, & pugio. i. ipſe vir militaris pugiõna vti ſolitus, adhærens per matrimoniũ ſtolæ matrimoniali. i. honeſtati Fuluianæ. i. Fuluiæ vxoris. i. ſuæ, habuit decus militare ſubiectum imperio muliebri. i. ſic obſequenter vxori vixit, & tantum ab adulterio abhorruit, vt vxori ſubiectus videretur; vnde filius laſciuæ vitæ exemplũ ab eo non accepit, vxor etiam eius matronalem non polluit ſtolã, quia caſte cum marito licet imperioſè vixit. [Quorum]. ſ. duorum filius. [Pulcher]. ſ. cognomento paterno, præterquam. i. vltra quod egit iuuentam. i. iuuenilem ætatẽ eneruem. i. mollem, & frigidam,

& frigidam, id eſt pigram: fuit etiam infamis amore perdito, id eſt per quem ipſe perditus erat, aut aliud nihil quàm ad perdendum cum vtili, meretricis vulgatiſſimę, n. eſt libidini expoſitus, & conſumptus eſt, id eſt extinctus, erubeſcendo genere mortis: Enim pro quia, abdomine. i. pingui ſup. illo aut ſummè delicato deuorato auide, reddidit ſpiritum fœdæ, ac ſordidæ, intemperātiæ. i. intemperantis vitæ.

DE HORTENSIO CORBIONE.

Iam Q. quidem Hortenſii, qui in maximo & ingenuorum ciuium, & ampliſſimorum prouentu, ſummū auctoritatis, atq; eloquentiæ gradum obtinuit: nepos Hortenſius Corbio omnib. ſcortis abiectiorem, & obſcœniorem vitam exegit: ad vltimumq; lingua eius tam libidini cunctorū inter lupanaria proſtitit, quàm aui pro ſalute ciuiū in foro excubuerat. Animaduerto in quàm periculoſum iter pceſſerim; itaq; meipſum reuocabo, ne ſi reliqua eiuſdē generis naufragia cōſectari pſeuerauero, aliqua inutili relatione implicer: referam igitur pedē, deformesq; vmbras in imo gurgite turpitudinis ſuæ iacere patiar, ſatius eſt. n. narrare qui illuſtres viri in cultu, cęteroque vitæ ritu, aliqua ex parte nouando, ſibi indulſerunt.

Linguam alij ad fallendum, alij ad lenocinium referunt.

Oliv. Iam Q. quidem Hortenſij] Hic eloquentia tantum valuit, vt ſępius dubitatum ſit, vtrū ipſe an Cic. principatum obtineret. [Prouentu.] Et in hoc maxima gloria extitit Hortenſij, quod cum magna ingeniorum copia vigeret, tñ inter cętera eius eloquentia emineret. [Corbio] Quia tanquam corbes omnia deuorabat paterna bona, nam ſunt, qui dicant hoc nomen accepiſſe à cupiditate deuorandi, nam Corbitare eſt auide deuorare, vnde Plaut. corbitant dixit. [Lingua eius, tam libidini cūctorum] Pro. i. vulgo ſe libidinis cunctorum reconciliatorē, profitebatur. [Proſtitit] Proſtare propriè eſt ſe venalem exponere, ergo proſtitit, pro pretio ſtetit, quia ſe cōciliatorem libidinis vulgo profitebatur. [Animaduertit] Reprehendit quodammodo ſeipſum, quod forte procedendo nominaturus ſit aliquem, cuius deinde pœniteat. [Deformesq; vmbras] Vmbras, qui à maioribus ſuis degenerauerunt & claras maiorum ſuorum imagines flagitijs ſuis quaſi vmbra quadam operuerunt, ſicut ſupra dixit adopertis illuſtrium virorum imaginibus. [Gurgite] Baratro. [Satius eſt enim] Melius, inquit, eſt de his dicere, qui ex illuſtribus viris in veſte, & cętero cultu ſibi licentius, quam mos patrius requirebat indulſerunt.

Corbitare.

Ascen. Iam Q. quidem, &c.] Nam, & quidem, expletiuæ ſunt coniunctiones ad cōtinuationem, & ornatū nihil ad cōſtructū facientes. Nā Ordo eſt Hortenſius Corbio nepos Q. Hortē. (qui obtinuit ſummū gradū auctoritatis. & eloquentiæ in maximo prouentu) i. copia ciuium, & ingenuorū, & ampliſſimorū qui Romæ tēpeſtate illius fuerūt, exegit. i. vſq; ad mortē egit vitā abiectiorē, & obſcœniorē oib. ſcortis, ſ. proſtituēis libidini vtriuſq; ſexus, & ad vltimū cū ad patiendū turpia inidoneus eſſet, etc. ad lenocinium, & conciliationē turpiū amorum per linguam proſtitit. i. præſto ſtetit inter lupanaria. i. proſtantium meretoria, tam. i. tñ libidini cunctorum, quàm. i. quātum lingua ſup. aui. ſ. Hortenſij oratoris excubuerat in foro. ſ. iudiciali pro ſalute ciuium, hoc aūt dicto reprimens ſe, paraſceue ad ſequentem titulum facit, dicens. [Animaduerto]. i. conſidero in quàm. i. quātum periculoſum iter proceſſerim, quia periculoſum, ſanè eſt clariſſimarum familiarum dedecora recenſere. [Itaq;]. i. ita, & ego reuocabo meipſum, ne ſi perſeuerauero conſectari, reliqua naufragia, id eſt perditionem honoris, & rerū, vt per naufragia omnia amittuntur, eiuſdem generis. i. perditorum filiorum, implicer aliqua relatione inutili. i. quam mihi tacuiſſe melius fuerat. [Igitur referam pedem]. i. retrocedam ab ea narratione in qua iterare proceſſerim, & patiar vmbras deformes. i. turpiſſimas, & ignobiliſſimas aliorum vitas, vt Cic. Iunioris, vt Neronis, & aliorum multorum, ſed potiſſimum Neronis, iacere i. abſconditas in gurgite. i. voragine turpitudinis ſuæ. Enim pro quia ſatius eſt narrare, qui viri illuſtres indulſerunt. i. nunquā permiſerunt ſibi in cultu, & cętero ritu vitæ nouādo ſup. eum ex aliqua parte.

Theo. Lingva libidini proſtitit.] Nam fallebat & ſtupra conciliabat ipſe impotens alijs libidini deditis Ganionibus.

QVI EX ILLVSTRIBVS IN VESTE, aut in cętero cultu licentius, quàm mos patrius permittebat, indulſerunt. Cap. VI.

DE P. SCIPIONE.

*Pvblivs Scipio, cum * in Scicilia augēdo exercitū, traijciendoq; in Africā opportunum quærendo gradum, Carthaginis ruinam animo volueret, inter conſilia, ac molitiones tantæ rei operā Gymnaſio dedit, pallioq; & crepidis vſus eſt: nec hac rē ſegniores Punicis exercitib. manus intulit: ſed neſcio, an ideo alacriores: quia vegeta, & ſtrenua ingenia, quò plus receſſus ſumunt, hoc vehementiores impetus edunt. Crediderim & fauorem eū ſociorum vberiorem ſe adepturum æſtimaſſe, ſi victum eorum, & ſolennes exercitationes comprobaſſet: ad quas tū veniebat, cum multum, ac diu fatigaſſet humeros, & cętera mēbra militari agitatione firmitatē ſuam probare coegiſſet: conſiſtebatq; in his labor eius, in illis remiſſio laboris.*

* Profecti ſunt legati, vt quæ vulgata erant de cultu ac deſidia Imperatoris, ſolutaque militiæ diſciplina cōperta referrent.

Oliv. Pvb. Scip. cum in Sicilia] Hanc Liu. tradidit hiſt. Dec. iij. Pun. bel. [Augendo] Quia in Sicil. ſupplebat exercitum, quē in Africā traiecturus erat capta Carth. noua. [Reuolueret] Cogitaret. [Molitiones] Apparatus, vel conatus. [Gymnaſio operam dedit]. i. paleſtræ. vbi ſe iuuenes exercebant. [Pallioque] Quod genus veſtis græci Philoſophi habebant, & eo vtebantur & erat vſq; ad talos demiſſa. [Crepidis] Sunt quia ſonitu. i. crepitu pedum cū ſoleis crepidas dictas velint, eſt tamē græca dictio nam. κρηπῖδος dicitur vulgò plantā pedis eo aūt ab accūſatino Græco formatur nominatiuus Latinus. Diceré à crepo verbo deduci, ni græcum nomen eſſet, quod latinam etymologiam non recipit, teſte Gel. lib. 13. qui dicit, omnia. n. ferme id genus, quibus plantarum calces tantum in fine teguntur, cetera prope nuda, & teretibus habenis iuncta ſunt, ſoleas dixerunt, nō nunquam græca voce crepidulas. Seru. tum. dic fuiſſe Tuſca calciamenta, quæ corrigijs ad pedes ligabantur, cum Virg. dixerit. Et tyrrhena pedum circundant vincula plantis Seru. exponit crepidas quas primo habuere Senatores, poſt Equites, deinde milites, vnde Horat in Serm. Sapiens ſibi crepidas nunquam, nec ſoleas fecit. Perſ. tamen videtur velle calciamenta fuiſſe Græcorum, non hic, qui in crepidas Graiorum ludere geſſit. [Vegeta] Viuida impigra [Plus, receſſus] Recreationis. [Cum multum, ac diu] Multū intenſionis, eſt, diu longitudinis temporis. [Multū] Vt ſi quis vna hora ſe vſque ad laſſitudinem exerceret. [Diu] Si toto die laboraret. [Agitatione] Exercitatione militari. [In his remiſſio]. ſ. exercitationibus ſolennibus.

Ascen. Pvb. Scipio, &c.] Recitat itaq; primum exemplum dicens. [P. Scipio, cum]. i. qū ipſe augendo exercitum in Sicilia, & quærendo gradum. i. modū animo opportunum. i. idoneū traijciendo. i. ad traijciendū. ſ. exercitū in Afric. volueret animo. i. ruinam meditaretur Carth. dedit operam Gymnaſio. i. paleſtræ (Vt oliu. interpretatur. aut vt mihi placet exercitationi io rei literariæ, nam quid pallium, aut crepidę ad palæſtram, niſi forte non vt palæſtrita, ſed vt iudex interfuerit? quod tñ veroſimile non eſt. Nam non decet in alienis exercitijs, quia nuper aduenerat, ſtatim iudicem exiſtere dicam igitur aut potius exercitationis literariæ inter cōſilia, ac molitiones, & ponderoſos conatus tantæ rei, quæ ea erat Carth. ruina, & ipſe vſus pallio. i. indumento Græcanico. maximè philoſophico, & crepidis. ſ. altis calciamentis philoſophorum, quod vocabulū licet Græcanicū ſit, Latini tñ pro ſono vſi, quaſi à crepitu, quem faciūt incedendo, nā ſi è græco κρηπὶς prima produceretur [nec hac re] intulit. i. propter hanc rem. i. propter illam remiſſionem, exercitibus punicis i. Carth. manus. ſ. ſuas ſegniores. i. torpentiores, & tardiores, ſed neſcio an ſup. intulerit, ideo alacriores. i. magis ſtrenuas. [Quia ingenia vegeta]. i. vigoroſa, & viua & ſtrenua. i. acria, quo. i. quanto plus receſſus ſ. à labore, hoc eſt remiſſionis & recreationis ſumunt, hoc, id eſt tanto vehementiores impetus edunt. i. emittunt. [Ego etiam crediderim]. i. credere poſſim eū exiſtimaſſe ſe adepturum vberiorem. i. copioſiorem fauorem ſociorum, ſi comprobaſſet. ſ. idem faciēdo victum. i. modū viuēdi,

& exer-

& exercitationes ſolennes eorum ad quas. ſ. exercitationes ipſe veniebat tum.i.tunc.[Cum].i.quando,aut poſtquam , fatigaſſet multum , ac diu humeros ſup.ſuos , & coegiſſet cætera membra ſup.ſua probare.i. oſtendere firmitatẽ ſuã, agitatione militari , quod pro quia,labor eius conſiſtebat in illis. ſ. exercitationibus militaribus,& remiſſio laboris conſiſtebat in his.i. poſterius dictis,hoc eſt exercitationib.Græcanicis,& vt mihi viſum eſt literarijs.

DE L. SCIPIONE.

Tabulã victori ſuę Aſiaticę i Capitolio poſuit.Pli. li.35.ca.4.

LVCII vero Scipionis ſtatuam Chlamydatã,& crepidatam in Capitolio cernimus:quo habitu, videlicet quia aliquando vſus erat,effigiem ſuam formatam poni voluit.*

OLIV. LVCII vero Scip.]De hoc ſatis ſupra dictũ eſt , cui Aſia prouincia à Senatu eo libentius demandata fuit,q̃ frater eius Africanus pollicitus fuerat legatum ſecum illo iturũ, ex qua prouincia,cum victor rediſſet, Aſiaticus eſt dictus.[Crepidatam]Crepidis indutam, & ornatam.

ASCEN. LVcij,&c.]Ordo eſt. Verò.i.ſed Nos cernimus(quia adhuc extabat tpe,quo hæc ſcriptitabat Valerius in Capitolio vbi ſtatuæ triumphantiũ ponebantur)ſtatuã Lucij Scip. ſ.Aſiatici chlamydatam.i.indutam,aut ornatam chlamyde.i.veſte militari,& crepidatam.i.habentem crepidas ad pedes videlicet,quo habitu,quia vſus fuerat aliquando , voluit effigiem ſuã formatam.i. ſculptam poni,quo aliquando vſus fuerat.

DE L. SYLLA.

LVCIVS quoque Sylla,cum Imperator eſſet, chlamydato ſibi, & crepidato Neapoli ambulare deforme non duxit.

OLIV. LVCIVS quoq; Sylla,]Qui aduerſus Mithridatẽ miſſus fuit,quàm prouinciam Marius ſibi dari inuito Senatu per populum,aut ſuæ factionis principes cum vellet , exorta eſt ſeditio,inde bellum inter ipſum & Syllam , vt ſupra dictum eſt.Sibi chlamydato,& crepidato.Notanda conſtructio, nam ambulo ſimilium copulatiuum, vt ambulo rectus ſicut incedo,vt Virg.Incedo regina,Iouiſque,& ſoror,& coniunx.

ASCEN. LVcius quoq; Sylla]Cũ eſſet Imperator,nõ duxit.i. non exiſtimauit deforme chlamydato . i.ornatum chlamyde ,& crepidato.i.ſubnixum crepidis,ambulare Neapoli.

DE CAIO DVELLIO.

* Cic. in Cat. Liu. lib.17.

CAIVS autem Duellius,qui primus naualem triumphum ex Pœnis retulit,quotieſcunq; epulaturus erat:ad funalem cereum præeunte tibicine, & fidicine,à cęna domum reuerti ſolitus eſt . inſignem bellicæ rei ſucceſſum nocturna celebratione teſtando.*

OLIV. CAIVS aũt Duellius, qui primus ,] is quidem primus nauali prælio victor ex pœnis triumphum duxit,ſed ante ipſum bellum nauale geſſit cum Carthag. Scipio,qui æquo Marte diſceſſit ei deinde ſucceſſit Appius Claudius , qui poſt victoriam cum in patriã rediret,vi ſubitæ tempeſtatis exercitum ferme omnem amiſit,quod ideo ſibi contigiſſe putant nõnulli,quod popularem diſciplinam contempſiſſet poſt hunc igitur miſſus.[C.Duellius]Qui intra lx.dies claſſem c. & la. nauiũ tanta celeritate parauit , vt creditum ſit munere deorum arbores in naues fuiſſe conuerſas,quo facto machinas etiam adiũxit ferreas , quibus catenatæ naues ita ſtarent , vt in continenti pugnare viderentur,& ita cõmiſſa pugna victoriam egregiam cõſecutus eſt,& claſſis hoſtium partim ſubmerſa,partim in hoſtiũ poteſtatem redacta eſt,ex quo de Pœnis, ſpecioſiſſimũ egit triũphum. Plin.C.inquit Duellius primo Pun. bel. Dux contra Carthag.miſſus,cum videret eos multum in mari poſſe, claſſem magis validam,quam decoram fabrefecit , & manus ferreas,in vſu hoſtium primum inſtituit,qui inter pugnandum hoſtium,naues apprehendit,qui victi,& capti ſunt,Himilco dux claſſis Carth. fugit,& à Senatu quæſiuit,quid faciendum cenſeret, omnibus, vt pugnaret,clamantibus feci,inquit, & victus ſum.ſic pœnam crucis effugit,nam apud Pœnos Dux re male geſta puniebatur.

Duellio conceſſum eſt, vt prælucente funali,& præcinente tibicine à cęna publicè domum rediret . Cic. in Catone maiore, C.inquit,Duellium Marci filium, qui Pęnos prius claſſe deuicerat,redeuntem à cęna ſenem ſępe videbam puer,delectabat cerebro funali,& tibicine,quę ſibi nullo exemplo priuatus ſumpſerat,tm̃ ei licentiæ dabat gloria. L. quoq; Florus poſt narratam pugnam naualem . Duellius inquit , Imperator non contentus vnius diei triumpho per vitã omnem,vbi à cœna rediret, prælucere funalia,p̃cinere ſibi tibias iuſſit,quaſi quotidie triũpharet.

ASCEN. CAius autem Duellius ,] Qui primus retulit.i.reportauit triumphũ naualẽ.i.nauibus partũ ex Pęnis.i.Carth.quotieſcunq; erat epulaturus.i.celebri conuiuio affuturus, ſolitus eſt reuerti domum ad funalem cereum.i. faculam ceratam,quam quod torta ſit,torſam vulgus vocat,tibicine.i.canenti in tibijs & fidicine.i.canente fidibus,hoc eſt cordis,præeunte, teſtando celebratione.i.pompa illa nocturna.i.qua noctu vtebatur,inſignem ſucceſſum rei bellicæ,quo in bello vſus fuerat.

DE PAPYRIO MASSONE.

* Victis Corſis vt ſcribit Pli. li.25.c.29

NAM Papyrius quidem Maſſo,cum bene geſta Rep.triumphum à Senatu non impetraſſet, in Albano monte triumphandi, & ipſe initium fecit , & cæteris poſtea exemplum præbuit:proque laurea corona,cum alicui ſpectaculo intereſſet,myrtea vſus eſt.*

OLIV. NAM Papyrius quidem Maſſo,]Rep.bene geſta, quia deuicerat Samnites.

ASCEN. NAm continuatiua,aut diſcretiua particula, auctori familiaris,q.d.dico Duellũ vſum funali cereo,nam Papyrius Maſſo.[Cum].i.qñ rep.bene geſta.i.quum remp.bene geſſerat , & adminiſtrarat,deuictis Samnitibus , non impetraſſet à Senatu triumphum,& .i.ſimul ipſe fecit initium triumphãdi in monte Albano,vbi Latinæ celebrari ſolebãt,& incunabula erãt gentis Romanæ,& i.ſimul præbuit alijs exemplum triumphandi.ſ.in monte Albano.poſtea,& cũ intereſſet alicui ſpectaculo , vſus corona myrtea,qua ouãtes coronari ſolebant,pro laurea.i. loco laureæ coronæ:qua triũphantes & triumphales vtebãtur.

DE C. MARIO.

* Plin.lib. 33.c.11.

NVM C.Marij penè inſolens factum ? Nam poſt Iugurthinum Cymbricumq;, & Theutonicum triumphum,canthbaro ſemper potauit:quòd Liber pater inclytum ex Aſia ducens triumphum, hoc vſus poculi genere ferebatur:vt inter ipſum hauſtum vini, victoria eius ſuas victorias compararet.*

OLIV. NVM C.Marij]Inſolẽtia carpitur Marij ,qui cum debellaſſet Iugurtham,Cymbros atque Theutones,ſe Libero patri,qui(vt ait Solin.)primus Indiam ingreſſus de Indis triumphauit,ſimilem eſſe volebat , nam canthara potabat , quia hoc vaſis gñe Liberum patrẽ vſum fuiſſe dñt,cui ſe Marius comparare non dubitabat , in hunc quodammodo inuehitur . Plin.li.33.vbi loquitur de luxuria . Diceret. n. hinc aliquis veterum,vt C.Marius poſt victoriam Cymbricam cantharis potaſſe Liberi patris exemplo traditur,ille arator Arpinas, & manipularis Imperator. [Cantharo]Cantharus vas vinarium , quo maiores in ſacris Bacchi vſos fuiſſe dñt,& anſam habebat.Vnde Virgi.in Sileno. Et grauis attrita pendebat cantharus anſa. Eſt cantharus teſte Var.per quem aquæ ſaliunt.

ASCEN. NVm factum C. Marij eſt ſup. pene inſolens.i. petulantiæ aut proteruiæ plenum, nam poſt triumphum Iugurthinum,& Cymbricum,& Theutonicum.i.quem duxit de Iugurtha,Cymbris, & Theutonibus , potauit ſemper canthario.i. vaſe anſato ad ſacrificia Bacchi apto , quo Liber pater,ſ. Bacchus ducebãt ex Aſia(ſic vulgo legitur,dubitem tamen , an legendum ſit ex India)triumphum inclytum.i.glorioſum,ferebatur vſus hoc genere poculi , vt compararet victoriæ eius. ſ. Bacchi inter ipſum hauſtum vini.i.dum,aut quoties vinum biberet, victorias ſuas.

DE M. CATONE.

* Plut. in vita Aſc. in orat. Ci.pro M. Scauro.

MARCVS autem Cato Prætor M.Scauri, cęterorumq; reorum iudicia,nulla indutus tunica,ſed tantummodo amictus prætexta,egit: ſed*

hæc,

hæc, atque his ſimilia, virtutis aliquid ſibi in conſuetudine nouanda licentiæ ſumentis, indicia ſunt. Illis autem, quæ deinceps ſubnectam: quantam ſui habere fiduciam ſoleat, cognoſcetur.

OLIV. MARCVS autem Cato] M. Scauri iudicium egit. Accuſatus autem fuerat repetundarum Scaurus à Triario adoleſcente, quòd auarè prouinciam Sardiniam adminiſtraſſet. Cato Prætor iudicium, quia æſtate agebatur, ſine tunica exercuit, campeſtri ſub toga cinctus in forumq; ſic deſcenderat, iusq; dicebat; idq; repererat ex veteri conſuetudine, ſecundū quam & Romuli ſtatuæ in Capitolio, & roſtris Camilli fuerunt togatæ ſine tunicis, quibus verbis ſignificabat, illos aliqñ ſic in forum deſcendiſſe. [Cæterumque reorum] Decorum eſſe videbatur adoleſcentibus principes ciuitatis accuſare, & in iudicium trahere quòd non illorum opibus, non potentia, non auctoritate deterrerentur. [Nulla tunica] Sed tantummodo prætexta, ac ſi diceret veſte ſola ſuper interulam ſine dyploide, nam tunica veſtis interior: Toga verò, & prætexta, exterior. [Nouanda] Ego ſignificat hoc aliqñ factum fuiſſe.

ASCEN. MArcus autem Cato Prætor] i. cum Prætor eſſet, cum iudicia. i. ſententiam tulit de crimine M. Scauri, repetundarum rei, & ceterorum reorum; & nulla tunica, i. veſte iudiciali indutus, ſed tantum amictus prætexta. i. veſte, qua priuati dummodo ingenui vti poterant. [Sed hæc, atq; ſimilia ſunt indicia virtutis ſumentis]. i. vſurpanti ſibi aliquid licentiæ. i. inſolentiæ in noua conſuetudine. i. inducendo nouos ritus, hoc autem dicit veritus fortaſſe aliquid damnare in Catone, de quo dictum volunt à Seneca, ſe potius laudaturum ebrietatem, propter Catonem, q̃ damnaturum Catonem propter ebrietaté. [Illis autem, &c.] Breuis eſt præfatio, & quaſi paraſceue ſequentis tituli. Autem pro ſed, cognoſcetur illis. ſ. exemplis, quæ ſubnectam deinceps, quantum fiduciam ſui, ſoleat ſup. aliquis, habere, aut legendum eſt haberi fiducia, quod potius credam.

DE FIDVCIA SVI CAP. VII.

DE P. ET CN. SCIPIONIBUS Afric.

* Liu. lib. 16. *PVB. & Cn. Scipionibus* in Hiſpania cū maiore parte exercitus acie Punica oppreſſis, omnibusque prouinciæ eius nationibus Carthaginenſium amicitiam ſecutis, nullo ducū noſtrorū illuc ad corrigendā Rēp. proficiſci audente, P. Scipio quartum, & vigeſimum annum agens, iturum ſe pollicitus eſt.* Quæ quidem fiducia Populo R. ſalutis, ac victoriæ ſpem dedit, eademq; in ipſa Hiſpania vſus eſt. Nam cum oppidum Badiam circunſederet: tribunal ſuū adeuntes, in ædem, quæ intra mœnia hoſtium erat: vadimonium in poſterum diem facere iuſſit; continuoque vrbe potitus, & tempore, & loco, quo prædixerat; ſella poſita, ius eis dixit. Nihil hac fiducia generoſius, nihil prædictione verius, nihil celeritate efficacius, nihil etiam dignitate dignius.* Nec minus animoſus, minuſue proſper illius in Africam tranſitus, in quam è Sicilia exercitum Senatu vetante traduxit, quia niſi plus in ea re ſuo, quàm P. C. conſilio crediďiſſet: ſecundi Punici belli finis inuentus nō eſſet. Cui facto par illa fiducia, quòd poſtquam Africam attigit, ſpeculatores Hannibalis in caſtris deprehenſos, & ad ſe perductos, nec ſupplicio affecit, nec de conſilijs, ac viribus Pœnorum percunctatus eſt, ſed circa omnes manipulos diligentiſſime deducendos curauit: interrogatosque, an ſatis ea conſideraſſent: quæ ſpeculari iuſſi erāt, prandio dato ipſis, iumentisque eorum, incolumes dimiſit. quo tam pleno fiduciæ ſpiritu prius animos hoſtium, quàm arma contudit. Verum* vt ad domeſtica eximiæ eius fiduciæ acta veniamus, cum à L. Scipione ex Antiochenſi pecunia H·S. quadragies ratio in Curia repoſceretur: prolato ab eo libro, quo acceptæ, expenſæque ſummæ continebantur: refellique inimicorum accuſatio poterat, diſcerpſit: indignatus, de ea re dubitari, quæ ſub ipſo legato adminiſtrata fuerat. Quinetiam in hunc modum egit: nō reddo P. C. ærario veſtro H·S. quadragies rationem alieni imperij miniſter: quòd meo ductu, meisque auſpicijs bis millies H·S. vberius feci. Neque enim adhuc puto, eò malignitatis ventum, vt de mea innocentia quærendum ſit. Nam cum Africam totam poteſtati veſtræ ſubiecerim, nihil ex ea, quod meum dicerem, præter cognomen retuli. Non igitur me Punicæ, non fratrem meum Aſiaticæ gazæ auarum reddiderunt: ſed vterque noſtrum inuidia, quam pecunia, locupletior eſt. Tam conſtantem defenſionem Scipionis vniuerſus Senatus comprobauit.* Sicut illud factum. Quòd cum ad neceſſarium Reip. vſum pecuniam ex ærario promi opus eſſet: idque Quæſtores, quia lex obſtare videretur, aperire non auderent, priuatus, claues popoſcit: patefactoque ærario, legem vtilitati cedere coegit. quam quidem fiduciam conſcientia illa dedit: quia meminerat omnes leges à ſe eſſe ſeruatas. Non fatigabor eiuſdem facta identidem referendo: quoniam nec ille quidem, conſimili genere virtutis edendo, fatigatus eſt. Diem* illi ad populum M. Næuius Trib. pl. aut (vt quidam memorant) duo Petilij dixerant: quingēti frequentia in forum deductus, roſtra conſcendit: capitique ſuo corona triumphali impoſita, hac ego, inquit. Quirites die Carthaginem magna ſperantem, leges noſtras accipere iuſſi: proinde æquum eſt, vos mecum ire in Capitolium ſupplicatum: ſpecioſiſſimam deinde eius vocem æque clarus euentus ſecutus eſt: ſi quidem & Senatum totum, & vniuerſum Equeſtrem ordinem, & cunctam plebem Iouis Opt. Max. puluinaria petens, comitem habuit.* Reſtabat, ut Trib. apud populum ſine populo ageret: deſertusq; in foro cum magno calumniæ ſuæ ludubrio, ſolus moraretur: cuius deuitandi ruboris cauſa, in Capitolium proceſſit, deque accuſatore, Scipionis venerator eſt factus.

'Gel. li. 7. cap. 1.

*In ædem Veneris Plut. in apoph.

* Liu. lib. 29. Nō vetabat Senatus, ſed permittebat ſi id è repub. videretur. Liu. li. 28. Liu. li. 30.

*Liui. lib. 38.

*Liui. lib. 38.

*M. Catone auctore, vt ſcri. Liu. li. 38. & Gel. li. 4. ca. 18.

*Cū miniſtris relictum ſcr. Liu. li. 38. & Plut. in vita.

OLIV. PVB. & Cn. Scipionibus] Poſt cæſos in Hiſpania Scipiones fratres cum duobus exercitibus non Italiæ iam maior, quàm Hiſpaniæ cura Romanis erat, & exercitus augeri, & Imperatorem mitti placebat, nec tamen quem mitterent ſatis conſtabat, vbi duo ſummi Imperatores intra dies triginta ecciďiſſent, qui in locum duorum ſuccederet extraordinaria cura deligendum eſſe, cum alij alium nominarent, poſtremum eo decurſum eſt, vt populus pro Conſule creando in Hiſpaniam mittendo comitia haberet, diemq; comitijs edixerunt, Cóſules primo expectauerant, vt qui ſe tanto Imperio dignos cenſerent, nomina profiterentur, quæ vt deſtituta expectatio eſt, redintegratos luctus acceptæ cladis, deſideriumq; Imperatorum amiſſorū. Mœſta itaq; ciuitas, prope inops conſilij, comitiorum die tamen in campum deſcendit; atq; magiſtratus circunſpectans ora principum, aliorum alios intuentium, fremuntque adeo perditas res, deſperatumque de rep. eſſe, vt nemo audeat in Hiſpania Imperium accipere, tum ſubito P. Corn. Scipio filius eius Scipionis, qui in Hiſpania ceciderat, quatuor & viginti ferme annos natus profeſſus eſt ſe petere vt in ſuperioré, vnde conſpici poſſet locum conſtitueret, in quem poſtquā omniū ora conuerſa clamore, atque fauore ominati extemplo ſunt, fęlix fauſtumque Imperium: iuſſi deinde ferre ſuffragium, ad vnum omnes non cēturiæ modo, ſed ēt homines P. Scipioni Imperium in Hiſp. cōferri iuſſerunt, & hic fuit ille fatalis Dux, qui Hannibalé ex Italia, q̃ ſedecim ferme annos poſſederat, inuitum extraxit, & Carthaginem P. R. tributariam fecit. [Oppidum Badium] Aulus Gellius de Africano ſuperiore admiranda quædam de Annalibus excepta, commemorat, quibus illum dicit creditum eſſe diui-

diuinæ virtutis,& originis hominem, nam eadem ferme de ipſius natiuitate commemorat,quæ de Alexandro Græci tradidere ſcriptores,vt oſtendemus in cap.de his, quæcunq; magnifica contigerunt. De vita verò inter cętera hoc quoq; dicit,ſolitum fuiſſe noctis extremo ante diluculum in Capitolium vẽtitare, ac iubere aperiri cellam Iouis,ac ibi ſolum diu demorari, quaſi conſultantem de Rep.cum Ioue,æditnoſq́; illius templi ſępe eſſe demiratos quod ſolum id temporis in Cap.ingredientẽ canes ſemper in alios ſæuientes,neq; latrarẽt in eum, neq; incurrerẽt. Has vulgi opiniones de Scip.confirmare,atq; approbare videbãtur,dicta factáq; eius pleraq; admirãda,ex quibus eſt vnum eiuſmodi,obſidebat,oppugnabatq́; oppidum in Hiſp. ſitum mœnibus,defenſoribus validum,& munitum,re ẽt cibaria copioſum, nullaque eius potiundi ſpes erat, & quodam die in caſtris ſedẽs dicebat,atque ex eo loco id oppidum procul videbatur, tum ù militibus,qui de iure apud eum iuſtabant,vnus interrogauit ex more in quem diem, locumq́; vadimonium promitti iuberet, & Sip.manum ad ipſam oppidi,quod videbatur,arcem protendens,perinde,inquit,ſeſe ſiſtant eo in loco, atq; ita die factum tertio,in quem vadari iuſſerat oppidum captum eſt, in eodem quoq; die in arce eius oppidi,ſicut prædixerat, ius dixit. Hæc Aul.Gelli.[Vadimonium in poſterum Iuſſit eos, qui ſuum tribunal adibant dare vadimoniam aſiſtendi ſe in poſterum diem in ædem,quam intra mœnia conſpicatus eſt.[Vadimoniũ]Spõſionem,nam ſicut à teſte teſtimonium,ita à vade vadimonium. Sed inter vades,& ſponſores,hoc intereſt,quod vades publici, ſpõſores priuati dñr.[Nihil hac fiducia]Extollit Scip fiduciam laudibus non immeritis [Prædictione] Vaticinatione. [Dignitate dignius,].i.quod magis ad eius dignitatem pertineret. [Nec minus animoſus Scip.debellata Hiſp.totaq; in Rom ditionem redacta,cum parte exercitus Romam rediјt.cui Senatus extra vrbem datus eſt,vbi expoſitis,quæ in prouincia geſſiſſet, petiјt, vt Africa ſibi in prouinciam decerneretur,in quam omnem belli molem conuerteret. [Cui rogationi]Q.Fab.Max. inuidia (vt quidam dicunt)commotus,ſumma ope interceſſit, quare non Africa,ſed Sicilia ei prouincia data eſt,in quam vbi primum venit,exercitum parauit,qualem ad eam militiam,quam iam animo conceperat,longinquam, & grauem oportere exiſtimauit, robuſtiſſimum quemque,& maximè voluntarium ex Cymbria deligendo,quem paulo poſt inſcio, ac inuito Senatu traiecit in Africam,atque eo tempore,quo maximè ab ea opinione deterreri poterat,quod Siphacem Numidarum Regem,quo cum ſuperiori æſtate publicum fœdus inierat,& In eis opibus magnam victoriæ ſpem poſuerat à Rom.ad Carth. per nuptiarum occaſionem defeciſſe audierat,nihil tamen eius fiduciam frangere, aut debilitate potuit. Front.lib.1.ca de conſtituendo ſtatu bel. Scip.inquit,manente in Italia Hannib. tranſmiſſo in Africam exercitu,neceſſitatem Carth. impoſuit reuocandi Hann. Sic à domeſticis finibus hoſtile tranſtulit bellum[Cui facto] Non minoris fiduciæ factum illud fuiſſe videtur,quod cum Hann.reuocatus in patriam ad opem laborantibus ciuibus ſuis nulla mora ferendam,ex Italia,quam ſexdecim ferme annos bello poſſederat retractus,Haſdrumentum oppidum veniſſet, & inde zamã profectus eſſet(abeſt autem zama quinque dierum itinere à Carth.)præmiſit ſpeculatores,qui res Rom.per Imperatorem, & caſtra diligenter explorarent,qui excepti à cuſtodibus Rom.& deducti ad Scip.ſunt.Scipio iuſſit eos traditos tribunis militum, omiſſo metu viſere omnia,perque caſtra,quę vellent duci iuſſit, percunctatusq́; ſatiſne per commodum omnia exploraſſent,datis qui proſequerentur, retro, ad Han.remiſit. Hoc idem feciſſe Pub.Valeriũ Læuinium tradit Eutropius lib. 2. Cum enim cepiſſet exploratores,iuſſis eos per caſtra duci,& oſtendi ſibi oẽm exercitum, deinde dimitti vt nunciarent Pyrrho quæcunque vidiſſent,quæq́; à Rom,agerentur.[Verum] Vt diximus de fiducia Scipionis,qua vſus eſt in caſtris,dicamus nũc de illa qua domi.i.in ciuitate vſus eſt.[Cum à L.Scipione]Hoc exemplũ A.G. commemorat, cum inquit à M.Cat.à Trib.pl. qui à M. Catone comparati & inducti fuerant,accuſaretur,ꝙ pecuniam, & prædam vſurpaſſet,bello Antiochenſi captã,librum detulit, in quo ſumma pecuniæ continebatur, & ſtatim in conſpectu omnium diſcidit,poſſem,inquit,reddere rationem, nec me ipſum contumelia afficiam,quandoquidem ærarium veſtrum bis millies ſextertio vberius fecerim.[Eximiæ excel.] Eximius dicitur, quaſi ex aliis exceptus,hoc eſt excellens,nam eximere excipere ſignificat.[A L.Scipione repoſceretur,]Quem pecuniam, prędam ue

Sextertiũ.

Antiochenſem vſurpaſſe dicebant.[Sextertium]Pro ſextertiorum,quod raro fieri à neutro ſyncopam inuenies apud iuniores, ſed antiqui ponebant,vt modium pro modiorum, nam modius maſculini generis eſt,ſextertium vero neutri, niſi hoc locu pro maſculino accipiatur. Eſt autem, ſextertium dipondius, & ſemis,pondo vero libellam ſignificat, teſte Varrone Plin.lib. 33. Placuit, inquit denarius pro decem libris æris, quinarius pro quinque,ſextertium pro dipondio & ſemiſſe.[Summæ] Supputationes.[Eò malignitatis] Noſtram ætatem ad eam malignitatem perueniſſe.[Sed vterq; noſtrum locupletior] Comparatiuus comparatur alteri comparatiuo. [Præter cognomen] .ſ.Africani,q.a ab Africa ſuperata Africanus dictus eſt,ſed agnomen debuit dicere,quod eſt nomen ab euentu,vel à factis impoſitum,ſed plerumque confundunt auctores. [Sicut & illud factum]Hoc deprehenditur fuiſſe Celtiberico bello, quod Caius Sempronius Tuditanus Prætor contra Celtiberos geſſit, in quo ipſe fere cum toto exercitu occiſus eſt,itaq; cum opus eſſet pecuniam ex ærario depromi,ad reficiendum exercitum, nec Quæſtores id aperire auderent,quod lex obſtare videretur, nam lex erat,vt ex ærario pecunia non depromeretur,niſi vltima iam neceſſitate cogente,Scipio priuatus ærarij claues popoſcit,& patefacto ærario legem vtilitati parere coegit.[Promi]Excipi. [Nõ fatigabor]Hoc exemplum A.G.ponit lib.4.cap.18.nam Scipionem a M.Næuio accuſatum dicit,quòd pecuniam accepiſſet ab Antiocho Rege.vt conditionibus gratioſis, & mollibus pax cũ eo fieret P.R.nomine.Scipio inquit,Africanus antiquior, quanta virtutum gloria præſtiterit,& quàm fuerit altus animo, atq; magnificus,quam ſui conſcientia ſubnixus pluribus ex his, quæ dixerit,quæque fecerit declaratum eſt,ex quibus ſunt hæc duo exempla eius fiduciæ,& exuperantiæ ingentis.Cum M. Næuius Trib.pl.accuſaret eum ad populum,diceretq́;,accepiſſe à Rege Antiocho pecuniam, vt conditionibus gratioſis, & mollibus pax cum eo P.R.nomine fieret,quædam item alia crimina obiјceret,indigna tali viro,tum Scipio præfatus,quæ dignitas vitæ ſuæ atque gloria poſtulabant,memoria inquit,repeto,diem eſſe hodiernum, quo Hannibalem Pœnum Imperio noſtro inimiciſſimum magno prælio vici in Africa,pacemq́ue & victoriam vobis peperi inſuperabilem.Nõ igitur ſimus aduerſus Deos ingrati,cenſeo,vt relinquamus nebulonem hunc,& eamus nunc protinus Ioui Opt.Max.gratulatum:Id cum dixiſſet,auertit, & ire in Capitolium cœpit,eum concio vniuerſa, quæ ad ſententiam de Scip.ferendam,conuenerat relicto Trib.Scip. in Capitolium comitata,atque inde in ædes eius cum lætitia, & gratulatione ſolenni proſecuta eſt. [Referendo].i.dicendo,quia ille fatigatus faciendo eſt.[Diem dixerat]Accuſauerat.quia reo ſemper dicẽdæ cauſæ dies ſtatuebatur,hoc eſt, vt certa die ſe defenderet. [Corona triumphali] Non autem lugubri veſte, vt mos reorũ eſt,quod maximum fuit fiduciæ ſignum.[Hoc die Quirites] Ac ſi diceret,concipite animo veſtro Quirites hunc eſſe diem illũ, quo Carthagini leges noſtras impoſui, & huic Imperio noſtro ſeruire coegi.[Puluinaria]Lectiſternia, quæ in tẽplo Iouis optimi maximi fuerunt.

Scipionis accuſator.

PVblio & Cn.Scip.]Oppreſſis cum maiore parte exercitus. ſ.Romani in Hiſp.acie.v.ab acie Punica, & omnibus nationibus eius prouinciæ ſecutis amicitiam Carth. nullo Ducum noſtrorum.i.Rom.audente proficiſci illuc ad corrigendum rem.ſ.bellicam malè geſtam.P.Scip.agens quartum & vigeſimum annum pollicitus eſt ſe iturum.ſ.in Hiſpaniam, quã ꝗdem fiducia.i.per quam fiduciam,ipſe dedit P.R.ſpem ſalutis, ac victoriæ.[Eademq́ue,&c.] Et vſus eſt eadem.ſ.fiducia,in Hiſpania cum circunſederet.i.obſideret oppidum in Hiſpania Badium.ſ.nomine:ſunt qui Badiam ſcribant:dum iuſſit adeuntes tribunal ſuum,vt ſ.ius diceret,litemq; ſolueret,facere vadimoniũ.i.conſtituere alterum alteri diem datis vadibus,in diem poſterum.i.proximè ſequentem in ædem.ſ.quandã publicam, quã monſtrauit, & quæ erat intra mœnia hoſtium, & potitus eſt cõtinuo.i.paulo poſtquam id dixerat,vrbe.ſ.dicta & ſella.ſ.curruli, aut tribunali poſita.i.poſtquam poſuerat ſellam.i. ſedem iudiciariam,& tẽpore,quia craſtino,& loco,quia in monſtrata æde, dixit eis ius.ſ.ſententiam de lite,de quo facto auctor affert more ſuo commendationem dicens. Nihil eſt generoſius hac fiducia,nihil eſt verius hac prædictione,quiã prædixit ſe id effecturum,quod effecit,quod licet ita euenit,prius quam tamen eueniret,quia impediri poterat,multa erãt,veriora,nihil ſup.eſt efficacius celeritate ſup.hac,qua ꝙ voluit,ac prædixit continuo effecit,nihil etiam ſup.eſt dignius.i.præſtantius & decẽtius,hac dignitate.i.præſtantia Imperatoria in magnifico dicto & facto. [Nec minus,&c.] Affert continuo alia de eiuſdem Scip. fiducia exempla dicens. [Nec tranſitus illius].ſ. Scip. in Africam, ad

Ascen.

Carth.

Carthag. debellandam, eſt ſup. aut fuit minus animoſus. i. animoſe iactus. (Sæpe auctor ephitheta efficientis effectui dat) vt pro vel minus proſper. ſ. quã fuit expugnatio oppidi illius i. Hiſpania, in quam. ſ. Africam traduxit exercitum è Sicilia Senatu vetate. i. poſtquã vetuit, ꝙ probat, quod proſper fuit, quia niſi credidiſſet in ea re plus conſilio ſuo, quam patrum cõſcriptorum, finis ſecundi bel. Pun. non eſſet inuentus. Qui quia inuentus eſt modo, laudatur factum, cum tamen qui cõtra patris ꝓhibitionem fecerat iure cæſum dixerit. [Cui facto, &c.] Affert tertium eiuſdem rei, & viri exemplum dicens. Cui facto. ſ. trãſitus in Africã, illa fiducia. ſ. eiuſdem Scip. par. i. ſimilis, & æqualis ſup. fuit, ꝙ poſtquam attigit Africam, nec affecit ſupplicio, nec percunctatus eſt. i. nec ſciſcitatus eſt, de conſiliis, aut virib. Pœnorum [Speculatores] i. exploratores Hannibalis deprehenſos in caſtris. ſ. Romanis, & ꝑductos ad ſe, videlicet Scip. [Sed curauit] i. diligenti cura mandauit eos ducẽdos diligentiſſime circa omnes manipulos. i. globos militum Romanorũ ſub vno vexillo militantium, & dimiſit eos interrogatos, an cõſideraſſent ſatis, ea, quæ erant iuſſi ſpeculari. i. explorare, aut diſquirere, dimiſit dico incolumes prãdio dato. i. poſtquam prandiũ dederat, ipſis, & iumẽtis eorũ, venerant enim quo minus agnoſcerentur, ſedentes more negociatorum, aut colonorum in iumẽtis, nõ equis. Quo ſpiritu tam pleno fiduciæ, ipſe Scipio prius contudit. i. concuſſit animos hoſtium, quam arma hoſtiũ. [Verum, &c.] Affert quartũ exemplum, ſed quod in vrbe actum dicit. Ordo eſt. Verum vt veniamus ad acta domeſtica eius fiduciæ eximiæ. Cum ratio ſeſtertij quadragies. i. de xl. ſeſtertiis, hoc eſt centum libris, nam ſeſtertium. i. ſemi ad tertiũ continet duas libras, & ſemis. Sane heſitaſſe videntur de vocabulo Seſtertium, nam Oliu. dicit durè poſitum, quocirca alij textus ſubiecerũt libras, quaſi vero libras rectè ponatur, cum ſit ordo ratio libras. Quocirca lubet mihi pro Grãmaticorum inſtitutione paucas aperire. Regulæ duæ ſunt de ſyncopa, inter ſe ferè contrariæ. Prior quoties dictio, ſiue per appoſitionem, ſiue per cõpoſitionem, nomini numerali iungitur venuſtè, ſyncopatur, vt mille nummum, duumvirũ, &c. Poſterior eſt. Neutri generis nomina ſingulari non carentia ne genitiuus cum nominatiuo, accuſatiuo, & vocatiuo ſingularibus coincidant, ſyncopẽ refugiunt, quo circa non dicã templum, ſcamnum in genitiuo plurali, ſi tamẽ ſingulari caruerint, ſyncopam non refugerint, vt, duum animalium. [Quia igitur ſeſtertium neutrum eſt, ſingulare habens non rectè diceret ſeſtertium pro ſeſtertiorũ, & rurſus, quando numerali iungitur, aptius ſyncopã patitur, quocirca peritiores, vt in neutrã partem peccent, ſingulari vtuntur cũ aduerbio, vt vbi dicere poſſem, dedi tibi decẽ ſeſtertiũ, aut ſeſtertia, dicã decies ſeſtertium, hoc igitur loco, quia preponitur particula ratio, quæ genitiuũ efflagitat, dicitur bis ſeſtertij. Cũ inquã ratio. i. calculus & ſupputatio, ſeſtertii quadragies ex pecunia Antiochenſi. i. expenſa in bello contra Antioch. poſceretur in Curia à Scip. fratre ipſius Publii, de quo nunc loquitur liber quo ſummę acceptæ. ſ. pecuniæ, & expenſæ tenebãtur, ꝓlato. i. in mediũ adducto ab eo. ſ. L. Scip. & ſup. ex quo accuſatio inimicorum poterat refelli, ponendo. ſ. calculum, cũ omnia eſſent debitæ perſcripta. Pub. ſup. Scip. diſcerpſit. ſ. librum rationũ, indignatus dubitari de ea re, quæ fuerat adminiſtrata ſub ipſo legato. i. cum eſſet legatus fratri miſſus. Quinetiam. i. inſuper egit. i. cauſam ſuam, & fratris in hunc modum. O patres cõſcripti non reddo miniſter. i. cum fuerim miniſter alieni imperii, quia legatus Lucii fratris, veſtro ærario rõnem ſeſtertii quadragies, quod. ſ. ęrariũ ego feci meo ductu, & meis auſpiciis. i. cum eſſem Imperator, & princeps belli, vberius. i. ditius, & auctius ſeſtertio bis millies. i. quia intuli in ærarium bis mille ſeſtertia. i. quinquies mille libras. Neq; n. puto ventum ſup eſſe adhuc eo. i. ad id malignitatis, vt ſit quærendum. i. inquirendũ de innocentia mea, nam cum ſubiecerim poteſtati veſtræ totã Africam, nihil retuli ex ea re, quod diceretur meum, niſi cognomen. ſ. Africanum, quia ex deuicta Africa, Africanus eſt dictus. Igitur gazæ. i. diuitiæ congeſtæ Punicæ non reddiderũt. i. non fecerũt me auarum, non etiam gazæ Aſiaticæ reddiderũt fratrem. ſ. Lucium auarum. Sed vterq; noſtrum eſt locupletior ſup. factus, magis inuidia, quàm pecunia. Hæc ille, de quo auctor. Vniuerſus Senatus comprobauit. i. ratam habuit, tam conſtantem fiduciam Scip. ſ. Pub. ꝓ ſe, & Lucio loquentis. [Sicut] Sup. vniuerſus Senatus comprobauit, &c. i. etiam illud factum. ſ. eiuſdem Scipionis, quod. i. quia, cum. i. quãdo opus eſſet ad neceſſarium vſum Reip pecuniã promi ex ęrario. i. repoſitorio publici æris, hoc eſt pecuniæ, & quæſtores, qui claues ærarii habebant non auderent etiam aperire id. ſ. ærarium, quia lex videretur obſtare, ipſe Scip. priuatus. i. nullum tunc magiſtratum gerens popoſcit claues, & ærario patefacto. i. aperto, coegit legẽ cedere vtilitati. Quam quidem fiduciam, dedit illa conſciẽtia, quia meminerat omnes leges eſſe ſeruatas à ſe, quia per eum Hannibal, qui vrbi, & legibus minabatur excidium, Italiã deſerere coactus fuerat. [Non fatigabor referendo]. i. recitando identidem. i. interdũ facta eiuſdem, quoniam nec ille quidẽ. ſ. Pub. Scip. fatigatus eſt in edendo. i. emittendo præclarum facinus. ſ. in conſimili genere virtutis. Marcus Næuius Tri. pl. aut vt quidam memorant duo Petilij dixerant. i. aſſignauerant, & indixerant illi diem ad populum. i. quo die cauſam diceret, & ſe purgaret coram populo, qui deductus in forũ ſup. cum ingenti frequentia, conſcendit roſtra. i. locum, vnde edicta fiebãt, roſtris nauium antiarum munitum, & corona triũphali impoſita capiti ſuo, inquit, ò Quirites, ego iuſſi hac die, Carth ſperantẽ magna. i. magnas res, vtpote Imperium Rom. poſſe euertere, accipere leges noſtras. i. Rom. quia tributaria facta eſt, proinde, i. ideoq; aut, & ideo, æquũ eſt, vos ire mecum in Capitoliũ, ſupplicatum. ſ. Diis ad ſup. gratias agendas. Deinde, inquit Valer. euentus æquè clarus ſecutus eſt eam vocẽ. [Si quidem]. i. quando quidem ipſe petẽs puluinaria Iouis optimi maximi, habuit Senatum, & totum vniuerſum ordinem Equeſtrem, & cũctam plebem. ſ. ignobilem comitem. ſ. itineris. Reſtabat. i. adhuc expectabatur, vt Tribunus ageret apud populum ſine populo, & ipſe deſertus in foro cum magno ludibrio calumniæ ſuæ moraretur ſolus, cuius ruboris. i. verecundiæ deuitãdi. ſ. fugiẽdi cauſa. i. vt deuitaret ruborem, proceſſit in Capitolium. i. arcẽ Romanam, & factus eſt venerator Scipionis.

DE SCIPIONE ÆMILIANO.

AVITI ſpiritus egregius ſucceſſor Scipio Aemilianus, cum vrbem præualidam obſideret, ſuadẽtibus quibuſdam, vt circa mœnia eius ferreos murices ſpargeret, omniaque vada tabulis plumbatis conſterneret, habentibus clauorum cacumina, ne ſubita eruptione hoſtes in præſidia noſtra impetum facere poſſent: reſpondit, non eſſe eiuſdem, & capere aliquos velle, & timere.

SCIPIO Aemilianus (hic, vt ſæpe dcm̃ eſt) de gente Aemilia fuit, Pauli filius in gentem Scipionũ adoptatus, hic ille fuit Africanus, qui Carth. euertit, & Numantiam ſuſtulit, vrbes duas potentiſſimas & P. R. infeſtiſſimas. Cum igitur inter Calatiam Hiſpaniæ vrbem præualidam obſideret, vel vt alij putant, Numantiam, multi hoſtium eruptionem metuẽtes ſuadebant tribulos, ferratasq; tabulas circa mœnia ſpargendas eſſe, quib. hoſtes ab eruptione deterrerẽt, quibus rñdit, nõ eſſe viri fortis velle hoſtes capere, eoſdemq; timere. [Præualidã] Vrbem inter Calatiam quidam putant, quæ eſt in Hiſp, vel vt alij volunt Numantiã. [Ferreos murices.] Murex proprie dr̃ acumen ſaxi Virg. Et acuto murice remi obnixi crepuere, ſed pro vnaquaq; re acuta ponitur, vt hoc loco pro trigons poſuit ferreos murices, qui ſunt cuiuſmodi tribuli, qui naſcuntur in lacubus, & ſtagnis qui in quamcunq; partem ceciderint, ita cadunt, vt vnũ acumẽ extet erectũ ferreos murices dixit, ad differentiã naturaliũ muricũ, videlicet tribulorũ. [Plumbatis tabulis] Vt profundo aquæ ſummergerentur. OLIV. Murex.

AViti, &c.] Ordo eſt. Scipio Aemilianus, ſ. Paulus, egregiꝰ ſucceſſor ſpiritus auiti. i. maioris Africani, cũ obſideret vrbem præualidam, quibuſdam ſuadentibus. i. cum quidam ſuaderẽt, vt ſpargeret circa męnia eius, murices ferreos ſic effigiatos, vt quocunq; iaciantur, ſemper vnum ſtimulũ habeant erectum, & vt cõſterneret oia vada tabulis plumbatis, vt mergerẽtur in profundũ, & ita laterẽt, tabulis dico habentibus cacumina. i. acuta clauorũ eatenſa, ne hoſtes poſſent facere impetũ in noſtra. i. Romana præſidia, eruptione ſubita, rñdit ſup. illis non eſſe eiuſdem. ſ. Imperatoris, & velle capere aliquos, & timere. ASCEN.

DE SCIP. NASICA.

IN quãcunque memorabilium partem exemplorum conuertor, uelim, nolimue in cognomine Scipionum hæream neceſſe eſt: cui enim licet hoc loci Naſicam

prælerire fidentis animi, dictiq; clariſſimum auctorem ? Annonæ charitate increbreſcēte, C. Curiatius Trib. pl. producto in concionem Coſ. compellebat, vt de frumento emendo, atq; ad id negocium explicandum mittendis legatis in Curia referrent. Cuius inſtituti, minime vtilis, interpellandi gratia, Naſica contrariam actionem ordiri cœpit, obſtrepente deinde plebe, Tacete, quæſo, Quirites, inquit, plus enim ego, quàm vos quid Reip. expediat, intelligo: qua voce audita, omnes pleno venerationis ſilentio, maiorem auctoritatem eius, quàm ſuorum alimētorum reſpectum egerunt.

Oliv. Naſicæ fiducia. IN quācunq;] Annonæ increbreſcente charitate, quanta animi fiducia fuerit Scip. Naſica ex hoc exemplo cognoſci facilè poteſt, qui totius P. R. furorem ſolo verbo compreſſit, nec metuit ſæuientis populi impetum. [Increbreſcēte] Ingraueſcēte. [Charitate] Chariſtia, & inopia. [Minime vtilis] Quia hoc idem cognouerat aliàs periculoſum fuiſſe libertati Romanæ. [Interpellandi] Impediendi. [Obſtrepente] Vociferante, & tumultuante plebe.

Ascan. IN quancunq;, &c.] Recitat fiduciam alterius Scipionis, vtpote Naſicæ, purgans quodāmodo, quod tm̄ in vno cognomine immoretur, ac dicens. [In quamcunq; partem exemplorum memorabilium, conuertor] Hoc eſt me conuerto, & animum applico, neceſſe eſt, vt ſup. hæream. i. immorer, velim, nolimue in cognomine Scipionū. Enim ꝓ quia, cui licet, q. d. nulli præterire hoc loci. i. in hoc loco, vbi de fiducia agitur, Naſicam. ſ. Scipionem clariſſimum auctorem animi fidentis. i. fiducialiter audentis, & dicti. i. verbi fidētis. i. ex fiducia dicti. [Charitate]. i. precioſitate, annonæ. i. victualiū increbreſcente. i. crebriore, & auctiore exiſtēte, ac euadente, Caius Curiatius Trib. pl. compellebat Conſules productos in concionem. i. congregationem populi, vt referrēt. i. cōſultationem facerēt, in Curia. i. coram Senatu de frumento emendo, atq; de legatis mittendis ad id negocium. ſ. de emendo frumento explicandum. i. vt dicūt expediendum. [Cuius inſtituti]. id eſt, moris, minime vtilis ſ. Reip. (quia per hoc ærarium penitus exhæriret ſi in publica famæ, ex ærario frumentum ematur) interpellandi. i. impediēdi. [Naſica cepit ordiri]. i. ordine contexere, & dicere, actionē contrariam. i. qua agebat ad non emendum publicè frumentū, deinde plebe obſtrepente. i. ſtrepitu, & murmure orationē eius turbante, inquit ò Quirites, quæſo tacete, ego. n. plus intelligo quid expediat Reip. quā vos omnes, [Egerunt]. i. oſtenderūt auctoritatem eius. ſ. Naſicæ, maiorem ſup. eſſe, quā reſpectum alimētorum ſuorum, & hoc ſilentio pleno venerationis, quia qui cum loqui velit, ſilet, vt alter loquatur, illum veneratur.

DE LIVIO SALINATORE.

*Liu. lib. 27. L*IVII quoq; * Salinatoris æterna memoria auctoritate tradendus animus, qui cum Haſdrubalem, exercitumq; Pœnorum in Vmbria deleſſet, & ei diceretur, Gallos, ac Ligures ex acie ſine Ducibus, & ſignis ſparſos, ac palantes parua manu opprimi poſſe: reſpōdit, in hoc eis oportere parci ne hoſtibus tantæ cladis domeſtici nuncii deeſſent.*

Oliv. LIVII quoque Salinatoris. Hoc fuit ſecundo Pun. bello: nā cum Haſdrubal cum multis millibus hominum in Italiam deſcendiſſet, vt ſe Hannibali fratri coniūgeret, ꝙ ſi factum fuiſſet, omnium ferme iudicio actum fuiſſet de Imperio Rom. Eo forte anno Cōſules erāt, Claudi* Nero, & Liu. Salinator. Claudio prouincia euenerat Hannibal. Liuio vero Haſdrubal, forte nuncii, qui ad Hannibal. cum litteris mittebantur à fratre, à vagis per agros populatoribus Rom. intercepti ad Claudium Conſulem deducuntur, qui lectis literis per interpretes, & ex captiuis percunctatione facta non eſſe tempus ratus, quo conſiliis ordinariis prouinciæ quiſque ſuæ finibus per exercitus ſuos cū hoſte deſtinato à Senatu bellum gereret, literis Haſdrubalis Romam miſſis ad Senatum, edoctiſque patribus, quid ipſe pararet, quid item illis parandum eſſet de toto exercitu, ꝙ roboris erat, delegit ſex millia peditum, decem millia equitum, & ad collegā quantis maximis itineribus potuit contendit. [Noctu clam hoſtibus Romana caſtra ingreſſis,] Suadet collegæ prima luce, pugnam cum hoſte ſuſcipere, multis in cōtrarium conſentibus, tantiſper differendam eſſe, donec feſſum via, & vigiliis reficeret militem, ille ne conſilium ſuum, qđ totum celeritas feciſſet, morando temerarium faceret, initat pugnæ ſignū dari, quo facto ſequēti die in aciem vtrinq; deſcenſum eſt, ſed id moram attulit pugnæ, ꝙ Haſdrubal prouectus ante ſigna cū paucis ſcuta vetera hoſtium notauit, quę antea nō viderat, ſtrigoſiores equos vidit, & auctum exercitum Rom. cognouit. Territus quamprimum receptui cani iubet, ſequenti nocte tacitus aufugit, quem Rom. exercitus prima luce inſecutus apud Metaurū Fluuium, quem ille tranſnare nequiuerat, aſſecutus eſt, ibi cōſerto prœlio quinquaginta ſex millia hoſtium cum ipſo Imperatore cæſa, quinq; millia, & quadraginta capta ſunt, deniq; reddita eſt æqua Cānenſis clades, in eo igitur prœlio tāta ſanguinis, & cædis ſocietas cœperat Rom. victores, vt poſtero die cum eſſet nūciatū Liuio Gallos Ciſalpinos, Ligureſq;, que aut prœlio non affuiſſent, aut inter cædem aufugiſſent, vno agmine abire ſine certo duce, ſine ordine vllo, aut imperio poſſe, ſi vna equitum ala mittatur omnes deleri. Sunt aūt Liu. qui ſup ſint aliqui nuncii, & hoſtium cladis, & virtutis noſtræ. [In Vmbria] Vmbria inter Sabinam, & Tuſciam poſita eſt teſte Strab. qui dicit li. 5. Cæterum in Sabinæ, & Tuſcię medio Vmbria iacet, monteſq; tranſgreſſi vſq; Ariminum Rauēnamq; ꝓcedūt, & ideo à multis pars Tuſcię dicitur in iugis Apennini mōtis poſita in parte Italiæ. Sunt autem loca iuxta Spoletum dicta Vmbria à vocabulo græco, quod eſt ὄμβρος. i. imber, eo ꝙ vetradunt hiſtoriæ tempore aquoſæ cladis, imbribus ſuperuenit. Sunt qui dicant nunc appellari patrimonium.

Ascan. LIuij, &c.] Recitat aliorum fiduciam, & primo Salinatoris dicens, Animus quoq; Liuii Salinatoris tradendus ſup. eſt æternæ memoriæ. Q. ſ. Salinator, cum deleſſet pro delcuiſſent in Vmbria regione illa Italiæ, Haſdrubalem ducem Carthag. Et exercitum Pœnorum, cum quibus Galli Ciſalpini pugnauerunt, & diceretur. ſ. ab exploratoribus ei. ſ. Salinatori Gallos, ac Ligures, quorū nobiliſſimi ſunt Genuenſes, ſparſos ac palātes. i. vagantes ex acie. i. extra aciem ſine ducibus, & ſignis poſſe opprimi parua manu. i. paruit copiis reſpondit oportere parci eis. ſ. Gallis, & Liguribus in hoc. i. ad hoc, ne nuncij domeſtici tantæ cladis deeſſent hoſtibus.

DE P. FVRIO PHILO.

*B*ELLICA *hæc præſtantia animi togata illa, ſed nō minus laudabilis, quam Pub. Furius Philus Coſ. in Senatu exhibuit. Q. enim Metellū, Q. q; Pompeium Conſulares, viros vehementer inimicos ſuos, cupidam ſibi profectionem in prouinciam Hiſpaniam, quam ſortitus erat identidem exprobrantes, legatos ſecum illuc ire coegit: fiduciam non ſolum fortem, ſed pene etiam temerariam exhibens, quæ duobus acerrimis odijs latera ſua cingere auſa eſt: vſumq; miniſterij vix tutum in amicis, è ſinu inimicorum petere ſuſtinuit.*

BELLICA hæc] Fiducia P. Furii pene accuſanda magiſque probāda quippe qui ſibi acerrimos inimicos Quin. Metellum, Q. q; Pompeium in adminiſtratione prouinciæ legatos aſſumere non dubitauerit, eorumq; conſilio, & ope iuuari, à quibus cauendum maxime videretur. [Togata] Quia in vrbe hoc factum fuit. [Pene temeraria] ideo dixit pene, nequid grauius in tantum virum dixiſſe videretur. [Vſumq; miniſterii]. ſ. bellici. quod miniſterium vix amicis tuto committitur, id inimiciſſimis demandauit. Oliv. Furi* Philus.

Ascan. BEllica, &c.] Aſſert fiduciam plenā animoſitatis Furii Phili. Hæc præſtantia animi. ſ. iam dicta eſt ſup. bellica. i. in bello oſtenſa, illa. i. quam dicturus eſt, eſt ſup. [Togata]. i. domi oſtenſa, ſed non minus laudabilis, q̄. ſ. fiduciam Pub. Furi* Philus Cōſul. i. cū eſſet Conſul, exhibuit in Senatu. Enim pro quia, ipſe coegit Q. Metellum, Q. q; Pompeium viros cōſulares. i. qui iam Cōſulatū geſſerāt, vehementes inimicos ſuos exprobrantes. i. opprobrio dantes identidem. i. interdū, aut aliqñ, ſibi. ſ. Philo profectionem cupidam. i. cupiditatem profectionis in Hiſpaniam prouinciā quam erat ſortitus. i. quam ſorte obtinebat cum altero Cōſule miſſa, coegit dico eos ire ſecū illuc, id eſt in Hiſpaniam legatos, id eſt ad hoc miſſos, vt ſecundarā

illi

illi operam nauarent, ad hoc.n. legati Imperatoribus dab[illegible], & vt ex hoc loco patet; Imper ſibi legatos, quos volebat pronūciabat, ſicut Dictator Magiſtrum Equitum. Cogit inquam exhibens.i.oſtendens eo facto, fiduciam non ſolum fortem, ſed etiam pene.i.quaſi temerariam, quæ ſ. fiducia auſa eſt cingere latera ſua duobus acerrimis odijs.i.viris ſe odio habentibus, & quæ ſuſtinuit.ſ. præualuit petere è ſinu inimicorum vſum miniſterij.ſ. legationis, vix tutum in amicis, quia etiam amici detrectant ſubinde fortiter agere ad gloriam alterius augendam.

DE L. CRASSO.

*Cic. Ver. 5. hic li. 6. cap. 3. *CVIVS * factum, ſi cui placet, neceſſe eſt L. etiam Craſſi, qui apud maiores eloquētia clariſſimus fuit, propoſitum non diſpliceat, nam cum Conſul prouinciam Galliam obtineret, atq; in eam Cn. Carbo, cuius patrem damnauerat, ad ſpeculanda acta ſua veniſſet, non ſolum eum inde non ſummouit, ſed inſuper locum ei in tribunali aſſignauit, nec vlla de re, niſi eo in conſilium adhibito, cognouit. Itaq; acer, et vehemens Carbo, nihil aliud Gallica peregrinatione conſecutus eſt, quàm vt animaduerteret, ſontem patrem ſuum, ab integerrimo viro in exilium miſſum.*

OLIV. CVIVS factum, ſi cui placet] L. Craſſus Cn. Carbonis, de quo nunc agitur patrem damnauerat, Prætores aliquot damnati fuerāt, eo quod auarè, & crudeliter prouincias adminiſtrauerant, ſed hic Cn. Carbo damnatus fuerat, ꝙ cum C. Graccho, & Fuluio Graccho, triūuiris pro diuidēdo agro creatis ſeditionem concitauerat, bello etiam aduerſus Cymbros infœliciter pugnauerat, hic quoq; Trib. pl. rogationem tulerat, vt eundem Trib. pl. quoties vellet creari liceret, quam rogationem P. Scipio grauiſſima oratione diſſuaſit, Gracchus contra ſuaſit, his igitur de cauſis L. Craſſus eum damnatum exulare coegit. [Ad ſpeculanda acta ſua veniſſet,] Nunquid iniuſtū, minuſue honeſtum aliquid in prouincia committeret, cum ius ꝓuincialibus hominibus diceret.

ASCEN. CVius factum, &c.] Aptiſſimo contextu (vt ferè ſemper) ſubnectit fiduciā Craſſi oratoris ſane quàm mirabilem, & q̄ oſtendit oratorem aptè diffinitum virum bonum, dicendi peritum. Ordo eſt Cuius.ſ. Philiſ factum, ſi placet cui.i. alicui, neceſſe etiam vt ſup. propoſitū Lucij Craſſi, qui fuit clariſſimus eloquentia apud maiores ſup. noſtros, non diſpliceat, immo & placeat eidem. Nam cum Conſul obtineret Galliam prouinciam, atq; Cn Carbo cuius patrem Craſſus ſup. damnauerat.ſ. exilio, veniſſet in eam,ſ. prouinciam. [Ad ſpeculanda acta ſua] ſ. Craſſi, non ſolum non ſubmouit.i. nō depulit eum. C. Carbonē, inde.i. de prouincia ſua, quod tā potuiſſet, ſed inſuper aſſignauit ei.ſ. Carboni locum in tribunali.i. in ſede iudiciaria, nec cognouit i. & non decreuit, aut diſquiſiuit iudicare de vlla re, niſi eo ſ. Carbone adhibito in conſilium. Itaq; . i. & ſic Carbo acer, & vehemens.ſ. vltor, ſi potuiſſet paternæ damnationis, nihil aliud conſecutus eſt ex peregrinatione Gallica, quàm animaduerteret.i conſideraret, patrem ſuum ſontem.i. culpabilē, & ſic meritum eſſe miſſum in exilium ab integerrimo viro, vt qui in oculis inimici omnia gerere audebat.

DE CATONE SVPERIORE.

CATO verò ſuperior, ſæpenumero ab inimicis ad cauſæ dictionem vocatus, nec vllo vnquam crimine conuictus, ad vltimum tantum fiduciæ in ſua innocētia repoſuit vt ab his in quæſtionem publicam deductus, T. Gracchum, à quo in adminiſtratione Reipub. ad multum odium diſſidebat, iudicem depoſceret. Qua quidem animi præſtantia, pertinaciā eorū inſectandi ſe inhibuit.

OLIV. Cato quoties accuſatus. CATO verò ſuperior] Hic Cato teſte Plin. quadragies quater accuſatus, & glorioſiſſimè ſemper abſolutus eſt. Plut. vero quinquagies dicit fuiſſe accuſatum, nam calumniarum, inquit in Rep. Cato non fuit expers, nam vbicunq; inimicis accuſationis argumentum, accuſationemq; præſtabat, in cauſa dicenda magno cū diſcrimine vexabatur, ferme.n. quinquagies ei diem dictam eſſe ferunt: poſtremo ſex & lxxx. natus annos accuſatus, vulgatum illud dixiſſe aiunt, difficillimū eſſe, cum inter alios homines vixerim, apud alios de his criminibus reſpondere, quæ ab aduerſarijs obiecta ſunt, vt in cap. de ſtudio & induſtria dicturi ſumus. [A quo in adminiſtratione Reip. diſſidebat] Obtrectationem enim egit cum Tib. nam vterq; in Hiſpania præclara facinora ediderat.

ASCEN. CAto vero ſuperior vocatus].i. in ius, ſæpenumero ab inimicis ad dictionem cauſæ.i. ad defenſionem ſui, nec cōuictus vnquam vllo crimine (vt Oliu. diligenter recitat, quo circa quæ adducerem, ſi ille non adduxiſſet, ſciens, voleſq; prætereo) repoſuit ad vltimum.ſ. vitæ tantum fiduciæ in innocentia ſua, vt deductus ab his.ſ. inimicis ſuis in quæſtionem.i. inquiſitionem publicam.i. factam aut faciendam à magiſtratu publico. depoſceret.i. de multis poſceret iudicem.ſ. cauſæ ſuæ Tiberium Gracchum a quo diſſidebat.i. diſſentiebat, & ſimultatem fouebat in adminiſtratione Reip. ad, id eſt vſq; ad multū.i. copioſum odium. [Qua quidem præſtantia].i. inuincibilitate animi, inhibuit pertinaciam eorum ſ. inimicorū ſuorū inſectādi ſe.ſ. Catonē, quia amplius non auſi ſunt eum inſectari.

DE M. SCAVRO.

*EADEM * M. Scauri fortuna, æque ſenectus longa, ac robuſta, idem animus, qui cum pro roſtris accuſaretur, quòd à Rege Mithridate ob Remp. prodendam pecuniam accepiſſet, cauſam ſuam ita egit: Eſt enim Quirites iniquum, cum inter alios vixerim, apud alios me rationem vitæ reddere. Sed tamen audebo vos, quorum maior pars honoribus, & actis meis intereſſe non potuit, interrogare: Varius Sucronenſis M. Aemilium Scaurum Regia mercede corruptum, Imperium Pop. R. prodidiſſe ait: M. Aemilius Scaurus huic ſe affinem eſſe culpæ negat, vtri creditis? Cuius dicti admiratione populus commotus, Varium ab illa dementiſſima actione pertinaci clamore depulit.*

* Quint. li. 5. c. 12. Plin. de vir. illuſt. & Aſc. accuſatū volūt, quod ſocios ad arma cōcitaſſet, vt forte Val. velit id factum auct. Mithridate. hic lib. 8. cap. 6.

OLIV. EADEM M. Scauri] Comparat, & magnitudinem animi, & longitudinem vitæ M. Scauri ætati, magnitudiniq; animi Catonis Val. ſed diſſentit ab alijs ſcriptoribus, nam Plin. de vir. Illuſtr. dicit accuſatum fuiſſe, ꝙ conſilio eius bellum ſociale concitatum eſſet, Aſconius Pedianus refert à Q. Vario accuſatum fuiſſe, cum ob negatam ſocijs Latini nominis ciuitatem, nobilitas infeſta eſſet. Q. Varius Trib. pl. legem tulit, vt q̄ſtiones haberentur eorum, quorum opera ſocii contra P.R. arma ſumpſiſſent, inimici primo M. Scauri exiſtimantes, ſe inueniſſe rationem opprimendi Scaurū, egerunt, vt in iudicium traheretur, accuſatus, quod pecunia corruptus excitaſſet arma cōtra P.R. hic eo tempore ægrotabat, amici, & cognati hortabātur, ne vellet contra valetudinem ad quæſtionem accedere, ille ſua magna innocentia fretus, maximaq; pectoris fiducia munitus in forum deſcendit, & paucis verbis cauſam dixit, nā Q. Varius, inquit M. Scaurum Regia pecunia corruptum Remp. prodere voluiſſe, M. Scaurus huic ſe culpæ affinem eſſe negat, vtri magis credendum eſt. [Inter alios quàm inter vos] Nam apud maiores veſtros vixi, vos autem vitam meam per ætatem noſcere non poteſtis. [Apud alios] Quàm apud vos. [Varius Seuerus Sucronenſis] Aſconius dicit Varium Hiſpanum fuiſſe nominatum. [Pertinaci clamore] Quia accuſatori ab omnibus vehementer fuit ſucclamatum.

ASCEN. EAdem, &c.] Vt filum propoſitum conſeruaret, comparat Scaurū Catoni, dicens. [Eadem fortuna] Quæ.ſ. Catonis, fuit ſup. Marci Scauri, quia ſimiliter ſæpè accuſatus eſt, cum eſſet innocēs. Et ſenectus ſup. eius fuit æquè longa, ac robuſta, vt ſup. Catonis, & idem aius ſup. fuit, qui cum accuſaretur pro roſtris.i. ante roſtra.i. locum illū, vnde publica pronunciabantur edicta, & ita in conſpectu totius populi, ꝙ accepiſſet pecuniam à Mithridate Rege.ſ. Bithyniæ, ob Remp. prodendam, egit cauſam ſuam ita.i. ſic ſe purgauit. [Eſt enim].i. enim vero, hoc eſt certe, ò Quirites iniquū, cū vixerī inter alios.ſ. patres veſtros, q ferè mortui ſunt, me reddere rationē vitæ, apud alios.ſ. vos, q.d. poſt tanta interualla temporū. [Sed tā].i. nihilo minus audebo interrogare vos, quo dum maior pars non potuit.ſ. per ætatem, intereſſe honoribus, & actis meis, (interrogato autē talis

erat) Varius Seuerus Sucro.i.ex Sucrone oppido Hiſpaniæ iuxta Sucronem fluuium qui labitur inter Carthaginem nouam, & Hiberum fluuium vt auct. eſt Strab.li.3. Sic autem verior eſt lectio quam ſi Veronen. legatur Hiſpanus enim fuit Ait M. Aemilium Scaurum, & ita ciuem Rom. Pulchrè autem de ſe in tertia perſona loquitur, vt quiuq; de ſe, aut nomine ſuo magnificè ſentiunt vt Aeneid.5. Quæ munera Niſo digna dabis, &c. corruptum mercede prodidiſſe. ſ. Mithridati Imperium P. R. Aemilius Scaurus negat ſe aſſe affinem, Id eſt vel proaimũ huic culpæ, vtri creditis. ſ. vtrum homini peregrino, & nihil de vobis merito, an ciui tot annos apud vos tam innocenter, & fortiter verſato. Cuius dicti admiratione P.R. commotus, qa naturale eſt ſuis plus quam cæteris tribuere, depulit pertinaci clamore Varium ab illa dementiſſima.i. dementiſſimè cœpta actione. ſ. contra Scaurum.

DE M. ANTONIO.

* Auctor lib. 6.c. 8.

CONTRA * *M. Antonius ille diſertus, (non.n. reſpuendo, ſed amplectendo cauſæ dictionem, quã innocens eſſet, teſtatus eſt) Quæſtor proficiſcens in Aſiã Brunduſium iam peruenerat: vbi literis certior factus, inceſti ſe poſtulatũ apud * L. Caſſium Præt. cuius tribunal propter nimiam ſeueritatem Scopulus reorum dicebatur: cum id vitare beneficio legis Memmiæ liceret: quæ eorum qui Reip. cauſa abeſſent: recipi nomina vetabat: in vrbem tamen recurrit, quo tam pleno fiduciæ bonæ conſilio, tum abſolutionem celerem, tum profectionem honeſtiorem conſecutus eſt.*

* De hoc Caſsio lege Cic. p Roſc. Amer. & Aſco. in Milon.

OLIV.

CONTRA M. Antonius ille] Hic eſt ille M. Antonius orator, quem Cic. lib. de orat. loquentem inducit. hic Quæſtor in Aſiam proficiſcebatur, & cum Brunduſium vſque perueniſſet, amicorum literis certior factus, crimine inceſti accuſatum, omiſſo quod iam inceperat itinere, Romam reuerſus eſt, quamuis lege Memmia accuſationem iſtam vitare potuiſſet, ibiq; cauſam ſuam tanta cum eloquentia, & laude peregit, vt ſtatim abſolutus fuerit: & deinde ſecurior, & honeſtior in prouinciam proficiſceretur; quanquam etiam fide ſerui, quẽ iudices in quæſtionibus habere voluerunt, adiutus defenſusque fuerit, vt videbimus in cap. de fide ſeruorũ. [Cauſæ dictionem] Defenſionem cauſæ. [Poſtulatum] Accuſatum, & tunc iungitur, cum genitiuo, vt poſtulo te furti. [Inceſti] Committitur, inceſtus cum virgine ſacrata, cum parente, cum ſorore, cũ ſanguine coniuncta, dictus vel nõ caſtus vel à ceſto Veneris zona. [Scophulus reorum] Nam quemadmodum nauigantes ſcopulo alliſi naufragium faciunt, ita apud tribunal huius, qui accuſabantur, pro maiori parte periclitabãtur. [Mẽmiæ legis] Quã Mæmmius tulit de his, qui publicè mitterentur in prouincias ad publica negocia peragenda, vt ſi accuſarentur eorum nomina à iudicibus non admitterentur. [Abſolutionem celerem] Nam ſi non rediiſſet, abſolutus non eſſet, donec annuum magiſtratum perfeciſſet, & ſic in vrbem rediiſſet crimine grauis.

ASCEN.

COntra].i. contrario modo ſup. fecit M. Antonius, ille ſcilicet orator clariſſimus, & diſertus, id eſt dicendi peritus (non.n. teſtatus eſt, quàm.i. quantum innocens eſſet reſpuendo dictionem cauſæ. i. defenſionẽ, ſed amplectendo, quia pro ſe cauſam dicere voluit) Quæſtor.i. publicæ pecuniæ debitorum inquiſitor, & debiti receptor, proficiſcens in Aſiam, peruenerat Brunduſiũ.i. ad oppidũ illud maritimũ in Italia, vbi factus certior.i. edoctus literis.ſ. ad ſe miſſis, ſe poſtulatũ ſ. ad ſuppliciũ, hoc eſt accuſatum inceſti.ſ. crimine apud L. Caſſium Prætorẽ, cuius tribunal dicebatur ſcopulus.i. præcipitium, aut naufragium reorum, quia rari admodum inde ſalui euaſerant, aut nauigauerant, propter nimiam ſeueritatem.i. rigorem exactæ iuſtitiæ, cum liceret vitare id.ſ. tribunal, beneficio legis Memmiæ, quæ.ſ. lex, vetabat nomina eorum qui abeſſent cã Reip. recipi.ſ. ad accuſationem, aut ad litem ſubeundã, tantiſper, dũ abeſſent, tamen recurrit in vrbem. [Quo conſilio pleno tam bonæ fiduciæ, conſecutus eſt].i. obtinuit tum.i. ſimul abſolutionem celerem, tum.i. ſimul profectionem honeſtiorem, quia meliorem de ſe opinionem relinquens abiit in prouinciam.

THEO.

VEronenſis] Alij codices habent Sucronenſis. Aſconius etiã Pedianus Hiſpanum fuiſſe ſcribit. [Memmiæ,] Quædam exemplaria legunt Mæuiæ.

DE SENATV ROMANO.

SVNT *& illa ſpecioſæ fiduciæ publica exempla. nã cum eo bello, quod aduerſus Pyrrhum gerebatur, Carthaginenſes. * centum ac triginta nauium claſſem in præſidium Romanis Hoſtiam vltrò miſiſſet, Senatui placuit, legatos eorum ad Ducem ire, qui dicerent P.R. bella ſuſcipere ſolere, quæ ſuo milite gerere poſſet: proinde claſſem Carthaginem reduceret. * Item poſt aliquot annos Cannenſi clade exhauſtis Romani Imperij viribus, ſupplementum exercitus in Hiſpaniam mittere auſus, fecit, ne hoſtilium locus caſtrorum, tum maximè Capenam * portam armis Hannibale pulſante, minoris veniret quam ſi illum Pœni non obtinerent: ita ſe gerere in aduerſis rebus, quid aliud eſt, quàm ſæuientem fortunam, in adiutorium ſui, pudore victam conuertere.*

* Iuſt. li. 18. ſed 100. & 20 ſcrib. Dux erat Mago.

* Liuius lib. 26.

* Ad portam Colli nam progreſſu Hinibalem ſec. Liu.

OLIV.

SVNT & illa] Mago Carthaginienſes Dux in auxiliũ Ro. cum ducẽtis & triginta nauibus miſſus, vt tradit Iuſtinus, Senatum adijt dicens, ægrè pati Carthaginenſes, vt in Italia Ro. à peregrino hoſte infeſtaretur, & qm̃ externo hoſte premerent, auxiliũ miſiſſe, vt externis quoq; opibus adiuuarentur, gratiæ à Senatu actæ, & naues remiſſæ ſunt, quia diceret, Romanos ea bella ſuſcipere ſolere, quæ ſuis viribus gerere poſſent. [Vltrò] ſpont.] Nõ rogati, [Suo militæ] Specioſa locutio, cum ſingularem pro plurali numero ponimus, vt armato milite complent. [Idem poſt aliquot] Cum à Romanis obſideretur Capua, Hannibal, vt ab ea obſidione Ro. abſtraheret, quia non aliter ſocijs ſubueniri poſſet videbat, ad oppugnãda vrbem Rom. exercitum duxit, & ad Anienem fluuium tria millia paſſuum ab vrbe caſtra locauit, ibi cum ſtatiua haberet, Senatus milites in ſupplementum Hiſpaniæ miſit, & agrum in quo eſſent hoſtes, publicè vendidit, quod vbi per captiuos cognitum eſt Hannibali, id adeo ſuperbum, adeoq; indignum ſibi viſum eſt, qđ cum ipſe ad mœnia vrbis Ro. armatus ſederet, milites ſub vexillis in ſupplementum aliarum prouinciarum mitterentur, & agrũ ſoli, quod ipſe bello captum poſſideret, haberetq;, Romæ inuentum emptorem eſſe, qui nihil diminuto precio mercaretur, vt extemplo vocato præcone tabernas argentarias, quæ circa forum Romanum eſſent iuſſiſſet venire, ſed emptor non eſt inuentus. [Venderetur. [Pudore victam,] Quia fortunam quodammodo pudet, cum viderit illum in quem toties ſæuitiam exercuit, adeo fortem atq; magnanimum eſſe.

ASCEN.

SVnt & illa, &c.] Poſt ſingulorum fiduciam agit de totius Senatus fiducia, de qua dicit ſic. [Sunt &].i. etiam illa exempla publica.i. totius Senatus, per quem Reſp. ferè gubernabatur, ſpecioſæ.i. honeſtæ fiduciæ. [Nam cum Carth.] Qui tum Romanis amici erant, miſiſſent Rom. vltro.i. non rogati in pſidium.i. ad protectionem, ea bello quod gerebatur.i. à Romanis aduerſus Pyrrhum regem Epiri, claſſem centum, ac triginta nauium, Hoſtiam.i. ad illud vſq; oppidum ſuper Tyberim ſitum, placuit Senatui legatos ire.i. vt legati irent ad Ducem eorũ.ſ. Carth. videlicet Magonẽ, qui dicerent P.R. ſolere ſuſcipere bella, q̃ poſſet gere ſuo milite, proinde.i. & ideo reduceret claſſem Carth.ſ. vnde abduxerat eam. [Idem].ſ. Senatus Rom. auſus mittere ſupplementum exercitus in Hiſpaniam, viribus Romanis exhauſtis.i. licèt vires Romanæ eſſẽt exhauſtæ, aut vbi erãt exhauſtæ, clade Cannenſi.i. accepta apud Cannas poſt aliquot annos.i. aliquot annis poſt bellum cũ Pyrrho geſtum, fecit.ſ. per eam fiduciam ne locus caſtrorũ hoſtilium.i. vbi hoſtes caſtra habebãt, veniret.i. venderetur Romæ minoris.i. minori precio, quàm ſi Pœni nõ obtinerẽt illũ, Hãnibale pulſante.i. q̃uis Hannibal pulſaret, maximè tum.i. tunc pcipuè, armis ſ. inualidis portã Capenã.i. qua itur Capuam, quæ Capua tunc ab Hãnibale tenebatur, Gerere ſe ita.i. tam cõfidẽter in rebus aduerſis, quid aliud eſt, q̃ fortunã ſæuientẽ cõuertere in adiutorium ſui.i. quo ſe iuuaret, victã pudore, q.d. nil aliud eſt. Immo poſt illud factũ fortuna, quaſi pœnitẽtia ducta à parte Ro. ſtetit.

DE ACCIO POETA.

MAGNO *ſpatio diuiſus eſt à Senatu ad poetam Accium tranſitus. Cæterum vt ab eo decentius ad externa tranſeamus, producatur in medium. Is Iulio Cæſ. ampliſſimo, & florentiſſimo viro in col-*

* Sent. Iuliũ Cæſ. Coſ. videtur intelligere.

legium

legium poetarum venienti nunquam aſſurrexit:non maieſtatis eius immemor,ſed quòd in comparatione communium ſtudiorum, aliquanto ſuperiorem ſe eſſe confideret,quapropter inſolĕtiæ crimine caruit, quia ibi voluminum,non imaginum certamina exercebantur.

OLIV. MAGNO ſpatio] Quanquã inquit, à Senatu ad poetam Accium tranſitus videtur abruptus,tñ vt aptius, atque decentius ad cetera tranſeamus,eius exemplum in medium proferemus.[Collegium] C. Cæſar in collegiũ poetarum ſe coaptari voluit. [Voluminũ] Qui plura carmina edidiſſet,non præclara belli facinora geſſiſſet.

ASCEN. MAgno ſpacio, &c.] Ne ineptus videatur tranſitus à Senatu ad poetam vnum,pulchre purgat dicens.Tranſitus a Senatu ad Accium poetam eſt diuiſus magno ſpacio,cęterum .i. ſed,vt nos tranſeamus decentius ab eo.ſ. Accio poeta ad externa ſup.exempla,quorũ prima de poetis erũt, producat ſup. Accius in medium.[Is].ſ.Accis poete, nunquam aſſurrexit.i. nunquam ſurgendo in aduentu honorem præbuit Iulio Cæſari viro ampliſſimo & floĕtiſſimo venienti in collegium poetarũ,nõ immemor maieſtatis eius.ſ.Iulij Cæſaris, hoc eſt ſciẽs quidem,quãta eſſet maieſtas eius,ſed q́ conſideret ſe eſſe ſuperiorem. ſ.quam Iulium, aliquanto in comparatione cõmuniũ ſtudiorũ, videlicet artis poeticæ,quapropter Accius caruit crimine inſolentiæ.i.ſuperbæ arrogantiæ,quia certamina voluminum.i.librorum à ſe editorũ,& non imaginum. i.ſtemmatum maiorum exercebãtur ibi.i.in eo collegio poetarum, per quod innuit auctor aliquem in vno loco præferendũ, qui in alio poſthabendus ſit, vt ſacerdos in adminiſtratione ſacramentorum, vel Regi præferendus eſt, qui in cœnis diuitum etiam ciui,ſępe poſtponitur,quod quàm decenter faciant viderint ipſi.

EXTERNA.

DE EVRIPIDE TRAGICO.

* Et Cic. Acciũ fabulam docuiſſe,ſcr. in Bruto.

*NEC Euripides quidem Athenis arrogans viſus eſt,cum poſtulante populo,vt ex * tragœdia quandam ſententiam tolleret:progreſſus in ſcenam, dixit; ſe vt eum doceret:non vt ab eo diſceret,fabulas componere ſolere. Laudanda profectò fiducia eſt:quæ æſtimationem ſui,certo pondere examinat, tantum ſibi arrogans, quantum à contemptu, & inſolentia diſtare ſatis eſt. Itaq; & quòd Alceſtidi tragico poetæ reſpondit, probabile:apud quem cũ quæreretur,quòd eo triduo non vltra tres verſus maximo impenſo labore deducere potuiſſet: atq; is, ſe centum perfacile ſcripſiſſe gloriaretur: Sed hoc,inquit,intereſt,quò tui in triduum tantummodo,mei vero in omne tempus ſufficient, alterius enim fœcundi curſus ſcripta intra primas memoriæ metas corruerunt: alterius cunctante ſtylo elucubratum opus,per omne æui tempus plenis gloriæ velis feretur.*

OLIV. Euripidis genus. NEC Euripides quidẽ Athenis] Tragicus iſte poeta fuit clariſſimus,vt ſupra diximus, Euripides dictus eſt.Priſ. lib.2.de octo partibus orationis ab Euripo ee maris parte,quæ eſt inter Eubœam,& Bœotiam, quia eo die natus ſit quo Athenienſes,cum Perſis in Euripo bellum gerentes, victoriam ſunt conſecuti,de cuius progenie atq; fortuna, hæc Gellius.Euripidi poetæ matrem Theopompus,agreſtia olera vendentem victum quæritaſſe dicit,patri aũt eius nato illo reſponſum eſt à Chaldęis,eum puerum cum adoleuiſſet,victorem in certaminibus fore. id ei puero fatũ eſſe pater interpretatus, athletam debere eſſe roborato,exercitatoq; filii corpore Olympiam certatorum enim inter athletas pueros deduxit,ſic primo quidem in certamine per ambiguam ætatem receptus non eſt, poſt Eleuſino Theſeo certamine pugnauit,& coronatus eſt,mox à corporis cura ad excolendũ animi ſtudiũ trãſgreſſus,auditor phyſici Anaxagoræ, & rhetoris Prodici: in morali aũt philoſophia Socratis,tragędiã ſcribere nat* annos duodeuiginti adortus eſt.Philocorus refert in inſula Salamine ſpelũcã eſſe tetrã, & horridam,in qua Euripides tragędiam ſcriptitauit,mulieres fere omnes maiorem in modum exoſas ſibi fuiſſe dicitur, ſiue quod abhorruerit à mulierum coitu,ſiue quòd ſimul duas vxores habuerat,quòd id decreto ab Athenienſibus ius eſſe, quarũ matrimonium portendebat ius odij in mulieres Ariſtoph. meminit.de cuius morte dicitur in cap.de morte non vulgari,hic nonaginta duas,dicitur ſcripſiſſe tragędias,in quibus decies quinquies,victor euaſit, cum in theatro diuerſarum poetarũ tragędiæ recitarentur, cuius patrem Mneſarchũ, matrem Clitonem fuiſſe legimus.[A contemptu,& inſolentia] Duæ extremitates ſunt,quarum vtraq; vitioſa eſt,audacia,& timiditas,virtuti tamen audacia propior eſt inter has media eſt fiducia virtus. [A contemptu] Quantum ad timiditatem. [. Inſolentia] Quantum ad audaciam.[Deduces] Tranſlatio ſumpta à filantibus, quæ tenuiter fila deducunt,præſertim,quæ præcioſa eſſe volũt. Eodem modo qui magnæ auctoritatis,& põderis carmina cõdunt,deducere dicuntur. Virgil. in Bucolicis. Paſcere oportet oues,deductum dicere carmen.[Fœcundi curſus] Quia ee eius ore facile carmina currebant. [Gloriæ] Quia per vniuerſum orbem eius carmina celebrantur.

Deducere verſus.

ASCEN. NEc quidẽ].i.non etiam Euripides poeta tragicus, viſus eſt arrogans, Athenis,cum.i.qñ,populo poſtulãte, vt tolleret.i.demeret,ex tragœdia.ſ.quã fecerat, quandã ſententiam.i.dictum,cuius ſententia diſplicebat,progreſſus in ſcęnam vbi tragœdiæ agebãtur,dixit ſe ſolere cõponere fabulas, vt doceret eum.ſ.populũ,nõ vt diſceret ab eo,& ita innuit ſententiam illam,licèt diſpliceret laudandã eſſe, vnde ait auctor.[Profectò].i.reuera,fiducia ſup.Euripidis,laudãda ſup.eſt,quę examinat.i.penſat, & diſcernit æſtimationem. i. appretiationem ſui,certo.i.debito pondere,arrogans.i.ſumens, ac vendicans ſibi tm̃,quantum ſatis eſt diſtare à contemptu.ſ.ſui,quo contemnatur,& inſolentia.i.inſolenti arrogantia,quæ alios cõtemnat, quæ duo videntur extrema.[Itaq;].i.& ita etiam probabile.i. commendabile eſt, id quod ſup. Euripides reſpondit Alceſtidi poetæ tragico.apud quem.ſ.Alceſtidẽ, cũ.ſ. Euripides, quæreretur.i.familiariter,q́ non potuiſſet deducere.i.perficere ita,vt in locũ tragœdiæ apte deduci poſſent eo triduo.i. ſpacio trium dierum non vltra. i.non ſupra tres verſus, & tamen maximo labore impenſo.[Atq; is].ſ.Alceſtides,gloriaret,ſe ſcripſiſſe perfacile centum,ſup.verſus.Euripides,ſupp.inquit, ſcripſiſti qdẽ centum,& ego non niſi tres, ſed hoc intereſt inter verſus tuos & meos, q́ tui ſufficient perſtare tantũmodo in triduũ, quia quod cito fit cito perit,maximè ſi careat arte. Verò p ſed,mei ſup.verſus ſufficient in omne tempus. Probat autem auctor id dictum eſſe probabile,quia verum.Enim pro quia,ſcripta alterius.ſ.Alceſtidis,curſus fœcũdi.i.vberis partus, aut vt alij legũt ſecundi.i.proſperi ſucceſſus, corruerũt intra primas metas.i.primos terminos memoriæ.ſ.recentis,hoc eſt, quantum durare potuit,poſtquam ſemel eſſent audita memoria, non iterum tranſcripta aut lecta ſunt:opus,alterius.ſ.Euripidis,elaboratũ ſtylo cunctante.i.immorante, & non currente, ſed expectante donec aptus verſus eſſet animo conceptus,feretur per omne tempus æui,velis(tranſlatio à nauibus)plenis gloriæ.

DE ANTIGENIDA.

*ADIICIAM ſcenæ * eiuſdem exemplum: Antigenidas tibicen diſcipulo ſuo magni profectus,ſed parum fęliciter populo ſe approbanti, cunctis audientibus,dixit. Mihi cane, & Muſis,quia videlicet perfecta ars fortunæ lenocinio defecta, iuſta fiducia non exuitur. Quàmq; ſcit ſe laudem meritam eam, & ſi ab alijs non impetrat:domeſtico tamen acceptam iudicio refert.*

* Cice in Bruto.

OLIV. ADIICIAM eiuſdem ſcenæ] Hic muſicæ artis peritiſſimus fuiſſe traditur, & diſcipulum habuiſſe in eo genere non mediocriter eruditum, ſed parum populo gratum, ac propemodum contemptibilem, quod ſæpe fieri ſolet in omni cuiuſq; artis genere,quod cũ vidiſſet eius præceptor, vt oſtenderet artem ex omni parte perfectam, etiam ſi cõtemnatur per ſe tamen ſatis laudabilem aſtantibus cunctis,& audientibus diſcipulo dixit,mihi cane, & Muſis quia videlicet ars perfecta et, ſi à nullo probetur,tamen per ſeipsã ſatis laudabilis eſt. [Adijciam ſcenæ] In ſcæna recitãtibus tragœdias mimis,tibiæ ſemper adhibebantur. [Parum fęliciter populo ſe approbanti] Quia in eo artis parum erat populo gratus. [Lenocinio defecta].i.blanditijs videlicet externa laude deſtituta, nã quemadmodum lenones adoleſcentibus blandiuntur, ſic etiã fortuna

modo huic, modo illi blanditur. & ſauet. [Domeſtico iudicio] Quia ſcit iam ſibi obligeram eſſe laud em.

Ascen. **A**Dijciam, &c.] Affert exemplum fiduciæ in Antigenida tibicine dices. [Adijciam exemplum eiuſdem ſcenæ] . i. quod contigit in ſcæna, dum fabulæ agerentur. [Antigenidas tibicen,]Id eſt cantor in tibijs, & fiſtulis alijs , dixit diſcipulo ſuo magni profectus. i. qui in muſica, & arte canendi in fiſtulis multum profecerat, ſed approbanti . i. exhibenti ad probádum, ſe populo parum fęliciter, quia licèt ex arte caneret, tamen non placebat, dixit inquam, illi diſcipulo cunctis audientibus, cane mihi & Muſis. i. peritis artis, & arti ipſi , aut inuentricibus eius, muſis videlicet, quia ars perfecta defecta. i. deſtituta lenicinio. i. blandimento & applauſu fortunæ, non exuitur fiducia iuſta. i. bona de ſe opinione pro merito [Quamque], i. & quàm (ſunt. n. duæ particulę diuiſim conſtruendę ſic) & refert. i. reportat eam laudem, quam ſcit ſe meritam, etſi. i. quãquam non impetrat ab alijs, tamen refert accepta ſup. à iudicio domeſtico. i. aut conſcientiæ ſuæ, aut eorum qui artem norint, quales ſunt in eodem ludo inſtituti, aut inſtituentes.

DE ZEVSI PICTORE.

ZEVSIS *autem cũ Helenam pinxiſſet: quid de eo opere homines ſenſuri eſſent expectandum non putauit, ſed protinus hos verſus græcos adiecit:*

* Iliad. γ

Οὐ νέμεσις τρῶάς τε, καὶ ἐϋκνήμιδας ἀχαιοὺς
Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν
Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν.

Adeo ne dexteræ ſuæ multum pictor arrogauit, vt ea tãtum forma comprehenſum crederet, quantum aut Leda cæleſti partu edere, aut Homerus diuino ingenio exprimere potuit.

Oliv. Zeuſis pictor. **Z**EVSIS aũt cum Helenam pinxiſſet] Inter primos ſuæ ætatis pictores hic præcipuum locũ obtinuiſſe fertur, quem Plin. tantam ex ea arte gloriã, & opes comperaſſe dixit, vt gratuito pingere & elargiri opera ſua nõ dubitaret, exiſtimans illa non ſatis digno precio poſſe compenſari, dicitur in certamen deſcendiſſe cum Parrhaſio, & ab illo ſuperatus, nam cum detuliſſet vuas tanto ſucceſſu depictas , vt aues in ſcænam aduolarent. Parrhaſius. detuliſſe fertur linteum pictum , ita veritate repreſentata , vt Zeuſis alitum iudicio tumens flagitaret tandem, remoto linteo oſtendi picturam atque intellecto errore ingenuo pudore palmã ei concesſerit, hic vero in fœmineo corpore pingẽdo cæteris omnibus antecelluit, nam vt Cic. meminit in arte veteri à Crotoniatis ingenti precio conductus , vt Iunonis templum , quod illi magnificũ ſatis condiderãt , egregiis figuris locupletaret poſt abſolutum opus, vt excellentem muliebris formæ pulchritudinem multa in ſe imago contineret Helenæ, dixit ſe velle pingere ſimulachrum petijt à Crotoniatis virgines, quas omnium formoſiſſimas haberent illi publico de conſilio virgines in locum vnum conduxerunt, & pictori quas vellet eligendi poteſtatem dederũt ille autem ex omnibus quinq; delegit , in quibus veriſſimum pulchritudinis iudiciũ haberet neq; enim putauit omnia , quæ ad venuſtatem quæreret, in vno ſe corpore poſſe reperire. Pli. vero li. 36. non id feciſſe Crotoniatis, ſed Agrigentinis, dixit: Zeuſis, inquit tantus diligentia fuit, vt Agrigentinis facturus tabulã, q̃ in templo Iuno. Laciniæ publicæ dicarent inſpexerit virgines eorum nudas, & quinq; elegerit vt quod in quaq; laudatiſſimũ eſſet pictura redderet. Quod vero ad eius fiduciam pertinet, cũ Helenam pinxiſſet, non expectauit hominum iudicium de opere tanto, ſed ſtatim fiducia maxima ductus ſuũ ipſe opus Hom. verſibus comprobauit, his videlicet.

Helenę pulchritudo.

Οὐ νέμεσις τρῶάς τε, καὶ ἐϋκνήμιδας ἀχαιοὺς
Τοιῇ δ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν
Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν.

Haud turpe eſt Troas, fulgentique ære Pelaſgos , Coniuge pro tali diuturnos ferre labores, Aeternis facies nimis eſt æquanda deabus. Alii ſic tranſtulerunt. Non dedecus Troas & Achiuos ære nitentes, pro tali ſofferre nurũ lacrymabile bellum ęternis certe eſt nimis aſſimilanda Deabus.

Ascen. **Z**Euſis]Etiam pictor excellentiſſimus, cũ pinxiſſet Helenam non putauit expectandũ quid homines eſſent ſenſuri. i. iudicaturi de eo opere. [Sed protinus adiecit hos verſus] Quos Oliuer. recitat. latine aũt ſonant. Haud turpe eſt Troas & Pelaſgos , ſeu Achęos fulgẽtes ære . i. æreis armis, ferre pro tali coniuge labores diuturnos , ſeu vt græce ſonant multi temporis, quia facies eſt nimis æquanda deabus æternis. i. immortalibus. [Adeo ne] . i. numne, aut ne. i. certè adeo multũ pictor arrogauit, id eſt ſumpſit & attribuit dextræ ſuæ, vt crederet tm̃ formæ. i. formoſitatis comprehenſum ea. ſ. dextra quantum ſ. formæ, aut Leda vxor Tyndari potuit edere partu cœleſti, ex conceptu Iouis, qui cum ea in ſpecie cygni concubuit (vt fabulę habent) & ex ouo concepto Helenam genuit, aut quãtum Homerus potuit exprimere diuino ingenio.

DE PHIDIA.

PHIDIAS * *quoq; Homeri verſibus egregio dicto alluſit. Simulacro enim Iouis olympij perfecto, quo nullum præſtantius, aut admirabilius humanæ fabricatæ ſunt manus , interrogatus ab amico, quonam mentem ſuam dirigens, vultum Iouis propemodum ex ipſo cęlo petitum , eboris liniamentis eſſet amplexus , illis ſe verſibus quaſi magiſtro vſum reſpondit,* * Macr. lib. 5.

Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε κρονίων. * Iliad. α.
Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος,
Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον.

PHIDIAS quoq; Hom. verſibus] Statuarius hic nobiliſſimus fuit , tanta fiducia præditus vt teſte Macr. cum Iouem olympum pingeret, interrogatus de quo exemplo diuinam mutuaretur effigiem , reſpondit archetypum Iouis in his ſe tribus Hom. verſibus inueniſſe, Oliv. Iouis olimpi ſimulachrum.

Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε κρονίων.
Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος,
Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον.

Qui verſus ſic ſunt in latinũ traducti, Atq; ſupcilijs, Saturnius annuit atris. Ambroſiæ fluxere comæ de vertice Regis Aeterni, aſt nutu magnũ conenſſit olympum De ſupercilijs , & crinibus ſe totũ Iouis vultum collegiſſe ait. de quo Pli. lib. 7. nat. hiſt. Phidiæ. Iupiter inquit, Olympius quotidie artifici excellẽtiæ teſtimoniũ perhibet. Rurſus lib. 32. Phidiam clariſsimũ eſſe per oẽs gẽtes quæ ædẽ Iouis olympij fama intelligũt nẽmo dubitat, ſed vt merito laudari ſciant etiam, qui opera eius non viderunt proferemus argumenta parua, & ingenij tm̃, neq; ad hoc Iouis Olympij pulchritudine, vtemur, nõ Mineruæ Athenis factæ amplitudine, cũ ſit ea cubitorũ xxvi. ebore hæc ex auro cõſtãt, ſed in ſcuto eius, in quo Amazonũ prliũ celauit, ambitu eiuſdem cõcaua parte, & gigantũ dimicationem in ſoleis vero laphitarum, & centaurũ adeo monumẽta ois artis illi fuere, in baſi aũt qđ cœlatũ eſt, dij ſunt xxx. numero naſcentes victoriam mirabilẽ pretio, minabimur etiã ſerpẽtes, qui ſub ipſa cuſpide æream ſphingem hñt hoc Plin. Quint. lib. 7. de inſtitutione oratoria, hũc dicit in dijs, q̃ hominib. fingendis longe meliorem fuiſſe artificẽ, in ebore vero longe citra æmulũ, vel ſi nihil niſi Mineruã Athenis, aut Olympiũ in Helide Iouẽ feciſſet, cuius pulchritudo adieciſſe aliquid etiã receptæ religioni vĩ adeo maieſtas opis deũ æquauit. Cic. quoq; lib. 1. Tuſ. quæſ. Quid. n. Phidias ſui oris ſimilẽ ſpeciem adeo artificiosè incluſit. in clypeo Mineruę, cum inſcribere nõ liceret , quod ea cõuulſa tota operis colligatio ſolueretur. [De cœlo petitũ,] Si Iouem ipſum in cœlo quõ ſtare coaſuenit, aliquã vidiſſet melius certe nõ effinxiſſet. [Eboris lineamentis] Quia imagines ex ebore formatæ ex lineamẽtis cõſiſtunt. [Vel lineamẽtis] hoc eſt adũbrationib.

Ascen. **P**Hidias qooq;]Statuarius erat, alluſit egregio dicto verſibus . i. aduerſus Homer. Enim pro quia ſimulachro Iouis Olympii perfecto. ſ. ab eo quo. ſ. ſimulachro, nullum. i. nõ vllum, manus humanæ non ſunt fabricatæ vllũ præſtantius aut admirabilius, interrogatus ab amico, quo nam. i. ad quod exẽplar mentale, aut quam ideam ipſe dirigens mentem ſuã i oculos mentis ſuæ amplexus eſſet. i. expreſsiſſet lineamentis. i. ſubtilibus ſculpturis & cœlaturis eboris. i. in ebore formatis , vultũ Iouis petitum propemodum. i. quaſi ex ipſo cœlo. i. qualem haberet Iupiter in cœlo reſpondit, ſe uſum illi uerſibus . ſ. Homericis, quaſi magiſtro, qui ſic ſunt traducti latine (auctor tñ græcos ſubiecit, quos Oliuetius recitat) atq; Saturnius . i. Saturni filius Iupiter, annuit. i. aſſenſum præbuit, atris ſuperciliis, & comæ ambroſię. i. ambroſio odore perfuſę , quem tñ imitari non

potuit

potuit (ſed loco eius colorē ſubiecit) fluxere de vertice regis æterni, ac concuſſit totum olympum nutu.i. dum caput nuãdo moueret. Quã rem, ſi imitari potuit, mirabilis haud dubiæ fuit artifex, vt qui ſpiritum vitalem ſtatuæ dediſſe viſus ſit.

DE EPAMINVNDA.

* Thelarchum vocat hunc magiſtratum Plut. in Politicis.

*NON patiuntur me tenuioribus exemplis diutius inſiſtere fortiſſimi duces, ſi quidem Epaminundas, cum ei ciues irati * ſternendarum in oppido viarum contumeliæ cauſa curam mãdarent (erat enim illud miniſterium apud eos ſordidiſſimum) ſine vlla cunctatione id recepit, daturumq́; ſe operam, vt breui ſpecioſiſſimum fieret, aſſeuerauit, mirifica deinde procuratione, abiectiſſimum negocium, pro ampliſſimo ornamento expetendũ Thebis reddidit.*

OLIV. NON patiuntur me] Ad exempla memoratu digniora trãſgreditur quippe de clariſſimis, & Ducibus, & Regibus dicturus, primum autem de Epaminunda proponit exemplum, cuius adeo fiducia munitum pectus fuiſſe tradit, vt cum eius ciues, irati, vel inuidia ducti eũ ſternẽdis vijs, quaſi viliſſimo officio ignominiæ gratia præfeciſſent, ille munus nõ cũctanter, nec faſtidioſè ſuſcepit, dicens effecturum ſe breui, vt illud miniſterium, quod tũc apud eos ſordidiſſimum haberet, ſpecioſiſſimum, ac ſummæ dignitatis eſſet, quód etiã euenit ex quo apparet nõ homini magiſtratum, ſed magiſtratui hominẽ dignitatem afferre, conſtat autem Epaminũdam oſum Thebanorum ducum fuiſſe clariſſimũ adeo vt teſte Iuſtino, cum illo nata, & extincta omnis patriæ gloria fuiſſe videatur, nam poſt illum Thebani memorabile nullũ bellũ vnquam geſſere, nec virtutibus, aut rebus geſtis, ſed cladibus inſignes ſemper fuere. Fuit etiam Philoſophus ſummus, ex quo dubium hominibus reliquit, vir ne melior, an Dux fuerit, nam & Imperiũ non ſibi, ſed patriæ quæſiuit: pecuniæ parcus adeo fuit, vt funebris ſumptus defuerit, gloriæ quoq; non cupidior quàm pecuniæ, quippe recuſanti omnia Imperia ingeſta ſunt, honoreſq; ita geſſit, vt ornamentum non accipere, ſed dare ipſi dignitati videret, iam literarum ſtudium iam philoſophiæ doctrina tanta, vt mirabile videretur, vnde tam inſignis militiæ ſciẽtia homini Iter literas nato. Aemilius probus hunc omnibus ferme virtutibus ornatum fuiſſe commemorat, prudẽtia, æquitate, modeſtia, ſapientia, rei militaris peritia, animi & corporis fortitudine, cõtinentia, clementia, patientia vero tãta, vt nõ ſolum populi, ſed etiam amicorũ facilè ferret iniurias, adeo veritatis amatorem fuiſſe tradit, vt ne ioco quidem mentiretur, adeo taciturnitatis ſeruatorem, vt cõmiſſa cuncta cælãret, ſtudioſum quoq; audiẽdi, ex quo facile diſci poſſe arbitrabatur, multaq; alia de hoc viro memoriæ prodidit, quæ longum eſſet enarrare. [Mirifica deinde procuratione] Quòd maxima cura, & diligentia illud munus exercuerit, ex quo facilè conijci poteſt, ꝙ non virtutibus ea dignitate, ſed dignitatib. ex virtute honor accedit. [Abiectiſſimum] Viliſſimum. [Expetendum] Deſiderandum.

ASCEN. NOn patiuntur, &c.] Tranſit ad maiorũ virorum exempla dicens. Duces fortiſſimi non patiũtur me inſiſtere diutius exemplis tenuioribus, qualia ſunt in arte pingendi, aut ſculpẽdi. [Si quidem] i. quoniam Epaminundas Dux Thebanorum clariſſimus, cum ciues irati mandarent ei cauſa contumeliæ, curam viarum ſternendarum in oppido. ſ. Thebano (probat, quod contumeliæ cauſa. Enim pro quia, illud miniſterium erat apud eos. ſ. ciues Thebanos ſordidiſſimum) Recepit id. ſ. miniſterium ſine vlla cunctatione. i. mora, aut hæſitatione, & aſſeuerauit. i. inſuper affirmauit, ſe daturum operam, vt ſup. illud miniſtrium fieret breui. ſ. tempore ſpecioſiſſimum, deinde reddidit mirifica procuratione. ſ. ſua, qua in eo miniſterio procurando, vſus eſt, negocium abiectiſſimum. ſ. prius, expetẽdum Thebis. i. apud Thebas pro ampliſſimo ornamento.

DE HANNIBALE.

* Cic. li. 2. de Diu. & ſi. Plut. in libello de exilio hoc de Antiocho dictũ refert.

*HANNIBAL vero, cum * apud regem Pruſiam exularet, auctorque ei committendi prælij eſſet, atq; is non idem ſibi extis portẽdi diceret: An tu, inquit, vituline caruncule, quàm Imperatori veteri mauis credere? ſi verba numeres, breuiter, & abſciſsè, ſi ſenſum æſtimes, copioſè & valenter. Hiſpanias enim direptas P. R. & Galliarum, ac Liguriæ vires in ſuam redactas poteſtatem, et nouo tranſitu Alpium iuga patefacta, & Traſimenum lacum dira inuſtum memoria, & Cannas Punicæ victoriæ clariſſimum monimentum. & Capuam poſſeſſam, & Italiam laceratam, ante pedes hominis effudit, vniusq́; hoſtiæ iecinori, longo experimento teſtatam gloriam ſuam poſtponi æquo animo non tulit, & ſanè quod ad exploranda bellica ſacrificia, æſtimandoſq́; militares ductus attinebat, omnes foculos, omnes aras Bithyniæ Marte ipſo iudice, pectus Hannibalis prægrauaſſet.*

OLIV. Hannibal apud Pruſiam. HANNIBAL verò cum apud Regem Pruſiã] Pruſias Rex Bithyniæ fuit, apud quẽ Hannibal exulabat, poſtquam victus à Romanis tãquam rupti fœderis auctor depoſcebatur ad pœnas quod meminit Cic. lib. de diuin. Rex inquit Pruſias cum Hannibali apud eum exulanti depugnare placeret, negabat ſe audere, quod exta prohiberẽt. mauis tu, inquit, carunculæ vitulinæ magis quàm veteri Imperatori credere. nam cũ Eumene Ponti Rege tunc bellum habebat Rex Pruſias, & prœlio nauali dimicabat nam illum terreſtri prœlio ſuperauerat, Conſulebat Hannibalem Pruſias nunquid pugnam cum hoſte committeret. & cum Hannibal committendã eſſe conſuleret, reſpondit Rex, id ſibi extis non portẽdi. Tum indignatus Hannibal, mauis, inquit, vitulinæ carunculæ, quam veteri Imperatori fidem hñe quibus verbis Rex cõmotus prœliũ ſuſcepit, & hoſtes ſuperauit. Hac aũt aſtutia vſus eſt Hãnibal, qui ſtratagemate, omniq; calliditate plurimum valebat, iuſſit lagenas fictiles omnium generũ ſerpẽtib. repleri, & media pugna in naues hoſtium conijci. Pontici primum illud illudebãt dicẽtes, quomodo cũ fictilibus lagenis pugnare potuerũt, quia armis non pñt. deinde cum iniecti ſerpentes per naues feruẽſcere cœperũt tum deniq; hoſtes ancipiti malo perteriti, in fugã naues verterunt. [Portendi] Significari. [Carunculæ] Diminutiuo vſus eſt ad rem ipſam multo magis extenuãdam. [Veteri Imperatori] Ecce magna fiducia [Hiſpanias direptas] Breuiter, perſtringi cuncta Hannibalis geſta, quæ decade ij. Pun. bel. pleniſsime referuntur. [Nouo tranſitu] Quia nemo ante Hannibalem cum exercitu trãſierat Alpes, fuitq́; tranſitus ille difficilis, & pernicioſus Hãnibali, quippe, vbi multa hnium millia, et inedia, & difficultatibus cõſumpta perierunt. [Hiſpanias] Vlteriorẽ, & citeriorẽ, quas abſtulerat P.R. [Traſimenum lacũ] Vbi C. Flaminiũ Conſulem Rom. cum xv. millibus hominum occidit. [Cannas Punicæ victoriæ] Vbi cæſa dicitur quinquaginta Rom. & ſociorũ millia cũ altero Cõſule Paulo Aemilio, ſicut ſupra monſtratum eſt. [Ante pedes hominis]. ſ. regis Pruſiæ. [Et ſane quod ad exploranda] Si veniant inquit in comparationẽ bellica ſacrificia; & ſcientia Ducis, vt cũ aliud illa præmonſtrent, aliud hæc hortetur, vtrum vtri ſit anteponendũ, mallẽ illo id exequi. qđ Ducis ſciẽtia probauerit, quàm quod ſacrificia hortata fuerit. [Prægrauaſſet] Præpõderaſset, ſuperaſſet.

ASCEN. HAnnibal verò cũ exularet apud Pruſiam Regem Bithyniæ, & eſſet ei auctor]. i. adhortator, prœlij cõmittẽdi. ſ. cum Eumene Ponti Rege, atque is. ſ. Rex diceret, non idem. ſ. quod Hannibal conſuleret portendi. i. ſignificari ſibi faciendũ eſſe extis. i. per exta, quæ vetabãt prœlium cõmittere, inquit. ſ. Regi, an tu mauis credere carunculæ vitulinæ. i. modicis extis vituli mactati, q̃ Imperatori veteri. i. multum experto, q. d. ipſum non debere facere, quo tñ dicto multum eleuauit, ac diminuit fidem extiſpicij. Nã ſi virtute, aut arte ſua, extorum à dijs (vt credebãt) ſic depoſitorum indicia ſuperare ſperabat, deos, aut futuri ignaros, aut ſe minus potentes iudicabat. auctor aũt poſtea verbum illud vt plenum multæ fiduciæ proſequitur dicẽs. Hannibal ſup. inquit aut reſpondit ſic breuiter, & abſciſſe. i. per abruptum ſermonẽ, ſi numeres verba, quæ pauciſſima ſũt, ſed ſup. reſpõdit copioſe, & valenter. i. efficaciter, ſi æſtimes. i. ponderes ſenſum. ſ. verborũ. Enim pro quia, ipſa effudit ante pedes hois. ſ. Regis, hoc eſt illo vno verbo ad regis memoriã reduxit, Hiſpanias direptas P.R. ac vires Galliarum, ac Liguriæ. i. prouinciæ Italicæ, cuius Genua ẽ caput, redactas in poteſtatẽ ſuã. ſ. Hann. Et iuga Alpium patefacta nouo tranſitu, quia primus tranſtulit exercitum, & montem rupit aceto, & Traſimenum lacum inuſtum. i. infamia notatũ propter cædem Flaminij Con-

ſulis, dira.i.execrabili memoria, & Cannas vicũ Appuliæ.i.clariſſimom monimentum.i.teſtimonium memoratiuum victoriæ Punicæ.i.Carth. & Capuam poſſeſſam.ſ.à ſe, & Italiã.ſ.totam penè laceratam.ſ.aut direptam, aut iofactiones ſectam, & non tolit æquo aiõ gloriam ſuam teſtatam.i. cõprobatã lõgo, quia pluſquam decennali expriméto, poſtponi iecinori.i.parti illi vitulinæ, hoc eſt iecori, aut hepati, hoſtiæ.ſ.à Pruſia mactatæ, & bella vetantis. [Et ſane].i.certè quod .i. quantum attinebat ad exploranda ſacrificia bellica, & ad æſtimandos.i.cenſendos ductus militares, pectus Hannib. aut potius Hannib. prægrauaſſet.i.põdere ſuo pręſſiſſet, omnes ſoculos, & omnes aras Bythiniæ.i.omnia aoſpicia per ſacrificia indagata ipſo Marte iudice.i.diiudicante, quia Mars potius ſecutus fuiſſet, qđ Han. experientia probaſſet, quàm quod exta vetuiſſent. Signanter dicit, qood ad exploranda ſacrificia, &c.q.d. Hannib. melius iudicare poſſe de extis, quàm ſacrificulos, atque ita ooo deprimit fidem extiſpicij, ſed exaltat experientiam Hannib.

DE COTYE.

* Ath. lib. 11. Vide Egnatiũ in Race. cap. 14.

CAPAX generoſi ſpiritus illud quoq; dictum regis Codri, vt enim ab Athenienſibus ciuitatem ſibi datam cognouit, & ego inquit, illis meæ gentis ius dabo. Aequauit Athenis Thraciam, ne viciſſitudine talis beneficij imparem ſe iudicãdo humilius de origine ſua ſentire exiſtimaretur.*

OLIV. CAPAX generoſi ſpiritus illud] Codrus rex Thracum fuit, cum ioter Doriẽſem, & Athen. veterum ſimulatũ eſſent offeoſæ, & ideo bellum inter ſe geſturi eſſent Codrum regem accitum in auxilium ſuum Athen. exercitus præfecerunt, & vt illum ſibi amantiorẽ, fidelioreḿq; redderẽt, cũ cioitate donarunt, quod cũ ſibi nunciaretur, vt oſtẽderet Thraces Ath. nihilo dignitate ioferiores eſſe, reſpoodit, & ego Athcioes facio Thracenſes. Fuit alter Codrus dux, & rex Athe. qui ſe pro conſeruanda patria deuouit, de quo in c. de pietate erga patriam dicetur. [Viciſſitudioe] Alternatiooe.

ASCEN. CApax, &c.] Affert dictum pleoum fiduciæ Codri Thracum Regis non illius Athen. qui pro patria cecidit, vñ quidam oon Codri, ſeu Cotys legunt. Ordo eſt. Illud qooq; dictum Codri, ſeu Cotys regis.ſ. Thracię, capax ſup. eſt generoſi ſpiritus, quia à generoſo ſpiritu emiſſum eſt. Enim pro quia, vt.i poſtquam cognouit ciuitatem datam ſibi ab Ath. ipſe factum ciuem Athen. quod pro magno beneficio illi habebant, inquit, & ego dabo illis iut gẽtis meæ.i. faciam eos ciues Thraciæ. Quo ſup. dicto, æquauit Thraciam Athenis, quia inuoit ſe tantum beneficii referre, quantum acceperat, oe iudicãdo ſe imparem viciſſitudine.ſ. mutua collatione talis beneficij exiſtimaretur, id eſt iudicaretur ſentire de origine ſua humili.ſ. quam par erat, aut multum humilius.

THEO. REgis] Codri caſtiga. [Cotys] Imperauit is Thraciæ, eo veſanię demum lapſus, vt Mineruæ nuptias affectaret, eiuſq; vxorẽ cuius pudicitiam ſoſpectam habebat, mediam ſecuit, à pudendis ad verticem, Theopompus hiſtoriam ſcribit io j. Philippicorum. Locom prius indicauit Egnatius veteruſtus, & exploratæ fidei Iani codex emendatè Cotys habet.

DE TRIBVS SPARTANIS.

* Androclidas, & Leonides Plutar. in apoph. Ageſila*, & Agis hoc dixere. Plutar. in apoph.

NOBILITER etiam vterque Spartanus, & qui increpitus à quodam: quòd in aciem claudus deſcenderet: pugnare, non fugere propoſitum ſibi eſſe reſpõdit. & qui, referẽte quodam, ſagittis Perſarum Solem obſcurari ſolere: bene narras, inquit: in vmbra.n. melius prȩliabimur. Vir eiuſdem vrbis, atq; animi, hoſpiti ſuo patriæ muros excelſos, latoſq; oſtẽdẽti dixit. Si mulieribus iſtos cõparaſtis, rectè: ſi viris, turpiter.*

OLIV. NOBILITER etiam vterq; Spartanus] Claudus quidã Lacon in aciẽ deſcendebat cũ hoſtibus dimicaturus, quęrẽti equũ Alienigenæ cuidã, Ageſilaus reſpõdit claudum Indicans, nonne ſentis inquit, non fugientibus, ſed manẽtibus in bello opus eſſe, ſed hic de quo loquitur Androclidas, fuit, qui debilis, & crure inutilis inter bellatores ſe locauerat, itaque inhibituri quidam, moti ſunt propterea quod eſſet inſirm⁹. Rectè illo nõ eſt inquit, qui fugiat, ſed qui maneat cum hoſtib. pugnare oportet. Alter claudos ad bellũ proficiſcens quibuſdam ſe cõuiciãtibus, ac ridentibus cõuerſus ait, mala capita, nõ eſt cũ hoſtibus fugiendo pugnandũ, ſed manendo, ordineḿq; tuẽdo. [Nobiliter] Subaudiatur rñderuot [Vterq; Spartanus] Androclidas, & Leonidas. [Qui increpitus] Hic Androclidas fuit. [Et qui referẽte] Hic teſte Front. lib. 4. fuit Leonidas Rex Spartanus eo modo, quo Spartani Regem habebant, de quo ſatis ſupra dictum eſt io c. de fortitudioe, hic agitur cũ aduerſus Perſas cum paucis admodũ proficiſceretur, & quidam dixiſſet tantam eſſe Perſarũ multitudinem, vt ſagittis ſolem obſcurarẽt, reſpõdit, id ſibi gratius fore, quod ſub vmbra pugnabitur, [Eiuſdẽ vir vrbis] Atq; animi Ageſilaus dux Lacedæmoniorum hoſpiti Atheoienſi oſtendenti munitum, & valide fabricatum Athonarum vrbis morum, quærẽtiq; an ipſi pulcher, validuſq; videretur mediuſfidius inquit pulcher, & validus, at non quẽ viri, ſed quem mulieres iohabiteot. Ageſilaus etiã pertranſiens Corinthiorum moros altos, & munitos, tum etiam in multũ ſpacij protenſos cum intueretor, quę ait mulieres hunc locum incolunt? Theopompus quoq; ad eum, qui murum oſtentaret, & percũctaretur, ao & firmus, & altus eſſet, minime inquit, ſi mulierum ſit, ſi viris turpiter. Luc. Humanus labor eſt facilis, licet ardua tollas, Cedere vel bellis, vel cuncta mouentibus annis.

ASCEN. NObiliter etiam, &c.] Narrat fiduciam io dicto duorum Spartanorum dicẽs. [Vterq; Spartaous] Sup. reſpondit, aut dixit, etiã nobiliter.i. generoſè, qui increpitus.i. reprehenſus à quodam quod deſcenderet io aciem claudus. i. cũ eſſet claudus reſpondit, propoſitum eſſe ſibi pugnare, non fugere. [Et].i. ſimilit ſup. qui referente quodam ſolem ſolere obſcurari ſagittas Perſarum.ſ. io aera tam denſæ immiſſis, vt terram vmbra cooperirent, inquit, tu narras beoe.i. commode nobis. Enim pro quia, oos præliabimur melius in vmbra.ſ. quàm ſub ſole. & ita qood ille ad terrorem dixerat, in commodum ſuum vertit. [Eiuſdẽ, &c.] Ordo eſt. Vir eiuſdẽ vrbis videlicet Spartæ, aut Lacedæmonis, atque eiuſdem, hoc eſt oobilis, & excelſi animi dixit hoſpiti ſuo oſtendenti.ſ. per iactantiam muros excelſos, & latos patriæ ſuæ, id eſt vrbis, in qua ille hoſpes natus erat, & Spartanus diuerſabatur, dixit inquã, ſi vos comparaſtis (bene numerum motat, nõ ad vnum, aut de voo pluraliter loquens, ſed quia plurimum erat opus, quia totius ciuitatis) ſup. iſtos muros mulieribus.i. vt mulieres in eis defenderẽtur, rectè ſup. feciſtis, ſi comparaſtis uiris, turpiter ſup. feciſtis, quia virorum eſt armis, ooo muris, ſe tueri, vnde eis Sparta caruit.

DE CONSTANTIA. CAP. VIII.

OLIV.

APTVM, & animoſum bonæ fiduciæ pectus emenſo, quaſi debitum opus ſupereſt, Conſtantiæ repreſentare naturam. Natura enim ſic comparatum eſt: vt quiſquis ſe aliquid ordine, ac recta mente complexum confidit, vel iã geſtum, ſi obtrectetur: acriter tueatur, vel nondum editum, ſi interpelletur, ſine vlla cunctatione ad effectum perducat.

APTVM, & animoſum bonæ] Val. ad c. de conſtantia tranſiturus, more ſuo vtitur trãſgreſſione, vt commemoratis quibus de reb. dixerit, de quibus dicturus ſit, breuiter oſtendat. Et bene conſtantiam, fiduciæ ſtatim ſubiungit, nam hæ virtutes quandã inter ſe videntur affinitatem habere, qui enim ſibi confidit, idem, & conſtans ſemper eſſe ſolet. [Emenſo] Poſtquam inquit, de fiducia diximus, ſupereſt, vt de conſtantia dicamus. [Natura enim ſic comparatum eſt] Hoc inquit obſeruare ſolemus, vt cũ cõfidimus nos iuſtum aliquid, & honeſtum eſſe complexos, vel iam geſtum acriter tueamur, ſi quiſpiam illud reſcindere voluerit, vel nondum perfectum ſine mora ad exitum dedocamus, ſi quiſquam illud interpellare tentauerit, quò minus perficiatur. [Obtrectetur] Improbetur, detrahatur. [Interpelletur] Impediatur. Obtrectari.

ASCEN. APtum] Præfatio eſt, qua ad narrationem de conſtantia tranſitũ facit, dicens, repreſentare naturã conſtãtiæ ſupereſt.i. reliquum eſt, quaſi opus debitũ, ſupereſt inquã emeoſo videlicet mihi, iam emẽſus ſum, aptum, & animoſum pectus, bonæ fiduciæ, quia ẽt eſt cõfidentia, quæ mala eſt. Probat, quod id reliquũ ſit. Enim pro quia, comparatũ eſt, natura.ſ. per

naturam

naturam ſic euenire ſolet, vt quiſquis confidit, ſe complexũ.i. cõprehendiſſe aliquid ordine.ſ.debito, ac recta mẽte, vel tueatur.i.defendat acriter, ſup. illud iam geſtum, ſi obtrectetur.i. improbetur, & ei detrahatur, vel perducat ed effectũ ſine vlla cunctatione.i.mora, & hæſitatione ſup. ipſum nondum editũ. i.tranſactum, ſi interpelletur.i.impediatur, hoc eutem facere pertinet ad conſtantiam vnde apte ſubiungit eius exempla.

DE FVLVIO.

* Hoc lib cap. 2. de. T.Iub.

SED dum exẽplar propoſitæ rei proſequor latius: mihi circunſpiciẽti, ante omnia ſe Fuluij Flacci conſtantia offert. Capuam fallacibus Annibalis promiſſis Italiæ Regnum nefaria defectione paciſci perſuaſam, armis occupauerat. tandem culpæ hoſtium tam iuſtus æſtimator, quam ſpecioſus victor, Capuanum Senatum, impij decreti actorem, funditus delere conſtituit. itaque cathenis onuſtum in duas cuſtodias, Theanam Calenamq; diuiſit* conſilium executurus cum ea peregiſſet, quorũ adminiſtrandorum celerior eſſe neceſſitas videbatur, rumore deinde de Senatus mitiore ſententia orto, ne debitam pœnã ſcelerati effugerẽt: nocte admiſſo equo,* Theanam contendit. interfectiſque, qui ibi aſſeruabantur: è veſtigio* Calenam tranſgreſſus, perſeuerantiæ ſuæ opus executus eſt. Et iam deligatis ad palum hoſtibus, literas à P. C. ne quidquam Capuanis ſalutares accepit. In ſiniſtra enim eas manu, ſicut erant traditæ, repoſuit: ac iuſſo lictore lege agere, tunc demum aperuit, poſtquam illis obtemperari non poterat: Qua conſtantia, victoriæ quoque gloriam antecellit. quia ſi eum intra ſeipſum partita laude æſtimes, maiorem, punita Capua, quàm capta reperies.*

* Appius enim collega rẽ ad Senatum reiiciebat
* Theanũ & paulo poſt.
* Cales, ex Liu. leges. miſi ad cuſtodias referas.

OLIV. SED, dum exemplar] Capuã fallacibus Hannibalis. Hanc hiſtoriam ſuperius diligenter ſatis annotauimus in cap. de fortitudine, vbi de Vibio Accio Peligno diximus. [Fallacibus promiſſis.] Quia multa promiſit, quæ ſeruare non potuit. [Italiæ Regnum] Nam in ipſa defectione inter cæteras fœderis conditiones, de Imperio totius Italiæ tractum eſt, atq; ſancitum, vt deuictis Rom. Regna Italiæ penes Campanos eſſent. [Admiſſo] Celeri Ouid. nihil nocet, amiſſo ſubdere calcar equo. [Teanum contendit] De quo Horat. Cui ſi vitioſa libido fecerit auſpicium, cras ferramenta Theanum, tolletis fabri. [E veſtigio Calenam] Liu. oppidum pluraliter tantum declinauit, Cales Calium [Sicut erant]. ſ. clauſæ, & obſignatæ. [Agere lege] Suo fungi miniſterio ſumendi de nocentibus ſupplicij.

ASCEN. SED dum exemplar, &c.] Primum exemplum eſt de conſtãtia Fuluij Flacci, quàm tñ prius in titulo de fortitudine, vt nimiæ ſeueritatis taxauit. Ordo eſt. Sed dum proſequor. ſ. exẽplar rei propoſitæ, conſtantiæ. ſ. conſtantia Fuluij Flac. offertur mihi circunſpicienti latius. i. diſquirẽti, cuius conſtantiam primam narrem ante omnia. ſ. alia exempla conſtantiæ. Qui ſup. Fuluius occupauerat armis. i. vi receperat, Capuam vrbem illam principem Campaniæ Italicæ perſuaſam paciſci. i. ex pacto ſe habituram Regnum Italiæ, fallacibus promiſſis Hannibalis, quia promiſerat ſe caput Imperij, quod Romæ erat Capuam transferre, quod neque potuit, neq; ſi potuiſſet voluiſſet, ſed tam Capuam, q̃ Romam Carthaginienſi imperio ſubiicere parabat, defectione nefaria. i. à R. ſocia vrbe, à qua multa beneficia acceperat, ad hoſtem perfidum, & vtriuſq; libertati inſidiantem: Tandem tam iuſtus æſtimator. i. cenſor, & põderator culpæ hoſtium, q̃ victor ſpecioſus, quia vi ceperat eos, conſtituit delere funditus Senatum Capuanum auctorem impii decreti, vt. ſ. P. R. prius ſocius hoſtis decerneretur. [Itaque]. i. & ita dimiſit. i. diuiſum miſit. ſ. Senatum Capuanum, in duas cuſtodias, videlicet Theanam. i. Theani oppidi, & Calenam à Calibus oppido denominatam, onuſtũ. i. oneratũ cathenis ſ. ferreis executurus. i. eo propoſito, vt exequatur conſilium. i. id quod conſilio ſuo propoſuerat, hoc eſt deletionem Senatus Capuani, cum. i. poſtquam peregiſſet ea, quorum adminiſtrãdorum neceſſitas videbatur eſſe celerior. i. vrgentior. Deinde rumore orto de mitiore ſententia Senatus, ne ſcelerati effugerẽt debitam pœnam, contẽdit nocte, Theanum. ſ. ad cuſtodiã, equo admiſſo. i. celeri & interfectis ſup. iis, qui aſſeruabantur ibi. [Trãſgreſſus è veſtigio.] i. ſine dilatione Calenam. i. ad cuſtodiam Calenam, executus eſt opus ſuæ perſeuerantiæ. i ſeueræ cõſtantiæ, & ipſe hoſtibus deligatis iam ad palum. i. ſtipitem, vt flagellis cęderent, & mox ſecuri percuterentur, accepit litteras à P.C. i. a Senatu Ro. ne quidquam. i. in nullo, aut potius fruſtra ſalutares Capuanis, quia licet ſalutẽ eorum Senatus per eas iuſſerat conſeruari tñ eã nõ ſunt aſſecuti. Enim pro quia, Fuluius repoſuit eas. ſ. litteras miſſas à Senatu in manu ſiniſtra ſicut erant traditæ hoc eſt clauſas & ſignatas, ac lictore. i. ſpiculatore, iuſſo agere lege. i. iuxta legem de cõdẽnatis, aperuit tũc demum poſtquam nõ poterat obtẽperari illis. ſ. literis, quia iã peractũ erat, quod inhiberi volebãt. Qua cõſtãtia Fuluius antecellit. i. ſuperat, quoque. i. & gloriam victoriæ, quia ſi æſtimes. i. cenſeas eum. ſ. Fuluiũ intra ſeipſum, laude ſup. eius partita. ſ. in duas partes, quarũ altera ſit de victoria, altera de cõſtãtia, tu reperies eũ maiorẽ Capua punita. i. ĩ punitione Capuæ, q̃ capta. i. ẽ captione eius.

THEO. DEinde] Antiqua exẽplaria legunt autẽ. [Calenam]. ſ. cuſtodiam. Nam Cales opp. numero multitudinis appellatur.

DE Q. FABIO MAXIMO.

* Liu. lib. 22. ant li. 4. cap. 8.

ATQVE iſte quidem ſeueritatis, illa vero pietatis conſtantia admirabilis, quàm Q. Fabius Max. infatigabilem patriæ præſtitit, pecuniam pro captiuis Hannibali numerauit, fraudatus ea publicè, tacuit. Dictatori ei magiſtrum equitum Minutium iure imperij Senatus æquauerat, ſilentium egit, compluribus præterea iniurijs laceſſitus, in eodem animi habitu permanſit, nec vnquam ſibi Reipub. permiſit iraſci, tam perſeuerans in amore ciuium fuit. Quid in bello gerendo, nonne par eius conſtantia? Imperium Roma. Cannenſi prælio pene deſtructum vix ſufficere ad exercitus comparandos videbatur. Itaque fruſtrari, & eludere Pœnorum impetus, quàm manum cum ijs tota acie conſerere melius ratus, pluribus cõminationibus Hannibalis irritatus, ſæpè etiam ſpe benè gerendæ rei oblata, nunquam à conſilij ſalubritate, ne parui quidem certaminis diſcrimine, receſſit: quodq; eſt difficillimum, vbiq; iræ, ac ſpe ſuperior apparuit. Ergo vt Scipio pugnando, ita hic non dimicando, maximè ciuitati noſtræ ſuccurriſſe viſus* eſt: alter enim celeritate ſua Carthaginem oppreſſit, alter cunctatione id egit, ne Roma opprimi poſſet.*

* Vnus homo nobis cũctãdo reſtituit rẽ.

OLIV. ATQVE iſto quidem ſeueritatis] Nota eſt hiſt. Q. Fab. Max. bel. Pun. 2. aduerſus Hanib. Dictator miſſus illum iuueniliter exultantem ſua ſapientia repreſſit: ſed cũ ille multos captiuos Han. haberet, quos apud Trebiam & lacũ Traſimenũ, aliiſq; ab Imperatoribus Ro. re infeliciter geſta, ceperat, Dictator de his publicè redimendis cũ Hannib. conuenerat impoſito in capita, pro conditione cuiuſq; precio, ſed ea ſpe fraudatus à Senatu, qui non publicè redimi cenſuit, quod ſine eius auctoritate id factũ eſſe diceret, tacuit, & agrũ, quẽ precioſum habebat, publicè vendidit, & pecuniam pro captiuis hoſti promiſſam fideliter exoluit, eadem animi conſtantia vſus eſt, cum Minucium magiſtrum equitum imperio ſibi parem S.P.Q.R. eẽ iuſſit, quod nunquam antea factũ fuerat, vt Dictatori magiſter equitum æquaretur Imperio: id autem fuit, quia cum Fab. videret ſuperiorum Ducum temeritate Remp. eſſe concuſſam, adeoq; debilitatam, vt ſuis viribus niti vix poſſet, rem ſibi longe aliter gerendam eſſe duxit, quam ſuperiores fecerant, hoſtem. ſ. conſilio, non viribus eſſe domandum, & Remp. prudentiæ magis, quam fortunæ beneficio recreandam, itaq; noluit vnquam niſi quantum neceſsitas cogeret cum hoſte certare, ſed illorũ impetus indies fruſtrari, & multis modis illudere, donec ſuis ipſi viribus conficerentur, nam loca, vnde illis commeatus eſſe poſſent, quam maxima diligentia occupabat, arctioraq; in dies alimenta in caſtris hoſtium reddebat, quod vnum vincendi conſilium ſaluberrimum excogitauerat, ſed Minutius magiſter equitum, vir ferox, & rapidus in cõſiliis, ac lingua immodicus,

Minutij temeritas.

dicus primo inter paucos, deinde palàm in vulgus, Dictatorem criminari, pro cauto, timidum, pro prudẽte, tardum, pro perito, imbellem appellare, qui vt diutius eſſet in magiſtratu, & Ro. in caſtris haberet Imperium nolle cũ hoſtibus acie dimicare, hæc & alia his indigniora de Dictatore ferẽs in vulgus, ſic animos militum incenderat, vt ſi militari ſuffragij res fuiſſet, haud dubiè viderentur Minutium Fab. Duci prælaturi: fortè ita euenit, vt Dictator comitiorum cauſa Rom. reuocatus Minutium caſtris præficeret, qui leui quodam certamine cum Hannib. congreſſus, & victoria parua potitus literas de rebus geſtis, & egregia victoria ad Senatum miſit, quibus motus Senatus, & populus decreuerunt Minutium æquam Imperij poteſtatem habere cum Dictatore, ſed paulo poſt intellexere Rom. bono Imperatori magni fortunam momenti non eſſe, & ſolam mentem, rationemq; dominari, nam Minutius temere cum hoſtibus ſuſcepta pugna non mediocrem reip. cladem illaturus fuerat, niſi Dictatoris conſilio in tempore ſubuentum fuiſſet. [Eludere] Protrahere. [Ira] Ac ſpe ſuperior. Quia iram ſuperauit ad id, ꝙ nunquam in perniciem Reip. iraſci voluit. [Spe] Quia Hannib. ſedendo magis, quam dimicando ſuperauit contra ſpem omniũ. [Non dimicando] Ennius. Vnus, qui nobis cunctando reſtituit rem. [Ergo vt Scipio pugnando, &c.] Fabium Scipioni comparat ob ęmulationem Polyęnus Maced. Fab. inquit, Max. Scipio magnus appellabatur, adeoq; Scipio Fabij gloriæ inuidebat, vt in hæc aliquando verba prorumperet, quid ita Fabi, vt tu, qui dum exercitum ſeruaris maximus, ego, qui deuicto Hãnib. bellum confeci, magnus appeller. Ad quem Fab. Atqui niſi milites ego ſeruaſſem, tu non habuiſſes, vnde vinceres, hinc Ouid. in artibus Scip. magnum dixit, vt Ianus obſeruauit.

Quin. Fabit ira ac ſpe ſuperior.

ATqui. Affert duo conſtantiæ præſtantis exempla di. Atque quidem (diſcretiua eſt particula) iſta. ſ. Fuluij conſtantia eſt ſeueritatis. Verò pro ſed, illa. ſ. quam dicturus eſt, vtputa Q. Fab. Max. eſt pietatis admirabilis, Q. Fab. Max. præſtitit patriæ infatigabilem, neſcio an legendum ſit indefatigabilem, pro ipſe indefatigabilis ipſe. n. numerauit Hannib. pecuniam pro captiuis ſicut promiſerat, & fraudatus publicè. i. per publicam auctoritatem ea. ſ. pecunia, tacuit. i. non eſt conqueſtus. [Affert deinde ſecundum exemplum eiuſdem dicens. Senatus æquauerat. i. æqualem fecerat iure Imperii ei. ſ. Dictatori. i. cum eſſet Dictator, Minutium magiſtrum equitum, & tamen ſup. cum vi videretur grauiter læſus, ſilentium egit. Præterea ipſe laceſſitus compluribus iniuriis, permanſit in eodem habitu mentis. i. nullo modo turbatus, aut commotus eſt. Nec. permiſit ſibi vnquam iraſci Reip. tam. i. vſque adeo perſeuerãs fuit in amore ciuium. Affert & tertium eiuſdem exemplum dicens. Quid ſup. de eo dices in bello gerendo, nõ te eius conſtantia par ſup. fuit in bello gerendo, ac in toga, q. d. maximè. Nam Imperium Rom. deſtructum penè. i. quaſi totum, prælio Cannenſi. i. apud Cannas, vt ſæpè dictum eſt, commiſſo, videbatur vix ſufficere ad exercitus comparandos. [Itaque]. i. & ita, ipſe ratus melius, ſup. eſſe fruſtrari Et eludere. i. manifeſtè fallere impetus. i. impetuoſitatẽ Pœnorum, quam conſerere eſt eis. ſ. Pœnis manũ. i. confligere cum eis tota acie, irritatus pluribus comminationibus Hannib. & ſpe etiam rei bene gerendæ ſæpe oblata, nunquam receſſit à ſalubritate conſilij. ne quidem. i. non ſaltem diſcrimine. i. diſceptatione, parui certaminis, & ꝙ eſt difficillimum, ipſe apparuit vbiq; ſuperior. i. inuincibilis ira, & ſpe. Ergo vt Scip. viſus eſt ſuccurriſſe maximè ciuitati noſtræ pugnãdo, ita hic videlicet Fab. Max. viſus eſt ſuccurriſſe maxima ciuitati noſtræ non dimicando id eſt non faciendo copiam pugnandi. Enim pro quia, alter videlicet Scipio oppreſſit Carth. ſua celeritate, alter. i. Fab. egit cũctatione. i. mora id, ne Ro. poſſit opprimi, quia ſi malè pugnando exercitus eius deletus fuiſſet Roma haud dubiè oppreſſa fuiſſet.

DE C. PISONE, ET M. PALICANO.

C. Etiam Piſonem mirificè, & conſtanter turbulento Reip. ſtatu egiſſe Cos. narratione inſequenti patebit. M. Palicani ſeditioſiſſimi hominis peſtiferis blanditijs præreptus populi fauor, Conſularibus comitijs ſummum dedecus admittere conabatur, ampliſſimum ei deferre imperium cupiens cuius teterrimis actis exquiſitũ potius ſupplicium, quàm vllus honos debebatur. Nec deerat conſternatæ multitudini furialis fax Tribunitia, quæ temeritatem eius & ruentem comitaretur, & languentem actionibus ſuis inflammaret: in hoc miſerando pariter, atq; erubeſcendo ſtatu ciuitatis tantummodo manibus Tribunorum præ roſtris Piſo collocatus eſt, cũ hinc atq; illinc eum ambiſſent ac Palicanum ſuffragijs populi Cos. creatum, an renunciaturus eſſet interrogaretur: primo reſpondit, non exiſtimare ſe tantis tenebris offuſam eſſe Rempub. vt huc indignitatis veniretur. Deinde cum perſeueranter inſtarent, ac dicerent, age ſi ventum fuerit. Non renunciabo, inquit quo quidem tam abſciſſo reſponſo Conſulatum Palicano, prius quàm illum adipiſceretur, eripuit. Multa & terribilia Piſo contempſit, dum ſpecioſum mentis ſuæ flecti non vult rigorem.

CAtum etiam Piſonem mirificè] Pomp. Proconſul de Hiſpania, Sertorio victo nuper redierat, & ſtatim concionem habuerat de reſtituenda plebi Tribunitia poteſtate, Palicano Trib. pl. legem ferente: hunc Palicanum ſeditioſum fuiſſe conſtat, qui contra Senatus auctoritatem effecit, vt Tribunitiam poteſtatẽ populo redderent, Cos. Cn. P. & M. L. Craſſus tunc in magna fuit inuidia, Pop. ꝙ cõſul tribunitiã poteſtatẽ populo redderet. Fuit aũt Palicanus ad viam Appiam cæſus cũ aliis, qui prœlium ibi commiſerant pro recuperando filio, quẽ repetebat Tigranes. [Peſtiferis blanditijs] Quia ferente legem Palicano, Tribunitia poteſtas reſtituta populo fuerat. [Cõſternatæ] Perturbatæ, & quaſi mente captæ. [Turbulẽto] Propter ſeditionem excitatę. [Huc indignitatis] Pro ad hãc indignitatem. [Abſciſſo] Conciſo, & breui. [Flecti] A recto, & honeſto. OLIV.

CAium, &c.] Ordo eſt. Patebit narratione inſequenti C. Piſonem egiſſe Conſulem etiam mirificè, & cõſtanter ſup. in turbulento ſtatu Reip. Incipit aũt narrare dicens fauor populi præreptus blanditiis peſtiferis M. Palicani hominis ſeditioſiſſimi, conabatur admittere, Comitiis Conſularibus. i. vt dũt in congregationibus P. R. in quibus agebatur de Conſulibus eligendis, dedecus ampliſſimum. cupiens deferre ei. ſ. homini ſeditioſiſſimo, Imperium ampliſſimum. [Cuius]. ſ. Palicani actis teterrimis debebatur potius ſupplicium exquiſitum quam vllus honos. [Nec fax furialis]. i. callida commotio, ad furorem, quaſi à furiis incitata Tribunitia. i. Tribuni non deerat multitudini conſternatæ & . i. ſimul comitaretur temeritatem eius, ruentem. ſ. in præcipitium, & inflammaret ſuis actionibus, ſup. temeritatem eius languentem. l. frigidè agentem. In hoc ſtatu ciuitatis miſerando pariter, ac erubeſcendo. Piſo eſt collocatus tantummodo manibus Tribunorum pro roſtris. i. ante roſtra. vnde edicta fiebant. [Cum]. ſ. populi ambiſſent. i. circũſtetiſſent eum hinc, atq; illinc. i. à duabus partibus ac interrogaretur. ſ. à populo minaci, an eſſet renũciaturus Palicanum creatum. [Cos. ſuffragiis]. i. votis, & vocibus P. R. reſpondit primo, ſe nõ exiſtimare Remp. eſſe offuſam tantis tenebris, vt veniret ſup. ab ea, huc indignitatis. i. ad huiuſmodi indignitatem, deinde cũ ſup. populi inſtarent perſeueranter, vt. ſ. interrogatus reſponderet, ac diceret, age, ſi fuerit ventum. ſ. ad Conſulatum Palicani, quid ſupp. faceres, inquit, ego non renunciabo. [Quo quidem reſponſo, tanto]. i. tantum, abſciſſo. i. celeri & ſuccincto, eripuit Palicano Conſulatum prius quam adipiſceretur, i. obtineret illum. Piſo contempſit multa, & terribilia, dum nõ vult ſpecioſum rigorem mentis ſuæ flecti. ſ. à conſtantia. ASCEN.

DE METELLO.

*METELLVS * autem Numidicus, propter cõſimile perſeuerantiæ genus, excepit quoq; indignã maieſtate, ac moribus ſuis procellam, cum enim animaduerteret, quo tenderent Saturnini Trib. pl. funeſti conatus: quantoque malo Reip. ſi non his occurreretur, erupturi eſſent, in exilium, quam in legem eius ire maluit. * Poteſt aliquis hoc viro dici conſtantior? qui ne ſentẽtia ſua pelleretur, patria, in qua ſummum dignitatis gradum obtinebat, carere ſuſtinuit.*

* Liu. lib. 60.

* De ciuitate decedere quã de ſententia maluit ſequit Cic. pro Cor. Balbo.

METELLVS aũt Numidicus pp] Florus. Lucius Apuleius in qt, Saturn. Gracchanas aſſerere leges non deſtitit tm animorũ viro Marius dabat, q nobilitati ſemper inimicus Cõſulatu ſuo extitit. Præterea occiſo palã in comitijs Annio competitore Tribunatus, ſubrogare conatus eſt in eius locũ C. Glauciã hoĩem ſine tribu &, ſine noĩe, ſed ſubito titulo in OLIV.

familiam

familiam ipſe ſe adoptabat, cum tot, tãtiſq; ludibriis exultaret impune in rogandis Grac. legibus, ita vehementer incubuit, vt Senatum quoq; cogeret in verba iurare: cum abnuẽtibus aqua, & igni interdicturum ſe minaretur, unus tñ extitit, qui mallet exilium, hic aũt fuit Metel. Numidicus. quia ſequitur poſt Metel. fugam omni nobilitate perculſa, &c. [Metellus aũt Numidicus] De hoc viro Plin. de viris illuſt. Q. inquit Cæcilius Metel. Numid. qui de Iugurtha Rege triumphauit Cenſor, eum q ſe Tib. Gracchi filium mentiebatur, in cenſum nõ recepit. Idẽ in legem Apuleiam per vim latam iurare noluit, quare in exilium actus Smyrnæ exulauit. Claudia deinde rogatione reuocatus, cum ludis forte literas in theatro accepiſſet de reuocatione, nõ prius eas legere dignatus eſt, q̃ ſpectaculũ finiret, Metellum ſororis ſue virũ laudare noluit, q is ſolũ iudiciũ contra leges detractaret. Abbreuiator T. Liuij, cũ legẽ inquit agrariã p vim tuliſſet Saturninus. Metello Numidico, eo q in eã minime iuraſſet, diem dixit, qui cũ à bonis ciuibus defenderetur, ne cauſa malorum certaminum eſſet in voluntarium exiliũ Rhodum profectus eſt, ibiq; legendo, & audiẽdo magnos viros, aduocabat. [Procellam] Impetum exilij. [Occurreret] Reſiſteret. [Quo erepturi eſſent].i. ad quantam rei perniciẽ euaſuri eſſent.

Metelli Numidici conſtãtia.

Ascan.

Metellus autem Numidicus excepit quoque pp conſimile genus perſeuerantiæ procellam].i. cõmotionem indignam maieſtate, ac moribus ſuis. [Cũ. n animaduerteret, quo conatus funeſti .i. ſcelerati, & pernicioſi Saturnini Trib. pleb. tenderent, & ſup. cum quanto malo .i. incommodo Reip. eſſent erupturi, ſi non occurreretur his. ſ. conatib. eius, maluit ire in exilium, quàm in legem eius .i. quàm conſentire legi eius. Poteſt aliquis dici conſtantior hoc viro, qui ne pelleretur ſup. à ſententia ſua, ſuſtinuit .i. paſſus eſt carere patria, in qua obtinebat ſummum gradum dignitatis? q. d. minimè dici poteſt eo conſtantior, quicunq; is ſit, vnde addit, Cæterum vt neminem &c. quæ ſequuntur.

DE Q. SCÆVOLA;

* Augur ante bellũ ciuile mortuus vt ex Lælio Cice.

*Caeterum vt * neminem prætulerim, ita Q. Scæuolam Augurem merito eidẽ cõparatũ: velim Depulſis proſtratiſq; inimicorum partibus, Sylla occupata vrbe, Senatum armatus coegerat. ac ſumma cupiditate ferebatur, vt C. Marius quàm celerimè hoſtis iudicaretur, cuius voluntati nullis obuiam ire audentibus. ſolus Scæuola interrogatus de hac re, ſententiam dicere noluit, quinetiam truculentius ſibi minitanti Syllæ, licèt inquit, mihi agmina militum, quibus Curiam circunſediſti, oſtentes, licèt mortem identidem miniteris, nunquam tamen efficies, vt propter exiguum, ſenilemq; ſanguinem meum, Marium, à quo vrbs, & Italia conſeruata eſt, hoſtem iudicem.*

Oliv.

Caeterum neminem] Vt neminem ei prætulerim, ita Q. Scæuolam Augurẽ eidẽ cõparo. Nõ auſim inquit, virum quempiã in hoc virtutis gñe Metello præponere poſſum aũt Q. Scæuolam iure cõparare, qui nihilo inferius cõſtantiæ documentum dediſſe videtur deuictis. n. Marianis partibus, cum Sylla, vt ſæpè dictum eſt Rẽp occupaſſet, côuocato Senatu voluit, vt Marius hoſtis patriæ iudicaretur, iuſſiſq; ſententiam dicere Senatores, cum alij metu, alij voluntate ſententiam comprobaſſent, ſolus Scæuola inuentus eſt, qui cõſtans, & intrepidus nulla ratione, cogi potuerit iniquã proferre ſententiam. [Truculentius] Sæuius. [Identidem] Frequenter. [Vrbs, & Italia] Quia Teuthones, Cymbros, & Gallos deuicerat.

Ascan. Scæuolæ Auguris cõſtantia.

Caeterum].i. ſed, vt .i. quemadmodum neminem prætulerim ei, ita comparauero ſup. ei tanquam nõ inferiorem, merito .i. ob meritus eius, Q. Scæuolam Augurẽ. Nam ſup. partibus inimicorũ a Sylla depulſis & proſtratis Sylla occupata vrbe .i. qui occupauerat vrbem coegerat, id congregauerat armatus .i. vi Senatum, ac ferebat ſumma cupiditate, vt C. Marius iudicaretur hoſtis. ſ. patriæ q̃ celerrimè. [Cuius voluntati nullis audentibus ire obuiam].i. reſiſtere, ſolus Scæuola interrogatus de hac re, noluit dicere ſentẽtiam, quinetiã inquit, Syllæ minitanti ſibi Scæuolę truculentius .i. multum trucolẽtẽ, licèt oſtentes mihi agmina militum, quibus circũſediſti Curiã, & licèt miniteris mihi idẽtidem mortem, tñ nunquã efficies, vt pp exiguum, & ſenilem ſanguinem meum .i. pp cõſeruationem vitæ, quæ non poteſt diu durare, ego iudicem Marium, a quo vrbs, & Italia eſt conſeruata, hoſtem patriæ.

DE SEMPRONIA.

Qvid fęminæ cum concione? ſi patrius mos ſeruetur, nihil: ſed vbi domeſtica quies ſeditionum agitata fluctibus eſt: priſcæ conſuetudinis auctoritas conuellitur, pluſq; valet quod violentia cogit: quàm quod ſuadet, & præcipit verecundia. Itaque te Sempronia, Tib. & Cai Gracchorum ſoror, vxor Scipionis Aemiliani, non, vt abſurdè grauiſſimis virorum operibus inſerens, maligna relatione comprehendam: ſed quia à Trib. pl. producta ad populum, in maxima confuſione, nihil à tuorum amplitudine degeneraſti: honorata memoria proſequar. Coacta es eo loci conſiſtere, vbi principum ciuitatis perturbari frons ſolebat: inſtabat enim tibi toruo vultu minas profundens ampliſſima poteſtas: cum clamor imperitæ multitudinis obſtreperet: totum forum acerrimo ſtudio nitebatur, vt * Equitio, cui Semproniæ gentis falſum ius quærebatur: tanquam filio Tyberij fratris tui oſculum dares: tu tamen illum, neſcio quibus è tenebris protractum, vt portentum, execrabili audacia ad vſurpandam alienam propinquitatẽ tendentem, repuliſti.*

* Liu. lib. 59.

* De hoc. Equitio lib. 9. c. 7

Oliv.

Qvid fœminę]. ſ. negocij habent cum concione? [Si patrius mos ſeruetur, nihil] Nam fœminam pudicam in conuentũ hominum prodire non decet ea conſuetudine maiorum. [Fluctibus] Motibus, perturbationibus, ſic & Cic. pro Milone populo ſeditioſo comparat tẽpeſtatem, Eqeidem certas tempeſtates, & procellas in illis duntaxat fluctibus concionũ, &c. contra verò Vergilius tẽpeſtati cõparat populũ, Ac veluti in populo magno, cum ſæpe coorta eſt ſeditio, &c. [Sed vbi] Pudor quidem & reuerentia ſexus, nõ patitur mulierem pudicam in cœtum, & multitudinem virorum prodire ex conſuetudine maiorum, niſi neceſſitate cogatur, ſed ſi cogitur, priſca conſuetudo tollitur, & violentiæ pudor parere compellitur. [Itaque te Sempronia] L. Apuleius Trib pl. ſubornauerat Equitium quendam ignobilẽ, vtpote libertinæ ſortis hominẽ, vt ſe filium T. Gracchi diceret, Sempronia in forum adducta, vt rẽ hãc falſam teſtaretur, nulla vi impelli potuit, vt dedecus familiæ ſuæ cognoſceretur. [Perturbari frons ſolebat] Nemo erat tam ſummus in ciuitate princeps, qui ſi de eo ad populum ageretur reus productus, vultus, pallore perfunderetur, & de ſalute ſolicitus eſſet. [Abſurdũ] Incõueniẽter, & indignè. [Ampliſſima poteſtas].i. Tribunitia [Obſtreperet] Inclamaret reſonaret, nam plebs more ſuo tumultuabatur.

Ascan.

Qvid fœminæ, &c.] Recitat conſtantiam Semproniæ, quæ in concionẽ perducta, vt oſculo atteſtaretur quendam ignobilem (vt auctore Trib. pl. ſeſe aſſerebat) eſſe filium Trib. Grac. nullis minis ad mendacij atteſtationem induci potuit. Ordo eſt. Quid fœminæ ſup. habent negocii cum concione, aut potius in ſingulari. Quid ſup. negotij eſt, fœminæ cum concione, i. cetu hominum conuocatorum ad audiendum de ijs, quæ Remp. concernunt? Reſpõdet Si mos patrius i. à patribus inſtitutus, aut in patria diu obſeruatus, ſeruetur, nihil ſup. eſt negotij fœminæ cum concione. [Sed vbi].i. poſtquã quies domeſtica .i. ciuilis eſt agitata fluctibus ſeditionum].i. poſtquam ciues, qui prius domi quiete viuere ſolebant, cœperunt ſeditiones excitare, auctoritas priſcæ .i. antiquæ conſuetudinis conuellitur. ſ. à ſede ſua .i. diſſipatur, & nunc plus valet, id quod violẽtia cogit, q̃ id, quod verecundia ſuadet, & præcipit, [Itaque].i. & ita, quia vi, non ſponte in concionem deſcendiſti, ò Sempronia, ſoror Tib. & Cai Grac. & vxor Scip. Aemiliani, ego non comprehendam te maligna. ſ. detractoria relatione, vt .i. veluti inferens (forte legatur rectius inferentem) te abſurdè; quia contra morem patrium grauiſſimus operibus virorum, quale eſt in concione conſtanter verum tueri, ſed quia tu producta à Trib. pl. i. L. Apuleio Saturnino ad populum in maxima cõfuſione .i. populi, qui commotus ſtabat expectãs atteſtationẽ tuã, tu nihil degeneraſti ab amplitudine tuorũ. ſ. neceſſariorũ, & maiorũ, ideo ſup. proſequar te memoria honorata .i. honorifica. Tu enim coacta es conſiſtere .i. cum multis ſtare, eo loci .i. in eo loco, videlicet in publica concione, vbi frons principum ciuitatis ſolet perturbari, qñ. ſ. illis dies ad populum dicta fuerit,

Theo.

fuerit. [Poteſtas ampliſſima] Videlicet Tribunitia, inſtabat tibi profundens toruo vultu minas, cum .i. qñ clamor multitudinis imperitæ obſtreperet .i. ſtrepitu oppleret totum forū, & nitebatur acerrimo ſtudio .i. conatu, vt dares. [Equitio] .ſ. adoleſcenti ignobili, cui quærebatur .ſ. à Trib. pl. & à populo male perſuaſo, falſum, quia fictum, & non verum, is gentis Semproniæ .i. vt hæres declaretur Tiberij Grac. qui de gente Sempronia erat, dares inquam Equitio oſculum tanquam filio Tiberij fratris tui, tñ .i. licet tot te vrgerent, tu repuliſti illum .ſ. Equitium protractum .i. procreatum, neſcio quibus tenebris .i. obſcuris parentibus, tendentem, vt portentum .i. tanquam monſtrum, audacia execrabili, ad vſurpandam propinquitatem alienam.

DE CENTVRIONIBVS.

* Hirtius de bello Africa.

NON indignabuntur * lumina noſtræ vrbis: ſi inter eorum eximium fulgorem Centurionum quoque virtus ſpectandam ſe obtulerit. Nam vt humilitas amplitudinem venerari debet: ita nobilitate ſouenda magis, quàm ſpernenda bonæ indolis nouitas eſt. An abigi debet Pontius horum exemplorum contextu? qui pro Cæſaris partibus excubās Scipionis præſidio interceptus, cū vno modo ſalus ei daretur ſi ſe futurum Cn. Pompeij generi ipſius militem affirmaſſet, ita reſpondere non dubitauit: Tibi quidem Scipio gratias ago, ſed mihi vti iſta conditione vitæ non eſt opus. Sine vllis imaginibus nobilem animū, & idem conſtantię propoſitum ſecutus C. Mçuius Centurio Diui Auguſti: cum Antoniano bello ſæpenumero excellētes pugnas edidiſſet improuiſis hoſtiū inſidijs circūuentus, & ad Antoniū Alexandriam perductus interrogatusq́; quidnam de eo ſtatui deberet: Iugulari me, inquit iube, quia non ſalutis beneficio, nec mortis ſupplicio adduci poſſum, vt aut Cæſaris miles deſinam, aut tuus eſſe incipiam. Cæterum quo conſtantius vitam contempſit: eo facilius impetrauit. Antonius enim virtuti eius incolumitatem tribuit.

NON indignabuntur] De inferiorum hominum cōſtantia dicturus Val. præfationem quandam præmittit, qua oſtendit, non debere nobilioribus viris moleſtum eſſe, neque naturæ indignum videri, humiliorum hoīum ſibi exēpla ſubiungi, q̄ quemadmodum ab his clarorum virorum amplitudo veneratur, ſic à claris viris humilitatis virtus, ſi qua fuerit, magis eſt omni fauore proſequēda, quo ſe tollere poſſit, q̄ vlla malignitate ſpernēda, qua veluti demerſa ꝑpetuò iaceat. [Nouitas] Noui homines, qui nulla maiorum ſuorū imagine clari ſua ſibi nobilitatem virtute compararunt. [An abigi debet Pōtius ab horum exemplorum] Hoc ſine dubio ciuili bello, quod in Africa geſtum eſt, poſt Pomp. caſus euenit, nam capta forte triremi Cæſariana, quæ cōmeatum ex Sicilia adoehebat veterani quidam milites cum Centurione vno ad Scipionem deducti ſunt, quos ita Scip. dicitur allocutus. Non ſpōte veſtra certè ſcio, ſed illius ſcelerati veſtri Imperatoris impulſu & imperio coactos, ciues, & optimum quenque nefariè cōſectari, quos, qm̃ fortuna in noſtrā detulit poteſtatem, ſi id quod facere debetis Remp. cum optimo quoq; defendetis, certum eſt vobis vitā, & pecuniam donari prius quam quid ſentiatis proloquamini, tū Centurio pro tuo inquit, ſummo beneficio. Scip. gratias ago (non .n. te Imperatorem appello) qui mihi vitam incolumitatemq́; belli iure capto polliceris, & forſan iſto vterer beneficio, ſi non ei ſummum ſcelus adiungeretur, ego ne contra Cæſ. Imperatorem meū, apud quem ordinem duxi, eiusq́; exercitū, pro cuius dignitate, victoriaq́; amplius 36 annis depugnaui, aduerſus, armatusq́; conſiſtā, neq; ego id facturus ſum & te magnopere de negocio vt deſiſtas adhortor. cōtra cuius .n. copias contēdas ſi minus antea expertus es, licèt nunc cognoſcas: elige ex tuis cohortē vnā, q̄ putas eſſe firmiſſimā, & cōſtitue contra me, ego ex meis cōmilitonibus, quos nunc in tua tenes poteſtate, non amplius, decem ſumam, tunc virtute noſtra intelliges, q̄d ex tuis copijs ſperare debebas, tūc Scipio irritatus, oēs interfici iuſſit: [Si ſe futurum Cn. Pōp. generi ipſius militē affirmaſſet] Diſcrepat hoc loco Val. à Cæſ. cōmentarijs, nam poſt Pompeij mortem hoc factū fuiſſe, ex ipſis cōmenarijs colligitur, niſi alter forte Centurio alio tēpore, & Scip. præſidiu interceptus, ad eum fuiſſet deductus quod nuſquā ma legiſſe memini, nāq̄ nonnulli dñt, hoc fuiſſe apud Aliacmonem fluuiū, qui Macedoniam diuidit à Theſſalia, cū Scip. ad Pōp. properaret, vt expeditius iter faceret M. Fauoniū cum 8. cohortibus ad Aliacmonem fluuium in ꝑſidio collocauit, & q̄ Pontius certior factus de aduentu Scip. fuerit interceptus totum falſum, teſte ipſo Cæſ. qui oſtendit, nullum ibi fuiſſe Pontium, ſed Caſſium, nō interceptū ſed aduentu Domitij liberatum, quare Centurionē, quē ſupra diximus Pontium nominatū fuiſſe crediderim, [Sine vllis imaginibus nobilem animū & idē conſtātiæ,] hoc fuit bello ciuili q̄ inter Aug. & Ant. geſtum eſt, vbi Mçuius hic de quo loquit̃, cum multa, & ꝓclara facinora edidiſſet, tandē periculis temere nimis expoſitus ab Antonianis militibus interceptus eſt, & ad Imperatorē Ant. deductus, quē cum interrogaſſet, quidnā de ſe conſtituendum eſſe videretur, conſtanter reſpōdit, occidi iube, quia nulla ratione adduci poſſum, vt à Cæſ. ad teipſum deficiā, qua conſtantia vitam, quàm contemnebat facilius ab Ant. conſecutus eſt. [Alexandriam] vbi cum Cleopatra viuebat.

NON indignabuntur] Tranſiēs ad minus clarorum conſtantiam memorandam per modum præfationis cōnectit, dicenda dictis, hoc ordine. Lumina .i. primores noſtræ vrbis non indignabūtur .i. non ægrè ferēt, ſi inter eximium fulgorem eorū, virtus quoq; Cēturionū, qui inferiores ſunt, obtulerit ſe ſpectādā .ſ. ex relatione auctoris, nam ut humilitas .i. humilis cōditionis homo, debet venerari amplitudinem .i. amplæ cōditionis, & nobilitatis viros, ita nouitas bonæ indolis, eſt magis fouēda, q̄ ſpernēda ſup. à nobilitate .i. nobilibus, opponūtur aūt noui, & nobiles. Nam noui ſunt ignobiles, ut qui primi ſuorū magiſtratū gerūt, aut geſſerunt. Nobiles ſūt multorū magiſtratuum geſtorū notitia clari. [An Pōtius] .ſ. Centurio debet abigi .i. repelli a contextu horū exemplorum, q. d. minimè. [Qui] .ſ. Pontius excubans .i. vigilāter agēs pro partibus Cæſ. .ſ. Iulij, interceptus ſup. à præſidio Scip. cum ſalus daretur .i. offerretur ei, vno modo .i. tm̃ vna conditione, ſi affirmaſſet ſe futurū militem Cn. Pōp. generi ipſius .ſ. Scip. non dubitauit .i. non eſt veritus rñdere ita .i. in hūc modū, ò Scip. ago q̄dē tibi gratias, ſed nō eſt opus .i. expediēs mihi uti iſta .ſ. tam vili (quia mutata fide) cōditione vitæ [Sine vllis, &c.] Valla hoc legit quaſi ſubaudiatur o, ſed ſupprimatur, ut maior ſit vis exclamationis, & ita deberet addi ſuperiori exemplo, ut ſit ò nobilē animum ſine vllis imaginibus .i. ſtemmatibus maiorum. Et ſm̃ hanc lectionem principium alterius venerationis eſſet. [Idem conſtantiæ] Quo mō nō eſſet legendū, & idē, ſed duntaxat idē alij autem, quibus minus accedo placet, ut ſit ordo. C. Mçuius Cēturio D. Aug. ſecutus animū .ſ. Pontij nobilē ſine vllis imaginibus .ſ. maiorum, & idem propoſitū cōſtātiæ. cū .i. poſt quā edidiſſet ſup. in bello Antoniano .i. geſto cōtra Ant. Triūuirū, ſæpenumero pugnas excellētes, circūuentus .i. interceptus inſidijs hoſtiū, improuiſis .i. quas non præuiderat, & perductus Alexādriā Vrbem Aegypti, ad Ant. qui illic cum Cleopatra agebat, & interrogatus .ſ. ab Ant. quidnā deberet ſtatui de eo, inquit, ò Ant. iube me iugulari, quia nō poſſum adduci .ſ. ad aſſentiēdū beneficio ſalutis .i. etiā ſi mihi ſalutē promiſeris, nec ſupplicio mortis .i. licèt mortē miniteris, vt aut deſinā eſſe miles Cæſ. .ſ. Auguſti, aut incipiā eſſe tuus. [Cęterū] .i. ſed quo .i. quāto cōſtātius Mçui⁹ ſup. cōtēpſit vitā, eo .i. tanto facilius impetrauit vitā. [Ant. n tribuit incolumitatē] .i. ſalutē virtuti .i. ꝑꝑ virtutē eius, ipſi .ſ. Mçuio.

Aſcen

EXTERNA.

DE BLASIO.

COMPLVRA huiuſce notæ Romana exempla ſuperſunt: ſed ſatietas modo vitanda eſt. Itaque ſtylum meum ad externa iam delabi permittam: quorum principatum teneat * Blaſius: cuius conſtantia nihil pertinacius. Salapiam enim patriam ſuam præſidio Punico occupatā, Romanis cupiens reſtituere, Daſium acerrimo ſtudio ſecum in adminiſtratione Reip. diſſidentem, & alioqui toto animo Hannibalis amicitiæ vacantem, ſine quo propoſitum conſiliū peragi non poterat, ad idem aggrediendum opus maiore cupiditate, quàm ſpe certiore, tentare auſus eſt, qui protinus ſermonem eius,

* Liu. lib. 26. vbi Blaſtius legitur.

adrectus

adiectis quæ & ipſum commendatiorem, & inimicum inuiſiorem factura videbantur, Hannibali retulit: à quo adeſſe iuſſi ſunt, vt alter crimen probaret, alter defenderet. Cęterum cũ res pro tribunali gereretur, & illi quæſtioni omnium oculi eſſent intenti, dũ aliud forte certioris cura negocium tractatur, Blaſius vultu diſſimulante, ac voce ſummiſſa, monere Daſium cœpit, vt Romanorum potius, quam Carthaginienſium partes foueret. Enimuero tunc ille proclamat ſe in conſpectu Ducis aduerſus eum ſolicitari: quod quia incredibile exiſtimabatur, & ad vnius tantũ aures penetrauerat, & iactabatur ab inimico, veritas fide caruit: ſed nõ ita poſt multo Blaſii mira conſtantia Daſium ad ſe traxit, Marcelloq; & Salapiam, & quingentos equites Numidas qui in ea cuſtodiæ cauſa erant, tradidit.

OLIV. COMPLVRA huiuſce] Ad externa tranſiturus præfatur quodammodo, ac dicit alia multa ſeruatæ conſtantiæ domeſtica exempla ſupereſſe memoratu digna, quæ conſulto præterire, & ad externa tranſire voluit, ne vnius rei longe narrationis faſtidioſa copia ſacietatem legẽtibus ingeneraret. [Notæ] i. huius memoriæ, & notandum eſt in bonam partem accipi plerumq; notam, eſt.n. peccatum, dedecus, macula: eſt etiam nota rei alicuius memoria, ac ſignum, & figura rem aliquam denotans. [Quorum principatum] Salapiæ principes erant Daſius, & Blaſius, Daſius Hannibalis amicus, Blaſius quantum ex tuto poterat rem Romanam fouebat, & per occultos nuncios ſpem proditionis fecerat Marcello, ſed ſine adiutore Daſio res tranſigi nõ poterat. Multum ac diu cunctatus, & tum quoque magis inopia conſilii potioris: q̃ ſpe effectus, Daſium appellabat, at ille ab re auerſus, tum æmulo potenti inimicus, rẽ Hannib. aperit. Acerſito vtroq; Hann. cum pro tribunali quædam ageret, mox de Blaſio cogniturus, ſtaretq; ſubmoto populo accuſator, & reus Blaſius de proditione Daſium appellabat, enimuero ille veluti immanẽ rẽ ſtatim exclamat ſub oculis Hann. ſecum de proditione agi, Hann. atq; eis, qui aderant quo audacior res erat minus veriſimilis viſa eſt, æmulationem profecto, atq; odium eſſe, & ob id crimen afferri, quod q̃a teſtẽ hẽre non poſſit, liberius fingatur, ita inde dimiſſi ſunt nec nõ Blaſius ante deſtitit a tam audaci incepto, q̃ idem obtũdendo, docẽdoq; quàm ea res ipſi patriæq; ſalutaris eſſet, peruicit, vt præſidiũ (hi aũt Numidæ erant) Salapiaq; traderetur Marcel. nec ſine cæde multa tradi potuit, quia lõge fortiſſimi equitũ ex toto Punico exercitu ibi erãt, ita quanquã improuiſa res fuit, nec vſus equorum in vrbe erat, tñ armis inter tumultum captis, & eruptionem tentauerunt, & cum euadere nequirent, pugnãtes ad vltimum occubuerunt, nec plures quam 50. ex his in ptãtẽ Ro. viui venerunt, plus aliquanto damni hæc ala equitum amiſſa Hannib. q̃ Salapia fuit, nec deinde vnquam Pœnus, quo longe plurimum valuerat, ſuperior equitatu fuit. [Diſſidentem] Diſſentientem, quia Blaſius cum Rom. Daſius cum Hanni. ſentiebat. Adiectis quæ & ipſum commendatiorem. Quia quædam inſerebat, quæ ipſum beneuolum Hann. redderent. [Certioris curæ] Propinquioris, q̃ celeriorem curam deſideraret. [Vultu diſſimulante] Ne ab aliquo percipi poſſet ipſum cũ Blaſio loqui [Incredibile] Vtpote etiam in conſpectu Ducis, & quo res audaciæ plus habere videbatur, cõmunis fidei minus habebat.

ASCEN. COmplura] Tranſit ad externa, non quod deſint Romana, ſed vt varia magis oblectent, vnde dicit. [Complura exẽpla Rom huiuſce notæ] i. eiuſdem valoris iconſtantiæ, ſicut nummi eiuſdem æris ponderis, & notæ. i. monetæ eiuſdem ſunt valoris, ſed ſacietas eſt vitanda modo. i. menſura. Quidquid. n. vltra modum capimus, nos ſatiat, & in nobis nauſeam parit in terris. [Itaque] i. & ita permittam ſtylum meum dilabi ad externa ſ. p. exempla, quorum principatũ. i. primum, & principalem locum Blaſius. ſ. Salapius teneat. Cuius conſtantia nil ſup. eſt pertinacius. i. perſeuerantius. Enim pro quia, ipſe cupiens reſtituere Rom. Salapiam patriam ſuam occupatam præſidio Punico, auſus eſt tentare. i. ſolicitare ad idem opus. i. ad reſtitutionem communis patriæ, maiore cupiditate, quam ſpe certiore. i. cupiditate, quæ plus habuit vehementiæ, aut magnitudinis, q̃ ſpes habuit certitudinis, quia auſus eſt tentare Daſium diſſidentem. i. diſſentientem ſecum acerrimo ſtudio in adminiſtratione Reip. & alioqui. i. præter illud diſſidium, aut illam diſſenſionem vacantẽ. i. operam dantem, & ſe exponentem toto animo, amicitiæ Hann. ſine quo conſilium propoſitum non poterat peragi, quia vterq; præſidio præerat, aut claues portarum neuter ſolus habebat Qui ſ. Daſius retulit protinus Hannib. ſermonem eius. ſ. Blaſii, adiectis. i. additis ſup. iis quæ videbantᷣ factura, & . i. ſimul ipſum. ſ. Daſium, commendatiorem. i. chariorem, & acceptiorem Hãnib. & inimicum. ſ. Blaſium inuiſorẽ. i. magis inuiſum. [A quo]. ſ. Hannib. iuſſi ſunt. ſ. ambo adeſſe. i. comparere, vt alter. ſ. Daſius probaret crimẽ, alter. ſ. Blaſius defenderet. i. purgaret, aut repelleret. [Cæterum]. i. ſed cũ res gereretur pro tribunali. i. ante tribunal, & oculi omnium eſſent intenti illi quæſtioni. i. inquiſitioni de crimine proditionis, dũ fortè aliud negociũ curæ citerioris. i. interioris, & magis vrgẽtis, tractatur ſ. ab Hannib. [Blaſius cæpit monere Daſium vultu diſſimulante]. i. occultante, quid ageret, & voce ſummiſſa, ne præter eum quiſquam audiret, vt foueret potius partes Romanorum, q̃ Carth. [Enimuero]. i. certè tunc ille. ſ. Daſius proclamauit ſe ſolicitari. ſ. à Blaſio, in conſpectu Ducis. ſ. Hannib. aduerſus illum. ſ. Ducẽ, quia vt foueret Rom. partes petebat Blaſius. [Quod quia exiſtimabatᷣ incredibile, & penetrauerat tñ ad aures vnius]. ſ. Daſii, & iactabatur. i. iactanter deferebatur ab inimico veritas. i. licet vera eſſe delatio, tñ caruit fide. i. credulitate [Sed mira conſtantia Blaſii traxit non multo poſt Daſiũ ad ſe]. i. in ſententiã ſuã, & tradidit. ſ. conſentiente Daſio Marcello Duci Romanorum, & . i. ſimul Salapiam. ſ. vrbem patriam ſuam, & quingentos milites Numidas, qui erant in ea. ſ. vrbe, cauſa cuſtodiæ. i. præſidii, & defenſionis pro Carthaginienſib.

DE PHOCIONE.

*PHOCION * verò, cum Athenienſes rem aliter, quã ipſe ſuaſerat, proſperè adminiſtraſſent, adeo perſeuerãs conſtantiæ ſuæ propugnator extitit, vt in concione lętari quidem ſe ſucceſſu eorum, ſed conſiliũ tamen ſuum aliquanto melius fuiſſe diceret. Non enim damnauit quod recte viderat; quia quod alius male conſuluerat, bene geſſerant, fęlicius illud exiſtimans, hoc ſapientius. Plerumq; enim temeritatem caſus iuuat, vbi prauo conſilio propius aſpirat: & quo vehementius noceat, deſperatius prodeſt. Placidi ſanè & miſericordes, & liberales, omniq; ſuauitate temperati mores Phocionis, quos optimè profecto conſenſu omnium * bonitatis cognomine decorandos cenſuit. Itaque conſtantia, quæ natura rigidior videtur, lenis è mãſueto pectore fluxit.*

* Plut. in vita.

* Bonus. n. dictus eſt. Probus in vita.

OLIV. PHOCION verò cũ] Decillus quidã admonebat Athenienſes, vt cauerent ab inſidiis Nicanoris, qui præfectus erat Caſſandri, quod occultè bellũ pararet Pyreumque portũ ne intercipere et periculum eſſe. Phociõ aũt populo audiẽte magna voce dixit, nullum inſtare periculum, & nihil prorſus timendum eſſe cõſulebatq; magis amicitiam cum Caſſandro, q̃ bellum ſuſcipiendum, capto deinde Pyręo, nec ad recuperandũ armari, nec armatis præeſſe voluit, nam factio optimatum, in qua & Phocion erat cum Caſſandro ſentiebat, populares Polyperconti fauebat, ſed poſtquam ſuſcepto bello pulſus eſt Caſſander Polyperconte duce, Phocionis conſilium minus probabile viſum fuit, tum Phocion in concione Atheniẽſium fortunæ gratulatus eſt, & de proſpero euentu lætatus, at vero conſilium ſuum aliquanto ſanius fuiſſe affirmauit, magnã quidem conſtantiam viri, vt in ipſa victoria probaret conſilium ſuum, q̃ fuerat de bello non ſuſcipiendo, fuit hic Phocion, vt in ca. de ingratitudine latius, prolixiusq; dicturi ſumus, capite damnatus, nam inter cętera in eo quoq; offenderat ciuitatem, quod malè conſuluerat patriæ ſuæ, ne vltro Spartanis bellum inferrẽt, cuius duces fuere Pericles, & Sophocles. quo bello multas Achaiæ ciuitates Athenienſium Imperio adiecerunt, Phocion & ſi ſępe exercitib. præfuit ſummoſq; magiſtratus cępit tñ multo eius notior integritas vitæ, q̃ rei militaris labor, itaque huius memoria nulla, illius autem magna fama, ex quo cognomine bonus eſt appellatus, legitᷣ in vita Demoſthenis, vim maximam in dicẽdo habuiſſe Phocionẽ, qui multas, grauesq; ſententias paucis verbis complecteretur. Itẽm q̃ Demoſthenes omnes oratores vno Phocione excepto, non ſolũ eloquentia,

ſed

ſed vita quoq; ſuperauit. [Plerũq; enim] Caſus plerunq; temeritatem corrigit, vt res malo conſilio aggreſſas, caſus plerũque ſecundet. [Placidi, ſanè & miſericordes] ſũmæ modeſtiæ, & integritatis virum fuiſſe Phocioñ & perpetuo pauperẽ, cũ ditiſſimus pp delatos honores eſſe potuiſſet, oĩa repudianit cõſtantiſſimè Philippi regis munera, cũ maximè hortaretur à legatis Regiis, vt ea acciperet, ad filiorum ſaltem commoditatẽ, qui i ſumma paupertate nõ facile poſſent patet nã tueri gloriã: quibus ille rñdit, ſi mei ſimiles erunt nequaq̃ difficile erit, idẽ hic agellus illos alet, q' me ad hãc dignitatẽ ꝓduxit, ſi diſſimiles ſunt futuri, nolo meis impẽſis illorũ ali, augeriq; luxuriã.

Ascen. PHocion verò, &c.] Ordo eſt. Vero pro ſed, Phoció cum Athenieſes adminiſtraſſent, rem. ſ. militarẽ ꝓſpere, ſed aliter quã ipſe ſuaſerat, extitit adeo perſeuerans propugnator. i. protector ſuæ conſtantiæ. i. perſeuerantiæ in ſnia, vt diceret in cõcione. i. vt dñt in cõgregatione, & in cœtu hoium, ſe quidẽ lætari ſucceſſu eorum. i. eo, ꝙ proſpere ſucceſſiſſet, ſed tñ conſilium ſuum fuiſſe melius aliquãto, & ita ſi ipſum ſecuti fuiſſent, adhuc melius ſucceſſiſſet. [Nõ n. dãnauit]. i. reprobauit ſup. id quod ipſe viderat rectè, quia. i. propterea qđ Athenieſes bene geſſerant, id quod alius malè cõſuluerat. [Exiſtimans]. i. iudicans illud. i. qđ fecerant ex malo conſilio alterius, fęliciter ſup. eueniſſe, hoc ſ. qđ ipſe conſuluerat, ſapientius ſup. conſultũ eſſe, vnde noluit rem iudicari ab euẽtu, ſicut nec Philis Ouidiana dicens ex opinione vulgi. *Exitus acta probat*, & addens ea ſnia ſua careat ſucceſſibus opto, quiſquis ab euentu facta notanda putat. Vnde auctor noſter. Caſus. n. iuuat plerunque temeritatem (non quia vt Philoſophus docet, quanto minus eſt alicui prudentiæ, tanto plus habet fortunæ, eo quod caſus, & fortuna nullum cum prudentia hñt commercium, ſed quia plerũq; ita euenit, vt quanto quiſque minus proſpexerit, tanto melius illi à caſu euenire ſoleat) vbi. ſ. caſus, aut fortuna aſpirat propius. i. pſentius cõſilio prauo, ſup. quã recto, & quo. i. iõ, vt fortuna noceat vehementius ipſa prodeſt deſperatis. i. in rebus magis deſperatis. Mores Phocionis placidi ſane. i. valdẽ, & miſericordes, & liberales, & tẽperati oĩ ſuauitate, quos. ſ. mores, conſenſus oĩum. ſ. ciuiũ Athen. cenſuit optimè, decorãdus cognomine bonitatis, alii legũt decorando, vt ſit quos cõſenſus oĩum cenſuit. i. æſtimauit optimè, decorando ſup. eum cognomine bonitatis. Nam dictus eſt vulgo Phocion bonus. [Itaq;]. i. & ita, cõſtantia, quæ vr̃ natura. i. p naturã, rigidior. i. aſperior (qa cõſtãtes ferè rigidi ſunt) ut qui nullo modo flecti pñt, fluxit lenis. i. placida, & trãquilla, è pectore eius mãſueto.

DE SOCRATE.

SOCRATIS autem virilitatis robore palliatus animus, aliquanto præſtantius perſeuerantiæ exẽplum edidit. Vniuerſa ciuitas Athenienſium iniquiſſimo, ac truculẽtiſſimo errore inſtincta, de capite decem Prætorum, qui apud [a] *Arginuſas Lacedæmoniam claſſem deleuerant: triſtem ſententiã tulerat: forte tunc eius poteſtatis Socrates, cuius arbitrio plebiſcita ordinarentur, indignum iudicans, tot & tam benè meritos, ex indigna cauſa impetu inuidiæ arripi, temeritati multitudinis conſtantiam ſuam obiecit: maximoq; concionis fragore, & incitatiſſimis minis compulſus non eſt, vt ſe publicæ dementiæ auctorem adſcriberet: qua oppoſitu eius legitima graſſari via prohibita, iniuſto Prætorum cruore manus ſuas cõtaminare perſeuerauit: nec timuit Socrates, ne conſternatæ patriæ, vndecimus furor, mors ipſius exiſteret.*

[a] Plato in apologia Socra. & Xenoph. lib. 4. li. 9. cap. 8.

Oliv. SOCRATIS aũt virilitatis,] Cum bellum gererent Ath. aduerſus Lacedæmonios, & forte apud Arginuſas inſulam vtriuſq; populi claſſis cõparata eſſet, ac ſtaret inſtructa placuit decẽ Prætoribus, vt pugnã cũ hoſte cõmitterent, & fortunam experirentur, quo prælio ipſi victores fuerũt, ſed poſt pugnã ſubito exorta tempeſtas, quæ claſſem Athenienſiũ diiecit, ac diſſipauit, vt militum corpora ſepulturæ mandari non potuerint, cum nunciatum eſſet Athenis militum corpora inſepulta iacere, adeo excitatus eſt populus Athen. verſus ꝑtores, vt legem ferrent de ſumendo ſupplicio ex iis, cum primum rediiſſent, & cum forte Dimarchus eſſet Socrates. ſ. Trib. pl. nulla ratione adduci potuit, vt huic legi tam veſanæ conſentiret, & quia plebiſcitum fieri non poterat, iniuſſu Socratis illi per vim executi ſunt, ꝙ iure non poterant, itaq; cum Prætores rediiſſent, ex his continuo ſummum ſupplicium ſumpſerunt. [Eius poteſtatis] Dimarchus erat vt apud nos Tribunus. [Ex indigna] Quod videlicet militum corpora ſæuitia maris interpellante ſepulturæ mandare nequiuerant. [Legitima graſſari via] Graſſari crudeliter agere, & ſupra modum ſæuire. [Cõſternatæ patriæ] Aliqua ſubita perturbatione concitatæ. [Vndecimus] ſ. poſt mortem decem Prætorum ipſe vndecimus eſſet, qui opprimeretur.

SOcratis aũt, &c.] Subinſert alia exẽpla externa non ſine quadã comparatione inter ſe, dicens. Aũt pro ſed, anim' Socratis philoſophi illius Ath. palliatus. i. tectus, robore, id eſt, firmitate perſeuerantiæ, edidit exemplum perſeuerãtiæ perfectius aliquãto. i. quã proximè recitatũ fuit. Vniuerſa ciuitas Ath. inſtructa errore iniquiſſimo & truculentiſſimo (quia licet pp tẽpeſtatem ſubortam corpora ſuorũ ſepulturæ mãdari non potuerãt, non tñ digni erant morte, non. n. penes mortales eſt vim tempeſtatis cohibere) tulerat triſtem, quia lætiferã ſententiam de capite decem Prætorum (vulgus nunc Capitaneos vocat) qui deleuerant apud Arginuſas. ſ. inſulam, claſsẽ Lacedęmoniam. [Socrates] Fortè tunc eius poteſtatis. ſ. Dimarchiæ, hoc eſt Tribunatus cuius arbitrio ordinarẽtur. i. ratificarent plebiſcita. i. à plebe ſancita, ac comprobata, iudicãs indignũ tot, quia decẽ Prætores, & tam bñ meritos. ſ. de Rep. quia Lacedæmoniã claſsẽ vicerant, arripi. ſ. ad cędẽ, ex cã io qua nulla eorũ inerat culpa, & indigna impetu inuidiæ, obiecit temeritati multitudinis ſuam conſtantiã. i. conſtanter reſtitit, & nõ eſt compulſus. i. perductus maximo fragore concionis. i. quo ſ. concione vſi erant Athen. & incitatiſſimis minis ſ. totius populi, vt aſcriberet ſe dementiæ publicæ auctorem. i. comprobatorem, quæ. ſ. dementia publica, prohibita oppoſitu. i. per obiectionem eius, graſſari. i. ſæuitiam oſtendere (non eſt autẽ legẽdũ craſſari, quod eſt pinguẽ fieri) via legitima (quia lex erat, tunc demum ſentẽtiam populi ratam haberi ſi Dimarchus auctor fieret) pſeuerauit cõtaminare manus ſuas cruore Prætorũ iniuſto. i. iniuſtè effuſo, nec Socrates timuit, ne mors ipſius hoc eſt ſua, exiſteret vndecimus furor (quia tot furores præceſſiſſe videbantur, quot Prætores iniuſtè damnauerãt, erãt autem decem, vnde eius mors vltimus furor fuiſſet) patriæ cõſternatæ. i. plebis conſternatæ, eo ꝙ audierat ſuos inſepultos iacere. Ascen.

DE capite decẽ Prætorum] Theramenes eius legis auctor extitit, vt ex auctoritate Suidæ recitauimus. Theo.

DE EPHIALTE.

PROXIMVM, etſi non eiuſdem ſplendoris eſt, tamen certum conſtantiæ haberi poteſt experimentũ efficacis operæ forẽſis, fidei non latentis Athenis Ephialtes accuſare publicè iuſſus, & inter cęteros Demoſtrati nomen deferre coactus eſt, cuius filius erat Demochares, excellentis formæ puer, animo eius flagrãtiſſimo inhærens amore. Itaq; communis officij forte truculentus accuſator, priuati affectus conditione miſerabilis reus, puerum ad ſe exorandũ, quo parcius patris criminibus inſiſteret, veniẽtem, neq; repellere, neq; ſupplicem genib. ſuis aduolutũ intueri ſuſtinuit. Sed operto capite flens, & gemẽs, preces expromere paſſus eſt. Nihiloque minus ſyncera fide accuſatum Demoſtratum damnauit: victoriam neſcio, laude, an tormento maiore partam: quoniam prius, quam ſontem opprimeret ſeipſum vicit Ephialtes.

PROXIMVM etſi nõ eiuſdem] Mos erat apud Athenienſes, vt forte traherentur, qui mores hominum, & vitæ rationem indagarẽt, & quos non probarent, publicẽ accuſarent, cũ vitæ rationem reddere non poſſent. [Forenſis fidei] Quia Ephialtes in foro fecit, quod debuit, & hæc eſt fides forẽſis. [Accuſare publicè] Vt apud nos Cenſores de moribus indicabãt, ciuitatis, quos græcis τιμητὰς vocãt, ita hi, & accuſabãt vt vitæ rationẽ redderent [Cuius filius] Antiqui pueros amabant, Oliv.

bant,egregię indolis pręcipuè pio quodã,& honeſto amore,vt eos ad virtutes excitarét,& honores proueherent.[Miſerabilis reus]Reſpiciés ad ipſius affectũ,nõ.n.accuſare,ſed accuſari videbať,in eadem pſona erat vterque.[Sincera fide] Quia nulla pueri gratia, cuius amore tenebatur, ab officio deduci potuit,

ASCEN. PRoximum] Eodem ductu affert exemplum de Ephialte dicens.Proximum ſup.exemplum.i. quod proximè narrabitur,etſi non eiuſdem ſplendoris,pôt tñ haberi certũ experimentum conſtantiæ efficacis operæ-forenſis.i.foro iudiciali exercitæ, & ſup.fidei non latentis, & ſe prodentis.Ephialtes ſuſtos Athenis accuſare publicè.ſ.eos quos ſontes nouerat,coactus eſt deferre.i.accuſare inter cęteros nomé Demoſtrati.i.illius ciuis Athen.patris Democharis, cuius.ſ.Demoſtrati filius erat Demochario,puer excellentis formę inhærens animo eius, ſ.Ephialthis, aut Ephialtæ amore flagrantiſſimo.i.ardentiſſimo,& tñ caſto. Ipſe Ephialtes accuſator truculẽtus.i.immanis forte cõis officij.i.quia officium delatoris & accuſatoris,quod in vnumquéq; cadere poterat,ſorte in eum ceciderat, & nolebat officio publico deeſſe, & reus.i. tanquam reus.i. defenſor miſerabilis.i. miſeratione dignus, aut more eorum miſerabili habitu oris, & cultus vtens, conditione.i. per conditioné affectus priuati.ſ.quo puerum illũ deperibat,neque ſuſtinuit, puerũ venientem ad ſe orandum, i.à ſe orando impetrãdum,quo.i.iõ ſupple Ephialtes inſiſteret parcius.i.remiſſius,criminibus.i.criminationibus patris,neque ſuſtinuit.i.valuit, aut ſibi permiſit intueri puerum ſupplicem aduolutum ſuis genibus, ſed ipſe Ephialtes flens & gemens capite operto, ne puerum videret,paſſus eſt ſup puerum exprimere preces, aut paſſus eſt puerum exprimere preces capite operto.i.habentem caput apertum,quod potius dicam, quia grauitati viri magis conuenit, & nihilo minus quamuis puer preces exprimeret, damnauit Demoſtratum patrem(vt dixi)ipſius pueri accuſatum fide ſincera.i.incorrupta.[Victoriam]acclamatio eſt,q.d.O victoriam partam.i.acquiſitam neſcio, an maiore laude, an maiore tormento.i.cruciatu; quoniam Ephialtes vicit ſeipſum.i.amores ſuos priuſquam opprimeret ſontem, videlicet Demoſtratum.

OLIV. EPhialtes Ath.orator hic eſt,at apud Macr.ſ.ſomni ſpecies, qué publica pſuaſio quieſcétes opinatur inuadere, & pondere ſuo preſſos,ac ſentiétes grauari. Suidas ita diffinit,euaporatio neni crapulæ à crudo ſtomacho in caput, Incubũ vulgo vocãt.

DE SYRACVSANO DIONE.

QVEM Syracuſanus Dion diuerſitate exempli prægrauat:qui quibuſdam monentibus, vt aduerſus Heraclidem, & Calippum, quorum fidei plurimum credebat,tanquam inſidias ei nectentes cautior eſſet, reſpondit, ſe vita malle excedere, quàm in metu violentæ mortis amicos, inimicoſq; iuxta ponere. Quod ſequetur, & rei ipſius admiratione, & claritate auctoris illuſtre eſt.

* Poſt Heraclidæ mortem hoc dictũ refert in vita Plut. qui de inſidiatore à Probo diſſentit.

OLIV. QVEM Syracuſanus. hic fuit Dion. Hipparini filius,de quo in ſeq.lib.& in cap.quod incipit. Nequaquã Platoni,latius dicemus, ibi quærẽda eſt hæc diſt.nã vtriq; loco conuenit, quod non ad eius conſtantiam pertinet cũ illi nunciatũ eſſet ab Heraclide,& Calippo,inſidias ſibi parari, nulla ratione adduci poterat, vt illud de Heraclide crederet, cognita deinde illius coniuratione,non tulit æquo animo Dion. & verſũ illũ Hom.retulit ex ſecũda raſpodia, νῦν μάλα νῶϊ μάτην ἐϊρόντα ἁλίσκεσθαι... & ita iuſſit Heracl.interfici,& clariſſimũ ergo dedit ſeruatæ cõſtãtiæ documentũ,vt ne metu quẽ violẽtæ mortis à veræ amicitiæ officio potuerit abſterreri.

ASCEN. QVem Syracuſanus]Quaſi vno ſpiritu oĩa dictauerit exẽpla ita procedit dicens.Quem.ſ.Ephialtem Dion.Syracuſanus ſ.eius admodũ nobilis immo princeps prægrauat.i.antecellit diuerſitate exempli, quia plus ponderis eſt in eo.Qui quibuſdam monentibus, vt eſſet cautior aduerſus Heraclidem & Calippum,tanquam nectentes.i. ſtruentes ei in inſidias,quorum fidei credebat plurimum, reſpondit, ſe malle excedere i.exuere vitam,quàm ponere amicos, inimicoſq; iuxta.i.ſine diſcrimine in metu mortis violentæ.i.necis ſibi inferẽdæ.i.malle mori,quàm ſemper in timore tam ab amicis,quàm inimicis viuere.Quod ſupp.exemplum conſtantiæ ſequitur,illuſtre ſup.eſt, & i.ſimul admiratione ipſius rei, & claritate auctoris.ſ.Alexandri magni,quia ſicut auctore Iuuen. Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe crimen habet,quãto qui peccat maior habetur, ita virtus quoque plauſibilior videtur, & maior in claro,quàm in ignobili viro.

DE ALEXADRO MAGNO.

ALEXANDER * Macedonum Rex inclyta iã pugna,excellentiſſimis opibus Darij cõtuſis,æſtu, & itineris feruore in Cilicia percalefactus,Cydno,qui aquæ liquore conſpicuus,Tarſum interfluit, corpus ſuum immerſit:ſubito deinde ex nimio hauſtu rigore obſtupefactis neruis, ac torpore hebetatis artubus, maxima cũ exanimatione totius exercitus, in oppidum caſtris propinquum defertur: iacebat æger Tarſi, inq; valetudine eius aduerſa, inſtantis victoriæ ſpes fluctuabat. Itaque conuocati medici attentiſſimo conſilio ſalutis remedia circunſpiciebant: qui cum ad vnam potionem ſententiã direxiſſent, atque eam Philippus medicus ſuis manibus temperatam Alexandro (erat autem ipſius amicus & comes)porrexiſſet,à Parmeniona miſſa litteræ ſuperuenerunt, admonentes, vt Rex inſiditas Philippi perinde, ac pecunia corrupti à Dario,caueret:quas cum legiſſet,ſine vlla cunctatione medicamentum hauſit, ac tunc legẽdas Philippo tradidit,pro quo tam conſtanti erga amicũ iudicio, digniſſimam à Dijs immortalibus mercedem recepit:qui incolumitatis eius præſidium falſo interpellari indicio noluerunt.

* Curtius lib.3.Plutar.in vita Contuſæ quidẽ erãt ſed nõ pſligatę,nõ dũ Dario in Cilicia victo.

OLIV. ALEXANDER Macedonum] Alexander Macedonũ Rex Darium Perſarum Regem iam primum acie pfligarat:ille verò cuius Imperio tota ferme Aſia ſubiecta erat, breui firmiorem reparauit exercitum,quod cum audiſſet Alex. metuens ne in monte Tauro interciperetur, inde citatiſſimo curſu aduerſus Darium profectus eſt,& cum vno die quingenta ſtadia confeciſſet longo itineris labore, & ſolis ardore fatigatus,vt æſtu ſe leuaret,corpus apud Tarſum in Cydnum fluuium frigidiſſimæ aquæ demerſit, & ſubitã valetudiné aduerſam inde cõtraxit: acciti vndiq; medici potioné ſaluberrimã, & ad eã vim morbi pellendã maximè accõmodatã conſtituerunt, q̃ cum Philip. medicus ſuis manibus compoſitam, & tẽperatam Alex.porrexiſſet,ille intrepidus atque impiger hauſit, & ſine cunctatione medicinam aſſumpſit, deinde literas, quas paulò ante receperat à Parmenione, Philippo legendas dedit, cõtinebãt autem, vt ſibi à Philippi medici caueret inſidijs, quẽ pecunia corruptus,& ſpe nuptiarum ſororis Darij, mortem illi machinaretur, fuit profecto Alexandri pectus conſtantiæ pleniſſimum,qui à medico iam propemodũ ſuſpecto ſuæ incolumitatis præſidium ſumere non dubitauerit,[Opibus] Darii apparatum deſcribit Quin.Cur. in princ.3.lib.inquit, inter hæc Alex.&c.[Cõtuſis]Fractis,& debilitatis,ac etiam domitis.Parmenionem verò,qui ſuſpectas literas Alex.Regi dederat.Cleãder,& Polydamas mandato Alex.interemerunt,hic ſine Rege Alexãdro multa ſtrenuè Rex ſine eo nihil magnæ rei geſſit, vt vult Q. Cur.lib.7. de hoc Parmenione rurſus habebitur lib.5. cap.4.[Liquore]puritate eximia vel limpiditate. [Cõſpicuus] Adeo clarus,vt ad imam vſque arenam conſpici poſſet. [Stupefactis] Contractis.eſt.n. ſtupor cum præ admiratione: aut rei cuiuſpiam horrore ſenſum aliquem mittimus animi, vel corporis,vt ſtupor pedum,ſtupor dentium,aut animi cum admiratione vehemẽti ſenſum aliqué amittimus. [Exanimatione] Terrore·[Hebetatis]Obtuſis, quando res perdit vigorem ſuũ, vt gladium hebetatum,qui aciem obtuſam habet.[Fluctuabat] In dubio erat.]Interpellari,]Interrumpi,impediri.

ASCEN. ALexander Rex Macedonum opibus].i.viribus,& facultatibus Darii Regis Perſarum excellentiſſimis, quia maximis, contuſis.i. confractis, iam.i.paulo ante pugna inclyta.i. qua Alex.eum egregiè vicerat,percalefactus in Cilicia æſtu.ſ. ſolis, & feruore itineris.i.profectionis, immerſit corpus ſuũm Cydno.ſ. fluuio, qui interfluit Tharſum.ſ. vrbem conſpicuus liquore.i.limpiditate aquæ, deinde neruis obſtupefactus.i.contractus ſubito, de nimio hauſtu.i. attractu, rigoris.i. frigitatis

aquarum,

æquarum, ac artubus.i.iuncturis membrorum hebetatis.i.obtuſis torpore.i.frigore [Deſertur] cum maxima exanimatione.i. exutione animorum totius exercitus, in oppidū.ſ. Tharſum, propinquum caſtris, & ita ipſe iacebat Tharſi æger, & ſpes victoriæ inſtantis.i.imminētis fluctuabat.i.incerta agitabatur in aduerſa valetudina eius, quia ſi eum mori contigiſſet actum fuiſſet de victoria, q̃ ſi ſtatim ſanari potuiſſet, iam ferè in manibus habebat. [Itaq; conuocati medici attētiſſimo cōſilio ſalutis remedia circumſpiciebant] .ſ.cōtra morbum attentiſſimo conſilio ſalutis.i.de ſalute eius inſtauranda, qui.ſ.medici, cum direxiſſent ſententiam.i.omnes conueniſſent ad vnam potionem.ſ. Alexandro dandā, atq; Philippus medicus porrexiſſet Alexandro ſup.potionem illam temperatam ſuis manibus, erat autem amicus ipſius, & comes.ſ.expeditionis illius tam longinquæ, litteræ ſuperuenerunt miſſæ à Parmenione vno ex Ducibus Alexandri, admonentes, vt Rex caueret inſidias Philippi.ſ. medici, perinde corrupti pecunia à Dario, quas ſup.literas, cum Alexander legiſſet, hauſit medicamentum.i.potionem illam, ſine vlla cunctatione.i.hæſitatione, ac tum.ſ. poſtquam hauſerat potionem, tradidit ſup.litteras illas Philippo legēdas, pro quo iudicio tam conſtanti erga amicum.i.Philippum medicum, recepit mercedem digniſſimam, quia priſtinam ſoſpitatē, à Dijs immortalibus, qui.ſ. Dij noluerunt præſidium incolumitatis eius.i.medicamentum illud, in quo conſiſtebat ſalus eius, interpellari.i.impediri falſo indicio.i.Parmenionis.

VALERII MAXIMI
LIBER QVARTVS.

HYPOTHESIS SEQ. EXORDII.

POſteaquam de conſtantia in præcedenti diſſeruit libro, vt præcedentia ſequentibus congruè adnecteret ad eam animi virtutem, quàm moderationem appellant, tranſit. Idq; haud iniuria factum videtur. Cum ex ipſo conſtantiæ fonte animi moderatio naſcatur. Quæ virtus mētes noſtras intra rōnis modū ita cohibet, vt non tm̄ venenatos reprehenſionis dētes euitemus, ſed & inſup laudē haud mediocrē adſequamur.

DE ANIMI MODERATIONE. CAP. I.

TRANSGREDIAR ab ſaluberrimam, q̃ mentes noſtras impotentiæ, & temeritatis incurſu tranſuerſas ferri non patitur: quo euenit, vt reprehenſionis morſu ſit vacua, & laudis q̃ſtu ſit opulētiſſima, itaq; effectus ſuos ī claris viris recognoſcat

OLIV. Moderatio. TRANSGREDIAR ad ſaluberrimā] Ad cap. tranſit de moderatione. Eſt aūt moderatio cupiditatum noſtrarum quædam quaſi refrænatrix, q̃ noſtros ſolutius euagari nō ſinit affectus, ſed tāquam ceterarum virtutum auriga, hominis animū ita componit, vt quidquid fecerit, aut dixerit, omnino reprehenſione careat, rectè igitur conſtantiæ ſubiungit, q̄ eius quaſi mater ſit, atque magiſtra. [Impotentiæ] Arrogātiæ, & incontinentiæ. [Morſu] Quia nemo audet moderatum animum aliqua ratione mordere.

ASCAN. TRanſgrediar, &c.] Daturus exempla de animi moderatione more ſuo præfatur, dicens. Tranſgrediar ad ſaluberrimam partem animi, moderationem videlicet. (Quam particulā Valla rectè adnotauit ab auctoribus idoneis in hac ſignificatione vix vnquam poſitam) quæ.ſ.moderatio animi, non patitur mētes noſtras ferri.i.impelli more ferarum tranſuerſas.i. extra ſemitā rationis incurſu impotentiæ.i. arrogationis & inſolētiæ, qua quis impotens efficitur ad bene agendum; potius tñ vehementia prauè agendi, quàm priuatio bene agendi, hoc vocabulo à doctis ſignari ſolet, & temeritatis, quàm vulgus præſumptionem vocat, quo.i.per quod, hoc eſt per quàm cautionē euenit, vt.ſ.pars ea animi, aut moderatio, ſit vacua.i.inanis morſu reprehenſionis, & ſit opulentiſſima, quæſtu.i.acquiſitione laudis. [Itaque].ſ.& ita quia ad eam trāſgrediar, cognoſcat effectus ſuos.i.quos fecerit fructus in claris viris.

DE P. VALERIO PVBLICOLA.

Liu. li. 2. *ATQVE * vt ab incunabulis ſummi honoris incipiam: P. Valerius, qui populi maieſtatem venerando, Publicolæ cognomē aſſecutus eſt: cum exactis Regibus, Imperij eorū vim vniuerſam, omniaq; inſignia ſub titulo Conſulatus in ſe translata cerneret: * inuidioſum magiſtratus faſtigium, moderatione ſua ad tolerabilem habitum deduxit: faſces ſecuribus vacuè faciendo, & in concione populo ſubmittendo: numerum quoque eorum dimidia ex parte minuit, vltrò Sp. Lucretio collega aſſumpto: ad quem, quia maior natu erat: priores faſces transferri iuſſit. legem etiam comitijs centuriatis tulit: ne quis magiſtratus, ciuem Romanum aduerſus prouocationem verberare, aut necare velles. Ita quo ciuitatis conditio liberior eſſet, imperium ſuū paulatim deſtruxit. Quid quod ædes ſuas * diruit: quia excelſiore loco poſitæ inſtar arcis habere videbantur? non ne quantum domo inferior: tantum gloria ſuperior euaſit.*

* Dion. li. 5. Plut. in vita.

* In Velia. Quāto & tāto diruiſſet alius.

OLIV. ATQVE vt ab incunabulis] Poſt exactos Reges, primi Cōſules in vrbe Ro. creati ſunt Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus, quo deinde pulſo, q̄a ex gēte Tarquinia foret in eius locū Cēturiatis comitijs ſubſtitutus eſt P. Val. Publicola q̄ fuerāt illius exactionis auctores, & Romanæ libertatis vindices. Brutus obuiā Regibus, q̄ P.R. bellū inferebāt, cū legione p̄ceſſit, ſup Arūtē Regis filiū, quē haſta trāſfigerat, mutuo vulnere expirauit, in demortui locū ſubſtitutus eſt Lucr. Lucretiæ pr̄, quo paulo poſt mortuo, Valerius p multos dies cū nullā ſubrogādi ſibi collegæ mētionē faceret, & in ſumma Velia, ſibi domū ædificaret populus eū regnū affectare ſuſpicatus eſt, qđ vbi ſenſit Valer. vocato ad concionē populo, depoſitisq; faſcibus grauiter de illorū leuitate cōqueſtus, q̄ ſe libertatis vindicem paulo ante magna ambitione p̄dicarēt, eiuſdē libertatis oppreſſorē ſuſpicarent: caſtigatis demū oībus, collegā ſibi ſubſtituit Sp. Lucretiū, eiq; priores faſces p̄ferri iuſſit, ædes quas in ſummo Veliæ ædificabat, dirui, & omnē materiā in planū, atq; infimū locū deferri iuſſit, aliquas deinde populares leges tulit, inter quas & illa fuit, vt nullus ciuis Rom. aduerſus p̄uocationē violari poſſet. [Incunabulis] Principijs [Publicolæ] A colēda plebe dictus, quia plebem mirificè coluit. [Exactis] Eiectis & expulſis. [Sub titulo Cōſulatus] Nomine quidem Cōſules, re aūt ipſa Reges erant, nam omnia Regū inſignia Conſules habebant: nomē Regium poſt partam libertatem fuit Romanis ſemper inuiſum. [Habitum] Cōditionem. [Dimidia ex parte] Nā cum 12. faſces vnuſquiſque Conſul ſemper haberet, ipſe tantūmodo ſex voluit habere. [Spurio Lucretio] Qui intra paucos dies ſuffectus in Lucretij locū habuit ſucceſſorem Horat. Puluillū [Centuriatis] Habitis per centurias, nam P.R. in quinque claſſes diuiſus, & vnaquæq; claſſis in cēturias, vt apud Titum Liuium Decade ab vrbe cond. videre licet: cum igitur ſuffragia dabant, primæ claſſis cēturiæ rogabant, quæ ſi variaſſent, ad ſecundæ claſſis centurias veniebatur, deinde per ordinē ad omnes fiebat deſcenſus [Magiſtratus] Siue Cōſul, ſiue Prætor, ſiue alius. [Aduerſus prouocationem] Si quis prouocaſſet ad populū ab omni magiſtratuum iniuria tutus eſſet. [Aedes ſuas] Delata confeſtim materia omni, infra Veliam, vbi nūc publica eſt domus in infimo cliuo ædificata. [Inſtar] ad ſimilitudinem, & nunquam rectè cum ad, iungi poteſt, vt ad inſtar dicatur.

ASCAN. ATque vt incipiam] ſ.dicere effectus moderationis animi, ab incunabulis.i. primordiis ſummi honoris.i. ab eo, q̄ primus Cōſul fuit. [Pub. Val. qui populi maieſtatē venerando]

populi].ſ.Romani aſſecutus eſt.i.obtinuit cognomen publicolæ.[Cum].i.quando exactis Regibus.i. poſtquam Reges erant exacti.i.ignominioſè expulſi Romæ pp ſuperbiam Tarquinii, & violentiam filii eius, qui Lucretiã ſtuprauerat,cerneret vniuerſam vim Imperii eorũ.ſ.Regũ.i.q̃ Reges prius habuerãt,& omnia inſignia,aut faſces,cum ſecuribus,purpurã,&c.tranſlata in ſe ſub titulo Cõſulatus deduxit moderatiõe ſua, faſtigium.i. altitudinem,Inuidioſum.i.inuidiæ plenũ magiſtratus.ſ. Cõſularis,ad habitum tolerabilem.i.minus moleſte ferendum à populo,vacue faciẽdo.i.priuando faſces, in quibus cum virgis et ſecures tẽpore Regum ligari ſolebant , ſecuribus.i.eximendo ſecures è faſcibus,& ſubmittendo.ſup.faſces populo in cõcione.i.quoties concio fieret,minuit quoque numerum eorũ.ſ.faſcium ex dimidia parte, quia ſex dũtaxat ſibi retinuit lictores, qui totidem faſces ferrent, Sp. Lucretio patre Lucretiæ aſſumpto collega vltro.i.vltra q̃ ab eo peteretur, ad quem ſ.Lucretium,quia maior natu.i.ſenior erat,iuſſit priores.i.maioris dignitatis faſces transferri.[Tulit etiam legem comitiis centuriatis].i.habitis per centurias. Ne quis magiſtratus etiam Cõſularis vellet (modeſtius , q̃ ſi diceret, auderet,nã dicẽdo vellet,videtur poteſtatem nõ negare,ſed ligare)verberare ciuem Rom.aut necare,aduerſus.i.contra prouocationem.i. ſi prouocauerit ad populum , niſi forte à populo quoq; cõdẽnatus ſit , ita & ſic,quo.i.ideo,vt cõditio.i.ſtatus ciuitatis eſſet liberior, deſtruxit Imperiũ ſuum,hoc eſt Conſulare,paulatim.i.ſenſim, quaſi paulotenus.i.perpaulũ.& paulum procedendo, quid ſup. de eo dices? q diruit ædes ſuas,q a ipſe poſitæ , loco excelſiore videbantur habere inſtar.i.æquales,arcis.i.caſtri,aut domus Regalis.Nonne ipſe euaſit,tantum (Valla diceret tanto)ſuperior gloria,quantum,diceret quanto inferior ſup. euaſit, aut factus eſt domo.i.ædificando in loco humillimo,q.d. maximè.

DE FVRIO CAMILLO.

*Liu.li.3. VIX iuuat * abire à Publicola: ſed venire ad Furium Camillum libet, cuius tã moderatus ex magna ignominia ad ſummum Imperium tranſitus fuit: vt cum præſidium eius ciues capta vrbe à Gallis Ardeæ exulantis petiſſent : non prius Veios ad accipiendum exercitum iret: quam de Dictatura ſua omnia ſolenni iure acta comperiſſet. Magnificus Camilli Veientanus triumphus , egregia Gallica victoria , ſed iſta cunctatio longe admirabilior. Multum enim ſeipſum quam hoſtem ſuperare operoſius eſt, nec aduerſa præpropera feſtinatione fugientem,nec ſecunda effuſo gaudio apprehendere.

OLIV. Camilli moderõ. VIX iuuat abire] Hic feruẽte Rom. ac Veiorum bello,cũ Tribunus militum Cõſulari poteſtate propter diſcordias, quæ tunc domi male æq; regens, fuit prohibitus quis vir eſſet oſtenderet:ad extremum creſcentibus in dies, & domeſticis,& externis malis terrore publico Dictator dictus ad vnicæ vrbis obſidionẽ tanta præfectus omnium fiducia, vt cum Imperatore mutata fortuna Reip.videretur Capenates in primis , & Faliſcos,qui cum hoſtibus coniurauerant, Nepeſinis in finib.obuios prœlio vicit, hinc ad longam obſidionem Veiorum , ac difficilem perueniens,mira conſtantia, ac virtute, anno tandẽ decimo Veios cepit:qui dies multa hoſtium cæde trãſactus eſt, donec à Dictatore eſſet edictum vt inermibus parceretur , quibus captis, in prædam verſi omnes, cũ nullius ad eam diẽ hoſtis præda par fuerat huic victoriæ, Romæ ingens gaudium, & quatriduũ ſupplicationes quãtæ nunquam antea,Dictator inſolito honore triumphauit,& ſuper humanum habitum Capitolium aſcendit curru aureo equis quatuor niueo candore trahentibus,ipſe quidem perſolutis votis depoſuit Dictaturam , vir & armis,& animi moderatione clariſſimus,ſed nulla claritas vacat inuidia, alienati à Camillo plebis animi quærentib. paſſim ciuibus hoſtilem prædam in voto diſperſam, & tribunis plebem de more turbantibus , pendente tamen inuidia,quarto Tribunus militum factus eſt, commiſſumq; illi bellum Faliſcum, hinc exortum, quod cum Veientibus Faliſci coniuraſſent,quos cum prœlio viciſſet,& direptis caſtris hoſtilibus prædam omnem ad quæſtores publicos reieciſſet,magis,magiſque alienauit à ſe animos militum , qui virtutem viri rigidã ſimul oderant,& ſtupebant: inde cum obſidio prævalidæ , ac munitæ vrbis nihilo breuior futura videretur,q̃ Veientum fuiſſet,Ducis virtus , ac fortuna ingruente, honeſtiſſimæ victoriæ viam fecit,magiſtro nobilium, quorũ patres primi erant in populo, qui per ſpeciem ſolatii illos in caſtra Romana , & ad Romanorũ Ducis adduxerat,vincto,nudoque illis tradito, & virgis adhibitis , quibus agerent proditorem , huius admiratione virtutis fracti animi, vrbs dedita,ipſe ſumma cum gloria , ſine triũpho tamen,quia res ſine armis acta fuerat Romam rediit , nec diu quidem viri gloriæ, & res geſtæ inuidiã oppreſſere, accuſatus à Tribuno plebis Apuleio intercurrente per eos dies adoleſcentis morte filii,illinc publico,hinc priuato incommodo affectus in exilium abiit, ſed parabatur egregio viro laus,non ex proſperis modo,ſed ex aduerſis patriæ rebus, cum itaque per id tẽpus Gallorum primo,deinde Germanorum populi ooniſſimique omnium Senones Galli frugum , viniq́ue dulcedine , quæ adhuc eos detinet in Italia, irruentes infinito cum exercitu fudiſſent bello Hetruſcos,ea tempeſtate magnam Italię partem poſſidentes,deinde Appeninum tranſgreſſi, Cluſiumq; aggreſſi,dehinc Romani, exercitumq́ue Rom.apud Alliam fluuium prælio fudiſſent , vnoq; impetu indefenſam vrbem cepiſſent, atq; incendiſſent Senatu impiè trucidato , flammis hoſtilibus intactum ſolum Capitolii ſaxum remanſiſſet, neceſſitate vltima Camillus abſens Dictator iterum dictus recolligit laceras Rom.exercitus reliquias,& turpi redemptione turbata in ipſa primum vrbe,mox extra vrbem,cum hoſtibus fortiter , fœliciterq; pugnauit. Quo in prœlio,nec fuga,nec captiuitas,ſed ſola hoſtium ſtrages fuit,nec nuncio quidẽ tantæ cædis ſuperſtite,victor Camillus, & ſecundus Romanæ vrbis cõditor dictus eſt,ſeruatamq; in patriam inſigni rediit triumpho. Multa præterea bella geſſit, Victorias multas, multos honores,multos habuit triumphos,quos breuitas ipſa non capit, nec propoſito noſtro cõueniunt,nam quod ad moderationem eius pertinet, noluit à ciuibus delatum Imperium accipere,niſi prius ab exiguo Senatu,qui in Capitolio obſidebatur,ſolẽni iure Dictator creatus eſſet.[Magnificus Camilli] Per cõparationem oſtẽdit eius moderationem quod longe ſit difficilius, propterea etiam glorioſius,ſeipſum,quàm hoſtes vincere. [Operoſius] Difficilius, & laborioſius. Nec aduerſa proſpera feſtinatione fugientem. In hoc maxima conſiſtit moderatio. — Camillus abſens Dictator dictus.

ASCEN. VIx iuuat abire à Publicola] .i. tot ſunt eius moderationis exempla,vt in eorum narratione perſiſtere iocundum ſit, ſed libet.i.voluntas eſt venire ad Furium Camil. virum excellentiſſimum,qui alter vrbis conditor habitus eſt,cuius tranſitus ex magna ignominia,quia ex exilio ad ſummum Imperiũ, .i.ad Dictaturã fuit aſſumptus,tam moderatus,vt cũ ciues petiiſſent vrbe capta.i.quia vrbs Roma eſſet capta à Gallis, præſidiũ.i.protectionẽ, aut præſidentiã eius.i.Camilli , exulãtis.i.in exilio agentis, Ardeæ.i.in eo oppido Rutulorum, quondam Regia,nõ iret prius Veios.i.ad illud oppidum;quod Romani ſub Camillo paulo ante ceperat , & vbi exercitum adhuc incolumem habebant, ad accipiendum exercitum,quã cõperiſſet oĩa de dictatura ſua acta ſup. eſſe iure ſolenni. i. iuſta electione, & debitis ſuffragiis more maiorum.[Triumphus Camilli Veientanus] In quo triumpharat de Veis magnificus ſup. fuit,& victoria Gallica.i.qua Gallos vrbe expulit , & penitus deleuit, fuit ſup.egregia,ſed iſta cunctatio i.dubitatio, ac recuſatio de magiſtratu ineũdo priuſquã exploraſſet, an iure omnia acta eẽnt, fuit ſup.longe admirabilior. Enim p quia,multum ſup eſt(aut ſi legendum eſt bis multo dicatur multo,multoq́, ſicut dr̃ iterum, iterumq; ad augendam rem) multo operoſius.i.laborioſius ſuperare ſeipſum,q̃ hoſtem, ſeipſum inquã fugientem aduerſa præpropera feſtinatione,nec apprehendentẽ ſecũda.i.proſpera,gaudio effuſo.i.immoderato, in vtriſq; ergo tã in aduerſis,quàm ſecundis moderationem animi ſeruauit Camillus.

DE M. RVTILIO CENSORINO.

PAR Furio moderatione M. Rutilius Cenſorinus iterum enim Cenſor creatus ad cõcionem populum vocatum , quàm potuit grauiſſima oratione corripuit , * quod eam poteſtatem bis ſibi detuliſſet,cuius maiores , quia nimis magna videretur, tempus coarctandum iudicaſſent. Vterque rectè, & Cenſorinus, & populus : alter enim vt moderatè honores crederent, præcepit;alter ſe moderato credidit.

* Cenſura annua & ſemeſtris. auctor Mamerco Aemilio Dictat. Liu. lib. 4.

OLIV. PAR Furio moderatione M. Rutilius Cenſ.] De hoc viro ſatis dictum eſt in cap. de diſciplina militari. Sed quod ad moderationem eius ſpectat, cum Cenſor iterum creatus eſſet, vir omnino ambitionis expers, nõ modo magiſtratum non ſuſcepit, ſed vltrò etiam populum accuſauit, ꝙ eam poteſtatem quæ per ſe grauis, à maioribus anni, & ſex menſium tantũmodo facta eſſet, cum triennis eſſe ſoleret, ꝙ nimis magna videretur ſæpius vni viro deferre non dubitarent. [Par Furio moderatione] Quia ſicut Camillus Dictaturam, niſi ſolenni iure demandatam accipere non ſuſtinuit, ita continuare Cenſurã omnino recuſauit. [Cenſorinus] Nam à rigiditate cenſuræ dictus eſt Cenſorinus. [Corripuit] Reprehendit.] Eam poteſtatẽ] Cenſuram. [Coarctandum] Breuiandum. [Nam primo triennis fuit] Deinde anni, & ſex menſiũ facta eſt poſtremo ad ſemeſtre ſpacium deducta Liu. ab vrb. cond. de coarctando Cenſuræ tempore M. Aemilius Dictator Cenſuræ honore, qui antẽ per quinquennium gerebatur, anni & ſex menſium ſpacio finito, ob eã rem à Cenſoribus vocatus eſt. [Crederet] Committeret.

ASCEN. PAr Furio, &c.] Ordo eſt. M. Rutilius Cenſorinus, aut potius Cenſurius. i. qui aliquando Cenſor fuit, eſt ſup. par Furio. ſ. Camillo, moderatione ſ. animi, q̃a in multis aliis inferior fuit. Enim pro quia. ipſe creatus Cenſor iterum. i. ſecũdo, ſeu quod dicunt, ſecunda vice, corripuit. i. reprehendit populum vocatum ad concionẽ orationẽ, quam. i. quantum potuit grauiſſima, quod. i. eo quod populus detuliſſet. i. contuliſſet ſibi. ſ. Rutilio eam, ſcilicet Cenſoriam poteſtatem ei [Cuius] ſ. poteſtatis Cenſoriæ, quia videretur nimis magna, maiores iudicaſſent tempus coarctandum. i. reſtringendum, & abbreuiandum. [Vterque recte] ſup. fecit, &. i. ſimul, Cenſorinus, ſeu Cẽſorius. ſ. Rutilius, & populus. Enim pro quia, alter. ſ. Rutilius præcepit, vt. ſ. populus crederet. i. committeret honores. i. honorificos magiſtratus moderatẽ. i. cum moderatione, & ita non frequenter vni; alter, ſcilicet populus credidit. i. commiſit ſe moderato, ſcilicet Rutilio, hoc eſt Cenſuræ eius.

DE L. QVINTIO CINCINNATO.

Liu. li. 3. *AGE L. Quintius * Cincinnatus qualem Cos. geſſit cum honorem eius P. C. continuare vellent, non ſolum propter illius egregia opera, ſed etiam quòd populus eoſdem Tribunos in proximum annũ creare conabatur, quorum neutrum iure fieri poterat, vtrumque diſcuſſit, Senatus ſtudium ſimul inhibendo, & Tribunos verecundiæ ſuæ exemplum ſequi cogẽdo. atque vnus cauſa fuit, vt ampliſſimus ordo, populusque tutus eſſet ab iniuſti facti reprehenſione.*

OLIV. Quintij Cincinnati moderatio. AGE L. Quintius Cin.] Hic origine nobilis, de gente patria, filiorum turba ornatus integerrimus, ac fortiſſimus fuit, ſed cum vnus ex filiis accuſatus, grandi pecunia damnatus eſſet. Q. vt ſoluendo filium liberaret rebus ſuis ferè omnib. diſtractis ad inopiam redactus, relicta vrbe trans Tyberim habitauit, ruralem, ac modicam vitam agens, quo tpe Equorum incurſu ſubito peruaſtatis agris, & legatis Romanorum ad quærendum de iniuriis ſolenniter miſſis, & à Duce hoſtium contemptis, cum ad vltionem alter Conſulum miſſus ad Algidũ obſideretur cum exercitu, nec alteri ſatis virium eſſet ad collegã liberandum, attonita, ac turbata vrbe ad extremũ remedium recurſum eſt ſummi omnium magiſtratus, conſenſuq; omnium ciuium. [Q. Cinc.] Dictator factus eſt, atque in agro ſolus (vt diximus) ruſtico inhians operi inuentus. Audito patriæ ſtatu, & honorem, & laborem pium prono, atque offenſiua ſimmoni animo ſuſcepit, profectusque confeſtim tranſmiſſo amne exceptus à filiis, à Senatu, & ingenti populi concurſu, quanquam populo morum auſteritate ſuſpectior dicto magiſtro equitum L. Tarquinio nobiliſſimo, inopi, ac fortiſſimo viro, paritimq; inopi, & collecto exercitu omnibus vltro nomina dãtibus ſpe certa ſub tali duce vincendi, diſpoſitoque rerum ſtatu, die proximo ſub noctem Romam egreſſus alacritate mirabili, mediaque ad hoſtem nocte perueniens, & conſulem, & exercitum obſidione liberauit, & Duces ac legiones hoſtium magno prœlio victos vt agri-ritus io caſtra trãſueherentur primus omnium ſub iugum quaſi totidem boues miſit, direptis caſtris, & quæ ab hoſtibus tenebantur oppida recepta ſunt, diuiſaq; inter milites præda. hiſque omnibusque ineſtimabili celeritate confectis, Romam rediens militaribus, ornamentis inſignis, & ducibus hoſtium ante currum actis, proſequente exercitu victore, præda onuſto ſolenniter triumphauit, & mox Dictaturam, quàm ſemeſtrem quia non iam amplius rei neceſſariam videbat, die ſextodecimo depoſuit, & ad agrum ſuum rediit Dux ꝓclarus, & inſignis agricola, magna profecto viri modeſtia; ꝙ Dictaturã ante legitimum tempus depoſuerit, maior vero, ꝙ magiſtratũ continuaſſe noluerit, vrbe nãque inteſtina diſcordia laborante, ꝙ Trib. pleb. magiſtratu continuare populus tuberet, & Senatus eoſdem conſules creari vellet, atque ipſorum primis Q. Cincinnatum, vt neutrum fieret, ſua ſapientia prouidit, nam depoſito Cõſulatu Tribuni verecũdia moti ſe quamprimũ à Tribunitia poteſtate abdicarunt: & ita moderatione ſua nihil contra leges, ne reprehenſione dignum fieri paſſus eſt. [Studium] Curam quam Senatus habebat in continuando Conſulatum. [Verecundiæ ſuæ] Nam cum ſpreuiſſet Cõſulatum, pudore quodam deterriti ſunt Trib. pl. à continuatione magiſtratus. [Inhibendo] Refrenando, coercendo.

AGe (adhortandi vox) iſta Quintius Cin. qualem geſſit. ſ. ſe Conſulem, q. d. moderatiſſimum. Quia cum patres conſcripti vellent continuare honorem. i. magiſtratum, aut Conſulatum eius in ſequentem annum extendere, non ſolum propter egregia opera ipſius, ſed etiam & populus conabatur creare eoſdem Tribunos in annum proximum. i. tunc proximè ſecuturum, quorum neutrum poterat fieri iure. i. ſecundum leges, diſcuſſit. i. irritum fecit vtrumque. i. vtrorumque conatũ inhibendo. i. admittendo ne exiret in effectum ſtudium Senatus, volentis videlicet ſe iterum Conſulem creare, & cogẽdo Tribunos ſequi exemplum ſuæ verecundiæ, [Atque vnus,] id eſt, ipſe ſolus cauſa fuit, vt ordo ampliſſimus. ſ. Senatorius, & populus eſſet tutus, id eſt munitus ab reprehenſione facti iniuſti, quaſi ſic neuter egit contra legem.

DE FABIO MAXIMO.

FABIVS vero Max. cum à ſe quinquies, & à Patre, Auo, Proauo, maioribusq; ſuis ſæpenumero Cõſulatum geſtum animaduerteret, in comitiis, quibus filius ſuus ſummo conſenſu Cos. creabatur, quã potuit conſtanter cum populo egit, vt aliquando vacationem huius honoris Fabiæ genti daret: non quòd virtutibus filii diffideret, erat enim illuſtris, ſed ne maximum imperium in vna familia cõtinuaretur. Quid hac moderatione efficacius, aut valentius? quæ etiam patrios affectus, qui potentiſſimi habentur, ſuperauit.

OLIV. Fabii Maximi moderatio. FABIVS vero Max.] Hic (vt in capitu. de conſtantia diximus) fuit Reip. R. in rebus duris, & afflictis vnicum leuamen, qui plus opis, conſilio, & prudentia hoſtem ſubigendo, ꝙ alii fortiter dimicando patriæ attuliſſe videtur. primus enim docuit ſapientiam nunquam cum temeritate coniũgi, neq; ad conſilium caſus admitti, ſed rationem ſemper fortunæ dominari. non eſt igitur huius viri hiſtoria repetenda, ſed quod ad hunc locum pertinet, aius pectus tanta fuit moderatione inſtructum, vt etiam affectus paternos, qui interdum nimii eſſe ſolent, ſuperare potuerit, cum enim filio viro nobiliſſimo, & ſingulari virtute prædito, Cõſulatus ſummo omnium conſenſu, certiſſimiſq; ſuffragiis à populo demandaretur, quo minus fieret, ſummo ſtudio curauit, quod diceret æquum eſſe familiam ſuam, quæ per multos ducta viros antiqua ab origine gentis, eiuſmodi honores propemodum continuaſſet, vacationem aliquando mereri. [A patre, auo, prauo] Nam Fabius Gurges genuit Fab. Rutilianum, qui genuit alterum Fabium Gurgitem, ex quo natus eſt Fab. Max. Auorum ordo ſic ſe habet, vt primo pater, deinde auus, tertio proauus, poſtea abauus, deinde atauus, poſtremo tritauus dicat, poſtea maiores. [Diffideret] Quo minus tanti magiſtratus honorem ſuſtinere, ac tueri poſſet, ac pro ſua maiorumq; ſuorum, & P. R. dignitate, gubernaret. [Quid hac moderatione] Laudat hoc loco Fabium qui potuerit et affectus ſuperare paternos, ſolent enim cupidè omnes affectare parentes, vt ad honores filii quam maximos proueheãtur, honeſtiores q; fiant indies. [Qui potentiſſimi habetur,] Nimii plerumque ſunt parentum affectus, vt ad excelſiorem fortunã per gradus honorum filii producantur.

Aſcen. FAbius vero Max.]Cum animadnerteret Conſulatum geſtum eſſe à ſe quinquies. Et ſæpeoumero à patre, auo, pro auo, & maiorib. ſuis, egit in Comitijs, quibus filius ſuus creabatur Conſul ſummo conſenſu cum populo, quàm.i. quantum potuit conſtanter, vt daret aliqñ genti Fabiæ vacationẽ huius honoris.i. à Conſulatu gerendo, non ſup. ideo id egit, quod diffideret virtutibus filij, erat.n. illuſtris.i. clarus, & ſpectabilis ciuis, ſed ne maximũ Imperium continuaretur in vna familia. Quid ſup. eſt efficacius, aut valentius hac moderatione? quæ.ſ. moderatio ſuperauit etiam affectus patrios.i. paternos, qui habentur potentiſſimi, quaſi dicat nihil.

DE AFRICANO SVPERIORE.

*Liu.li.8. cap.16. *NON deſuit * maioribus grata mens ad præmia ſuperiori Africano exoluenda. Siquidem maxima eius merita paribus ornamentis decorare conati ſunt. Voluerunt illi ſtatuas in Comitio, in Roſtris, in Curia, in ipſa deniq; Iouis Opt. Max. Cella ponere, uoluerunt imaginẽ eius triũphali ornatu indutã, Capitolinis puluinaribus applicare: voluerunt ei continuum per omnes vitæ annos Conſulatum, perpetuamq; Dictaturã tribuere: quorum ſibi nil, neq; plebiſcito dari, neque Senatusconſulto decerni patiendo, penè tãtum in recuſandis honoribus ſe geſſit, quantum egerat in merendis.*

Oliv. NON deſuit maioribus]Ad reliquas animi virtutes, quæ in hoc viro fuere propemodum admirabiles accedit, & modeſtia, quæ in contemnendis honoribus tanta fuit, vt non minus eum venerabilem fecerit, quàm res ab ipſo magnificè geſtæ: nam quanto magis honores contempſit, tanto ẽt admirabilior fuit, cõtempſit autem non ſolum humanos, ſed prope diuinos, quos illi ſummo ſtudio, & ambitione detulerat ciuitas R. ꝓ ſuis maximis, & ĩmortalib. erga ſe meritis [In Roſtr.] Vbi conciones habebãtur. [In Curia]Vbi Senatus cogebatur. [Iouis optimi Max.]Cuius filius eſſe credebatur, teſte Gellio, quia ſicut in ca. de fiducia diximus. quod de Olympia Philippi Regis vxore Alexandri matre quidam Græci tradidere ſcriptores; ideo de P. Scipionis matre memoriæ proditum eſt viſum immenſæ magnitudinis anguẽ cũ Scip. matre concũbere, & ex eo creditũ eſt Scipionẽ concepiſſe, quàm famã ab ineũte ætate clariſſimis virtutib. maximiſq; rebus geſtis indies magis magiſq; auxit, & cõfirmauit. [Puluinarib.] Lectiſternijs. i. volebant eũ diuinis honorib. afficere Patres cõſcripti. [Recuſandis honoribus]Quia clarior interdũ gloria ſpreta redit [In merendis]Valdè merendis. Emeriti milites dicuntur qui militiæ vacationem habent, quod ſint militiæ officio perfuncti.

Aſcen. NOn deſuit, &c.]Ordo eſt. Mens grata ad perſoluenda Africano ſuperiori.i. maiori præmia non deſuit maioribus.i. progenitoribus noſtris hoc eſt priſcis Rom. [Siquidem].i. quoniam ipſi conati decorare maxima merita eius, ornamentis paribus.i. etiam maximis, voluerunt ponere illi.i. ad honorem illius ſtatuas in Comitio.i. loco, quo conueniebant Romani ad magiſtratus eligendos. In Roſtris.i. in loco, vnde publica fiebant edicta. In Curia.i. in Senatu: Denique.i. vt ſummum locum dicã, in Cella.i. ſacello in Capitolio, Iouis Optimi Max.i. ſummi Deorũ, voluerũt applicare Puluinaribus.i. Lectiſternijs Capitolinis, in quibus locabantur ſimulachra eorũ, & ad quæ vocabantur ipſi Dij. imaginẽ eius.ſ. Scip. indutã ornatu triumphali; voluerunt tribuere ei Conſulatum continuatum per omnes annos vitæ, ſ. eius, & Dictaturam perpetuam, quorum, ſ. præmiorum honorificorum ipſe nil.i. non quidquam, non patiẽdo quidquam ſibi dari, neque plebiſcito, neque decerni Senatuſc. geſſit ſe penè tantum.i. tam magnificum in recuſandis honoribus, quantum egerat in merendis, ſ. honoribus.

DE EODEM AFRICANO.

*Liu.li.33 *EODEM robore * mentis cauſam Hannibalis in Senatu protexit, cum eum ciues ſui miſſis legatis tanquam ſeditiones apud eos mouentem accuſarent: adiecit quoque non oportere P.C. ſe Reipub. Carthaginenſium interponere: altiſſimaque moderatione alterius ſaluti conſuluit, alterius dignitati, victoria tenus, vtriuſque hoſtem egiſſe contentus.*

EODEM robore]Eadem conſtantia, & moderatione & Hannibali, quem legati Carthaginenſes Romani accuſantes venerant, ſe acerrimũ defenſorem præbuit. [Sui ciues]Notanda conſtructio ſui pro eius poſuiſſe. [Victoria tenus]Vſque ad victoriam, quia vltra victoriam neutrius hoſtis fuit. videlicet nec Hannibalis, cuius ſalutem poſt victoriã protexit, nec Senatus, quia docuit quid eum deceret. Oliv.

EOdem &c.]Idem ſup. Africanus ſuperior, protexit, in Senatu cãm Hannibalis, eodem robore.i. firmitate mẽtis, cum eum ciues ſui, hoc eſt Carth. accuſarent.ſ. in Senatu miſſis legatis, ſ. ad Senatum, tanquam mouentem ſeditiones apud eos, ſ. ciues ſuos. Scipio ſup. adiecit quoq;, ſ. ad defenſionem Hannibalis Patres Conſcriptos, nõ oportere.i. non decere ſe interponere Reip. Carthaginienſium, & ita conſulit.i. opem tulit ſaluti alterius, ſ. Hãnibalis, altiſſima moderatione, & conſuluit dignitati alterius, ſ. Senatus Rom. contentus egiſſe, id eſt, ſe geſſiſſe hoſtẽ vtriuſq;, ſ. tã Hannibalis, quàm Senatus, victoria tenus.i. ad vſque ad victoriã, & nõ vltra, quia ſatis habuit Hannibalẽ viciſſe, & ita ne victo ẽt hoſtis videretur, eũ defendit. Senatui aũt quia reſtitit, ẽt hoſtis viſus eſt. non tamen ſic ei aduerſari voluit, vt eius dignitati non conſuleret. Aſcen.

DE M. MARCELLO.

*AT M. Marcellus, * qui primus & Hannibalem vinci, & Syracuſas capi poſſe docuit, cum in Cõſulatu eius Siculi de eo queſtum in Vrbem veniſſent: nec Senatum vlla de re habuit: quia collega Valerius Leuinus fortè aberat: ne obid Siculi in quærendo timidiores eſſent; & vt is rediјt, vltrò de his admittẽdis retulit, quærenteſque de ſe patienter ſuſtinuit: iuſſos etiam à Leuino diſcedere: remanere, vt ſuæ defenſioni intereſſent, coegit: ac deinde vtraque parte perorata, etiã excedentes Curia ſubſecutus eſt, quo liberius Senatus ſententiam ferret: improbatis quoque eorum * querelis ſupplices, & orantes, vt ab eo in clientelam reciperentur, clementer excepit. ſuper hac Siciliam ſortitus, eam prouinciam collegæ ceſſit. Toties laudatio Marcelli variari poteſt: quoties nouis ipſe gradibus, moderatione aduerſus ſocios vſus eſt.* *Liu.li.26 * Hic Marcellos Siciliæ patronos vocat Cic.i Ver.

AT M. Marcellus]M. Marcellus cum Valerio Leuino tunc forte abſenta, iterum Conſul Idibus Martiis, cum magiſtratum inijſſet, Senatum eo die, more maiorum, non habuit. profeſſus ſe nihil abſenta Collega, neq; de Rep. neq; de prouincijs acturum, ſcire ſe frequentes Siculos prope vrbẽ in villis obtrectatores factorum ſuorum eſſe, quibus tãtum abeſſet, vt pro ſe uno liceat palàm Romæ crimina, & dicta, & facta ab inimicis vulgari, vt inſimularent aliquem ſibi timorem, abſente collega, dicendi de Conſule eſſe, ipſe eis extemplò daturus Senatum vbi quidem Collega veniſſet, nec paſſurum quidquã prius agi, quàm vt Siculi in Senatum introducantur. poſtquam igitur collega redijt. [Primum inter ſe prouincias ſortiti ſunt Sicilia, & claſſis Marcello, Italia cum bello aduerſus Hannibalem Leuino euenit, quæ ſors velut iterum captis Syracuſis ita exanimauit Siculos vt comploratio eorum, flebileſque voces extemplo oculos hominum in ſe conuertiſſent: quod cũ Marcello cognitum eſſet, ne quis frenari timore Siculos dicere poſſet, quo minus de ſe liberè quærantur, in cuius poteſtate mox futuri eſſent, prouinciam cum collega permutauit, deinde Siculos in Senatũ introduxit, & de ſe grauiter cõquerẽtes, æquiſſimis auribus ſuſtinuit, iuſſoſq; à Leuino poſt conqueſtionem exire extemplo, vt de poſtulatis eorum patres conſuli poſſent. Marcel. tenuit, vt coram ipſis reſponderet obiectis, quo facto, cum illis pariter exceſſit è Senatu vt liberius patres cõſuli poſſent, qui acta Marcel. ſummò conſenſu cõprobarunt, reuocatis deinde in Senatũ Siculis, & Conſule, recitatoq; Senatuſcõſ. Siculi benignè appellati, ac demiſſi ad genua ſe Marcel. Cõſulis proiecerunt, & obſecrantes, vt quæ deplorandæ, ac leuãdæ calamitatis ſuæ cauſa dixiſſent, veniam eis daret, & in fidem clientelamq; acciperet perorantes hæc, Conſul clemẽter acci- Oliv.

piens eos dimiſit.[Qui primus Hannibalẽ vicit] Nã omnes ante Marcellum Romani Imperatores, vel ea acie victi diſceſſerãt, vel in acie cum magna Reip. clade ceciderant. Aut certè nunquã cum Hãnib. fortunã belli tentare auſi fuerant: primus igitur Marcellus apud Nolã vinci Hannibalẽ poſſe docuit, nã cũ vrbẽ illã obſideret Hannibal, quæ propemodũ ad defectionẽ videbatur erecta, Marcellus nocte oppidum ingreſſus, & ad tres portas in hoſtes verſas tripartito exercitum inſtruxit. impedimenta ſubſequi iuſſit, Calones, lixas, & inualidos milites vallũ ferre, vt paucitatem ſpernentibus Pœnis, ingentis exercitus ſpeciẽ repente iacerent, his ita inſtructis, patefactisq; repente portis, in hoſtes tanto cũ clamore, impetuq; feruntur, vt perturbata media acie terga verterint, non tñ ſine iactura, nam duo millia & trecenta hoſt. cæſa, non plus R. centum amiſſis, ingens eo die res, ac neſcio an maxima illo bello geſta ſit. non .n. vinci ab Hann. Romanis tunc vincentib. difficilius fuit, q̃ antea vincere. hac victoria Marcel. potitus militum ſuorũ animos multis antea cladibus territos erexit, & eacitauit, vrbem Nolam à defectione prohibuit, validoq; præſidio, firmauit, & ſic propemodum amiſſam P.R. reſtituit. [Et Syracuſas capi] Cuius difficillima ac prope incredibilis fuit eapugnatio. quippe cũ vrbs ipſa ſitu, & natura ſoli validiſſima, munitionibus quoq; firmiſſimis vndiq; circumſepta foret: accedebat q̀ in ea vir erat Archimedes vnicus cœli ſyderumq; ſpectator, mirabilium tñ inuentor, ac machinator bellicorũ tormentorum, operumq́ue quibus ea, quæ hoſtes ingenti mole agerent, ipſe perleui momento ludificaret, hic aduerſus omnem Marcelli terreſtrem, maritimumq; apparatum variæ magnitudinis tormenta in muris diſpoſuerat, in quibus illud præcipuæ admirationis fuit, ferrea manus, firmiſſimæ cathenæ illigata cum iniecta proræ nauis eſſet, grauiq; liberamento plumbi recelleret ad ſolũ, ſuſpenſa prora, nauẽ in puppi ſtatuebat, deinde remiſſa ſubito velut ex muro cadentem nauẽ cũ ingenti trepidatione nautarũ ita affligebat, vt ẽt ſi recta recederet aliquantulum aquæ reciperet, ita omnis maritima oppugnatio excluſa eſt. inter tãtas tñ difficultates vrbem omnium illo tempore, & in ea regione terra, mariq; validiſſimam, atque pulcherrimam virtus Imperatoris tandem expugnauit [Quia collega] Leuinus aberat. Erat .n. in Macedonia aduerſus Philip. [Admittendis] Introducendis [Improbatis querelis] Damnatis à Senatu. [In clientelã reciperentur] Apud maiores, vrbium eapugnatores eorũ poſtmodum patroni eſſe dicebantur, & erant, æquum .n. erat, vt qui vulnera intuliſſet, eadem ſanaret. Cice. in officijs lib. 1. Apud maiores noſtros inquit tantopere iuſtitia culta eſt, vt hi qui ciuitates, aut nationes deuictas bello in fidem recepiſſent, earũ patroni eſſent more maiorum. [Super hæc Siciliã ſortitus] Liu. dicit antequam introducerentur legati in Senatum, cum collega ſuo ſortitum fuiſſe prouinciam, ſed vtcunq; fuerit, magna tamen illius modeſtia fuit. [Toties laudatio Marcelli] Toties inquit laudandus Marcel. eſt, quoties aduerſus Siculos moderatione vſus eſt, primo, q̀ eis noluit dare Senatũ abſente collega, deinde, q̀ conquerentes de ſe patienter ſuſtinuit, poſtea q̀ eos in Senatu retinuit, vt ſuæ defenſioni intereſſent, rurſus q̀ cum illis è Senatu pariter abijt, vt liberius patres ſuper ea re conſuli poſſent, poſtremo q̀ cum collega prouinciam permutauit, & in clientelam ſuam Siculos accepit. hæc omnia ſunt in Marcello laudanda.

Syracuſæ vi captæ.

Aſcen. AT M. Marcel. qui primus & Hann. vinci, & Syracuſas capi poſſe]Cum Siculi veniſſent in vrbẽ, hoc eſt Roma. queſtum .i. ad querendum de eo Con. in Conſulatu eius ſ. Marcelli nec habuit Senatum .i. non fecit vocari Senatum vlla de re, qa Val. Leu. collega eius aberat fortè, quia in Macedonia erat, ideo aũt non habuit Senatum, tantiſper dum abſens eſſet collega ſuus, ne Siculi eſſent timidiores. i. magis timidi in querendo, ob id .i. propter abſentiam alterius Conſulis, quia qui de vno Conſulum quærebantur ferè ad alterius patrocinium confugere ſolebãt. & vt .i. poſtquam, is ſ. collega rediit, retulit. i. in conſultationem Senatus poſuit, vltrò .i. à nemine coactus de his .ſ. Siculis. quos de ſe quæſtum veniſſe ſciebat, admittendis, ſ. ad Curiã, & ſuſtinuit .i. tolerauit patienter quærentes de ſe, & coegit ẽt eos iuſſos à Leuino .ſ. altero Côſule diſcedere, ſ. de Curia, remanere, vt intereſſent ſuæ defenſioni .i. q̃ ipſe Marcel. de ſe faceret, ac deinde vtraq; parte perorata. i. poſtquã tã accuſatores, quàm defenſor oĩa dixiſſent, quæ volebant, ſubſecutus eſt ẽt excedẽtes è curia, qa dũ auditis partib. patres cõſcripti de ſnia ferenda conſuliũt, interea exire iubent de qbus conſultat: ipſe aũt, eo q̀ Conſul manere potuit, & tñ ſubſecutus eſt eaeuntes, quo .i. ideo vt Senatus ferret ſniam liberius. [Quoque] .ſ. ẽt aut inſuper, querelis eorum improbatis. ſ. à ſenatu tanquam iniuſtis, excepit clementer ſupplices, & orantes, vt reciperentur ab eo in clientelam .i. protectionem familiarẽ tanquam clientum .i. eorum, qui ſe colerent vt patronum, & ſuper hæc ſortitus .i. ſorte nactus Siciliam, ceſſit .i. conceſſit, & dimiſit collegæ, ſ. Leuino, eam prouinciam, hoc eſt Siciliam. Laudato Marcelli poteſt variari .i. varia & diuerſa dici toties, quoties ipſe vſus eſt aduerſus .i. erga ſocios, moderatione, ſ. animi, nouis gradibus, ſ. moderationis, vt quibus ad ſummam ſcãditur moderationem, vt in primo moderatè acto ſit primus gradus, in ſecundo ſecundus, & ita conſequenter.

DE TIB. GRACCHO TRIBVNO PLEB.

*QVAM etiam * Tib. Gracchus admirabilẽ ſe exhibuit. Trib. n. plebis, cum ex profeſſo inimicitias cum Africano, & Aſiatico Scipionib. gereret & Aſiaticus iudicatæ pecuniæ ſatiſdare non poſſet * atq; ideo à Cos. in vincula publica duci iuſſus eſſet: appellaſſetq́ue Collegium Tribunorũ, nullo volente intercedere, ſeceſſit à Collegis, decretumq́; cõpoſuit, nec quiſquã dubitauit, quin in eo ſcribendo, irati hoſtis aduerſus Aſiaticũ verbis vſurus eſſet. At is iurauit primum, cum Scipionibus ſe in gratiã non rediſſe: deinde tale decretum recitauit. * Cum L. Cornelius Scipio die triumphi ſui ante currũ ſubactos hoſtium Duces in carcerẽ coniecerit: indignũ, & alienum à maieſtate P.R. videri eundem ipſum duci, Itaque id non paſſurum fieri libenter. Tunc opinionem ſuam P.R. à Graccho deceptam cognouit: moderationemq́ue eius debita laude proſecutus eſt.*

Liu. li. 38.

* A Præto. non a Côs. ſcribit Liu.

* Verba decreti apud Gellium lib. 7. ca. 19.

QVAM T. etiam Grac. admirabilem] Gellius, pulchrũ, liberale, atq; magnanimum factum Tiberii Sempronii Grac. exemplis repoſitum eſt, id exẽplũ huiuſmodi eſt. L. Scipioni Aſiatico P. Scipionis Africani ſuperioris fratri. Numicius Augurinus Trib. pl. mulctã irrogauit, eumq́; ob eam cã pignora dare depoſcebat. Scip. Afric. fratris nomine ad Collegium Tribunorum prouocat. petebatq́; vt virum Conſularem triumphalemq́; à Collegæ vi defenderet. Octo trib. cognita cã Collegæ, intercedere noluerunt, tum Augurinus Trib. pl. L. Scipionem pignora non dantẽ prendi, & in carcerẽ duci cũ iuſſiſſet, Tiberius Sẽpronius Gracchus Trib. pl. pater Tiberii, atque Caii Grac. cum P. Scipioni Africano inimicus grauis ob pleraſque in Rep. diſſenſiones eſſet, iurauit palã in amicitiam, & in gratiam ſe cum P. Africano non rediiſſe. atque decretum ex tabula recitauit, eius decreti hæc verba ſunt cum L. Cornelius Scip. Aſiaticus triumphans hoſtiũ Duces in carcerẽ côiecturauerit, alienum eſſe vr̃ à dignitate Reip. in eũ locum Imperatorem P.R. duci, in quem locum ab eo coniecti ſunt Duces hoſtium: itaque L. Cor. Scip. Aſiaticum à Collegæ vi prohibeo Val. autem Antias dicit poſt Africani mortem intercesſionem iſtam pro Scip. eſſe factam à Tib. Graccho, neq; mulctam irrogatam Scipioni, ſed damnatum eum peculatus ob Antiochenam pecuniam, de qua ſupra dictum eſt, qui cum pignora non daret in carcerem duci iuſſum, atque ita intercedente Graccho, exemptum Plin. de viris Illuſtr. Scipio Aſiaticus pecuniæ interceptæ ne in carcerem duceretur, Gracchus pater Trib. pleb. interceſſit, M. Cato Cenſor equum ei ignominiæ cã ademit. [Iudicatæ pecuniæ] De qua ſupra diximus, quæ cum ab ipſo repoſceretur, frater eius Africanus qui legatus ſibi fuerat in ea prouincia, librum in quo acceptæ, & expẽſæ pecuniæ ſumma continebatur in Senatum prolatum ante oculos patrum dilacerauit, dicens non æquum eſſe, ab eo reddi rationẽ ſeſtertii quadragies, à quo bis mille ſeſtertiis vberius factũ eſſet ærarium, igitur poſt hoc factum Scip. Aſiaticus eius frater peculatus damnatus eſt. [Ex profeſſo.] Ex manifeſto. [Satiſdare,] Satisfacere. [Decretum] Damnationis, vel abſolutionis. [Ante currum] Quod victi Duces præcederent triũphantis Imperatoris currum nulli dubium, nam id Cicer. in Piſonem planè oſtendit, dicit enim quid tandem habet iſte currus? quid vincti ante currum? quid ſimulachra oppidorum?

Oliu. Tib. Gracchi moderatio.

Ex pſeſſo.

quid

quid aurum? quid argentum? quid legati in equis? quid clãgor militum? quid tota illa pompa? &c. [Alienum] Abhorrens, & alienum huic, & ab hac re dictum.

ASCEN.

QVam etiam recitat moderationem Tiberij Grac.] Sed priuſquam ordinem colligam notandum puto, multos legere, q̃ ẽt, q̄ ſi eſt, dicam q̃ particulam, hic cum poſitiuo conſtrui citra figuram, t̄pore acceptam pro valdè. Nã ordo videtur. Tib. etiam Grac. exhibuit ſe, q̃ .i. valdè mirabilem. Poſſet tñ figuratè legi, ſed magis durè, vt ſit ordo, q̃ .i. ô quantum mirabilem exhibuit ſe Tib. Grac. q.d. maximè. Quocirca facilior, & meo quidem iudicio verior eſt lectio. Qua .ſ. moderatione animi. Tib. Grac. exhibuit ſe admirabilem. Trib. enim pleb. cum gereret ex profeſſo .i. palàm, & ſine diſſimulatione inimicitias cum Scipionibus Africano, & Aſiatico .ſ. fratribus, & Aſiaticus .ſ. L. Scip. nõ poſſet ſatiſdare .i. ſatisfacere, pecuniæ damnatæ .i. ad q̃ damnatus erat, atq; iuſſus eſſet à Conſulẽ duci, ideo in vincula pub. & appellaſſet collegium Trib. .i. prouocaſſet ad Trib. nullo .ſ. Trib. volente ĩtercedere, ſeceſſit .ſ. Grac. à collegis .i. cęteris Trib. & compoſuit decretum .ſ. condemnationis Scip. Aſiatici, nec quiſquam dubitauit, quin .ſ. Grac. vſurus eſſet eo .ſ. decreto ſcribẽdo verbis hoſtis irati aduerſus Aſiaticum. At .i. ſed hic .ſ. Tib. Grac. iurauit primum ſe non rediſſe in gratiam cum Scipionibus, deinde recitauit tale decretum, cum L. Corn. Scip. coniecerit in carcerem Duces hoſtium ſubactos die triumphi ſui ante currum .ſ. triumphalem, videri ſuprà recitauit, aut recitando cenſuit indignum, & alienum à maieſtate. Pop. R. ipſum eundem duci .ſ. in carcerem, aut legamus in eundem, vt ſit ipſum duci, in eundem .ſ. carcerem, in quem hoſtium Duces duxerat. [Itaque] .i. & ita pronunciauit ſup. ſe non eſſe paſſurum fieri .ſ. vt in carcerem duceretur. Pop. R. cognouit tunc libenter opinionem ſuam deceptam à Grac. quia putabat Grac. acerrimè de Scip. decreturum, & proſecutus eſt debita laude moderationem eius .ſ. Tib. Grac.

THEO.

Claudij Nerõis animi moderatio.

SAtiſdare] Satiſdatio eodem modo appellata eſt, quo ſatisfactio: nam, vt ſatisfacere dicimus ei, cuius deſiderium implemus, ita ſatiſdare dicimus aduerſario noſtro, qui pro eo quod à nobis petijt, ita cauit, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus, datis fideiuſſoribus, hæc iuris ciuilis auctor Caius.

DE C. CLAVDIO NERONE.

* Liu. lib. 28.

* Et Liuij auſpiciũ fuerat. & eius milites Romã venerant.

*CAIVS quoque * Claudius Nero inter cætera præcipuæ moderationis exempla numerãdus eſt. Liuij Salinatoris in Haſdrubale opprimẽdo particeps gloriæ fuerat: tamen eũ triũphantẽ equo ſequi, q̃ triũpho, * quẽ ei ſenatus æquè decreuerat, vti maluit: quia res in prouincia Salinatoris geſta fuerat, ſine curru ergo triumphauit. Eo quidem clarius, q̄ illius victoria tantummodo laudabatur: huius etiam moderatio.*

OLIV.

CAIVS quoque Claud. Nero] Quomodo Haſdrubal frater Hannib. in Gallia Ciſalpina, haud procul à Placentia victus, & cum ingenti exercitu occiſus fuerit conſilio, & prudẽtia Claudij Neronis in eadẽ fiducia dictum eſt, q̄ ad hunc locum pertinet. [Claudius Nero] Vt fuit rerum geſtarum gloria quidem illuſtris, ſic animi quoque moderatione conſpicuus, tanta .n. vt dixi, conſilio ſuo parta victoria cũ Romã vterq; Cõſul rediſſet, poſtulaſſetq́;, vt pro Reip. fortiter, feliciterq́; adminiſtrata, & dijs immortalibus haberetur honos, & ipſis triũphantibus vrbem inire liceret, idq́; ſibi eſſet à patribus benignè cõceſſum. Claud. ea modeſtia vſus eſt, vt cum amborum nomine ſupplicatio, & triumphus vtriq; decretus eſſet, tamen quia in prouincia Liuij res geſta eſſet, & eo die quo pugnatum foret, eius forte auſpiciũ fuiſſet, & exercitus Liuianus deductus Ro. fuiſſet, ſuus verò deduci non potuiſſet, voluit vt Liu. quadrigis tãtummodo veheretur, ipſumq́; triumphantem milites ſequerentur, ipſe vero ſine militibus equo inuectus eſt. ita conſociatum triumphum vnius tantummodo eſſe voluit, quanquam ipſe maiore gloria triumphauerit, nam milites eius laudes magna cum ambitione decantabant, illum ſex dierum ſpatio decurriſſe longitudinem Italiæ, & eo die cum Haſdrubalẽ in Gallia, ſignis collatis pugnaſſe, quo cum caſtra aduerſus ſeſe in Apulia poſita habere Hannibal crediſſet, ita vnũ Conſulẽ pro vtraque parte Italiæ aduerſus duos Duces, duos Imperatores, hinc conſilium ſuum, hinc corpus oppoſuiſſe nomen Neronis ſatis fuiſſe ad continendum in caſtris Hannibalem. Haſdrubalem verò nulla alia re, quàm eius aduentu obrutum, atq; extinctum eſſe, curreret alter Conſul ſublimis curru multiiugis ſi vellet equis, vnius equo per vrbem verum triumphũ vehi, Neronique etiam ſi pedes incedit, uel parto eo bello, vel ſpreto triumpho gloriam memorabilem fore, hi ſermones ſpectantiũ Neronem vſq; in Capitolium proſecuti ſunt. [Aeque decreuerat] Vt vterque pariter triumpharet. [Prouincia] Gallia Ciſalpina. [Sine curru] Quia equo tantummodo inuectus eſt. [Eo] Tanto. [Quod] quanto.

ASCEN.

CAius quoque Claudius Nero] Numerandus eſt inter cętera exempla præcipuæ moderationis, aut numerandus eſt præcipuè inter cętera exempla moderationis. (Non putet quiſpiam auctorem loqui de Nerone illo apoſtolorum Chriſti carnifice, multo enim ãnte illũ fuit) Sup. is fuerat particeps gloriæ Liui. Salinatoris in opprimendo Haſdrubale fratre Hannibalis. [Et tamen maluit ſequi eum] .ſ. Salinatorem triumphantem, equo .i. ſedens in equo, quàm vti triumpho, quẽm Senatus decreuerat ei æquè .i. æqualiter, vt Salinatori, ideo autem voluit, quia res fuerat geſta in prouincia Salinatoris. [Ergo] Quia moderatio illa tam laudabilis fuit, ipſe triumphauit ſine curru .i. ęqualem gloriam nactus eſt in equo ſequens triumphantem, ac conſecutus fuiſſet curru triumphans, & triumphauit eo quidem clarius, id eſt, quàm Salinator, q̄ tantummodo victoria illius, ſcilicet Salinatoris laudabatur, ſed etiam moderatio huius, ſcilicet Neronis laudabatur.

DE AFRICANO POSTERIORE.

NEC Africanus quidem poſterior nos de ſe patitur tacere, qui Cẽſor cum luſtrũ conderet, inque ſolito ſacrificio, ſcriba ex publicis tabulis ſolẽni eius precationis carmine præiret: quo Dij immortales vt P. R. res meliores, amplioresq́; facerent, rogabantur: ſatis inquit, bonæ, ac magnæ ſunt. Itaque precor, vt eas perpetuò incolumes ſeruent: ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emendari iuſſit. Qua votorum verecundia deinceps Cens. in condendis luſtris vſi ſunt. Prudenter .n. ſenſit tunc incrementũ Romano Imperio petendum fuiſſe: cũ intra ſeptimũ lapidẽ triumphi quærebantur, maiorẽ aũt totius terrarum orbis partem poſſidenti, vt auidũ eſſet quidquã vltra appetere: ita abũde fęlix ſi nihil ex eo, quod obtinebat, amitteret. Neque alia eius in Cenſura moderatio pro tribunali apparuit. Centurias recognoſcens Equitum, poſtquam C. Licinium Sacerdotem citatum proceſſiße animaduertit: dixit illum ſe ſcire verbis conceptis peieraſſe proinde ſi quis eum accuſare vellet, vſurum teſtimonio ſuo: ſed nullo ad id negocium accedente: traduc equum, inquit ſacerdos, ac lucrifac Cenſoriam notam: ne ego in tua perſona, & accuſatoris, et teſtis, et Cẽſoris, et iudicis partes egiſſe videar.

Cice. pro Cluent. Plutar. in apoph.

OLIV.

Scipionis Africani modeſtia.

NEc Africanus quoq; poſterior] Duo clariſſima Romanæ vrbis lumina Scip. Africani ſic per omnes virtutum gradus vno tenore concurrerunt, vt vbicũq; de virtute ſeruata referendum fuerit, de his tacere difficilius ſit, q̃ parum dicere, hinc eſt, quod apud Valer. in omnes memorabilium exẽplorum partes ſuperueniunt, nam poſterior Africanus in condendo luſtro mirificam de ſe oſtendit P. R. modeſtiam, in ſolito .n. ſacrificio, cum vota, & precationes ſolenni carmine dijs immortalibus exhiberentur, vt Imperium Romanum augerẽt, & amplificarent, carmen illud emendari iuſſit, & ſcribi, vt perpetuo incolume conſeruarent, quòd diceret ſatis amplum eſſe, atque magnificum, qua modeſtia cęteri deinde Cenſores vſi ſunt cum luſtrum conderent; Cenſorum erat inter cętera, quæ gerebant cenſum facere, & luſtrum condere: cenſum autem facere erat Romanorum ciuium capita deſcribere, & in claſſes pro cuiuſque opibus coniicere; ſed quomodo in claſſes coniicerentur, ſatis ſupra monſtratum eſt. Condere vero luſtrum erat,

quinto quoque anno ciuitatem quibuſdam luſtralibus. i.piacularibus ſacrificijs expurgare. Luſtrum etiam dicebatur totius exercitus purgatio,cum cenſent.i.numerant oēs,& qui ad arma ferenda non ſunt idonei,ſicut,& ſenes iuniores purgant.i.educuntur,& tunc cōdere luſtrum,finire luſtrum ſignificat. Eſt etiā luſtrum quinquennium.i.quinq; annorū tēpis decurſus.Eſt item cubile ferarum.Sunt qui velint luſtrum dictum à luendo.i.purgando,vel ſoluēdo.[Publicis] In quib.carmina ſcripta cōtinebant.[Res imperiū]Et ſtatum.[Meliores]Opulētiores[Ampliores] Longius,latiusq; porrectas. [Intra ſeptimum lapidē]. i.cū fines Romani non extēderentur vltra ſeptem millia paſſuum, nam lapidibus tanquam limitibus deſignabātur milliaria apud maiores.[Senſit]Opinatus eſt. [Centurias recognoſcēs] Dum recenſeret Equites, qui erant in centurias diſtributi. Centuriæ autem Pop.R. fuerūt primo à Romulo inſtitutæ tres Equitum ſolummodo,videlicet Ramnenſium,Ticienſium,& Lucerum. Ramnenſes à Romulo. Ticienſes à T.Tatio Rege Sabinorum poſt communicatum cum Romulo Imperium, Luceres à Lucero quodam,qui Romulo venerat in auxilium, vel vt alij dicūt, Lucerum nominis,& originis cauſa incerta eſt: iubebat autem Equites tranſire,vt ſi deprehendiſſet vitium,equo priuaret, vel alia nota Cenſoria damnaret.[Verbis conceptis]Scientem,& volentem.[Peieraſſe] Periurium feciſſe. [Et notanda] De natura verbi quæ in compoſitione non habet,r,cum nomen retineat,dicimus enim periurū, ſed eſt verbum peiēro, nō periuro. [Ad id negocium]Ad accuſationem.[Traduc,equum]Sic nūc quoque conquiſitores,& Equitum magiſtri dicere ſolent, tranſeas cum equo,vt te videamus. [Lucrifac] Verbum compoſitū.i.tota vna pars orationis eſt,id eſt elucrare,& in lucro pone. [Notam]Damnationem.

ASCEN. NEc Africanus] Aſſert duo egregia exempla Africani minoris in moderatione animi,qua in Cenſura vſus eſt. de quorum altero dicit ſic. [Nec quidem Africanus poſterior].i.minor in tempore,patitur nos tacere de ſe, qui exiſtens ſup.Cēſor,cum conderet luſtrum.i.perageret cenſum,& luſtrationem ciuium,& ſcriba, ac ſi dicat notarius ſacerdotalis,aut pōtificius,præiret ei.i.quōd ſequeretur,prædiceret,vel præiret, vt in ſupplicationibus etiam noſtris minores præeunt,in ſacrificio ſolito.ſ.fieri dum luſtrum cōderetur,carmine ſolēni.i.pronunciando carmen ſolenne,ex publicis tabulis.i.libris,aut inſtrumentis, de quo carmine nihil licebat immutare, ſicut nec de reliquis verbis ſacratis, quo carmine dij immortales rogabantur,vt facerent res Pop.R.meliores, & ampliores, inquit.ſ. Scip.res ſup.Pop.Rom.ſunt ſatis bonæ.i.opulentæ, & proſperæ, ac magnæ.Itaque.i. & ita precor ſupple vt dij ſeruent eas perpetuò incolumes,ac iuſſit protinus carmen emendari in tabulis publicis,ad hunc modum, ſcilicet iā dictum,vt canerent, O dij immortales res Romanas incolumes ſeruate.Qua verecundia votorum Cenſores vſi ſunt deinceps in luſtris cōdendis, id eſt,quoties luſtra conderent.Enim pro quia,Scip. ſupple ſenſit,i.opinatus eſt,prudenter, videlicet incrementum fuiſſe petendum Imperio Rom. cum triumphi quærebantur intra ſeptimū lapidem,id eſt,ab hoſtibus intra ſeptimum ab vrbe milliare,& non longius deuictis.[Autem pro ſed,] Senſit,vt eſſet auidum, id eſt,auarum, & auidi animi indicium poſſidenti Pop. Rom. maiorem partem totius orbis terrarū appetere quidquam vlterā,ita eſſet abondè fœlix.i.fauſtum,& fortunatum,ſi nihil amitteret ex eo,quod obtinebat.[Neque alia,&c.] De altero dicit ſic.Neque moderatio eius in cenſura apparuit alia pro tribunali.i.cum ſederet,vt Cenſor, & iudex centurias equitū recognoſcendo. Nam ſup.ipſe recognoſcens.i. luſtrans, & quōd Galli dicerent ad monſtram inſpiciens,centurias.i.ordines centenarios equitum.i.eorum,qui equo militabāt, poſtquam animaduertit Caium Licinium ſacerdotem citatum. ſ.voce præconis, vt luſtraretur,proceſſiſſe ſ.in medium,dixit.ſ.Sci.ſe ſcire illū, ſ. Licin.peieraſſe.i.periurium commiſiſſe. [Verbis conceptis].i. ſolenni more expreſſis,vt nihil deſit ad periurij conſumationē, proinde.i.& ideo ſup.dixit.ſi quis vellet accuſare eum. ſ.Licinium ſup.illum accuſatorem vſurū teſtimonio ſuo,ſ.Scip. contra Licinium,ſed nullo accedente ad negocium. ſ. ad accuſationem Licinij,inquit, ò ſacerdos traduc equum. i. tranſi cum equo,quo libet(Nam tantiſper dum de equite diſceptabatur, retētus erat cum equo, & ſi iuſta de illo accuſatio procedebat, equus illi ignominia notato adimebatur)& lucrifac.i.ad lucrū aſcribe,notam Cenſoriam.i.quōd à Cenſore propter moderationē non es notatus ignominia. Nā cum certo ſciret ipſum peieraſſe,potuiſſet eū notaſſe ex ſuo vnius teſtimonio, ſed noluit,adijciēs,ne ego videar egiſſe.i.repreſentaſſe in tua perſona ſcilicet cenſenda,partes,& accuſatoris,& teſtis,& Cenſoris, & iudicis,quod immoderatum fuiſſet.

DE Q. SCÆVOLA.

QVOD animi temperamentum etiā in Q.Scæuola excellentiſſimo viro adnotatū eſt, teſtis namque in reum productus,cum id reſpōdiſſet: quod ſalutem periclitantis magnoperè læſurum videbatur, diſcedens adiecit, ita ſibi credi oportere,ſi & alij idem aſſeueraſſent: quoniam vnius teſtimonio aliquem credere, peſſimi eſſet exēpli: & religioni igitur ſuæ debitam fidem, & communi vtilitati ſalubre conſilium reddidit.

OLIV. QVOD animi temperamentum. Q.Scæuola] Vir præcipue virtutis,& grauiſſimæ auctoritatis homo,cum in teſtimonium aduerſus reum quēdam productus eſſet, & religioni pariter, & modeſtiæ ſatisfecit, cū dixiſſet, ꝙ verum eſſet,ſtatim adiecit,non id ſibi credendum eſſe, niſi & alij inuenirentur, qui idem aſſeuerarent, noluit tantum ſibi tribui, ut ſuo teſtimonio damnaretē reus, ne ſui exēplo,alius deinde minoris auctoritatis,& fidei teſtibus crederetur.[Temperamentum] Moderatio.[Periclitantis] Cuius ſalus in periculo verſabatur, [Aſſeueraſſent] Affirmaſſent.[Et religioni debitā fidem]Quia affirmauit verum eſſe quod dixerat. [Communi vtilitati] Ne quis unius teſtimonio periclitaretur.

ASCEN. QVod temperamentum].ſ.inuentum in Scip.proximè dicto,adnotatum.i.obſeruatum eſt etiā in Q. Scæuola viro excellentiſſimo.[Nāq; ipſe productus teſtis in].i.contra reum ſ.quēdam(quem auctor decenter nō nominat, cōtentus videlicet laudem boni viri ſine noxij infamia recitaſſe) cum ipſe reſpondiſſet.ſ.Quæſtori interroganti de vita rei, id quod videbatur læſurum magnopere ſalutem periclitantis. i.rei in periculo verſātis,diſcedens.i.cum diſcederet,& videret ſe ſolum id atteſtatum,adiecit,oportere ſibi credi ita, ſi &. i. etiam aliā aſſeueraſſent.i.verum eſſe affirmaſſent idem,qm(licet verum eſſet,ꝙ dixerat, tamen) credere aliquē teſtimonio unius, eſſet peſſimi exempli.i.induceret peſſimum morem, ſi ſumpto ab eo exemplo,deinceps unius teſtimonio ſtaretur. (Ideoq; in ſacris literis.In ore duorum, vel trium ſtat omne teſtimonium) Igitur verum dicendo,& hæc adijciēdo,reddidit religioni ſuæ .i.ſacramento,ac ſolenni iuramento debitā fidem,quia atteſtatus eſt ſe vera depoſuiſſe, & reddidit utilitati communi conſilium ſalubre,ne.ſ.teſtimonio vnius quanticunq; viri, ſtaretur, ne cum difficile ſit aliorū teſtimonia refellere,unius ſemper teſtimonio ſtando,multorum innocentia in periculo ſit.

DE METELLO MACEDONICO.

*SENTIO quos * ciues, quæue facta eorū, ac dicta quàm anguſto ambitu orationis amplectar, ſed cū magna mihi,& multa breuiter dicenda ſint: claritate excellentibus,infinitis perſonis,rebusq; circumfuſis, vtrumque præſtare non poſſum. Itaq; propoſiti quoque noſtri ratio non laudanda ſibi omnia, ſed recordanda ſumpſit: Quapropter bona cum venia duo Metelli, Macedonicus,& Numidicus,maxima patriæ ornamenta, ſtrictim ſe narrari patientur, Acerrimè cum Scipione Africano Macedonicus diſſenſerat,eorumq; ab æmulatione virtutis profecta contentio,ad graues teſtatasque inimicitias progreſſa fuerat. * Sed tamen cum interemptum Scipionem conclamari audiſſet: in publicum ſe proripuit,mæſtoq; vultu,& voce confuſa,concurrite, concurrite,inquit,ciues: mœnia noſtra vrbis euerſa ſunt. Scipioni enim Africano intra ſuos penates quieſcenti, nefaria vis allata eſt.O Remp. pariter Africani morte miſeram,& Macedonici tam humana,tamq; ciuili lamentatione felicem.Eodem enim tempore,& quantum amiſiſſet principem,& qualem haberet,recognouit, * Idem filios*

* Scip. propter diſſenſionē, ꝗ erat de Repu. alienatus eſt à Metello,Cic. in Lel.

*C.Carbo Africanum artuliſſe oxiſtimatus eſt. inqt Cic. aliter Liu. lib.59.

* Pli.li.7. cap 44.

lios ſuos monuit: vt funebri eius lecto humeros ſubijcerent: atq; huic exequiarum, illum honorem vocis adiecit: nō fore, vt poſtea id officium, ab illis maiori viro præſtari poſſet. Vbi illa tot in Curia iurgia? Vbi tam multæ pro roſtris altercationes? Vbi maximorum ciuium, & ducum tantum, non togata prælia? omnia nimirum iſta, præcipua veneratione proſequenda deleuit moderatio.

Oliv.

SENTIO quos ciues] Quaſi tacitæ obiectioni reſpōdet, ꝙ tantorum virorum facta ſimul, ac dicta longiori memoratu digna, breui oratione complectatur, dicit autem ſui propoſiti non fuiſſe, eiuſmodi hominum vitam percurrere, ꝙ nec in tanta multitudine rerum memoriç tradendarū ſibi fuiſſet opportunum, ſed quædam horum hominum vt quæq; digniſſima viderentur ex illuſtribus electa auctoribus, breuiter cognoſcenda ſubijcere. [Anguſto ambitu] Valdè breuis orationis ambitu. [Vtrumque]. ſ. magna & multa modico volumine comprehēdere. [Stricti] Breuiter. [Ad graues, teſtataſque] Cic. de officiꝭ à Val. diſſentit, dicit enim inter Scip. & Metel. fuit ſine acerbitate diſſentio, non enim animorum contentione, licet opinionum, & ſententiarum diſſenſione diſcrepabant, vt in ſententiis dicendis frequenter altercarent in Senatu. [Teſtataſq;] Paſſiuè poſuit, manifeſtas. [Progreſſa fuerat] Proceſſerat. [Sed tamē cū interemptum Scip.] Conſtat Scip. celeriter mortuum, quo autem genere mortis dubitatur ab omnibus. Cic. in lib. de amicitia. Scip. inquit, vita quidem talis fuit, vel fortuna, vel gloria, vt nihil poſſet accedere. morienti autem ſenſum celeritas abſtulit, quod de genere mortis difficile eſt dictu, ꝙ homines ſuſpicentur vos videtis, hoc tamē licet dicere P. Scip. ex multis diebus, quos in vita celeberrimos lætiſſimoſq; viderat, illum diē clariſſimum fuiſſe, cum Senatu dimiſſo domum reductus ad veſperum eſt à patribus conſcriptis, & populo, ſocijſq; Latinis pridie quā exceſſiſſet è vita, vt ex tam alto dignitatis gradu ad ſuperos videatur potius, quàm ad inferos perueniſſe Deos, ergo de morte Scip. multi multa ſuſpicantur, plures tamen huic ſententiæ inclinant. Grac. Semproniam vxorem ſuam mortis mariti conſciam fuiſſe, ꝙ veriſimile videtur. nam cum Scip. à Numantia victor rediiſſet (vt quidā tradiuit) ab amicis Grac. qui paulo ante cæſi fuerant in forum productus eſt, quia Grac. affinitate coniunctus erat, quippe quorum ſororem in matrimoniū duxerat, credebant auctoritate Scip. cōfirmatum iri odium aduerſos interfectores Grac. ſed cū interrogatus eſſet, quid de C. Grac. morte ſentiret, reſpōdit, iure cæſum videri: quod reſpōſum credunt adeo grauiter, & acerbe tuliſſe Gracchā Semproniam eius vxorem, quæ ſperabat cædem fratrum Scip. auctoritate poſſe vindicari, vt de mariti nece cogitauerit, & eū ſequēti nocte oppreſſerit, quod veriſimile videtur, qui enim fieri potuiſſet, vt in eius cubiculo opprimeretur Scip. niſi conſcia mortis eius fuiſſet vxor. ſunt tamen qui credunt à C. Carbone fuiſſe interemptum, aliter ſentit T. L. de morte Afric. dicit enim ſeditiones à triumuiris Fuluio Flac. C. Grac. & Carbone de agro diuidūdo creatis, excitatæ ſunt, quibus cum P. Scip. Afric. aduerſaretur, fortiſq; ac validus pridie domum ſe recepiſſet, mortuus in cubiculo inuentus eſt, ſuſpecta fuit, tanquam venenum ei dediſſet Sēpro. vxor, hinc maximè, ꝙ ſoror eſſet Grac. cum quibus ſimultas Afric. fuerat. De morte tamen eius nulla quæſtio acta.

Cófuſum quid.

[Cófuſa] Perturbata [Mœnia euerſa] Magna Scip. laus, quod Reip. Rom. quidam quaſi murus, & validiſſimum munimentum eſſe diceretur, quod per ipſum, & aucta, & conſeruata fuiſſet. [Intra ſuos penates] Vbi tutus eſſe debuerat, ibi potiſſimum interemptus eſt. [O Remp.] Laudat eius modeſtiā. [Miſeram] Quæ tārum ciuem amiſerit. [Ciuili lamentatione] Ac ſi diceret amica lamentatione, nam ciuis ciuem debet amare [Idem filios] Quos quatuor præcipuæ virtutis, & ingenij dicitur habuiſſe. [Huic] ſ. officio, quod filii humeros lecto ſubiicerent [Vbi illa] Oſtendit tantam valuiſſe moderationem: vt omnia, quæ videbantur inter ipſos odia fuiſſe contracta hac ipſius morte obliterarentur.

Ascen.

SEntio] i. percipio, quos. i. quales, ciues, ve ꝓ vel, quæ. i. qualia, hoc eſt quātum ſublimia facta, ac dicta eorum, quàm. ſ. quantum anguſto ambitu. i. circuitu orationis ego amplectar, ſed cum magna, & molta ſint mihi dicēda breuiter, ego circunfuſus perſonis, & rebus infinitis, excellentibus claritate, non poſſum præſtare. i. exhibere, & efficere. [Vtrumque] Vt. ſ. infinita dicam, & breuiter. [Itaque]. i. edita ratio quoque noſtri propoſiti, ſumpſit ſibi omnia, non laudāda, quod prolixis fieret verbis, ſed recordanda. i. ad memoriam reducenda, quod pauciſſimis fieri poteſt. Quapropter duo. Metel. ſ. Maced. à deuicta Macedonia, Num. à Numidia fęliciter vinci cœpta dicti, appoſitè maxima ornamēta patriæ, patientur, cum bona venia. i. circa indignationem, ſe narrari. ſ. à me ſtrictim. ſ. breuiter & conſtrictis verbis, Maced. ſ. Metel. diſſenſerat acerrimè cum Scip. Afric. ſ. minore, & eorū cōtētio profecta. i. orta ab æmulatione virtutis, fuerat progreſſa ad inimicitias graues teſtatas. i. profeſſas, & manifeſtas, ſed tñ cum Macedonicus audiret Scip. conclamari interemptum, prorupit ſe in publicū, & inquit vultu mœſto & voce cōfuſa, concurrite ciues, mœnia noſtræ vrbis, cōcurrite euerſa ſunt. Enim pro quia, vis nefaria eſt illata Scip. Afric. quieſcenti intra mœnia ſua, q. d. non tantum ideo euerſa dico. [Mœnia noſtra] Quòd vir fortis, qui murus noſtris ciuibus alter erat, extinctus eſt, ſed ꝙ intra mœnia ſua quaſi tutū nō ſit amplius intra mœnia Rom. manere (vnde exclamat auctor) O Rem. ſ. Rom. pariter miſeram, morte. i. propter mortem Afric. & fęlicem tam humana, & tam ciuili lamētatione Maced. [Enim] pro quia Reſp. recognouit eodem tempore, & i. ſimiliter, quantū principē, quia maximū amiſiſſet, videlicet Scip. & qualem principem haberet, quia humaniſſimum videlicet Metel. Maced. [Idem] ſ. Met. Maced. monuit filios ſuos vt ſubijcerent humeros ſuos lecto funebri. i. vt lectū funebrē eius ſ. Scip. interempti efferrent humeris. ſ. ſuis, atq; ſubiecit. i. continuo adiecit huic honori exequiarum illum honorem vocis. i. præconii. ſ. non fore. i. unquam futurum eſſe, vt illud officiū. ſ. efferendi defuncti poſſet præſtari ab illis maiori viro. Vnde in admirationem adductus auctor addit. Vbi ſup. tunc fuerunt illa tot iurgia. ſ. Scip. & Met. quæ fuerant dum viueret Scip. in Curia. i. in Senatu? Vbi ſup tunc fuerunt, tam multæ altercationes eorū ſup. pro roſtris. i. quæ prius fuerāt ante roſtra? Vbi ſup. fuerunt tunc prœlia togata. i. cōtentiones in toga, & non in armis maximorū ciuiū, & tantorū Ducū, vt fuerunt illi duo? Rñſio nimirum. i. haud dubiè, moderatio. ſ. Met. Maced. proſequēda præcipua veneratione, deleuit omnia iſta. ſ. iam dicta.

DE METELLO NVMIDICO.

*NVMIDICVS * autem Metellus, populari factione patria pulſus, in Aſiā ſeceſſit: in qua, cum ei forte ludos Trallibus ſpectanti litteræ redditæ eſſent, quibus ſcriptum erat, maximo Senatus, & populi conſenſu, reditum illi in vrbem datum, non è theatro prius abiit, quàm ſpectaculum ederetur, non lætitiam ſuā proximè ſedentibus vlla ex parte patefecit, ſed ſummum gaudium intra ſe continuit. Eundem conſtat pari vultu, & exulem fuiſſe, & reſtitutum: adeo moderationis beneficiò, medius ſemper inter ſecundas, & aduerſas res animi firmitate verſatus eſt.*

* Liu. lib. 69. ſed de loco diſſētit. & Pli. de viris illuſt qui ne lectas qui dē literas ſcribit.

Oliv. Metelli in exilio conſtantia.

NVMIDICVS aūt Metellus] De hoc viro ſupra commemoratio facta eſt, ꝙ exilium voluntarium eligere, qui in leges Saturnini Trib. pl. iurare maluerit: fuit igitur & conſtria clarus, & moderatione perſpicuus: cum enim ludos Trallibus ſpectaret, ſibiq; forent de glorioſa in patriam reuocatione redditæ litteræ, ſic ſe intra modeſtiæ gyros cōtinuit, vt nullum tantæ letitiæ veſtigiū prorſus in eo poſſet deprehēdi, vir in vtraque fortona ſemper idem, quē nec arridens inflare, nec ſęuiens opprimere poſſet. Hic Metel. Numid. in Cēſura orationem habuit ad populum de vxoribus ducendis, teſte A. G. qui eius orationis quædam verba ponit lib. 1. cap. 6. dicit enim multis, & eruditis viris audientibus legebatur oratio Met. Numid. grauis, ac diſerti viri, quàm in Cenſura dixit ad populū de ducendis vxorib. cum eū ad matrimonia capaſcenda hortaretur: in ea orationn ita ſcriptum fuit, ſi ſine vxore poſsēmus Quirites eſſe, omnes ea moleſtia careremus, ſed qm̄ ita natura tradidit, vt nec cum illis ſatis cōmodè, nec ſine illis vllo modo viui poſsit, ſaluti perpetuæ potius, quàm breui voluptati conſulendum eſt. [Populari factione] ſ. Apulei Saturnini Trib. pl. [Trallibus] Tralles ciuitas Aſiæ tm̄ pluraliter declinatur. I. Iulius dicit hoc fuiſſe Rhodi, vbi exulabat, vt in cap. de cōſtantia diximus Plin. verò Smyrniæ fuiſſe dicit. Eſt aūt Smyrna ciuitas minoris Aſiæ. [Theatro] Spectaculo θεά μαι iſpecto θέα ſpectaculū

[Ederetur]Finiretur.[Medias] Ne fractus in eduerſis nec elatus in ſecundis.[Firmitate]Fortitudine,atque conſtantia.

ASCEN. Numidicus autē Met.]Pulſus patria.ſ.Rom.factione i.ſeditione populari ſeceſſit.i.in exilium abijt in Aſiam in qua.ſ.Aſia,cum literæ redditæ eſſent ei ſpectenti ſorte ludos Trallibus.apud Tralles vrbem Aſiæ, ſm auctoris ſententiam,quibus.ſ.literis,ſcriptum erat,reditum datū ſup.eſſe illi in vrbem.ſ.Romem, maximo conſenſu Senat.& Pop. non abijt prius è theatro,quàm ſpectaculum ederetur.i.finiretur, & explicaretur, & non patefecit.i. indicauit vlla ex parte lætitiem ſuam, ſedentibus proximè.i.proximo loco, ſed continuit ſummum gaudium intra ſe.Conſtat.i. manifeſtum eſt eundem.ſ. Metel. Numid.fuiſſe & eaulem, & reſtitutum pari.i. conſimili vultu, adeo.i.tm̄ verſatus eſt ſemper medius inter res ſecundas,& aduerſas,beneficio moderationis & firmitate.ſ.animi.

THEO. Trallibus]Trallis pars Illyrici. qui Tralli dr, & Tralles apud Theopōpū de quibus in bello Macedonico Liuius ex interpretatione Iani. Trallis autem Lydiæ ciuitas ad amnem Mæandrū,quæ prius appellebatur Anthie, à copie florū, dicta eſt,& Erymna,vñ nomē gētile Trallienus vt docet Stephanus

DE CATONE POSTERIORE.

* Plut. in vita, & Dion. lib. 39.
* Miſſus à P. Clod. Trib. pl. Hic lib. 8. cap. 16.
* Et repulſam tulit.

TOT familijs in vno genere laudis enumeratis, Porcium nomen, velut expers huiuſce gloriæ ſilentio prætereundum ſe negat. Poſterior Cato non paruo ſummæ moderationis fiſus indicio * Cypriacam pecuniā maxima cum diligentia & ſanctitate in vrbem deportauerat: cuius miniſterij gratia Senatus relationem interponi iubebat, vt Prætorijs Comitijs extra ordinem ratio eius haberetur: ſed ipſe id fieri paſſus non eſt, iniquum eſſe affirmans,* quod nulli alij tribueretur, ſibi decerni: at nec quid in perſona ſua nouaretur, cāpeſtrem experiri temeritatē, quàm Curiæ beneficio vti ſatius eſſe duxit.*

OLIV. TOT familiis in vno genere laudis[De hoc etiam infra dicturus eſt in cap.de continentia.[Poſterior Cato]Præfectus Cypriecæ pecuniæ fuit,lege lata per P.Clod.Trib.pl.de redigenda in prouinciæ formam Cypro, & compilanda pecunia Regia:adminiſtratio cuius rei ideo M.Cat. mādata eſt,annuente Clod.qui Cat.longius abeſſe cupiebat,vt liberius ageret in Cic.quem exitio deſtinauerat,quia verebatur ne Cat.auctoritate impedirentur conſiliæ ſua:demādata eſt igitur prouincia inuito Cat.cum.n.Clod.rem iſtam Cat.ad ſe vocato, quaſi honorificam obtuliſſet,eam Cat.repudiauit,cp diceret non ob honorem,ſed ob cōtumeliā, & inſidias hoc ſibi negocium deferri cum Clod.iratus inſolenter ſatis reſpondit,& ſi noles,inquit.tñ coactus,dolensq; proficiſcere,aduocataq; cōcione plebiſcio firmauit miſſionem Cat.eiq; adeunti nec neuem, neq; militem, nec etiam miniſtrum quempiā tradidit præter duos ſcribas.quorum ſcribarum alter fur erat, alter Clod.cliētulus, & quaſi parum negotij foret Cyprus,& Ptolemeum etiam & eaules Byzantium reduceret,iniunxit eo cōſilio, vt ipſum plurimo tēpore extra vrbem eblegaret. Ptol.verò eius Ptol frater, qui per Gab.reſtitutus fuerat, tunc Cypri rex, vbi hæc cognouit nimio dolore percitus,veneno fata præuenit Ceterum Por. Cat.Cypriecas opes Lyburnis per Tyberinum oſtium aduexit Plut.dicit Cat.in hac vehenda pecunie, hoc vſum fuiſſe conſilio,vt loculorum funibus,& loris lōgioribus ſuberes alligaret, quibus ſuperueniēte tempeſtate ſi forte naufragium faceret pecunia ſuſtentaret,nec mergi poſſet,hæc omnis pecunia circiter ſeptem millia talentorū argenti fuiſſe traditur. quæ latius ærarium,q̄ vllus triumphus impleuit,que re Senat.decreuit,vt extra ordinem Prætor crearetur, quod ille recuſauit.[Porcium nomē]Vnde fuere Cat.[Cypriecem pecuniam] Quàm ibi copioſam Ptol. congregenerat & propterea Senetus timens, ne tātis opibus Rex incitatus bellum ſuſcitaret,ad eas Romā deportandas miſere Cat.Alii dicunt Cyprum ideo factam eſſe ꝓuinciam,miſſumq; Cat.quia P.Clod.captus e piratis cū Regē rogaſſet, vt ſe redimeret, Rex ideo exiguum precium miſit,ve piratæ illud accipere dedignarentur, & Clod.gratuito dimittere malnerint, quare indignatus Clod. in patriam reuerſus & Trib.pl.creetus, legem tulit de eijciendo Rege,capiendeq; ꝓuincia per Cat.qui profectus,& accepta pecunia,libros in quibus.totiꝰ pecuniæ ſumme continebetur emiſit. Cum igit̃ populus rationem eius pecuniæ repoſceret, ſenatus eam relationē interdici volebat, vt proximis Comitijs Prætor creari poſſet,cp ille fieri nō permiſit,iniquum eſſe exiſtimans ſibi tribui, qđ nemini vnq̄ cōceſſū fuit, maluit populi temeritatē experiri,quàm Senatus benignitate frui,huic in patriā redeunti,cum ad vrbem acceſſiſſet, tanta omnis generis, & ordinis hominū, tam magiſtratuum, quàm ſacerdotum, & ipſius Senatus, etq; etiam pl.frequentia obuiam proceſſum eſt, teſte Plut.vt vix ri pæ fluminis caperē poſſent,nam à triumpho nihil ferme diſtate videbatur.nonnullis verò tunc agreſtis ſuperbusq; viſus eſt, quod Conſulibus,Prætoribusq; obuiam progredientibus,neque ſubſtitiſſet,neque currum retinuiſſet, nec in terram ad eos deſcendiſſet,ſed progreſſus non prius deſtitiſſet, quàm claſſem in naualia coniecisſet,cum tamen argentum per forum portaretur Admiratus eſt P. R. tantam magnitudinem, & Senetus poſt multas Cat.laudes, decreuit ei Præturam extra ordinē, & ludos inſpicere purpurea veſte, quæ Senatus decreta Cat.ipſe deteſtatus eſt. [Extra ordinem] Excellenter. [Campeſtrem] P. R.qui in campo Martio ſuffragia dabat.[Curiæ]Senetus,continens pro contento.

ASCEN. TOt familijs enumeratis.].i.poſtquam tot familiæ enumeratæ ſunt in vno genere laudis.ſ. de moderetione animi. nomen.i.genus Porcium à Portio Cat.deductum negat prætereundum ſilentio.i.ſub ſilentio, aut ſilendo velut expers.i.immunem huiuſce laudis.Nam ſupp.Cat.poſterior.ſ. Vticenſis fiſus.i.confiſus non paruo,immo magno iudicio ſummæ moderationis,deportauerat in vrbem.ſ Romam cum magne diligētia & ſanctitate.[Pecuniam Cyp.].i. quàm Ptol.Cyp.collegerat.[Cuius miniſterij,ſcilicet tam diligentis gratie,Senetus iubebet relationem, id eſt, redditionem rationis interponi.i.ad tempus ſeponi,vt ratio.i.reſpectus eius.ſ.Cat.haberetur Comitiis, in quibus Prætor crearetur extra ordinem, vt ſcilicet ſic creatus Prætor ab onere reddendæ rationis leuaretur.ſed ipſe Cat.non eſt paſſus id fieri,affirmans eſſe iniquum decerni ſibi, quod nulli alij tribueretur,vt ſcilicet non ſuo enno,auc Loco, ſed extra ordinem Prætor creeretur, nam per certos gradus ad ſummos honores perueniebetur, quos qui non obſeruabant, extra ordinem creari dicebantur (quod megis placet, quàm ve exponam extra ordinem per excellēter vt Oliuerius expoſuit.) ac ne quid nouaretur.i.nouo more fieret in ſua perſona,duxit.i.cenſuit eſſe ſatius experiri temeritatem cāpeſtrem.i. populi in Campo Martio tempore comitiorum de facto ſuo diſquirētis,quàm vti beneficio Curiæ.i.patrum conſcriptorum.

DE M. BIBVLO.

* Cæſar li. 3. de bel. ciuil. meminit. & Sen. ad Marciā. t 3. fuerant olim milites Sabini,

*AD externa * iam mihi exempla tranſire conanti, M. Bibulus vir ampliſſimę dignitatis, & ſummis honoribus functus, manus inijcit, qui, cum in Syria moraretur prouīcia, duos egregiæ indolis filios ſuos à Gabinianis militibus Aegypti occiſos cognouit. Quorum interfectores ad eum vinctos Regina Cleopatra miſit: vt grauiſſimæ cladis vltionem, arbitrio ſuo exigeret: at ille oblato beneficio, quo nullum maius tribui lugenti poterat, dolorem moderationi cedere coegit, carnificesq; ſanguinis ſui, intactosq; e veſtigio ad Cleopatram reduci iuſſit, dicendo, poteſtatem huius vindictæ non ſuam ſed Senatus eße debere.*

OLIV. AD externa iam exemple]M.Bib.de Gebinianis militibus, à Cleopat.miſſis ſupplicium ſumere noluit,cum duos illius filios per ſeditionem occidiſſent. Nam Mar. Bib. in Syria prouincia dum eſſet A.G.proconſul Ptol.reduxit,ceſo Archelao cum Beronice Ptol.filia, quàm Aegyptii eiecto patre ſibi reginam aſciuerant, & ille Arch. virū aſſumpſerat paulo poſt, mortuo Ptol.duo filij ex teſtamento in Regnum illi ſucceſſerunt,natu maior ex pueris, & Cleop.Dum igitur eam prouinciam Syriam Gab.conſtitueret, hoc eſt adminiſtraret, milites eius per iniuriam duos Bibuli filios occiderunt, quippe exercitus cum ipſo Duce corruptus erat, nam pactiones pecuniarum cū tyrannis egerat. Ariobarzani etiam regi ſe ad cędem faciendam cum exercitu locauerat,vt infra dicetur lib.8.Hic Bib.collega Cæſ.fuerat,in Cōſulatu. qui ab eodē loco aliquoties eiectus eſt,ſed ſe domi ſemp cōtinuit,vñ dici ſolebat.Bib.& Cęſ.

Conſulibus

Cõſulibus nihil geſtum eſt C. Cæſ. Cõſule aliquid geſtum eſt. Vnde etiam Cic. in epiſtola ad Lent. quæ ſic incipit, Certiorem te p literas, &c. de Bib. ſic loquitur. Dixi me Bibuli fortenam, quam ille afflictam putaret, omnium triumphis, victoriisq; anteferre, dixitq; eodẽ teſte alio loco, eoſdem eſſe, qui Bib. exire domo prohibuiſſent, & qui ne coegiſſent, idẽ paulo infra idẽq; memineram nobis priuatis vſq; ad Cæſ. & Bib. Cõſules, cũ ſententiæ noſtræ, magnum in Senatu pondus haberent, vnum fere ſenſum fuiſſe bonorum omnium. ergo à Gabinianis militib. quia Bib. erat in prouincia Syria cum Gab. Ptol. vt diximus, in regnum reſtituit iuſſu Pompei. præter P.R. voluntatem, Senatusq; auctoritatem, vnde & Gabinius reus factus gratia & auctoritate Pompei, pecuniarumq; potentia abſolutus eſt.] Dolorem moderationi cedere coegit] Plus valuit apud Bibulum, animi moderatio quam amiſſorum filiorum dolor.

ASCEN. Ad externa, &c.] Ordo eſt. M. Bib. vir ampliſſimę dignitatis, & functus ſummis honoribus id eſt magiſtratibus honorificis, iniecit manus. i. vim retinẽdi infert mihi conanti tranſire iam ad exempla externa. [Qui cum moraretur] i. moram faceret in Syria prouincia, cognouit. ſ. per literas, duos filios ſuos egregiæ indolis, i. futuræ, quaſi innatæ virtutis, ſpem de ſe facientes, occiſos eſſe Aegypti. i. in Aegypto (quod licet rarũ ſit vt genitiuus loci maioris abſolutè ponatur, malim tamẽ dicere, quàm à militibus Gab. Aegypti. i. in Aegypto militantibus ſub Gab. neque tamen hoc penitus damnabile putem. [Quorum] ſcilicet filiorum interfectores Cleop. Regina. ſ. Aegypti, miſit ad eum. ſ. Bib vinctos. i. ligatos, vt exigeret. i. exactè ſumeret, vltionem grauiſſimæ cladis arbitrio ſuo. At ille beneficio. i. ſumendæ vltionis de occiſoribus filiorũ, quo nullũ maius potuerat tribui lugẽti. i. in luctu verſato oblato. ſ. à Cleop. i. poſtquam illi eſt oblatum. [Coegit dolorem cedere moderationi] Et iuſſit carnifices ſanguinis ſui. i. occiſores aliorum ſuorum reduci e veſtigio. i. ſtatim ad Cleop. [Intactos] In nullo ſup. affectos, dicendo poteſtatem huius. i. huiuſce modi vindictæ debere eſſe non ſuam, ſed Senatus. ſ. Romani.

THEO: A Gabinianis militibus occiſos cognouit] Cæſ. in commẽt. Hi conſtabant, inquit, ex Gab. militibus, & infra Bib. filios duos interfecerant.

EXTERNA.

DE ARCHITA TARENTINO.

TARENTINVS * *Architas, dum ſe Pythagoræ præceptis Metaponti penitus immergit, magno labore, longoq; tempore ſolidum opus doctrinæ cõplexus, poſtquã in patriam reuertitur, ac rura ſua reuiſere cępit, animaduertit negligentia villici corrupta, et perdita intuensq; male meritum: Sumpſiſſem, inquit, à te ſupplicium, niſi tibi iratus eſſem: maluit. n. impunitum dimittere, quàm propter iram grauius iuſto punire.*

* Cic. Tuſcul. 4.

OLIV. Architæ moderatio. TARANTINVS Architas] Ad externa tranſit exempla quorũ primum eſt Arch. Tarẽ. Fuit autẽ philoſophus Pyt. nobiliſſimus, qui Plat. cum à Dion, necandus eſſet, p epiſtolam eripuit. admirationi ſummæ apud plurimos habitus eſt in omni virtutis genere, quippe qui ſepties ciuibus præfectus eſt, cum cęteri plus quã annum imperare lege prohiberentur. Hac igitur modeſtia vſus eſt, vt cũ e Pyth. ſtudiis, in quibus multo tempore fuerat cum ſummo labore, & induſtria verſatus in patriam reuerſus eſſet, & prædia ſua villici negligentia ſqualida & inculta oſtendiſſet, ira commotus, maluit impunitum villicum dimittere, q̃ per irã punitionis modũ excedere. Cic. lib. 4. Tuſ. quęſtionum. Ex quo, inquit, illud laudatur Arc. qui cũ villico factus eſſet iratior, quo te modo, inquit, accepiſſem, niſi iratus eſſem? [Tarentinus] Tarentum vrbs inclyte Calabriæ in angulo Italiæ circa Salentinorũ confinia à Tara Neptuni filio cõdita. [Metaponti] Italiæ oppidum in fine Tarẽti cõditũ à Locrenſibus teſte Soli. [Solidũ opus] Perfectũ opus, ſed inter ſolidũ, & perfectũ hoc intereſt, q ſolidũ eſt, cui nihil accedere poteſt, perfectũ cui nihil excedere, doctrina igitur ſolida eſt res, & nõ adũbrata. [Villici] Præfecti villæ, eſt aũt villa dom' i agris. [Sumpſiſſem] Sup. vltus eſſem negligentiã tuã. [Propter iram] Ne ea pturbata, iuſtæ, & meritæ punitiõis terminos excederet.

ASCEN. TArentinus, &c.] Tranſit ad externa & primo ad exemplũ Arch. philoſophi in Geometria clari, dicens. [Architas Tarentinus] i. Tarenti ortus, dum ſe immergit penitus Metaponti. i. in eo oppido Italiæ præceptis, id eſt inſtitutionibus Pyth. Philoſophi Samii complexus. i. aſſecutus magno labore, & lõgo tempore, ſolidũ. i. integrum & cõſummatum opus doctrinæ, poſtquam reuertitur in patriam. ſ. ſuam Tarentum accedit reuiſere rura, id eſt villam & agros ſuos ruri, animaduertit ſupple rura ſua corrup. & perdita negligentia villici. i. eius, cui villam ſuam. i. domum in agro cum appertinentibus, colendã cõmiſerat, & intuens. ſ. villicũ male meritũ. ſ. de ſe, & agro ſuo, inquit, ego ſumpſiſſem ſupplicium à te. i. de te, niſi eſſem iratus maluit enim dimittere. ſ. villicũ impunitũ, quam punire ſup. eum grauius iuſto. i. quàm iuſtum eſſet, propter iram, qua iraſcebatur in eum, qui negligentia ſua villam deſtruxiſſet.

THEO: ARchytas,] Arch. vt Ariſt. auctor eſt. Eſti. F. vt aliorũ ſententia Dony ſ. Mneſa. vel vt eſt apud Suidam Mneſ. Tarent. exercitum ſæpe ductauit, in acieque nunquam ſuperatus eſt Itaque reuerſus è Caſ agrum incultum, ſqualidumque inuenit, vnde conuerſus ad villicum, lueres, inquit niſi iratus eſſem. hæc Plu. in eo, quod de liberis educandis edidit libello, in quo paululum diſſentit à Val.

DE PLATONE PHILOSOPHO.

NIMIS *liberalis * Architæ moderatio, temperatior Platonis: Nam cum aduerſus delictum ſerui vehementius exarſiſſet, veritus ne ipſe modum vindictæ diſpicere non poſſet, Speuſippo amico caſtigationis arbitrium mandauit, deforme ſibi futurum exiſtimans ſi commiſiſſet, vt parem reprehenſionem culpa ſerui, & animaduerſio Platonis mereretur.*

* Plut. de liberis educã. Sed Diogenes hunc Xenocratem vocat.

OLIV. Platonis genus. NImis liberalis Architæ] Indulgens nimis, & prope modum vitioſa fuit Arch. moderatio, Plat. vero magis probãda, nam virtus vbi plus quam deceat, affectari cœperit, definit eſſe virtus, mediũ n. duorũ extremorũ eſt alterius per defectũ, alterius per exceſſum, cum in alterutram partem declinauit, vitium fiat neceſſe eſt: ergo quia Tarentinus Arch. in villicum nimis indulgens fuiſſe videtur non ita moderationis propriũ, vt Plat. ſeruaſse dici poteſt, & niſi philoſophi obſtaret auctoritas, intemperantiam potius dicerem fuiſſe, quàm moderationem, non puniſse delinquentem, nam ea impunitate maior naſcitur peccandi licentia, & propterea Plat. dicere ſolitus erat neminem prudentem punire, quia peccatum ſit, ſed ne peccetur in poſterum. Non ergo propter iræ magnitudinem ab Arc. donenda erat villico pœna, ſed differenda, & tunc rectè moderatio dici potuiſset, ſi cum fuiſset iratus dediſset iræ ſuæ ſpacium, vt reſidente per interuallum temporis animi tumore, haberet modum caſtigatio, quare melius, vt inquit Valer. feciſſe videtur Plat. qui non remittendum ſeruo ſupple, ſed ab altero minime perturbato inferendum eſse iudicauit. [Vehemẽter exarſiſset,] Grauiori ira excanduiſſet. [Diſplicere] Diligenter diſcernere. [Speuſippo] Plat. Ariſtone patre, matre Perictiona, ſiue Pontona Athen. natus eſt, mater a Solon. genus duxit, Ariſt. vero patrem e Co. Met. filio originem ducere tradunt, quia à Nept. eidem ſanguinem trahere. Thr. teſte memorat, cui Speuſ. ſucceſſit Eurymedontis filius Athẽ. pago Myrrhinuſios, & Pla. ſorore natus, qui fratres habuit Adimant, & Plau. ſororemque Poto, matris cognomine de qua Speuſip. hic, cuius nunc Val. meminit. Tradit Herac. Plat. adeo verecundum, adeo mente compoſitum vt nunquam ridere niſi modice deprehenſus ſit. ingreſso aliqñ Xenocr. cede. inquit, hunc puerum, nam ipſe, q iratus ſum neſcio. Cuidam item ſeruorum delinquenti, iã, inquit, te verberibus concidiſsem, niſi iratus eiſsem. In hoc diſsẽtit à Val. Diog. ſ. Laer. eo ẽt, q non Speuſippo ſeruum puniendum, ſed Xen. traditũ dicit, quod veriſimilius eſt, nam Speuſ. vt eſt Dion. perſtitit, quidẽ intra Plat. dogmata, & ſi moribus eiſdẽ nõ fuit, namq; & iracũdus, & voluptatibus dederat manus, denique aiunt illũ ira concitatũ Catullũ in puerũ iecisse, voluptateq; delinitũ in Macedoniã ad Caſſandri nuptias pfectũ.

ASCEN. NImis, &c.] Ordo eſt Moderatio Archytæ. ſ. philoſophi iã dicti ſup. fuit nimis liberalis moderatio, ſep. Plat. fuit tẽperantior. i. magis temperata. nam cum Plat. exarſiſset. i. inflãmatus eſset ira vehementer. ſ. quam par erat, nimis vehementer, veritus. i. timens ne ipſe non poſset (quia impedit ira animum, &c.) Diſpicere. i. diiudicare modum. i. menſuram vindictæ, mandauit. i. commiſit. [Speuſippo amico] ſcilicet, ſuo arbitriũ caſtigationis, id eſt arbitrariam caſtigationem de ſeruo,

exiſti mans

exiſtimans futurum deforme ſibi, ſi commiſiſſet, vt culpa ſerui, & animaduerſio, id eſt punitio, Plat. ſ. domini (ſed maluit dicere Plat. quam domini, plus enim momenti eſt in vocabulo Plat. nam multi ſemper fuerũt domini Plat. vnus) meretur reprehenſionem parem. i. æque magnam.

THEO. DElictum ſerui] Plut. Πλάτων δὲ δούλῳ λίχνῳ καὶ βδελυρῷ θυμωθεὶς. i. Plat. vero aduerſus deditum ventri ſeruum faſtidiendumque ira percitus.]Speuſippo amico] Plu. ait, τὸν τῆς ἀδελφῆς υἱὸν Σπεύσιππον καλέσας, accerſito ſororis filio Speuſippo.

DE EODEM.

QVO minus miror, quod in Xenocrate diſcipulo ſuo tam conſtanter moderatus fuit: audierat. n. eum multa de ſe impiè locutum, ſine vlla cunctatione criminationem reſpuit: inſtabat certo vultu index, quærens cauſam, cur ſibi fides non haberetur, adiecit, non eſſe credibile, vt quem tantopere amaret, ab eo inuicem non diligeretur. Poſtremo cum ad iuſiurandum inimici aſſerentis malignitas confugiſſet: ne de periurio eius diſputaretur, affirmauit nunquam Xenocratem illa dicturum fuiſſe, niſi ea dici ſibi expedire iudicaſſet. Non in corpore mortali, ſed in arce cœleſti, & quidem armatum animum eius, vitæ ſtationem putes peregiſſe, humanorum vitiorum incurſus à ſe inuicta pugna repellentem: cunctoſque virtutis numeros, altitudinis ſuæ ſinu clauſos cuſtodientem.

OLIV. QVO minus miror] Alia Plat. moderatio minus quidem admirabilis, nam ſi in ſeruum quanto magis in amicũ temperantiam ſeruare & potuit, & debuit, minus igitur mirũ eſt, diſcipuli quidẽ diligebat crimen nõ admiſiſſe, q̃ ſeruũ non puniuiſſe. [Expedire] Vtile eſſe. [Non in corpore mortali] Laudat Plat. moderationem. dicit. n. ex tanta hominis moderatione exiſtimare quis põt Plat. aĩum nõ in tenebroſo corporis domicilio ſedẽ habuiſſe, ſed in cœleſti quadã arce veluti in præſidio collocatũ fuiſſe, ad vitia, tanquã humanæ vitæ hoſtes acerrimos fortiter propulſanda, virtuteſq; omnes in ſuo gradu firmiter retinendas, & cõſeruandas. [Numeros] Nam virtus ſuos habet numeros vt iuſtitia diuiditur in ſex partes. ſ. in religionẽ, pietatem, gratiam, fidem, vendicationem, & obſeruantiam.

ASCENS. QVo]. i. quocirca ego miror minus, q̃ moderatus fuit tam conſtanter in Xeno. diſcipulo ſuo, audierat. n. eum locutum multa de ſe impiè. i. contra pietatem ſibi debitam, & ſup. repoſuit criminationem. ſ. Xen. ſine vlla cunctatione. i. hæſitatione. [Index]. i. is qui indicarat Xeno. multa impietate de Plat. locutum inſtabat. i. inſtanter vigebat ad vltionem, vultu certo. i. inuariato, & confidentiæ pleno, quærens. ſ. Plat. cauſam cur fides non haberetur ſibi. ſ. de detractione Xen. adiecit. ſ. Plato non eſſe credibile, vt non diligeretur inuicem. i. mutuo ab eo. ſ. diſcipulo ſuo Xeno. quem ipſe. ſ. Plat. amaret tantopere. i. tanta opera. Poſtremo cum malignitatis inimici aſſerẽtis. ſ. crimen dictum, cõfugiſſet ad iuſiurandũ. i. obtuliſſet ſe velle confirmare q̃ aſſerebat iuramento. Plat. ne diſputaretur. i. diſceptãdum eſſet de periurio eius. i. ne cogeretur, aut ſtare iuramẽto eius, & ita de amico male ſentire, aut ipſum periurij arguere Xenoc. ſ. diſcipulum, & amicũ ſuũ nunquã fuiſſe dicturũ ea. ſ. q̃ ille aſſerebat, eum dixiſſe, niſi iudicaſſet expedire. i. vtile eſſe ſibi. ſ. Plat. id affirmãti, ea dici ſ. de ſe. Et ita licèt verum eſſet, q̃ Xenocr. iſta dixerit, tñ non propterea conuinceretur inimicus Plat. quia non omnis qui alterius vitia recitat, cõtinuo eius inimicus eſt, hoc igitur conſtanti dicto vicit delatorem Plat. vñ de eo ſubdit autor. [Tu putes]. i. putare. i. exiſtimare poſſis, hoc eſt quilibet poſſit putare, animũ eius. ſ. Plat. armatũ equidẽ. i. certè, vagari nõ in corpore mortali, vbi non armat. ſed degrauatur animus, ſed in arce. i. ſumma munitione cœleſti (Alludit ad hæreſim. Plat. aſſerentis, animas in cœlo formatas, antequã in corpora dimittantur) peregiſſe. i. conſumaſſe ſtationẽ vitæ. i. breue, & quaſi ſtationarium munus vitæ, nobis à ſummo oĩum Imperatore Deo cõmiſſum. Eſt. n. ſtatio, vbi naues ad tẽpus ſtant deuitandæ tẽpeſtatis, aut alterius breuis momẽti gratia, q̃ in portu quieſcere dñr, aut milites ad defendendum locũ cõmiſſum excubãt, vnde mira vis eſt in eo vocabulo. Significat. n. vitã hoĩs eſſe breuẽ, ſed acrem militiã ſuper terrã peregiſſe dico animũ eius repellentem à ſe inuicta pugna, quia maxime pernicioſi, & difficillimi euitatu ſunt aduerſarii, qui ſub ſpẽ amicitiæ nos adoriũtur, vt delator ille, qui tñ victus diſceſſit) incurſus. i. impetus vitiorum humanorũ. i. quæ naturã humanam, corruptam videlicet perſequuntur, & cuſtodientẽ cunctos numeros virtutis. i. conſummatam virtutem (quę tñ non in Plat. ſed in Chriſto fuit) clauſo ſinu. i. complexu ſuæ altitudinis, id eſt ſublimitatis, quia in arca cœli armatum dixerat.

DE SYRACVSANO DIONE.

NEQVAQVAM Platoni literarum commendatione par Syracuſanus Dion. ſed quod ad præſtandam moderationem attinet, vehementioris experimenti. Patria pulſus à Dionyſio tyranno, Megaram petierat, vbi cum Theodorum principem eius vrbis domi conuenire vellet: neq; admitteretur: multum, diuq; ante fores retentus, comiti ſuo, patienter hoc ferendum eſt, ait, forſitã enim & nos, cum in gradu dignitatis noſtræ eſſemus: aliquid tale fecimus, qua tranquillitate conſilij, ipſe ſibi conditionem exilij placidiorem reddidit.*

* Plut. in vita. vbi Ptœodorũ Megarenſem diuitẽ vocat, nõ Theodorum.

OLIV. NEQVAQVAM Plat] Dion. Hipparini filius nobili genere natus, vtraq; implicitus tyrannide Dion. nãq; ille ſuperior Ariſtomachen. ſororem Dionis habuit vxorem, ex qua duos filios Hipparinum & Nyſeum procreauit. totidemq; filias nomine Sophroſinem, & Aretem, quarũ priorem Dion. filio eidem, cui regnum reliquit, nuptum dedit, alteram Aretem Dioni, qui intimus Dion. fuit, hic multa, & alia habuit à natura bona, in his & ingenium docile, cum igitur Plat. Tarentum venisse fama eſſet in Siciliã perlata, adoleſcenti negare nõ potuit Dion. quin eum accerſeret, cui ſe Dion. tradidit, nec vero minus Pla. delectatus eſt Dione, itaq; cũ à Dion. tyranno crudeliter violatus eſſet, quippe quem venundari iuſſit, tñ eodem rediit eiuſdem Dionis precibus adductus. Interim in morbum incidit Dion. quo cum grauius conflictaretur, quæſiuit à medicis Dion, quẽadmodum ſe haberet, ſimulq; petijt ab his, ſi forte maiori eſſet in periculo vt ſibi faterentur, nam velle ſe cum eo colloqui de partiẽdo regno, quot ſororis ſuæ filios ex illo natos partem regni putabat habere debere, id medici tacuerunt, & hic fuit initiũ Dionis, & Dion. ſimultatis, ſimulata tñ aliquãdiu amicitia fuit, ſed cũ à Dione ſe ſuperari videret, ingenio auctoritate, amore populi, nauem ei triremẽ dedit, qua vectus eſt Corin. oſtendens ſe id vtriuſq; cauſa facere, ne cum inter ſe timeret, alteruter alterũ præoccuparet. Sed cum audiſſet eũ in Peloponneſo manum comparare: Aretem Dionis vxorem alii nuptum, dedit, filiumq; eius libidinoſe educari iuſſit. Herac. interim ab eodẽ expulſus, qui præfectus fuerat, equitũ cũ Dione bellũ omni ratione comparare cœperunt, ſed Dion. quidem fretus non tñ ſuis copiis, quam odio tyranni, cum Dion. claſſe in Italia operiretur, poſt diem iij. quàm Siciliam attigerat, Syrac. introiuit, eoq; rem perduxit, vt tyrannus pacem facere vellet pactionibus eiuſmodi. Siciliam Dion, obtineret, Italiã Dion. Syrac. Apollocrates, cui maximam fidem vni hẽbat Dion, haud ita multo poſt orta diſſenſio eſt inter eũ, & Herac. & factionem comparauit, qui principe, tñ non cõcedebat, neq; is minus valebat apud optimates, quorũ conſenſu præerat claſſi, cum Dion, pedeſtrem exercitum teneret, non tulit hæc animo æquo Dion, & verſum illũ Homerũ retulit ex ſcd'a rapſodia. Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω εἷς βασιλεύς. Poſtea vero cũ multitudinem interfectio, Herac. oſtendiſſet, nam militibus eorũ bona, quos ſciebat aduerſum ſenſiſſe, licentius diſpartiuit. Callicrates quidam ciuis. Athen. qui cum eo ſimul ex Pelopon. in Siciliam venerat, homo & callidus, & ad fraudẽ acutus, ſine vlla religione, ac fide adiit Dionem, & ait magno eũ in periculo eſſe propter offenſionem populi, & odiũ militũ, quos exhauſtis ciuibus pro libidine eorum expellere non poterat, cõſuluit ergo, alicui ſuorũ negociũ mandet, qui ſe ſimulet illi inimicum quem ſi idoneum inuenerit, facile oĩum animos cogniturum. Tali conſilio probato, excepit has partes ipſe Callicrates, & ſe armat imprudentia Dionis ad eum interficiẽdũ, fit coniuratio multis conſciis, defertur ad Ariſtomachẽ ſororẽ Dionis vxoremq; Aretẽ, conueniunt Dionem, negabat à Callicratę fieri inſidias. mulieres nihilo ſecius Callicratem in æde

Callicratis dolus.

Proſerpinæ

Proſerpinæ iurare cogũt, nihil ab illo periculi fore, ſed hic maturius pergit, & proximo feſto Saguntinus è numero ſuorũ adoleſcentes elegit, vt ad Dionem eant inermes, qui propter nuntiam intromiſſi foribus obſeratis in lecto cubantem colligãt & quia inermes erant flagitantibus, Ligo quidam Syrac. per feneſtras gladiũ dedit. Callicratis frater Philoſtratus fuit, cui armatam triremem dederat in portu agitanda, vt parata eſſet ad ſalutem, ſi forte cõſilijs fortuna obſtitiſſet. Hic igitur ꝙ ad moderationem ſpectat, à Dionyſio, pulſus Dion, cum Megaram veniſſet, & Theodorũ eius loci principẽ cõuenire voluiſſet, ante illius fores aliquãdiu præter eius dignitatem detentus eſt, ꝙ nihil moleſtè ferens ait comiti ſuo, id minime videri graue, ꝙ & ipſe fortaſſe, cũ imperio foret, tale quidquã feciſſet. [Cõmendatione] Laudatione literarũ. [A Dion.] Filiõ ſuperioris Dion. [Conuenire] Alloqui. [Multum] Quantum ad expectationem animi. [Diuque] Quantum ad longitudinem temporis.

Ascen. N[Equaquam, &c.] Dion. Syrac. ſ. princeps, eſt ſup. nequaquam par Plat. cõmendatione literarum. i. ſcientia ſed quod. i. quantũ attinet ad præſtandã moderationem. ſ. animi ſup. eſt experimenti vehementioris. i. quia fortius experimentũ præbuit. Nam ipſe pulſus patria. ſ. Syra. à Dion. tyrã. petierat Megarã vrbem Græciæ, vbi cũ vellet conuenire. i. adire colloquendi gratia, Theodorũ principem eius vrbis. [Neq; admitteretur] ſ. ianitoribus, retentus ante fores, multum. i. multa expectatione, & diu. i. in longa mora, ait comiti ſuo, hoc ferendum. i. tolerandum eſt patienter. Enim pro quia, & i. etiam nos cum eſſemus in gradu dignitatis noſtrę, fecimus forſan aliquid tale. [Qua tranquillitate conſilij] i. longanimitate, ipſe reddidit ſibi conditionẽ exilij placidiorem, aut ſaltem minus durã.

DE THRASIBVLO.

* Probus in vita Iulij. li. 5.

*THRASYBVLVS * etiã hoc loci apprehendendus eſt qui populũ Athenienſem triginta tyrannorũ, ſæuitia ſedes ſuas relinquere coactũ, diſparſamq; & vagam vitã miſerabiliter exigentem, animis pariter, atq; armis confirmatum, in patriam reduxit. Inſignem deinde reſtitutione libertatis victoriam, clariorem aliquanto moderationis laude fecit. Plebis. n. ſcitum interpoſuit, ne qua præteritarum rerum mẽtio fieret: hæc obliuio, quã Athenienſes, amniſtiam, vocant, concuſſum, & labentem ciuitatis ſtatũ, in priſtinũ habitũ reuocauit.*

Oliv. Triginta tyranni. THRASYBVLVS etiam hoc loci] Vt in c. de Somn. & in c. de for. diximus, Lyſan. dux Lace. victis Ath. xxx. prætores prępoſuit. qui paulo poſt in totidẽ euaſere tyrannos, cum igitur ciuitatẽ tyranni crudeliter nimis opprimerent, multi ex Ath. voluntariũ exiliũ ſibi delegerunt. Laced: edicto ciuitates Ath. exules excipere prohibebãtur, oẽs igitur ſe Argos, & Thebas contulerunt, vbi non ſolum tutum exilium egere; verumetiam ſpem recuperandæ patriæ receperunt. Erat inter exules Thraſybulus vir ſtrenuus, & domi nobilis, qui liberandæ patriæ princeps, & auctor extitit. nam cũ animum induxiſſet audendũ aliquid eſſe pro patria, pro ſalute cõi, et cum periculo; exulibus collectis, caſtellum Phil. Atticorum finium occupat, nec deerat quarundam ciuitatum tam crudeles caſus miſerantium fauor. Itaq; & Iſmenias Thebanorũ princeps, & ſi publicitus nõ poterat, priuatis tñ viribus adiuuat. Et Lyſias Syrac. orator, exul tunc quingentos milites ſtipẽdio ſuo inſtructos in auxilium patriæ cõis eloquentiæ miſit. Itaq; fuit aſperũ bellum. Sed cũ hinc qđ ꝓ patria ſummis viribus, hinc pro aliena potentia ſecurius pugnaretur, tyranni vincuntur, & victi in vrbẽ refugerunt, tyrãni deinde fruſtra tentant corrumpere Thraſybulũ. Tũ accitis Laced. auxiliis iterũ vincuntur, in quo prœlio Critias, & Hippol tyrannorũ ſæuiſſimi cadunt; Thraſybulus fugientes ciues ad libertatẽ reuocat, tyrãni Eleuſim migrare iubẽtur ſubſtitutis decẽ, qui Reip. præeſſent, qui eadẽ via graſſari cęperunt. Poſtremo Pauſanias Rex ad comprimẽdum bellũ miſſus, decemuiros ad triginta tyrannos Eleuſim migrare iubet; qui cõi conſilio bellum Ath. intulerunt, ſed ad colloquiũ, velut dominationẽ recepturi, progreſſi, ac per inſidias cõprehenſi, veluti pacis victimæ trucidãtur. hoc modo reuocatur populus, & iureiurãdo adigitur diſcordiarũ obliuionẽ fore ꝙ Græci, ἀμνηστίαν. i. obliuionẽ mali. [Cõcuſſũ] Fractũ & debilitatũ.

Ascen. T[hraſybulus] Ciuis ille Ath. eſt apprehendẽdus. ſ. à ſtylo. ſ. ſcribendus etiã hoc loci, qui traduxit in patriã. ſ. Athen. populum Athen. coactum relinquere ſedes. i. manſiones ſuas. [Et exigentem]. i. degentem miſerabiliter vitã diſperſam, & vagã, ſæuitia. i. ꝓ ſæuitiam xxx. tyrannorum, confirmatum. ſ. corroboratum à ſe pariter animis, atq; armis, deinde fecit victoriam inſignem. i. quæ erat inſignis reſtitutione. i. ꝓ reſtitutionem libertatis. ſ. patriæ, clariorem aliquãto laude. i. ob laudem moderationis, ſ. animi, qua poſtea vſus eſt. Enim pro quia ipſe interpoſuit plebiſcitum. i. legem ſciente, & conſentiente plebe latã, ne qua mentio præteritarũ rerum fieret. i. ne cui odio, aut opprobrio eſſet, qđ ſub tyrannis egerat. Hæc obliuio, ꝗ græci vocant ἀμνηστίαν ſeu, vt ipſi proferunt amniſtiam. i. obliuionem iniuriarum, reuocauit ſtatum ciuitatis concuſſum & labentem. i. ad ruinã tendentem in habitũ. i. diſpoſitionem, priſtinum. i. quam prius habuerat.

Theo. A[Μνηστίαν], ita legendum ex Aemil. probo. Trogo. Cic. cuius in Antonium verba ſunt hæc Athen. renouaui vetus exemplũ, Græcum etiam verbum vſurpaui, quod tum in ſedãdis diſcordiis vſurpauerat ciuitas illa, atque omnem memoriã diſcordiarum obliuione ſempiterna delendam cenſui.

DE STASIPPO TEGEATE.

NON minoris admirationis illud: Staſippus Tegeates, hortantibus amicis, vt grauem in adminiſtratione Reip. æmulum, ſed alioqui probum, & ornatum virum qualibet ratione, vel tolleret, vel ſummoueret, negauit ſe facturum, ne quem in tutelam patrię bonus ciuis locum obtineret, malus & improbus occuparet, ſeque potius vehementer ab aduerſario vrgeri, quàm patriam egregio aduocato carere, præoptauit.

Oliv. Staſippi moderatio. NON minoris, illud] Staſippi moderatio ex intimo philoſophię pectore manaſſe, & oium ſapientum modeſtiã non ſolum adæquaſſe, verumetiam ſuperaſſe vř, qui cum aduerſarium ſibi in Reip. adminiſtratione grauiſſimum poſſet vel de medio tollere, vel in exilium relegare. idq; vt faceret ſæpius hortaretur ab amicis, in neutrã partem induci potuit, quod diceret, non debere patriã probo viro, ſuiq; amantiſſimo ſpoliari, in cuius locũ mali deinde, improbiq; ſuccederẽt, maluit in perpetua cũ æmulo dimicatione, moleſtiaq; verſari, ꝗ Remp. viro bono, ſuiq; defenſore orbare [Illud]. ſ. qđ ſequitur. [Tegeates] Nomen patrium ſcđm formã Græcam, ac ſi diceres Tegeatinus, Tegeum oppidum eſt Arcadiæ. Virg. Tuã ſi tibi Mænala curæ, adſis ò Tegeæ fauens, cuius princeps Staſippus erat vir moderatione plenus. [Grauem] Quia grauiter ab eo diſſentiabat. [Aemulũ] Euiſdem rei ſtudioſum. nã æmulus dr̃ iuid* imitator, obtrectãs, ſectator, eiuſdẽ rei ſtudioſus. [Tolleret]. ſ. đ medio, hoc eſt occideret. [Sũmoueret] In exiliũ ageret, quod vtrumq; facere poterat [Præoptauit] Prælegit.

Tegeum. O. ii. A.

Ascen. N[On minoris admirationis eſt, ſup. illud]. ſ. quod iã dicetur [Staſippus Tegeates] i. ciuis Tegei, aut Tegeæ oppidi Arcadiæ amicis ſup. eius hortantibus. i. cum amici eius eũ hortarentur, vt vel tolleret ſ. de medio, hoc eſt extingueret, vel ſummoueret. i. loco cædere per exiliũ cogeret, qualibet. i. quacunq; ratione. i. via, & modo æmulum. ſ. ſuum quendam grauem. i. moleſtum, & aduerſarium in adminiſtratione Reip. ſed alioqui. i. excepta illa æmulatione, virum probum, & ornatum, negauit ſe facturum. ſ. quod amici ſuadebant, ne malus & improbus ciuis. ſ. aliquis, occuparet, ſ. forte ſup. eum locũ, quem ciuis bonus. i. vtilis. i. ad tutelam patriæ obtineret, & præoptauit potius ſe vrgeri vehementer ſup. ab aduerſario, quàm patriam carere aduocato. i. patrono, & protectore, egregio.

Theo. T[Egeates] Tegea Arcadiæ ciuitas Hom. præconio clara; à Tegeate Lycaonis filio, vt eſt apud Pauſaniã, Tegeates indè gentile nomen, vt ab Elea Eleates, & fœmininũ Tegeatis, vt auge lyricas Tegeatis. Auctore Steph. Et eiuſdem eſt nominis vrbs in Creta à Taltybio condita.

DE PITTACO.

*Diog. in vita.

*PITTACI * quoque moderatione pectus inſtructũ, qui Alcæum poetam, & amaritudine odij & viribus ingenij aduerſus ſe pertinaciſſimè vſum, tyrãnidem à ciuibus Mitylene delatam adeptus, tantum modo, quid in opprimendo poſſet, admonuit.*

Pittaci

OLIV. PITTACI quoq; moderationē] Pittacus Mitylenæus fuit vnus ex ſeptem Græciæ ſapientibus. Hyrradio patre quem thracem fuiſſe tradunt in hunc Alcæus poeta verſu Iambico luſit, & his eum verbis ignominioſis appellauit, ςυρόποδα χαυρίκα χαροποδον ἀγασύρτον. i. latos pedes trahentem, tumeſcentem, pedum morbo laborantem, χοίρας Latinæ tumor pedem, hoc eſt morbus pedū obiectationibus patentē, & ſordidū [Tyrannidem] Aūt ita adeſt. nam cum inter Mitylenæos, & Ath. de Achilleidis agri poſſeſſione certamen eſſet.

Pittaci tyrannis.

Pittacus cū Phrynone Ath. ſingulari certamine dimicauit pro his finibus. Nam ſic inter ſe conuenerant Athen. & Mitylenæi, quo res cum minori vtriuſq; populi iactura tranſigeretur. Ht duo Imperatores exercitus inter ſe certarent ſingulari certamine, & vter eorū victor euaderet illius populus agro potiretur, Pittacus igitur ſub clypeo rete occultabat, quo iacto ſic Phrynonem implicuit, vt ſe deinde explicare non poſſet. quo cæſo, victoria penes Mitylenæos fuit per Pittacū parta, ſed cū paulo poſt Ath. iterū Mitylenem infeſtarent, ciues ei ſummo cōſenſu tyrannidem demandarunt, quā cum ille conſeruata patria, decē annis tenuiſſet, & optimis inſtitutis, & legib. cōſtituiſſet, ſeipſum ſponte à magiſtratu abdicauit, vnde Strab. li. 13. haud procul a fine Pittacus, inquit ad dominatus euicdos principatus vſus eſt, & quib. ſublatis ciues in priſtinam libertatem reſtituit. Eius ea lex fuit in ebrios, vt eum peccarent duplici efficerentur pęna. fuit in tēporib. Crœſi Lydorū Regis ad quē eius adhuc extat epiſtola, hac aūt moderatione vſus eſt, vt in Imperio conſtitutus Alcęū poetam, à quo fuerat, vt diximus, graui iniuria laceſſitus, ad ſe iuberet acciri, eiq; oſtenderet, quantum haberet vlciſcendæ iniuriæ ptātem, ſi modo vellet, quem voluit impunitate donari, ſatis ei fuerat oſtendiſſe de illo qđcunq; vellet ſupplicium ſumere poſſe, ſed nolle. [Amaritudine] Quia capitali odio inimicitias ſecum agebat. [Tyrannidē] Imperium, & in bona parte hoc loco accipitur, nam tyrannū antiqui Regem appellabant. Virg. Pars mihi pacis erat dextram tetigiſſe tyranni. [Adeptus] Aſſecutus.

Ebriorum lex.

ASCEN. PIttaci, &c.] Ordo eſt. Pectus Pittaci Mitylenæi vnius ē ſeptem ſapientibus inſtructum ſup. fuit quoq; .i. ēt moderatione. [Qui adeptus] .i. aſſecutus à ciuibus. ſ. Mitylenæis tyrannidem. i. Imperium, ac regimen ciuitatis, admonuit tātummodo. i. duntaxat quid poſſet. [In opprimendo] .i. ſi voluiſſet opprimere, admonuit dico Alcæum poetā, à quo Alcaici ſunt verſus dicti, vſum aduerſus ſe pertinaciſſimè, &. i. ſimul amaritudine odij, & viribus ingenij, quia totis viribus eum diffamare conatus fuerat, & tñ poſt principatū vrbis Initū, & in poteſtatē redactum miſit dicens, ſatis eſt noſcas, me tibi nocere potuiſſe.

THEO. AMaritudinem odij, &c.] Lege Diogenem Laer. lib. 1. Vertitumq; de pugna Phrynonis & Pittaci. quam Suidas imitam dicit de poſſeſſione Sigæi, non Achilleidis (vt alij volunt) terræ.

DE SEPTEM SAPIENTIBVS.

* Plut. in Solone, & Diog. in Thalete. varias retorunt opiniones.

HVIVS viri mentio ſubijcit, vt de ſeptem ſapientum moderatione referā. A piſcatoribus in Mileſia regione verriculum trahentibus, quidā iactum emerat, extracta deinde magni ponderis aurea Delphica menſa, orta controuerſia eſt, illis piſcium ſe capturā vendidiſſe affirmantib, hoc, fortunæ ductus emiſſe dicente: qua contentione propter nouitatē rei, & magnitudinem pecuniæ: ad vniuerſum eius ciuitatis populum delata, placuit Apollinem Delphicū conſuli, cui nā adiudicari menſa deberet. Deus reſpondit, illi eſſe dandam qui ſapientia cęteris præſtaret, his verbis Græcis,*

Ἔκγονε μιλήτου τρίποδος περὶ φοίβον ἐρωτᾷς;

Ὃς σοφίῃ πάντων πρῶτος, τούτῳ τρίποδ᾽ αὐδῶ.

Tunc illi conſenſu Thaleti, menſam dederunt: ille ceſſit eam Bianti, Bias Pittaco, is protinus alij: deincepsque per omnium ſeptem ſapientum orbem, ad vltimū, ad Solonem peruenit: qui & titulum ampliſſimæ prudentiæ, et præmium ad ipſum Apollinem tranſtulit.

OLIV. HVIVS viri mentio ſubiicit] Legitur apud Diogenem Laertium in vita Thaletis, Ionicos quoſdam iuuenes in piſcatores Mileſios incidiſſe, qui retia iacturi erant, & ioco piſcatores interrogaſſe, venderent ne fortunæ iactū, hoc eſt quid quid eo iactu caperent. rem ioco actam, ſerio à piſcatoribus habitam fuiſſe, reſponſumq; eſſe vendituros, & cum de precio cōueniſſent, iacto rete ex lacu tripodem auream ad littora eduxiſſe, inde ortam contentionem, adoleſcentibus, mēſam aureā poſcentibus, piſcatoribus capturā piſcium, non aliarum rerū, ſecum illis conueniſſe affirmantibus. Res igitur ad Apollinem delata eſt, qui conſultus, cuiuſnam eſſe deberet tripos illa, ſic reſpōdiſſe fertur, Phębū de tripode rogitas Mileſia pubes. Huic tripodem addico, cuius ſapientia prima eſt. Cū ergo ad Thaletem Mileſium primum menſa delata foret, ille Bianti adiudicauit. Bias Pittaco, & omnes alios alii adiudicātes, moderatione maxima vſi ſunt, cū nemo tantum ſibi nomen arrogare voluerit. Demū Appollini Solon, qui vltimus fuerat, dandam eſſe cenſuit, ꝙ ille omniū ſapientiſſimus haberetur, & ita Apollini quodam modo reddita eſt. Variè tantum hanc hiſt. Diog. refert, vt dicat Callimachum ab Ale. Mileſio accepiſſe. Bacchidem quendam Arcadem Phialam reliquiſſe, atq; mandaſſe dari ſapienti primo datamq; Thaleti, q̄ ille* Apollini Didimeo miſit ſic dicens ſecundum Callimachum, plebem regenti Thales Nileo dat. clarum eſt hoc, quia iam ſecutus eſt domum, rurſus alius tradit, & non Phialam, ſed aureum poculum à tege quodā acceptū, vt ſapientiſſimo græcorū daretur, Thaleti fuiſſe traditū, & alia multa, quæ apud ipſum Diogenē videre licet [Huius viri] Pittaci. [Verriculum trahentibus] Dr, quod per alueum fluminis vertitur. i. trahitur, & à verrendo verriculum dictum, eſt aūt genus retis plumbati. [Iactum] .ſ. retis, videlicet quidquid eo iactu caperent. [Extracta] Educta. [Nouitatē rei] Quia nunquam antea quiſquam capturæ piſcium emerat euentum. [Magnitudinem pecuniæ] Pecuniæ appellatione cuiuſq; rei ſubſtantia dicitur. nam in pecudibus (vnde pecunia dicta eſt) maiores omnem habuere ſubſtantiā ſiue potius, ꝙ nota pecudum æs primum ſignatum fuerit, vt vult Plin. lib. 33. qui dicit inde pecuniam dictam [Magnitudinem] Quia menſa erat ſolidi auri. [Præſtares] Excelleret, & tam cū accuſatiuo, quām cum datiuo conſtruitur. His verbis græcis.

Verriculū dicitur.

Ἔκγονε μιλήτου τρίποδος περὶ φοίβον ἐρωτᾷς,

Ὃς σοφίῃ πάντων πρῶτος, τούτῳ τρίποδ᾽ αὐδῶ.

Qui ſunt in latinum ita conuerſi. Phębum de tripode rogitas Mileſia pubes. Huic tripodem addico, cuius ſapiētia prima eſt. [Eſt menſam] .ſ. Delphicam, hoc eſt talis qualis eſt Delphica menſa. nam in templo Apollinis tripodes erant, quibus admota Phębas ſtatim afflata numinis inſtinctu prædicebat. [Ille ceſſit Bianti] Magna profecto ſeptem virorum moderatio, vt ſapientes dicebantur, ſic viſi ſunt in hac re potiſſimū vti ſapientia, vt alius alii tripodem, & ſapientiæ nomen cederet, fuerunt autem ſeptem videlicet ſapientes Thales Mileſius, Bias Prienæus, Pittacus Mitylenæus, Solon Athenienſis, Chilo Lacedæmonius, Cleobulus Lyndius, Periander Corinthius.

ASCEN. HVius viri, &c.] Ordo eſt. Mentio huius uiri, qui vnus è ſeptem ſapientibus Græciæ fuit, ſubiicit. ſ. memoriā, aut ſubigit. i. coegit latenter, vt referam. i. recitē aliqd de moderatione ſeptem ſapientū. ſ. Græciæ. Incipiens aūt narrare dicit. Quidam. ſ. vir, qui interuenerat, cum piſcatores rete in flumen miſſum extrahere vellent, emerat a piſcatoribus trahentibus verriculum. i. rete per fundum quaſi verrēdo trahi ſolitum in regione Mileſia. i. iuxta Mileſiū oppidum, emerat dico iactum. i. quidquid illo iactu ceperint, deinde menſa aurea Delphica, hoc ē tripodes, quales in tēplo Appollinis Delphici erāt, extracta. ſ. cum eſſet à piſcatoribus extracta, cōtrouerſia. i. lis, & contentio eſt orta. ſ. inter ementes, & vendentes iactum illum. illis. ſ. piſcatoribus, qui venditores erant, affirmantibus ſe vendidiſſe capturam piſcium, hoc. ſ. emptore, dicente ſup. emiſſe ductus fortunæ. i. quidquid fortuna in rete induceret, & illi extraherent, qua contentione. i. lite delata. i. poſtquam fuit delata ad uniuerſum populum eius ciuitatis. ſ. Mileti propter nouitatem rei. i. caſus, & pacti, & pp magnitudinē pecuniæ, q̄a mēſa aurea æſtimata erat. placuit Appollinē Delphicū. i. qui apud Delphos dabat reſponſa, & oracula conſuli. i. conſiliū peti, cui nā menſa. ſ. illa aurea deberet adiudicari. Deus Apollo, hoc eſt ſpiritus malignus, qui occulta inſpiratione, & ſubtilib. vijs ea omnia confecerat, vt miſeros mortales firmius in ſui veneratione deuinciret, reſpondit, menſam ſup. eſſe dandam illi, qui pręſtaret. i. ante iret, & ſuperaret, ceteros. ſ. uiuentes tam mortales quàm immortales ſapientia. [Reſpondit] Dico his uerbis græcis ἔκγονε μιλήτου, &c. hoc Milite, aut (vt traductū ē) mileſia pubes, tu rogitas. i. interrogas Phębū. ſ. Apol. de tripode. i. cuius

debeat

debeat eſſe tripos.i.menſa illa tripes piſcata, & ſup.ego Apollo, aldiudico tripodé huic i.ei, cuius ſapiétia eſt prima.i. maxima & ſumma. Tunc habito eo oraculo, & reſponſo, illi. ſ. qui contenderant, & Apollinem conſuluerant, dederunt Thaloti, ſ. Mileſio vni ee ſeptem ſapientibus, menſam. i. illam, côſenſu, ſ cûi, ille ceſſit eam, ſ. menſam Bianti, ſ. Prieneu (alibi declinatur per ſecûdam Bias Biæ) Bias ſup. ceſſit eam Pittaco, is. ſ. Pittacus ceſſit ſup. eam protinus alij, ſ. vni ea ſapientibus, deinceps q; ſup. ille alij, & ita peruenit per orbem.i. circuitum. omnium ſeptem ſapientum, ad vltimû.i. vltimo loco, ad Soloné, ſ. Ath. qui tranſtulit ad ipſum Apollinem, & i. ſimul titulû amplisſioræ prudentiæ, & præmiû videlicet menſam illâ auream.

DE THEOPOMPO.

* Plut. de doctrina princip. Ephori.

ATQVE vt * Theopompo quoq; Spartanorum, Regi moderationis teſtimonium reddamus: cum primus inſtituiſſet, vt Ephori Lacedæmone crearentur: ita futuri Regię poteſtati oppoſiti, quemadmodũ Romæ Conſulari Imperio Trib. pl. ſunt obiecti, atque illi vxor dixiſſet, id egiſſe illum, vt filys minorem poteſtatẽ relinqueret: relinquam, inquit, ſed diuturniorem: optimè quidem: ea.n. demum tuta eſt potentia, quæ viribus ſuis modum imponit. Igitur Theopompus legitimis regnum vinculis conſtringendo, quo longius à licentia retraxit, hoc ad beneuolentiam ciuium propius admouit.

OLIV. ATQVE vt Theopompo quoq; Spartanorũ Regi] Hic in omni vita comem ſe maximè geſſit, qui interrogatus amico, quo pacto aliquis ſecuriſſimè Regnum tutari poſſet, ſi participes, inquit iuſtæ licentiæ, & auctoritatis amicos fecerit, & ne ſubditi afficerẽtur iniuria, pro viribus prouiderit, hoc non ſolum dixit, ſed etiam ſenſit. nã vt verbis, ſic re probauit. non n. ſolum Regiam licentiam côicauit amicis, ſed ẽt ſubiecit eam poteſtati, & Cenſuræ eorum, Ephoros. n. inſtitoit, qui Regiæ poteſtati eſſent oppoſiti. [Ephori] Erant Lacedæmone magiſtratus, quales Romæ Trib. pl. vt. n. à Conſulibus ad Tribunos prouocare quiſq; poterat, ſic Lacedæmones à Regibus ad Ephoros. dicti autẽ ab ἐπὶ καὶ ὁρῶ, ꝙ eſt proſpicio, vnde Ephori prouiſores, prouidebant. n. rebus, quas Reges faciebãt, & eas pro arbitrio ſuo, vel laudabant, vel refellebant.

Ephori qua p̃tãte vterentur.

ASCAN. ATque vt reddamus quoq;].i. ẽt Theop. Regi Spar. teſtimonium moderationis dico, ſup. ꝙ cũ ipſe inſtituiſſet prius, vt Ephori.i. prouiſores, aut ſuperinſpectores eorum, quæ in ciuitate gererentur, crearentur.i. de nouo fierent, Lacedæmone .i. in ciuitate Spartana, futuri.i. qui forent ita oppoſiti. i. obiecti, & obſiſtentes poteſtati Regiæ quemadmodum Tri. pl. ſunt obiecti Romæ Imperio Conſulari, atq; vxor. ſ. Theop. dixiſſet illi, ſ. Theop. illũ, ſ. Theop. egiſſe id, vt relinqueret filijs minorem poteſtatem, ſ quam à patre acceperat, inquit, ſ. reſpondit ei, relinquam ſup minorem poteſtatem, ſed diuturniorem. De quo reſpôſo dicit auctor. Optimè quidem ſup. Theop. inquit, eut reſpondit. Enim pro quia, ea demum potentia eſt tuta, quæ imponit viribus ſuis modum.i. menſuram ac moderationem. Igitur Theop. conſtringendo.i. coarctando Regnum.i. Regiam poteſtatem, vinculis legitimis, quo.i. quanto, retraxit.i. remouit. ſup. Regnum longius à licentia.i. à malè faciendo, quaſi quidquid liberet impunitate, hoc.i. tanto propius, admouit. i. applicuit ſupple ipſum ad beneuolentiam ciuium.

DE ANTIOCHO.

* Cic. pro Deiotaro rege.

ANTIOCHVS * aũt à L. Scipione vltra Taurũ montem imperij finibus ſummotus, cum Aſiã prouinciam vicinasq; ei gentes amiſiſſet: gratias agere P. R. non diſſimulanter tulit, ꝙ nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur: Et ſanè nihil eſt tam præclarum, aut tam magnificum, quod non moderatione temperari deſideret.

ANTIOCHVS] Autem L. Scipio Aſiaticus, de quo ſupra mẽtionem fecimus, magno bello Regem Antiochũ ſuperauit, & illũ magna parte Regni mulctauit, vtpote Aſia tota, nam ſummotus fuerat vltra mótem Taurũ, vt lib. 8. capitu. 1. dicturus eſt: hoc igitur nomine Rex non ſictas P. R. gratias egit, ꝙ ſe magna cura liberaſſet, nã quãto lõgi⁹, latiusq; porrecti sũt Regni fines, tãto multiplicior cura ſit regẽtis neceſſe ẽ. Cic. in oratione ꝓ rege Deiotaro. Etenim ſi Antiochus magnus Rex ille Aſiæ q poſtquã à L. Scip. deuict⁹ Taurotenus regnare iuſſus eſt, omnemq; hanc Aſiã, quæ nunc noſtra eſt ꝓuincia, amiſiſſet, dicere eſt ſolitus, benignè ſibi à P. R. eſſe factũ qđ nimis magna procuratione liberatus, modicis Regni terminis vteretur [Nõ diſſimulanter.] Sed planè, & palã.

ASCEN. ANtiochus aũt ſummotus].i. expulſus finibus imperij à L. Scip. ſ. Aſiatico vltra Taurũ montẽ, cũ amiſiſſet Aſiã prouinciã, & gentes vicinas ei. ſ. Aſiæ tulit. i. ſuſtinuit agere non diſſimulanter. i. abſq; diſſimulatione, P. R. grãs, ꝙ. i. qa ipſe liberatus, nimis magna ꝓcuratione, vteret̃ modicis terminis Regni. [Et ſanè].i. certè, nihil eſt tã præclarum, aut tã magnificũ, ꝙ non deſideret.i. expoſcat temperari moderatione, ſ. animi.

DE IIS, QVI EX INIMICIS, IVNcti ſunt amicitia, & neceſſitudine. CAP. II.

QVAE, quoniam multis & claris auctoribus illuſtrata eſt, tranſgrediamur ad egregiũ humani animi affectũ, qui ab odio ad gratiã deflexũ, & quidẽ cũ læto ſtylo proſequamur, nã ſicut placidũ mare ex aſpero, cælumq; ex nubilo, ſerenũ hilari aſpectu ſentitur: ſic bellũ pace mutatũ, plurimũ gaudy affert, offenſarũ etiã acerbitas depoſita, candida relatione celebranda eſt.

OLIV. QVAE, qm̃ multis, & claris] Quandoquidem inquit, ſatis illuſtrauimus clarorum hominũ moderationẽ exẽplis, quibus eadem demonſtrata eſt, nunc de his dicamus, qui odio inter ſe, & inimicitia laborantes, in beneuolentiam, amicitiamq; redierunt, qui quidem affectus animi lætiſſimus eſſe ſolet. [Affectum] Videlicet amicitiã ex inimicitijs ortã. [Deflexũ] Declinatũ, permutatũ. [Sentitur] Verbũ pertinens ad oẽs corporis ſenſus. nã & oculis, & auribus ſentimus. [Candida relatione] Læta præcedẽte, ꝙ ſequitur, vt. n. color niger, triſtẽ, ita candidus lætũ facit: funeſti hnies atra, hoc eſt nigra veſte induuntur, quæ ſine dubio triſtitiã repræſentat, côtra dignitates petẽtes candidati erant, hoc eſt cãdida veſte induti.

ASCEN. QVAE qm̃] Indiſſolubili filo tranſit ad ſequentis tituli exẽpla, cuius hæc eſt præfatio. Quæ. ſ. moderatio, qm̃ eſt illuſtrata. i. illuſtrior facta, aut declarata, multis, & claris auctoribus, trãſgrediamur ad egregium affectũ animi humani. i. ad reconciliationẽ poſt inimicitias, quem, ſ. affectũ deflexum. (Sunt qui defluxũ legant, ſed placet lectio Oliu.) ab odio ad gratiam, proſequamur, & quidem cum ſtylo læto. i. cum ſtyli lætitia. Nam ſicut Mare ſentitur hilari aſpectu placidum tranquillũ, & ſedatũ, ee aſpero. i. turbulento. i. poſtquã fuerat turbulentũ, & cęlum ſentitur hilari aſpectu ſerenum ee nubilo. i. poſtquam fuerat nubilum, ſic bellũ mutatũ pace. i. cõuerſum in pacẽ, affert, i. bello prius afflictis, plurimum gaudij. [Acerbitas ẽt offenſarũ depoſita].i. pacata, eſt celebrãda. i. honeſtẽ diuulgãda, relatione cãdida. i. liuoris, & triſtitiæ experti.

THEO. CAndida relatione] Cãdida. i. benigna, ſine inuidia, aut cuiuſquam laudis obtrectatione. Cęlius ad Cic. Cauendum tibi erit, ne parum ſimpliciter, & candide, poſuiſſe inimicitias videaris. Hor. i Epiſtolis Albi noſtrorũ ſermonũ cãdide lector. Ouid. in Ibin, Perennẽ candoris titulum non ſinit eſſe mei.

DE M. AEMILIO LEPIDO.

* Cic. de prouincijs Conſ. & Liuius.

MARCVS * Aemilius Lepidus bis Coſs. & Pont. Max. ſplendoreq; honorũ par, vita grauitati, diutinas ac vehementes inimicitias cũ Fuluio Flacco eiuſdem amplitudinis viro geſſit: quas, vt ſimul Cenſores renunciati ſunt, in Campo depoſuit: exiſtimans non oportere eos priuatis odys diſſidere, qui publicè ſumma iuncti eſſent poteſtate, id indicium animi eius, & præſens ætas comprobauit, & nobis veteres annalium ſcriptores laudandum tradiderunt.

Marcus

OLIV. MARCVS Aemilius Lepidus bis Coſ. [A. G. Aemilius, inquit, Lepidus & Pul. Flac. nobili, gēte, ampliſſimiſque honoribus, & ſummo loco in ciuitate præditi, odio inter ſeſe graui, & ſimultate diutina conflictati ſunt: poſtea populus eos ſimul Cenſores fecit, atq; vbi voce præconis renunciati ſunt, ibidem in Campo ſtatim, nondū dimiſſa concione vltrò vterque, & pari voluntate cōiuncti, & ſe cōplexi ſunt, exq; eo die, & in ipſa Cenſura, & poſtea iuncti concordia fideliſſime amiciſſimeq; vixerunt. turpe. n. ſibi fore putabant priuatim diſſentire cū publicè in ſummo magiſtratu eſſent coniuncti. [Par vitæ] Nā vitæ integritas honoribus congruebat. [Diutinas] Longas, à diu diutinus, à die diurnus. [Summæ poteſtati] Collegio ſummæ poteſtatis. ſ. Cenſuræ non erat pene minor Conſulatu. [Annalium] Annales ſunt quibus annua geſta ſcribebantur.

ASCEN. MArcus, &c.] Affert primum exemplum in M. Aemilio dicens M. Aemilius Lepidus bis Conſul, & Pont. Max. & par. i. æqualis grauitate vitæ, ſplendori honorum. i. magiſtratuum, quos geſſerat, geſſit diutinas. i. longi temporis, ac vehementes inimicitias cum Fuluio Flacco viro eiuſdem amplitudinis, ſ. in honoribus. [Quas]. ſ. inimicitias depoſuit. ſ. M. Aemilius in Campo, ſ. Martio, vt. i. poſtquam renunciati. i. per præconēm iterum nunciati ſunt, & declarati (nam in Comitijs collectis per puncta ſuffragiis, qui numerandis punctis præerant nunciabant præconi eos, qui electi fuerunt, & præco electis renunciabat. i. iterū nunciabat, quod dico, quia renuncio ferè pro abdico, aut abdico, & quod dicunt renuo accipi ſolet Cenſores ſimul. i. vno tpe, exiſtimans. i. iudicans non oportere. i. non decere, eos qui iuncti eſſent publicè. i. in adminiſtrationa publica, ſumma ptāte, vtpote Cenſoria, quæ in oēs ordines animaduertere poterat. diſſidere. i. pertinaciter diſſentire odijs. i. ſimultatibus, & inuidijs priuatis (Dixi diſſidere eſſe pertinaciter diſſentire. Nam ſedere dicitur, quod firmiter placet, vt Aen. 2. Et ſedet hoc aio, perituræq; addere Troiæ, Teq; tuoſque iuuat, &c. Et eiuſdē iiii. Si mihi nō animo fixū, immotumq; ſederet, &c. Vñ diſſidere firmiter diſſentire, & inde diſſidium) Et. i. pariter ætas præſens. i. quæ nunc eſt, cōprobauit id iudiciū eius, ſ. M Aemilij Lepidi, & veteres ſcriptores annalium i. librorum continentium qui annuos magiſtratus geſſerint, & quid in eis egerint tradiderunt, ſ. ſcripto laudandum nobis, ſ. poſteris ſuis.

DE * SEXTO LIVIO Salinatore.

*SEXTI quoque Liuij * Salinatoris finiendarum ſimultatū illuſtre conſiliū ignotum poſteritati eſſe noluerunt. Is nāq;, & ſi Neronis odio ardens, in exilium profectus fuerat teſtimonio eius præcipuè afflictus: tamen poſtquā eū inde reuocatū ciues Collegā illi in Conſulatu dederunt: & ingenij ſui, quod erat acerrimū, & iniuria, quā grauiſſimā acceperat, obliuiſci ſibi imperauit: ne, ſi diſſidente animo conſortiū Imperij vſurpare voluiſſet pertinacē exhibendo inimicū, malū Coſ. ageret, quæ quidē mentis ad tranquilliorē habitū inclinatio, in aſpero, * ac difficili temporū articulo, plurimum ſalutis vrbi noſtræ, atque Italiæ attulit: quia pari virtutis impetu cōnixi terribiles Punicas vires contuderunt.*

* M. ab aliis dr̄ auctore Senatu Liu. li. 27. hic li. 7. c. 2.

* Haſdrubale ad Metaurū victo.

OLIV. SEXTI quoq; Liuij] Quanta fuerit inter Liuium Salinatorem, & Claudium Neronem cum acerbitate diſſenſio, ſatis in cap. de Cenſura diligenter annotauimus. [Salinatoris] Salinator dictus eſt a lege quam arctiſſimam, & populo maximè moleſtam de vendendo ſale tulerat, ob quam deinde damnatus eſt: nam cum primū Cōſulatu defunctus fuit, à Claudio Nerone illi dies dicta eſt ad populum, & cum omnes tribus ei maxima forent infenſæ, præter Metiam, facilè damnatus eſt, quā ignominiam adeo moleſtè tulit, vt rus migrauerit, & p multos annos vrbe, & omni cætu careret hominū. Octauo fermè poſt damnationem anno M. Claudius Marcellus, & M. Valer. Lepidus Conſules eum reduxerunt in vrbem, ſed erat veſte obſoleta, capillo, barbaq; prolixa, præ ſe ferēs inſignem in vultu, habituq; memoriā, ignominiæ acceptæ, quem Cenſores tonderi, ſqualoremq;, deponere, & in Senatum venire, ac omnibus publicis muneribus fungi coegerūt. Cum igitur Reſp. graui, & diutino bel. Punico ſecundo premeretur, multiſq; cladibus exhauſta viris fortibus eſſet, non facilè inueniebantur, qui digni forent quibus cōmitteretur Imperiū, Itaq; comitijs Cōſularibus Claudio Neroni declarato Cūſuli, par ei collega quærebatur, nec quiſquā in toto populo inueniri potuit Sexto Liuio præferendus, aut certe adæquandus, vel q̄ cæteri (ſi qui erant) longe inferiores viderentur, vel q̄ nullus par huic virtute appareret. Quare omniū ſuffragijs recuſanti, ac prope inuito Conſulatus demandatus eſt. Qua facto de reconciliatione ēt gratiæ in Senatu actū eſt, erant aūt inimicitiæ inter eos, vt ſupra diximus, q̄ damnationis, & exilij ſui dux, & auctor fuiſſet Nero. Hæc ergo acerbiores, indignioreſq; Liuio ſuas calamitates faciebat, q̄ ſe ſpretum in ea fortuna credebat. Itaq; his magis implacabilis erat, & nihil opus ēt reconciliatione dicebat acrius & intenſius omnia geſturos, timens ne creſcendi ex ſeuitiæ collegæ poteſtas fieret. Vicit tñ auctoritas Senatus, & patriæ neceſſitas, vt depoſitis ſimultatibus, quæ inter ipſos diu fuerant communi conſilio Remp. inuicem adminiſtrarent. [In exilium] Rus migrauit. vt Liuius tradit. Acerrimum vehemens, aſperrimū [Imperauit] Benè imperauit, quia ſeipſum vicit. Diſſidente, diſcordante, diſcrepante. [Conſortium] Coniunctionem, collegium. [Articulo] Momento, & inclinatione. [Punicas vires] Quia vt ſupra diximus Haſdrubalem Hannib. fratrem cum numeroſo exercitu victum, conniderunt.

ASCEN. SExti quoque, &c.] Ordo eſt. Annalium ſcrip. ſcriptores noluerunt quoque. i. ēt conſiliū illuſtre, id eſt præclarum Sexti Liuii Salinatoris finiandarum ſimulatum. i. q̄ cœpit ad finiendas ſimultates, id eſt occulta odia, eſſe ignotū poſteritati, quia ēt illud tradiderunt laudandū. Nāque pro quia, is. ſ. Salinator etſi. i. quanquā fuerat profectus in exiliū ſcilicet rus vbi exulabat, ardens. i. incenſus odio Neronis. ſ. Claudii, à quo illi dies dicta fuerat, afflictus præcipuè teſtimonio eius. ſ. Claudii Neronis, tñ poſtquam ciues, ſ. Rom. dederunt, id eſt per ſuffragia, eum ſ. Salinat. reuocatum inde, ſ. ab exilio in patriam illi. ſ. Neroni Collegā in Conſulatu. i. ad Conſulatū. ſ. gerendū, imperauit ſibi. i. coegit ſeipſum obliuiſci, &. i. ſimul ingenii, id eſt ingenitæ à natura qualitatis animi, q̄. ſ. ingeniū erat acerrimū, & iniuriæ, quā. ſ. iniuriam acceperat grauiſſimam, adeo aūt id ſibi imperauit, ne ſi voluiſſet vſurpare cōſortiū. i. ſortitionē Imperii, agere Conſulem malum, id eſt agendo quæ Conſulis eſſent, exhiberet ſe Conſulem malū, exhibendo, ſ. ſe inimicum pertinacem. ſ. in inimicitiis. Quæ quidem inclinatio mentis. ſ. eius, ad habitū. i. firmā qualitatem animi, tranquilliorem. i. ſedatiorem, & mitiorē, attulit vrbi noſtræ, ſ. Romæ atque Italiæ. ſ. reliquæ, plurimū ſalutis. in aſpero, atque difficili articulo temporum, ſ. quo Hannib. Romam vexabat: quia ipſi tam concordes facti, connixi. i. contendentes, pari impetu virtutis, contuderūt vires Punicas terribiles, ſcilicet antea toti Italiæ.

THEO. SEXTI] Quidam codices habent ſicuti.

DE AFRICANO, ET Tiberio.

*CLARVM * etiam in Africano ſuperiore, ac Tib. Graccho depoſitarum inimicitiarum exemplum: ſiquidem ad cuius menſæ ſacræ, odio diſſidentes venerunt: ab ea & amicitia, & affinitate iuncti diſceſſerunt: non contentus. n. Scipio auctore Senatu in Capitolio, Iouis epulo cum Graccho concordiam communicaſſe, filiā quoque ei Corneliam protinus ibidem deſpondit.*

* Liu. lib. 38. Gel. li. 12. c. 3.

OLIV. CLARVM etiam in Africano ſuperiore,] P. Africanus ſuperior, & T. Gracch. Tiberii, & Caii Gracchorum pater, rerum geſtarum magnitudine, & honorum, atque vitæ dignitate illuſtres viri, diſſenſerant ſæpenumero de Rep. & eius cauſa, ſiue aliqua alia re, non amici fuerunt. Ea ſimultas cum diu manſiſſet, & ſolenni diē Ioui epulum libaretur, atque id ob ſacrificiū Senatus in Capitolio epularet, ſors fuit, vt apud eandem menſam duo illi iuncti locarentur, tum quaſi Diis immortalibus arbitris in cōuiuio Iouis Optimi Maximi dextras eorū conducentibus, repente amiciſſimi facti, neque ſolū amicitia incepta, ſed affinitas ſimul inſtituta: nā, P. Scipio filiā virginem habens iam viro maturā, ibi tum, eodem loco deſpōdit eā Tib. Grac. quē probauerat, elegeratque exploratiſſimo

iudicio

indicij tempore, dum inimicus eſſet Liu. de bello Maced. li. 8. parum conſtare dicit inter auctores, vtrum poſt mortẽ patris deſponſata fuerit, & nupſerit filia Africani Graccho, an veræ illæ opiniones ſint, Gracchum, cum L. Scip. in vincula duceretur, nec quiſquam collegarum auxilio eſſet, iuraſſe ſibi inimicitias cũ Scipionibus manere, nec ſe gratiæ quærendæ cauſa quicquam facere, ſed quem in carcerem Reges, & Imperatores hoſtium ducentem vidiſſet P. Africanũ, ſi eum fratrem eius duci non paſſurum. Senatum eo die forte cenantem in Capitolio cõſurrexiſſe, & petijſſe, vt inter epulas Graccho filiam Afric. deſponderet, quibus ita in publicum ſolenne ſponſalibus rite factis, cum ſe domum recepiſſet Scipio, Amiliæ vxori dixiſſe, filiam ſe minorem deſpondiſſe, cum muliebriter indignabũda, quód nihil de communi filia ſecum communicatum, aut conſultum fuiſſet, adiecíſſetq; non ſi T. Grac. daret expertem conſilij debuiſſe matrem eſſe. lætum Scip. tam concordi iudicio, & ipſi deſponſatam reſpondiſſe. Scip. ex duobus filiabus maiorẽ natu P. Cor. Naſicæ, minorem huic Graccho deſpondit. [Menſa ſacra.] Mos annuus, & ſolennis erat Romæ, vt epulę Iouis in Capitolio celebrarentur, quo principes conuenientes diſcumbebant, & epulabantur. [Filiam quoq; et Corneliam] Quam genuit ex Tertia Aemilia, Pauli Aemilij filia.

ASCEN. Clarum, &c.] Ordo eſt. Exemplo inimicitiarum poſitarum, ſup. fuit etiam clarum. i. illuſtre in Africano ſuperiore. i. maiore, ac ſup. in T. Grac. Si quidem. i. quandoquidem, ipſi diſceſſerunt iuncti amicitia, & affinitate, ab ea ſup. menſa Iouis in Capitolio. [Ad cuius menſæ ſacra,] Id eſt ſacrificia ipſi venerant diſſidentes, odio. i. propter odium. Enim pro quia, Scip. non cõtentus communicaſſe concordiam cum Grach. ſ. Tib. Epulo. i. in ſolenni conuiuio Iouis. i. quód fiebat ex oblatis Ioui, in Capitolio, Senatu auctore, i. interueniente auctoritate Senatus, qui eos, vt reconciliarentur, epulo ſimul intereſſe voluit, deſpõdit quoq; i. inſuper protinus ibidem. i. in epulo, eidẽ Tib. Gracch. Corneliam filiam ſup. ſuam natu minorem.

DE CICERONE.

* Cicero pro Rabir. Poſthu.

*SED huiuſce * generis humanitas etiam in M. Cicerone præcipua apparuit: Aulum namq; Gabinium repetundarum reum ſummo ſtudio defendit, qui eum in Cõſulatu ſuo vrbe expulerat. Idemq; P. Vatinium dignitati ſuæ ſemper infeſtum, duobus publicis iudicijs tutatus eſt, vt ſine vllo crimine leuitatis, ita cum aliqua laude: Quia ſpecioſius aliquanto iniuriæ beneficijs vincũtur, quàm mutui odij pertinacia penſantur.*

Cice. i Ep. ad P. Lentulem, & li. 2. ad Q. Frat.

OLIV. SEd huiuſce generis humanitas] Cic. Gabinio conciliatur, huic Gabinio Cic. reſtituerat, ne ſupplicatio decerneretur, ob res geſtas in Syria, vt ex ipſo Cic. deprehenditur ad Attam de hoc inquit. Nequeo differre ad idus Maias, Senatus diuiſus fuit in ſupplicatione Gabinio deneganda. Hunc autem Gabinium cum Clodio in Cic. ſenſiſſe intelligimus, quem poſtea reuocatus depoſitis inimicitijs Cic. defendit. fuerat aũt maieſtatis poſtulatus à Lentulo Flaminis filio, quem poſtea de ambitu in petitione Conſulatus reum fecit P. Sylla, ſed vetus erat Gabinij cum Cic. inimicitia ob damnatorum ſupplicia inter quos Gabinius quidam fuerat, huius Gabinij propinquus. Gabinius ille coniurationis conſcius traditus fuerat Craſſo cuſtodiẽdus, de quo poſtea cum cęteris ſupplicium ſumptum eſt. De hac autẽ inimicitia multis in locis apud Cic. nobis videre licet, ſed in primis in oratione ſiue gratiarum actione, quam ad populũ habuit ſiue ad Senatũ, vbi ait Luc. Piſo. Tu me auſus iſto oculo, non dicam iſto animo, iſta fronte, non vita, tanto ſupercilio, nõ. n. poſſum dicere tantis geſtis cũ Gabinio cõſociare cõſilia poſt us meæ? De reconciliatione vero, ac defenſione multa videre poſſumus in epiſtola quam ad Lentulum ſcribit lib. 1. vbi Lentulus ex Cic. quęriſſe videtur, quare Vatinium defenderit, & laudauerit. [Repetundarum] Repetundarũ accuſari dicebantur, qui vel prouincias, vel ſocios P. R. aliquo modo expilaſſent, vnde à repetundis rebus, vel vi, vel dolo ereptis, repetundarũ, & repetundis poſtulari quiſpiam dicebatur. [Qui eum in Conſulatu ſuo] Nam hic Aul. Gabinianus, & Luc. Piſo Conſules erãt, qui promulgãte legem P. Clodio, Cic. vrbe eiecerunt.

IDem P. Vatinium] Cic. cum Vatinio redijt in gratiam. In hunc Vatinium antea dixerat. Cic. accuſatũ ambitus à Paulo, vel M. Licinio Craſſo, cuius rei adhuc extat oratio Cic. de quo etiam in epiſt. ad Att. deprehenditur, & in ea quam ſupra dixi ad Lentulum, ad Att. vero ſic ait. Quint. etiam Paul. noſter productus teſtis in Sextium, confirmauit ſe nomen Vatinij delaturum, ſi M. Luc. cunctaretur, & hunc in Cic. cum Clodio conſpiraſſe opinio eſt, cui deinde reconciliatus patrociniũ ſuũ dedit. [Duobus publicis] .i. ambitus, & repetundarum, publica iudicia dicebantur, quæ ad Remp. pertinet, de quibus lata lex eſt, vt ambitus, repetundarum, maieſtatis læſæ. [Quia ſpecioſius] Sententia non ſolum philoſophica, ſed etiam religioſa. [Mutui] Quia ſi quis me oderit, ergo illũ pari odio pſequor.

ASCEN. SEd huiuſce] .i. manſuetudo huiuſce generis, ſcilicet in recõciliatione, & exorabilitate, apparuit etiam præcipua in Cic. ſ. Tullio: namq; pro quia, ipſe defendit. ſ. in foro iudiciali, A. Gabinium, reum. i. accuſatum, repetundarum, id eſt crimine, rerum & pecuniarum, quibus prouinciam dicebatur ſpoliaſſe reſtituendarum obnoxium, qui ſ. Gabinius, expulerat eum. ſ. Cic. vrbe. ſ. Rom. ſupp. in conſulatu ſuo. i. cum ipſe Gabinius eſſet Conſul. [Idemq;] .i. & idem. ſ. Cic. tutatus eſt duobus publicis iudicijs Vatinium ſemper infeſtum. i. qui fuerat ſemper infeſtus. ſ. contrarijs, & vim inferens dignitati ſuæ. ſ. Cic. Tutatus eſt inquam, vt. i. quemadmodum ſine vllo crimine leuitatis. i. inconſtantiæ, ita cum aliqua laude. ſ. humanitatis, & charitatis in Remp. quia iniuriæ vincuntur. ſ. ab eo, qui eas acceperit, ſpecioſius. i. decentius aliquanto, beneficijs. i. vincendo aduerſarium beneficio, quam penſantur. i. compenſaetur pertinacia odij mutui. i. rependendo odium pro odio.

DE P. CLODIO PVLCHRO.

CICERONIS autem factum adeo viſum eſt probabile, vt imitari id ne inimiciſſimus quidem illi P. Clodius Pulcher dubitauerit; qui inceſti crimine à tribus Lentulis accuſatus vnum ex his ambitus reum, patrocinio ſuo protexit, atq; in animum induxit, & iudicem, & prætorem, & teſtem, Veſtæ ædem intuens, amicum Lentulo agere. Intra quam ille ſalutem eius fœdo crimine obruere cupiens hoſtili voce perorauerat.

CICERONIS autem factum] Hoc pulcherrimũ Cic. factum P. Clod. eius inimicus, æmulatione velut quadam imitatus eſt, nam vnum ex tribus Lentulis, à quibus fuerat in ipſa ſalute grauiter oppugnatus, deinde ambitus reum, ſuo patrocinio defendit. [Inceſti crimine] quód introiſſet ad matronas bonæ Deæ ſacra celebrantes, quibus viris intereſſe non licebat, captus. n. amore Pompeiæ vxoris Cæſ. qui forte eo anno Pontifex Max. erat, ſub habitu muliebri domum. Cæſ. vbi ea ſacra fiebant, ingredi auſus eſt, & cognitus à mulieribus inde turpiter cæſus & eiectus eſt. Deinde etiam ſorores tres ſuas violauerat, vnde in orõne pro domo ait. Qui nõ pluris faceret tres ſorores, q̃ bonã Deã, inueni ẽt q dicerent, virginem Veſtalem vitiaſſe à tribus Lẽtulis. ſ. à Publio, à Lucio, & à Caio Lẽtulo. OLIV. Clodij inceſti poſtulatum.

ASCEN. CIceronis, &c.] Miro artificio in connectendis exemplis vſus eſſe dictũ. aũt Cic. viſum eſt probabile, adeo. i. in tãtũ, vt ne inimiciſſimus quidem illi. ſ. Cic. videlicet Pub. Clod. Pulcher, dubitauerit imitari id, qui accuſatus à trib. Lentulis. ſ. Lucio, Publio, & Caio, crimine inceſti. ſ. commiſſi, aut quòd voluerit committere in æde bonæ Deæ in habitu muliebri, initiatis ſacris bonę Dęę, protexit. ſ. poſtea, ſuo patrocinio. i. vt dicunt aduocatione. [Vnum ex his] .i. tribus Lentulis, reũ ambitus. i. criminis affectati Regni, aut alterius dominationis malis artibus: atq; induxit in animum. i. frangendo animum ſuum ſibi ipſi imperauit agere. i. exhibere ſe Lentulo amicum, & iudicem, & prætorem, & teſtem (tres. n. illas perſonas tunc ferebat) intuens ædem Veſtę. i. cum eſſet in conſpectu ædis, & ita memor eſſet cõtumeliæ ſibi illic obiectæ, intra quam. ſ. ædem, ille. ſ. Lentulus cupiens obruere. i. opprimere fœdo. i. turpi crimine, ſalutem eius. ſ. Publ. Clodij Pulchri, perorauerat. i. impetrauerat, orando, voce hoſtili, vt. ſ. Clod. in exilium ageretur.

DE CANINIO GALLO.

CANINIVS autem Gallus reum pariter, atq; accuſatorem admirabilem egit, & C. Antonij quẽ damnauerat, filiam in matrimonium ducendo, & M. Colonium à quo damnatus fuerat, rerum ſuarum procuratorem habendo.

OLIV. CANINIVS autem Gallus] Ant. multos in Achaia ſpoliauerat, nactus de exercitu Syllano equitũ turmas, deinde Græci, quos ſpoliauerat, traxerunt Antonium in ius ad M. Lucullum Prętorẽ, qui inter peregrinos ius dicebat. egit ꝑ Græcis Gallus, & tum adoleſcentulus. Q. Gallus ſignificari uidetur, quem ambitus reum Cic. defendit hic.n. cum eſſet Præturæ cãdidatus, dederat gladiatoriam ſob titulo patris. qui in ædilitate, quam antea geſſerat, vernas non habuerat, hæc Aſcon. verũ Ant. repetundarum reus à Lucullo damnatus eſt, vel vt alij dicunt à Caninio Gallo, qui ei poſtmodũ reconciliatus filiã eius duxit vxorem. [M. Colonium] Caninius accuſatus eſt ambitus apud M. Colonium, quod in præturæ petitione candidatus gladiatoriam populo dediſſet, vt fauorem eius amplecteretur, ſub excuſatione funeris patris, cum diceret gladiatores illos in funere patris dediſſe, tamen ab illo damnatus eſt, quem deinde acerrimum ſuarum rerum, & dignitatis procuratorem habuit [Reum] Ad Colonium. [Accuſatorem] Ad M. Antonium refertur.

ASCEN. CAninius autem Gallus] Egit. i. repreſentauit ſeipſum pariter reum, atq; accuſatorem mirabilem, ducẽdo, & .i. ſimul in matrimonium filiam Caij Antonij, quem damnauerat, & accuſauerat, & habendo M. Colonium, à quo fuerat damnatus, & ita reus, procuratorem rerum ſuarum.

DE COELIO RVFO.

COELII vero Rufi vt vita inquinata, ita miſericordia, quam Q. Pompeio præſtitit, probanda: cui à ſe publica quæſtione proſtrato, cum Gracchorum mater, Cornelia fidei commiſſa prædia non redderet, atque iſte auxilium ſuum literis imploraſſet, pertinaciſſime abſenti affuit. recitauit & eius epiſtolam in iudicio vltimæ neceſſitatis indicem, qua impiam Corneliæ auaritiam ſubuertit: factum propter nimiam, & eximiam humanitatem, ne ſub Cœlio quidem auctore repudiandum.

OLIV. Cœlii Rufi vitia & virtute. COELII quoq; Rufi] Vt Cœlius Rufus. Q. Pomp. defendit, à ſe Pub. quæſtione proſtratum, quod v. dicere reſtiterat P. Sulp. Trib. pl. leges promulganti de exulibus reuocandis, de nouis ciuibus, libertiniſq; diſtribuendis, de Mario aduerſus Mithridatem creando Duce, & ideo vita ipſius Cœlij inquinata dignoſcitur, ſi pertinaciter has pernicioſas leges deſendere voluerit. Alter Cœlius bello ciuili Prætor ſeditiones in vrbe concitauit, plebem nouarum tabularum ſpe ſollicitauit, & abrogato magiſtratu pulſus vrbe, Miloni, qui fugitiuorum exercitum contraxerat, ſe coniunxit, & vtriq; cum bellum molirentur interfecti ſunt. Cic. ad Att. Nos prouinciæ Cœlium præfecimus puerum inquiet, & fortaſſe ſatuum, & nõ grauem, & non continentem, fuit autem Cic. Quæſtor in prouincia, & hic Tribu. quoq; pleb. fuit ſtudioſiſſimus Milonis, conatuſq; eſt legibus obſiſtere, quas cõtra Milonem Pomp. tulerat, vnam de cæde, alteram de ambitu. contra vero Q. Pomp. collega eius Clodio familiariſſimus, omnem ſectam eius ſe palam ſequi profitebatur. nam dixerat in concione paucis poſt diebus quàm Clodius fuerat occiſus Milo dedit quem in Curia ſepeliatis, dabo quem in Capitolio ſepeliatis. Cœlius ergo publica quæſtione Q. Pomp. proſtrauerat, quòd Tribunatum ſuum ſeditioſe geſſerat, multum in excitando aduerſus Milonem præſertim cuius amiciſſimus erat Cœlius, ipſius autem Cœlij vitam inquinatã. i. quem parum pudicè adoleſcẽtiam habuiſſe fama fuit, immo vero libidinosè: nam cũ accuſaretur aurũ Clodij ſumpſiſſe, forſitan corrupti venenum Luceio, domino miſerunt accuſatores Cœlio ad ſuſpicionem firmandã libidines obiecerunt, amores, adulteria, inuſitata conuiuia, cõmeſſationes, cantus, ſymphonias, nauigia. Idem familiam Hiſpei, & huius Q. Pompei poſtulauit, ſed tunc probata eſt eius adoleſcentia, eum Q. Pompeium, quem publica quæſtione proſtrauerat, defendit cum opprimeretur à Cornelia Gracchorum matre. [Vita inquinata] Quod multis voluptatum generibus abuteretur, vt ſupra diximus. [Publica quæſtione] Nam accuſauit eum, ꝙ ſeditioſum Tribunatum geſſiſſet, & populum excitãdo aduerſus Milonem, cuius amiciſſimus erat Cœlius. Vel publica quæſtione, quòd partes Marij defendit aduerſus Q. Pompeium, & Syllam Conſ. [Proſtrato] Quod in ea contentione Q. Pompeij filius occiſus eſt, & ipſi Conſules vix euadere potuerunt. [Mater Cornelia] Per excellentiam dixit, quòd videlicet adoleſcẽtes illos genuerit excellẽtis ingenij, mirificæq; naturæ, ſed patriæ ſeditionibus ſuis pernicioſos. hæc autem Q. Pompeij nutrix fuerat, & illius bonorum procuratrix, nam hic paruulus in tutelam eius datus eſt, poſtea adultus factus, cũ ſua bona repoſceret, illa ſe daturam negabat. [Prædia] Quia fundum ſuum occupabat. [Vltimæ neceſſitatis] Vt etiam ab inimico auxiliũ petere cogeretur. [Factum] Virtus, nec in homine quidem vitioſiſſimo contemnenda eſt.

ASCEN. COelii, &c.] Ordo eſt, verò pro ſed, vt. i. quemadmodum vita Cœlii Rufi, inquinata ſup. fuit. i. polluta crimine, ita miſericordia, quam ipſe præſtitit Q. Pompeio probanda ſup. fuit. [Cui]. ſ. Q. Pompeio proſtrato. i. ſuperato à ſe publica quæſtione. i. inquiſitione, cum Cornelia mater, ſcilicet Gracchorum, non redderet prædia commiſſa. i. credita fidei. ſ. ſuæ. i. quæ acceperat ad vſum papillorũ, atque lex. i. quæ iubet orphanis, & pupillis patrocinari, aut vt alii legunt, atque iſte. ſ. Q. Pompeius, imploraſſet literis. ſ. ad eum miſſis auxilium ſuũ affuit. i. auxilio fuit pertinaciſſimè abſẽti (ergo nõ dices affuit, id eſt præſens fuit, ſed auxilio fuit) Et recitauit in iudicio epiſtolam eius, indicem. i. indicatricem; vltimæ neceſſitatis Quæ. ſ. epiſtola ſubuertit. i. deſtruxit auaritiam Corneliæ impiã, quæ volebat minores patrimonio ſuo fraudare, factum. i. quod factũ ſupp. eſt ne quidem. i. non etiam repudiandum ſub Cœlio auctore. ſ. adhuc ignobili, propter nimiam & eximiam humanitatem ſup. eius, videlicet Cœlii.

THEO. QVintum Pompeium] Pompei magni F. [Mater Cornelia] Quæ magno Pompeio viro ſuperſtes in vrbem rediit,* & occupata bonorum poſſeſſione, exuli filio non impertiebatur.

* Aliter alii Gracchorum .n. matrem noſſe fuiſſe.

DE ABSTINENTIA, ET CONtinentia. CAP. II.

MAGNA cura, præcipuoque ſtudio referendum eſt, quantopere libidinis, & auaritiæ furori ſimiles impetus, ab illuſtrium virorum pectoribus, conſilio ac ratione ſumoti ſunt: quia ij demum penates, ea ciuitas, id Regnum æterno in gradu facile ſteterit, vbi minimum virium Veneris pecuniæq; cupido ſibi vendicauerit: nam quo iſtæ generis humani certiſſimæ peſtes penetrauerint, ibi iniuria dominatur, infamia flagrat. Igitur contrarios his tam diris vitijs mores commemoremus.

MAGNA cura præcipuoque ſtudio] De abſtinentia, & continentia dicturus, præfatione quadam vtitur, vt oſtendat quàm pernicioſiſsimæ peſtes ad omnem ciuitatis ſtatum euertendum ſint auaritia, atq; luxuria, quæ duabus his virtutibus, veluti quibuſdam frenis inhibitæ, hominum pectoribus dominari non poſſunt. Exempla igitur ponit eorum, qui in his virtutibus præſtantiſsimi fuerunt. [Quia ij demum penates] Quod de Ro. vrbe legitur: nam vt ſæpè diximus, nulla vnquam Reſp. fuit maior, nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior nec vbi tantus, ac tamdiu paupertatis, ac parſimoniæ honor habitus ſit, nec in quam ciuitatem tam ſera commigrauerint luxuria, atq; auaritia, vbi quanto minus rerum, tanto minus cupiditatis, nuper diuitiæ, auaritia, & abundantes voluptates deſiderium ꝑ luxũ, atq; libidinẽ pereũdi perdendiq; omnia inuexere:

ASCEN. MAgna cura, &c.] Præfatio eſt in titulum de abſtinentia, & continentia. Ordo autem eſt. [Referendum] .i. recitãdum magna cura & præcipuo ſtudio, quantopere. i. quanta opera, & diligentia impetus auaritię, & libidinis ſimiles furori. i. inſanię cuidam, ſubmoti ſunt conſilio, ac ratione, à pectoribus virorũ illuſtrium. [Quia ii demum] .ij deniq; penates, ea ciuitas, & id Regnum ſteterit. (Eſt ergo zeugma ab inferiore) facilè in æterno gradu, vbi. i. in quo, aut in quibus, Cupido Veneris. ſ. libidinis, & pecuniæ, vendicauerit. i. appropriauerit ſibi minimum. i. minimam partem virium. [Nam quo] .i. ad quos penates, ad quam ciuitatem, & ad quod Regnum iſtæ certiſsimę peſtes humani generis. ſ. libido, & auaritia, penetrauerint, ibi iniuria dominatur, ac infamia flagrat. [Igitur commemoremus mores contrarios his tam diris vitiis] Hoc eſt obſeruationes abſtinentiæ, & continentię.

DE

DE SCIPIONE.

*Liu. lib. 26. Plut. in uita licet Gell. aliter lib. 6. cap. 8.

*Luceius dicebatur Indibilis. n. alter regulus fuit de quo Liuius lib. 27. & 28. OLIV.

*QVARTVM * & viceſimũ annũ agens Scipio, cũ in Hiſpania Carthagine oppreſſa, maioris Carthaginis capiendæ ſumpſiſſet auſpicia: multosq́; obſides, quos in ea vrbe Pœni clauſos habuerant, in ſuam poteſtatẽ redigiſſet: eximiæ inter eos formæ virginis ætatis adultæ, & iuuenis, & cælebs, & victor poſtquam cõperit illuſtri loco inter Celtiberos natã, nobiliſſimoq́; gẽtis eius * Indibili deſponſatam: accerſitis parentibus, & ſponſo inuiolatã tradidit, aurũ quoq́;, quod pro redẽptione puellæ allatum erat, ſummæ dotis adiecit. Qua cotinentia, ac munificẽtia, Indibilis obligatus, Celtiberorũ animos Romanis applicando, meritis eius gratiam debita retulit.*

QVARTVM, & viceſimum annũ] Scipio, vt ſupra diximus, quartum & viceſimum natus annum in Hiſpania dux declaratus, cum proximam prouinciam tenuit Carth. nouam muniţiſſimam vrbem, & Punicis opibus refertam vicę pit, & militibus diripiendam conceſſit, erant in ea forte Cartha. ſ. obſides, inter quos, & virgo pulchritudinis prope admirabilis, vt quocunq; ſe verteret omniũ in ſe conuerteret oculos, quæ cũ ad Scip. deducta eſſet, ab ea ſtatim Scip. percunctatus patriã parentesq́;, inter cætera cognouit, deſpõſatã eã principi Celtiberorum adoleſcenti, cui Luceio nomen erat. ex tẽplo igitur parentibus, ſponſoq́; à domo accitis, cũ interim deperire eum ſponſæ amore cognoſceret, vbi primum venit, accuratiore eum ſermone, quam parẽtes alloquitur, Iuuenis inquit iuuenem appello, quo minor ſit inter nos huius rei verecũdia, ego cũ ſponſa tua vocata à militibus noſtris ad me deducta eſſet, audiremq́; eã tibi cordi eſſe, & forma faceret fidem, quia ipſa ſi frui liceret ludo ætatis, præſertim in lecto, legitimoque amore, & non reſp. animũ noſtrum occupaſſet, venia mihi dari ſponſam vehementius amanti poſſet, verum tuo, cuius eſt ſpõſa, amori faueo, fuit ſponſa tua apud me, eadem qua apud ſoceros tuos, parentesq́; ſuos verecundia ſeruata tibi, vt inuiolatũ, & dignũ à me dari tibi donũ poſſet, hanc mercedem vnã paciſcor, vt pro eo munere amicus P. R. ſis, & ſi me virum bonũ credis eſſe, qualem patrem, patrumq́; iam ante hæ gentes norant, ſcias multos noſtri ſimiles in ciuitate R. eſſe, neq; vllũ in terris populum hodie dici poſſe, qui minus tibi hoſtem tuisq́; eſſe velis, aut amicũ malis. Adoleſcens pudore ſimul, gaudioq́; perfuſus dextrã Scip. tenens, Deos omnes inuocare ad gratiã illi pro ſe reddendam, quæ iam ſibi nequaquã ſatis facultatis pro ſuo animo, atq; illius erga ſe eſſet; parentes inde cognatique virginis appellati, qui quĩ gratis ſibi redderetur virgo, ad quam redimẽdã ſatis magnũ auri pondus attuliſſent, orare Scip. vt id à ſe donum acciperet, cœperunt, haud minorẽ eius rei apud ſe gratiã futurã eſſe affirmãtes, q̃ redditæ inuiolatæ foret virginis Scip. quĩ tantopere peterẽt, accepturũ ſe pollicitus, poni ante pedes iuſſit. vocatoq́; ad ſe Luceio, ſuper dotem inquit, quã accepturus à ſocero es, hæc tibi à me dotalia dona accedent. aurumq́; tollere, ac ſibi iuſſit habere. his lætus donis, & honoribus dimiſſus domum, impleuit populum laudibus, & meritis Scip. veniſſe Dijs ſimillimum iuuenem, vincentem omnia, tum armis, tũ benignitate, atq; beneficijs. Itaq; delectu clientulorum habito cũ mille trecẽtis equitibus intra paucos dies ad Scip. rediit. Hæc Liu. at A. Gellius ſuper tanta huius rei virtute neſcio qd ſuſpicionis a Val. Anciate videtur afferre, dicit. n. ἀπωνίων græcus homo, qui πλειστόνικος appellatus eſt, facili atq; alacri facũdia fuit. Is cum de Ale. regis laudibus ſcriberet, victi, inquit hoſtis vxorem facie inclytam mulierem vetuit in conſpectũ ſuũ deduci, vt eam, ne oculis quidem ſuis contingeret. Lepida igitũ quæſtio agitari poteſt, verum videri continentiorem par ſit P. ne Africanum ſuperiorem, qui Carth. ampla ciuitate in Hiſp. expugnata virginẽ tempeſtiuã, forma egregia, nobilis viri Hiſpani filiam, captam, perductamq́; ad ſe, patri inuiolatã reddidit, an regem Ale. qui Darij regis vxorẽ eandẽ, eiuſdemq́; ſororẽ prælio magno captam, quam eſſe audiebat exuberãti forma, videre noluit, produciq́; ad ſe prohibuit. ſed hanc vtranq; declamatiuncula ſuper Ale. & Scip. celebrauerint hi, quibus abũde ingenij & ocij verborum eſt, nos ſatis habebimus, qđ ex hiſtoria eſt id dicere. Scip. iſtum vero ne: an falſo incertum eſt, fama tum cum eſſet adoleſcens haud ſincera fuiſſe, & propemodũ conſtituiſſe hoſce verſus à Cn. Næuio Poeta in eũ ſcriptos eſſe. Etiam qui res magnas manu ſæpe geſſit, glorioſe, cuius facta viua nunc vigent, qui apud gentes ſolus præſtat, Eum ſuus pater cũ pallio vno ab amico abduxit. His ergo verſibus credo adductum Val. Anciatẽ aduerſus oẽs ſcriptores ſic de Scip. moribus ſenſiſſe, & puellã illã captiuã non redditam à Scip. at in delitiis, amoribusq́; ab eo vſurpatã Front. li. 2. cap. 11. Scip. inquit Aphr. in Hiſp. cum inter captiuas eximiæ formæ virgo nobilis ad eũ perducta eſſet, quæ oĩum oculos in ſe conuerteret, ſumma cuſtodia habita, ſponſo noĩe Luceio reddidit, inſuperq́; aurũ quod parentes eius redempturi captiuã donũ Scip. attulerunt, eidem ſponſo pro nuptiali munere dedit, qua multiplici grã vniuerſa gẽs victa imperio P. R. acceſſit. [Obſides] Obſides ſunt datæ fide: quædam quaſi pignora. ibi erãt totius Hiſp. collocati obſides Carth. dati. [Eximiæ] Excellẽtis. [Aetatis adultæ] Iam matura viro. [Celebs] ſine vxore. oĩ cælebs dĩ qui ſine fœmina viuit, quaſi cœleſtiũ vitã ducẽs, à cœlo, & βίος, ex latino, & græco cõpoſitũ. [Victor] Non ſine ratione dicit victor, nam victoria ſolet inſolentiores, minusq́; continentes reddere viros. [Celtiberos] Pomp. ſunt Hiſp. à Celte, & Ibero dicti. Celtæ aũt ut Liu. teſtatur li. 5. tertia pars Galliæ, qui venientes ad Iberũ fluuiũ Hiſpaniarũ ibiq́; conſidentes, retenta primi noĩs parte, & aſſumpta parte fluminis, iuxta quod conſederant, Celtiberi dicti ſunt, quod Luc. lib. 3. tetigit, cum ait, Profugiq́; à gente uetuſta Gallorũ Celtæ miſcẽtes nomẽ Iberis. Indibili. Nomen adoleſcentis Hiſpani, cui fuerat uirgo deſpõſata.

Alex. continentia.

ASCEN.

QVartum, &c.] Ordo eſt. Scipio ſ. Africanus minor agens quartum, & uigeſimum annum cum Carth. ſ. noua oppreſſa in Hiſp. ſumpſiſſet auſpicia. i. felicia initia, Carthaginis maioris. i. ueteris, quæ erat in Africa capiendæ, & redegiſſet in ſuam poteſtatẽ multos. ſ. Hiſpanos. [Obſides]. i. ob fidẽ ſeruãdã illic ſedem tenentes, quos pœni. i. Carth. habuerãt clanſos in ea urbe, cum ipſe, & iuuenis, quia xxiiii. annum, & cœlebs. i. coniugem non habens, & uictor, & ita, cui omnia licerent, poſtquam comperit inter eos. ſ. obſides, uirginem eximiæ formæ, & ætatis adultæ. i. maturæ viro, natam illuſtri loco. i. claris natalibus inter Celtiberos, & deſponſatam. [Indibili] . ſ. iuueni ſic dicto, nobiliſſimo eius gentis. ſ. Celtibericæ, tradidit ſup. eã, inuiolatam parentibus, ac ſponſo accerſitis, & adiecit ſummæ dotis. ſ. puellæ aurum. quod allatum erat, ſ. à parentibus pro redemptione puellæ. [Qua continentia] Cõtra libidinem, & munificentia. i. liberalitate contra auaritiam, indibilis obligatus. i. deuinctus, retulit gratiam debitam meritis eius. ſ. Scip. applicando Rom. i. trahendo in partes Rom. animos Celtiberorum.

DE M. CATONE.

*Plut. in vita. Hæc loca cum Byzãtium exules reduceret, peragrauit. Hic lib. 8. cap. 16. De Munatio Pluta. OLIV.

*VERVM * vt huius viri abſtinẽtiæ teſtis Hiſpania: ita M. Catonis Epiros, Achaia, Cyclades inſulæ, maritima pars Aſiæ, prouincia Cypros. vnde cum pecuniæ deportandæ miniſterium ſuſtineret: tam auerſum animum ab omni Venere, quàm à lucro habuit: in maxima vtriuſq; intemperantiæ verſatus materia. nam & regiæ diuitiæ poteſtate ipſius continebantur, & fertiliſſima deliciarum totius Græciæ vrbes, neceſſariæ totius nauigationis diuerticula erant: atque id Munatius Rufus Cypriacæ expeditionis fidus comes, ſcriptis ſuis ſignificat: cuius teſtimonium non amplector, proprio. n. argumento laus iſta nititur, quoniam ex eodem naturæ vtero & continentia nata eſt, & Cato.*

VERVM ut huius uiri abſtinentiæ] De continentia loquitur M. Catonis Vticenſis, qui Cato minor dictus eſt, & Cic. ſententia ſtoicus perfectus. Nam maior cenſor & orator fuit, unde cenſorinus dictus eſt. Hoc exemplum in cap. de moderatione tractauimus, ubi Ptolemæi prouinciam Catoni demandatam fuiſſe diximus, ut inde Cypriacam pecuniam, quã Ptolemæus grandem congeſſerat, Romam deportaret, ne tãtis opibus rex incitatus P. R. bellum renouaret. Hanc igitur prouinciam Cato tam integro animo tamq́; caſtis manibus exercuit, ut neq; fides, neq; religio, neq; diligẽtia in ea adminiſtratione defuerit, nã inter ipſas omnis generis voluptatum materias uerſatus, ab omni cupiditate, manus, oculos, animũ ſumma cum laude & admiratione cohibuit, & uelut aurum in fornace, ſic eſt Catonis cõtinẽtia in ea adminiſtratione probata,

ſtiam inter auri, & argenti cumulos, atq; inter omnis gñis deſitias verſari, quas abunde Aſia refert, & ab his reb. quas mortales primas putant, manus & animum abſtinẽtes hſe, hoc qui fecerit preſtantiſſimę integritatis homo, Deoq; proximus iudicari poteſt, quare merito dici poteſt, cũ ipſo Catone natã eſſe continentiam. [Epiros] Epirus autem proprie firmam terram ſignificat. eſt aũt regio in Europa, & aliqñ Moloſſia dicta fuit, vt Iuſtinus affirmare videtur, quanquam Seru. ſuper. 3. Aen. nõ totam Epirum, ſed partem, quam Helenus tenuit Moloſſiam dictam voluit, quam deinde Chaoniam à fratre Chaone, quem per ignorantiam occidiſſe venenata ſagitta perhibet, denominauit, dicente Virg. Morte Neoptolemi regnorum reddita ceſſit Pars Heleno qui Chaonios cognomine cãpos, Chaoniamq; omnem Troiano à Chaone dixit. In Epiro igif regnarũt omnes Epirotarum reges, q Pyrrhi dicti ſunt à Pyrrho Achillis filio ex Deidamia regis Lycomedis regis filia i Scyro, ſicut Ptolemæi reges Aegypti, Arſacidę reges Parthorũ, Cæſ. Rom. [Achaia] Regio eſt Græciæ, quæ teſte Herod. primo Peloponneſus, deide Danaa, poſtea Achaia dicta fuit, vñ Gręci, Achęi, atq; Achiui, & Danai dicti ſunt, cuius maxime clarum oppidũ Corint. fuit, nunc vulgo dicitur Morea. [Cyclades] Inſulæ ſunt in mari Aegæo, ſic dictæ, vt vult Solinus ꝙ licet ſpaciis lõgioribus à Delo protectæ in orbem, tñ circa Delum ſitæ ſunt. nam orbẽ Græci Cyclon dñt. Seru. autem ſuper. 3. Aen. contra ſentit, non à rotunditate, ſed à circuitu, ꝙ videlicet longo ordine circuiri eas neceſſe ſit, vel propter promontoria, uel quia naturale eſt, vt cõcitatoria ſint maria in vicinitate terrarum, quod ſi ſic non cum y, græco, ſed cum i, latino ſcribendum eſt, cuius oppoſitũ Græci omnes obſeruãt. nam per y, ſcribunt. Inter has ſunt breuiores quædã vt Mycone & Gyarus, aliæ nõnullæ, ad quas relegabantur ſcelerati, vnde Iuue. in 1. Satyra. Aude aliqd breuibus gyaris, & carcere dignum, ſi vis eſſe aliquid. Sic & Virg. de his inſulis mentionẽ facit in 3. Celſa Mycone, Gyaroq; reuinxit. [Vñ] A qua Cypro. [Aduerſum] abhorrens, & alienũ. [Ab omni venere] Ab omni cupiditate. [Vtriuſq; intẽperantiæ] Libidinis, & auaritiæ. [Nam & regiæ] Oſtendit quãtã habuerit materiã, ſi forte in libidinem fuiſſet auaritiamq; propẽſus. [Diuerticula] Viarũ diuortia, loca, ad quæ de itinere diuertimus. [Diuertere] Ad diuerſa vertere. Vnde diuerſoriũ locus ad quẽ diuertimus ex via, domus hoſpitalis. [Argumẽto] Documento, ꝓbationi. [Vtero] Vterus ꝓprie prægnãtis mulieris dr.

Ascen. VErum] i. ſed vt. i. quemadmodum Hiſpania eſt teſtis abſtinẽtiæ. ſ. ab illicita Venere. [Huius viri]. ſ. Scipionis viri per maturitatẽ, non per ætatem, ita Epyrus, Achaia, Cyclades inſulæ, & pars Aſiæ maritima, & Cyprus ꝓuincia ſup teſtes ſunt abſtinentiæ Marci Catonis, vnde. i. à quibus locis cum. ſ. M. Cato ſuſtineret miniſteriũ pecuniæ deportandæ, habuit aĩum tam auerſum. i. abhorrentem, & alienum. Ab omni venere, q̃ à lucro verſatus in maxima materia. i. obiecto vtriuſq; intemperantiæ. ſ. tam circa libidinem, quam circa auaritiam. Nam & diuitiæ regiæ Ptolemæi regis Cypri continebantur poteſtate ipſius. ſ. Catonis, & vrbes fertiliſſimæ delitiarum totius Græciæ erant diuerticula neceſſaria totius nauigationis. i. ad quas tanquã ad diuerſoria neceſſario ab incepta nauigatione diuertebat nauem, atq; Munatius Rufus, comes fidus expeditionis Cypriacæ. i. quam Cato in Cypro peregerat ſignificat id ſcriptis ſuis, cuius teſtimonium ego non amplector. Enim pro quia iſta laus. ſ. Catonis nititur. i. ſuſtẽtatur proprio teſtimonio, qm̃ & continentia nata eſt, & Cato ſup. natus eſt, ex eodem vtero naturæ. i. naturali, q. d. Catonem non ſolũ continentem dicendum, ſed etiam continentiam ipſam.

DE DRVSO GERMANICO.

DRVSVM etiam Germanicum, eximiam Claudiæ familiæ gloriam, fratrem Tiberij, patriæq; rarum ornamentum, & quod ſuper omnia eſt, operum ſuorum pro habitu ætatis magnitudine vitrico pariter, ac fratri Auguſto, duobus P. R. diuinis oculis, mirifice reſpondentem, conſtat, vſum Veneris intra coniugis charitatem clauſum tenuiſſe.

Oliv. DRVSVM etiam Germanicum] Druſus Germanicus cõtentus vxore ſua. hic primo cenſum egerat, deinde Germaniæ cis & trans Rhenum poſitas ciuitates oppugnauit, & tumultus ob eũ cenſum in Gallia exortos compoſuit. poſtremo Ceruſcos, item Centrones Catosq; alias gentes trans Rhenũ ſubegit. Hic igitur Germanicus dictus eſt. Vxor eius Antonia minor fuit M. Antonii triumuiri, & Octauiæ ſororis Auguſti filia, qua viua contentus fuit. ſed ipſa quoq; viro reddidit vicem, qui cũ ex fractura equo ſuper crus eis collapſo xxx. die poſtquã id acciderat, mortuus eſſet, Antonia ætate integra, & forma inſigni cũ Liuia ſocru ſua reliquum ſitę vitę tempus vidua pergit, quod ſequenti memoratur exẽplo. [Claudiæ familiæ] Claudius Nero ex Liuia uxore Tiberium genuit, mortuo deinde Claudio, Octauianus Liuiam aluũ geſtantẽ duxit vxorem vbi natus eſt Druſus, & hos duos filios. ſ. Tiberium, & Druſum magna charitate nutriuit. Druſus vero iam adultos aduerſus germanos P. R. rebellãtes auſpiciis Octauiani, miſſus, hoſtes celerius, atq; felicius, quã de adoleſcente credi poſſit, debellauit, omnemq; prouinciam iam deficientem Rom. reſtituit imperio, vnde Germanicus (vt ſupra diximus) appellatus eſt, qui de hoſtibus triumphaturus prolapſo ſup crus eius, quo vehebatur equo, trigeſimo poſt caſum die, ex cruris fractura periit. [Pro habitu ætatis] Pro qualitatis, & ætatis conditione. [Vitrico fr. re.] Nihil illorũ virtutibus degenerantẽ, vitrico. ſ. Octaui. Eſt. n. vitricus, qui vxorem ex altero viro liberos habentẽ duxerit, dictus quaſi vicẽ patris gerens, vel quaſi nouitricus, ꝙ à matre nouus ꝓducatur. Eſt igitur vitricus priuignorũ ſecũdus pater. Eſt. n. priuignus ex alio patre natus, quaſi prius genitus. Nouerca dr, quæ liberis noua ſuperinducitur a patre vxor ducta, qđ noua ſuperducatur. eſt. n. ſecũda patris uxor. [Fratri Auguſto] ſ. Tib. nã ab Aug. Octa. oẽs imperatores Auguſti dicti sũt, quaſi cõſecrati ſic etiã à Cæſare Cæſares. [Conſtitit] Manifeſtũ fuit.

Ascen. DRuſum, &c.] Extollit cõtinentiam coniugalem Druſi Germanici cũ ſolita ad Tiberium palpatione dicens, conſtitit. i. euidens, & manifeſtum fuit etiã Druſum Germanicum eximiam gloriam familiæ Claudię, & fratrem Tiberii, & rarum. i. ſingulare ornamentum patrię. ſ. ſuę Rom. & (quod eſt ſuper omnia) reſpondentem mirifice magnitudine operum ſuorum habitu. i. qualitate ętatis. ſ. ſuę pariter uitrico. i. marito matris, videlicet Octauiano Aug. & fratri Aug. Tiberio appoſitione duobus diuis oculis reip. conſtitit dico eum tenuiſſe vſum Veneris, clauſum intra charitatem coniugis, i. nõ extra matrimonium uſum Veneris.

Theo. CLaudię familię C. Octauius Liuiam Druſillam matrimonio Tib. Neronis, & quidem pręgnantem abduxit auctor Suet. & Dionyſ.

DE ANTONIA.

ANTONIA quoq; fęmina laudibus virilem familiæ ſuæ claritatem ſupergreſſa, amorem mariti ſui egregia fide penſauit, qua poſt eius exceſſum, forma, & ætate florens, cubiculũ ſocrus pro coniugio habuit, in eodemq; toro alterius adoleſcentis vigor extinctus eſt, alterius viduitatis experientia conſenuit. Hoc cubiculum talibus experimentis ſummam imponat.

Oliv. ANTONIA quoq;] Vxor nobiliſſima Druſi, & filia M. Antonii triumuiri, & Octauiæ ſororis Aug. quã deinde Ant. Cleopatræ reginæ captus illecebris repudiauit. unde nata ſunt inter Ant. & Aug. bello ciuilia. [Socrus] ſ. Liuiæ. [Pro coniugio] Quia in perpetua viduitate permanſit. [Alterius] ſ. Druſi. Alterius] Ant. [Summam] Finem.

Ascen. ANtonia quoq;] Ordo eſt. Antonia quoque. i. uxor Druſi fœmina. i. cũ eſſet fœmina tñ ſupergreſſa laudibus. ſ. continentię uirilem claritatem ſuæ familię. ſ. paternę (quia pater eius M. Ant. triumuir alioqui clarus. libidine, & illecebris Cleopatrę repudiata vxore optima diffamatus eſt) pẽſauit. i. compenſauit egregia fide. i. fidelitate in conſeruanda caſtitate matrimoniali, amorẽ mariti ſui. ſ. Druſi. Quę florẽs forma, & ętate poſt exceſſum. ſ. ab hac vita. i. mortẽ eius. ſ. mariti ſui habuit cubiculum ſocrus. i. matris mariti ſui, pro cõiugio loco coniugii, aut lecti genialis, quia noluit ad ſecundas trãſire nuptias, & vigor adoleſcẽtię alterius, videlicet Druſi extinctus eſt in eodem toro. i. lecto, ab intorquẽdo dicto (unde quia ulementum demitur, nam torus quaſi torquus, aut torus dicitur prima corripitur nec recte per h, ſcribitur) & experientia. i. lõgus vſus viduitatis. i. diuiſionis à marito, & ita ſecubitus. alterius, videlicet Antoniæ, quę erat uxor eius conſenuit. i. ad ſenectam peruenit. hoc cubiculum imponat talibus experimentis. ſ. continentię coniugalis, & vidualis, ſummam. i. finem.

DE

DE CN. MARTIO.

*Plu. in vita. & Dio. lib. 6. Sed de donis paulo aliter ſcribit

*DEINCEPS * his vacemus, quorum animus aliquo in monumento ponendi pecuniam nunquam vacauit. Cn. Martius patritię gentis adoleſcens, Anci regis clara progenies, cui Corioli Volſcorum oppidum captum cognomen adiecit, cum editis conſpicuæ fortitudinis operibus à Poſtumio Comminio Coſs. accurata oratione apud milites laudatus, omnibus donis militaribus, & agri centum iugeribus, & decem captiuorum electione, et totidem ornatis equis, centenario boum grege, argentoq́; quantum ſuſtinere valuiſſet, donaretur: nihil ex his, præter vnius captiui ſalutem hoſpitis, equumq́;, quo in acie vteretur, accipere voluit. Qua tam circunſpecta animi moderatione, neſcias, vtrum maiore cum laude præmia meruerit, an reiecerit.*

OLIV. DEINCEPS his vacemus] Demus operā ponendi pecuniam pro reponendi. ſ. in theſauro. [Vacauit] Induſſit, intendit, & tunc datiuo cohæret: qn̄ vero ſignificat ceſſat, ablatiuo cum ab, aut a. [Cn. Martius patriciæ gētis adoleſcens] Hic fuit qui poſtea Coriolanus dictus eſt, eo ꝙ opera, & virtute ſua captum fuerit à Poſtumio conſule oppidum Coriolanum, & in eo oppugnāda ſæpius militum vires fruſtra tentaſſet, ꝙ munitiſſimum eſſet, Cn. Martius deceptis cuſtodibus in oppidum irruit, ignem in tecta coniecit, multaq́; oppidi ædes incēdit, quibus correptis, commota ciuitas, cū ad incendium omnes concurrerent, Rom. faciliorem fecerunt expugnationem. eius igitur virtute captum eſt oppidum, à quo etiā agnominationem accepit, quia poſt id factū Coriolanus dictus eſt de quo in c. de miraculis ſatis diximus, & in cap. de pietate dicturi ſumus Sed quod ad eius continentiam pertinet, de qua nunc agitur, Conſul Poſtumius cum vellet more Romano eum multis militaribus donis pro tanta re geſta donare, nihil, præter quendam hoſpitē ſuum captiuum, & equum ad vſum militię voluit accipere. [Ancii Marcii] Hic originē ducebat ab Anco Martio quarto Rom. rege. fuit igitur tā genere, ꝙ virtute præclarus. [Conſpicuæ] Claræ, & ſpectatæ. Militaribus donis, vt haſta, equo, corona murali, ciuica, & aliis. [Grege] Gregē pro armento poſuit, nam gregem de minoribus, armētū dicimus de maioribus animalibus, teſtę Seru. quamuis & alii ſentiant.

ASCEN. DEinceps, &c.] Quia ſatis de continentia, ac libidioē ſe locutum ſignificauit, proſequitur alterum membrum tituli præmiſſi, videlicet exemplū de abſtinentia ab illicitis rebus dicens. [Vacemus] .i. vacuam aliis rebus operam demus deinceps his. ſ. hominibus, quorum animus nunquam vacauit. i. intētus fuit in aliquo momento vitæ ponendi. i. reponendi, & accumulandi pecuniam. Caius, vt alii habent Cn. Martius adoleſcens gentis, patriciæ. i. à patribus conſcriptis ortæ, clara progenies. [Anci] ſ. Marcij regis cui Corioli (nominatiuus eſt pluratiu*) Oppidum Volſcorū captum. ſ. ab eo adiecere cognomē (Grāmatici dicerent agnomen quia ab euentu adiectum) quia Coriolanus dictus eſt, cum. i. quando operibus conſpicuæ. i. præclaræ fortitudinis editis. i. expletis à ſe, laudatus à Poſtumio Comminio conſule apud milites oratione accurata. i. diligenti cura habita, aut excogitata donaretur. ſ. in præmium omnibus donis militaribus, & centum iugeribus agri, & electione decem captiuorum. i. decem captiuis quoſcūq; eligeret, & totidem. i. etiam x. equis ornatis. i. phaleratis, & grege boum, cētenario. i. continente centum capita, & argento ſup. tanto quantum valuiſſet ſuſtinere. i. ſurſum à terra leuarū tenere, nihil voluit accipere ex his præter ſalutē vnius captiui, videlicet hoſpitis ſui. i. qui cū ante bellū habuerat hoſpitalitatem, & præter æquū, quo vteretur. i. vti poſſet in acie. ſ. inſtructa ad pugnam. [Qua tam circunſpecta]. i. ſolerti, & cōſpicua moderatione animi. i. propter quam tam circunſpectam moderationem animi tu neſciat. i. quilibet neſcire poſſit vtrū ipſe meruerit maiore cum laude præmia, an reiecerit. i. recuſauerit accipere.

DE M. CVRIO.

* Cice. in Cat. & Plutar. in apoph. Athenæus vero paulo aliter lib. 10. vbi Maniū Curiū vocat, vt in multis et Latinis li. ſcriptū eſt

*MARCVS autem * Curius exactiſſima norma Romanæ frugalitatis, idemq; fortitudinis perſpectiſſimum ſpecimen, Samnitum legatis agreſti ſe in ſcamno aſſidentē foco ac ligneo catino cœnantem (quales epulas apparatus indicio eſt) ſpectandum præbuit, ille enim Samnitum diuitias contempſit: Samnites eius paupertatem mirati ſunt: nam cum ad eum magnum auri pondus publice miſſum attuliſſent, benignis verbis inuitatus, vt eo vti vellet, vultum riſu ſoluit, protinusq́; ſuperuacuæ, inquit, ne dicam ineptæ legationis miniſtri, narrare Samnitibus, M. Curium malle locupletibus imperare, quàm ipſum fieri locupletem, atq; iſtud vt precioſum, ita malo hominum excogitatum munus, refertote, & mementote me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi poſſe. * Idem, cum Italia Pyrrhum regem exegiſſet, nihil omnino ex præda regia, qua exercitum, vrbemque ditauerat: attigit: decretis etiam à Senatu ſeptenis iugerib. agri populo, ſibi autem quinquaginta, popularis aſſignationis modum non exceſſit: paruum idoneum Reip. ciuem exiſtimans, qui eo, quod reliquis tribueretur, contentus non eſſet.*

* Præter guttū ſagiginū. Pli. li. 16. c. 28. & lib. 28. c. 3. & Pli. de vi. illu.

OLIV. MARCVS autem Curius exactiſſima norma] Adeo celebris eſt. M. Curii frugalitas, vt nulli ferme obſcura eſſe poſſit, quippe qui Romanæ temperantiæ exactiſſima norma dicatur, hic eſt, qui cum Fabricio Pyrrhum regem Epirotarum, qui pro Tarentinis bellum Rom. intulerat, exegit Italia. Samnites etiam difficillimam prouinciam ſæpius deuicit, vbi bellum Samniticum centum ferme annos durauiſſe conſtat. Cū igitur ei conſuli victoria de Samnitibus obtigiſſet, ad eum legati de impetranda pace venerunt, qui forte illum iuxta focū ſedentem inuenerunt. Admirati tetricam hominis vitam, ad ſuos reuerſi, cum id, quod viderant retuliſſent: Samnites Imperatorem Rom. vel auaritia, vel inopia laborare exiſtimantes decreuerunt ingens auri pondus mittere, ſperantes Curium tāto munere captum gratioſiores pacis conditiones ſibi eſſe daturum. quod præter ſpem & eorum opinionem euenit. nam cum in eius conſpectum aurum attuliſſent, multiſque perſuaſionibus illum inuitaſſent, vt acciperet, ſubridens ait, nonne intellexiſtis heſterna cęna me prorſus non indigere pecunia. Ite igitur, & renunciate ciuibus veſtris malle me habentibus aurum imperare, quàm habere. Cic. in Cat. maiore. Curio ad focum ſedenti magnum auri pondus Samnites cum attuliſſent repudiati ſunt, non enim aurum præclarum ſibi videri dixit, ſed his qui haberent aurum imperare. [Perſpectiſſimum] Maxime laudabile. [Specimen] Experimentum, documentum, indicium. [Aſſidentem foco] Et vt Plut. ait rapis igne toſtis veſcentem. [Quales epulas,] Scilicet cœnaret [Ille Samnitum] Pulchrum antithetum, quod fit quoties contrariis contraria opponuntur, vt Ouid. Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis. [Ineptæ] Stoltæ & inconuenientes. Ineptus dicitur, qui nulli rei aptus eſt, hoc eſt qui nullam haberet rei, loci, temporis, & perſonarū conſiderationem. [Malo] . i. malum, ac ſi diceret ad corrumpendum imperatoris animum. [Idem, cum Italia] Nec minor fuit, quæ ſequitur M. Curii continentia, animique magnitudo, qua vſus eſt in victoria ex Pyrrho rege parta. nam prædam vniuerſam, qua ingenti potitus erat, militibus vbique conceſſit, nec ex ea quidquam attingere voluit, præmia quoque virtutis pro re tanta bene feliciterque geſta cum à ſenatu ſibi populoque decernerentur, æquari omnibus voluit cum ſibi multo maiora, quàm populo darentur, quippe ſeptenis tantum populo, ſibi vero quinquaginta campi iugeribus pro ſua dignitate decretis; indignum enim ciuem, & reipub. minime idoneum eſſe cenſebat, qui plus æquo quidquam appeteret: magna profecto viri continentia. [Non exceſſit] Tranſgreſſus eſt.

Curii continentia.

ASCEN. MArcus autem Curius] Appoſito ne norma exactiſſima. i. ſeueriſſima, quia quæ exacte fiunt, ſeuere fiunt, frugalitatis. i. parſimoniæ, Rom. & idem ſpecimen id eſt experimentum & approbamentum perſpectiſſimum. i. euidentiſſimum, fortitudinis. ſ. Rom. præbuit ſe ſpectandum legatis Samnitū. i. vicinorum populorum, contra quos bella gerebat, aſſidentē in ſcamno agreſti. i. ruſticano foco. i. ad focum in culina nō in cœnatione ſplendida, ac cœnantem catino, id eſt vaſculo eſcario (putem ſcutellā à noſtris dict) quales epulas ſup. cœnantem ſe

ſpectandum præbuit, apparatus eſt indicio .i. ſatis indicat, quia in agreſti loco, & inculto veroſimile eſt agreſtes ſumpſiſſe epulas, vnde rapis veſcẽtem, alii dicunt ab his inuentum. [Iil.c.11.] Contempſit diuitias Samnitum, & ſup. Samnites mitati ſunt paupertatem eius. Nam cũ attuliſſent ad eum magnum pódus auri, miſſum publice .i. nomine publico ipſe inuitatus .ſ. ab legatis verbis benignis, vt vellet vti eo .ſ. pondere auri, ſoluit .i. laxauit, vultum riſu, & inquit protinus, ó miniſtri legationis ſupervacuæ. Ne dicam ineptæ Narrate Samnitibus M. Curium (Aperte de ſe in tertia loquitur perſona) malle .i. magis velle imperare locupletibus .i. diuitibus, quàm ipſum .i. ſe locupletẽ fieri, atque referto te. ſed eos, à quibus accepiſtis iſtud munus .ſ. tam auri, vt precioſum, ita excogitatum .i. in vſum hominum introductum, malo .i. ad malum, & perniciem hominum, & mementote, me nec poſſe vinci acie, nec poſſe corrumpi pecunia. [Idem] .ſ. Marcus Curius eum eiegiſſet .i. cum dedecore expuliſſet Pyrrhum regem .ſ. Epirotarum Italia: nihil .i. non aliquid non attigit omnino aliquid ex præda regia .i. qua regem ſpoliauerat, & qua ditauerat exercitum, & vrbem .ſ. Romam. Et ſeptenis .i. ſingulis ſeptem iugeribus agri decretis populo .ſ. victori à ſenatu. Autem pro ſed, quinquagiota iugeribus agri decretis ſibi á ſenatu, non exceſſit modum aſſignationis popularis .i. nõ accepit vltra ſeptem iugera, quot ſinguli de populo acceperit, exiſtimans .i. iudicans illum ſup. eſſe ciuem idoneum parum reip. qui nõ eſſet cõtẽtus eo, quod tribueretur reliquis .ſ. ciuib.

DE FABRICIO LVCINIO.

*Gell. lib. 1. c. 14.

I*DEM ſenſit Fabricius Lucinius honoribus & auctoritate omni ciuitate temporibus ſuis maior, cenſu par vnicuiq; pauperrimo: qui à Samnitibus, quos vniuerſos in clientelam habebat, decem æris, & quinque pondo argenti, totidemq; ſeruos ſibi miſſos in Samnium remiſit, continentia ſuæ beneficio ſine pecunia prædiues, ſine vſu familiæ abunde comitatus: quia locupletem illũ faciebat, non multa poſſidere, ſed modica deſiderare. ergo domus eius quemadmodum ære & argento, & mancipiis Samnitum vacua, ita gloria, ex his contemptis parta, referta fuit.*

OLIV. IDEM ſenſit Fabricius] Iulius Higinus in lib. de vita, rebuſque illuſtrium virorum Sexto legatos dicit a Samnitib. ad C. Fabricium imperatorem P.R venisse, & memoratis multis magniſque rebus, quas bene & beneuole poſt redditam pacem Samnitibus feciſſet, obtuliſſe dono grandem pecuniam, decẽq; ſeruos, & oraſſe, vt acciperet, vtereturque, atque id facere Samnites dixiſſe quód viderent multa ad ſplendorem domus, atq; victus deeſſe, neq; pro magnitudine, dignitateque lautum paratumque eſſe, tum Fabricium planas manus ab auribus ad oculos, & infra deinceps ad nares, & ad os, & gulam deinde porro ad ventrem vſq; deduxiſſe, & legatis ita reſpondiſſe, dum illis omnibus membris, quæ attigiſſet obſiſtere & imperare poſſet, nunquam quicquam defuturum, præterea pecuniam, cuius nihil ſibi eſſet vſus, ab his, quibus ſciret eam vſui eſſe, non accipere. Idem quod Curius. Fabricius Lucinius Qui gloria pro reb. geſtis omnium ſuo tempore maximus, opibus vero multo infimus. [Omni ciuitate temporibus ſuis maior] Maior omnib. ciuibus, & notanda eſt conſtructio, quæ non eſt per ſuperlatiuũ prolata, quamuis ad plures ſui generis ſit facta comparatio. [Sãmium] Regio Italiæ in Calabria. [Seruos miſſos] Zeuma ab inferiori. [In cliẽtelam] In patrocinium, nam cliens, & patronus correlatiua ſunt. quia non eſt cliens ſine patrono, ſicut nec filius ſine patre. [Sine pecunia] Ad id, quod dixit quinque pondo argenti & æris. [Familiæ] ad id, quod, dixit, totidem ſeruos. [Sed modica deſiderare] .i. moderata, quæ .ſ. ad liberaliter viuendum neceſſaria ſunt. animus .n. hominis diues, non arca appellari ſolet, quamuis illa plena ſit.

ASCEN. IIdem ſenſit, &c.] Recitat abſtinentiã Fabricii, ſed quia Mancinel. Oliuerius hoc loco, Calepinus, Neſtor & plerique alii qui hunc locum legerunt, taxant Laur. Vallam, quaſi hunc locum non legerit, aut non intellexerit, aut ſaltẽ oblitus ſit, eo quod id comparatiuum nomẽ inter plura eiuſdem generis ponitur, ſed nihil id contra Vallam, qui ait partitiue tantum, vt quando cum genitiuo conſtruitur inter duo duntaxat, eaque eiuſdem generis, ſeu ſpeciei locum habere. Nam vt inepte dixero ſum ineptior hominum, ita apte ſum ineptior ceteris, hominibus. Et hoc loco, maior omni ciue, ſubaudi reliquo non autem maior omnium ciuium dixer t. Ordo autem eſt. Fab Lucinius maior ſuis temporibus .i. quibus ipſe vixit, omni ciue .ſ. ſuo, quũ princeps erat aut reliquo, quia & ipſe ciuis, honoribus & auctoritate .i. quantum ad honorem, & auctoritatem vbi tres ponuntur diuerſi ablatiui, temporibus, qui regit à participio eſt ſub intellecto, in ratione tẽporis, ciue, qui regitur à maior in ratione rei exceſſæ, & honoribus, & auctoritate, qui ſignificat materiã, circa quam, aut in qua fit exceſſus par .i. æqualis cenſu, quo ad cenſum & res poſſeſſas vnicuiq;, ſubaudi etiam pauperrimo (Nã vnuſquiſq; cũ ſuperlatiuo raro ponitur vſq; adeo, vt dubium legendum ne ſit cuique, &c.) Senſit quod idem Curius, qui remiſit in Samnium .i. regionem Samnitum, decem pondo .i. libras æris, & quinq; pondo argenti, & totidem ſeruos, dubites an quinque, an quindecim, ſed malim quinque intelligere, vel potius ad proximum, quàm ad vtrumq; referatur miſſos. (Ad proximum reſpicit) a Samnitibus, quos vniuerſos .i. omnes ſimul, quaſi verſos in vnum habebat in clientelam .i. protectionem, & patrocinium ſuum eius ſup. Prædiues .i. præ ceteris diues beneficio continentiæ ſuæ, ſine pecunia (non .n. beatus eſt, qui multa poſſidet, ſed qui in paruis bene ſe habet,) & comitatus abunde ſine vſu familiæ, quia poſſidere multa non faciebat illum locupletem, ſed deſiderare modica.) Ergo quia paucis contentus Samnitum dona reſpuit, domus eius quemadmodum fuit vacua ære, & argento, & mancipiis .i. ſeruis Samnitũ, ita fuit referta gloria parta, id eſt acquiſita, & lucrata ex his contemptis .i. ex contemptu horum.

SAmnium] Samnites, vt Calabriani contingunt, ita ei non cõtribuuntur. hos etiam Sabellos, & Græci Samnitas dixerũt, vt diximus ex Plin. Stephanoq;. [Contemptis] Antiqua non habent exemplaria. THEO.

DE EODEM FABRICIO.

*Cice. in Cat. & Plut. in Pyrrho.

C*ONSENTANEA * repudiatis donis Fabricii vota extiterunt, legatus enim ad Pyrrhum profectus cum apud eum Cyneam Theſſalum narrantem audiſſet, quendam Athenienſem clarum ſapientia, ſuadentem ne quid aliud homines, quàm voluptatis cauſa facere vellent, pro monſtro eam vocem accepit, continuoq; Pyrrho, & Samnitibus iſtam ſapiẽtiam deprecatus eſt. Licet Athenæ doctrina ſua glorientur, vir tamẽ prudens, Fabricii deteſtationem, quàm Epicuri maluit præcepta: quod euentus quoq; indicauit. Nam quæ vrbs voluptati plurimum tribuit, imperium maximum amiſit, quæ labore delectata eſt, occupauit: & illa libertatẽ tueri non valuit, hæc etiam donare potuit.*

OLIV. Fabricii continentia. CONSENTANEA repudiatis] Non debet minori laude digna cenſeri Fabricii continentia, quæ in reſpuendis, ac propemodum deteſtandis Epicureorum dogmatibus, quàm quæ fuit in contemnendis Samnitum muneribus. Nam legatus ad Pyrrhum à S.P.Q.R. miſſus, vt ageret cum rege de permutatione, ſeu redemptione captiuorũ, audiuit Cyneam philoſophum de voluptate diſſerentem, qui ſcilicet Athenienſem philoſophum, neſcio quem, dicere ſolitum omnia voluptatis gratia eſſe facienda, non aliter vocem illam, quàm pernicioſam male deteſtatus eſt, ac talem viuẽdi diſciplinam Ath. & hoſtibus eſt imprecatus. [Conſentanea] Conuenientia, congrua, ſicut in repudiandis muneribus, ita in reſpuendis Epicureorum dogmatibus. Illud quoq; non videtur à propoſito noſtro alienum, quod in cenſura egit, ſicut ſupra vidimus, nam P. Cor. Rufinum bis conſulatu, & dictatura functum, cenſor Fabricius à ſenatu mouit ob luxuriæ notam, quod decem pondo argenti factitaret. non ſolum auaritiam ſemper horruit, ſed auaros quoque maximo eſt odio proſecutus. Cyneam philoſophum, qui primum apud Pyrrhum locum obtinebat. Quendam Athen. qui ſine dubio fuit Epicurus. [Deprecatus] Ecce votum, eſt autem deprecari valde precari, malaq. precãdo depellere. Eſt quoque deteſtari, execrari, depellere, abominari, in qua ſignificatione poſuit Catullus, cum dicit, Cui ego

quaſi

quaſi eadem totidē mox deprecor illi. Aſſidue. [Nam vrbs] ſ. Tarentum. [Quæ labore] .i. Rom. [Illa] Tarentum. Hæc Rom. Poſſumus intelligere hoc dici de vrbe Athenarū, quæ fuit olim totius Græciæ imperio potita, & cum deinde in ſeruitutem redacta foret, eam P. R. in libertatem aſſeruit.

ASCAN. Conſentanea, &c.] Ordo eſt. [Vota] .i. oblata Fabr. extiterūt conſentanea .i. conformia, aut conſona domi repudiatis. Enim pro quia, ipſe profectus ad Pyrrhum ſ. regem Epiri, legatus .i. tanquam legatus, cum audiſſet Cyneam philoſophum illum Theſſalum .i. in Theſſalia ortum, narrantem .i. recitantem apud eum ſ. Pyr. quendam Athen. ſ. Epicurum, clarum ſapientia, ſuadentem, ne hoīes vellent facere quid .i. aliquid aliud, quàm cauſa voluptatis, vtpote, in qua ſummam boni ponebat, accepit eam vocem pro monſtro, & ita incredibilem, & cōtinuo deprecatus eſt .i. voto, & precibus addixit Pyr. & Samnitibus iſtā ſapientiam ſ. ponentis ſummū bonum in voluptate, de cuius ſnīæ ſic proſequitur auctor. Licet Athenæ glorient doctrina ſua, tñ vir prudens quicunq; is fuerit, maliſ .i. magis velit ſup. amplecti, aut ſequi, deteſtationem Fabricij .i. qua Fabricius voluptatem deteſtatus eſt, quàm præcepta Epicuri, quæ iam dicta ſunt. Ergo de Epicuro prius locutus eſt. [Quod] .i. quam rē, aut ꝙ iudicium, euentus quoq; indicauit. [Nam vrbs] ſ. Taren. ꝗ plurimum tribuit voluptati, amiſit maximum imperiū, & ſup. ea vrbs, videlicet Ro. quæ delectata eſt labore, occupauit ſ. maximum imperium, & illa ſ. prius dicta, hoc eſt Tarentina, non valuit tueri libertatem ſ. ſuam, hæc ſ. Rom. aut Rom. ciuitas potuit etiam donare ſ. libertatem ſemel alijs adeptam.

Cyneam] Hic eſt Cyneas inter exempla memoriæ celebratus, qui Pyrrhi regis in vrbem legatus nomina reddidit Senatui & equeſtri ordini, poſtero die quàm aduenerat.

DE Q. TVBERONE * CATILIO.

*Cato Aelio videtur legēd. ex Plin. li. 33. cap. 11.

Curii, & Fabricij Q. Tuberonem, cognomine Catilium, diſcipulum fuiſſe, merito quis exiſtimauerit, cui conſulatum gerenti, cum Aetolorum gens omnis vſus vaſa argentea, magno pondere, exquiſita arte fabricata, per legatos miſiſſet: qui ſuperiori tempore gratulandi cauſa ad eum profecti retulerant, fictilia ſe in eius menſa vaſa vidiſſe, monitos ne continentiæ, quaſi paupertati ſuccurrendum putarent, cum ſuis ſarcinis abire iuſſit. Quàm bene Aetolicis domeſtica prætulerat, ſi frugalitatis eius exemplum poſterior ætas ſequi voluiſſet. Nunc quo ventum eſt? à ſeruis vix impetrari poteſt, ne eam ſupellectilem faſtidiant, qua vti Coſſ. non erubuit.

OLIV. Curii, & Fabricii Q. Tuberonem] Hic conſul bello Macedonico fuit, qui cum prouinciam illam propemodū Rom. ſubegiſſet imperio, Aetolorum legati de victoria gratulaturi (nam tunc erant Aetoli Romanis ſocietate coniuncti) ad eum in caſtra venerunt, & fictilibus vaſis vtentem in menſa viderunt, ꝙ cum in patriam reuerſi ſuis ciuibus retuliſſent, Aetoli non hominis continentiam, ſed paupertatem exiſtimantes, Argentea illi vaſa artificioſe laborata mittenda cenſuerunt, quibus pro dignitate ſua vteretur, quæ cum obtuliſſent ei, ſtatim in patriam cū ſuis vaſis redire iuſſi ſunt. Hic Tubero vir probus reip. amantiſſimus fuit, qui T. Gracchum, quo cū ſumma amicitia erat coniunctus, vbi reip. ſuæ perniciofum ciuem eſſe cognouit, in ſeditione deſeruit, eiuſq; illius conſilia vehementer improbauit. [Diſcipulum fuiſſe] Merito quiſpiam exiſtimare poterit, hunc Curii, & Fabricii fuiſſe diſcipulum, ꝙ eorum diſciplinam imitatus ſit. [Aetolorum gēs] Aetoli primo fuerūt Phil. regis Mac. ſocietate coniuncti, à quo cum tyrannice nimis haberentur, defecerunt ad Romanos. Aetolia regio contigua Acarnaniæ Phocidiq; & Locris: hanc autē ab Acarnania Achelous fluuius ſeparat. [Omnis vſus vaſa] ſ. ad omnem vſum accōmodata, vt aquaria, vinaria, & alterius generis. [Exquiſita] Artificioſe elaborata. [Gratulādi] De victoria ex hoſtibus parta, quia tūc Romanis erant amicitia copulati. [Fictilia] Terrea à fingendo dicta, vnde figuli luti cōpoſitores, qui terrea vaſa componunt. [Quo ventum] Damnat ſui temporis mores. Valer. vt omnes etiam pauperes ambitioſa paupertate viuunt. Ob ætatis noſtræ inquit ſerui ſupellectilem illam aſpernantur, qua conſules aliquando, & Rom. principes, contentabantur.

THEO. Curii, &c.] Ordo eſt. [Quis] .i. aliquis exiſtimauerit .i. iudicauerit merito Q. Tuberonem cognomine Catilium, ſeu vt alii ſcribunt Catilium, fuiſſe diſcipulū, quia imitatorem Curii, & Fab. cui ſ. Q. Tuberoni gerenti conſulatum, cum gēs Aetolorum miſiſſet per legatos vaſa argentea omnis generis magno pondere, Fabricata. Ex quiſita arte, qui ſ. legati profecti ad eum tempore ſuperiori .i. prius acto, cauſa gratulandi ſ. Tuberoni de victoria parta retulerant ſ. principibus; à quibus miſſi fuerant, vidiſſe ſe vaſa fictilia in menſa eius ſ. Q. Tuberonis Iuſſit eos monitos, ne putarent ſuccurrendum continentiæ .i. parſimoniæ vltro aſſumptæ cum non deeſſent, quibus vteretur, quaſi paupertati, quia qui continens, non continuo pauper eſt.

ASCAN. Nam pauper eſt, qui parum habet, continens, qui paucis vtitur ac fruitur. Quam .i. o quantum bene Tubero prætulerat domeſtica ſ. inſtituta, aut iudicia, Aetolicis, ſi ætas poſterior voluiſſet ſequi exemplum frugalitatis eius q. d. optime. [Nunc quo] .i. ad quem ſtatum ventū eſt, q. d. ad peſſimum, ꝙ paulo poſt contigit, aſſerente id Iuuen. Omne in præcipiti vitium ſtetit. Et nil habet vlterius noſtris, ꝙ moribus addat poſteritas, &c. Vnde addit Valer. noſter. [Vix poteſt impetrari] ſ. nunc à ſeruis, ne faſtidiant .i. vt non ſuperbe cōtemnāt eā ſupellectilem, ſ. fictilem & ligneam, qua conſul ſ. Tubero, & Curius non erubuit vti.

THEO. Qua vti] Codices antiq. legūt, quā ſūt cōſul nō erubuit.

DE PAVLO AEMILIO.

* Plut. in vita.

* Vſq; ad Hirciū & Panſam Coſſ.

*At Perſe * rege deuicto, Paulus cum Macedonicis opibus veterem, atque hæreditariam vrbis noſtræ paupertatem eo vſq; ſatiaſſet, vt illo tempore primum P. R. tributi * præſtandi onere ſe liberaret, penates ſuos nulla ex parte locupletiores fecit; præclare ſecum actum exiſtimans, quòd ex illa victoria, alij pecuniam, ipſe gloriam occupaſſet.*

OLIV. Pau. Aem. continētia. At Perſa] Fuit Aemil. Paul. continentia ſic literarum monumentis digna, vt ſine iniuria prætermitti à Valer. nullo modo potuerit, cum, n. deuicto Perſa Maced. rege, quem duxit in triumphum, tantamq; ex ea prouincia prædam in patriam reportaſſet, vt repleto ærario tributis præſtandis modus, ac finis impoſitus fuerit, nihil ex ea voluit attingere, vt glorioſus magis quàm ditior ex eo bello rediſſe videretur. Plut. tamen dicit quoſdam ex ea præda ſibi retinuiſſe libros. [Hæreditariam] Quia veluti hæreditate quadam P. R. aliquandiu paupertatem habuit, iuxta illud T. Liu. ꝙ ſupra diximus, nulla nunquā reſp. fuit maior, nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior, nec in quam ciuitatem tam ſero luxuria, & auaritia commigrauerint, nec vbi tantus, ac diu paupertati, parſimoniæ honos fuerit, ideo quanto minus rerum, tanto minus cupiditatis erat. [Eo vſq;] In tantum. [Tributi] Cenſus, & pecuniæ perſoluendæ. Cic. in

Tributū. offic. Omni Macedonum gaza quæ fuit maxima, potitus eſt Paulus, in ærarium tantum vexit, vt vnius imperatoris præda finem attulerit tributorum, at hic in domum ſuam, nihil intulit præter memoriam nominis ſempiternam. [Præclare ſecum actum] Præclare, ſibi obtigiſſe, & ei honeſtius diſcedi modus, mecum præclare actum eſt .i. præclare mihi obtigit.

ASCAS. At] .i. ſed, Perſe rege ſ. Macedoniæ deuicto, Paulus ſ. Aemilius Macedonicus, cum .i. poſtquam ſatiaſſet veterem, atq; hæreditariam paupertatem vrbis noſtræ .i. Romæ opibus Macedonicis, eo vſque .i. in tantum, vt P. R. liberaret ſe primum illo tempore onere præſtandi, tributi .i. pecuniæ per ſingulas tribus in ſtipendium militare, nulla .i. non vlla ex parte fecit penates ſuos .i. proprios lares ac familiam, locupletiores, exiſtimans actum præclare ſecum, ꝙ ipſe occupaſſet .i. ante alios accepiſſet ex illa victoria gloriam, & ſup. alii pecuniam.

DE Q. FABIO GVRGITE, C. NVmerio Fabio pictore, & Q. Vgolino.

* Neſcio qnid, ſed paulo aliter. Iuſt. li. 18.

*At quo huic * animi eius iudicio Q. Fab. Gurges, C. Numerius Fabius pictor, Q. Vgolinus ſe ſubſcripſerunt, qui legati ad Ptolemæum regem miſſi, munera, quę ab eo priuatim acceperant, in ærarium quidem prius, quàm ad ſenatum legationem referrent, detulerunt, ſcilicet de publico miniſterio nihil cuiquam,*

præter laudem bene adminiſtrati officij, accedere debere indicantes. Iam illud humanitatis ſenatus, & attentæ maiorum diſciplinæ indicium eſt: data enim ſunt legatis, quæ in ærarium repoſuerant, non ſolum patrum C. decreto, ſed etiam populi permiſſu, eaq; legatis Quæſtores prompte vnicuiq; diſtribuerunt. Ita in iiſdem, Ptolemæi liberalitas, legatorum abſtinentia, ſenatus ac populi æquitas debitam probabilis facti portionem obtinuit.

OLIV. ATQVE huic animi] Hi cum miſſi eſſent legati ad Ptolemæum regem Aeg. pro pace cum P.R. iungẽda, & eos Ptol. liberaliter exceptos regijs muneribus donaſſet, ea primũ legati repudiarunt, ſed interiectis quibuſdam diebus ad cœnã inuitatis, aureas illis coronas miſit, quas honoris gratia accepere, ſed ſimul atq; Romam venerũt, priuſquam legationem ſuã in ſenatu referrent, in ærarium munera detulerunt, quæ deinde reddenda legatis, & ſenatus decreuit, & populus permiſit, fuerunt ergo ex ærario quamprimum ducta, & ſecundum æquam cuiuſq; portionem diſtributa, hoc modo & ſenatus pariter, & populus cum legatis de continentia certaſſe videtur. Hæc Valer. Iuſt. vero lib. 18. dicit quòd miſſa à ſenatu in Aegyptum legatione, cũ ingentia ſibi à Ptolemæo rege, miſſa munera ſpreuiſſent, interiectis diebus ad cœnam inuitatis, aureæ coronæ miſſæ ſunt, quas illi honoris gratia receptas, poſtera die ſtatuis regis impoſuerunt. [Priuatim] Quæ ſua. ſ. eſſent. [De publico miniſterio] Hoc eſt de legationis officio. [Præter laudem] Vt ſi bene adminiſtrauerint, adminiſtrationis præmium, laus reddatur. [Accedere] Adiungi. vnde acceſſiones augmenta dicuntur. [Attentæ] Diligentis. nomen eſt, non aduerbium. [Ita in iiſdẽ] Sic inquit, Ptolemæus, & legati, & ſenatus, & populus, ſui ſeruati officij laudem obtinuiſſe videntur. [Liberalitas] Precioſa legatis munera dando. [Abſtinentia] In ærarium munera deferendo. [Aequitas] Legatis eadem reſtituendo.

ASCEN. ATque, &c.] More ſuo connectando dicẽda dictis ſubtiliſſimo vinculo dicit. [Atq; Q. Fabius Gurges, Caius Numerius Fabius pictor, & Q. Vgolinus] Seu Ogolinus, ſubſcripſerũt ſc. i. more nomina ſua ſubſcribentium aſtipulati ſunt, & aſſenſum præbuerunt. Nam qui in pactum aliquod conſentiunt, ſolent nomina ſua ſubſcribere, vnde tractum eſt, vt ſubſcribere venuſte dicatur pro aſſentire. Huic iudicio animi eius ſ. Pauli Aemilij. i. idem ſenſerunt, quod ille. [Qui miſſi legati ad Ptolemæum regem] ſ. Aegypti, detulerunt in ærarium i. fiſcum, munera quæ acceperant ab eo priuatim. i. nomine priuato. ſ. pro ſe quiſq; non pro republica, & quidem priuſquam referrent ad ſenatum legationem. i. priuſquam ſenatui exponerent, quid in legatione egerant. [Scilicet] i. ſcire licet, cur id fecerint, quia iudicantes nihil debere accedere. i. aduenire, & addi, cuiquam de publico miniſterio, præter laudem officij bene adminiſtrati. [Iam illud] ſ. quod iam dicet. i. indicium humanitatis ſenatus, & attentæ. i. diligentis diſciplinæ maiorum. Enim pro quia. [Ea ſunt data] i. reddita legatis, quæ repoſuerant in ærariũ. i. fiſcum ſeu publicæ pecuniæ repoſitorium. [Non ſolum decreto] Patrum conſcriptorum, ſed &. i. etiam permiſſu populi. [Et quæſtores] i. conquiſitores, & cuſtodes pecuniæ publicæ diſtribuere. i. diſtribuerunt prompte. i. expedite legatis, vnicuiq; ea. ſ. quæ in ærarium contulerant. [Et ita liberalitas Ptolemæi] ſ. regis, qui ea dona primum in legatos contulerat, abſtinentia legatorum, quia non ſibi, ſed ærario data interpretati ſunt, & æquitas. i. æqua virtus, & præmij æſtimatio ſenatus, & populi, qui ea reddẽda legatis cenſuerunt, obtinuit in eiſdem. ſ. donis, debitã portionem. i. partem, facti probabilis. i. quia omnium dictorum factum eſt laudabile, & ita probabile.

DE CALPVRNIO PISONE.

FABIORVM, & Vgolini continentia Calpurniũ Piſonem in conſimili genere laudis æmulum fuiſſe res ipſa documento eſt; Cos. graui fugitiuorum bello, à ſe liberata Sicilia, eos, quorum præcipua opera vſus fuerat, imperatorio more donis proſequebatur: inter quos filium ſuum aliquot locis præliatum fortiſſime, titulo trium librarum aurea corona decorauit, præfatus, non oportere à magiſtratu è publica pecunia erogari, quod in ipſius domum rediturum eſſet; tantumq; ponderis ſe teſtamento adoleſcenti legaturum promiſit: vt honorem publice à duce, precium priuatim à patre reciperet.

OLIV. FABIORVM & Vgolini] Calphurnius hic vt in cap. de diſciplina militari diximus, cũ bello fugitiuo prouinciã Siciliam obtineret, quam lx. ſeruorum millia occupauerant, re bene geſta, ac liberata prouincia milites omnes, qui operam ſuam in bello reip. ſtrenue nauaſſent, militaribus donis imperatorio more donauit, filium, qui multis in locis fortiſſime pugnauerat, & ſuæ virtutis non obſcura documenta dederat, muneris omnino fecit expertem, quia diceret non æquum eſſe à magiſtratu è publica pecunia quidquam erogari, quod in ſe, aut familiæ ſuæ vſum rediturum eſſet, verum ne merita laude videretur omnino defraudatus, aureæ coronæ trium librarum ponderis titulo decorauit, promittens ſe tantundem auri teſtamento legaturum. [Aemulum] Imitatorem, & eiuſdem rei ſtudioſum. [Erogari] Dari, diſtribui. [Titulo] Non autem corona.

ASCEN. FAbiorum, &c.] Ordo eſt. Res ipſa eſt documento, id eſt factis docet, Calpurnium, ſeu Calphurnium (vt alij ſcribũt) Piſonem fuiſſe æmulum, id eſt imitatorem, quaſi cum æmulatione, continentiæ. [Fabiorum] ſ. Gurgitis, & Numerij, & Vgolini, ſeu Ogolini, in conſimili genere laudis. Nam ſup. eſt conſul Sicilia liberata. i. poſtquam Sicilia erat liberata à ſe. s. a ſua opera, graui bello fugitiuorum, proſequebatur more imperatorio eos, quorum præcipua opera vſus fuerat, donis. ſ. militaribus, inter quos. ſ. quorum opere vſus fuerat, aut à ſe donatos, decorauit filium ſuum præliatum. i. qui præliatus fuerat fortiſſime aliquot locis, titulo. i. ſolo nomine, non re, coronæ aureæ trium librarum, præfatus non oportere erogari. i. largiri à magiſtratu, è pecunia pub. quod rediturum eſſet in domum ipſius, & promiſit ſe legaturum teſtamento adoleſcenti ſ. filio ſuo tantum ponderis. i. treis libras auri, vt ſup. adoleſcẽs, aut filius eius reciperet, honorem publice à duce. i. patre tanquam à duce, & precium priuatim à patre. i. tanquam ab homine priuato.

DE CATONE SVPERIORE.

AGE ſi quis hoc ſæculo vir illuſtris pellibus hœdinis pro ſtragulis vtatur, tribuſq; ſeruis comitatus Hiſpaniam petat, & quingentorum aſſium ſumptu tranſmarinam prouinciam petat, eodem* cibo eodemq; vino quo nautæ, vti contentus ſit, non ne mirabilis exiſtimetur? atqui iſta patientiſſime ſuperior Cato tolerauit; quia illum grata frugalitatis conſuetudo, in hoc genere vitæ, cum ſumma dulcedine continebat.*

* Plut. in vita quinque ſeruos ſcribit.

*Cũ in Hiſpaniã nauigaret. Plin. li. 14. c. 14.

OLIV. Catonis continentia. AGE ſi quis hoc ſæculo] Cato ſuperior Celtiberos Hiſpaniæ populos robur prouinciæ, aliquot ſecundis prælijs fregit, & cum totam prouinciam adminiſtraret, pellibus hœdinis pro tapetis vſus eſt, & tantum trium ſeruorũ comitatu contentus cumq; Hiſpaniam vlteriorem peteret viatico quingentorum aſſium contentus, vino ciboq; , quo nautæ, vti non dubitauit, quæ facile tolerauit, qui in tali continentia vitam exercuerat. nam vt inquit Plut. cũ adoleſcens ſtipendia faceret in caſtris quaſi ſemper vtebatur aqua, ſed cum tori aſſo, vel æſtu, vel ſiti nimia laboraſſet, ad eam ſedandã aceti frequenti hauſtu vtebatur, vel ſi quando vires priſtinas deſideraſſet, vegetandi corporis cauſa; leuiuſculi nonnihil vini delibare conſueuerat. Cum iter faceret ſua ipſe arma vno ſubſequente miniſtro, ferebat, qui ſecum, quæ vitæ neceſſaria forent, comportaret, domi vero tanta frugalitate fuiſſe tradunt, vt hyeme ſola tunica, demptis manicis, indutus eſſet, æſtate vero pene nudus labore cum ſeruis certaret, quibus cum ſedere ſolitus, eodem pane, eodemq; vino veſcebatur. Hanc frugalitatem, & continentiã ex M. Curij vitæ, & commemoratione, & fama, quaſi æmulatione quadam induiſſe ferunt, cum iuxta illius villã ipſe haberet agellum. Front. Marcum, inquit, Cato. vino eodẽ, quo remiges contentũ fuiſſe tradunt. Sen. ad Luc. epiſt. 87. M. Cato cenſorius quanto reipub. vtilior Scip. fuerit noſti, alter enim cum hoſtibus noſtris bellum, alter cum moribus geſſit: cantherio vehebatur, & hipoperis impoſitis, vt ſecum vtilia portaret. quarum erat ſæculi decus imperatorem triumphalem, cenſorium, & quòd ſuper omnia hęc eſt Cat. vno caballo eſſe contentum, & nec toto quidẽ, partem enim ſarcinæ ab vtroq; latere

Acetum à tim leuat.

dependẽtes occupabant. [Age ſi quis] Hic notat ſine dubio Ro. eius temporis luxuriam, ſi quis, inquit princeps Ro. hic temporibus ea, qua Cato, continentia vteretur, omnibus certe videretur admirabilis. [Stragulis] Stragula veſtis verſicolor, quàm græci tapeta vocant.

ASCEN. AGe] Adhortandi vox, ſi quis vir illuſtris hoc ſæculo vtatur pellibus hœdinis. i. nœdis detractis, quæ aſperæ, & fœtidæ ſunt, pro ſtragulis. i. ſtramentis nocturnis, & comitatus tribus. ſ. duntaxat ſeruis, regat Hiſpaniam, & petat prouinciã transmarinam ſumptu quingentorum aſſium, & ſit contentus vti eodem cibo, & eodem vino, quo nautę. ſ. vtuntur. nõne exiſtimetur. i. iudicetur mirabilis? q. d. maxime. [Atqui]. i. ſed, quõ, aut attamen Cato ſuperior. ſ. Cenſorinus tolerauit iſta. ſ. iã dicta patientiſſime. [Quia grata cõſuetudo frugalitatis]. i. parſimoniæ cõtinebat illũ in hoc genere vitę cũ ſumma dulcedine.

DE CATONE POSTERIORE.

* Plut. in apoph. & Athæneus li. 6. quinque ſcribunt.

*MVLTVM * à priſca continentia ſpatio annorum poſterior Cato diſcedit, vtpote in ciuitate iam diuite, & lautitia gaudente natus, is tamen, cum bellis ciuilibus intereſſet, filium ſecum trahens ſeptem ſeruas habuit, numero plures, quàm ſuperior, temporũ diuerſis moribus, pauciores. Exultat animus maximorũ virorum memoriam percurrens.*

OLIV. MVLTVM à priſa cõtinentia] Hic poſterior Cato, qui vt ſup. dixi Vticenſis appellatus eſt, ætate ſua frugaliſſimus Rom. fuit. nam affluente Romana ciuitate opibus, atq; luxuria, paucis admodum ſeruis, vtpòte ſeptem, contentus fuit, cũ cęteri principes ætatis ſuæ ne turba quidem ingenti contentari poſſent. Fuit igitur ſuperiore ſeruorum numero paulo incontinentior, temporum vero conditione multo frugalior. [Lautitia] Luxurioſo apparatu rerum. nam lautitia, munditia, à lauando dicta, & conuiuium lautum, dicitur conuiuium ſumptuoſum, quia ibi omnia ſunt lauta, & nitida.

ASCEN. MVltum, &c.] Ordo eſt. Cato poſterior, videlicet Vticenſis, diſcedit multum à priſca. i. priorũ ſæculorũ continentia, ſpatio annorum. ſ. ſi ad ſpatium annorum aſpexerimus, vtpore natus in ciuitate iam diuite, & gaudente lautitia. i. lauto apparatu cœnarum. Is tñ cum intereſſet in bellis ciuilibus. ſ. inter Cęſarem & Pompeium trahens ſecũ filium, habuit xii. ſeruos plures numero, quam ſuperior. ſ. Cato habuerit, pauciores ſup. quam ſuperior, diuerſis moribus temporũ. i. ſi reſpexerimus ad mores temporum vtriuſque, quia frugalior poſſit iudicari, qui tempore poſterioris Catonis xij. ſeruos habuerit q̃ qui tempore prioris duntaxat ſex. [Exultat, &c.] Mira ſolertia, nec noua, continuandi ſtyli ſilia. Ordo eſt. Animus ſup. meus percurrens memoriam maximorum virorum, exultat. i. prę lætitia.

DE SCIPIONE AEMILIANO.

SCIPIO Aemilianus poſt duos inclytos cõſulatus, totidemq; ſuæ præcipuæ gloriæ triumphos, ſeptem ſeruis ſequentibus officio legationis functus eſt, & puto Carthaginis, ac Numantiæ ſpolijs comparare plures potuerat, niſi operum ſuorum ad ſe laudem, manubias ad patriam redũdare maluiſſet: Itaq; cum per ſocios, & exteras gentes iter faceret, non mancipia eius, ſed victoria numerabantur, nec quantum auri, & argenti, ſed quantũ amplitudinis pondus ſecum ferret, æſtimabatur. Continentia vero etiam vniuerſis plebis animis ſæpenumero cognita eſt, ſed abunde erit ex his duo exempla, longe inter ſe diſtantium ſæculorum, retuliſſe.

OLIV. EXVLTAT animus Scip. Aemil. legatus ad Ariſtonicũ, vt conijcitur, qui ſub captam à Scip. Numantiam, eo q̃ eſſet Attali regis nepos, Eumenis filius, Aſiam occupauit, tanquã auitum regnum ſibi iure hæreditario debitum, cum teſtamento regis Attali P. R. prouincia legata libera eſſe deberet. Hũc, vt Front. ait, traditur in itinere cum amicis ambulantem, accepto pane veſci ſolitum. Idem & de Ale. rege Maced. dicitur. [Exultat animus] Non mediocri lætitia extollitur aĩus meus, cum in eo ſit occupatus, vt tantorum virorũ documenta commemoret. Aemilianus, quia de gente Aemilia fuit, & per adoptionem in Scip. familiam translatus. Totidem triumphos, videlicet de Carthagine, & Numãtia duabus vrbibus euerſis P. R. inimiciſſimis, quibus deletis, & vt inquit Cic. Scip. non ſum præſentia, ſed etiã futura deleuit. [Plures]. ſ. ſeptẽ ſeruis. [Manubias] Differt inter ſpolia & manubias, vt vult A. G. q̃ ſpolia ſunt corpora rerum, quæ capiuntur ex hoſte, manubiæ vero pecunia ex venditione prædæ recuperata. [Itaque] Rñdet tacitæ quæſtioni, nõ. n. inquit Scipionis gloria ab exteris gentibus numero ſeruorum, ſed victoriarum multitudine cenſebatur. Manubię.

ASCEN. SCipio Aemilianus] Functus eſt officio legationis poſt duos inclytos conſulatus, & totidem triumphos præcipue glorię ſuæ, ſeptem ſeruis ſequentibus. [Et puto] Sup. quod potuerat comparare. i. conquirere plures. ſ. ſeruos. quàm ſeptem ſpolijs Carthaginis, & Numantiæ duarum potentiſſimarum vrbium, quas vicit, & ſpoliauit, niſi maluiſſet laudem operum ſuorũ redundare. i. applicari ad ſe, & manubias. i. portionẽ, quæ duci ex præda contingit, redundare ſup. ad patriam. ſ. ſuam, hoc eſt Romam. ſeu Romanum ærarium. [Itaq;]. i. & ita cum faceret iter per ſocios. ſ. Rom. imperij, & gentes exteras. i. nihil ad Romanos pertinentes, non annumerabantur mancipia eius, ſed victoriæ nec æſtimabatur quantum auri, & argenti ferret ſecum, ſed quantum pondus amplitudinis. i. extenſionis honoris, & gloriæ. [Continentia, &c.] Præfatio eſt de continentia totius P. R. nõ vt falſo inſcribitur Pyrrhi. Nã Pyrrhi exemplum inter externa recitãdũ foret, neq; ſequens de Mario, aut Cinna eſt, ſed de P. R. illorum tempore, vnde titulos (vt alibi ſæpe) contexi. Ordo eſt. Vero pro ſed, continentia eſt cognita etiam ſæpenumero vniuerſis animis plebis, ſed erit abunde. i. vſq; ad abundãtiam ſatis retuliſſe. i. recitaſſe ex his duo exempla ſæculorũ diſtantium inter ſe longe. i. quæ contigerunt in plebe Rom. ſæculis multum inter ſe diſtantibus. Nam prius tempore Pyrrhi, poſterius tempore Marij. de priore dicit ſic.

THEO. SCipio Aemil.] Hic ad orbis terrarum componenda regna miſſus à ſenatu, quo cuiq; ſua diſtribueret, haud plures in miniſterio quiq; ſeruis habuit, & vnus ob iter è vita migrauit. Afric. ad ſuos domum ſcripſit vt emerent, & ad eum mancipiũ mitterent, quod in defuncti locum ſuccederet. hæc ex Poſſidonio, Polybioq;, & Atheneo, Ianus, vbi non conueniunt in numero ſeruorum cum Valerio.

DE PYRRHO.

* Liu. lib. 34. Cynea legato.

*PYRRHVS * impetus ſui terrore ſoluto, ac iam Epiroticis armis languentibus, beneuolentiam P. R. mercari, quia virtutem debilitare, nequiuerat, cupiẽs: pene totum regiarum opum apparatum in vrbem noſtrã tranſtulit. Cęterum * cum & magni pretij, & varij generis à legatis eius, tàm virorum, quàm fœminarũ apta vſui munera circa domos ferrentur, nulla cuiquam domo ianua patuit. Tarentinæq; petulantiæ animoſus magis, quàm efficax defenſor, haud ſcio maiore cum gloria huius vrbis, armis, an moribus repulſus ſit.*

* Plut. in uita.

COntinẽtia vero & vniuerſis] De origine Tarẽtini belli nulla eſt inter auctores diſſenſio. nam oẽs bellũ ſuſceptũ eſſe dũt ob direptã claſſem, violatosq; legatos; de euẽtu vero diſſẽtiũt inter ſe Iuſt. & Florus, nã Rom. bis prælio victos affirmat, & ob eam rem miſſã à Carth. auxilia fuiſſe Rom. quę ſenatus cũ gratiarũ actione recuſauit, Carthaginienſibusq; remiſit, deinde Fabr. Luciuũ miſſum à ſenatu legatũ, qui cum Pyrrho rege pacẽ cõponeret, ad quã cõfirmandã, cũ Pyrrhus Cyneã legatũ Rom. cum ingentibus donis miſiſſet, quibus ſenatum corrumperet, vt quibuſuis conditionibus pacem impetraret, neminem inuenit, cuius domus muneribus pateret: mira profecto tãti ſenatus continentia. Luc. vero Florus non duobus prælijs, ſed vno duntaxat, & non hoſtium virtute, ſed nouarũ belluarũ terrore dicit Rom. fuiſſe ſuperatos, quinetiã pugna, vt inquit, tam atrox fuit, vt ferentanæ turmę præfectus inuectus in regem, turbauerit, coegeritq; proiectis inſignib. prælio excedere, in Apulia, deinde melius dimicatũ Cn. Fabricioq; cõſulibus, iã quippe terror belluarũ exoluerat, & C. Minutius quartę legionis haſtatus, vnius proboſcide abſciſſa, mori poſſe belluas oſtẽderat, rurſus in Lucania eodem Marte præſente pugnatũ eſt, nec vero ſolũ armis, & in campis, ſed cõſilijs quoq;, domi, & intra vrbe cũ rege Pyrrho dimicatũ eſt, quippe poſt primã victoriam rex

Romanorum continentia.

callidus intellecta virtute Rom. ſtatim deſperauit armis, ſeq; ad dolos cõuertit, nam interemptos cremauit, captiuos indulgẽter habuit, & ſine precio reſtituit legatos, deinde cũ muneribus miſit in vrbem, vt corrupto ſenatu in amicitiã reciperetur: ſed bello, & pace foris, & domi oẽm i partẽ Romana virtus tũc ſe probauit, nec alia magis q̃ Tarent. victoria oſtendit P.R. fortitudinem ſenatus ſapientiam, ducum magnanimitatẽ, oĩum deniq; continẽtiam. Eodem modo Plut. in vita Pyrrhi duas affert opiniones, & eorũ, qui Rom. bis victos, & eorũ qui ſemel tantummodo ſuperatos fuiſſe dñtur. [Petulãtiæ] Luxuriæ atq; laſciuiæ Tarentinæ. Cato in oratione, quã habuit, pro ornamẽtis mulierum, bello Maced. patrum, inquit noſtrorũ memoria per legatum Cyneam Pyrrhus non virorum modo, ſed etiam mulierum animos donis tentauit, nondum lex oppida ad coercendam luxuriam muliebrem lata erat, tamen nulla accepit.

Ascen. PYRRHVS]. ſ. rex Epirotarũ abs Tarentinis contra R. pugnans terrore impetus ſui ſoluto .i. poſtq̃ ſolutus erat, ac armis Epiroticis iã languentibus atq; a de victoria deſperãtibus, fractis videlicet Epirotarum animis, cupiens mercari .i. mercibus, & donis emere, beneuolentiam P. R. quia nequiuerat debilitate virtutem. ſ. P.R. tranſtulit .i. tranſmiſit pene totum apparatum, opum regiarum in vrbem noſtram, hoc eſt Romam. [Ceterum] .i. ſed cum munera, & magni precii, & varii generis apta tam vſui virorum, quàm fœminarũ ferrentur à legatis eius, circa domos. ſ. ciuium Rom. nulla ianua patuit cuiquam dono (Quod longe aliter Iugur. belli tempore vt Sal. atteſtatur, contigit) quod pro &, haud ſcio .i. dubito, vtrum ſup. Pyrrhus defenſor petulantiæ Tarentinæ .i. Tarentinorum, qui per petulantiam Rom. in ſe arma excitarant, magis animoſus, quã efficax, quia multa auſus nihil effecit, ſit repulſus cum maiore gloria vrbis huius .i. noſtræ, hoc eſt Romanæ armis quam moribus, q.d. non minus glorioſum eſſe continentia tali eius dona reſpuiſſe, quàm armis eius vires contudiſſe.

DE C. MARIO, ET L. CINNA.

Patercul. *IN illa * quoq; procella, quam C. Marius, & L. Cinna Reip. inflixerant: abſtinentia Popu. R. mirifica conſpecta eſt. Nam cum à ſe proſcriptorum penates vulgi manibus diripiendos abieciſſent, inueniri potuit nemo, qui ciuili luctu prædam peteret. Vnus enim quiſque ſe ab his perinde, ac ſacris ædibus abſtinuit. Quæ quidem tam miſericors continentia plebis, tacitum crudelium victorum conuitium fuit.*

Oliv. IN Illa quoque procella] Hæc hiſtoria Marii, & Cinnæ ſupra in cap. de prodigiis annotata eſt, & in aliis locis ſeparatim quoque deſcripta, vbi de alterutro ipſorum dicendũ fuit. Qđ vero ad hũc locũ pertinet illud ſatis erit dixiſſe, quod dum Silla bello Macedonico eſſet occupatus, Marius, & Cinna coniunctis exercitibus ad vrbem properarunt, & primo Hoſtiam, deinde Ianiculum, poſtremo vrbem ipſam cæperũt, & in ciues miſerabili cæde graſſati. inſuper etiam poteſtatem plebi fecerũt diripiendi bona proſcriptorum. nam multos tyrannice proſcripſerant, verũ tanta fuit P.R. modeſtia, vt nulla, quantumlibet magna ſpe lucri adduci potuerit, vt quiſquã ſe tam nefaria præda coinquinaret. Magna igitur fuit plebis Rom. continentia. [Procella] Perturbatione rerum, & eſt pulchra tranſlatio, qua vtitur Cic. vt in illis duntaxat fluctibus cõcionũ, & tribunitiis procellis, nam à perpellendo dicta eſt, eo q̃ omnia percellat .i. peruertat. [A ſe] .ſ. Mario, & Cinna. [Perinde ac] .i. tanquam.

Oliv. IN illa quoq; procella, &c.] Affert ſm exemplum cõtinẽtiæ P.R. temporibus C. Marii, & Lucii Cinnæ, qui voti compotes in ciuili bello cõtra Syllam, inimicorum opes volẽtibus diripiendas propoſuerãt, ſed nõ ſunt inuenti, qui vellẽt. Ordo eſt. Abſtinentia P.R. conſpecta eſt mirifica, quoq; .i. etiã in illa procella .i. vi perturbationũ, qua C. Marius, & Lucius Cinna inflixerant reip. Nam cum ipſi abieciſſent penates .i. deos familiares, & quidquid in eorum cuſtodia erat, hoc eſt omnes facultates proſcriptorum .i. perſcriptum præmium morti, vbicũq; reperirentur addictorum à ſe, diripiendos manibus vulgi .i. vilis populi, nemo potuit inueniri, qui peteret prædam ſup. in luctu ciuili. Enim pro quia, vnuſquiſque abſtinuit ſe ab his penatibus, ædibus proſcriptorum perinde ac .i. non aliter, q̃ ad ædibus ſacris .i. templis deorum. Quæ quidem cõtinentia plebis tam miſericors (quia moti miſericordia in proſcriptos, abſtinuerunt manus ab eorum bonis) fuit conuitium .i. improperiũ tacitũ, quia non voce, ſed facto loquebatur, victorum crudelium. ſ. Marij, & Cinnæ, de quorum victoria ſæpe habitum eſt.

EXTERNA.
DE PERICLE.

*AC, ne * eiuſdem laudis commemorationem externis inuideamus: Pericles Atheníeſium princeps, cum tragœdiarum ſcriptorem Sophoclem in Prætura collegam haberet: ac is, publico officio vna diſtrictus, pueri ingenui prætereuntis formam impenſioribus verbis laudaſſet; intemperantiam eius increpitans, dixit. Prætoris non ſolum manus à pecuniæ lucro, ſed etiam oculos à libidinoſo aſpectu continentes eſſe debere.* * Cic. li. 1. de off. & Plu. in uita. Stobæus ſerm. 15.

Oliv. AC ne eiuſdem laudis cõmemorationem] De hoc viro infra dicetur lib. 5. cap. vlt. vbi de illius animi fortitudine dicendum erit. Lacedæmonii, & Ath. multis ſe inuicem cladib. afflixere, demũ cum poſt nauale prœlium, æquo Marte vtrinq; diſceſſum eſſet, Lacedæmonii ad Meſſeniorum bellum reuocãtur. ſed ne interea ocioſum tẽpus, quo vires repararent Ath. relinquerent, paciſcuntur cũ Thebanis vt Boetiorum imperiũ, quod tempore Perſici belli Ath. occupauerant, his reſtituerẽt, & illi Ath. bella ſuſciperẽt. tantus furor Spartanorũ, vt duobus bellis impliciti, ſuſcipere tertiũ non recuſarent, dummodo inimicis ſuis hoſtes acquirerent, igitur Ath. aduerſus tantam tempeſtatem, belli duos duces diligunt, Periclem ſpectatæ virtutis virum & Sophoclem tragœdiarum ſcriptorem, qui diuerſo exercitu, & Spartanorũ agros vaſtauerunt, & multas Achaiæ ciuitates Athenienſiũ imperio adiecerunt. fuit aũt Pericles princeps Ath. philoſophus inclytus & orator inſignis, atq; Anaxagoræ diſcipulus, rexitq; remp. Ath. lx. an. mira prudentia. cũ igitur collegam hẽc in prætura, vt diximus, Sophoclem poetã, & is publico intentus officio, inſignis pueri formã laudaſſet, intẽperantiã eius increpitans ait decere prætorem manus, & oculos hẽc ab omni libidine prorſus amotos. [Diſtrictus] Detẽtus.

Ascen. AC ne, &c.] Tranſiens ad externa dicit. [Ac ne inuideamus externis] .ſ. populis, aut hoĩbus commemorationem eiuſdem laudis .ſ. ob cõtinentiã, aut abſtinentiã, quæ ſic proprie differunt, q̃ continentia eſt eorũ, quæ intra nos ſunt, ne exeant in opus illicitum, abſtinentia eſt retractio membri ab iis, quæ illicite nobis vſurpemus dico ſup. q̃ Pericles princeps Ath. cum haberet Sophoclem ſcriptorem tragœdiarũ, longè clariſſimũ collegam in prætura, ac is .ſ. Sophocles diſtrictus .i. occupatus, vna .i. pariter cũ Pericle, officio publico .ſ. ad præturam pertinente, laudaſſet verbis impẽſioribus .i. nimis impẽſis, & accuratis formã .i. formoſitatẽ pueri ingenui prætereuntis .i. qui ante oculos eorum forte tunc præteribat, dixit increpitans intemperantiam eius .ſ. Sophoclis, non ſolum manus prætoris dẽre eſſe continentes lucro pecuniæ, ſed etiã oculos ab aſpectu libidinoſo.

DE SOPHOCLE.

*SOPHOCLES * autem ætate iam ſenior, cum ab eo quidam quæreret, an etiamnum rebus venereis vteretur: * Dij meliora inquit. libenter enim iſtinc tanquam ex aliqua furioſa profugi dominatione.* * Cic. in Cat. * d. ευφημ. Plat. πολιτ. α

Oliv. SOPHOCLES aũt] Hic Ath. fuit poeta tragicus, ætate ſua clariſſimus, de quo plures ex noſtris varia, & magnifica ſcripſerunt. Quem Cic. diuinum poetam lib. j. de Diuin. vocauit his verbis adiũgam philoſophis doctiſſimũ hoĩem, poetãq; diuinũ Sophoclem. Virg. quoque in Buc. applaudẽs Auguſto ait, Sola Sophocleo tua carmina digna Cothurno. ab hoc igiẽ cũ quæreretur, rebus ne veneriis tunc ẽt vteretur, (erat .n. ætate iã prouectiori) dii meliora, inquit, libenter .n. iſtinc tanquã ab aliqua furioſa profugi dominatione, q̃ Cic. noſter teſtatur in Catone maiore iiſdẽ ferme verbis. bñ inquit, Sophocles rñdit cũ ex eo quidã iã affecto ætate q̃reret, vteretur ne rebus Veneriis, dii meliora, inquit, libẽter vero iſtinc ſicut à dño agreſti, & furioſo profugi. hanc igitur vocẽ Sophocles quodãmodo deteſtatus eſt ſunt tñ qui dicãt, Socratẽ fuiſſe, q̃ hoc dixit. Dij meliora. ſ. dẽt.

SOphocles autem iam ſenior] .i. prouectior ætate, cum quidam quæreret ab eo, an vteretur etiamnum .i. an tũc adhuc,

vnde

vnde forte legendum ſit, etiam tum rebus Venereis inquit, Dii meliora ſuppedent mihi facienda. Enim pro quia, ego profugi libenter iſtinc tanquam ab aliqua furioſa dominatione.

THEO. Sophoclem] Sophocles ex attica tribu Colono Sophili F. Olympiade 74. natus annis 17. Socratem præceſſit. is in ſcena quædam nouauit, Apis à ſuauitate carminis appellatus. Alter eiuſdẽ nominis Ariſtone patre genitus ſuperioris nepos. it aiebat, λυττῶντα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγὼν ἐλθόντα ἐς γῆρας, furioſum & agreſtem fugere dominum ætate in ſenium vrgente, plura Suidas.

DE XENOCRATE.

* Diog. in vita. * ἡ Φρύνη ἡ Θεσπιακή, inquit Athen. li. 13.

*AEQVE * abſtinentis ſenectæ Xenocratem fuiſſe accepimus, cuius opinionis non parua fides erit narratio, quæ ſequitur. In peruigilio Phryne * nobile Athenarum ſcortum, iuxta eum vino grauem accubuit, pignore cum quibuſdam iuuenibus poſito, an temperantiam eius corrumpere poſſet, quã nec tactu, nec ſermone aſpernatus, quo ad voluerat in ſinu ſuo moratam, propoſiti irritam dimiſit. Factum ſapientia imbuti animi abſtinens: Sed meretriculæ quoq; dictum per quam facetum, deridentibus enim ſe adoleſcentibus, quia tam formoſa, tamq; elegans, poti ſenis animum illecebris pellicere nõ potuiſſet, pactumq; victoriæ precium flagitantibus, De homine ſe cum iis, no de ſtatua pignus poſuiſſe reſpõdit. Poteſt ne Xenocratis continentia à quoquam magis vere, magisq; proprie demonſtrari, quàm ab ipſa meretricula expreſſa eſt? Phryne pulchritudine ſua, nulla ex parte conſtantiſſimam eius continentiam labefecit.* Quid rex Alexander? diuitiis eum quatere potuit? ab illo quoque ſtatuam equidem æque fruſtra tentatam putes: legatos ad eum cum aliquot talentis miſerat, quos in Academiã perductos, ſolito ſibi, id eſt modico apparatu, & admodũ paruulis copiis excepit.* poſtero die interrogantibus, cuinam adnumerari pecuniam vellet? Quid? vos, inquit, heſterna cęna non intellexiſtis, ea me non indigere? Ita Rex Philoſophi amicitiam emere voluit, Philoſophus regi ſuam vendere noluit.*

*Cic. Tuſ. 5. & Plut. de fortuna Alexandri 50. talenta fuiſſe ſcribunt. * Tres minas Atticas tantũ accepit. Diog. in vita 30. ſcri. Cic.

OLIV. AEQVE abſtinentis ſenectæ] Xenocrates Calcedonius fuit Agatoris filius, & à primis ferme annis Platonis auditor erat, teſte Laertio, tardus ingenio adeo, vt cũ illum Plato Ariſtoteli compararet, vt tradit Cic. in lib. de oratore, alterum freno, alterũ calcaribus indigere diceret, alioquin ſeuero ſemper ac ſerio habitu, & ore perdurabat: in Academia dixit, vt plurimum, ſi quñ ad vrbem proficiſcebatur, turba omnis impudicorum eius tranſitum obſeruabat, eius inquietandi gratia. hic tantæ continentiæ fuiſſe traditur, vt Phryne ſuo tẽpore nobile ſcortum depoſito cum quibuſdam iuuenibus pignore in ſuum concubitum allectura, in lectuli partem admiſſa, nullis meretriciis illecebris, nullo libidinis irritamento (cum omnia fruſtra tentaſſet) incredibilem eius continentiam violare potuerit, quæ, cum à iuuenibus victorię precium poſceretur facere rẽdit, ſe cum illis de viro, non de ſtatua certaſſe. Quidam etiam fuerũt à diſcipulis eius Laidem formoſiſſimã merętricem dedita opera intromiſſam, vt illum pertentaret, ſed tantæ dũt fuiſſe continẽtiæ, vt cũm ſe ad libidinẽ incitari perſenſiſſet, pateretur virilia ſecari, & vri. Tanta præterea fides illi data eſt, vt cum in ea vrbe nulli iniuriati teſtimoniũ admitteretur, illi ſoli iuſiurandum Athen. remitterent, ſicut diximus in cap. de maieſtate. Erat adeo frugi, vt cum illi Alex. magnam pecuniæ quantitatẽ miſiſſet, ſublatis tribus millibus nummorum Atticorum ne regia munera ſpernere videretur, reliquum remitteret, dicens, illi pluribus opus eſſe, qui plures enutriret. Ad Philippum olim legatus cum ceteris miſſus, cum alios ſciret donis emollitos, & ſæpe conuiuia celebrare, neutrum ipſe horum fecit, legatis poſtea dicentibus ſecum fruſtra Xenocratem iuiſſe, comperta re ipſum duplici honore honeſtarunt. Succeſſit in Academiã Speuſippo, ſcholamq; tenuit 25. annis, moritur noctu, cum in cartaginem forte offendiſſet, anno ætatis ſuæ 82. [In peruigilio] .i. totius noctis vigilia. [Nobile ſcortum] Famoſa meretrix, nam nobile notum dicimus. Virg. Eſt locus Italię medio ſub montibus altis nobilis. [Vino grauem] Hoc dicit ad exaggerandam eius continẽtiam. nam vinum magnum eſt libidinis irritamentum, & quo magis quis vino, & cibo, incaluerit, tanto facilius ſolet in libidinem ſolui. Vnde Terent. Sine Cerere, & Baccho friget Venus. [Perquam facetum] Valde iocoſum. [Phryne] Magna vis eſt in ipſo noĩe Phryne, quaſi emphaſim facit, quoniam pulcherrima foret. [Labefecit] Debilitauit cõquaſſauit [Quid rex Alexander Talentis] Talentum duplex eſt, Atticum, & Euboicum. rurſus Atticum duplex eſt, magnum. ſ. & paruum. de magno dixit Liu. in 36. ab vrb. cond. magnum talentum Atticum 80. libras habet, & paulo plus, ſed alibi manifeſte monſtrauit talentum magnum 83. libras, & quatuor habere vnciás. quod ſi volumus ad nummos referre Romanos, vt Priſc. ait, ſex millia nummorum Romanorum habet. Talentum vero paruũ libras habet 60. talentum Euboicum minus Attico fuit, ſed non valde, nã teſte Feſto, quatuor millium nummum Romanorũ fuit. [Academiam] Academia ſine aſpiratione ſcribitur. fuit aũt locus nemoroſus ab Athenis mille paſſibus diſtãs, ab Academio quodam heroe ſic cognominatus, in quo villa fuit. deinde Plat. natiuitate nobilis, & cum in eodem loco philoſopharetur, idẽ Plat. ſtudendi vſu, & frequentia diſcipulorum ac mox celebritate inſignis fuit: in eadem Fauorino teſte, Mithridatis Perſarũ rex Platonis ſtatuam cũ his ſcriptis locauit, Mithridates Rhodobati filius Perſis muſis imaginem dicauit Sillamonis opus. [Ea non me indigere] Cic. tñ lib. 5. Tuſcul. quæſtionũ dicit, Xenocrates, cum vidiſſet legatos triſtiores, 30. minas accepit, &c.

Talentum

ASCEN. AEque, &c.] Ordo eſt. Nos accepimus Xenocratem philoſophum Chalcedonium, fuiſſe ſenectæ abſtinentis æque. i. æqualiter, vt Sophocles fuit, cuius opinionis, non parua fides. i. approbatio, erit narratio, quæ ſequitur Phryne (ſunt tamẽ qui Phryne ſcribant) nobile ſcortum. i. famoſa meretrix Athenarũ recubuit peruigilio. i. totius noctis vigilia iuxta eum, videlicet Xenocratem, grauẽ vino, pignore poſito. i. depoſito cum quibuſdam iuuenibus, an. ſ. Phryne poſſet corrũpere temperantiam eius, quam. ſ. meretriculam, Xenocrates nec aſpernatus eſt tactu, quia permiſit ſe ab ea tangi, nec ſermone. i. colloquio, dimiſit moratam. i. poſtquam moram traxerat in ſinu ſuo quoad voluerat. i. ad ſaturitatem vſque irritam propoſiti. i. fruſtratam in propoſito, quia propoſuerat cũ eo, quamquam ſeniore rẽ habere, qđ quia nõ efficit, addit poeta, factum. ſ. Xenocratẽ eſt ſup. factum abſtinens. i. abſtinentiæ animi imbuti ſapientia. Sed dictũ meretriculæ. ſ. Phryne, eſt ſup. quoque. i. etiã, perquam. i. valde facetum. Enim pro quia, adoleſcentibus. ſ. quibus cũ depoſuerat, ſe eum corrupturam, deridentibus ſe. ſ. meretriculã, quia ipſa tã formoſa, & tam elegans. i. eleganti cultu, non potuiſſet pellicere illecebris animũ ſenis poti. i. ebrii, & rñdit flagitantibus. i. expoſcentibus preciũ victoriæ pactũ. i. de quo cõuenerãt paciſcendo, vt victor obtineret, ſe poſuiſſe. i. depoſuiſſe pignus cũ his. ſ. adoleſcẽtibus de homine. non de ſtatua, atque ita innuit Xenocratem ſtatuam eſſe. Vnde auctor. Põt ne continẽtia Xenocratis demonſtrari à quoquam verius, & propius. i. argumẽto ſumpto de re magis propinqua, quia res magis propinqua plus euidens eſt (Sunt tñ qui propius, pro proprius ſcribant à proprie, ſicut apud Iuuen. Egregius cœnat, pro magis egregie, quocirca, quia rara ſunt inuẽtu hmõi comparatiua nominibus in ius finitis, ideo Aldus legit magis vere, magisq; proprie) quã expreſſa eſt ab ipſa meretricula, quæ. ſ. ſtatuã eſſe confeſſa eſt? q. d. nequaquã. Nam Phryne ex nulla parte labefecit pulchritudine ſua conſtantiſſimã abſtinentiam. ſ. ab illicita venere, eius. ſ. Xenocratis. Videtur auctor vocabula confundere, ſed re vera operatio reſpectu diuiſorũ, cõtinentiæ, & abſtinentiæ dici põt. Vnde quia Xenocrates libidinẽ ſuã non expleuit, cõtinens dicendus fuit, & quia pulchritudinẽ meretriculæ non attigit, abſtinẽs fuit, [Quid rex Alex.] ſ. Macedoniũ oĩum potentiſſimus ſup. fecit, aut potuit in eum, an. i. nũquid potuit quatere. i. concutere, & mouere à continẽtiæ, aut abſtinentiæ virtute, eum. ſ. Xenocratem, diuitiis. i. offerendo diuitias? Probatur, quod minime [Nam equidẽ]. i. certe, tu putes. i. quilibet poſſit putare, ſtatuã tentatam ab illo æque. i. nõ magis fruſtra. i. ſine voti cõſecutione, quã ſup. eum tẽtauit. (Apertior eſſet ſentẽtia ſi dixiſſet, ab illo quoq; eũ æque fruſtra tentatũ, ac ſtatuã putes) Rex ſup. miſerat ad eũ, videlicet ad Xenocratem legatos cũ aliquot talẽtis. Quos ſ. legatos perductos in Academiã. ſ. in eã partem Athenarum, vbi Plato inſtituit literarũ gymnaſia, cũ prius deſertus fuiſſet locus, Xenocrates excepit. i. hoſpitio cepit, dicitur autẽ

quis

quis accipi proprie ad menſam, apparatu ſolito ſibi.i.modico, & copijs.i.facultatibus admodum paruulis. Et inquit, die poſtero.i. poſtridie eius diei.ſ. legatis Interrogantibus cuinam vellet pecuniam.ſ.quã dono ab Alex.attulerãt, annumerari, quia ſignata erat,& ita numerabilis,vnde, & nummus dictus, inq̃t. Quid vos ſup.interrogatis, aut paratis facere, non intellexiſtis cęna.i.ex cęna heſterna.ſ.quam illis appoſuerat, me non indigere,ea.ſ.pecunia? Ita.i.& ſic rex.ſ.Alex.voluit emere.ſ. oblata pecunia amicitiã philoſophi.ſ.Xenocratis,& ſup.philoſophus.ſ.iam ſæpe dictus Xenocrates,noluit vendere ſuam.ſ.amicitiã, quia qui dona accipit ſe,aut ſua,quodammodo vendit.

Theo. PEruigilio] Peruigilium Cereris, & liberi nocturna ſacra dicebantur.hic intellige de Bacchanali,de cuius licẽtia Liu. in bel.Maced.de Cerealibus eſſet abſurdum, quippe quæ ſuccu bitu celebrari ſolebant, vt indicat Ouid.in amoribus,& in Metamor. [Nobile ſcortum] Phryne tantas opes ex turpi quæſtu congeſſit,vt inſtauraturã ſe Thebarũ mœnia ſuo ære pollicere tur,dummodo titulum ſic inſeriberent. Alex.vrbem, deleuit. Phryne Meretrix inſtaurauit hiſt.refert Caliſtratus in eo quem ſcripſit de ſcortis, & Ianus in tributum repetijt,explicato Propertij carmine, qđ alij nõ intelligebant. Hæc quæ dele.as potuit componere Thebas,Phyrne tam multis facta beata viris.

DE DIOGENE.

ALEXANDER * *vero cognomen inuicti aſſecutus,continentiam Diogenis Cynici vincere non potuit:ad quem,cum in ſole ſedentem acceſſiſſet, hortaretur q́; vt ſi qua ſibi præſtari vellet, indicaret: quemadmodum erat in crepidine collocatus, ſordidæ appellationis,ſed robuſtæ vir præſtantiæ: Mox inquit,de cæteris,interim velim à Sole mihi non obſtes quibus verbis illa nimirum inhæſit ſententia, Alexander,* * *Diogenem gradu ſuo diuitijs pellere tantat,celerius Darium armis.Idẽ Syracuſis,cum olera ei lau:ti Ariſtippus dixiſſet,ſi Dionyſio adulari velles,iſta non eſſes.Immo inquit,ſi tu iſta eſſe velles,Dionyſio non adulareris.*

* Cic. Tuſcul.5. Plut. de exilio. ἀπὸ κοπρίας, inq̃t κυνικός.

* Diog.in Ariſtip.in verſo tñ verborum ordine.

Oliv. ALEXANDER vero cognomen] De continẽtia Diogenis Cynici dicit,quã Alex.vincere non potuit, Hic Sinopeius fuit,Iteſij Menſarij filius, quẽ fugiſſe dicũt, cum pater publice menſam haberet, ac falſo pecuniam ſignaret. Eubolides vero dicit non patrem,ſed ipſum monetæ falſam ſignationem feciſſe, alij putant eum ſponte patriam reliquiſſe; hic veniens Athenas Autiſthenem comperit,à quo, cum reſpueretur in diſciplina,(nam ſtatuerat neminem recipere) perſeuerantia illum vicit,pallium primum habuit duplex vt quidam tradũt, & peram,in qua cibos ferebat omniq́; vtebatur loco ad omnia & prandẽs,& dormiẽs & loquẽs, cum ſcripſiſſet cuidam,vt ſibi cellam pararet,faciẽte id illo tardius,dolium pro domo habuit æſtate in feruida harena ſe voluebat,hyeme coopertas niue ſtatuas amplectabatur, parans ſe his modis ad laborum tolerantiam.idem cum vidiſſet puerum concaua manu bibentẽ, abiecit vile vas, ꝙ habebat dicens, puer me vtilitate ſuperauit,& hominem natura abunde omnia ſubminiſtrauit,idem cum alium vidiſſet puerum,pertracto vaſe,pane concauo lẽticulam ſuſcipientem,abiecit catinum dicens,omnia eſſe deorũ, & ſapiẽtes deorum amicos eſſe: fuerat illi teſte Laertio ſuauiſſimus ſermo,atque in deſpiciendis alijs promptus. Nam ſcholam Euclidis dicebat eſſe bilem:Plat.auditorum cõſumptionẽ;Dionyſia certamina,megna miracula ſtultorum:oratores eſſe turbæ miniſtros;Grammaticos admirari ſe dicebat,qui cum Vlyxis mala requirerent,ſua ignorarent; Muſicos mordebat,ꝙ cum lyræ chordas aptarent,animi inconcinnos mores haberent; Mathematicos carpebat,ꝙ Solem,Lunam,& ſidera intuerentur, quæ vero erant ante pedes nõ curarent; Oratores itidẽ,ꝙ ſtuderẽt iuſta dicere,non aũt facere,aliaq́; quamplura,quæ eſſet longũ referre. Huic ad ſolem ſedenti cum diceret,Alex.pete quid vis, ait, noli mihi vmbram facere, & famã fuit, referente Laertio Alex.dixiſſe,ſe velle eſſe Diog.niſi eſſet Alex.hic deinde cũ in Æginã nauigaret à Pyratis cõprehenſus, quorũ princeps fuit Crepalus,& Cretã deductus eſt,vt vẽderet,cũ aũt interrogaret qd ſciret agere,dixit ſe ſcire viris imperare, atq́; ad præconẽ ait,prædica quis nam dominũ ſibi velit emere,ſedere prohibẽti inquit,nihil refert,nã piſces quocunq́; iaceant, emuntur,& cum videret Corinthium quendam præclara effigie,& habitu ingenuo Xenidem nomine,inquit,huic me vende,quia domino indiget,cum digito denotans,quo Xenides,audito,& inſpecto viro,libentiſſime emit, & Corinthum adductum filijs ſuis præceptorem dedit,& cum præfecit domui.ille aũt Xenidi dicebat,cum ſibi parere oportere, quamuis eſſet ſeruus,& medico, & gubernatori quamuis ſerui ſæpius pareatur. cuius clariſſima præcepta ita comprobauit Xenides, vt ſæpe diceret, bonus dæmon domũ meã intrauit, at ipſius Xenidis filios (teſte Eubolo)poſt reliquas diſciplinas docuit equitare, arcus intẽdere,fundas rotare,atque iaculari,in paleſtra cũ eis ſe exercebat,gratia tñ roboris comparandi,& bonæ valetudinis:tenebant pueri multa ex poetis, & alijs, tñ ea ipſo memoriter oẽm illis Diog.rationem doctrinæ,vt facile memoriæ tenerent, breuiter collectam inſinuabat·deinde eos miniſtrare docebat, leui contentos cibo,ac vili, & aqua, illos ad cutem tonderi faciebat,deducebatq́; incompoſitos, ad venationem aliq̃ñ exercebat,& cum teſte Cleomene, neceſſarij illum redimere voluiſſent,ſeruos appellauit,dicens leones nutrientium nõ eſſe ſeruos, ſed illos magis leonum; Senuit apud Xenidem, vt Eubolus retulit,obijtq́; an.90.& a filijs Xenide ſepultus fuit.de illius morte variæ ſunt inię,illa tñ probabilior, ꝙ deſiderio migrandi ẽ vita cõtinẽdo ſpiritum vitã exhalaſſet. [Cognomen inuicti] Alex.inuictus dictus eſt, ꝙ à nullo vinci potuerit,ſed oẽs ipſe vinceret,& tñ Diogenis continentiã vincere nõ potuit.[Cynici]Eſt cognomen quorundam philoſophorum à canibus acceptum.nam κύων græce, latine canẽ ſignificat, ꝙ ſicut canes natura mordaces ſunt,ſic eiuſmodi philoſophi inſectandis hominum vitiis mordaces eſſe videantur.interrogatus Diog.quare canis diceretur, reſpondit,quia in eos,qui dant, blandior,in eos,qui non dant,latro,malos vero mordeo. quin etiam fuerũt in ſepulchro eius erectam fuiſſe columnam,ſuper qua canem ẽ pario lapide ſculpſere. [In crepidine] Crepido prærupti ſaxi altitudo,in qua in aprico loco ad ſolem Diogenes cõſederat. [Sordidæ] Quia Cynicus.i.Caninus philoſophus diceretur. [Quibus verbis] ſicut Plut.refert in vita Alex.diſcedẽs Alex.ait, niſi Alex.eſſem,vellem eſſe Diog.[Idem Syracuſis] Ariſtippus in Dion.tyrãni aula. [Olera] Herbas domeſticas. Olus.n.dicitur quidquid in hortis naſcitur præter arbores.[Adulari.] Vt Priſc. tradit multa verba idem ſignificantia in vtraq́; voce inueniũtur,vt populo populas,& populor popularis, & reuerto, tis,reuertor, teris, ſic adulo, las, adulor,ris,& tam cum accuſatiuo, quàm cum datiuo coniungitur.[Eſſe] Pro edere. Ascen.

ALexander vero].ſ.iam dictus rex Maced.aſſecutus.ſ.virtute,& ſelicitate bellica,cognomen.i. agnomen inuicti nõ tam ꝙ à nullo victus, quam ꝙ inuincibilis videbatur,non potuit vincere continentiam. ſ. quæ ſe intra limites paupertatis continuit, Diogenis.ſ.philoſophi.[Cynici].i.de ſecta Cynicorum ſic dictorum ſecundum Laertium ꝙ Canino more viuebat,nã & rabide in vitia oblatrabant, & cenſentes nullũ naturala turpe,in propatulo coibant,ad quem.ſ.Diog.ſedentẽ in ſole,& ita apricante,cum.ſ.Alex.acceſſiſſet, & hortaretur.ſupp. eum,vt indicaret,ſi qua.i.aliqua vellet præſtari.i. exhiberi ſtatim ſibi.Ipſe quemadmodum erat collocatus in crepidine.i p̃rupta ſaxi altitudine iuxta viam,in qua mendici ſedere ſolent, vnde Iuuen. Nulla crepidine vacat? &c.ſunt tñ,q in dolio verſatili inuentum dicant iactitantem ſe eã habere manſionem, quæ totos dies ſolem haberet incubentem. Vir appellationis ſordidæ,quia Cynicæ,hoc eſt Caninæ,ſed robuſtæ præſtantiæ.i.fortitudinis animi, inquit.i.reſpondit Alex. de ceteris ſup.indicabo tibi mox.i.ſtatim,interim.i. interea.ſ.dum cogitat,qd indicaret,velim non obſtes mihi à ſole.i.præripiendo mihi ſolem,q.d.mihi à te peto,niſi vt nõ auferas ſolem,quem dare nõ potes.[Quibus verbis illa].ſ.diuulgata ſententia.ſ.omniũ mortalium,inhæſit.ſ.animis eorum,nimirum.i.haud dubie,Alex. tentat pellere diuitiis.i.per diuitias, Diogenẽ.ſ.philoſophum, gradu ſuo.ſ.conceptæ paupertatis,& libertatis nulli obnoxiæ, celerius ſup.pellet gradu ſuo Darium regem Perſarum potentiſſimum armis.ſ.ſuis Plut.addidit Alex. à ſuis reprehẽſum,ꝙ cum mordaci illo homine ſe contemnenti loqueretur, ſuis rẽpõdiſſe. Nõ contemptibilis hic contemptor eſt, ꝙ ſi Alex.non eſſem,Diogenes eſſe vellem.[Idem].ſ.Diogenes, cum Ariſtippus Philoſophus in aula Dionyſij tyranni diuerſans dixiſſet ei.ſ.Diogeni,lauanti olera.i herbas quibus veſceret.Si (o Diogenes) velles adulare.ſ.inſeruire aſſẽtãdo Dionyſio.ſ.tirãno, ut regi,tu nõ eſſes.i.comederes,aut mãducares iſta(ab edo cs) iſta.i.

iſta.i.vilia olera, inquit.ſ.reſpõdẽdo,imo,q.d.quod potius ſit, ſi tuo Ariſtippe velles eſſe. i. manducare iſta. ſ. quæ contemnis olera,non adulareris Dion.i.tyranno.

THEO. A Sole mihi non obſtes] Extat epiſtola Diogenis ab eo vel à Luciano, vel ab alio certe ſub eius perſona ſcripta ad Phenouauum, quam in latinum verſam ſubieci. Sedebam in theatro,& libellos glutino reſarciebam, venit Alex. Philippi. f.& ad me eatenus acceſſit,vt à ſole obſtaret;ego cum Papyri ſciſſuras viſu non aſſequerer,oculos ſuſtuli,præſentemq; agnoui. Tum ille compreſſa dextera me nomine appellauit, ad quẽ ego vere inquã inuictus es adoleſcens, cum parem Diis habeas poteſtatem,ecce quod aiunt obiectu lunæ ſolem laborare,tuo aductu ipſe effeciſti. Tũc Alexãder,irrides inquit ô Diogenes. Quid iocer inquam,nonne vides inceptum opus à me,tua cauſa intermiſſum,cum non clarius interdiu quàm noctu cernam?

DE PAVPERTATE. CAP. IIII.

DE CORNELIA.

MAXIMA ornamenta eſſe matronis liberos,apud Pompeium Rufum Collectorum libro ſic inuenimus. Cornelia Gracchorũ mater,cum Campana matrona apud illã hoſpita,ornamenta ſua pulcherrima ſeculi illius ei oſtenderet; traxit eam ſermone, quouſque è ſchola redirent liberi: & hæc, inquit, ornamenta mea ſunt. Omnia nimirum habet, qui nihil concupiſcit, * *eo quidem certius,quàm qui cũcta poſſidet: quia dominium rerum collabi ſolet, bonæ mentis vſurpatio nullum triſtioris Fortunæ recipit incurſum. Itaque quorſum attinet,aut diuitias in prima felicitatis parte,aut paupertatẽ in vltimo miſeriarum ſtatu ponere? cũ & illarũ frons hilaris multis intus amaritudinibus ſit referta, & huius horridior aſpectus,ſolidis, & certis bonis abundet, quod melius perſonis, quàm verbis repræſentabitur.*

*Sic Lacæna quadã Sto. ſerm. 72.

OLIV. MAXIMA ornamenta eſſe matronis] In hoc cap.paupertatis laudes celebrantur,commemoratis clariſſimorum virorum exemplis, qui in paupertate cum ſumma dignitate, & gloria vixerunt. oſtendit autem hæc in honore apud Romanos diu habitam fuiſſe, quod etiam Liu. teſtatur in præfatione.i.lib.dec.ab vrb.cond. quod exemplum ſupra à nobis eſt ſæpe relatum,probat autem hoc Valer. cũ multis aliis, cum Corneliæ Gracchorum matris exemplo, ad quam cum Campana quædã matrona Romam profecta diuertiſſet, eiq; ſimul,& precioſa ad matronarum vſum ornamenta cum ambitione quadã oſtendiſſet,illam Cornelia de induſtria tãdiu traxit in ſermone,quoad filii à ſchola redirent,quos oſtendens,& hæc,inquit,ſunt ornamenta mea;dignum profecto tanta muliere reſponſum,quæ vere generoſa,ingenere, & prole, ſuam rerum magnificentiam, ornamentaq; muliebria,non in gemmis,& margaritis,non in auro,& argento tanquam luxuriæ fomentis collocauit. Cornelia hæc non minus ob virtutem filiorum,quàm ob memoriam Africani patris,à P.R.colebatur,cui cum ſtatua decerneretur, inſcriptum eſt,Corn.Grac.matr. multa de hac muliere ſcripta ſunt in vita Grac.[Matronis]Secundũ iuriſconſultos matronæ,& mater familias,ſed matrona diues, q̃ non conuenit in manus viri.mater familias mediocris,quæ in manus viri conuenit. vnam mater familias ẽm quoſdam eſt, quæ in familia viri per quandam viris ſolẽnitatem tranſiuit, at vero matrona, quæ nupſit,dicta quaſi mater nati, vel quia iam mater fieri põt, eo quod in matrimonium venerit. [Collectorum] In quo multa virorum & mulierum exempla collegerat. Corn. T. Grac.uxor & ſuperioris Afric.filia,mater,T.& C. Grac. Traxit etiam] tãdiu produxit in longum quadã orationis ſerie. [Omnia nimirum] Laudat frugalitatem eius ætatis.[Qui nil concupiſcit] Qui ſuo contentus eſt,quia (vt ſupra diximus) non arca,ſed hominis animus,diues eſt, qui nihil ſibi deeſſe putet , nihil curet amplius, nihil appetat,nihil requirat.[Dominium rerum] Diuitiarum,& formæ gloria fluxa,& fragilis,ſola virtus clara, æternaq; habetur,quæ nec eripi,nec ſurripi põt,nec naufragio, nec incendio amittitur, nec vi tempeſtatum, nec temporum perturbatione mutatur,qua qui præditi ſunt,ſoli ſunt diuites, ſoli poſſident res fructuoſas,& ſempiternas,ſoliq; (q̃ proprium eſt diuitiarum) contenti ſunt rebus ſuis.[Vſurpatio] Conſuetudo,& in bona parte accipitur,qui bene viuere cõſueuit.non timet res aduerſas,impetumq; fortunæ,nihil.n.moleſte ferendum eſt,quod noſtra culpa non eſt contractum. [Itaq. quorſum] Si diuitiæ ſunt in felicitate ponendæ,qui diuitias habent,felices ſint neceſſe eſt,ſed videmus diuites multos extrema plerunque miſeria affici,nõ igitur diuitiæ felices ſunt.contra vero ſi paupertas miſera foret,& pauperes oẽs miſeri,ſed videmus pauperes multos eſſe felices, quippe nulla fortunæ violentia premuntur,non igitur paupertas infelix.[Multis intus amaritudinibus] Nam vt inquit Cice. de diuite, te miſeriæ, & ærumnæ premunt,qui te beatum diuitiis,qui te florentem putas,tuæ te libidines torquent,tu dies noctesq; cruciaris, cui nec ſatis eſt,quod eſt, & id ipſum quod habes,ne diuturnũ futurũ ſit times,te cõſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorum, te metus examinat iudiciorum,& legum quocũque aſpexeris,vt furiæ,ſic tuæ tibi occurrunt iniuriæ, quæ ſuſpirare non ſinunt.

ASCEN. MAxima ornamenta,&c.]Locuturus de paupertate,pauciſſimis paraſceuem facit dicens: Nos inuenimus apud Romã,Rufum ſup.in li.collectorum.i.eorum , quæ ex variis hiſt. collegit , ſicut Val.hoc opus,liberos,& legitimam prolem eſſe matronis maxima ornamenta,ſic.i.per ſequentis hiſtoriæ,& dicti narrationem. Cornelia mater, Grac.ſ. Tiberii & Caii, cum matrona campana,i.illius regionis Italiæ,Luxu & diuitiis ſemper abundare ſolitæ,hoſpita.i. hoſpitio ſuſcepta apud illam ſi. Corn.oſtenderet ornamenta ſua pulcherrima ſeculi illius, quæ poſtea multo maior fuit etiam Romæ opulentia, traxit.i.protraxit, & tenuit eam.ſ.hoſpitã ſui,ſermone.i.colloquio, quouſque liberi.i.filii eius redirent è ſchola.ſ. literaria,& inquit,illis oſtentis,& hæc ſunt ornamenta mea.(Q.d. Tu quidẽ oſtentas mihi ornamenta tua,quæ ex te non ſunt, & ita ſicut tibi acceſſere,ita facile auferri poterũt,ego vero licet hactenus tacui nõ careo ornamẽtis ex me genitis,quo noĩe Diua Virgo ſi uceret gloriari poſſet) de quo dicto dicit Val.[Nimirum].i.profecto,is omnia habet qui nihil concupiſcit.(ſicut Cornelia, quæ non alieno petiit ornatum) quidẽ.i.certe,certius.ſ.omnia poſſidet,qui nihil concupiſcit q̃ qui poſſidet cuncta, eo.i. ppterea, quia dominium rerum ſolet collabi.i.in ruinam tendere,vſurpatio.i.per vſum continuum aſſuefactio bonæ mentis.i.animæ, aut voluntatis,nullum.i.non vllum non recipit.i. nõ admittit vllum incurſum fortunæ triſtioris.i.aduerſæ fortunæ. [Itaque quorſum].i.in quam partem verſus attinet ponere. i. conſtituere aut diuitias in prima parte felicitatis,aut paupertatẽ in vltimo ſtatu miſerarum (cum & frõs illarum.ſ.diuitiarũ.i.aſpectus exterior,hilaris.i.lætus ſit referta intus multis amaritudinibus,quia diuitiæ cum labore pariuntur,cum anxietate cuſtodiuntur,& cum mœrore amittuntur, aut dimittuntur,multisq; perniciẽ peperere, Et aſpectus huius. ſ.paupertatis,horridior.i. incultior,& aſperior abũdet bonis ſolidis.i.integris,& certis i. non amiſſibilibus (quia diuitiis multi,paupertati inſidiatur nemo,niſi forte humani generis hoſtis,aut pietas indiſcreta,quæ ſæpe dum ex paupere præferri religioſo diuitẽ facit, ex bono & perſæpe malum facit. Paupertatis aũt bona illis præſertim ſeculis adhuc paucis erant nota . Vnde Lucan. de ea.Et munera nondum intellecta deum,&c.quod.i.quæ res.ſ. paupertatẽ certis abundare bonis repræſentabitur .ſ. oculis memoriæ hominum,melius perſonis,quam verbis.

DE VALERIO PVBLICOLA.

REGIO * *imperio propter nimiam Tarquinii ſuperbiam finito,conſulatus initium Valerius Publicola cum Iunio Bruto auſpicatus eſt. Idemq; poſtea tres conſulatus acceptiſſimos P.R.geſſit,& plurimorum,ac maximorum operum prætextu,titulum imaginum ſuarum amplificauit:cum interim faſtorum illud columen, patrimonio ne ad exequiarum quidem impenſam ſufficiente deceſſit,ideoq; publica pecunia ductæ ſunt: non attinet vlteriore diſputatione tanti viri paupertatem ſcrutari. Abunde enim patet,quid viuus poſſederit,cui mortuo lectus funebris,& rogus defuit.*

*Liu.li.2.

OLIV. REGIS imperio propter] Hunc poſt reges exactos eum iunio Bruto primum conſulem in vrbe Roma fuiſſe diximus in cap. de moderatione, quamuis igitur ceteris de dignitate præſtaret, vt Primus crearetur conſul, Et ipſi Faſtorum libri, In quibus magiſtratus, & omnia geſta fuerant deſcripta initiũ habuerunt, tñ eo vſque pauper vixit, vt mortuo funeris ſumptus defuerit, ideoq; publica pecunia ductæ ſunt. [Superbia] Qua in patres, aliosq; ciues, in Lucretiam per filium vſus fuerat. [Aoſpicatus eſt] Auſpicio cõſecutus, quia nihil apud maiores publice, neque priuatim niſi prius captatis aoſpiciis gerebatur. [Accepti ſſimos] Quia cum ſumma virtute geſſit. [Faſtorũ columen] Quaſi ornamentum, eo quod primus ipſe conſul fuerit, in cuius conſulatu faſti ſunt ſcripti. i. magiſtratus annui: ſunt enim Faſti libri, in quibus Rom. omnes magiſtratus, & annua geſta deſcribebant. [Lectus funebris] Quo effertur cadauer ad ſepulchrum, Liu. ita refert: P. Valerius omnium conſenſu princeps belli, paciſq; artibus anno poſt, Agrippa Menenio P. Poſthumio conſulibus moritur, gloria ingenti, copiis familiaribus adeo exiguis, vt funeri ſumptus deeſſet, de publico eſt elatus, luxerunt matronæ. &c.

Faſtorum libri vnde initiũ habuerunt.

ASCEN. REgio, &c.] Ordo eſt. Val. Publicola auſpicatus eſt. i. auſpicato, & prouide, ac feliciter introduxit, cum Iunio Bruto initium conſulatus, & hoc imperio regio finito. i. terminato, & in nihilum redacto propter nimiã ſuperbiam Tarquinii. ſ. ſuperbi, & idem. ſ. Publicola geſſit poſtea tres conſulatus acceptiſſimos; quia vtiliſſimos reip. & amplificauit titulum imaginum ſuarum. i. quæ aut in ſtemmate, aut in ſtatuis, aut in picturis ipſi deinde ponendæ erant, prætexta. ſ. in ſculptione, aut ratione plurimorum, & maximorum operum. ſ. à ſe editorum, cũ interim. ſ. dũ talia faceret, illud columen. i. præcipuum, & ſummum decus Faſtorum, quia in Faſtis, vbi nomina conſulum, & quæ ſub eis geſta erãt ſcribebantur, primum locum obtinebat, deceſſit. ſ. ab hac vita, patrimonio. i. omni ſubſtãtia (nam ſi patrimonium acceperis, pro eo, quod à patre acceperit, poſſit diciſſimum effecto minimũ eſſe, nõ. n. patrimoniũ ſed peculiũ, aut quis aliam poſſeſſioné lucro acceſſorio augemus) ne quidé. i. non ſaltem ſufficienti ad Impenſam. i. ſumptum exequiarum i explendi officii funebris, ideoq; exequiæ, ſup. ductæ ſunt pecunia publica. [Non attinet]. i. nihil facit ad rem, ſcrutari paupertatem tanti viri diſputatione vlteriore. [Patet enim abunde, Quid ipſe viuus poſſederit, cui mortuo lectus funebris, quo effertur cadauer, & rogus. i. pyra extructa ad comburendum cadauer, defuit ſ. quantum ad propriam facultatem, licet quantum ad publicam non defuerit.

DE MENENIO AGRIPPA.

*Lit. li. 2. *QVANTAE * amplitudinis M. Menenium Agrippam fuiſſe arbitremur, quẽ Senatus, & plebs pacis inter ſe faciendæ auctorem elegit? quanta ſcilicet eſſe debuit arbiter publicæ ſalutis. Hic niſi à pepulo collatis in capita Sextantibus funeratus eſſet, ita pecuniæ inops deceſſit, vt ſepulturæ honore caruiſſet. Verũ iccirco pernicioſa ſeditione diuidua ciuitas, manibus Agrippæ in vnum contrahi voluit: quia eas pauperes quidem, ſed ſanctas animaduerterat: cuius vt ſuperſtitis nullũ fuit, quod in cenſum deferretur, ita extincti hodieq; ampliſſimũ eſt patrimonium, Romana Concordia.*

OLIV. QVANTAE amplitudinis M. Menenium] Plebs propter nexus ob æs alienum in ſacrum montem ſeceſſerat. Nã magno natu quidam nexus dies in ergaſtulo à fœneratoribus habitus, cum maiorum ſuorum inſignibus in forũ ſe proripuerat, cuius veſtis erat ſquallore obſita, fœdior corporis habitus pallore, ac macie perenni, ad hoc prolixa barba, & capilli efferauerant ſpeciem oris, noſcitabatur tñ io tantam deformitatem, & ordines ſe duxiſſe aiebat, aliaq; militiæ decora vulgo iactabat, ſciſcitantibus vnde ille habitus, vnde deformitas eſſet, cum propter longam militiam, temporumq; calamitaté, & tributa imperata, æs grande conſeciſſet, ductum ſe à creditore non in ſeruitium, ſed in Ergaſtulum, & carnificinam dicebat, deinde oſtentare tergum fœdum recentibus veſtigiis verberũ, inde orta ſeditione grauiſſima plebs à patribus in ſacrũ montem ſeceſſit, ad quam reconciliandã miſſus eſt hic M. Menenius Agrippa, vir facundus, plebiq; gratus, quod inde oriundus eſſet. qui fabula Aeſopi duras hominum mentes flexiſſe, & plebem patribus reconciliaſſe dicitur. hic ergo Agrippa ſeditionis inteſtinæ gratiſſimus diſceptator, & domeſticæ pacis inter plebem & patres digniſſimus auctor, in ea paupertate vixit, vt funeris honos ei fuerit defuturus, niſi populus itidem vt Val. collatis in capita ſextantibus honorem ſepulturæ cumulatiſſime reddidiſſet. Neque. n. põt dignitatibus obſtare paupertas, quinimo felix, & honoratus erit ſemper virtute præditus pauper. vt Valer. & Menenius, vt alii complures fuiſſe cognoſcuntur. [Honore] ſupple quia vt diximus, Menenius in tãta paupertate deceſſit, vt eum P. R. collatis quadrantibus, vel (vt alii dicũt) in capita ſextantibus ſepeliret, & ei ſepul. locum publice daret: Dionys. Agrippa Menenius inquit, cum ſumma patrum, & plebis æmulatione ſepultus, plebe collatis inter ſe ſextantibus da ſuo efferẽte, ſenatu deprõpta ex ærario pecunia publice funerandũ cenſente; q̃ plebs offerentibus vltro quæſtoribus accipere non eſt dignata, ſed eam Agrippæ filiis eorum miſerans inopiã largita eſt. [Sextantibus] Sextantem, ſexta pars aſſis. i. libræ.

Felix pauper

ASCEN. QVantæ amplitudinis arbitremur]. i. arbitrari debeamus. Marcum Menenium Agrippam, q. d. maxime, vt pote quem ſenatus, & plebs. ſ. Rom. elegit auctoré pacis. i. concordiæ faciendæ inter ſe. Scilicet quantæ amplitudinis debuit eſſe arbiter. i. arbitrarius interpres, & cõciliator publicæ ſalutis, quia concordia res paruæ creſcunt, & magnæ conſeruantur. hic. i. huiuſmodi vir, aut hic Menenius cum eſſet talis; ita inops pecuniæ deceſſit, vt niſi funeratus eſſet ſextantibus. i. duabus vnciis æris collatis à populo in capita. ſ. ſingula, caruiſſet honore ſepulturæ. [Ciuitas]. ſ. Romana diuidua. i. diuiſa ſeditione pernicioſa. i. reip voluit contrahi in vnum. i. ad concordiam reduci manibus Agrippæ. ſ. Menenii, iccirco quia animaduertat eas. ſ. manus eius pauperes quidé, ſed ſanctas. i. impolutas rapinis. Cuius. ſ. Agrippæ, vt nullũ patrimonium fuit ſuperſtitis. i. dum viueret, quod deferretur in cenſum. ſ. quod ſcriberetur dum cẽſus fieret, ita extincti. i. mortui eſt patrimonium, quod eſt hodie ampliſſimum concordia Romana. i. quidquid per concordiam Romanam, quam ille conciliauit, partum eſt, illius conſeri poteſt patrimonium ob gloriam, quæ illi ex ea debetur.

DE C. FABRICIO, ET Q. AEMILIO.

*IN C. vero * Fabricii. & Q. Aemilii Pappi principum ſeculi ſui domibus, argentum fuiſſe confitear oportet. vterque enim patellam deorum, & ſalinum habuit. Sed eo lautius Fabricius, quòd patellam ſuam Corneo pediculo ſuſtineri voluit. Pappus quoque ſatis animoſe, qui, cum hæreditatis nomine ea accepiſſet, religionis cauſa ab alienanda non putauit. * Illi etiam prædiuites, qui ab aratro acceſſebantur, vt Cos. fierent, voluptatis cauſa ſterile, atq; æſtuoſiſſimum Pupiniæ ſolum verſabant, delitiarumq; ignari; vaſtiſſimas glebas plurimo cum ſudore diſſipabant: * immo vero quos pericula reipub. imperatores acceſſebant; anguſtiæ rei familiaris (quid ceſſo proprium nomen veritati reddere?) bubulcos fieri cogebant.*

*Pli. li. 33. ca. 12. hos bis Cos. & ſemel Cen. ſimul fuiſſe ſcribit Cic. in Lælio.

* Pupioia tribus ab agro Pupinio, igitur Sex. Pop.

*Hinc Iunius Brutus Bubulcus. Pli. li. 18. c. 3.

OLIV. IN C. vero Fabricii, & Q. Aemilii] De paupertate Fabricii & Aemilii Pappi loquitur, qui cum eſſent ſuo tempore auctoritate præſtantes, & rerum geſtarum gloria illuſtres, eos tñ admodum pauperes fuiſſe conſtat, in quorum domibus aurum fuiſſe dicit, non ad ſuum, ſed ad deorum vſum in quare iocab Val. Plin. in fine 33. lib. nat. hiſt. videret inquit, hæc Fabr. & ſtratas argento mulierum balneas, ita vt veſtigio locus non cum viris lauantium. [Fabricius] Inquam, qui bellicoſos imperatores pluſquam pateram, & ſalinum ex argento habere vetabat. [Patellam] Paruam patinam. eſt diminutiuũ à patina. Sed eo lautius loquitur, vt dixi Val. [Pediculo] Paruo pede, diminutiuum à pede. Illi etiam. ſ. qui ſequuntur, vt Attilius q ab agris accitus ad conſulatũ venit, vt Q. Cincinnatus, de quo Liu. Operæprecium eſt audire qui omnia præ diuitiis humana ſpernũt, neque honori magno locum neque virtuti putant eſſe, niſi effuſe affluant opes, ſpes vnica imperii P. R. Lucius Q. Cincinnatus trans Tyberim contra eum ipſum locum, vbi nũc naualia ſunt, quatuor iugerum colebat agrum, quæ prata Quintia vocantur, ibi à legatis ſeu foſſam fodiens palo innixus, ſeu cum araret,

araret, operi certe (id q̃ conſtat) ruſtico intentus, ſalute data inuicemq; reddita rogatus vt (q̃ bene verteret ipſi reiq; publicæ) mandata ſenatus audiret, admiratus; rogitãſq; ſatis ne ſalua eſſent omnia, togam repente e tugurio proferre vxorẽ Rutiliam iubet, qua ſimul abſterſo puluere, ac ſudore velatus proceſſit, Dictatorem eum legati gratulantes conſalutant, in vrbẽ Vocant, qui terror ſit in exercitu exponunt, &c. [Prædiuites] Quantum ad magnitudinem animi. [Pupiniæ] Locus autem procul ab vrbe, vnde tribus pupia dicta eſt, erat autẽ locus maxime ſterilis, ſicut infra oſtendit. [Vaſtiſſimas] Ingentes, quia ſolum dixerat.

Pupinia tribus.

ASCEN. IN Caij, &c.] Ordo eſt. Vero.i. ſed, oportet, ſup. vt confitear argẽtum fuiſſe in domibus Caij Fabricij, & Q. Aemilij Pappi principum ſæculi ſui. Enim pro quia, vterque habuit patellam (diminutiuum à patina) .i. vas patens, in quo mola.i. farina cũ ſale offerebatur, & ſalinum.i. vaſculum, in quo ſal erat, quo mola fiebat, ea etiam vaſcula paupertimis ſpiritu argẽtea erãt, vt erubeſcant noſtri, qui in neſcio cuius materiæ calice ſanguinem dominicum libare non verentur. [Sed eo lautius] .i. ſplendidius & quaſi delicatius Fabr. ſup. patellam argenteam deorũ habebat, q̃ voluit patellam ſuã ſuſtineri pediculo corneo.i. fulcro, ſeu ſuſteutaculo facto in modum pedum ex cornu, hoc autem ſatyrico prope riſu dicit, non.n. ad luxum pertinet argenteo vaſi corneos dare pedes. [Pappus quoque ſatis animoſe] Sup. egit, qui cum accepiſſet eam.ſ. patellam & ſalinum nomine hæreditatis, non putauit ſup. ea alienanda cauſa religionis, quia putauit contra religionem ſe facturũ, ſi quæ ad vſum deorum maiores applicuiſſent, ipſe ſine ſua impẽſa ea aſſecutus ad priuatum vſum eorũ precia diſtraxiſſet. [Illi, &c.] Paraſceue.i. præparatio eſt ad narrationem eorum, qui ab aratro ad imperium ſummum vocati ſunt. Ordo eſt. Illi etiam prædiuites (eo ſtomacho dicit, quo capite ſuperiore Fabricium tm̃ diuitem dixit, non quidem multa poſſidendo, ſed continendo) quia accerſebantur.ſ. vocabantur citati ab aratro.i. inſtrumento quo terram arabant, vt fierent conſules, verſabant cauſa voluptatis ſolum ſterile, atque æſtuoſiſſimum.i. æſtu ſolis maxime ſubiectũ. [Pupiniæ] .i. illius loci non longe à Rom & ignari delitiarum diſſipabant.i. frangebant in minutas particulas cũ plurimo ſudore i. plurimo ſudore cõcomitante, glebas vaſtiſſimas. i. tam amplas, vt cum difficultate impleri poſſint, immo vero (correctio eſt) quos pericula reip. accerſebant.i. vocabant imperatores.i. ad imperiũ R. & ſup. quos anguſtiæ rei familiaris.i. domeſticæ (quid ceſſo reddere veritati propriũ nomẽ) hoc eſt, q̃d vereor proprio noĩe nuncupare, cogebãt filij bubulcos.i. boum nõ ſolũ cuſtodes, ſed & actores, & directores. nam in Italia bobus arãt, vnde illud Tore deũ placa vitulũ ſine creſcat aratro.

DE ATTILIO CALATINO.

* Te ſulcos Serrane ſerentem inq̃t Poeta.
* Cic. pro Roſ. Am.

*ATTILIVM * autem, qui ad eum accerſendum à Senatu miſſi erant ad imperium P.R. ſuſcipiendum: ſemen aſpergentem viderunt: * ſed illæ ruſtico opere attritæ manus, ſalutem publicam ſtabilierunt. Ingentes hoſtium copias, peſſundederunt. Quæque modo arantium boum iugum rexerant, triumphalis currus habenas retinuerunt: nec fuit ijs rubor, eburneo Scipione depoſito, agreſtem ſtiuam aratri repetere. Poteſt pauperes conſolari Attilius, ſed multo magis docere locupletes; quàm non ſit neceſſaria ſolidæ laudis cupidini, anxia diuitiarum comparatio.*

OLIV. ATTILIVM autem qui ad eum accerſendum] Attilius, qui, & Galabrio dictus eſt. hic ad Thermopylas conſul, Antiochum, Philippo adiuuãte, victum Græcia expulit, idemq; ætolos ſubegit, de quibus triumphauit. ſed hunc Attilium intelligimus Calatinum, qui primo punico bello aduerſus Carthaginienſes miſſus, maximis, & munitiſſimis ciuitatibus Drepano, Lilibęo, præſidiisq; deiectis panormum cepit, totamq; Siciliam peruagatus, pauciſſimis nauibus magnam hoſtium claſſem duce Hamilcare, ſuperauit, ſed cum ad ethnã ab hoſtibus obſeſſam feſtinaret, à pœnis in anguſtijs clauſus eſt, vbi tribunus militum Calpurnius per flammã acceptis tricentis in ſuperiorẽ locum euaſit, & conſulẽ liberauit, ipſe cũ 300. fortiter pugnans cecidit, & poſtea ab Attilio ſemianimis inuentus eſt. Attilius de Carthaginiẽſibus glorioſe triumphauit, Hic eſt Attilius ille, qui Seranus dictus eſt à ſerendo, qui cũ agrum ſuum coleret, euocatus ad remp. ob eximiam virtutem meruit dictaturam Plin. lib. 18 Quænam inquit, tantæ vbertatis cauſa erat ipſorum tũc manibus imperatorum colebãtur agri, vt fas eſt credere gaudente terra, vomere laureato, & triumphali aratore: ſiue illi eadem cura ſemina tractabant, qua bella, eadẽq; diligentia arua diſponebant, qua caſtra, ſiue honeſtis manibus omnia lætius proueniunt, q̃m & curioſius fiunt, ſerenti.n. venerunt dati honores, ſeranum vnde cognomen. [Attilium ſemen aſpergentem] .i. ſerentem, vnde dictus eſt ſeranus, de quo Virg. vel te ſulco ſerane ſerentem. [Stiuam] Manubriũ illud incuruũ quod manibus tenetur arando. [Scipione] baculo, Vnde Scipiones dicti ſunt Cornelij ab eo.ſ. Cornelio, qui patrem cæcum ducens per vrbem dictus eſt patris Scipio.i. baculus.

Attilius Seranus vnde dictus.

ASCEN. ATtilium autem, &c.] Ordo eſt. Autem pro ſed. Attilium.ſ. Calatinum, qui miſſi erant à ſenatu ad accerſendum eum ad ſuſcipiendum imperium P. R. viderunt ſpargentem ſemen. (Incipio ordinem ab accuſatiuo propter relatiuum eum) ſed illæ.ſ. nobiliſsimæ manus eius, attritæ opere ruſtico.ſ. faciẽdo, ſtabilierunt ſalutem publicam, & peſſundederunt ingentes copias hoſtium. [Quæque] .i. & quæ.ſ. manus rexeranc, modo.i. paulo ante iugum boum arantium, retinuerunt habenas currus triumphalis, nec fuit rubor.i. rubori, ijs.ſ. manibus triũphalibus, repetere ſtiuam agreſtem.i. directorium aratri (vulgo caudam vocant) quomodo in agro vſæ fuerant, Scipione.i. baculo, ac ſceptro eburneo.i. ex ebore facto, quem triumphantes tenuerant, depoſito, Attilius.ſ. Calatinus iſta põt conſolari pauperes, oſtendendo videlicet per ſe, eos nõ expertes virtũtis, aut honorũm, ſi modo aduiti velint, ſed ſup. poteſt multo magis docere locupletes, quàm.i. quantum anxia comparatio.i. acquiſitio diuitiarum non ſit neceſſaria cupidini laudis ſolidæ.

DE ATTILIO REGVLO.

* Liu. lib. 18. Sene. ad Albinã c. 12.

*EIVSDEM * nominis & ſanguinis Attilius Regulus, primi punici belli gloria, cladeſq; maxima: cum in Aphrica inſolentiſſimæ Carthaginis opes, crebris victorijs e tunderet, ac prorogatum ſibi ob bene geſtas res in proximum annum imperium cognouiſſet, conſulibus ſcripſit: villicum in agello, quem ſeptem iugerũ in Pupinia habebat, mortuum eſſe, occaſionemq; nactũ mercenarium amoto inde ruſtico inſtrumento diſceſſiſſe: ideoq; petere, vt ſibi ſucceſſor mitteretur, ne deſerto agro, non eſſet vnde vxor, ac liberi ſui alerentur. Quę poſtquam Senatus à Cos. accepit, & agrum alij villico colendum locari, & alimenta coniugi eius, ac liberis præberi, reſq;, quas amiſerat, redimi publice iuſſit. Tanti ærario noſtro virtutis Attilianæ exemplum, quo omnis ætas Romana gloriabitur, ſtetit.*

OLIV. EIVSDEM nominis & ſanguinis] Hic Marcus, de quo diximus in capitulo de religione, vbi annotata eſt eius hiſtoria. Fuit autem regulus iſte magna P.R. gloria, ſed non minor clades, nam quemadmodum ex hoſtibus victoriam ſæpe reportauit, ſic tandem ab ijſdem captus cum magna exercitus ſtrage fuit. quamuis ergò in magna dignitate foret, tamen eius paupertatis fuiſſe conſtat, vt cum ſibi prorogatum eſſet imperium, & interea villicus eius, qui 7. iugerum agrum colebat deceſsiſſet ſenatui ſcribere coactus eſt, ſe in prouincia diutius eſſe non poſſe, ne ſi deſertus, & incultus relinqueretur ager, non eſſet, vnde alerẽtur vxor, & liberi. Liu. lib. 18. Attilius Regulus inquit, cum aliquot prælijs aduerſus Carthaginienſes pugnaſſet, ſucceſſorq; ei à ſenatu proſpere bellum gerenti nõ mitteretur, idipſum per litteras ad ſenatum miſſas conqueſtus eſt, in qbus inter cauſas petẽdi ſucceſſoris fuit, q̃ agellus eius à mercenarijs deuaſtaretur. [Contunderet] Frangeret, debilitaret, trãſlatio à cuſpide ferri. Fuit aũt Regulus primus, qui ad Aphricam obſidẽdam profectus eſt. [Eſt eiuſdem] Quo ſuperius ſeranus. [Villicum] Bubulcum, qui præerat villæ. [In Pupinia] Locus erat ſteriliſsimus, de quo ſupra diximus. nomen erat inuiſum omnibus ob eius ſterilitatẽ. [Mercenarium] Bubulcum mercede conductum. [Ruſtico inſtrumento] Vt aratrum, plauſtrum,

ſtrum, ligones, boues, raſtri. [Vxor et lib.] ſcripſit etiam, vt Liu. tradit, nõ habere vnde filias in matrimoniũ collocaret, qua in re nõ minus deprehẽdi põt quanta fuerit in paupertate deprehenſus. [Quæ poſtquã ſenatus] Liberalitatem ſenatus oſtendit.

ASCEN. Eiuſdem nominis, &c.] Affert exemplum paupertatis Attilii Reguli dicens. Attilius Regulus eiuſdem nominis, & ſanguinis. ſ. cum Attilio iam dicto, gloria, & clades maxima primi belli Punici, quia primus & præcipue Carthaginenſes fregit, cum contunderet crebris victorijs opes Carthaginis inſolentiſſimæ. i. ſuperbiſſimæ, & intolerandæ in primis in Africa, ac cognouiſſet imperium prorogatum. i. extenſum ſibi in annum proximum ob res bene geſtas, ſcribit conſulibus, villicum. i. villæ, hoc eſt poſſeſsionis in agro curatorem, quem habebat, in Pupinia. i. in agro illo, ſup. villicum aut cultorem ſeptem iugerum eſſe mortuum, &, mercenarium. i. operarium, quẽ villicus mercede conduxerat, nactum occaſionem. i. ob mortem villici, diſceſſiſſe. ſ. à villa illius inſtrumento ruſtico amoto inde, ideoq; ſup. ſcripſit ſe petere, vt ſucceſſor ſibi mitteretur: ne agro deſerto, non eſſet, vnde vxor, & liberi ſui alerentur. [Quæ] ſ. ſcripta à Regulo poſtquam ſenatus accepit. i. intellexit à conſulibus, iuſsit, &. i. ſimul agrum Attilii locari colendum. i. vt colatur, & alimenta præberi coniugi eius, ac liberis, & res quas amiſerat, videlicet inſtrumenta ruſtica, redimi publice. i. publica impenſa. [Tanti]. i. precio ſtetit exemplum virtutis Attilianæ ærario noſtro. i. tm̃ ſolummodo reponebatur ex ærario neceſſarius Attilii, quo ſ. exemplo virtutis eius omnis ætas ſ. ventura gloriabitur. Et reuera adhuc gloriatur, licet imperium exciderit.

THEO. Atilii illico] Sunt exemplaria, quæ legũt, & agrum ædilii illico, vel agrum, & illi villico.

DE QVINTIO CINCINNATO.

* Liu. li. 3. Dion. lib. 10. * In Vaticano. Plin. li. 18. c. 3.

*AEQVE * magna latifundia L. Quintij Cincinnati fuerũt, ſeptem enim iugera agri poſſedit: ex his tria quæ pro amico ad ærarium obſignauerat, multæ nomine amiſit: pœnam * quoque pro filio Cæſone, quòd ad cauſam dicendam non occurriſſet huius agelli redditus ſoluit: & tamen ei quatuor iugera aranti, non ſolum dignitas patrisfamiliæ conſtitit, ſed etiam Dictatura delata eſt. Anguſte ſe habitare nunc putat, cuius domus tantum patet quantum Cincinnati rura patuerunt.*

OLIV. Cæſo Cincinnati F. Aeque magna latifundia L. Quintii Cincinnati] Huius viri vita, & hiſtoria eſt in cap. de moderatione notata, verum ad huius lectionis expoſitionem illud non eſt prætermittendum. Cæſonem huius Cincinnati filium adoleſcentem magni animi fuiſſe, & in quo præclarum virtutis ſpecimen appareret, niſi inuidia vulgi ei magnopere obſtitiſſet, à quo damnatus, patrem (qui vt ſoluendo eum liberaret, res ſuas omnes ferme diſtraxerat) ad eam inopiam redegit, vt relicta vrbe trãs Tyberim ruralem vitã agere cõpulerit. Nã cum magna eſſet inter nobilitatem, plebemq; diſſenſio ob legem agrariam quàm lætus accipiebat populus (erat aũt, vt viritim diuiderẽtur agri, qui bello parti fuerant) qua lege patres de poſſeſsione pellebantur. Nobiles huic rei ſummopere reſiſtebant, ergo Cæſo cum iuuentute Romana quotieſcunque tribunus legem ferre volebat, occurrebat, & illi pariter obſtabat. hoc autem faciebat, vt cum omnes impedimento forent, nulli potiſsimum aſcriberetur culpa. ſed cum tribunus pl. diligentius animaduerteret Cæſonis opus, concionem habuit ad populum de Cæſonis ſuperbia, in quem grauiter inuectus, nõ prius deſtitit, quã obtinuit vt die dicta damnaretur à populo. pro quo liberãdo pater Cincinnatus diſtractis rebus ſuis omnibus ad ſummam inopiã redactus eſt [Latifundia] Ampli, & lati, agri. Ironicæ aũt loquitur nam fundus teſte Seruio dicitur ager, in quo ſit omniũ rerum fundamentum, vel vt vult Varro, ꝙ ſic pecudũ, & pecuniæ fundamentum. & à late & fundo componitur latifundium. Liu. dicit hæc latifundia Quĩtia prata fuiſſe appellata, vbi deinde naualia facta ſunt. dicit enim Quintius trans Tyberim, vbi nunc naualia ſunt, quatuor iugerũ colebat agrũ, quæ prata Quintia vocant. Plin. lib. 18. Arãti quatuor ſua iugera in Vaticano, quę prata Quintia appellantur, Cincinnato viator attulit dictaturam, & quidem, vt tradit Norbanus, & nudo, plenoq; pulueris, etiam cum ore, cui viator, vela corpus inquit, vt proferam ſenatus populiq; Rom. mãdata. [Pro amico] Hunc hominem vilem fuiſſe conſtat, qñ quidem Tit. Liu. nullam eius mentionem facit, pro quo Cincinnatus ſe Vadem dederat [Multæ] Pœnæ. [Ad cauſam dicendam] Ad defendendum ſe. [Quatuor iugera] Nam alia tria obſignauerat ærario. [Sed etiam dictatura] De Cincin. in Catone maiore, ſi quidem arãti L. Q. Cincinnato nunciatum eſt, eum dictatorem eſſe factum, cuius dictatoris iuſſu magiſter equitum Ser. ala ſpurium Melium regnum appetẽtem interemit. [Anguſte] Vide quam variæ ſint res hominum, ſiquis nunc ſeptem iugerum domum haberet, viderentur anguſtia habitacula ciuibus noſtris, eo proceſſit iam luxuria Rom.

ASCEN. Aeque magna, &c.] Ordo eſt. [Latifundia] i. arua latifundi L. Quintij Cincinnati. fuerunt æque magna, vt. ſ. Attilij Reguli. Poſſedit enim ſeptem iugera agri, & amiſit ex his tria. ſ. iugera. [Quæ aſſignauerat pro amico ad ærarium] i. fiſcum publicum, nomine multæ. i. pœnæ indictę amico illius. [Redditus quoque huius agelli] . ſ. quatuor iugerum ſoluit pœnam pro Cæſone filio. ſ. Quintij, ꝙ. i. quàm pœnã pependit Cæſo, ꝙ non occurriſſet ad cauſam dicendam. i. ad defenſionem ſui, & tamen non ſolum dignitas patrifamiliæ conſtitit. i. ſalua fuit ei aranti quatuor iugera. ſ. duntaxat, ſed etiam dictatura eſt delata. Is ſupple ſaltem ex nobilibus, cuius domus patet. i. extenditur, tantum. i. per tot iugera, quantum rura Cincinnati patuere, hoc eſt in quatuor duntaxat iugera, putat nunc ſe habitare anguſte.

DE AELIA FAMILIA.

* Plut. in vita Pauli Aemilii

*QVID * Aelia familia, quàm locuples? ſexdecim eodem tempore Aelij fuerunt, quibus vna domuncula fuerat eodem loci, quo nunc ſunt Mariana monumenta, & vnus in agro Veiente fundus, minus multo cultores deſiderans, quàm dominos habebat. Inque maximo circo Flaminio ſpectaculi locus: quæ quidem loca ob virtutem publice donata poſſidebant. * Eadem gens nullum ante ſcrupulum argenti habuit, quàm Paulus Perſe rege deuicto. Q. Aelio Tuberoni genero ſuo quinque pondo argenti ex præda donaret. Taceo enim quòd princeps ciuitatis filiam ei nuptui dedit, cuius pecunia tã ieiunos penates videbat: * quin ipſe quoque adeo inops deceſſit, vt niſi fundus, quem vnum reliquerat, veniſſet; vxor eius dotem vnde reciperet, non extitiſſet. Animi virorum, & fœminarum vigebant in ciuitate: eorumque bonis, dignitatis æſtimatio cunctis in rebus ponderabatur: hæc imperia conciliabant, hæc iungebant affinitates, hæc in foro, hæc in curia; hæc intra priuatos parietes, plurimum poterant: patriæ enim rem vnuſquiſque, non ſuam augere properabat: pauperque in diuite, quàm diues in paupere imperio verſari malebat: atque huic tam præclaro propoſito illa merces reddebatur, quòd nihil eorum, quæ virtuti debentur, emere pecunia licebat, inopiaq; illuſtrium virorum, publice ſuccurrebatur.*

*Phialam dicit Plutar. & duo pocula. Plin. li. 33 c. 11.

* Plin. de viris illuſtribus.

OLIV. Qvid Aelia familia, quàm locuples?] Aeliorum familia genere Patritio, & prole virum fœcunda, multis etiam rerum geſtarum titulis illuſtrata, adeo pauper fuit, vt cũ vno tempore ſexdecim viros haberet, oẽs vno tecto ſatis anguſto concluderet, vno agro perexiguo paſceret, vno etiam in theatro Flamineo ſpectandi loco exornaret, quæ tamen omnia ob clariſſimas eorum hominum virtutes illi reſpub. donauerat. [Mariana monimenta] Vbi erat ſacellum Marianum, in quo ſuorum rerum geſtarum monimenta continebantur, vbi magnificentiſſimum illud ſenatusconſultum de reditu Cic. in patriam factum fuit, referente optimo, & clariſſimo viro Lentulo conſule. [Minus multo] Adeo anguſtus, vt multo paucioribus poſſet cultoribus coli, q̃ dominos habere. [Flaminio] In theatro ſic dicto à Flaminio quodam, qui theatrum illud ædificari iuſſerat. [Ob virtutem] Non autem ob nobilitatem. [Eadem gens nullum] Proſequitur huius Aeliæ gentis continentiam paupertatemq; deſcribere, eadem, inquit, gens nunquam in domo ſua argentum habuit, ſed primum in eam domum tranſlatum

Mariana monimenta.

fuit, à

fuit,à Q. Aemilio Tuberone.hic aũt Tubero gener fuit Aemilii Pauli eius,qui ad Perſam,regem vicit, & captum in triumphum duxit, ex eaq; victoria hoc argentum habuit, nã cum ſocero ſuo militauerat i eo bello,& ob eius facta, Phiala argẽtea donatus eſt,& hoc primum fuit argentum in Aeliorum domum tranſlatum. Plin. vero in fine 33.lib.nat. hiſt. dicit,hunc Aelium duo habuiſſe pocula argentea. Q.inquit, Aeliũ Tuberonem cum legati Aetolorum in conſulatum , prandẽtẽ in fictilibus adinuiſſent , miſſa ab his vaſa argentea non accepiſſe, neq; aliud habuiſſe argenti ad ſupremum vitæ diem,q̃ duo pocula,quæ L.Paulus ſocer ei ob virtutem deuicto Perſe rege donaſſet.[Scrupulum] Voluit ex ponderis paucitate nihil argẽti habuiſſe:aſt aũt ſcrupulus, qui latino nomine dicitur obolus, cõſtat vero ea ſex ſiliquis , nã ſiliqua minimũ põdus erat apud Rom. ꝙ græci vocant κεράτιον , vocauerunt hoc i.granum illud,ꝙ ex ea ſiliqua q̃ nos fabam græcam vulgo dicimus,detraxerunt,& pro pondo primo aſſumpſerunt,alii dãt ſcrupulũ cõtineri tãtummodo quatuor ſiliquis,ſiliqua vero quatuor hordei grana cõtinere,& calculum, & tertiam partem eius, calculum quoque geminis lentis grauis appendi. variæ igitur de his ponderibus ſententiæ.Qui ſcrupulum dãt ſex ſiliquis comprehendi,volunt ſiliquam , minimum põdus eſſe , & poſt ſcrupulum ponunt drachmam,q̃ ex decem & octo ſiliquis cõſtare volunt, hoc eſt ex tribus ſcrupulis, poſt drachmam argẽteum nũmum, qui denarius apud Roma.vocabatur, hic ex quatuor ſcrupulis erat confectus,poſt hunc ſequebatur vncia, quæ ex octo drachmis,ſiue ſex denariis cõſtabat,poſt vnciã libra Italica, quæ ex 12.conſtabat vnciis,hoc eſt denarii 72.ſunt qui velint hãc libram apud græcos μνᾶν dici , q̃ nos per interpoſitionẽ literæ minam traducere conſueuimus,ſed mina ſine dubio maior eſt libra noſtra[Genero ſuo] Paulus Aemilius duas filias habuit, quarum alteram huic,alteram Catoni M. Catonis maximi filio locauit.[Ieiunos]Exhauſtos,legitur in eius vita,ꝙ dos vxori cum dãda fuit, vix eius patrimonium ſuffecit , vxor fuit illi Papyria,q̃ vt nõnulli volũt repudiauit, alia ſuperinducta q̃uis ex illa pulcherrimam prolem ſuſcepiſſet.[Animi virorum] Ratio cur id acciderit, quia Romæ tunc honorum dignitates non ex fortunis, ſed eorum virtutibus ponderabantur . nam q. animorum bonis diuites erant, his magiſtratus , his affinitates vltro deferebãtur.[Cunctis in rebus] Siue magiſtratus demandando,ſiue filias collocãdo.[Hæc].ſ.bona animi , & declarat, quia diuerat cunctis in rebus.[Patriæ rem] Vtilitatem,& reſp. ſuæ commodum.[Pauperq;] Malebant inquit,vt pauperes diues imperium regerẽt,quam diuites exiguum haberent imperium.fruſtra enim priuata defenduntur, ſi publica amittuntur. [Atque huic tam præclaro] Quia occurrebat illud,ſi pauperes erant,quomodo id facere poterant? reſpondet:ſi priuatum non poterant publice pecuniam accipiebant.

Ascen. Qvid Aelia familia (modus interrogandi) quàm. i.quantum locuples ſup. fuit quantum loci poſſedit ? Reſponſio. Sexdecim Aelii fuerunt vno tempore , quibus fuerat vna domuncula,eodem loci.i.in eodem loco (ſed vt partitionem, & ita imminutionẽ notet,aptius genitiuo vtitur) quo ſcilicet loci monumenta Mariana .i. quæ Marius in ſui memoriam extruenda curauerat,ſunt nunc. i. tẽpore quo hæc ſcripſit Val. & vnus fundus ſup.eſt in agro Veiente, deſiderans cultores multo minus i pauciores,aut deſiderans multo minus cultorũ, quã habebat dominos,quia ſexdecim,& locus ſpectaculi. i.ad ſpectandos ludos, ſup.eſt in maximo circo Flaminio, vbi Circenſes edebantur,quæ quidẽ loca ipſi poſſidebant donata publice. i.à rep.ob virtutẽm.ſ.eorum.[Eadẽ gens].ſ. Aelia nullum ſcrupulum argenti habuit antequam Paulus. ſ. Aemilius Perſe rege deuicto,donauerat Q. Aelio Tuberoni genero ſuo quinq; pondo argenti ex præda. Taceo.n.ꝙ princeps ciuitatis, videlicet Paul.Aemil. dedit nuptui. i.in matrimonio, aut nuptum.i. matrimonium,filiam ſuam ei.cuius penates videbat tam ieiunos.i.illibatos pecunia,qui.ſ.princeps ciuitatis, ipſe quoque deceſſit.i.mortuus eſt adeo inops,vt niſi fundus, quem vnum reliquerat, veniſſet.i.venditus fuiſſet,non extitiſſet.i.nõ ſuperfuiſſet,vnde vxor eius reciperet dotem,quã.ſ.ad onera matrimonialia ſuſtinenda ad maritum tulerat,& ſoluto matrimonio iuxta leges Rom.repetiit.[Animi,&c.]Docet vnde prouenit,ꝙ tantus paupertati ſit honos habitus,quia videlicet , animi virorũ, & fœminarum vigebant in ciuitate.ſ.Roma, & æſtimatio.appreciatio dignitatis ponderabatur in cũctis rebus,bonis eorũ.ſ. animorum,& non rerum externarum.[Hæc].ſ.bona animorũ conciliabant.i.procurabant imperia,hęc.ſ.eadem bona animorum iungebãt affinitates.ſ.ꝑ matrimonia,& adoptionẽ hæc.ſ. dicta bona,poterant plurimum in foro.ſ.iudiciali,hæc poterãt plurimum in curia.ſ.ſenatorum,hæc poterant plurimum intra parietes priuatos.i.in ſua cuiuſque domo.Enim pro quia,vnuſquiſque properabat.i.feſtinabat augere rem.i. commodum patriæ,non ſuam.i.propriã, & malebat verſari eſſe pauper in Imperio diuite,quàm diues in imperio paupere. Atq; merces reddebatur huic propoſito tam præclaro, ꝙ nihil.i.nõ aliquid nõ licebat emere pecunia, quidquam eorum, quæ debentur virtuti,vt ſunt honores,& magiſtratus,& ſuccurrebatur publico. i. ex publico ærario inopiæ virorum illuſtrium.

DE CN. SCIPIONE.

*Itaqve cum ſecundo Punico bello Cn. Scipio ex Hiſpania ſenatui ſcripſiſſet , petens vt ſibi ſucceſſor mitteretur , quia filiam virginem adultæ iam ætatis haberet,neque ei ſine ſe dos expediri poſſet: ſenatus ne reſp. bono duce careret patris ſibi partes deſumpſit,conſilioque vxoris,ac propinquorum Scipionis conſtituta dote, ſummam eius ex ærario erogauit , ac puellam nuptum dedit dotis modus quadraginta millia æris fuit : qua nõ ſolum humanitas Patrum C. ſed etiam habitus veterũ patrimoniorum cognoſci poteſt: nanque adeo fuerunt arcta , vt Tatia Ceſonis filia maximam dotem ad virum decẽ millia æris attuliſſe viſa ſit,& Megulia : quia cum quingentis millibus æris mariti domum intrauit,dotatæ cognomen inuenerit. Idem ſenatus Fabricii Luſcini, Scipioniſq; filias ab indotatis nuptiis liberalitate ſua vindicauit : * quoniam paternæ hæreditati præter opimam gloriam,nihil erat quod acceptum referrent .* * Seneca ad Albinã.ca.12. Oltv.

Itaqve cum ſecundo]Probat exemplis, quod pecunia publice arogabatur his,qui reip. intenti, ſibi ſuis opibus adeſſe non poterant.nam vt legimus apud T. Liuium decade 2. cum in Hiſpania res bene geſſiſſent, P. & Cn.Scipiones, ac Cn. Scipio filiam haberet,quæ eſſet matura viro, & plenis iam nubilis annis , ſcripſit ad ſenatum , vt ſibi ſucceſſor mitteretur quo poſſet locandæ filiæ conſulere,cum nõ haberet,unde illi dotẽ erogaret,q̃ ſua eſſet ſtudio , & induſtria comparanda,ꝙ ubi ſenatus cognouit,filiam eius locauit,dotem ex ærario deprompſit, ne reſp.tanto imperatore careret. Front. lib 4.cap. 3.Scip. poſt res proſpere geſtas in Hiſpania,in ſumma paupertate deceſſit, ne ea quidem relicta pecunia, quæ ſufficeret in dotem fœminarum,quas ob inopiã publicẽ dotauit ſenatus. [Adultæ ætatis] Quæ iam nubilis eſſet. [Habitus] Status, ex hoc inquit,facilẽ conici põt , quanta fuerit maiorum paupertas , ut dos luxuria quodammodo cenſeretur,quæ decimum æris fuiſſet,quantam fuiſſe legimus , q̃ filiæ ſuæ dederat Cæſo , multo uero maiorẽ ſuo tempore admirationis Meguliæ dotem fuiſſe cõſtant,adeo ut inde cognomen acciperet,nã dotata cognominata eſt.[Dotatæ] Quaſi per excellentiam. [Idem ſenatus]. Alia ſubiungit exempla quibus oſtendit & principum Romanorum paupertatem,& ſenatus liberalitatem,qua erga principes ſuos uirtute pręſtantes, ſed inopia laborantes uſus eſt, nam horum filias ex ærario deprompta pecunia uiris in matrimonium condigne locarunt , neq; enim dotis aliquid habebant præter paternã gloriam,quam clariſſimis rebus geſtis cõſecuti fuerant earum patres.[Ab indotatis]Quia neceſſe erat,ut ſine dote nuberẽt,niſi publice erogatæ forent [Vindicauit] Liberauit. [Quod acceptum referrent] Quod aſcriberent paternæ hæreditatis ſe recepiſſe,pro quo etiam gratias agerent.

Itaque]. i. & ita , quia illuſtrium uirorum inopiæ ex publico ſuccurrebatur , cũ Cn.Scip.ſcripſiſſet ſenatui ex Hiſpania ſecundo bello Pun.i.tẽpore ſecundi belli Punici,petens. ſ. a ſenatu,ut ſucceſſor mitteretur ſibi. [Quia haberet filiam iã ætatis adultæ].i.maturæ uiro,neq; dos poſſet expediri.i. expedite aſſignari,ei.ſ.filiæ ſuæ ſine ſe,ſenatus (ne reſp.careret bono duce) deſumpſit ſibi. i.ſubiuit partes.i.efficaciã patris.i. quæ pater debet in locanda filia.& dote conſtituta conſilio uxoris, & ꝓpinquorum Scipionis, erogauit .i. deprompſit ſummã eius.ſ.dotis ex ærario . i.cõſeruatorio æris publici , hoc eſt pecuniæ,q̃ ærea primum fuerat,ac dedit puella nuptui,modus.i.menſura dotis Ascen.

fuit

OLIV. ſuit quadraginta millia æris,qua.ſ. ſumma dotis,nõ ſolum humanitas patrum conſcriptorum poteſt cognoſci, ſed etiam habitus.i.ſtatus patrimoniorum veterum,namq; ſup. patrimonia veterum ſuerũt arcta.i.exigua adeo,vt Tacia filia Cæſonis viſa ſit attuliſſe ad virum.i.maritum ſuum maximam dotẽ,quia decẽ millia æris,& Megulia.i.virgo Romana inuenerit cognomen.i.agnomen dotatæ.ſ.per excellentiã, quia intrauit domũ mariti cum quingentis millibus æris.[Idẽ ſenatus vendicauit] .i.liberauit,aut pſeruauit liberalitate ſua ab indotatis nuptijs, id eſt,ne dicantur veluti in ſeruitutem ſine dote nuptui datæ, filias Fabricij Lucini,& Scip.qm nihil erat, quod.ſ.dictæ filiæ referrent acceptũ.i.faterentur ſe accepiſſe,& iõ obnoxias eſſe hæreditati paternæ,præter gloriã opimam.i.fœcundam, aut ſimilem illi,quam quis olim ex opimis ſpoliis nanciſci ſolebat.

DE M. SCAVRO.

MARCVS autẽ Scaurus, quantulã à patre hæreditatẽ acceperit,* in primo libro eorũ, quos de vita ſua ſcripſit, refert: ait.n.ſibi decem ſola mancipia,totumq; cenſum quinq;, atq; triginta milliũ nummũ relictum: in hac.n.ille pecunia futurus ſenatus princeps nutritus eſt ſpiritus. * Hæc igitur exempla reſpicere,his acquieſcere ſolatijs debemus, qui paruulos cẽſus noſtros nunquam querelis vacuos eſſe ſinimus. Nullum,aut admodum parui ponderis argentum,paucos ſeruos,ſeptẽ iugera aridæ terræ,indigentia domeſtica, impẽſa funera,inopes dotũ filias,ſed egregios conſulatus,mirificas Dictaturas,innumerabiles triumphos cernimus. Quid ergo modicam Fortunam, quaſi præcipuum generis humani malum,diuturnis conuitijs laceramus? quæ vt non abundãtibus,ita fidis vberibus Publicolas, Aemilios,Fabricios,Curios,Scipiones,Scauros,hisq; paria robora virtutis aluit. Exurgamus potius animis,pecuniæque aſpectu debilitatos ſpiritus, priſtini temporis memoria recreemus: nanque per Romuli caſam,perq; veteris capitolij humilia tecta,æternos Veſtæ focos,fictilib. etiamnum vaſis contentos,iuro,nullas diuitias,paupertati talium virorum poſſe præferri.

* Treis libros de vita ſua ſcripſit Cice. de cl. ora.

* Epilogus p cohortationem.

OLIV. MARCVS autem Scaurus]De hoc viro in cap.de fortitudine dictum eſt,exiguum à patre cẽſum adeo recepit, vt per eum ad ſenatoriam dignitatem,non ſuffragante virtute,peruenire non potuiſſet.conſtat autem ter Senatus Principem multis,clariſſimisque honoribus functum eſſe, legi nonnullos qui dicunt huius patrem fuiſſe carbonarium.

Mãcipia. [Mãcipia] Seruos,mancipium quicquid manu capitur, quod à priori domino ad alium tranſire poteſt.[Hæc igitur exempla] Concludit hæc de paupertate cap.cum inuectione quadam in eos,qui rebus magis inhiantes,quàm honoribus,conqueri nunquam deſinunt, ꝙ parua poſſideant,& ſe cum illis connumerat,vt tolerabilior habeatur inuectio.nos, inquit,conſolemur auiditatẽ noſtram eiuſmodi virorum exemplis.[Hæc exempla] Virorũ, & principum Rom. qui in exiguo erant cenſu.[Vacuos eſſe ſinimus].i. nunquam deſiſtimus conqueri paruitatem cenſus noſtri.[Nullum autem vel]His ſolatiis acquieſcere debemus, & cupiditates noſtras temperare, ꝙ nullum ne minimi quidem ponderis argentum,&c.ſicut in Aeliorum familia.[Paucos ſeruos]Sicut Fabricii,Papirii,Scaurii[Septem iugera]Vt Quintii & Reguli.[Aridæ terræ]Vtpote in pupina.[Indigentia funera]Vt Valerii Publicolæ,M.Menenii Agrippæ.]Inopes dotum filias,]Vt Marci.At.Fab.Luc.Scip.[Quid ergo] Exurgamus potius.ſ.quàm lamẽtemur?[Debilitatus ſpiritus]Nihil eſt enim, quod magis viriles animos eneruet,quàm cupiditas pecuniæ, vt Saluſt.Auaritia pecuniæ ſtudium habet,quàm nemo ſapiẽs concupiuit,ea quaſi venenis malis imbuta corpus, animumque virilem effœminat,ſemper infinita,& inſatiabilis eſt, neque copia,neque inopia minuitur.[Capitolii humilia] Cum adhuc humile eſſet capitolium.[Fictilibus] Sic Numa Pomp. inſtituit.

ASCEN. MArcus aũt Scaurus]Refert.i.recitat in 1.lib.eorum, quos ſcripſit de vita ſua,quantulam hæreditatem accepit à patre.ſ.ſuo.[Ait.n.ſola decem mancipia].i.ſeruos, & totum cenſum quinque,atque triginta millium nummum relictum ſibi. Enim pro quia,ille.ſ.nobiliſſimus ſpiritus.i.animus Scauri futurus princeps Senatus.ſ.Rom.ſ.nutritus eſt in hac.ſ. tam tenui pecunia.[Hæc igitur,&c.]Ordo eſt.Igitur nos debemus reſpicere.ſ.ad imitationem hæc exempla,& acquieſcere his ſolatiis,nos inquam,qui nunquam ſinimus paruulos cenſus noſtros eſſe vacuos querelis. Autem pro ſed,nullum.i.non vllum, non cernimus vllum argentum,vel admodum.i.valde parui ponderis,paucos ſeruos,vt in Catonibus,& Scipione,& ſeptem iugera terræ,vt in Attilis,& funera indigentia impenſa domeſtica.i.non habentia,vnde domi ſumantur impenſæ, niſi ex publico depromptæ eſſent,vt in Valer.Pub. funere, filias inopes dotum,vt Scipionis, ſed cernimus in tanta paupertate egregios conſulatus.dictaturas mirificas,& ſup.triumphos innumerabiles.[Quid ergo,&c.]Ordo eſt.Ergo ſi in ſumma paupertate non defuerunt vera bona,& ſummi honores,quid.i.ad quid nos laceramus.i.inceſſimus, fortunam mendicam.i.paupertatis procuratricem,conuitiis diurnis.i.quotidianis, aut diuturnis,quaſi præcipuum malum generis humani?[Quæ].ſ.fortuna,vt non aluit vberibus abundãtibus,ita aluit vberibus fidis, quia ſalutiferis.]Publicolas Aemilios. Fab. Curios Scip. Scauros;]Et ſup.alia robora virtutis paria his.ſ.iam dictis.[Exurgamus potius animis] i. expergiſcamur, & recreemus memoria priſtini temporis.ſ.quo paupertas in honorem fuit, ſpiritus. ſ. noſtros debilitatos.i.hebetatos aſpectu pecuniæ.[Namq; ego iuro per caſam].i.modicum tugurium Romuli, per humilia tecta veteris Capitolii,& æternos focos Veſtæ.i.deæ Caſtitatis. contentos etiamnum. i. adhuc vaſis fictilibus, nullas diuitias poſſe præferri paupertati talium virorum,quales iam dicti ſunt in ſumma paupertate vixiſſe.

DE VERECVNDIA. CAP. V.

EQVA tempeſtiuus ad verecundiam tranſitus videtur. Hæc enim iuſtiſſimis viris præcepit, vt priuatas facultates negligerent,publicas quàm ampliſſimas eſſe cuperẽnt: digna cui perinde, ac cœleſti numini templa extruantur, aræque conſecrentur: quia parens eſt omnis honeſti conſilij,tutela ſolemnium officiorum, magiſtra innocentiæ: chara proximis, accepta alienis, omni loco, omni tempore fauorabilem præ ſe ferens vultum.

OLIV. EQVA tempeſtiuus ad verecundiam]More ſuo Valer.ad aliud capitulum tranſiturus,præfationem quandam præmittit,qua hoc ſuperiori coniungit,ne ex abrupto fieri tranſitus omnino videatur.laudat aũt verecundiam multorum clarorum virorum, qui hac virtute præditi fuerunt, exemplis in medium prolatis.Eſt quidem verecundia ſecundum Ariſt.in 3.Aethic.timor quidam pudoris contrahendi,iuxta quem Cic. hoc modo,diffinit,verecundia eſt cuſtos virtutum omnium, dedecus fugiens,laudemq; maxime conſequens: & ſcd̃m has ſñias nunc eam Valer.laudat. nam verecundia inſerta animia hominum,facit,vt vitiis moderari poſſint, & quamuis modũ quoddam habere videatur ſicut virtus,non tñ virtus eſt,ſed affectus quidam,& paſſio,ꝙ ita eſſe probatur,verecundia eſt timor confuſionis,timor aũt paſſio eſt.igitur & verecundia paſſio,verecundia ſine cõpis mutatione perſiſtere non põt, quẽadmodum timor,nam ſicut timor pallorem inducit,ita & verecundia ruborẽ,vñ Terent.de verecundo adoleſcente, erubuit, ſalua res eſt.Cur aũt timor pallorem,verecundia ruborem inducant,hæc ratio eſt.nam ſpiritus & humores ad eam partem dirigit,quæ mouetur.in timore aũt mouetur cor, ergo perturbatione cordis pallor innaſcitur,ſed in verecũdia exteriora laborant.vnde vultus rubore ſuffunditur. Sciendum eſt duo genera hominũ eſſe,in quibus affectus per verecundiam deprehẽdi non poſſunt ſenes per ætatem,prudentes per virtutem, nã ſenibus ætas ſuccurrit,quia in ipſis vigor non eſt, ſapientibus vero prudentia ſuffragatur,ergo tñ in iuuenibus,& adoleſcẽtib. cognoſcitur,quibus vigor maximus ineſt. vñ Cato dicere ſolebat,

Verecundia quæ.

lebat, ſe longe plus adoleſcẽtibus delectari quorum vultus ru bore potius, quã pallore perfunderetur, quapropter à flagitijs arceantur adoleſcentes neceſſe eſt. hanc aũt græci αἰχύνην vocãt. Vnde Terentianus ille adoleſcens Aeſchynes. [Tempeſtiuus.] Opportunus, ne abruptus eſſe videatur. [Cœleſti numini.] Digna vt tanquam dea colatur. [Honeſti conſilij] Metu dedecoris. Tutela cuſtos, quia qui verecundus eſt, non audet in officijs quicquam committere, quod dedecus habeat, & reprehenſionem mereatur. [Chara proximis.] Quia omnes diligunt verecundum hominem, & contra habent odio inſolentem, & inuerecundum.

ASCEN. EQua, &c.] Tranſiens ad tractatum de verecundia præfatur de laude eius ſic. [Equa]. ſ. paupertate, tranſitus ad verecundiam eſt ſup. tempeſtiuus. i. opportunus, & ſuo tempore factus. Enim pro quia, hæc. ſ. verecundia præcepit viris iuſtiſſimis, vt negligerent facultates priuatas. i. potentias, & diuitias proprias, & ſup. cuperent publicas ſup. facultates eſſe, quam ampliſſimas. i. valde amplas. Eos. ſup. aut, quæ eſt digna, cui tẽpla extruantur, & aræ conſecrentur, perinde ac. i. veluti numini. i. deæ alicui cæleſti, quia ipſa eſt parẽs. i. genitrix, aut mater omnis honeſti conſilij tutela officiorum ſolemnium, magiſtra innocentiæ, chara proximis, accepta. i. grata, & iucũda alienis ꝓ ſe ferens. i. ante ſe portans, hoc eſt ſignis quibuſdam indicans vultum, fauorabilem omni loco, & ſup. omni tempore.

DE POPVLI ROM. VERECVNDIA.

* Lib. 1. cap. 1. & Liui. li. 34. vbi T. nõ Tiberium alterum Cos. vocat.
* Plut. In vita T. Flaminii.

*SED vt * à laudibus eius ad facta veniamus, à condita vrbe vſq; ad Africanum, & Tiberium Longum Cos. promiſcuus Senatui, & populo ſpectandorum laudorum locus erat: nunquam tamen quiſquã ex plebe in theatro ante P. C. ſpectare ſuſtinuit. Adeo circũſpecta noſtræ ciuitatis verecundia fuit. Quæ quidem certiſſimum ſui documentum etiam illo die exhibuit, quo L. Flaminius extrema in parte theatri conſtitit, * qui à M. Catone & L. Flacco cenſoribus ſenatu motus fuerat cõſulatus iam honore defunctus frater etiam T. Flaminii, Macedoniæ, Philippiq; victoris, omnes enim eum tranſire in locum dignitati ſuæ debitum coegerunt.*

OLIV. SEd ut à laudibus eius] De verecundia plebis R. primum poſuit exemplum, quæ præcipue patuit eo die, quo L. Flaminius in extrema parte theatri conſtitit. hic frater fuit. T. Q. Flaminii, qui deuicto Philippo rege Macedoniæ omnes ciuitates Græciæ libertate donauit, ſed quia hic L. in exercitu ad gratiam ſcorti iuſſerat quendam ſecuri percuti, Portius Cato cenſor eum Senatu amouerat, ſicut ſupra lib. 2. cap. de cenſoria nota, ergo cum veniſſet in theatrum conſcius ignominiæ, ne in extremam partem ſe recepit, plebs vero, quia & conſul fuerat, & Senator, & frater T. Flaminii in eum locũ, quem habuerat, tranſire cogit. [A condita] A principio vrbis, ad hos conſules, quingentos, & octo fluxiſſe annos ferunt. [Promiſcuus] Confuſus, ſine dignitatis diſcrimine, plebei partibus permiſti ſpectabant. primus aũt, qui in ſpectandis ludis plebem à patribus ſeparauerit, fuit Scipio Africanus, qui poſt id factũ, popularem auram penitus amiſit, ut ſupra diximus.

ASCEN. SEd ut veniamus]. i. tranſeamus à laudibus eius, ad facta. i. ad ea, quæ fecit, hoc eſt per eum facta ſunt. Locus ſpectandorum ludorum erat promiſcuus. i. confuſus, & commiatus Senatui, & populo, ab urbe condita. i. à conditione urbis Romæ, vſque ad Africanum, & Tib. Longum conſules. i. uſquequo illi eſſent conſules tamen, quiſquam ex plebe nunquam ſuſtinuit. i. ſibi permiſit ſpectare in theatro. i. communi ſpectaculo ante patres conſcriptos. ſ. ſedens in priore loco, quàm patres conſcripti, adeo. i. in tantum circunſpecta, i. prouida fuit uerecundia ciuitatis noſtræ. ſ. Roma. Quæ. ſ. ciuitas noſtra exhibuit quidem certiſſimum documentum ſui. ſ. de ſe, hoc eſt de uerecundia ſua, illo die, quo L. Flaminius conſtituit ſe in extrema parte theatri, qui fuerat motus. i. deletus Senatu à M. Cato. & L. Flac. cenſoribus, defunctus. i. conſumate functus iam. ſ. priuſquam è Senatus collegio pelleretur honore conſulatus. frater etiam. i. & qui etiam frater fuerat Titi Flaminii uictoris Macedoniæ, & Philip. ſ. regis eius omnes enim. ſ. populi, coegerũt eum tranſire in locum debitum dignitati ſuæ, hoc eſt ſenatorium, licet eſſe ſenatu motus ob ſcorti mores, propter quos captiuum Gallum turpiter ferri iuſſerat.

DE TERENTIO VARRONE.

* Lib. 3. cap. 4.

*CONFREGIT * remp. Terentius Varro Cannenſis pugnæ temerario ingreſſu; idem delatam ſibi ab vniuerſo ſenatu & populo dictaturam recipere non ſuſtinendo pudore culpam maximæ cladis redemit: effecitque, vt acres deorũ iræ modeſtia ipſius moribus imputarentur. Itaq; titulo imaginis eius ſpecioſius non recepta dictatura, quàm aliorum geſta adſcribi poteſt.*

OLIV. CONFREGIT remp. Ter.] Dictum eſt in cap. de neglecta religione Terent. Varronem lanij cuiuſdã fuiſſe filium qui ad cõſulatum populari aura perductus illo calamitoſo Hãnibalis tempore cũ ipſo Hannibale apud Cannas infeliciſſime dimicauit. Paulo Aemilio eius collega diſſuadente, atque etiã inuito, qui magis non probare, ꝙ non adiuuare eius conſilium poterat hic uero qui tantæ cladis auctor, extiterat, cum paucis admodum fugit, cui ſenatus populusq; R. obuiam proceſſit, & gratias egit, ꝙ de rep. non deſperaſſet, eidem dictaturã obtulit, ꝙ verecundia mortis recipere non ſuſtinuit. Front. lib. 4. de conſtantia Paul. inquit anulo ad Cãnas exercitu offerente equum Lentulo, quo fugeret, ſupereſſe cladi, ꝙꝙ non per ipſum contractæ noluerit. Sed in eo ſaxo, cui vulneratas acclinauerat, perſedit, donec ab hoſtibus oppreſſus confoderetur. Var. collega eius, uel maiore conſtantia poſt eadem cladẽ uixit, gratiæq; ei à ſenatu, & populo actæ ſunt, quia nõ deſperaſſet rep. non aũt vitæ cupiditate, ſed reip. amore ſe ſuperfuiſſe reliquo ætatis ſuæ tempore approbauit, & barbã, capilluinq; ſubmiſit, & poſtea nunquam recubans cibum cœpit honoresq; cum ei deferrentur à populo, renunciauit dicens, felicioribus magiſtratibus reip. opus eſſe. Acies. ſ. Romanæ in ea pugna proſtratæ. [Specioſius] Honeſtius eam depoſuit, quam alii geſſere.

ASCEN. COnfregit, &c.] Ordo eſt. Ter. Var. confregit rẽp. i. Ro. hoc eſt labefecit eam, temerario ingreſſu pugnæ Cannenſis ubi Hannib. ipſum temere cõgreſſum ſuperauit. idem. ſ. Var. redemit. i. purgauit, parta faciendo, culpam maximæ cladis. ſ. apud Cannas acceptæ, non ſuſtinendo. i. recuſando præ verecundia recipere dictaturam delata ſibi ab uniuerſo ſenatu, & pop. ſ. R. effecitque, ut acies. ſ. Rom. apud Cannas deletæ, imputarentur iræ deorum, hoc eſt ut putarentur deletæ, non propter culpam imperatoris, ſed propter irã deorum, ſe ulciſci de pop. R. violẽtium, & ſup. vt modeſtia i. uerecundia illa imputaretur. i. aſcriberetur moribus ipſius ſe Var. Itaque dictatura põt aſcribi ſpecioſius titulo imaginis eius non recepta, i. eo ꝙ nõ eſt ab eo præ uerecundia recepta, quam poteſt aſcribi titulo imaginis aliorum, geſta. i. eo quòd ab illis geſta ſit.

DE CN. SCIP. ET SCRIBA CICEREIO.

* Lib. 3. cap. 5.

*NOS * autem ad præclarum verecundiæ opus tranſgrediamur: magna cũ inuidia fortuna Prætoris comitijs Africani ſuperioris filium P. Scipionem, & ſcribam Cicereium in campum deduxerat: vtque nimis impotens ſermone vulgi carpebatur: quod tanti viri ſanguinem, clientelamq; comitiali certamine confuderat. Ceterum crimen eius in ſuam laudem Cicereius conuertit. Nam vt vidit omnibus ſe centurijs Scipioni anteferri, templo deſcendit, abiectaq; candida toga competitoris ſui, ſuffragatorem agere cœpit: vt ſcilicet præturam melius Africani memoriæ concederet, quàm ſibi vendicaret: necnon, & ſi maximo verecundiæ precio, Scipio tunc honorem adeptus eſt, Cicereio tamen magis gratulati ſunt.*

OLIV. NOs autem ad magna cum inuidia] Hoc exemplum ſupra memoratum eſt lib. 3 cap. de his qui degenerarunt à parentibus, nam Cicereius cũ prætoris comitiis competitor eſſet Cn. Scipio filii ſuperioris African. omnibus ſuffragiis illi præponebatur. hic ergo uerecundia motus ſe tanti uiri filio

præpoſitum iri,ex competitore ſuffragatoré ſe fecit.[Inuidia] Quia omnes oderant tanti viri filium competitorem eſſe ſcribæ.[Carpebatur]Lacerabatur.[Crioien] Quia omues fortunā criminabātur.[Centuriis] Quæ prætoriæ erant.[Templo deſcendit]Ex loco Marti coōſecrato.i.cāpo Martio , ꝙ templum erat.nuſquam euim cum populo agi licebat,niſi in loco ſacro, & omnis locus ſacer templū dicitur.[Nec non maximo] Magnum fuit precium verecundię,nam ſibi magno conſtitit,quia præturam amiſit,vt ſeruaret verecundiam.[Africani]Non autem filio,ſed patri,cuius fuerat ſcribat, & cliens.

ASCEN. Nos autem tranſgrediamur (Adhortatoria dictum) ad præclarū opus verecundiæ. { Fortuna deduxerat in campum]. ſ.Martium.i.fecerat competitores præturæ , quia comitiis prætoriis . i. conuocationibus populi ad creandum prætorem.Cn.Scip.filium Africani ſuperioris. i.prioris,aut maioris, & ſcribam ſup.eius Cicereium.i.nomine. cum magna inuidia, quia inuidioſum erat,ꝙ,ſcriba. i. qui ſcribendi miniſterio victitabat,cum cōſularis viri filio cōpeteret, & ſup fortuna carpebatur ſermone vulgi,vt.i.tanquam oimis impotēs . i.inſulēs & confuderat . i.commiſcuerat ſanguinem, quia filiū & clientelam,quia Cicereius cliens erat,tanti viri. ſ.Scipionis ſuperioris certamine comitiali.i.faciendu eos præturam cōpetere[Cęterum Cicerius conuertit crimen eius]. ſ. fortunæ, in laudem ſuam.i.propriam.[Nam vt].i.poſtquā ipſe vidit ſe anteferri.i. præferri Scipioni . ſ.Cn.ſup.ab omnibus centuriis, quia centuriata erant comitia,deſcendit templo . i.loco Matri conſecrato,& vbi auſpicia captari ſolebant, hoc eſt è campo Matio,& abiecta toga candida.qua.ſ. competitores ſemper amiciebant cœpit agere.i.ſe eahibere ſuffragatorē. i. fautorem in prætura obtinenda, cōpetitoris ſui. i.eius, cuius cōpetitor fuerat paulo ente.vt.ſ.concederet melius . i. decentius memoræ Africani.ſ. ſuperioris patroni ſui,præturam,q̃ vendicaret.i.propriam face ret ſibi,necnon.i.etiam,& ſi Scipio.ſ.Cn.adeptus eſt tūc honore.ſ.præturæ,maximo preciu verundiæ tamen ſup. populi vniuerſi magis gratulati ſunt Cicereio,vt qui plus obtinuerit gloriæ per verecundiam,quàm obtinuiſſet per præturam . Alii legunt,tamen Cicereio magiſtratus lati ſunt,quod nō procedit, niſi intelligamus, Scipionem quidem nomine magiſtratum adeptum, ſed Cicereium re, quia honorem (qui magiſtratum proprius eſt, vſq; adeo, vt honores ſæpe pro magiſtratibus ponantur)maiorem aſſecutus eſt,quàm Cn.Scip.

DE L. CRASSO.

* Cic.lib. de ora.

* Cū ei diceret ſe uelle eſſe impetum.

*Ac ne * protinus comitijs abeamus , conſulatum petens L. Craſſus , cum omnium candidatorum more circum forum ſupplex populo ire cogeretur , nunquam adduci potuit,vt id præſente * Q.Scæuola grauiſſimo, & ſapientiſſimo viro ſocero ſuo faceret:Itaque rogabat eum: vt à ſe, dum inepta rei inſeruiret , diſcederet: maiorem verecundiā dignitatis eius, quàm candidæ togæ ſuæ reſpectum agens.*

OLIV. Ac ne protinus] Hoc quoque exemplum Cic. in lib.de orat. narrat , cum mos eſſet candidatorum ambire populum , hoc eſt vnumquenque eorum qui ſuffragia dabant manibus prehendi , atque orare , vt ſuum ſibi ſuffragium præſtarent, ꝙ profecto ineptum,& indignum videbatur,& erat ut uiri patricii cogerētur ſe ſubiicere plebi,Hac igitur verecūdia M.Craſſus nunquam hoc facere potuit præſente Scęuola ſocero ſuo , hic Scæu.filius fuit P.iuriſperiti,& ab hoc dicitur.Cice.quàm habebat iuris ciuilis ſcientiam , quantacumque foret, accepiſſe . [Ne protinus] Ne ſtarim inquit relinquamus comitia, de quibus mentione facimus.[Maiorem verecundiam]Ac ſi diceret plus uenerationis auctoritati Scæuolæ , quàm magiſtratui, quem petebat,præſtitiſſe videtur.

ASCEN. Ac ne habeamus protinus comitiis]. i. vt recitemus plura verecundiæ exempla in comitiiis L. Craſſus petens cōſulatum cum cogeretur ire ſupplex populo more omnium candidatorum.i.in cādidis ueſtibus magiſtratum petentium,nunquam potuit adduci,ut faceret. i. ita ſupplex, ambiret,grauiſſimo,& ſapientiſſimo uiro , ſocero ſuo , uidelicet Q. Scæuola præſente. i. tantiſper , dum ille præſens eſſet.[Itaq; ipſe rogabat eum].ſ.ſocerū ſuū ut diſcederet à ſe dum.i.donec inſeruiret rei ineptæ.i.tali ſupplicationi,agēs maiorē uerecūdiā dignitatis eius.ſ.ſoceri ſui,q̃ reſpectum togæ ſuæ cādidæ,quæ.ſ.exigebat,vt ſi ſuffragiis iuuari velit,ſupplex populum abiret.

DE POMPEIO MAGNO.

*Pompeius * autem magnus Pharſalica acie victus à Cæſare,cum poſtero die Lariſſam intraret, oppidiq; illius vniuerſus populus obuiā ei proceſſiſſet; ite,inquit, & iſtud officium præſtare victori. dicerem nō dignus qui vinceretur,niſi à Cæſare eſſet ſuperatus : certe modeſtus in calamitate. Nam,quia dignitate ſua vti iam non poterat,vſus eſt verecundia .* * Luc.lib. 7.Sed Diō. li. 42.nō itraiſſe.& Plut. ī vita hoc Mitylene dixiſſe refert.

OLIV. Pompeius aūt magnus] De uerecundia magni Pompeii dicit,qui acie Pharſalica victus fuiſſet, Lariſſam Theſſaliæ ciuitatem ſe contulit,vbi Corneliam uxorem ſuam tantiſper locauerat,dum uideretur exitus belli , ubi cum multus populus honoris gratia obuiam procederet , uerecundia motus,ite inquit,& iſtud officium præſtate uictori Luc. ſed quid opus uicto populis, aut urbibus inquit , victori præſtare fidem. Dicerem,adulatur . Val. indignus inqoit Pompeius vinci,niſi victus eſſet à Cæſ.qui tantus eſt imperator , ut ab illo uinci nō ſibi turpe fuerit.

ASCEN. Pompeius aūt magnus victus à Cæſ.]ſ.Iulio, in acie.i.pugna Pharſalica . i.in cāpis Phil.iuxta Pharſaliā urbem Theſſaliæ,cū intraret Lariſſam urbem Theſ. die poſtero. i. proximo poſt pugnā ſecuto,& uniuerſus populus illius oppidi proceſſiſſet obuiā ei ioquit,ita ò populi,& præſtare.i.exhibite,illud uſſicium.i.honorificum,ꝙ nu hi facitis uictori.ſ. Cæſ.dicerē ſup. ꝙ id dixit eus non dignus,qui uinceretur,niſi eſſet ſuperatus à Cæſ.qui. ſ.dignus erat quēlibet ſuperare, ꝙ ſolida adulatione dicit,certe.i.ſaltē,ſiue haud dubie modeſtus i calamitate.i.ſua. nam quia nō poterat uti tam dignitate ſua,uſus eſt uerecūdia.

DE C. IVLIO CAESARE.

*Qvam * præcipuam in C.quoque Cæſare fuiſſe ſæpenumero apparuit , & vltimus eius ſignificauit dies : compluribus enim parricidarum violatus mucronibus,inter ipſum illud tēpus,quo diuinus ſpiritus mortali ſecernebatur à corpore , ne tribus quidē & viginti vulneribus,quin verecundiæ obſequeretur, abſterreri potuit ſiquidem vtraq; togam manu demiſit ; vt inferior pars corporis tecta collaberetur. In hūc modum non homines expirant,ſed Dij immortales ſedes ſuas repetunt.* *Suet. & Plu. in vita.

OLIV. Qvam præcipuam] Iulius Cæſar , qui primus imperator remp.occupauit, cū in capitoliū aſcendiſſet , vbi ſenatus habebatur,& frequentiſsimus tanqoā illi nouos,& ampliſſimos honores demādaturus cōuenerat,iamq: parati eſſent interfectores,qui in eius cædē cōſpirauerāt,vbi uidit Brutum ſtricto gladio in ſe tuentē dixiſſe fertur,& tu filii, nam illum non ſecutus,ac filium non dilexerat,deinde togā ad talos vſque demiſit,ne quid moriens obſcęnitatis oſtēderet , quæ magna fuit uerecūdia,ut etiā in ipſa morte honeſtatis memor eſſet,nec illum malorū conſpiratio , aut uulnerū atrocitas peruertere potuerūt,ut obliuiſcerer oerecūdiæ,Suet.Cæſ. Inquit,ut animad uertit ſe undique ſtrictis pugionib.peti toga caput obnuluit, ſimul ſiniſtra manu ſignū ad ima crura duxit,quo honeſti * cade ret ēt inferiore corporis parte uelata.[Diuinus ſpiritus] Quia Cæſ.inter deos dr eē trāſlatus.[Demiſit] uſq; ad talos.[In hūc modum]Laudat Cæſ.cū aſſentatione more ſuo,q.d.Cæſar hoc uno pereundi modo nō ſe hominem , ſed deū eſſe declarauit. Cæſaris ī morte verecūdia.

ASCEN. Qvam] Scilicat uerecundiam apparuit ſæpenumero fuiſſe præcipuam,quoque.i.etiam in C. Cæſ. & ultimus dies eius.i.in terris ſignificauit. i. indicauit manifeſto ſigno . Enim pro quia , ipſe uiolatus compluribos mucronibus parricidarum.i.Caſſ.Bruti , & aliorum , qui eum occidendo,patrem patrię occiderunt.inter ipſum tempus , quo ſpiritus diuinus ſecernebatur à corpore mortali. i. quo mortalitatem hāc exuit derelinquēdo corpus mortale io terris, ne quidem. i .non ſaltē potuit abſterreri tribus,& 20.vulnerib. quin. i. quo minus,aut non obſequeretur.i.inſeruiret uerecundiæ.Siquidem. i. qm̄, ipſe demiſit. ſ.ad tegēda crura,& partes pudēdas,togam.ſ.ſuā utraque manu,ut inferior pars corporis laberetur.i.caderet tecta.i.

cooperta

cooperta.[Homines non expirant].i. emoriuntur in hunc modum.ſ.Sed qui ſic tam prouide cadunt repetunt ſedes ſuas.i.cœleſtes exiſtentes,aut affectu dij immortales.

EXTERNA
DE SPVRINA.

QVOD ſequitur externis adnectam,quia ante geſtum eſt,quàm Etruriæ ciuitas daretur:excellentis in ea regione pulchritudinis adoleſcens nomine Spurina,cum mira ſpecie complurium fœminarum illuſtrium ſolicitaret oculos ideoq́; viris, ac parentibus earum ſe ſuſpectum eſſe ſentiret, oris decorē vulneribus cōfudit, deformitatemq́; ſanctitatis ſuæ fidem,quàm formam irritamentum alienæ libidinis eſſe maluit.

OLIV. QVOD ſequitur] Ingenti laude prædicanda modeſtia, quæ ſequitur.cuius exemplum ideo dicit externis adiungendum potius,quam domeſticis,cum Tuſcus eſſet adoleſcens ille de quo loquitur,qui verecundiam hanc egit, antequàm Tuſci eſſent Romana ciuitate donati. Fuit aūt eiuſmodi exemplum, quod ſi in Chriſtiano adoleſcente inueniretur, vna omnium voce laudaretur. Spurina præſtantis formæ adoleſcens, matronarū, & virginum oculis inſidioſus erat.quippe qui non ſine cupiditate aſpici poſſe videretur, tanta eius formæ venuſtas, vt iam vxores,& filia habentibus ſuſpectus admodū eſſet, hic ergo cū videret ſe curam eſſe plerunque diſſidii inter virum & vxorem adeo moleſte tulit, vt ingreſſus cubiculum, oēm vultus, oriſq́; decorem illatis vulneribus cōfuderit, & ſe cicatricibus aſpectu deformem reddiderit. maluit deformitatem, ſuæ caſtitatis eſſe teſtimonium,quā formam alienæ libidinis irritamentum. ſunt qui putant hunc fuiſſe Spurinam Cæſ. aruſpicē, quod mihi nō placet.[Ciuitas daretur] Antequam ciues Rom.fierēt Hetruſci.nā conſtat Hetruriæ datam aliquā fuiſſe ciuitatem. [Solicitaret oculos] Quia quacunq; incederet mulieres in eum oculos conijciebant,& mouebantur earum animi quæ cum laſciuioribus oculis eſſent viſis,& parentibus ſuſpectiores reddebantur, vt verſus ille. ò facies oculis inſidioſa meis. [Suæ ſanctitatis] Vt oēs crederent eum incorruptū,& nulla prorſus libidine vexatū, quod animi propoſitum,in Chriſtiano miris laudibus extolleretur.

Spurinam adoleſcēs faciē vulneribus deformauit.

ASCAN. QVod ſequitur] E proximo more ſuo trāſit ad externa.nam externorum ſæpe ea prima ponit, quæ domeſticis proxima ſunt. Ordo eſt.Ego adnectam externis ſup. exemplū, id quod ſequitur,quia geſtum eſt antequam ciuitas.ſ.Rom.daretur Hetruriæ.i.antequam Hetruſci ciuitate donarentur,& ita tūc externi erant. Adoleſcens nomine Spurina excellentis pulchritudinis in ea regione.ſ.Hetruriæ, cū ſolicitaret oculos complurium fœminarū illuſtriū mira ſpecie.i.formoſitate ſua, & ſentiret,ſe ideo eſſe ſuſpectū viris ac parentibus earum,confudit vulneribus,quæ ſibi intulit,decorē oris.i.faciei,& maluit deformitatem eſſe fidem.i.approbationem ſanctitatis.i.integræ caſtitatis ſuæ,quā formam.ſ.ſuam eſſe irritamentum libidinis alienæ.

DE LACEDAEMONIORVM LEGATIS.

* Cic. in Cat.

*ATHENIS * quidam vltima ſenectutis, cum ſpectatum ludos in theatrum veniſſet, cumq́; nemo è ciuibus ſeſſum reciperet ad Lacedæmoniorum legatos forte peruenit: qui hominis ætati moti, canos eius & annos, aſſurgendi officio venerati ſunt,ſedemq́; ei inter ipſos honoratiſſimo loco dederunt:quod vbi fieri populus aſpexit, maximo plauſu alienæ vrbis verecundiam comprobauit. Ferunt tunc vnum è Lacedæmoniis dixiſſe: Ergo Athenienſes quid rectū ſit,ſciūt, ſed id facere negligūt.*

OLIV. ATHENIS quidam] Legati Lacedæmoniorum forte Athenis erant,cum ederentur ludi,venerunt ergo in theatrum & ipſi ſpectatum,& cum iam conſediſſent omnes, & ludi agi cœpiſſent,ingreſſus eſt theatrum ſenex quidam, qui cū ſua quiſq; loca occupaſſent,totum theatrum circuibat,locum quærens.tandem venit ad hos legatos, qui viſo ſene aſſurrexere,& locum ei dedere, tum, Athenienſes plauſum dedere, videntes tantam legatis ineſſe verecundiam, quorum vnus dixiſſe fertur,Ath.probe ſcire quid rectum ſit, & honeſtum, ceterum, illud negligentia prætermittere.Cic. in Catone maiore.Memoriæ,inquit proditum eſt, cum Ath. ludis quidam grandis natu in theatrum veniſſet magno conſenſu, nuſquam ei locum datum à ſuis ciuibus,cum autem ad Laced.acceſſiſſet,qui (legati cum eſſent)certo in loco conſederant, conſurrexiſſe oēs illi dicuntur,& ſenem ſeſſum recepiſſe. cumq́; à cuncto conceſſu plauſus eſſet multiplex datus memoriæ proditum eſt, dixiſſe ex his quendā, Athenien.ſcire quæ recta eſſēt,ſed facere nollè.

ASCEN. ATHenis,&c.] Ordo eſt.Quidam vltimæ.i. ſummæ ſenectutis,Athenis.i.apud Athenien. cum veniſſet in theatrum ſpectatum ludos,& nemo è ciuibus reciperet eum ſeſſum.i.ſedendum.(Eſt aūt ſupinum)peruenit forte ad legatos Lacedæmoniorum,qui.ſ.legati moti ætate hominis.venerati ſunt canos, & annos eius officio aſſurgendi, & dederunt ei ſedem in loco honoratiſſimo inter ipſos.Quod vbi populus.ſ. Athen.aſpexit fieri,comprobauit maximo plauſu.i.applauſu verecundiam vrbis alienæ,videlicet Spartanæ,aut Lacedæmoniæ.Ferunt.ſ.qui talia ſcripſerunt,aut recitando memoriæ prodiderunt,vnum è Lacedæmoniis, dixiſſe tunc.Ergo Ath.ſciunt (quia approbabant) quid ſit rectum , ſed negligunt id facere . Non eſt ergo exemplum de verecundia ſenis,ſed Lacedæmoniorum.

DE AMORE CONIVGALI.
CAP. VI.

A PLACIDO, & leni affectu, ad æque honeſtum verum aliquanto ardentiorē, & concitatiorem pergam, legitimiq́; amoris, quaſi quaſdam imagines, non ſine maxima veneratione contemplandas lectoris oculis ſubijciam, valenter inter coniuges ſtabilita fidei opera percurrens,ardua imitatu ceterum cognoſci vtilia, quia excellentiſſima animaduertenti, ne mediocria quidem præſtari,rubori oporteret eſſe.

OLIV. Legitim. amor. A PLACIDO, & leni affectu] Tranſit ad cap.de amore coniugali,vbi eorum narrantur exempla,qui inſolubili,inter ſe dilectionis nexu,fuerunt in ea ſorte copulati,ſed more ſuo laudat in hac præfatione talem animorum affectum. [Concitatiorem] Vehementiorem . [Legitimi amoris] Quia certe lege confœderati ſunt vir, & vxor.quidquid autem lege tenetur legitimum dicitur. [Stabilito] Quia non ad tempus amarunt,nec ad tempus deſtiterunt.[Quia excellentiſſima] Vere inquam eſt ardua, quia qui in alijs magna,& ſolēnnia recognoſcit,erubeſcit, ſi ipſe mediocra non præſtet.

ASCEN. A Placido] Paraſceue,ſeu præfatio eſt de amore coniugali, de quo graphice diſſerit dicens.[Ego pergam].i.procedā ab effectu placido & leni , vtpote à verecundia, ad ſup.affectū æque honeſtum verum.i.ſed ardentiorem,& concitatiorem.i.commotiorem aliquanto, quod pro quia,ſubijciam oculis lectoris quaſdam quaſi imagines legitimi.i.coniugalis amoris,contemplandas non ſine maxima veneratione,percurrens.i.curſim narrans opera fidei.i.fidelitatis ſtabilitæ,valenter.i. potenter inter coniuges.i.matrimonio coniunctos virum , & vxorem , opera inquam ardua.i.quæ ſunt ardua,& difficilia imitatu.i.ad imitandum,ceterum.i.ſed vtilia cognoſci.i.vt cognoſcantur.(Cōſuetius dixiſſe cognitu,vt reſpondeat ad illud imitatu , quod eſt ſupinū in u,ſemper paſſiue poni ſolitum)quia oportet eſſe rubori.i.pudori,hoc eſt ad pudorem, & erubeſcentiam animaduertenti.i.conſideranti & legenti,excellentiſſima.ſ.opera amoris cōiugalis,ne quidem.i.non ſaltem præſtare mediocria.Is ergo fructus eſt legendū fortia, & ſancta illuſtriū virorū ac mulierū geſta,vt ſi nō paria , at qualiacunque eiuſdem generis faciamus.

DE TIBERIO GRACCHO, ET CORNELIA EIVS VXORE.

* Cice.in vtroq; li. de diuin. & Plut. in Gracchis.

*TIBERIVS * Gracchus anguibus domi ſuæ, mare,ac fœmina apprehenſis,certior factus ab Aruſpice mare dimiſſo vxori eius, fœmina ipſi celere obitum inſtare:ſalutarem coniugi potius,quàm ſibi parem ſecutus augurij , marem necari, fœminam dimitti iuſſit : ſu-*

ſtinuitq; conſpectu ſuo, ſeipſum in interitu ſerpẽtis occidi, Itaq; Corneliam neſcio vtrum feliciorem dixerim, quòd talem virũ habuerit, an miſeriorem: quòd amiſerit.

Oliv. TIBERIVS Grac.] Cic. lib. de diu. Quid Tib. Grac. P. filius, qui bis cẽſor, & cõſul fuit, idemq́, & ſummos au gur, & vir ſapiens, cuiuſq; præſtans, is (vt C. Grac. eius filius reliquit ſcriptum) duobus anguibus domi cõprehenſis aruſpices conuocauit, qui cum reſpondiſſent, ſi marem emiſiſſet, vxori breui tempore eſſe moriendum, ſi fœminam, ipſi, æquius eſſe cẽſens ſe maturam mortem oportere, quàm P. Afric. filiam adoleſcentem intempeſtiua fata incorrere, fœminam dimiſit, ipſeq́ue, paucis diebus poſtea mortuus eſt. Plin. lib. 7. nat. hiſt. de pietate Grac. inquit, pater anguibus comprehenſis in domo, cũ reſponderetur ipſum victurum alterius ſexu, interempto, imo vero inquit, meum necare. Cornelia enim iuuenis eſt, & parere adhuc poteſt, hoc eſt erat vxori parcere, & reipub. conſulere. idq́ue mox conſecutũ. [Obitum ſuum] Et ita quoque fuit, nam Cornelia ſuperioris Afric. filia T. Graccho viro ſuo ſuperuixit. [Itaque Cornelia] Hanc vt ſupra diximus in cap. de reconciliatis, Grac. poſt factam ad ſacras menſas reconciliationem accepit vxorem.

Ascen. Tiberius Gracch. anguibus] ſ. duobus mare. i. maſculo, ac fœmina, apprehenſis. i. captis domi ſuæ. i. poſtquam domi ſuæ capti erant, factus certior. i. edoctus ab aruſpice, celerem obitum inſtare. i. imminere vxori eius. ſ. Corneliæ mare dimiſſo. i. ſi marem dimiſerit, & ipſi. i. ſibi fœmina ſup. i. ſi fœminam dimiſerit, ſecutus potius partem auguris ſalutarem coniugi, quàm ſibi, iuſſit marem necari, & ſup. fœmina dimitti, & ſuſtinuit. i. paſſus eſt ſeipſum occidi in conſpectu ſuo in interitu ſerpentis. ſ. maſculi, non quòd cum illo ſtatim extinctus ſit, ſed quòd paulo poſt ſe moriturum ex augure didicerat. [Itaq; neſcio vtrum dixerim] i. cenſere debeam Corneliam feliciorem, quod habuerit talem virum, qui. ſ. pro illa mori voluerit, an miſeriorem, quòd amiſerit talem virum.

DE ALCESTIDE.

OTV Theſſaliæ rex Admete crudelis, & diri fati crimine ſub magno iudice damnatæ: qui coniugis tuæ fata pro tuis permutari paßus eſt eaq; ne tu extingueres, voluntario obitu conſumpta, lucem intueri potuiſti, & certe prius parentum indulgentiam tentaueras, fœmineo animo impar inuentus.*

* Plato in ſympoſito bis, & Euripides in tragædia, & Hygin. in fabulis.

Oliv. Admeti vxor pro viro mori ſuſtinuit.

OTa Theſſaliæ rex] Admetus rex Theſſaliæ graui morbo implicitus, per legatos Apollinem de ſalute conſuluit Apollo reſpondit, ita eum viuere poſſe, ſi quempiam inueniret, qui vellet pro eo fata ſubire. Tentatis igitur omnibus propinquis, amicis, clientibus, & ipſis denique ſeruis, ſola vxor inuenta eſt, quæ pro eo mori voluerit. reprehendit autem & quodam modo deteſtatur eum Val. quòd fideliſſimæ vxori ſuperſtes eſſe voluerit. fuit hæc Alcæſtis nomine, filia Pelei, patruelis Iaſonis Theſſaliæ regis, fœmina quidem formoſiſſima, ex qua natus eſt Aemulius Admeti filius, qui ad Troiam cum aliis græcorũ ducibus veniens 11. præfuit nauibus. hæc vſque adeo virum amauit, vt voluntariam pro illo mortem ſuſcipere non recuſauerit. De qua Sen. in Medea dixit. Coniugis fatum redimens Pherei vxor, impendit animam marito. Ouid. lib. 2. de Ponte de vxore ſua dixit, Si mea mors redimenda foret, quod abhominor eſſe, Admeti coniux, quàm ſequereris eras. Iuuen. in Satyra, credo pudicitiam dixit, Spectat ſubeuntem fata mariti Alceſtem & ſimilis ſi permutatio detur, morte viri cupiant animam ſeruare catellæ. hanc Plato dicit in ſympoſio propter hoc factum meruiſſe à diis immortalibus, vt ab inferioris reuocaretur ad ſuperos. [Sub magno iudice] ſ. Apolline.

Ascen. OTe Theſſaliæ, &c.] Per aptam apoſtrophen interſerit externũ exemplũ, ſed contrarium videlicet Admeti Theſſali, qui vxorẽ pro ſe mori ſuſtinuit dicens. O Admete rex Theſſaliæ te damnatum ſup. iudicio ſub iudice magno. ſ. Apolline, crimine crudelis & diri fati. i. mortis quæ poſtea extinctus es, & qui paſſus es fata. i. mortem coniugis. ſ. Alceſtis permutari. i. permutando accelerari pro tuis. i. loco mortis tuæ. i. qui paſſus es coniugem tuam pro te mori, & ea cõſumpta obitu voluntario, ne tu extingueres, quia oportuit aliquem pro eo mori, hoc eſt poſtquam ea pro te mortua eſt potuiſti intueri lucem. ſ. huius vitæ Et certe tentaueras prius indulgentiam. i. nimiam in te inclinationem parentum. ſ. tuorum, an velint pro te mori inuentus impar animo fœmineo. i. vxoris tuæ, quæ pro te mori voluit cum tu, nec pro parentum ſalute, quos pro te mori ſolicitaueras, nec pro tua neceſſitate, quia ſemel moriendum erat, mori velles.

DE C. PLAVTIO.

VILIOR Graccho iniquæ fortunæ victima, quamuis ſenatorij vir ordinis C. Plautius Numida, ſed in conſimili amore, par exemplum: morte enim vxoris audita, doloris impotens, pectus ſuum gladio percuſſit, interuentu deinde domeſticorũ inceptum exequi prohibitus, colligatusq;: vt primũ eſt occaſio data, ſciſſis faſcijs ac vulnere diuulſo, conſtanti dextera, ſpiritum luctus acerbitate permiſtum, ex ipſis præcordiis, & viſceribus hauſit: tam violenta morte teſtatus, quantum maritalis flamma illo pectore clauſum habuiſſet.

Oliv. VILIOR Grac.] Hic ſenatorius homo fuit, dignitate non mediocri, ceterum Grac. longe inferior, cui nulla in re conferri poſſe videtur, niſi in amore coniugali, adeo miſere vxorem amauit, vt audita eius morte ei diutius ſupereſſe noluerit, nam ſibi quamprimum pectus gladio tranſfixit impatientia doloris, quem superuenientes amici, & domeſtici grauiter caſtigarunt, & inceptum opus exequi non permiſerunt, quamquã à propoſito deterrere, & à conſtituta in animo ſuo morte reuocare non potuerunt, nam idem (amotis arbitris omnibus) faſcias diſſoluit, vulnus diſrupit, & conſtanti animo ſpiritũ emiſit. [Vilior] Qui non tantæ dignitatis fuit. [Iniquæ fortunæ victima, quamuis] Sceuæ. quæ illorum amorem diremit. [Impotens, pectus ſuum gladio percuſſit] Impatiens. [Occaſio data] ſcilicet abſentibus amicis. [Faſcijs] Quibus erat alligatus.

Ascen. VIlior, &c.] Ex comparatione eiuſdem Gracchi ſubinfert alterum exemplũ dicens C. Plautius Numida. ſ. cognomẽto quãuis vir ordinis ſenatorii. fuit ſup. tamen victima fortunæ iniquæ. i. quem fortuna iniqua ad mortẽ impulit, vilior Grac. ſ. Tiberio, ſed per exemplum in conſimili amore. ſ. coniugali. Enim pro quia, morte vxoris ſup. eius audita percuſſit pectus ſuum impotens doloris. i. non potens perferre tantum dolorem gladio. i. ſeipſum interemit, deinde prohibitus exequi. i. perficere inceptum. i. neceſſe fuit interuentu domeſticorum, & colligatus. i. habens vulnus, quod ſibi in pectore fecerat, ab aliis ligatum, vt. i. cum primum occaſio. i. opportunitas data eſt. ſ. per abſentiam domeſticorum hauſit conſtanti dextera ex ipſis præcordiis, & viſceribus ſpiritum. ſ. vitalem permiſtum acerbitate luctus, hoc faſciis. i. panniculis lineis, quibus vulnus ligatum erat ſciſſis. i. diruptis, ac vulnere diuulſo. i. aperto, teſtatus. i. teſtificans tam violenta morte, quantum. i. quantam partem, aut molem flammæ maritalis habuiſſet clauſum illo pectore. ſ. quòd ſi percuſſit, ac diuellit.

DE M. PLAVTIO.

EIVSDEM vt nominis, ita amoris quoque M. Plautius: nam cum imperio ſenatus claſſem ſociorum 60. nauium in Aſiam reduceret. Tarentumq; appuliſſet, atque ibi vxor Oreſtilla, quæ illuc eum proſecuta fuerat, morbo preſſa deceßiſſet: funerata ea, & in rogum impoſita, inter officium vngendi & oſculandi ſtricto ferro incubuit: quem amici ſicut erat togatum, & calceatum, corpori coniugis iunxerunt, ac deinde ſubiectis facibus, vtrunque vna cremauerunt: quorum ibi factum ſepulchrum Tarenti etiamnum conſpicitur, quod vocatur τῶν φιλούντων. Nec dubito, quin ſi quis modo extinctis ſenſus ineſt Plautius, & Oreſtilla, fati conſortione, geſtientes vultus tenebris intulerint: ſaneq; vbi idem et maximus: & honeſtiſſimus amor eſt, aliquanto præſtat morte iungi, quàm vita diſtrahi.

OLIV. EIVSDEM nominis] Hoc fuit confecto iam bello Macedonico, in quo Rom. quorũdam Aſiæ populorum armis, & opera fuerant vſi, debellata ergo prouincia, & paratis rebus omnibus, cum ad ſocios remitterent claſſem, ei legationi præficere C. Plautium ſenatoriũ virum, & in rep. non obſcurũ qui cum Tarentũ perueniſſet, vxor eius Oreſtilla, q̃ itineris comitem ſecum adduxerat, morbo implicita periit, cuius mortem cum æquo animo ferre nõ poſſet inter ipſum funeris officium ſtricto enſe incubuit, & ita quos ſemel fortuna coniunxerant mors nõ diremit. nam vterque eodem quæ rogo cremati, & eodem ſepulchro conditi fuerunt, tituluſq; ſepulchro inſcriptus φιλόντων τάφος, amantiũ monumentũ. Vngendi, & apud maiores cadauera precioſis quibuſdam vnguẽtis deliniebatur, & in togis multa ſimul aromata cum cadaueribus cremabantur, vnde legitur de Sylla tantam multitudinem aromatum fuiſſe in eius rogo cõſumptã, vt imago eius his vnguẽtis effigiẽ quãdã contraxerit. Virg. in 6. de miſeno, corpuſq; lauant frigentis, & vnguũt. [Nec dubito] Loquit̃ ſecũdũ Epicureos, qui dicebant nullum ſenſum remanere poſt mortem, ſeu morte omnia pariter cum corpore extingui. [Conſortionem] Coniunctionem.

Vnguento rũ multitudo i Sylſæ funere.

ASCEN. EIuſdem, &c.] Inuento rurſus filo, quo exempla conſuit, dicit M. Plautius, vt nominis, ita quoq; amoris eiuſdem. ſ. cõiugalis ſup. fuit. Nam. i. qũ reduceret in Aſiam imperio ſenatus claſſem ſociorum 60. nauium. i. quæ claſſis 60. cõplexus eſt naues, & appuliſſet ſup. claſſem Tarentũ. i. illud oppidum maritimum, atque Oreſtilla vxor eius proſecuta fuerat eum illuc. ſ. vſque deceſſiſſet ibi preſſa morbo, ea funerata. i. funebri pompa inſtructa, & impoſita (aut potius iamiam imponenda, nam ſi impoſita fuit, qũo ſtat quod ſequitur) in rogum. i. ignẽ incenſum, incubuit ferro ſtricto. i. in gladium nudatũ, inter officium vngẽdi. ſ. cadaueris, & oſculãdi, cum ſtatim in rogum imponi debebat, aut ſi rogum acceperimus non pro incenſa pyra, ſed parata incendi, dicamus moris fuiſſe, ut cadauera in rogũ impoſita, priuſquã ignis inferretur, vnguẽta, & oſcula à cariſſimis inferantur. Quem. ſ. Plautiũ, qui ſe interemerat, amici iunxerant corpori cõiugis togatum, & calciatũ, ſicut erat ac deinde cremauerunt vna. i. pariter vtrũque. ſ. tã maritum, q̃ vxorẽ facibus ſubiectis. i. ab inferiori parte iniectis, quorũ ſepulchrũ eſt factum ibi eodem loco, & cõſpicitur etiamnum. i. nunc adhuc, Tarẽti, quod vocatur τῶν φιλόντων. i. duorum amantium. Nec dubito quia ſi modo. i. dũmodo quis. i. aliquis ſenſus ineſt extinctis Plautius, & Oreſtilla intulerunt tenebris. i. inferni vultus geſtientes. i. exultantes, & geſtu gaudia ſua prodentes, cõſortione. i. obſortionẽ ſimilẽ fati. i. mortis. [Saneque] i. eſt & ſane, vbi idem amor, & maximus (quia nõ eſt maior dilectio quàm quis animã pro dilecto ſuo ponat) & honeſtiſſimus, quia legitimus eſt. Præſtat. i. melius eſt aliquãto, quod dicunt aliqua tenus iungi, morte. i. per mortem altera vita (ſed Euangelium nos docet in altera vita futuros, ſicut Angelos Dei, hoc Cœlibes omnes, quod vocabulum à Cœlo deductũ inepte propterea diximus) quàm diſtrahi. i. diſſolui vita. ſ. hac temporali.

DE IVLIA CAII CÆSARIS FILIA.

CONSIMILIS * affectus Iuliæ C. Cæſaris filiæ notatus eſt: quæ cũ ædilitijs comitijs Pompeij magni coniugis ſui veſtem, cruore reſperſam, è campo domum relatam vidiſſet, territa metu, ne qua vis ei eſſet allata, ex animis concidit, partumq́;, quem in vtero conceptũ habebat, ſubita animi conſternatione, & graui dolore corporis eijcere coacta eſt, * atq; ita expirauit: magno quidem cum totius terrarum orbis detrimento: cuius trãquillitas tot ciuium bellorum truculentiſſimo furore perturbata non eſſet, ſi Cæſaris, & Pompeij cõcordiam, communis ſanguinis vinculo conſtricta manſiſſet.

* Appia. lib. 2. ſed Plutar. in uita, & Paterculus paulo aliter.

* Morte tua diſcuſſa fides. Luc. lib. 1.

OLIV. CONSIMILIS affectus Iuliæ] Iulia Pompei moritur, Plin. in vita Pompei ſic tradit comitiis ædilitiis, cum manus quidam conſeruiſſent, & circa Pompeium multi cecidiſſent, cruore cæſorum perfuſus, veſtes mutauit, & cũ multus ſeruorum tumultus ad ædes eius fieret, interferendũ veſtes, puella prægnans viſa cruẽta toga cõcidit, nec multo poſt abortiuũ enixa periit. [Aedilitiis comitiis] Quibus creabantur Aediles. [E campo] ſ. Martio, vbi habebãtur comitia. [Ex animis] Mortua. nam inter exanimum, & exanimatum hoc intereſt, quod exanimis dicitur mortuus. Virg. Exanimumq́ue auro corpus vẽdebat Achilles, exanimatus vero, metuens, & perterritus, idem exanimata ſequens impigeret agmina muris. [Conſternatione] Mentis conturbatione, nam conſternatus mentes perturbatus, & ſubito caſu perterritus à ſternuto deductus, quia cũ ſternutamus toto corpore commouemur. [Orbis detrimento] Quia poſt huius mortem ſecuta ſunt bella ciuilia inter Cæſarẽ & Pompeium, quæ totum terrarum orbem graui clade concuſſerunt. [Communis ſanguinis vinculo] Hac vna. ſ. affinitate, quia ſi vixiſſet Iulia potuit Pompeium cum ſocero patrẽ ſuum in perpetua concordia tenere.

ASCEN. COnſimilis, &c.] Ordo eſt. Affectus Iuliæ filiæ C. Cæſaris eſt notatus. i. obſeruatus, & inuentus conſimilis. ſ. affectui prædictorum in amore coniugali, quæ cum vidiſſet comitiis ædilitiis. i. quibus ædiles creandi erant, veſtem Pompei magni coniugis. i. mariti ſui relatam domum è campo. ſ. Martio, reſperſa cruore, territa metu. i. ob metum, ne qua uis. i. violentia eſſet allata ei, ſ. coniugi ſuo, concidit exanimis, i. ſine anima, i. vitæ ſigno, & coacta eſt eijcere ſubita conſternatione animi, & graui dolore corporis partum. i. fœtum, quem habebat conceptũ vtero, atque expirauit, i. vitam afflauit. ita. i. in tali dolore. quidem, i. certe, Cum magno detrimento orbis terrarũ, cuius, ſ. orbis terrarum tranquillitas non eſſet perturbata truculentiſſimo furore tot bellorum ciuilium, ſi cõcordia Cæſaris & Pompeii manſiſſet cõſtricta vinculo cõmunis ſanguinis. ſ. liberorum Iuliæ ſi abortiuum non emiſiſſet partum.

THEO. HAc vna affinitate] Inde Lucanus Pharſaliæ primo, Nam pignora iuncti ſanguinis, & diro ferales omine tedas. Abſtulit ad manes parcarum Iulia ſæua, Intercepta manu, quod ſi tibi fata dediſſent. Maiores in lucem horas tu ſola furentẽ. Inde virum poteras, atque hinc retinere parentem, Armataſq́ue manu excuſſo iungere ferro.

DE PORCIA CATONIS FILIA, VXORE BRVTI.

TVOS * quoque caſtiſſimos ignes Porcia, M. Catonis filia, cuncta ſæcula debita admiratione proſequẽtur: quæ cum apud Philippos victũ, & interemptum virum tuum Brutum cognoſceres, quia ferrum non dabatur, ardentes ore carbones haurire non dubitaſti, muliebri ſpiritu virilem patris exitum imitata. Sed neſcio an hoc fortius, quod ille vſitato, tu nouo genere mortis abſumpta es.

* Valeriũ & Nicolaum philoſophum hac in re Plutar. arguit in Brut.

OLIV. TVos quoque caſtiſſimos ignes Porcia] Porcia Catonis filia virum ſuũ Brutum tantopere amauit, vt audita eius morte, cum illi ſupereſſe nullo modo vellet, nec ferrum daretur, quo ſe trãſfigeret nã ab ea omne telorum genus à domeſticis hoc ipſum timentibus fuerat amotum, bonam ipſa mortis viam inuenerit, nam carbones ignitos auidiſſime hauſit, & nouo leti genere conſumpta eſt, hæc vt in cap. de fortitudine diximus, cognito viri conſilio, quod de interficiendo Cæſare cum Caſſio ceperat, priuſquam tantum facinus aggrederetur Brutus, experiri voluit nunquid poſſet fortiter mori, ſi res marito infeliciter ceſſiſſet, & accepta nouacula, ſimulãs vngues velle præcidere, manum ſibi nõ leuiter ſauciauit. [Ignes caſtiſſimos] Amores pudiciſſimos. Virg. Et cæco carpitur igni. i. amore. [Admiratione] Non ſolum laude. [Virum Brutum cognoſceres] Marcus Brutus, ut quidam volunt Seruiliæ Catonis ſororis filius, Porciam Catonis (defuncto priore marito) duxit vxorẽ. [Philippos] ſ. cãpos, videlicet in Theſſalia. [Victum] Ab Antonio, & Auguſto. [Patris exitum] Quia ſicut pater. ſ. Cato Vticenſis poſt reip. partes in Africa profligatas, ubi vidit nullam ſibi libertatis ſpeciem eſſe relictam, maluit ſibi fortiter mortem inferre, quàm in Tyranni ſeruitutem concedere ita tu ò Porcia viriles magis quàm muliebres animos gerens, ſed fortaſſe facinus tuum aliquanto fortius fuit patris facinore. nam ille uſitato modo moriendi occidit. ſ. gladio, tu vero inuſitato genere mortis. i. carbonibus.

ASCEN. TVos quoque, &c.] Ordo eſt. O Porcia filia M. Catonis; cuncta ſæcula proſequentur debita admiratione quoque. i. etiã tuos ignes. i. amores caſtiſſimos, quia coniugales. quæ cum agnoſceres Brutum virum tuum victum. ſ. ab Auguſto, & interemptũ. ſ. apud Philippos locũ illum in Theſſalia nõ longe à

Pharſalia, nõ dubitaſti haurire. i. in os tuũ, & guttur ingerere carbones ardentes, quia ferrum. i. inſtrumẽtum ferreum, quo te occidere poſſis, nõ dabatur. [Imitata] i. imitans ſpiritu muliebri exitum virilẽ patris. ſ. Catonis, qui ſe apud Vticã interemerat. [Sed neſcio an] Sup. feceris fortius hoc, quod ille. ſ. pr̃ tuus Cato Vticẽſis ſup. abſumptus eſt gñe mortis vſitato. ſ. à multis, quia multi ſibi ferro uitã ademerunt, tu aũt abſumpta es. i. de medio viuentiũ ſublata, nouo. i. inſolito, & inaudito gñe mortis, videlicet ſuffocando ſpiritum carbonibus in os congeſtis.

EXTERNA.

DE ARTHEMISIA.

SVNT * & alienigeni amores iuſti, obſcuritate ignorantiæ non obruti, ex quibus paucos attigiſſe ſatis erit. Gentis Cariæ Regina Arthemiſia virũ ſuum Mauſolum fato abſumptũ, quantopere deſiderarit, leue eſt, poſt conquiſitorem omnis generis honorũ, monimentiq; vſq; ad ſeptem miracula prouecti magnificentiam, argumentari. Quid enim aut eos colligas? aut de illo inclyto tumulo loquare, cum ipſa Mauſoli viuum, ac ſpirans ſepulchrum fieri concupierit, eorum teſtimonio, qui illã extincti oſſa potioni aſperſa, bibiſſe tradunt?

* Gel. lib. 10. cap. 18. Cic. Tuſ. 3.

OLIV. SVNT & alienigeni] Tranſit ad externa, quorũ primum eſt Arthemiſiæ reginæ, filiæ Ligdami Alicarnaſei, & vxoris Mauſoli regis Cariæ, quæ virum amaſſe fert, ſupra omnes amorum fabulas, ultraq; affectionis humanæ fidem Mauſolus autẽ fuit, vt Cic. refert, rex terræ Cariæ, vt quidam hiſtoriarum græcarum ſcriptores prouinciæ Græciæ præfectus, quem Græci σατράπην vocant. is Mauſolos vbi fato perfunctus eſt inter lamẽta, & manus vxoris funere magnifico ſepultus eſt Arthemiſia luctu, & deſiderio mariti flagrans, oſſa, cineremq; eius miſta odoribus contuſaq; in pulueris faciem aquæ indidit, ebibitq;. multaq; alia volẽtis amoris indicia feciſſe videt, molita quoque eſt ingenti impetu operis, conſeruandæ mariti memoriæ, cauſa, ſepulcrũ illud memoratiſſimum, dignatumq; numerari inter ſeptẽ omniũ terrarũ ſpectacula. id monumentũ Arthemiſia cum diis manibus ſacris Mauſoli dicaret. Agona. i. certamen laudibus eius dicundis fecit poſuitq; præmia pecuniæ, aliarumq; rerũ bonarũ ampliſſima. Ad eas laudes decãtãdas veniſſe dñr Theopõpus, Theodoctes, & Naucratites, & ut quidã volunt Iſocrates. huius aũt certaminis victorẽ Thepompum fuiſſe tradunt. Is fuit Iſocratis diſcipulus Cic. Tuſc. lib. 3. Et Arthemiſia, inquit, Illa Mauſoli Cariæ regis uxor, quæ nobile illud Halicarnaſi fecit ſepulchrum, quoad vixit ſemper vixit in luctu, eodemq; etiam confecta contabuit. huic erat illi opinio quotidie recens, quæ tum denique appellabatur recens cũ vetuſtate exaruit Strab. lib. 14. tum Halicarnaſus, inquit principiũ Cariæ regina, quæ prius zephira. hoc in loco eſt Mauſoli ſepulchrum, vnum è ſeptem ſpectaculis, quod illi Arthemiſia vxor conſtruxit. Itẽ paulo inferius. nam Hecatonos Cariæ rex tres habuit filios Mauſolum, Idreum, & Pyxodarum, & filias duas è quibus Arthemiſię grandior Mauſolo ea fratribus grãdiori nupſit, ſecundo viro Idreo altera ſoror data eſt nomine Ada. Mauſolus itaque regnauit, quo mortuo, vxor imperiũ habuit, quæ illi ſepulchrum conſtruxit: Arthemiſia tabe conſumpta propter luctum, quem ex viro ſuo ſuſceperat, hæc Strab. qui non conuenit cum Herodoto, de Arthemiſia. nam Herod. lib. hiſtor. 8. dicit Arthemiſiam Ligdami Halicarnaſei, non Hecatoni Cariæ regis filiam fuiſſe. [Ad ſeptem miracula prouecti] Plin. lib. 36. naturalis hiſtor. hoc inter ſeptem mundi miracula connumerari dicit. Sculptumq; fuiſſe, à quatuor hominũ præſtantiſſimis, Scopa, Brya, Thimoteo, & Leochare, patere ab auſtro, & ſeptentrione ſexagenos ternos pedes. Breuius à frontibus, toto circuitu pedes quadringentos vndecim, Attoli in altitudinem vigintiquinque cubitis, cingi columnis 36. ab oriẽte cælaſſe Scopam, à Septentrione Bryã, à meridie Thimoteum, ab occaſu Leocharem, & ſubiungit. Arthemiſiam reginã tãti operis auctorem opere nondum abſoluto periiſſe. Sculptores tñ inde non receſſiſſe, niſi prius pfecto opere, quod ſuæ gloriæ & ipſorum arti perpetuum monumentum fore viderẽt. Cuius rei multi meminere ſcriptores, atque poetæ.

ASCEN. SVnt, &c.] Ordo eſt. Amores alienigeni. i. aliũde geniti, & obſeruari, ſunt iuſti, non obruti obſcuritate ignorantiæ, ex quibus. ſ. iuſtitutis ceteris, ſatis erit attigiſſe. i. paucis abſoluiſſe paucos, vnde incipiens narrare dicit. Arthemiſia regina gentis Cariæ, quãtopere. i. quantũ impenſe deſiderauerit, Mauſolum (ſeu Mauſeolum) abſumptum. i. ablatũ fato. i. morte leue eſt. i. facile argumentari. i. probare, poſt magnificentiã. i. magnificam impenſam honorum omnis generis & monimenti. ſ. ſepulchri prouecti. [Vſq, ad ſeptem miracula]. i. eo vſque vt inter ſeptẽ miracula mundi, annumeraretur. [Quid enim]. i. nam quid. i. ad quid, aut colligas eos. ſ. honoris omnis generis conquiſitos, aut loquare de illo inclyto Tumulo, cum ipſa concupierit ſepulchrum Mauſoli. ſ. mariti ſui viuum aſpirans, id eſt ſpiritũ vitalem ducens, teſtimonio eorum, qui tradunt illam bibiſſe oſſa, ſcilicet mariti extincti aſperſa potioni, i. potui ſui, quaſi dicat non poſſe fortius argumentum aſſerri.

DE HIPSICRATEA VXORE MITHRIDATIS.

HIPSICRATEA * quoque Regina, Mithridatem coniugem ſuũ effuſis charitatis habenis amauit, propter quem præcipuum formæ ſuæ decorem in habitum virilem conuertere voluptatis loco habuit; tonſis enim capillis equo ſe, & armis aſſuefecit, quo facilius laboribus, & periculis eius intereſſet: quinetiam victum à Cn. Pompeio per efferatas gentes fugientem, animo pariter, & corpore infatigabili ſecuta eſt, cuius tanta fides aſperarum, atque difficilium rerum Mithridati maximum ſolatium, & iucundiſſimum lenimentum fuit: cum domo enim & penatibus vagari ſe credidit, uxore ſimul exulante.

* Pellicẽ fuiſſe ſcribit Plut. in Pomp.

OLIV. HIPSICRATEA quoque] De effuſo amore Hipſicrateæ reginæ vxoris Mithridatis regis Põti dicit, quæ mutato fœmineo cultu, ſpretoq; matronali decore cuius auide nimium ſolẽt eſſe mulieres, virilem habitum ſumpſit, capillos incidit equos, & arma tractauit, ut in fortuna virum ſequi poſſet, quem à Pompeio ſuperatum per ſolitudines, & barbaras gentes fugientem, mira quadam animi, & corporis fortitudine comitata eſt hæc ſibi diſſuadenti vero dixiſſe fertur, quos ſors vna coniunxit, his debet quo res cumq; cadat vnum, & commune periculũ, vna ſalus ambobus eſſe. Hic Mithridates Põti, & Bythiniæ rex inclytus fuit de quo Plin. lib. 25. naturalis hiſtoriæ ſic tradidit, Mithridates maximus ſua ætate regum, quẽ debellauit Pompeius omnium ante ſe genitorum diligentiſſimus vitæ fuiſſe argumentis, præterquam fama intelligitur, vnde ei excogitatũ quotidie venenum bibere, præſumptis remediis, vt conſuetudine ipſa innoxium fieret de cuius memoria paulo infra ſic inquit, illum ſolum mortalium Mithridatẽ 22. linguis locutum certum eſt, nec ſubiectis gentibus vllum hominẽ per interpretem appellatum ab eo annis 56. quibus regnauit, quod & Gellius, & Solinus affirmauit, qui quod maius eſt vnũquẽq; ſuo nomine ex tot millibus appellare ſolitum fuiſſe dicunt, proinde lingua, & oratione vniuſcuiuſque nõ minus ſcire, q̃ ſi gentilis eius fuiſſet, locutũ fuiſſe. De cuius morte varia tradũt auctores. nam alii dicunt uictum à Pompeio cum ſibi mortem inferre decreuiſſet, violentiſſima venena ſumpſiſſe, deniq; gladio ſe transfixiſſe. Plinius de viris illuſtribus, dicit illum venenum ſumpſiſſe, quo tarde agente, percuſſorem Gallum atroci vultu territum reuocaſſe, in cædem ſuam manum trepidantis ediuiſſe. Alii vero acutiſſimo veneno extinctũ fuiſſe aſſerũt, quorum opinionem. Lucan. ſecutus eſt lib t. cum dixit. Poſt Cilicasq; vagos, & lapſi pontica regi. Prælia Barbarico vix cõſumata veneno. [Mithridatem coniugem] Sunt qui dicãt non Mithridatis vxorem fuiſſe, ſed concubinam, cuius ſentẽtię eſt Plut. in vita Pomp. [Tonſis capillis] More virorum. [Efferatas] Crudeles, & barbaras.

ASCEN. HIpſicratea quoque Regina] ſ. Ponti, amauit Mithridatem coniugem. i. maritum ſuum habenis charitatis effuſis. i. late extenſis, ſicut equus effuſis habenis late excurrit, propter quẽ ſcilicet coniugem ſuum ipſa habuit loco voluptatis conuertere præcipuum decorem formæ ſuæ. ſ. muliebris in habitum virilem. Enim pro quia, capillis tonſis. i. poſtquam more virili

totonderas

totonderat capillos, ipſa aſſuefecit ſe equo, & armis, quo.i.ꝯ, vt intereſſet facilius laboribus, & periculis eius.ſ. mariti ſui. [Quinetiā].i. inſuper, ipſa ſecuta eſt animo pariter, & corpore indefatigabili, aut infatigabili ſup. maritum victum à Cn. Pompeio.ſ. magno, fugientem per gentes efferatas.i. immanes. [Cuius].ſ. vxoris fides, tāta.i. tam magna fuit, Mithridati maximū ſolatium, & iocūdiſſimum lenimētum rerum aſperarum, atq; difficilium. [Credidit enim ſe vagari cum domo, & penatibus, vxore ſimul exulante].i. eo ꝙ vxor ſimul exularet.

DE LACEDAEMONE.

* Cleōbroti vxorem intelligere videtur de qua Plu. in Agide: velle exēplum qđ ſequitur. OLIV. Tantum non.

VERVM * quid Aſiam, quid barbariæ immenſas ſolitudines, quid latebras Pontici ſinus ſcrutor? Cum ſplendidiſſimum totius Græciæ decus Lacedæmon præcipuum vxoriæ fidei ſpecimen tantum non noſtris oſtentet oculis, plurimis, & maximis patriæ ſuæ laudibus admirationem facti comparandum.

VERVM quid Aſiam] Propter ArtHemiſiam. [Quid latebras Pontici ſinus] Propter Hipſicrateam Mithridatis vxorem. [Totius Græciæ decus] Nam Lacedæmones aliquando Græcorum principes fuere ſubactis Athenienſibus. [Specimen]. Experimentum. [Tantum non] Peculiare Valerii dictum ferme.

ASCAN.

VErum].i. ſed quid.i. ad quid ſcrutor Aſiam in qua fuit Arthemiſia, quid ſcrutor immenſas ſolitudines barbariæ, quid latebras.i. ſinus pōtici, in quo Hipſicratea fuit? cum Lacedæmon.i. Sparta ſplendidiſſimum decus totius Græciæ, oſtentet oculis noſtris præcipuum ſpecimen.i. experimentum, & approbamentum, fidei vxoriæ, tantum non.i. (vt Oliuerius interpretatur) ferme, ſed ſic mihi exponendum videtur, oſtentet tantum non.i. non ſolum oculis noſtris ſpecimen præcipuum. fidei vxoriæ, ſed comparandum plurimis, & maximis laudibus patriæ ſuæ admiratione.i. propter admirationem facti.

DE MINYIS.

* Herod. lib. 4. ſed Plut. de claris mulieribus Tyrrhenas vocat

MINYAE, quorum * origo ex inclyto ſociorum Iaſonis numero Lemniorum in inſula concepta, per aliquot ſæculorum vices ſtabilis in ſede manſerat, à Pelaſgicis expulſi armis, alienæ opis indigentes excelſa Taygetorum montium iuga ſupplices occuparunt, quos Spartana ciuitas reſpectu Tyndaridarum (namque in illo nobilis famæ nauigio deſtinatum ſideribus par fratrum fulſerat) deductos inde, legibus, commodiſque ſuis immiſcuit. Sed hoc tantum beneficium in iniuriam bene meritæ vrbis, regnum affectantes, verterunt. Igitur publicæ cuſtodiæ incluſi, capitali ſeruabantur ſupplicio: quod cum vetere inſtituto Lacedæmoniorum, nocturno tempore paſſuri eſſent, coniuges eorum illuſtris ſanguinis, ibi velut allocuturæ perituros viros, impetrato à cuſtodibus aditu, carcerem intrarunt, commutataque veſte per ſimulationē doloris, velatis capitibus eos abire paſſæ ſunt. Hoc loco quid aliud adiecerim, quam dignas fuiſſe, quibus Minyæ nuberent?

OLIV.

MINYAE, quorum origo] Minyæ populi Theſſaliæ vna cum Iaſone, & cæteris argonautis ad inſulam Cholcos nauigarunt, ad aureum vellus rapiendum, Vnde Ouid. li. 7. Metap. Iamq; fretum Minyæ Pegaſea puppe ſecabant in reditu ſuo Lemnum inſulam tenuarunt, in qua diu cum habitaſſent orta ſeditione inde pulſi à Pelaſgis, Taygetarum montes occupauerunt quos Spartani commiſeratione commoti, cum nobilitate generis, tum memoria Tyndaridarū, qui Spartani fuere, & Iaſonis comites, quaſi conſanguineos eos benigne ſuſceptos ciuitate donarūt, quinetiā virgines ex nobiliſſimis Lacedæmonum natas matrimonio iunxere. Hic poſtea cum magnas opes adepti eſſent, ad eā inſaniam venere, vt remp. occupare vellent, quod cū Spartani ſenſiſſent, eos in carcerē cōiecerunt, & capite damnarunt. vxores eorum mutata ſorte, illos à morte vendicarunt. ſimulātes enim ſe velle perituros viros extremum alloqui, carcerem ingreſſę. veſtes cum viris mutarūt, quo habitu illi tecti incolumes aufugere. [Cōcepta in ſula] Ibi enim argonautæ benigne excepti fuere ab Hipſipile regina Lēni. [Taygetorum montium] Montes ſunt Iaconiæ inter Lacedæmona, & mare poſiti, & declinat Taygetus, ti. Luc. gelidiq; inculta iuuētus Taygeti. Virg. vero Taygeta dixit li. Geor. 2. Virginib. bacchata lacenis Taygeta. Sed li. 3. Taygetus declinauit, vt Taygetiq; canes domitrixq; Epidaurus equorū. [Reſpectu Tyndaridarum].i. Caſtoris, & Pollucis, qui Iouis & Ledæ filii fuerūt. Leda vero Tyndaris vxor, quæ cū Ioue ſub Cygni forma cōcubuit, & gemina peperit oua, ex quorum altero nati ſunt Pollux, & Caſtor, ex altero Helena, & Clytēneſtra. ergo Tyndarus horum fuit non verus, ſed putatiuus pater. [Deſtinatum ſideribus] Quia Pollux, & Caſtor dār inter ſidera fuiſſe relati. [Par fratrum] Quia gemini fuerunt eodem partu nati. [Legibus, commodiſque] Quia fuerunt in ciuitate donati. [Publicæ cuſtodiæ] In carcere. Nam græci φυλακὴν dicūt cuſtodiam, & carcerem. [Nocturno tempore] Mos erat Lacedæmoniorum nocturno tempore de noxiis ſumere ſupplicium. [Illuſtris ſanguinis] Quia nati ex nobiliſſimis Lacedæmonū erant.

ASCEN.

EIuſmodi eſt] Quod ſubinfertur exemplum non quidem de Minyis, ſed de Lacænis in Minyas, vnde dicit ſic. Minyæ (quorum origo ex inclyto numero ſociorum. Iaſ. ad vellus aureū tendētis, cōcepta.i. ſimul hoſpitio accepta, in inſula Lēniorum māſerat per aliquot vices.i. viciſſitudines ſæculorū ſtabilis in ſede, i. habitatione firma) expulſi. ſ. è Lemno, armis pelaſgicis, & ſup. indigētes opis alienæ occupauerunt ſupplices excelſa iuga.i. ſummitates mōtiū Tayg. qui ſunt in Laconia, quos ciuitas Spartana, hoc eſt Laced. reſpectu.i. ob reſpectum Tynd. ſ. Caſtor & Pol. qui etiā cum Argonautis fuerunt, & ex Leda lacæna muliere orti, vñ addit quaſi per parēthesin (nāq; par fratrum. ſ. Caſtor & Pollux. [Deſtinatū]. ſ. à diis ſideribus. i. vt inter ſidera aliqn̄ collocentur, vbi gemini ſignum cōſtituūt fulſerat in illo nauigio nobilis famæ, vt de quo plurimi ſcripſerunt] Immiſcuit deductos inde.i. ex illis mōtibus, legib. & cōmodis ſuis, hoc eſt in ciuitate donauit, ſed ſup. Minyę verterūt hoc beneficium in iniuriam, affectantes regnum vrbis bene meritæ ſup. de ſe, hoc eſt Lacedæmonia. Igitur ipſi incluſi publicę cuſtodiæ ſeruabantur ſupplicio capitali.i. donec de illis ſupplicium capitale ſumeretur, quod. ſ. ſupplicium cum paſſuri eſſent tempore nocturno, vetere.i. ex vetere inſtituto.i. more Lacedæmoniorum qui occulte ſuſtulerunt noxios, & palam decorauerunt probes coniuges eorum illuſtris ſanguinis, ibi.i. apud Lacedæmonem, intrauerūt carcerem, impetrato aditu à cuſtodibus velut allocuturæ viros perituros. ſ. ea nocte, & veſte commutata. ſ. cū maritis. paſſæ ſunt eos abire capitibus velatis per ſimulationem doloris, vnde putem legendū paſſi ſunt. ſ. cuſtodes putantes fœminas eſſe, & capita ob dolorem inuoluiſſe, quod viri fecerunt, ne barbis, aut virili facie proderentur, pōt tñ legi, paſſæ ſunt, quia ipſe pro illis remāſerūt. Quid adiecerī. i. adiicere debuerim huic loco.i. ad hoc factū, aliud q̄ lacænas illas fuiſſe dignas, quibus Minyæ nuberēt, & ita ipſe viri eſſent, q. d. nihil.

THAO.

MInyæ] Cum tyrrhenorum manus imbrum, Lemnumque inſulas occupaſſent, ex Athicis mulieribus liberos ſuſceperūt. Hos poſt ea Athen. vt ſemibarbaros ex inſulis exegerūt, ij Tęnarum profecti cum ſeruili bello Spartanis egregiam nauaſſent operā in ciuitatem conditione, atque ipſi erant recepti connubia contraxerunt, excluſi tñ ab honoribus, & à curia, venerunt in ſuſpicionem, quaſi res nouas molirentur, eaq; de cauſa comprehenſi tenebantur in cuſtodia, donec habita quæſtione, compertiq; carnifici traderentur. Interea eorum coniuges in cuſtodiam ſæpe venirēt, ſuppliciter, orare contendere, vt ad viros admitterentur, ægre tandem impetrauerunt. Itaq; eorū conſiliorum, raptim cum matronis mutata veſte, velatiq; caput muliebrem in modum è carcere ſe proripuerunt. hiſtoriam ſcribit Plut. & Maced. Polyænus in 7. Strategematon.

DE AMICITIA. CAP. VII.

CONTEMPLEMVR nunc amicitiæ vinculum, potens, & prævalidum, neque vlla ex parte ſanguinis viribus inferius: hoc etiam certius, & exploratius: quia illud naſcendi ſors fortuitum opus, hoc vniuſcuiuſque ſolido

indicio inchoacta voluntas contrahit. Itaque celerius ſine reprehenſione propinquum auerſere, quàm amicum quia altera diremptio vtique iniquitatis, altera leuitatis crimini ſubiecta eſt. Cum enim deſerta ſit futura vita hominis: nullius amicitiæ cincta præſidio, tam neceſſarium ſubſidium temere aſſumi non debet, ſemel autem apprehenſum recte ſperni non conuenit. Syncera vero fidei amici præcipue in aduerſis rebus cognoſcuntur, in quibus quidquid præſtatur, totum à conſtanti beneuolentia proficiſcetur. Felicitatis cultus maiore ex parte adulationi, quàm charitati erogatus, certe ſuſpectus eſt, perinde ac plus ſemper petat, quàm impendat, Accedit huc, quòd infractæ fortunæ homines, magis amicorum ſtudia deſiderant, vel præſidij, vel ſolatij gratia. Nam læta quidem, & proſpera negocia, vtpote cum diuina ſuffragatione foueantur: humana minus indigent: Tenacius igitur eorum nomina poſteritatis memoria apprehẽdit, qui aduerſos amicorum caſus non deſeruerũt quã qui proſperum vitæ curſum comitati ſunt: Nemo de Sardanapali familiaribus loquitur. Oreſtes Pylade pene amico quàm Agamemnone patre notior eſt. Siquidem illorum amicitia in conſortione delitiarum, & luxuriæ contabuit: horum duræ, atque aſperæ cõditionis ſolatiũ, ipſarum miſeriarũ experimento enituit. Sed quid externa attingo, cum domeſticis prius liceat vti.

Oliv. CONTAMPLEMVR nunc amicitiæ] Non diſcedit à conſuetudine ſua Val. vt ad capi. tranſiturus præfationem præmittat, in qua rem, de qua dicturus ſit commendet. Hoc procemio laudat amicitiam, quàm ſanguinis neceſſitudine præſtare dicit, quod & Cic. in lib. de amic. ſentit, & Iſocr. athr. Sũt autem qui dubitent in numero virtutem ponenda ne ſit amicitia, quia dicunt virtutes de genere bonorum eſſe, quæ propter ſe expetuntur, amicitia vero non propter ſe, ſed propter aliud expetitur, videlicet pp vtilitatem, nam omnes volunt amicos habere diuites, & potentes, vnde vtilitatem cõſequi poſſint, non igitur in numero virtutum dicunt eam ponendã. Sed alii qui vim amicitię & proprietatem altius intuentur, & vera de amicitia ſentiunt, dicunt omnino inter virtutes eſſe connumerandam, quia non pp aliud, ſed pp ſe appetatur vera amicitia fructumq; amicitiæ volunt ipſam amicitiam eſſe, quod etiã Cic. lib. de amicitia, & de nat. deo. ſentit, dicit enim Clarum eſt ipſum amoris verbum, ex quo amicitiæ nomẽ ductum eſt, quàm ſi ad fructum noſtrum referamus, non ad eorum cõmoda quos diligimus, non erit iſta amicitia, ſed mercatura quædam ſuarũ vtilitatum. deinde ſubiũgit & arua, & pecudum, & greges iſto modo diliguntur, quod fructus, ex his capiuntur hominum charitas, & amicitia gratuita eſt, quãto igitur magis deorũ, qui nulla re egentes inter ſe diligunt, & hominibus conſulunt. Quòd vero propinquitate præſtet, hoc modo probat Cic. quod ex propinquitate beneuolentia tolli poteſt, ex amicitia, non poteſt, ſublata enim beneuolentia amicitiæ nomẽ tollitur, propinquitatis remanet, ergo illud in quo neceſſario beneuolẽtia permanet, anteponendum eſt ei, à quo beneuolentia remoueri poteſt atque amicitia eiuſmodi, eſt autem amicitia, vt à Cic. diffinit, diuinarum humanarumq; rerum beneuolẽtia, & charitate cõſenſio. Sal. vero, idem velle, & idem nolle veram eſſe dixit amicitiam. [Vinculum] Coniunctionem. [Inferius] Immo vt dicimus anteponẽdum, vt ſit liptote. [Fortuitum opus] Ita quoq; Soc. ſentit, qui in diligendis amicis *αἵρεσιν ἀνάγκης κρεῖττον*, eſſe cenſet. i. electionem neceſſitate meliorem. [Itaq; celerius] Minus enim reprehenſionis habet, qui reſpuit propinquũ, quã amicum. [Auerſere] Pro auerſeris cõtemnis, quaſi tuere nolis. [Altera]. ſ. propinquitas, quæ non ſine iniquitate dirimit. [Altera]. ſ. amicitia quæ delectam reſpuit, ab inconſtantia & leuitate proficiſcit. [Cincta] Inſtructa, & quaſi munita. [Synceræ fidei] Puræ, & non ſimulatæ. [In rebus aduerſis] Reuera ita eſt. Nullum enim veræ amicitiæ teſtimoniũ certius, & maius eſſe poteſt, quam in aduerſis rebus ſemper amicis adeſſe, nam vt inquit Cic. ſicut hyrũdines æſtiuo tempore præſto, adſunt, ſuperuenienta frigore pulſæ recedunt, ita falſi amici ſereno tẽpore vitæ præſto ſunt, quàm iuuãt, ſimulacq; hyemem fortunę viderint, deuolant omnes, ac deſerunt. [Quidquid præſtatur] Nihil eſt quod à te ſperare non poſſit, qui tueris etiam in aduerſis oppreſſum. [Accedat] Adiungitur. [Præſidij] Vt ſuccurrant. [Solatij] Vt recreent, & conſolentur. [Infractæ fortunæ] Pro valde fractæ fortunæ, nam in auget hoc loco Virg. Turnus vt infractos aduerſus Mario latinos. Nemo de Sardanapali familiarib. Incipit exemplo, probare quod præfatione dixit. Sardanapalus rex vltimus Aſſyriorum fuit muliere corruptior, ad quem vidẽdum, quod nemini concedebatur, cum præfectus eius Arbactus nomine, quẽ Medis præpoſuerat, magna ambitione, vt intromitteretur, ægre obtinuiſſe, inuenit eum inter ſcortorum greges purpuratum colo filantem, & muliebri habitu cum mollitie corporis, & oculorum laſciuia omnes fœminas antecedentẽ, penſa etiam inter virgines partientem, quibus viſis indignatus, tali fœminæ, tantos viros eſſe ſubiectos, tractantesq; dana, ferrum, & arma habentes parere progreſſus ad ſocios, quid viderit refert, negat ſe ei parere poſſe, qui ſe fœminam malit eſſe quàm virum, fit igitur coniuratio bellum, Sardanapalo infertur, quo ille audito, non vt vir regnum defenſurus, ſed metu mortis, vt mulieres ſolẽt, primo latebras circumſpicit, mox deinde cum paucis, & incompoſitis in bellum progreditur. Victus in regiam ſeceſſit, vbi extructa incẽſaq; pyra, & ſe & diuitias ſuas præcipitauit in ignem hoc ſolum imitatus virum, ſed antequam moreretur iuſſit (teſte Cic. lib. quinto Tuſcul.) verba hæc buſtui ſuo iſcribi, Hæc habui, quæ edi quæq; exaturata libido hauſit. Alia iacent multa & præclara relicta. Scribitur autem ſimplici, l, & habet accentum in penult. quæ ſane producitur. Iuuen. in Satyra omnibus in terris, & Venere & cœnis & plumis Sardanapali. Strab. li. decimoquarto, eſt Anchiale inquit paulo ſupra mare ſita Sardanapali op⁹, vt Ariſt. ſcr. vbi Sardanapali monumentum eſt, Et lapidea ſtatua, quæ dexteræ manus digitos committit, & quaſi complodit, quidam dicunt ibi Epigramma eſſe Aſſyriis literis inſculptum, huiuſmodi Sardanap. Anacyndraxis filius, Anchialẽ, & Tarſum vna die cõdidit, Ede, bibe, lude, & cum te mortalem noris præſentibus exple delitiis animum, poſt mortem nulla voluptas. namque ego ſum puluis, qui nuper tanta tenebam. hęc habeo quæ edi, quæq; exaturata libido, hauſit. At illa manent. multa & pręclara relicta, hoc ſapiẽs vitæ mortalibus eſt documentum. Chœrilus horum meminit. [Horeſtes Pylade] Pylades & horeſtes inter admodum pauca verorum amicorum paria numerantur, qui vt à Pacuuio introducuntur, cum in Tauricam regionem veniſſent deponendi furoris gratia, quo poſt cęſam matrem vexabatur Hore. & à rege comprehenſi eſſent, quod ſimulacrum Palladis inde auferre voluiſſent, idq; culpa Hore. foret qui cum Iphigenia ſorore conuenerat de furto, capitisq; eum damnaſſet, tanto ſe inuicẽ amore tenebant, vt cum rex vellet Hore. interficere, nec vter eorũ eſſet cognoſceret, Pylades ſe Hore. eſſe aſſeuerabat: vt pro Hore. interficeretur, nec minus Horeſtes ſe profitebatur, vt erat, de his ergo nulla ætas conticeſſet. Tul. in Lel. cum ignorante rege vter eſſet Hore. Pyladesq; ſe Horeſtem eſſe diceret, vt ille necaret, Horeſtes autem ita, vt erat Horeſtem ſe eſſe aſſeueraret, ſtantes plaudebant in re ficta. [Horeſte Pylade notior] Cum quo nutritus perpetuo vixit, & illum Pylades in furorem verſum, vt inquit, Virg. & furiis agitatus Horeſtes, diu furere non eſt paſſus, ſed eum ad Tauricam regionem deduxit, vnde Ouid. li. 2. de Ponto, Aſſuit inſano iuuenis Phocæus Horeſti, Martialis. Te fingente nephas Pylades odiſſet Horeſtes.

Margin: Sardanapalus i Aſſyria.

Ascen. CONTAMPLEMUR, &c.] Ingreditur narrationem de amicitia, in cuius præfatione eius laudes, & ſtatum in quo magis eniteat præſcribit dicens, Contamplemur ſcilicet poſt coniugalem amorem, vinculum. i. colligationem, ſeu ligamen, amicitiæ potens, & præualidum. i. in primis, aut præ ceteris vinculis humanitatis, validũ, neq; vlla ex parte inferius. i. debilius, aut minus, viribus ſanguinis. i. cõſanguinitatis, certius etiam & exploratius. i. euidentius, hoc. i. ppea, quia opus fortuitum naſcẽdi, (nõ quod naſci fortuitum ſit, ſed quod ſine tuo annixu velis nolis aliquis tibi conſanguineus ſit, amicus non ſic) cõtrahit illud. ſ. vinculum ſanguinis, & ſup. volũtas vniuſcuiuſq; inchoata ſolido. i. integro iudicio, contrahit hoc. ſ. vinculum amicitiæ. [Itaque]. i. & ita, tu auerſere. i. te auertendo per contemptum deſtituas celerius. i. facilius ſine reprehenſione propinquum, q̃ amicum, quia altera. ſ. conſanguinitatis direptio. ſ. ſeparatio eſt ſubiecta vtiq; crimini iniqtatis, quia neceſſarios iure negare nõ potes, altera. ſ. amicitiæ direptio ẽ ſubiecta crimini leuitatis. i. incon-

inconſtantiæ, & ſtultitiæ, vnde grauius iudicat auctor crimen leuitatis, quàm iniquitatis. Nam omnis leuitas iniquitas eſt, ſed non ecôtrario, qui.n.quam iniuriis habet ſemperq; habuit coniunctionem direptam velit, iniquus quodammodo eſt, ſed non eſt leuis, nunquam.n.voluit, quod nunc reſpuit, at qui amicum, quem ſibi delegit, repellit, illi ſimul iniurius eſt, & ſe leuitatis alligat. Probat autem auctor graue eſſe peccatum leuitatis crimen in amicitia. Enim pro quia, cum vita hominis nullius.i.nō vllius nó cincta.i.ſepta ꝑſidio vllius amicitiæ ſit futura deſerta, ſubſidiú tā neceſſarium non debet aſſumi temere.i. inconſiderate. Autem pro ſed, epprehenſum ſemel recte.i. decēter nó côuenit ſperni. [Oſtendit aût] In quibus amicitia præcipue emineat dicens. Vero pro ſed, amici ſynceræ.i.integræ, aut incorruptæ fidei, cognoſcuntur præcipue in rebus aduerſis, in quibus quidquid præſtatur, totum proficiſcitur.i. oritur à beneuolentia conſtanti. Cultus felicitatis.i. veneratio hominis felicis, rogatus ex parte maiore.i.magis, aut amph' adulationi, quàm charitati, eſt certe ſuſpectus, periade ac.i.veluti petat ſemper pluſquam impendat. [Accedit] .i.additur huc.i.ad huius dicti approbationem, ꝙ homines fortunæ infractæ.i.multum fractæ, magis deſiderât ſtudia amicorú gratia, vel præſidij.i.protectionis, vel ſolatij.i.cóſolationis: Nam negocia quidem læta, & ꝓſpera (vtpote cũ foueantur ſuffragatione.i.fauore, diuina, quia à deo eſt omne donum perfectum) minus indigent humana.ſ. ſuffragatione. Igitur memoria poſteritatis apprehēdit tenacius i.firmius nomina eorú, qui non deſeruerunt aduerſos caſus amicorum, quàm qui comitati ſunt proſperum curſum vitæ. [Nemo, &c.] Probat, ꝙ vltimo loco dixit, exemplis. Nemo.n.loquitur de familiaribus Sardanapali regis Aſſyriorum, qui vſq; ad mortem, quam ſibi viriliter intulit, ſemper in delitijs effœminatiſſime vixerat, Horeſtes eſt pene notior Pylade amico, qui ipſum in aduerſis non deſeruit, ſed furentem in Tauricam vſq; regionem proſecutus eſt, quàm Agamemno.patre, qui tamé ſummus imperator in exercitu græcorum ante Troiam fuit. Siquidem amicitiæ illorum.ſ.familiarium Sardanapali, cum eo, contabuit.i.potruit, & vilis effecta eſt in conſortione.i.ſimili vſurpatione delitiarum, & luxuriæ, Solatium duræ atq; aſperæ conditionis horum.ſ.Horeſtis & Pyladis enituit experimento ipſarum miſeriarũ. Sed quid attingo externa, cũ liceat vti prius domeſticis, q.d.hæc non feciſſem, niſi ad dicti mei comprobationem. Reddit ergo ad domeſtica dicens.

DE TIB. GRACCO, ET C. BLOSIO

* Cic. in Læl.

INIMICVS * *patriæ fuiſſe Gracchus exiſtimatus eſt, nec immerito, quia potentiam ſuam, ſaluti eius prætulerat, quàm conſtantis tamen fidei, amicum etiam in hoc tam prauo propoſito C. Bloſium Cumanum habuerit operæ precium eſt cognoſcere: hoſtis iudicatus, vltimo ſupplicio affectus, ſepulturæ honore ſpoliatus, beneuolentia tamē eius non caruit. Nam cum Senatus * Rutilio, & Lennati Coſ. mandaſſet vt in eos, qui cum Graccho conſenſerant, more maiorum animaduerterent, & ad Lælium, cuius conſilio præcipue Coſs. vtebantur pro ſe. * Bloſius deprecatum veniſſet, familiaritatisque excuſatione vteretur, atq; is dixiſſet. Quid ſi te Gracchus tēplo Iouis Opt. Max. faces ſubdere iuſſiſſet, obſecuturus ne voluntati ipſius, propter iſtam, quam iactas familiaritatem fuiſſes? Nunquam iſtud, inquit Gracchus imperaſſet. Satis, immo etiam nimium: totius nanq; Senatus conſenſu damnatos mores defendere auſus eſt. Verum quod ſequitur multo audacius, multoq; periculoſius. Cōpreſſus enim perſeueranti interrogatione Lælij in eodem conſtantiæ gradu ſtetit: ſeque etiam, hoc ſi modo Gracchus annuiſſet: facturum reſpondit. Quis illum ſceleratum putaſſet, ſi tacuiſſet? Quis etiam non ſapientem, ſi pro neceſſitate temporis locutus eſſet? At Bloſius nec ſilētio honeſto, nec prudēti ſermone ſalutē ſuã, nequa ex parte infelicis amicitiæ memoriã defereret, tueri voluit.*

* Sulpicio, videtur legē. hic & in Lælio.

* A Naſica interrogatú ſcribit Plutar. in Grac.

OLIV. Bloſij fides & amor in Gracchũ.

INIMICVS patriæ] Sæpius dictum eſt, duos Grac. Tib. & C. Fratres ob grauiſſimas ſeditiones, quas in populo ſuis legibus excitabant, hoſtes à ſenatu fuiſſe iudicatos, & vtrunq; nobilitate cæſos alterum à Naſica, alterum ab Opimio, horũ vero ſocios, & conſiliorum participes pari ratione ſenatus damnauit, & in eos more maiorum animaduertendum cenſuit. C. itaq; Bloſius, qui Tib. Gracch. ſecutus fuerat, die dicta, cum in ſenatum ad Læl. cuius hoſpes erat, pro ſe deprecatum veniſſet, hanc vt ſibi ignoſceret, cauſam aſſerebat, ꝙ tāti Grac. feciſſet, vt quidquid ille vellet ſibi faciendum eſſe putaret. Cui Lælius dic inquit. Si Gracchus te in Capitolium faces ferre voluiſſet, nunquid feciſſes, tum ille, nunquam id quidem voluiſſet Gracchus, ſed ſi voluiſſet paruiſſem, quæ vox licet amicitiæ vim maximam habere videatur, amentis tamen potius, quàm amantis fuiſſe iudicatur, cum in ipſo ſalutis diſcrimine tam nefarium facinus profiteretur, ſe fuiſſe facturum, & Hercle. ita fecit, atq; etiam pluſquam dixit, non enim ille paruit Tib. Gracc. ſed præfuit, nec ſe comitem illius furoris, ſed ducem præbuit, quo tandem cæſo, Bloſius ad Ariſtonicum regem confugit, profligatis deinde rebus Ariſtonici mortem ſibi conſciuit, vnde Cic. Itaq; hac amentia, quæſtione noua perterritus in Aſiam profugit, & ad hoſtes ſe contulit, vbi pœnas, reipu. graues iuſtasq; perſoluit. [Bloſium Cumanum] A Cumis ciuitate campaniæ iuxta Baias dicimus Cumanus, na, num. Cumenas, a, um. Virg. Vltima Cumæi venit iam carminis ætas, A Como vero Galliæ Ciſalpinæ ciuitate dicimus Comenſis, & Comenſe [Operæprecium] Vtile pulchrum, & delectabile, ſed operæprecium dicitur vtile, quia laboris precium eſt ipſa vtilitas. [More maiorum] Quia maiores non ſolum principes alicuius côiurationis damnatum, ſed eorum quoque ſocios pari pœna puniendos eſſe cenſuerunt. [Faces ſubderes] Subiiceres faces, vt Capitolium incenderes. [Satis] Immo nimium Bloſius hoc vno reſponſio ſatis, & pluſquã ſatis amicitiam teſtatus erat cum illius mores defenderet, qui fuerant ab vniuerſo ſenatu damnati. [Compreſſus] Conſtrictus coactus, quia Lælius perſeueranti interrogatione illum vrgebat. [Annuiſſent] Feciſſem inquit, ſi modo capite vel oculis innuiſſet, ne dum verbo imperaſſet.

ASCEN.

INimicus, &c.] Gracchus.ſ. Tib. exiſtimatus.i.iudicatus fuiſſe inimicus patriæ.ſ.Romæ, nec immerito, quia prætulerat. i.pluris æſtimauerat potentiā ſuam.i.propriam, ſaluti.i.quàm ſalutem, eius.ſ.patriæ, tamen operæpreciũ eſt cognoſcere, quàm conſtantis fidei amicum habuerit Caium Bloſium Cumanum, etiã in hoc tam prauo propoſito. Ipſe ſup. Gracc. quãquã ſup. iudicatus hoſtis.ſ.patriæ, & affectus vltimo ſupplicio.i.occiſus, & ſpoliatus honore ſepulturæ, tamen non caruit beneuolentia eius.ſ.Bloſij amici ſui. Nam cum ſenatus mandaſſet Rutilio, & Lennati conſulibus vt animaduerterent more maiorum.i. virgis cæſos ſecuri ſubijciendo in eos, qui conſenſerant cum Graccho, & Bloſius veniſſet ad Lælium, cuius conſilio cõſules vtebantur, præcipue deprecatum pro ſe.i.ne ſibi noxæ daretur, ꝙ cum Graccho conſenſerat, & vteretur excuſatione familiaritatis.ſ. quã habuerat cum Graccho, ita vt ab eo diſſentire nõ potuiſſet, atq; is.ſ.Lælius dixiſſet. Quid? modus interrogandi ſup. dicis. Si Gracchus iuſſiſſet.i.tibi, ſubdere.i.latenter, & ab inferiori parte immittere, templo Iouis Opt. Max. quod in Capitolio erat, faces.i.tædas incenſas, tuiſti, ne obſecuturus volũtati ipſius.ſ.Grac. propter iſtã familiaritatem. ſ.tuam cũ Grac. quàm iactas.i.iactanter allegas pro tui defenſione, inquit.ſ.Bloſius.i.reſpondit, Gracch. nunquam imperaſſet iſtud.ſ.quod iniquum eſſet. Satis (inquit auctor) per hoc reſpondit, immo etiã nimium: Nãq; pro quia, auſus eſt defendere mores damnatos conſenſu totius ſenatus, dicendo, enim Gracchum nunquam imperaturũ fuiſſe, quod malũ eſt, ſignificauit illũ nihil inique ſentire. Verum quod ſequitur, eſt ſup. dictum audacius multo. Enim pro quia, ipſe Bloſius compreſſus perſeueranti interrogatione Lælij (dicebat.n. Lælius eſto ꝙ Gracchus nunquam tale quid imperaſſet, ſi tñ imperaſſet, quid facturus fuiſſes) ſtetit in eodem gradu conſtantiæ, & reſpondit ſe facturũ ſup. fuiſſe etiã hoc.ſ.incendiũ Capitolij, ſi modo Gracchus annuiſſet.i. vel ſolo natu faciendum iudicaſſet. Quis (inquit auctor) putaſſet illũ ſ.Bloſium fuiſſe ſceleratum.i.tam iniqui animi, ſi tacuiſſe, q.d. nullus. Quis etiam non putaſſet ſapiētem, ſi fuiſſet locutus pro neceſſitate temporis.i.ſi dixiſſet, ſe propter amicũ nihil inique committere voluiſſe? quæ prima lex in amicitia eſt apud Ciceronem in Lælio. [At Bloſius nec voluit tueri ſalutem ſuã] Nec ſilentio honeſto, quia honeſte tacere potuit, propter vim amicitiæ, aut dicere neſcio qd facturus fuiſſẽ, & ita non oſtēdiſſet ſe ſceleratum,

ſe ſceleratum, nec ſermone prudenti, vtpote reſpondendo ſa amicum coluiſſe vſq; ad deos, & rēpub. i. nihil velle, aut voluiſſa facere. quid contra fas iuſtumq; eſſet, ne deſereret ex qua, id eſt aliqua parte memoriam amicitiæ infelicis, vtpote vnde nihil, niſi perniciem, tunc ſperare poterat.

DE C. GRACCHO, ET POMPONIO, ET LECTORIO.

* Plut. in vita.

IN eadem* domo æque robuſta conſtantis amicitiæ exempla oboriuntur: proſtratis enim iam, & perditis C. Gracchi conſilijs, rebusq; cum tota eius conſpiratio late quæreretur deſertum omni auxilio, duo tantum amici, Pomponius & * Lectorius ab infeſtis, & vndiq; ruentibus telis oppoſitu corporum ſuorum texerūt, quorum Pomponius, quo is facilius euaderet, concitatū ſequentium agmen in porta Trigemina aliquandiu acerrima pugna inhibuit, nec viuus pelli potuit: ſed multis confectus vulneribus, tranſitum ſuper cadauer ſuum (credo etiam poſt fata inuitus) dedit, Lectorius autem in pōte Sublicio conſtitit, & eum donec Gracchus tranſiret, ardore ſpiritus ſui ſepſit, ac vi iam multitudinis obrutus, conuerſo in ſe gladio, celeri ſaltu profundum Tiberis petijt, quamq; in eo ponte charitatem toti patriæ Horatius Cocles exhibuerat, vnius amicitiæ, adiecta voluntaria morte, præſtitit quàm bonos* Gracchi, ſi aut patris, aut materni aui ſectam vitæ ingredi voluiſſent, habere milites potuerant. Quo enim impetu, qua perſeuerantia animi Bloſius, & Pomponius, & Lectorius trophæa, ac triumphos eorum adiuuiſſent, furioſi conatus tam ſtrenui comites? ſiniſtris quidem auſpicijs amicitiæ conditionem ſecuti: ſed quo miſeriora, hoc certiora fideliter cultæ nobilitatis exempla.

* Lycinium vocat Plu.

* Is fuit Scipio Africanus.

OLIV. Pōponius

IN eadem domo æque robuſta] Magnum fuit Bloſij conſtantis amicitiæ teſtimonium, quod vero ſequitur longe maius, & vtrunque in domo Gracchorum factum eſt. Nam Pomp. & Lectorius tanta fide, & conſtantia ſunt, C. Gracchi amicitiam proſecuti, vt pro illius protegenda ſalute mortem vltro oppetere non dubitauerint. nam poſt latas leges, quas ſuprà memorauimus, cum turbulentiſſimas in vrbe ſeditiones excitaſſet, tādem ſenatui grauem, & intollerabilem Lucius Opimius conſul cum armata manu tanquam hoſtem inſecutus eſt, hunc igitur fugientem Pomp. & Lectorius ſuis corporibus protegere conati ſunt. nam alter portam Trigeminam occupauit, & proſequentium impetum ſolus tandiu ſuſtinuit, donec telis vndique petitus, & vulneribus confoſſus, expiraret. Alter pontem ſublicium ſuis armis, & corpore interclusum, donec Gracchus pertranſiret, non prius deſeruit, quàm multitudine obrutus, conuerſo in ſe gladio, agili ſalto ſe dedit in Tiberim. [Trigemina porta] Dicta per quem trigeminij fratres Horatii exierūt cōtra curiatios de ſumma imperij certaturi, vt inter imperatores conuenerat. Horatius Cocles, qui Porſenæ Regis exercitu tandiu ſolus ſuſtinuit in ponte donec à tergo fractus pons, præcluſusq; hoſtib. aditus fuit, vt in cap. de fortitudine diximus. Quā igitur charitatē in eo ponte Cocles patriæ præſtitit, eam Lectorius ſcelerato amico dedit. [Materni aui] Scipionis ſuperioris.

Lectorius

Trigemina porta.

ASCEN.

IN eadem domo, &c.] Proſequitur amicitiam Pomponii, & Lectori oſtēſam Caio Graccho Tiberii fratri dicent. Exēpla amicitiæ conſtantis æque robuſta, id eſt fortia, oboriuntur, id eſt occurrunt memoriæ, vt deſcribant, in eadem domo, id eſt erga eandem domum. ſ. Gracchorum. Enim pro quia, conſilijs & rebus Caii Gracchi ſeditionem mouentis, iam proſtratis, & perditis, cum tota eius conſpiratio. i. conſpiratorum collectio, quæreretur. i. inquireretur, aut ad ſupplicium quæreretur late, duo tantum amici videlicet Pomp. & Lectorius protexerunt eum deſertum. i. deſtitutum ſup. ab omni auxilio, ab infeſtis telis, & ruentibus. i. irruentibus in eum, vndique oppoſitu. i. obiectu corporum ſuorum. Quorum. ſ. duorum Pomponius, quo. i. ideo vt is. ſ. C. Gracchus euaderet facilius, inhibuit. i. ſiſtere fecit aliquandiu, acerrima pugna in porta Trigemina, ſic ab trigeminis Horatii dicta, agmen concitatum. ſ. ad curſum ſequētium. ſ. Gracchū, nec potuit pelli. ſ. ab obiectu, viuus. i. tātiſper, dum viueret, ſed confectus multis vulneribus, dedit eis tranſitū ſuper cadauer ſuum, credo (inquit auctor) inuitus etiā poſt fata. i. mortē ſuam, Lectorius autem cōſtitit in ponte ſublicio, & ſepſit, id eſt muniuit eum. ſ. pontē ardore ſpiritus ſui, donec Gracchus tranſiret eum, ac iam abruptus. i. oppreſſus vi multitudinis, gladio conuerſo in ſe, ne viuus in manus hoſtiles veniret, petiit celeri ſaltu profundum Tiberis, quamque. i. & quam (ſunt. n. duæ particulæ) charitatem, Horat. Cocles exhibuerat ſ. multo ante, vt tempore, quo Porſana cum Tarquinio vrbem oppugnauerat, toti patriæ. ſ. Romæ, eam ſupp. hoc eſt, ſimilem præſtitit amicitiæ vnius ſ. ciuis vtpote Caii Grac. adiecta morte voluntaria, cum Cocles ſaluus enatauerit. Quam. i. ò quantum bonos milites potuerunt Gracchi habere, ſi voluiſſent ingredi. i. ſequi ſectam, id eſt rationem viuendi, aut patris. ſ. Tiberii Gracchi ſenioris, aut aui materni. ſ. Scip. ſuperioris, cuius Cornelia mater Gracch erat filia, quaſi dicat optimos. Enim pro quia, quo impetu, & quam perſeuerantia animi Bloſius amicus Tiberii minoris, & Pomp. & Lectorius amici Caii Gracch. adiuuiſſent trophæa, ac triumphos eorum. ſ. Gracchorum. ſup. entes, aut cum fuerint tam ſtrenui comites furioſi conatus, ſcilicet Grac. contra ſenatus decreta ſeditionem molientium, ſecuti conditionem amicitiæ quidem. i. certe auſpiciis ſiniſtri. i. infauſtis inceptis, quia malum ſortita ſunt finem. Sed exempla nobilitatis cultæ fideliter. ſ. per amicitiam, quo. i. quanto ſupp. ſunt miſeriora, hoc. i. tanto ſunt certiora, quia in aduerſitate facilius perſpicitur amicitia, quam in proſperitate.

DE LVCIO RHEGYNO, ET VOLVMNIO.

LVCIVS autem Rhegiuus ſi ad debitam publico miniſterio ſinceritatem exigatur, poſteritatis conuitio lacerandus, ſi amicitiæ fido pignore æſtimetur, in optimo laudabilis conſcientiæ portu relinquendus eſt. Trib. enim plebis Cepionem in carcerem coniectum, quòd illius culpa exercitus noſter à Cimbris* & Theutonibus videbatur deletus, veteris, arctæq; amicitiæ memor, publica cuſtodia liberauit: nec catenus amicum egiſſe contentus, etiam fugæ eius comes acceſſit. Pro magnum, & inexuperabile tuum numen Amicitia, cum ex altera parte Reſp. manum inijceret, ex altera tua illum dextra traheret, & illa vt ſacroſanctus eſſe vellet, exigeret, tu exiliū indiceres: adeo blando vteris imperio, quòd is ſuppliciū honori prætulit. Admirabile eſt opus tuum, ſed quod ſequitur, aliquanto laudabilius. Recognoſce. n. quouſq; Volumnii conſtantem erga amicum ſuum charitatem ſine vlla Reip. iniuria euexeris, qui ortus equeſtri loco: cum Marcum Lucullum familiariter coluiſſet, eumq; Marcus Antonius, quod Bruti, & Caſſii partes ſecutus fuerat interemiſſet, in magna fugiendi licentia, exanimi amico adhæſit: hucusq; in lachrymas & gemitus profuſus, vt nimia pietate cauſam ſibi mortis accerſeret. Nam propter præcipuam, & perſeuerantem lamentationem ad Antonium pertractus eſt: cuius poſtquam in conſpectu ſtetit, Iube me, inquit, imperator protinus ad Luculli corpus perductum occidi. Neq; enim abſumpto illo ſupereſſe debeo, cum ei infelicis militiæ auctor extiterim. Quid hac fidelius beneuolentia? mortem amici, hoſtis odio leuauit, vitam ſuam conſilij crimine aſtrinxit: quoque illum mirabiliorem redderet, ſe fecit inuiſiorem: nec difficiles Antonii aures habuit, ductusq; quo voluerat, Luculli dexteram auide oſculatus caput quod abſciſſum iacebat, ſublatum pectori ſuo applicauit, ac deinde demiſſam ceruicem victoris gladio præbuit.

* Liuius lib. 67.

OLIV.

LVCIVS autē Rheginus,] C. Manlius, & Q. Seruius Cepio, pro conſules aduerſus Gallos, Cimbros, Senones, & Theutones miſſi ꝓlio victi, & binis caſtris exuti ſunt

militum

millium milia lxx. Caeſ. ſecundum auctionem Cepionis, cuius temeritate clades accepta fuerat, damnati, & corũ bona publicata ſunt. Hic autem Fabio ſucceſſerat, qui rebus in Hiſpania proſpere geſtis labem impoſuerat pacem cum Viriato fugitiuorum duce æquis conditionibus facta, qui deinde Viriatus a proditorib. huius Seruilii Cepionis, cõſilio interfectus eſt, ab exercitu ſuo multũ deploratus, ac nobiliter ſepultus, vir duxq; magnus, & per tres, & viginti annos, quib. cum Rom. bella tractauit, frequenter ſuperior hunc igitur Cepionem in vincula coniectum L. Rheg. vi amoris impulſus cuſtodia liberauit, & fugæ illi ſe comitem dedit. [Pro magnum, & inexuperabile tuũ nomen] Ad amicitiã apoſtrophat tanquam ad cœleſte numen,
Amicitiæ vis. cuius potentiam nimiam eſſe dicit, vt cogere poſſit etiã hoies pro ſe fideliter colenda, ea facile cõtemnere, quæ prima putãt opes, dignitates, honores, potentiam, ſalutem denique ipſam. [Admirabile opus tuum] ſ. ò amicitia quòd à L. Rheg. factum eſt, fuit admirabile, ſed quòd Volumnius fecit multo admirabilius hic tã effuſis charitatis habenis M. Lucullũ complexus eſt, vt bello ciuili, quòd inter Ant. & Caeſ. interfectores geſtũ eſt, cũ M. Luc. qui Volumnii conſilio Bruti, & Caſſii partes ſecutus fuerat ab Ant. poſt profligatum exercitum fuiſſet interemptus, & idem Volumnius, qui cum illo erat è manibus hoſtium, facile poſſet euadere maluit, cũ amico pro libertate perire, quàm ſine amico deſperata libertate ſupereſſe.

ASCAN. LVcius autem Rheginus, li] Exigatur. i. caperatur, & poſtuletur ad ſinceritatem debitam miniſterio publico, quia cũ publicus eſſet carceris aſſeruator, debebat eſſe fidelis, quòd quia non fuit, lacerandus ſup. eſt conuitio poſteritatis, h. æſtimetur. i. cenſetur, & iudicetur, fido pignore amicitiæ. i. ſi factũ eius ſic cõſideretur, vt dicatur amico fidelitatẽ exhibuiſſe ipſe eſt relinquẽdus in optimo portu laudabilis cõſcientiæ. i. nequaquam vituperandus. Enim pro quia, ipſe tri. pl. liberauit publica cuſtodia, Cepionem coniectum in carcerem, quòd exercitus noſter i. Rom. videbatur deletus à Cymbris, & Teutonicis culpa illius, liberauit dico, memor veteris, & arctæ amicitię. ſ. cũ Cepio, eatenus ſeruatæ nec contentus egiſſe. i. exhibuiſſe ſe amicũ eatenus. i. vſq; ad liberationem amici, acceſſit ẽt comes fugæ eius. [Pro, &c.] Exclamat itaq; in amicitiam eius vires extollendo dicens. Proh. aut melius pro quia, etiam interiectio h. & ch. caret. O Amicitia, tuũ numen ſup. eſt magnum, & inexuperabile, (quia fortis, vt mors dilectio) cũ reſp. iniiceret manũ ex altera parte, & tua dextra traheret illum. ſ. L. Rheginum ex altera. ſ. parte. Et illa. ſ. reſp. exigeret ut. ſ. Lucius ille, vellet eſſe ſacroſanctus. i. inuiolatus cum trib. pl. eſſet, & tu indiceres exilium, ut. ſ. amicũ ſeruis, vteris adeo blando imperio, q́ is ꝑtulit ſupplicium, hoc eſt exilium voluntarium, q́ pro ſupplicio irrogari ſolet honori. ſ. tribunitio. Igitur ſup. opus tuum eſt admirabile. ſ. in Lucio Rhegino, ſed quod ſequitur eſt ſup. laudabilius aliquanto. [Recognoſcere. n.] Perſtat in apoſtrophe ad amicitiam dicens. O amicitia dico admirabilius eſſe, q́ ſequit̃ Enim pro quia, recognoſce. i. receſe, quia cum per ipſum factũ ſit, manifeſtum eſt ſemel ſaltem cũ fieret nouiſſe, quouſq; euexeris charitatem Volum, conſtantem erga amicũ ſuum, videlicet Lucullũ, qui. ſ. Volumnius ortus loco equeſtri, cũ coluiſſet familiariter M. L. & M. Ant. triumuir interemiſſet, q. i. eo q́ ſecutus fuerat. ſ. in bello ciuili, partes Brut. & Caſ. percuſſorum Caeſ. adhæſit amico exanimi. i. manſit apud corpus amici. ſ. Lucul. interempti, in magna licentia. i. facultate fugiẽdi, profuſus in lacrymas, & gemitus, huc uſq; i. ad hunc finem, vt accerſeret. i. excitaret, & prouocaret ſibi cauſam mortis, nimia pietate. i. ob nimiam pietatem in amicum ſuum, hoſtem Ant. Nam ipſe pertractus eſt ad Ant. propter præcipuam, & perſeuerantem lamentationem, quam. ſ. fecerat de morte Lucul. in Cuius. ſ. Ant. conſpectu poſtquam ſtetit, inquit, imperator iube me protinus ductum ad corpus Luc. occidi. Neq; enim debeo ſupereſſe. i. ſuperuenire, illo. ſ. Luc. abſumpto. ſ. per necem. i. occiſo. i. poſtea q́ ille occiſus eſt, cum ego extinxerim ei auctor. i. hortator, & inductor, militiæ infelicis. i. quàm infeliciter geſſit. Quid (inq̃t auctor fidelius ſup eſt hac beneuolentia, quaſi dicat, reuera dicere poteſt, nihil ipſe lauauit. i. deonerauit mortẽ amici. ſ. Luc. odio hoſtis. ſ. Ant. i. dicendo ſe Luc. auctorẽ ſuſcipiendi belli in Ant. fuiſſe transfulit odium Ant. ab illo in ſe, & aſtrinxit. i. obligauit vitam ſuam crimine conſilii. ſ. dati Luc. quoq;. i. & quo, id eſt ut (ſunt autem duæ particulæ quoq;) redderet, id eſt efficere illum. ſ. amicũ ſuum Luc. miſerabiliorem. i. maiore miſericordia dignum, fecit ſe inuiſiorem. i. magis inuiſum hoſti, nec habuit aures Ant. difficiles. i. inexorabiles, q́. i. q̃a ductus quo noluerat. i. ad corpus Lucul. obſculatus auide dexterum Luc. applicauit pectori ſuo caput, ſcilicet Luc. quòd iacebat abſciſſum, ac deinde præbuit gladio victoris. i. iuſſi à victore, ceruicem, ſcilicet ſuam demiſſam, vt ferietur.

AELIVS] Antiqui codices habent, Cœlius. THEO.

DE THESEO, ET PIRITHOO.

LOQVATVR nunc Græcia nefandis Theſea Pirithoi amoribus ſubſcribentem, Ditis ſe patris regni commiſiſſe. vani eſt illud narrare, ſtulti credere: miſtum cruorem amicorum, & vulneribus innexa vulnera: mortemq; morti inhærentem videre: hæc ſunt vera Romanæ amicitiæ indicia. illa gentis ad fingendum paratæ monſtro ſimilia mendacia.

* Hoc nõ ſuo loco ponit, vt Græcos arguat.

OLIV. LOQVATVR græcia] Oſtendit Romanorum, de quibus dixit amicitias fuiſſe veras. Quæ autem de Pyrithoo Theſeoq; traduntur à loquacibus Græcis ficta, fabuloſaque fuiſſe. [Commiſtum cruorem amicorum] Probat rationibus Romanorũ amicitias non fictas, nec ſimulatas, quippe non dubitarunt pro ſuo quiſq; amico vitam effundere. [Cruorem amicorum] Vt Bluſii, Pumponii, Lectorii, & Volumnii.

ASCAN. LOquatur, &c.] Per occaſionem de Volumnio ſumptam ſubinfert exemplum externum, quaſi ad comparationem adductum dicens. Loquatur græcia. i. loquacitate ſolita extollat. Theſea filium Aegei Regis Athenarum, ſubſcribentem. i. aſtipulãtẽ, & ſuffragante, nefandis amoribus Pyrithoi. ſ. amici ſui, qui Proſerpinã Cereris filiam, & Orci, ſeu Plutonis. i. regis inferorum, vt fabulæ prædicant, uel vt qui ad hiſtoriã referre volunt contendunt, regis Moloſſorum coniugem deperibat. vnde cum eo Theſeus ad eã rapiendam deſcendit, ſed ambo capti dicũtur, & Theſeus ab Hercule tandẽ liberatus commiſiſſe ſe regnis Ditis patris. i. deſcẽdiſſe ab amorẽ Pyrithoi ad inferos, nam narrare illud eſt vanĩ. i. pertinet ad vanum, & mẽdacem, & credere illud eſt ſtulti. Sed ſup. videre cruorem amicorum, ut Luculli, & Volumnii, miſtum. i. cõfuſum, & vulnera innexa vulneribus, quia applicata ſunt vulnera poſterius cæſi, ad vulnera prius cæſi, hęc. i. huiuſmodi facta. ſunt vera indicata amicitiæ Romanæ illa, ſcilicet quæ de Theſeo & Pyrithoo fabulantur græci, ſunt mendacia, ſimilia monſtro. id eſt penitus incredibilia, gẽtis, ſcilicet græcanicæ paratæ ad fingẽdum. quo vitio ſemper notata fuit græcia.

DE L. PETRONIO.

LVCIVS quoq; Petronius huiuſce laudis conſortionem merito vendicat: pari enim inclytæ amicitiæ auſu, par gloriæ portio aſſerenda eſt, admodũ humili loco natus, ad equeſtrem ordinem, & ſplendidæ militiæ ſtipendia P. Cælij beneficio peruenerat cui gratum animũ, quia in materia læta exhibere non contingerat: in ea, quam iniquam fortuna eſſe voluit, cum multa fide præſtitit: erat ab Octauio Coſ. Placentiæ præpoſitus Cælius qua Cinnano exercitu capta, & ſenior iã, & graui valetudini affectus, ne in poteſtatem hoſtium veniret, ad auxilium dextræ Petronij confugit, quem is ab incepto conſilio fruſtra conatus abſtrahere, in iiſdem perſeuerantem precibus, interemit, cædiq; eius ſuam iunxit; ne iacente, per quem omnia dignitatis incrementa aſſecutus fuerat, ſupereſſet. Ita alterius fato verecundia alterius pietas cauſam præbuit.

OLIV. LVCIVS quoq; Petronius] Hoc fuit ciuili bello, quòd à Cinna, & Mario poſt eorum exilium factum eſt, nam cũ Placentiam urbem expugnaſſent, cui præpoſitus Aelius ab Octauio conſule fuerat ne in poteſtatem hoſtium ille veniret. Petronium amicum ſuum orauit, vt ſibi mortem inferret, priuſquam in ſeruitutem deueniret. Ille primo Aelium ab ea ſentẽtia reuocare, & ad vitam hortari conatus eſt, quòd vbi vidit efficere non poſſe amicum interemit, ſeq; illi comitem dedit, ne illi à quo multa virtutis inſignia acceperat, ſuperſtes eſſet.

[Ad

Petronii ſi lii, pectus. [Ad auxiliũ dextræ Petronii confugit] Vt Petronius aius amicus ipſum interimeret, vt non ab hoſtibus occideretur.

ASCEN. LVcius quoq; Petronius vendicat]. i. vt propriam ſibi aſſumit, conſortionem.i.participationem huius laudis. ſ.ſeruatæ fideliter amicitiæ. Enim pro quia pat. i. æqualis portio gloriæ aſſerẽda eſt pat.i.æquali auſu inclytæ. i.glorioſæ amicitiæ. Ipſe ſup.natus loco admodum, i. valde humili, i.abiecta domo peruenerat beneficio Publij Cœlij ad ordinẽ equeſtrem, & ad ſtipendia militiæ ſplendidæ, i.egregiæ, qualis eſt æqueſtris Cui,ſ.Cœlio,quia non contigerant cohibere animum gratum. in materia læta, i.obiecto læto, præſtitit ſup.animum gratũ in ea, ſ.materia, quã fortuna voluit eſſe iniquam,.i.virtuti eius inæqualem, præſtitit dico cum multa fide,.i.fidelitate. Quam rẽ narrare incipiens,dicit Cęlius erat prepoſitus Placentię, i.illi oppido in ducatu Mediolanẽſi,ab Octauio cõſule, qua,ſ.Placentina vrbe capta ſup.ab exercitu Cinnano,i.quem Cinna ductabat,ipſe.ſ.Cęlius iam ſenior,& affectus graui valetudine,i. infirmitate,ne veniret in poteſtatem hoſtium confugit ad auxilium dextræ Petronii,quẽ,ſ.Cœlium,is, ſ.Petronius conatus fruſtra abſtrahere ab conſilio incœpto,ſ.ſe interficiendi,interemit perſeuerantem in ijſdem precibus,ſ.vt ab eo, & nõ ab hoſte interimeretur,& iunxit cædi eius.ſ.Cęlij amici ſui ſuam. ſ. cædẽ, quia ſeipſum quoq; interemit,ne ſupereſſet,eo ſ Cęlio per quem aſſecutus fuerat omnia incrementa dignitatis, iacẽte,i.interempto.[Ita]. i.& ſic verecundia, ne hoſti ſupplicare cogeretur,præbuit cauſam, i.occaſionẽ fato, i.neci alterius.ſ. Cœlii,& pietas,ſ.ne amico interempto ſuperuiueret, præbuit fato alterius,ſ.Petronii cauſam,i.occaſionem.

DE SERVIO TERENTIO.

* Diony. lib. 46. & Elbiũ Blaſium vocat,& rem multo aliter narrat.

*IVNGENDVS * eſt Petronio Seruius Terentius quanquam ei,ſicut cupierat, pro amico ſuo perire non contigit. Incepto nanque egregio,non irrito euentu æſtimari debet: quia quantum in illo fuit, & ipſe extinctus eſt: & D.Brutus periculum euaſit mortis: qui fugiens à Mutina,ut ad ſe interficiendũ ab Antonio miſſos equites aduenisſe cognouit: quodam in loco iuſtæ pęnæ debitum ſpiritum tenebris furari conabatur, eoq; iam facta irruptione, Terentius fideli mendacio obſcuritate ipſa ſuffragante, Brutum ſe eſſe ſimulauit, & corpus ſuum trucidandum equitibus obiecit. * verum cognitus à Furio, cui Brutianæ vltionis officium mandatum fuerat: nece ſua amici ſupplicium diſcutere non potuit, ſic inuitus fortuna cogente, vixit.*

* Lib. 9. cap.13.

OLIV. Bruti factum. IVNGENDVS eſt Petronio] Nõ minora veræ beneuolentiæ & charitatis iudicia Terentius Bruto,q̃ Petronius Aelio præſtitiſſe videtur. nam Terent. quantum in ſe fuit Brutum à morte vẽdicauit quanquã id fortuna noluerit, deuictis.n.Bruti, Caſſijque partibus,quas Decius Brutus ſecutus fuerat miſſi ſunt Brutũ è tenebris ad cędem extracturi,quod vbi ſenſit Terent.qui Brutũ comitabatur, ut eũ à morte liberaret ſeſe morti libenter expoſuit, interfectoribus occurrens, ſeq; Brutũ eſſe affirmans,ſed cognita eius voce, incolumem dimiſerũt,& Brutum ad necem e atraxerunt,de cuius morte dicemus in cap. de cupiditate vitæ libro nono.[Nõ irrito euentu] Licet nõ venerit,quod ille inceperat,non euentum,ſed illius factum. & voluntatem exiſtimandã eſſe duco.[Furari] A morte ſurripere.[Suffragante]Nam tenebræ opitulabantur mendacio eius.

ASCEN. IVngendus eſt] Ordo eſt.Seruius Terent. amicus Decii Bruti eſt iungendus propter ſimilem affectionem in amicum, Petronio,de quo iam dictum eſt, quanquã non cõtigis ei perire pro amico ſicut cupierat: Nanq; pro quia, Terent.ſup.debet æſtimari.i.iudicari egregio inccepto.i.propter egregium inceptum,& non euẽtu irrito.i.fruſtrato, unde Sappho. Careat ſucceſſibus opto,quiſquis ab euentu facta notãda putat,nõ.n.qualiter euenit,ſed quo animo & conſilio inceperunt ſit,æſtimari debet(ſunt qui addunt hoc loco opere,ſed meo iudicio vacat, vñ Aldus ſuſtulit.nõ.n.ordo uidetur,opere egregio incępto,ipſum opus non debet,&c.quia ſic textus hẽt, irrito euentu æſtimari non debet,vt illud nõ ponatur ad verbum debet,q̃ poſitũ eſt ad nomẽ euentu) quia quantũ fuit in illo.ſ. Ter.&c.i.etiã ipſe extinctus eſt, vt, ſ. Petronius & Decius Brutus euaſit periculum mortis,dicit quãtum fuit in illo,quia aliter euenit, nam ipſe ſaluatus eſt, & Brutus perijt. Qui, ſ.Decius Brutus fugiẽns à Mutina,vt.i. poſtquã cognouit equites miſſos ab Antonio, ſ. triumuiro,ad interficiẽdũ ſe aduenisſe. i.applicitos eſſet aut adeſſe,& inſtare,conabatur in quodã loco,ſ occulto, Furari,i.furtim ſubtrahere ſpiritũ.i.ſuum debitũ pęnæ iuſtæ,ob interfectũ Cæſarẽ,q̃ ſolita adulatione dicit, & irruptione facta,ſ.b eqtibus miſſis eo.i.ad eũ locũ Ter. ſ.Seruius ſimulauit ſe eſſe Brutum,ſ.Decium(nã Marcus poſtea in Pharſalia periit) mẽdacio fideli, i.ea fide quã amico ſeruatã voluit orto, & hoc ipſa obſcuritate,ſ.loci ſuffragante, i.ſimulationẽ adiuuãte,& obiecit equitibus corpus ſuum trucidandũ. Verũ ipſe Terent. cognitus a furio,cui officium vltionis Brutianæ.i.de Bruto ſumẽdę, erat mandatum .ſ.ab Antonio,nõ potuit diſcutere nece.i.cęde ſua,ſupplicium amici, & ſic ipſe vixit inuitus fortuna cogẽte.

ASCEN.

DE * DECIMO LAELIO, ET M. AGRIPPA.

* C.Læliũ Cic.& alii vocant.

*AB hoc horrido, & triſti pertinacis amicitiæ ad lætum & ſerenum vultum tranſeamus: atque inde eam euocatã,vbi omnia lacrhymis, gemitu,cędibus,fuerant referta;in eo,quo dignior eſt, felicitatis domicilio collocemus, gratia,honore, abundantiſſimisque opibus fulgente. Orere igitur ob illa, quæ ſanctorum vmbris dicata eſſe creditur,ſede,hinc * C.Læli,illinc M. Agrippa,alter virorũ,alter deorum maximũ amicum,& certa mente,& ſecundis omnibus ſortiti: totumque beatæ turbæ gregem, qui veſtra ductu veneranda ſincerę fidei ſtipendia,laudibus, & præmijs onuſtus, peregit,in lucẽ vobiſcũ protrahite,veſtros.n.conſtantes animos veſtra ſtrenua miniſteria, veſtrã inexſuperabilem taciturnitatem,propeq; dignitate,& ſalute amicorũ perpetuam excubationem teſtatiorem beneuolẽtiã, & rurſus harũ rerum vberrimos fructus,poſterior intuens ætas, in exeolendo iure amicitiæ, quàm libentius tam eti religioſius erit operata. Hæret animus in domeſticis: ſed aliena quoque benefacta referre Romanæ vrbis candor hortatur.*

* Lælius Scipio nẽ. & Agrippa Auguſtum.

OLIV. AB hoc horrido] In hoc vltimo domeſticorũ exemplo charitatem, & amicitiam Lælii cum Scipione, & Agrippæ cũ Auguſto,ſancte fideliterq; cultam multis laudibus extollit,dicit autem non eſſe de amicitia quæ in triſtibus rebus cognita fuerit vlterius dicendum, ſed ad iocundiorem ſtilum reuocandum,vt eam quoq; amicitiam commemores, quàm in felicitatis domicilio collata,iocundos ſentit amicorũ affectus, qualis fuit Scipionis,& Lælii, Auguſti,& Agrippæ. nam Lælius ita Scipionem coluiſſe,& à Scipione cultus ipſe tertius,vt inter veterum amicorũ paria cõnumerari merito poſſint,q̃ idem Auguſto euenisſe dicit Val.quippe inter quos ſumma fuerit omnium rerum, & voluntatum conſenſio. Nam & Agrippa ſororem Auguſti in matrimoniũ duxit,& in adminiſtratione regni par illi fuiſſe propemodum creditur, vnde Virgil. Remo cũ fratre Quirinus,iura dabũt.nam teſte Seruio,de Auguſto,& Agrippa ibi intelligitur,& in bello,q̃ contra Cleopatrã, & M.Antoniũ geſtum eſt,Auguſtus dextrum. Agrippa ſiniſtrũ cornu retinentes, paribus auſpiciis victoriam pepererunt, vnde Virg. Parte alia ventis,& diis Agrippa ſecundis.[Pertinacis amicitiæ] Quã inter ſe homines non modo perſeuerantes,ſed etiam pertinaciter ad mortem vſq; ſeruauerint.[Dignior] Digna quidem eſt amicitia, quæ in lætis, à ſecundis rebus potius verſetur,quã in triſti commemoratione immoretur [Vmbris ſanctorũ] Propter Auguſtum quem inter deos retulere, Romani imperatores antẽ in Capitolio ſedes habuere, quia colebantur pro diis; Scipio vero Capitolium quotidie luce orta petebat, & cũ Ioue colloquium habere credebatur. [Veſtros enim conſtantes animos] Cum intelligent,inquit poſteri,quã vuos amicitię iure ſeruaueritis,eiuſdem firmiſſima vincula libẽtius,ſanctiusq; colere non dubitabunt.[Taciturnitatem] In cælandis arcanis. [Excubatione] Vigilantiam,quia pro ornãdo colendoq; amico aſſidue uigilabant.[Hęret animus]Non poſſum,inquit Valer.à Rom.exemplis diſcedere. Sed ſplẽdor, & fides Rom.aliis benefactis nõ inuidens,me hortatur, ne exterorum charitatẽ & amicitiam,ſilentio prætermittam.

Pertinax amicitia.

Excubatio.

Ab hoc

Asc. n. AB hoc horrido] Tranſiens ab amicitia in rebus triſtibus oſtenſa, affert duo paria amicorũ in rebus lætis ſumma in beneuolentiã proſecutorum, Auguſti, videlicet & Agrippæ, & Lælii, ad Scipionis maioris. Ordo eſt. Tranſeamus ab hoc horrido, & triſti ſup. vultu amicitiæ pertinacis. i. perſiſtẽtis ad mortem vſque etiam incluſiue. ad vultum lętum, & ſerenum. ſ. amicitiæ, atq; collocemus eam. ſ. amicitiam euocatam, inde. i. ab eo loco, vbi omnia fuerant referta lacrymis, gemitu, & cædibus, in eo domicilio felicitatis, quo ipſa amicitia eſt dignior. i. qui locus eſt illi magis debitus, vtpote in loco fulgente gratia, honore, & opibus abundantiſſimis, quę omnia erant in amicis, quos dicturus eſt. [Igitur orire] Aut vt alii legunt orere, (ſed freqnẽtius eſſe quartæ indicat infinitiuus oriri) i. egredere, aut exi ab illa ſede. ſ. Capitolina, aut potiꝰ cęleſti, ſeu elyſia. [Quæ creditur eſſe dicata vmbris ſanctorũ] Quales credebantur Auguſtus, & Scipio Iouis ſatu (vt vulgo credebatur,) ortus dico potius cœleſti, eo quod dicit vmbris, nam Capitolina eſt viua per via, & non vmbris, ſed ſtatuis defunctorum, dicerem prætera, ò Caii Læli, orire hinc. nam ad vocatiuũ ſequentem, ſpectatur verbum orire, ꝙ eſt imperatiui modi, adhortatiue politũ, niſi malis ad amicitiam referre, vt ſit duplex apoſtrophe. orire inquam hinc. i. ex vna parte, aut vno pari amicorũ, o Caii Læli, & orire illic. i. ex altera parte, ò M. Agrippa, fortiti. i. qui vos duo ſortiti eſtis, alter. i. tuo Læli ſortitus es maximum virorũ, ſcilicet Scipionem amicum. i. quod dicunt in amicum (nã pro amico non approbem dicendum.) & alter. ſ. tuo Agrippa ſup. ſortire, maximum deorum, videlicet Auguſtũ amicũ. i. in amicum, & . i. ſimul, certa mente. i. conſilio, iudicio, & electione, ne fortuitum putemus, quod tales ſortiti ſint amicos, & ſecũdis. i. proſperis omnibus. i. futuræ vitæ præſagiis, quia iudicio bono aſpirauit etiã fortuna. orire, inquam, & tu, hoc eſt orimini, & protrahite vobiſcum in lucem. i. claram memoriam, totũ gregem beatæ turbæ. i. oẽs alios feliciter amicitia viros, qui. ſ. grex onuſtus laudibus, & præmiis, peregit venerãda ſtipendia ſinceræ fidei. i. honeſte militauit ꝓ obſeruãda ſincera fide veſtro ductu. i. auſpicio, & præſidio, ꝗ probans addit. Enim quia ætas poſterior intuens veſtros animos conſtantes, veſtra ſtrenua miniſteria. i. mutua obſequia, veſtram taciturnitatem inexpugnabilem (quia ad amicũ maxime pertinet, ſecreta amici ſibi communicata alios celare, item beneficia nõ exprobare, quia vt dicit Cic. odioſum eſt ſane genus hominum officia exprobrantium) & perpetuam excubationem. i. vigilantiam continuã ꝓ dignitate, & ſalute amicorum & beneuolentiam teſtatioſẽ. i. magis comprobatam, quàm ceterorum, aut valde comprobatam, & teſtatam, & rurſus intuens vberrimos fructus harum rerum. i. quos ex his rebus, hoc eſt ex hac obſeruantia amicorum aſſecuti eſtis, erit operata. i. operabitur, aut erat. ſ. iam fuerat operata. i. exercita, in colendo iure amicitiæ, quam. ſ. qnãto libẽtius, tam. i. tanto etiam religioſius. i. ſanctius, & iõ quia reliqui pene amici veſtri ſunt aſſeclæ, protrahite eos vobiſcum, quo dicto innuit, ſe de aliis domeſticis exemplis, nihil amplius dicturum, vnde etiam addit. [Animus hæret]. i. fixus eſt in domeſticis. ſ. exemplis, ſed candor. i. puritas à liuore inuidiæ. vrbis Ro. hortatur. ſ. me referre quoque. i. etiã beneficia aliena.

EXTERNA.

DE DAMONE, ET PYTHIA.

* Cic. li. 3. de offi. *DAMON[a] & Pythias, Pythagoricæ prudentiæ ſacris initiati, tam fidelem inter ſe amicitiam iunxerunt, vt cum alterum ex his Dionyſius Syracuſanus interficere vellet, atque is tempus ab eo, quo prius, quã periret, domum profectus res ſuas ordinaret impetrauiſſet, alter vadem ſe pro reditu eius tyranno dare non dubitauit: ſolutus erat periculo mortis, qui modo gladio ceruices ſubiectas habuerat, idemq; caput ſuum ſubiecerat, cui ſecuro viuere licebat. Igitur omnes, & in primis Dionyſius, nouę atq; ancipitis rei exitum ſpeculabãtur, appropinquante, deinde finita die, nec illo redeunte, vnuſq; ſtultitia tam temerarium ſponſorem damnabat. at is nihil ſe de amici conſtantia metuere prędicabat, eodem autem momento, & hora à Dionyſio conſtituta: qui eam acceperat, ſuperuenit, admiratus amborum animũ tyrãnus, ſupplicium fidei remiſit. Inſuperq; eos rogauit, vt ſe in ſocietatem amicitiæ, tertium ſodalicii gradum vltima culturum beneuolentia reciperent. Hæ ſanè vires amicitiæ mortis contemptum ingenerare, vitæ dulcedinem extinguere, crudelitatem manſuefacere, odium in amorem conuertere, pœnam beneficio penſare potuerũt, quibus pene tantum venerationis, quantum deorum immortalium cæremoniis debetur. Illis enim publica ſalus, iis priuata continetur: atq; vt illarum ædes ſacra domicilia, ita horum fida hominum pectora, quaſi quodã ſancto ſpiritu referta templa ſunt.*

DAMON & Pythias] Horum amicitia ſic ab omnibus celebrabatur, vt principatum inter omnia amicorum paria obtinere videatur. nam cum alterum eorum Dionyſius Syracuſanus interficere vellet, ſuſpicione videlicet proditionis, alter ſe mortis vadem præſtare non dubitauit, tantiſper dũ ac componẽdis rebus ſuis domum profectus reuerteretur. fuit autem Dionyſio tyranno nihil vſquam fidum, de quo Cic. in Tuſc. quantopere vero amicitias deſiderauerit. quarum infidelitatem extimeſcebat, declarauit in Pythagoreis illis duobus, quorum cum alterum vadem mortis accepiſſet. alter vt vadem ſuum liberaret præſto fuiſſet ad horã morti deſtinatam vtinã, inquit, tertius vobis amicus aſcriberer. Idem lib. de offic. Damonem, inquit, & Pythiam Pythagoreos ferũt hoc animo inter ſe fuiſſet, vt cum eorum alteri Dionyſius Tyrannus diẽ necis deſtinaſſet, & is qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies cõmendandorũ ſuorũ cauſa poſtulaſſet, vas factus eſt alter eius ſiſtendi, vt ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ipſi. qui cum ad diem ſe recepiſſet, admiratus eorum fidem tyrãnus, petiuit vt ſe tertium ad amicitiam aſcriberent. [Initiati] Dedicati. n. erant præceptis Pythagoræ Samii. [Vadem] Sponſorem. [Supplicium fidei remiſit] Quia tam fidelem animũ vita donauit. Inſuper præterquã quòd ſupplicium remiſit, de his quoqꝫ Lac. lib. 5. diuinarum inſti. quid ergo, inquit, illi familiares Pythagorei laudantur à nobis, quorum alter ſe tyranno vadem mortis pro altero dedit, alter ad præſtitutum tempus cũ iam ſponſor eius duceretur, præſentiam ſui fecit, cumque interitu ſuo liberauit? quorum virtus in tanta gloria nõ haberetur, cum alter pro amico, alter pro fide mori voluerit, ſi ſtulti putarentur, deniq; hac ipſa virtute tyrannus his gratias retulit vtrunq; ſeruando, & hominis crudeliſſimi natura mutata eſt, quinetiã deprecatus eſſe dicit, vt ſe tertiũ in amicitia reciperent, nõ vtiq; tanquam ſtultos, ſed tanquam bonos, & ſapientes viros. Itaq; non video quare cum pro amicitia, & fide mori ſumma gloria computetur, non etiam pro innocentia perire homini ſit glorioſum. [Hæc ſane vires amicitiæ] Laudat vires amicitiæ. Valer. quas diuinati prope ſimiles eſſe dicit, qđ ab his ea proueniat, quæ à diis immortalibus conſueuerunt, multa. ſ. miranda, vt mortem contemnere vitam non appetere, crudelitatem lenire, odium in beneuolentiam conuertere, beneficium pro pœna recompenſare. [Mortis contemptum] Vt Luc. Petronius, & alii qui pro amicis mori non dubitarunt. [Crudelitatem] Vt Damum, & Pythias, qui crudeliſſimum tyrannum lenierunt. [Pœnam beneficio penſare] Vt Dion. qui mortem remiſit fidei Damonis, & Pythiæ. [Odium in amorem conuertere,] Vt idem Dion. qui quos morti deſtinauerat, paulo poſt orare cepit, vt ſe tertium in eorum amicitiã admitterent. [Illis]. ſ. cæremoniis. [Iis]. ſ. viribus amicitiæ. [Publica ſalus] Quia dii omnium ſalutem tuentur. [priuata] Quia amici ſe inuicem auxilio ſuſtẽtant. [Atq; vt illarum ædes] Oſtendit non minus venerandas eſſe vires amicitiæ, q̃ deorum ipſos. nam dii ſacra tẽpla amicitiarũ vires, fida hoium pectora, quaſi ſancto ſpiritu referta domicilia tenent, nam in fidis hoium pectoribus conſiſtit amicitia. Oliv. Damon Phythias.

DAmon & Pythias, initiati ſacris prudentiæ Pythagoricæ]. i. ſolenni more inſtituti prudentia Pythagoræ, & ad eius profeſſionem recepti (vnde quos licentiatos in theologia, aut iure, aut philoſophia dicunt honeſtius initiatos in eis dicunt) iunxerunt inter ſe amicitiam tam fidelem, vt cũ Dionyſius Syracuſanus. ſ. tyrãnus vellet interficere alterum ex iis, aut ex eis, atq; is. ſ. quẽ volebat interficere, impetraſſet ab eo. ſ. Dionyſ. tempus. i. ſpacium vitæ, quo. ſ. tempore profectus domum, ordinaret res ſuas. ſ. domeſticas, priuſquã periret, alter. ſ. amicorum, non dubitauit dare tyrãno ſe vadem. i. ſponſorem ad vadentis, id eſt abeuntis pœnã obnoxium, niſi redierit, pro Asc. n.

reditu

reditu eius.ſ.abeuntis. Is ſup. qui habuerat modo.i. paulo ante ceruices ſubiectas gladio.i.ſecuri erat, ſolutus periculo, q.a vadē dederat, & is.i.alter amicus, cui licebat viuere ſecure.i.ſine anxietate cum tyrannus nihil in eum animaduerterit, ſubiecerat caput ſuum eidem.ſ.periculo, aut gladio. Igitur omnes, qui illud vadimonium norāt, & in primis Diony. ſpeculabantur.i. expectabant tanquam è ſpecula intentis animis, exitum rei.i, an alter rediret. deinde die definita.i.cōſtituta à tyranno, vt rediret, appropinquante, nec.i.non, & illo.ſ. qui abierat nō redeū te, vnuſquiſq; damnabat ſtultitię ſponſorem tam temerariū.i. improuidom.at, is.ſ. vas. At ſponſor, prædicabat.i.palam dicebant ſe nihil metuere de fido amici. Autem pro ſed, eodē momento atq; hora cōſtituta à Dionyſio, is qui eū acceperat, hoc eſt, qui abierat, ſuperuenit tyrānus.ſ.Dionyſius, admiratos animom amborum, remiſit fidei.i. propter fidem ſeruatam, ſupplicium, & rogauit inſuper eos, vt reciperent ſe in ſocietatē amicitiæ, colturum beneuolentia vltima.i.ſuprema vitta, quām nulla tertiū gradū ſodalitii.i.iuris ſocialis. Sane (dicit auctor) hæ .i.huiuſmodi vires amicitiæ potuerunt ingenerare contemptū mortis, extinguere dulcedinē vitæ, manſuefacere crudelitatē conuertere odium in amorem, & penſare.i. penſando commutare, pœnam beneficio, quia vbi pœnam ſumpturus erat ſe amicū recipi orabat, quibus.ſ. viribus amicitiæ tantum pene venerationis debetur, quantum cæremoniis. ſ. ſacris cultibus deorū immortalium. Enim pro quia publica ſalus cōtinet illis. ſ.cęremoniis deorum priuata.ſ.ſalus continetur his.ſ.viribus amicitiæ, atque vt ædes illarum.ſ.cerimoniarum, aut illorum.ſ deorum, ſunt ſup. domicilia ſacra, ita fida pectora hominum ſunt templa harum.ſ.vitium amicitiæ, referta quaſi quodam ſancto ſpiritu.i.ſpiritu eius, qui amicitiam tā ſancte colit, aut genio eius ad tam adhortante.

DE ALEXANDRO.

*Cur.li.3. Dio. in vita.

*Syſigambis Darii mater.

*QVOD ita * eſſe Rex Alexander ſenſit. Darij caſtris, in quibus omnes neceſſarij eius erant, potitus: Epheſtione gratiſſimo ſibi latus ſuum tegente ad eos alloquendos venit, cuius aduentu * mater Darij recreata humi proſtratum caput erexit, Epheſtionemq;, quia ei & ſtatura, et forma præſtabat, more Perſarum adulata, tanquam Alexandrum ſalutauit. admonita deinde erroris per ſummā trepidationem excuſationis verba quærebat. cui Alexander, nihil eſt, inquit quod hoc nomine confundaris nam & hic Alexander eſt. vtri prius gratulemur? qui hoc dicere voluit? ac cui audre contigit? maximi enim animi Rex, & iam totum terrarum orbē aut uictorijs, aut ſpe complexus, tam paucis verbis ſe, cum comite ſuo partitus eſt. O donum inclytæ vocis danti pariter, atq; accipienti ſpecioſum.*

OLIV: QVOD ita eſſe] Darii caſtris. Alex. Dario acie ſuperato, caſtris quoq; potitus eſt, in quibus multum auri ceterarumque opum inuentum. Inter captiuos caſtrorum, mater & vxor eademque ſoror, & filiæ duæ Darii fuere, ad quas viſendas & hortandas cum veniſſet, comitatus Epheſtione ſibi fidiſſimo, & grauiſſimo comite, mater Darii humi proſtrata, ad illius aduentum caput erexit, & Epheſtionem, habitu & regia forma præſtantem pro Alexan. more Perſarum venerabunda ſalutat, admonita deinde à circumſtantibus, quod eſſet errore decepta, quod non Alexandrum, ſed Epheſtionem ſalutaſſet, timens ne grauius Alexandrum offendiſſet: ſuppliciter erroris veniam, & excuſationis verba quærebat. Cui Alexander, ne timeas, inquit mulier, nam Alexandrum ſalutaſti, & ita ſignificauit Alexander Epheſtionem ſe alterum eſſe. [Recreata] Refocillata, nam humi proſtrata iacebat, captiuitatem ſuam, miſeramque fortunam deplorans, ſed vbi cognoui tm̄ regem ad ſe viſendum veniſſe aliquātulum recreata eſt. [Adulata] Ad pedes prouoluta, de adulatione Perſarū dicemus lib.6.c.3. [Vtrius prius gratulemur?] In dubiū trahitur inquit, vtri gratius fuerit, an dicenti Alexandro, an Epheſtioni ea verba audienti. [Specioſum] Pulchrū eſt. [Tam dāti,] Quàm accipienti ſpecioſius tā aſt dare, q̄ accipere beneficium, qui dat accipientem ſibi reddit obnoxiū.

ASCEN. QVod,] Scilicet iam dictum eſt, eſſe ita vt dictum eſt, rex Alexan. ſenſit id eſt iudicauit. Nam ſup. ocius caſtris Darii regis Perſarū, in quibus erāt omnes neceſſarii eius.ſ. Darii vtpote mr̄, vxor, & liberi venit ad eos alloquēdo, Epheſtione.ſ.comite grauiſſimo ſibi tegente latus ſuum.i.ita conīūctio, vt latus tegeret. [Cuius].ſ. Alexandri aduentu, mater Darii recreata, quia plus in beneuolentia regis quam militum ſpē locauerat, erexit caput.ſ.ſuū proſtratum humi, & adulata more Perſarum (quia Perſæ reges ſuos adorant) ſalutauit Epheſtionem tanquam Alexandrum.i. tanquam eſſet Alexander, quia Epheſtio præſtabat ei.ſ. Alexandro.i. eo præſtantior erat, & ſtatura, & magnitudine; à forma.i.ſpecie mēmbrorum, & ita putabat eam potius regē, ſicut de Xerſe legitur, quod non erat pulchrior eo in tam immenſo exercitu, vnde etiam Virg. Turnū & Aeneam inducit pulcherrimos, & de Priami ſpecie dicit, q̄ digna fuit imperio, deinde ipſa admonita erroris. i.errati ſui in eo facto quærebat per ſummam trepidationem.i. cōmotionem animi, & corporis, verba excuſationis, id eſt quibus ſe purgaret. [Cui Alexander] Inquit, nihil eſt quod confundaris.i. turberis hoc nomine. i. propter hoc factum, aut erratum, nā & .i. et hic.ſ. Epheſtio eſt Alexander, quaſi dicat alter ego. [Vtri] .ſ.illorum duorum gratulemur. i. gratam eius nobis felicitatē ſignificemus prius an ſup. Alexandro, qui voluit.i.dignatus eſt dicere hoc an ſup. Epheſtioni, cui contigit audire? Enim pro quia, rex maximi animi complexus etiam totum orbem terrarum, aut victoriis.ſ.obtentis, aut ſpe. ſ. obtinendarum partitus eſt.i.conduiſit ſeipſum cum comite ſuo.ſ.Epheſtione, tam paucis verbis, quia dicendo illum quoque Alexandrum eſſe ſignificauit illum eſſe dimidium ſui. [O donum vocis inclytæ ſpecioſum] .i.honeſtum pariter danti, atque accipienti.

DE POMPEIO.

* De hoc Pomp. li. x.capit. 1. Sed hic Vale. vlt. loco ponit, ne de ſe arrogātet loqui videatur.

*QVOD * priuatim quoque merito veneror clariſſimi, ac deſertiſſimi viri promptiſſimam erga me beneuolentiam expertus, nec metuo ne parū conueniat mihi Pompeium meum inſtar eſſe Alexandri: cum illis Epheſtio ſuus, ipſe alter fuerit Alexander. Ego vero grauiſſimo crimini ſim obnoxius, conſtantis, & benignę amicitiæ exempla ſine vlla eius mentione tranſgreſſus, cuius in animo velut in parentum amantiſſimorum pectore, lætior vitæ meæ ſtatus viguit, triſtior acquieuit: à quo omnium incrementa commodorū vltro oblata cepi, per quem tutior aduerſus caſus ſteti: qui ſtudia mea ductu, & auſpiciis ſuis lucidiora, & alacriora reddidit. Itaq; paui inuidiam quorundam optimi amici iactura, videlicet quia fructu torſeram, non quidem meo merito gratiam meam quantacunq; cum iis fuit, qui ea vti voluerunt, partitus. Verum nulla tam modeſta felicitas eſt quæ malignitatis dentes vitare poſſit, & quo ſeceſſu quoſdam fugeris, aut quibus inſulis miſericordiæ permulſeris, non cohibebis, ne vt alienis malis perinde, ac bonis ſuis lætentur, ac geſtiant: diuites ſunt aliorum iacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus: ſed illi quatenus alienis incommodis ſuorum adhuc expertes inſultent, optima vindex inſolentiæ varietas humanæ conditionis viderit.*

OLIV. Val. Max. Sex. Pōp. cumes.

QVOD priuatim] Suam cū Sexto Pompeio laudat amicitiam, quam non inferiorem eſſe dicit amicitia Epheſtionis, & Alexandri. Clariſſimi nobilitate, genere, rebus geſtis. [Inſtar] Ad ſimilitudinem, vel vt alij volunt ad æquiparationem, & menſuram nunquam recepit præpoſitionem hoc nomen inſtar, quemadmodum Alexāder dixit Epheſtionem ſe alterum eſſe pari ratione dico Pōpeiū me alterū eſſe. [Ego vero grauiſſimo] Viderer, inquit, grauiter peccaſſe, & omni reprehēſione dignus eſſe, ſi cōmemoratis aliorum amicitiis ſancte, fideliterq; cultis, de mea com Pomp. nullā prorſus mentionem fecero. [Vltro oblata] Quia nō rogatus, ſed ſponte beneficia conferebat, nec vnquam locum petitioni relinquebat. [Itaq; paui inuidiam quorundā] In ſuos inuidos, & obtrectatores inuehit quorum malignitas tanta erat, vt eius incommodis vehementer lætarētur, & præſertim q̄ extincto Pomp. amico veriſſimo eſſet orbatus. illis aūt multa mala imprecatur, vt etiam ipſi incommodis affecti alienis malis non inſoltēt. [Paui] Satiaui, & expleui.

Inuidiã nemo poteſt effugere.

expleui. Verũ nulla tam] Sententia gñalis, & huic loco accõmodata. nemo tam modeſte fęlix eſt, q̃ inuidiæ morſus & malignitatis aculeo ſubterfugere poſſit [Quo receſſu] Quo receptaculo, quo ſecreto abdito ve loco maleuolos, quibus inſignibus calamitatis, illos mitigare poteris, ne aliorum calamitates ſuas putent eſſe felicitates [Inſulis] Inſignibus miſericordiæ, eſt tranſlatio ſumpta à ſacerdotibus. qui ornantur inſulis, quo venerabiliores fiant. [Diuites aliorum iacturis,] Vt quantũ alii perdiderint, tñ ipſi lucrentur. [Locupletes cladis,] Cum alios in calamitatibus poſitos viderint, tunc ſe fortunatos eſſe iudicent. [Immortales funeribus] Aliorũ morte ſe immortales fieri. [Sed illi quatenus] Sed fortuna, inquit, quæ res humana pro ſua libidine verſat, & variat, & omnis inſolentiæ eſt iuſtiſſima vltrix, quouſq; patietur hos tantum arrogantes calamitatis expertes, ſe nimium extollere, & aliorum calamitatib. inſultare. [Inſultent,] Inſultare vt vult Non. Marcellus eſt iniurioſum aliquid dicere, alii dicũt inſultare eſſe per deriſionẽ inuadere.

ASCEN. QVod priuatim] Continuando filũ narrationis ipſumq́; ad finem tituli huius perducendo cõmemorat amicitiã ſuã cũ Sex. Pompeio, quod quidem exemplum domeſticum eſt, ſed toto hoc titulo exempla commiſcuit, per occaſionem fere locutus. Ordo eſt. [Quod. ſ. donum inclytę vocis Alexandri, de quo proximo loco locutus eſt. ego quoq; (auctor) veneror priuatim. i. meo nomine, meiq́; commodi in conſimili re gratia vtpote expertus promptiſſimam erga me beneuolentiã clariſſimi, ac diſertiſſimi viri, videlicet Sex. Pompei. Nec metuo, ne parum conueniat. i. parum concedatur, & ſine controuerſia ſit Pomp. meũ eſſe mihi inſtar. i. ad æquiualentiam Alex. cum illi. ſ. Alex. ſuus Epheſtio fuerit, alter Ale. hoc eſt poſſum Pompeiũ dicere eſſe alterũ me, cũ Alex. dixerit Epheſtionem eſſe alterũ ſe. nam plus diſtulit Epheſtio ab Alex. quã Val. a Pomp. [Ego vero ſim obnoxius]. i. obligatus grauiſſimo crimini tranſgreſſus. i. ſi fuerim tranſgreſſus exempla conſtantis, & benignæ amicitiæ, ſine vlla mentione eius. ſ. Pompeii, in cuius animo ſtatus vitæ meæ lætior. ſ. ſolito, aut aliquantulũ lætus viguit uelut in in pectore parentũ amantiſſimorum. i. maxime amantũ, & triſtior ſtatus vitę meę acquieuit, à quo. ſ. amico ego accepi incrementa omnium cõmodorum, oblata vltro. i. nõ requiſita a me per quẽ. ſ. amicũ ego ſteti tutior aduerſus caſus. ſ. qui prouideri nõ poſſunt, qui reddidit. i. effecit ductu, & auſpiciis ſuis. i. prudẽtia quæ ad ductũ ptinet, & felicitate, quæ ad auſpicia deorũ fauore capta, ſtudia mea lucidiora, & alacriora. Itaque. i. & ita, quia talem amicũ amiſit. Ego paui. i. nutriui. inuidiam (cuius cib. aduerſitas eſt) quorũdam. ſ. æmulorũ, iactura. i. damno & amiſſione amici optimi, videlicet. i. videre licet, cur inuiderint vtpote torſeram. i. cruciaueram eos fructu. i. vtilitate, quã cepi ab amico, nõ quidem merito. i. peccato meo, nam partitus gratiã meã. quantacunq; fuit, cum his qui voluerãt ea vti. Verum nulla felicitas eſt tã modeſta. i. moderata, quæ poſſit uitare dẽtes malignitatis. i. malignantium, & inuidorum, & quo receſſu. i. ſegregatione à conſortio hominũ fugeris. i. fugere velit quoſdã, aut quibus inſulis. i. mitris, & inſignibus miſericordiæ tu permulſeris. i. mitigaueris quoſdã (. i. nõ cohibebis, neq; arcebis) ne vt. i. vt nõ lætentur alienis malis perinde ac bonis ſuis ł ac geſtiãt. i. immoderate exultent? diuites ſunt iacturis. i. damnis aliorum, locupletes. i. diuites ſunt calamitatibus. i. frugum deuaſtatione aliorum, immortales ſunt funeribus aliorum. Sed quatenus inſultent incommodis alienis exiſtentes ſup. expertes adhuc ſuorum. ſ. incommodorum. i. propriorum, viderit varietas cõditionis humanæ exiſtens optima vindex vltrix inſolentiæ.

DE LIBERALITATE. CAP. VIII.

NOSTRAM opus pio egreſſu ad propriã rem prouectum in ſuum ordinem reuocetur, liberalitatiſq́; cõmemorationi vacemus. Cuius duo ſunt maxime probabiles fontes, verum iudicium, & honeſta beneuolentia: nam cum ab his oritur, tunc demũ ei ratio conſtat: dono autem ipſi gratiam & magnitudo quidẽ ſua, ſed efficaciorem aliquanto opportunitatis conciliat.

OLIV. Liberalitas qua. NOSTRVM opus pio egreſſu] De liberalitate dicturus, illam more ſuo breui præfationem commendat. eſt autem liberalitãs virtus inter duo extrema poſita. ſ. prodigalitatem, & auaritiam, omnis enim virtus medium eſt duorũ extremorum, ſed liberalitas medium eſt prodigalitatis, & auaritiæ, igitur virtus eſt. In liberalitate duo conſideranda ſunt, primum vt fiant honeſte, ne aliis noceatur, dum aliis prodeſſe uelimus. deinde cum ratione fiat, ne plus elargiamur, quam facultates noſtræ patiantur. in qua re tria conſideranda ſunt, datum, acceptum, & dator. de dato dicimus liberalitatem eſſe virtutem, q̃ ſes externas conſiderat, reſpicit aũt maxime diuitias, nam ita diffinire poſſumus, liberalitatem eſſe in vſu pecuniarum, pecunia vero dicitur omne quod poſſidetur, vſus autem duab. in rebus continetur. ſ. dando, & accipiendo. Vnum eſt actionis, & alterũ paſſionis, nam accipere magis eſt paſſionis, quam actionis, hoc etiam ſeruandũ, vt demus quib. oportet, & accipiamus à quibus oportet. Sed vt ad perſonã, cui daſ deueniamus, quatuor conſideranda ſunt, quo beneficium noſtrum dignius præſtare poſſimus. Primo, ſi honeſti homines ſint, & cum virtute viuant. Scd'o, ſi nobis amici & beneuoli. Tertio, ſi propinqui, & neceſſarii. Quarto, & vltimo, ſi de nobis benemeriti fuerint. De dante illud animaduertendum, quòd liberalis dator hęc vitia in primis vitare debet ſibi maxime cõtraria, auaritiam, vt dixi, & prodigalitatem, prodigalitas dupliciter cõſideraſ, vno modo ſimpliciter & abſolute, cum dando aliquis ſuperflue bona ſua conſumit, nec quantum erogare poſſit conſiderat, nam prodigus dicíſ, quòd porro adigat bona ſua, & à porro, & adigendo prodigus deducitur. Aliud eſt, q̃ in ſe habet aliquid liberalitatis admiſtum, ſed non cum ratione & honeſtate, quia non ſolum in dando, ſed etiam in accipiẽdo ſæpiſſime peccat auarus, vt à quibus accipiat non conſideret, dummodo ſuis rebus conſulat, neq, reſpicit bene, an male, recte, an perperã id agat, modo ſua accumulet bona, & huiuſmodi homines, qui in diſtribuendis bonis ſuis nullam conſiderationem adhibent, ſæpe includunt in id vitiũ, ut ab aliis ſurripiunt, quæ aliis elargiri poſſint. & iõ Val. bene dicit liberalitatis duo eſſe fundamenta rectum iudicium, & honeſtam beneuolentiam, ac ſi diceret iuſtitiam, & honeſtatem, quæ in omni uirtute requiruntſ, nam rectum & honeſtum fundamẽta ſunt uirtutis. [Progreſſu] Euagatione, & digreſſu ad propriam rem. Quia de ſua ipſius priuata amicitia dixit. [Suum ordinem] Vt propoſitum noſtrum ſeruemus, illuſtrium uirorum exempla narrando. [Verum iudicium] Vt in eos liberales ſimus, qui de nobis benemeriti fuerint. [Haueſta beneuolentia] Vt demus honeſtis amicis. [Opportunitas conciliat] Beneficium & ſi ſemper gratum ſit, multo tamẽ gratius, cum fuerit maxime neceſſarium, doni quidẽ magnitudo nos homini maxime conciliat, ſed multo magis temporis opportunitas, ut demus cum neceſſe fuerit, & liberales ſimus neceſſitatis tempore.

ASCEN. NOſtrum opus] Sub hac præfatione tranſit ad narrationem de liberalitate dicẽs. Noſtrum opus prouectam pro egreſſu. ſ. ab incepto, nam inceperat extera narrare, ſed meminit ſe nihil de Pompeio amico ſuo dixiſſe, egreſſus eſt ad eius collaudationem, ad rem propriã. i. narrationem propriæ amicitiæ cũ Pompeio reuocetur ad ſuum ordinem. i. ad narrandum prius domeſtica, deinde externa, & uacemus. i. operam demus reliquis rebus, uacemus commemorationi liberalitatis. [Cuius duo fontes ſunt maxime probabiles] Videlicet uerum iudiciũ, & beneuolentia honeſta, nã cum. ſ. liberalitas oriatur ab his. ſ. iam dictis uero iudicio, & honeſta beneuolentia, eius ratio cõſtat. i. euidens eſt nunc demum. Autem pro ſed, etſi dono. i. muneri, &. i. etiam magnitudo ſuo conciliat gratiã, quia quo maius, eo gratius eſſe ſolet, ſed opportunitas conciliat ſup. ipſi gratiam efficaciorem aliquanto, hoc eſt domum donum datum opportune, etiam ſi magnum non ſit, gratius eſt, quam magnũ importune collatum.

THEO. OPportunitas conciliat] Seneca qui cito dat, bis dat. Et Auſonius.

Gratia, quæ tarda eſt, ingrata eſt gratia, nanque
Cum fieri properat, gratia grata magis.
Si bene quod facias, facias cito, nam cito factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

DE FABIO MAXIMO.

*ACCEDIT * enim pretio rei, ineſtimabile momentum occaſionis, quæ Fabium Maximum tot ante ſæcula ob paruam pecuniæ ſummam erogatæ, ad hoc vſq; tempus laudabilem fecit. Captiuos enim*

* Auctor. lib. 3. c. 8. & Liuius lib. 22.

ab Hannibale

ab Hannibale interpoſita pactione nummorum, receperat: quæ cum à ſenatu non præſtarentur, miſſo in vrbem filio, fundum, quem vnicum poſſidebat, vendidit: eiusq; precium Hannibali protinus numerauit. Si ad calculos reuocetur, paruum, vtpote ſeptem iugeribus, & hoc in

* abditis. *Papinia.* ad dictis redactum; ſi animo prærogantis, omni pecunia maius: ſe enim patrimonij, quàm patriam fidei inopem eſſe maluit: eo quidem maiore cum commendatione, quod proni ſtudij certius indicium eſt ſupra vires niti, quàm viribus ex facili vti: alter enim quod poteſt, præſtat: alter etiam plus, quàm poteſt.*

OLIV. ACcedit enim precio rei]Momentum inclinationem ad gratiam. [Quæ Fab. Max.] Probat occaſionem plus in liberalitate valere, quam dum manitudinem. dicit enim. Q. Fab. Max. apud poſteros fuiſſe magis laudabilem quod neceſſitatis tempore captiuis ſubuenerit, quam quód pecuniam multam erogauerit. hoc autem fuit tempore ſecundi belli Punici, quo cum Hannib. dictator ipſe conuenerat, vt fieret, captiuorũ permutatio, ea conditione, ut qui plures reciperet, quã redderet, pro vnoquoq; dragmas 50. & ducentas rependeret. hac ſpe fretus, vt S.P.Q.R. rem iſtam probarent, & de publico pecuniam erogarent. Sed cum ducentos & quadraginta plures recepiſſet Fab. quam redidiſſet Senatus pactam pecuniam exoluere recuſauit, atque inſuper Fab accuſauit, quod inutiliter, & inconſulto ſenatu homines, qui hoſtium prædæ ex ignauia facti eſſent, redimere voluiſſet. Tunc Fab. & ciuium iniuriam æquo animo tulit, & fidem hoſti ſeruandam eſſe duxit, captiuos quoque ciues in tanta neceſſitate iuuandos. ita filium Romam miſit, qui vendito fundo, quem ſolum in pupinæ villa poſſidebat, promiſſam hoſti pecuniam à ſe in caſtra reportaret, quam ille poſtmodum Hannib. ut conuenerat fideliter enumerauit, captiuosque redemit. [Si ad calculos reuocetur] Si pecuniæ, inquit, quantitatem conſiderare voluerimus, parũ quid fuiſſe videbitur, ſed ſi exquiſitæ, diligẽterq; Fabii domus atq; illius animi magnitudinem ſpectauerimus, omnes profecto facultates ſupereſſe videbimus. [Ad calculos] Ad exquiſitam ſupputationem. [Abditis] Aſtrictis, circumſcriptis. [Prærogantis] Præbentis. [Se enim patrimonii] O magna viri probitas, maluit enim ſe inopem dici, & eſſe, quàm patriam perfidam nominari. [Supra vires]Supra facultates, & poſſibilitatem. [Viribus ex facili uti]Ille vtitur viribus ex facili, qui pro viribus, & faculta-

ASCAN. te præſtat aliquid.

ACcedit enim]Probat exemplo id, quod proxime dixerat dicens. Enim pro quia, inæſtimabile momentum. i. commodum occaſionis. i. opportunitatis, quæ caſu obuenerit, accedit precio rei, quæ. ſ. occaſio fecit Fab. Max. ob parũ ſummam pecuniæ erogatæ. i. impenſæ laudabilem ante tot ſecula, vſque ad hoc tempus. [Receperat] Enim ab Hannib. captiuos interpoſita pactione nummorum, quos pro redemptione pollicitus erat, qui. ſ. nummi, cum non præſtarentur à ſenatu, filio. ſ. ſuo miſſo in vrbem. ſ. Rom. vendidit fundum, quem habuit vnicũ, & numerauit protinus Hannib. eius precium, paruũ. ſ. precium ſi reuocetur ad calculum. i. ad ſupputationem, quæ per calculos. i. lapillos olim fiebat, vt nunc per proiectiles nummos, vtpote redactum. i. coarctatum ſeptem iugeribus, & hoc ſup. dicto, illis addictis. i. aſtrictis in Pupinia. i. loco illo arido & ſterili. Si ſup. metiatur, aut æſtimetur animo prærogantis. i. prorogantis exhibẽtis, numerauit precium maius omni pecunia. [Maluit]Enim ſe eſſe inopem patrimonii, quàm patriam eſſe inopem fidei, eo quidẽ maiore cũ commendatione. i. laude, quód niti ſupra vires eſt certius indicium ſtudii proni. i. affectus multum proclini & inclinati, quàm uti viribus ex facili. Enim pro quia, alter vtpote qui viribus utitur præſtat ꝙ poteſt, alter. ſ. qui ſupra vires nititur præſtat ſup. etiam plus quàm poteſt.

DE BVSA.

* Liuius lib.22. *ITAQVE * eiuſdem temporis fœmina Buſa nomine, regionis autem Apuliæ ditiſſima, merito quidem liberalitatis teſtimonium recepit, ſed excellentes opes ſuas Fabianis rei familiaris anguſtiis, non comparauerit. Nam & ſi circa decem millia ciuium noſtrorum, Cannenſis prælij reliquias, benigniſſime inter Canuſina mœnia alimentis ſuſtentauit, ſaluo tamen ſtatu fortunarum ſuarum, munificam ſe P. R. præſtitit, Fabius in honorem patriæ, paupertatem inopia mutauit.*

ITAQVE eiuſdẽ temporis]Probat id ita eſſe, videlicet certius liberalitatis indicium eſſe aliquid (licet exiguum) ſup vires erogare, quàm ex facili viribus vti, hoc eſt magnum, aliquid pro facultatibus exhibere, nã mulier Paula nomine Buſa, genere clara, atq; diuitiis ad decem millia Rom. ex Cannenſi clade ſuperſtitum mœnibus tantum tectisq; à Canuſinis acceptis, frumento ueſte, & uiatico iuuit. pro qua ei munificẽtia poſtea bello perfecto à ſenatu, honores habiti ſunt. hæc igit mulier quamuis multum præſtiterit, multo tamen minus, q̃ Fab. præſtitiſſe uidetur eo ꝙ Fab. ſupra uires fecerit, hæc ex facili viribus uſa fuerit. Buſa nomine Liu. dicit Paulam fuiſſe nominatam, ſed genere Buſam, hoc eſt Carth. [In honore patriæ] Ne patria perfida diceretur, vnicum fundum vendens ex paupertate inops factus eſt. nam pauper dicitur cui nihil ſupereſt, ſed tãtum habet, ꝙ ad quotidianum victum, & ad neceſſaria ſatis eſt, inops uero, qui nihil proſus habet, quaſi ſine terra.

Pauper. Inops.

ASCAN. ITaque fœmina eiuſdem temporis] Quo Fab. Max. fuit, nomine Buſa, forte legendum ſit Buſa origine, Paula nomine. Autem pro ſed, ditiſſima, regionis Apuliæ, recepit quidem merito teſtimonium liberalitatis, ſed non comparauerit, id eſt ſed ipſa nolit comparare opes ſuas excellentes, anguſtiis, Fabianis rei familiaris, id eſt quas Fab. in re familiari paſſus eſt. Nam & ſi ipſa ſuſtentauit benigniſſime alimentis ſuis inter mœnia Cannuſina. i. Cannuſii oppidi decem millia ciuium noſtrorum reliquias, id eſt qui fuerãt reliquiæ prælii Cannenſi, tamen præſtitit ſe munificam P.R. ſaluo ſtatu fortunarum, id eſt diuitiarum ſuarum. Fabius mutauit paupertatem. i. ſtatum parũ prius habentis, inopia. i. cum indigentia, & ſtatu nihil poſſidentis. in. i. Ad ſaluandum honorem patriæ.

DE QVINTO CONSIDIO.

IN Quinto quoque Conſidio ſaluberrimi exempli, nec ſine paruo ipſius fructu, liberalitas annota eſt, qui Catilinæ furore ita conſternata Rep. vt ne à locupletibus quidem debitæ pecuniæ, propter tumultum precijs poſſeſſionum diminutis, ſolui creditoribus poſſent: cum centies atq; quiquagies HS. ſummam in fœnore haberet, neque de ſorte, quenquam debitorum ſuorum, neque de uſura appellari à ſuis paſſus eſt quantumque in ipſo fuit amaritudinem publicæ confuſionis priuata tranquillitate mitigauit: opportune, mirificeq; teſtatus, ſe nummorum ſuorum, non ciuilis ſanguinis eſſe fœneratorem. Nam qui nunc præcipue negociatione delectantur, cum pecuniam cruentam domum retulerint, quàm improbando gaudio exultent, recognoſcent, ſi diligenter S.C. quo Conſidio gratiæ acta ſunt, legere non faſtidierint.

OLIV. IN Q. quoq; Conſidio] Liberalitatem Q. Conſidii fœneratoris nobiliſſimi hoc loco ſubiungit. hic turbulentiſſima illa reip. tempeſtate, qua Catilina patriam perdere nefaria coniuratione tentabat, plurimum Romanæ urbi, & afflictæ reipu. præſidii attuliſſe videtur, nam cum propter feceſſionem cultorum, qui ſpe magnæ prædæ ducti ad Catil. confugerant agri inculti, atq; deſerti nullum ciuibus fructum redderent, non paſſus eſt quenquam debitorum ſuorum aliqua ratione uexari, & ſi centies & quinquagies ſextertis ſummam mutuo dediſſet, videbat. n. locupletes ne dum pauperes, ex ſuis prouentibus debitam pecuniam nullo pacto poſſe perſoluere, teſtatus etiam ſe nolle ſanginem à ciuibus, ſed pecuniã exigere, hac ſua ſalute publicam perturbationem ſedare maxime viſus eſt, & propterea ſenatus illi maximas gratias egit. [Conſterna] Commota, & perturbata. [De ſorte] De ea ſumma quam ipſe præſtiterat. i. in fœnus dederat, hoc eſt de capitali vt vulgo dicunt. [Quantum in ipſo,] Quantum ipſe efficere potuit. [Publicæ confuſionis] Perturbationibus, quæ ad omnes ſpectat. [Nam qui nunc præcipue negociatione] Aetate noſtra, qui lucrum quaſi cruentum domum reportant, & quorum, mens omnis eſt in

cóparandis per ſas,nefaſq; diuitiis intelligere potuerût q̃ teme re cauiſcut,niſi ſaſtidio ſenatus decretû pro Conſidii liberalita te factû legere recuſauerint. [Negociatione] Lucro faciendo. [Pecuniã cruentã]Ex mediis prope viſceribus hoium eatractã.

Ascen. IN Quinto, &c.] Ordo eſt. Liberalitas eſt annotata quoq; .i. etiam in Q.Conſidii ſup.eſſe ſaluberrimi exempli, nec paruo immo magno fructu ipſius, qui repub.ita conſternata furore Catil.i.quam Catil.demens pollicitatio eacitarat, vt pecuniæ debitæ,ne quidem.i.non etiam,aut non ſalem,non poſſent perſolui creditoribus etiam à locupletibus.i. multû terrarum poſſidentibus, & hoc preciis poſſeſſionum diminutis propter tumultum.ſ.bellicum,cum haberet in fœnore. i.in pecunia data ad vſuram,ſummam ſeſtertii centies, atq; quinquagies,neque paſſus eſt quenquam appellari.ſ.in ius à ſuis,ſcilicet quæſtoribus & exactoribus debitorum, de ſorte.i principali pecunia, quam ad vſuram dederat,neq; de vſura.i.fœnore,& excremento,& mitigauit quantum fuit in ipſo, id eſt in ipſius poteſtate, amaritudinem confuſionis.ſ.turbationis publice tranquillitate priuata.i.ſua,qui priuatus agebat,teſtatus.i. proteſtans opportune, & mirifice,ſe eſſe fœneratorem.i.ſectatorem lucri, nummum,ſeu nummorum ſuorum, non ſanguinis ciuili. Nam qui præcipue nunc.i.tempeſtate noſtra,delectantur negociatione.i. lucro mercuriali,cum retulerint domum pecuniam cruentam, id eſt ſanguine & ſudore miſerorum,partam recognoſcent quã i.quantum improbando, id eſt deteſtando gaudio exultent, ſi non faſtidierint legere Senatuſconſulto, quo gratiæ actæ ſunt Conſidio. Is autem erat fructus, quem in principio aſſecutum dixit. vnde legi non paruo fructu:vbi inuenctani, non ſine paruo tiam non ſine, eſt cum, & ita diceretur cum paruo fructu id feciſſe,cuius contrarium hæc concludit.

DE POPVLO ROMANO.

* Cic.pro P. Seſtio, ſed Liui. lib. 38.& Str. li. 13. Regẽ Eumenẽ vocant.

QVERI * *iandudum mecum Pop.R.videtur,quòd cum ſingulorum munificentiam conſector, de ſua taceam: ad ſummam enim eius laudem pertinet, quem animum regibus,& vrbibus,& gentibus præſtiterit,recognoſci: quia omne præclari facti decus,crebra memoria in ſeipſo reuireſcit. Aſiam bello captam Attalo regi muneris loco poſſidendam tribuit, eo excelſius, & ſpecioſius vrbi noſtræ futurum imperium credens, ſi ditiſſimam, atque amœniſſimam partem terrarum orbis, in beneficio, quàm in fructu ſuo reponere maluiſſet. Ipſa victoria donum felicius, quia multum occupaſſe, habere inuidiam potuit: tantum tribuiſſe, gloria carere non potuit.*

Oliv. QVERI iandudum] Merito, inquit P.R. conqueri poſſet,quòd aliorum liberalitatem memoriæ tradam ſuã vero ſilentio prætermittam,cum id potiſſimum ad ſummam eius laudem pertinere videatur. [Aſiam bello captam]Mortuo Eumene, Aſiam bello captam P.R.occupauit, eumq; iure belli retinere poſſet,eam tamen totam Attalo Eumenis filio dono dedit,putauit enim imperium clarius fore,atq; præſtantius,ſi prouinciam locupletiſſimam potius alteri dono daret, quàm in ſuos vſus conuerteret. Iuſti.aliter ſentit,dicit lib.36.regem Attalum ab Eumene non patre,ſed patruo ſuo florentiſſimum regnum accepiſſe,& acceptum multis amicorum cædibus, & cognatorum ſuppliciis fœdaſſe,nunc matrem,auum,nunc Beronicem ſponſam maleficiis earum necatas confingentem, aliaq; facinora multa paraſſe. Strab.lib.13.dicit Eumeni, non Attalo in eorum analogia, ea Eumene, inquit, natus eſt Eumenes de patris nomine. Is Pergami ſucceſſionem habuit, & iam loca circumcirca tenebat. Vnde apud Sardis Antioch. Seleuci filium ſuperauit cum eo congreſſus. obiit autem cum xx. & ij.imperaſſet, Attalus ex Attalo,& Antiochi, de Achei filia natus ſucceſſit imperio, & primo rex eſt nuncupatus, hic Galatas prœlio maximo ſuperauit, & Rom. amicus fuit, & cum eis aduerſus Philippum pugnauit in claſſe Rhodiorum. obijt iam ſenior cum ann.xl.& tribus regnaſſet, filios quatuor reliquit. Eumenem, Attalum, Philetrum, & Atheneum, è quibus minores priuatum ſtatũ duxerunt, Eumenes natu grandior regnauit. hic cum Rom.aduerſus Antiochum magnum,& aduerſum Perſen bellum geſſit,à Rom. totam eam regionem accepit, quæ ſub Antiocho circa Taurum erat, Aſiam.ſ.minorem. Ipſa victoria donum felicius,plus gloriæ dicit eueniſſe P.R. ex hac liberalitate,dono quæ prouinciæ,quàm ex victoria parta.tantam enim prouinciam in poteſtatem redigere, glorioſum quidẽ fuit, ſed poſſidenti inuidiam contraxiſſet. tam ſpecioſum munus dediſſe perennem gloriam, P.R.comparauit. [Inuidiam potuit] Solent homines multa poſſidentibus inuidere.

QVeri,&c.]Ordo eſt. P.R. videtur queri mecum.i. de me iã dudum.i.à quo tempore de liberalitate loqui cepetim ꝙ cum conſector munificẽtiam ſingulorum,taceam,de ſua.ſ.munificentia. Enim pro quia,pertinet ad ſummam laudem eius recognoſci.i.ſi recognoſcatur,quem animum.i.quantum liberalem præſtiterit regibus,& vrbibus,& gentibus. Quia omne decus præclari,facti reuireſcit in ſeipſo crebra memoratione. Incipiens autem narrare dicit. P.ſup.R.tribuit Aſiam captam bello,poſſidendam Attalo regi,loco muneris.i.dono, cedens imperium vrbis noſtræ futurũ eo excelſius,& ſpecioſius,ſi maluiſſet reponere ditiſſimam, atq; amœniſſimam partem orbis terrarũ in beneficiu ſuo.i.à ſe collato,quàm in fructuoſo.i.à ſe accepto,& ita donum felicius ſup.fuit ipſa victoria, hoc eſt felicius erat dono dediſſe Aſiã quã eã bello cepiſſe, quia occupaſſe multum.ſ.terrarum,aut rerum,potuit habere inuidiam,tribuiſſe.i.dono dediſſe,tãtum.ſ.munus nó potuit carere gloria. Ascen.

DE T. QVINTIO FLAMINIO.

ILLIVS * *vero Romanæ liberalitatis cœleſtem ſpiritum, nullæ literæ ſatis dignis laudibus proſequuntur, Philippo enim Macedoniæ * Rege ſuperato, cum ad inſigne ſpectaculum tota Græcia conueniſſet, T. Quintius Flaminius, tubæ ſigno ſilentio facto, per præconem hæc verba recitari iuſſit. S.P.Q.R.& T.Quintius Flaminius imperator, omnes Græciæ vrbes, quæ ſub ditione Philippi Regis fuerunt: liberas atq; immunes eſſe iubet. Quibus auditis, maximo & inopinato gaudio homines perculſi, primo veluti non audiſſe ſe, quæ audiuerunt credentes, obticuerunt. iterata deinde pronunciatione præconis, tanta cœlum clamoris alacritate compleuerunt: vt certe conſtet: aues, * quæ ſuperuolabant: attonitas, pauentesq; decidiſſe. magni animi fuiſſet, à tot captiuorum capitibus ſeruitutem detraxiſſe: quot tunc nobiliſſimis, & opulentiſſimis vrbibus. P.R. libertatem largitus eſt: ad cuius maieſtatem pertinet, non ſolum, quod ipſe benigne tribuit: ſed etiam quod alio tribuente ſenſit, commemorari: vt enim illic commemoratæ, ita hic redditę laudis commendatio eſt.*

* Plut. in vita Flaminii.
* Iſthmia.
* Coruos fuiſſe, ſcribit Plut. & cauſam reddit.

Oliv. ILLIVS vero Romanæ] Nemo eſt qui ſatis dignã laudẽ huic tantæ liberalitati ſuis literis accómodare poſſit. [Cœleſtem ſpiritum]Hæc munificentia potius diuina, quàm humana eſt iudicanda. nam & mediocra largiri humani eſt, at vero ingentia dij donare conſueuerunt. [Illius vero Romanæ]Philip.Maced.& Attalus rex Pergami, & Rhodi, à Philippo rege iniurijs laceſſiti Rom. aduerſus regem concitarunt, quo facto Græcia tota fiducia Rom.aduerſus Philip.ſpe priſtinæ libertatis erecta,bellum intulit regi, atque ita rex cum vndiq; vrgeretur, pacem petere cogitur, deinde cum expoſitæ conditiones pacis à Rom.eſſẽt repetere ſua,& Attalus,& Rhodii,& Achei, & Aetoli cepere, ſed repudiata pace Philip. bellum renouat, qui tandem à Flaminio cõſule bello ſuperatus eſt, & poſt hanc victoriam Q.Flam.conſentiente,atque etiam iubente ſenatu, omnes Græciæ vrbes,quas Philippus ſubegerat imperio libertate donauit. Itaque præſente Græcia ferme tota,quæ ad tantæ victorię ſpectaculum conuenerat,iuſſit Flam.præconem magna voce pronunciare. S.P.Q.R.& Q.Flam.Imperatorẽ velle, ac iubere omnes Græciæ popolos eſſe liberos, & immunes ad quàm vocem primo quidem Græci, quia præter omnium opinionem,& ſpecie eueniſſe veluti admiratione quadam attoniti contieuerunt. deinde iuſſo præcone iterare ſenatus, & imperatoris edictu, tantus dicitur clamor vndiq; exortus præ nimio gaudio, vt conſtet aues per aerem volantes tanto clamore perterritas in terram ſemianimes concidiſſe. Tria conſtat

fuiſſe bella Macedonica cum Romanis,hoc quòd Q.Flam.cõfecit. Alterum quòd Paul. Aemil. deuicto Perſa. Tertiũ quòd geſſit Metellus Maced.ſuperato Pſeudo Philip. [Ad iſth.]Spectaculum iſthmos ea terræ ſtrictura dicitur,quæ inter duo maria cõcluſa iter porrigit ad Cheroneſum, vt alio loco dixi, reſte Ouid.] Heroi. Aequora bina ſuis oppugnãt fluctibus iſthmõ, & tenuis telus audit vtrunq; mare. In hoc igitur loco ſunt,qui dicant ludos fieri conſueuiſſe in honorem matris Maturæ,atq; Portuni,ad quòd ſpectaculum vniuerſa Græcia conuenire ſolebat,eum igitur conueniſſet,vel ad hoc ſpectaculum,vel ad ſpectaculum victoriæ.Flaminius verba ſenatus recitare iuſſit.[Immunes]Sine vlla penſione tributi, & ſtipendii. [Magni animi] Per occupationem exaggerat hanc liberalitatem. Valer. dicit enim ſi quiſpiam tot;viros à ſeruitute liberaſſet, ꝙ vrbes P.R. libertate donauit,ingenti laude dignus eſſet. Sed cum P.R.tot Græciæ populos, tot vrbes, tot oppida tyrãnide ſpoliauerit,& libertate donauerit,qs ei meritas laudes accõmodabit?[Aues] Plut.dicit fuiſſe coruos,qui ceciderunt in theatrum, cãm autẽ huius rei hanc eſſe ferũt,quòd aer ſolum eſt autum, quo diſcuſſo,& auibus quacunque ratione ſubtracto,cadant neceſſe eſt, legitur in vita Pomp.ꝙ vociferante plebe Rom. contra Rhoſium, digitis Pompeium oſtendentem, non primum, ſed ſecũdum ducem creandum aduerſus Piratas, coruus oculis captus in medium forum cecidit. [Ad cuius maieſtate] Tranſiturus ad externa,hac vtitur præfatione , vt dicat eſſe maieſtate P.R. non ſolum commemorare,quæ in alios ipſe vſus ſit liberalitate,ſed quam etiam ab alijs ipſe quandoq; ſenſit.

ASCEN. Illius vero , &c.] Recitat alius liberalitatis P.R.exemplum, cuius pronunciator fuit T.Q.Flam.dicẽs.Vero pro ſed, nullæ literæ proſequuntur,aut potius proſequantur.i.proſequi poſſunt laudibus ſatis dignis,Cœlaſtem ſpiritum, id eſt affectum illius liberalitatis Romanæ, quam.ſ.iam proſequitur. Enim pro quia,Philip.rege Macedoniæ ſuperato , cum tota Græcia conueniſſet ad id ſpectaculum tam inſigne, Tit.Q.Flam.ſilentio facto ſigno tubæ, iuſſit hæc verba , ſcilicet ſequentia recitari per præconem,id eſt publicum pronunciatorem , quaſi præceptorem. S.P.Q.R. & Q.Flam. imperator iubet omnes vrbes Græciæ,quæ fuerunt ſub ditione Philippi regis eſſe liberas,atq; immunes.ſ.à tributo pendendo . Quibus homines perculſi maximo,& inopinato gaudio, obticuerunt primo , veluti credẽtes; ſe quæ audierunt non audiſſe,deinde pronunciatione præconis iterata,compleuerunt cœlum.i.aerem tanta alacritate clamoris, vt conſtet.i. manifeſtum ſit certe.i.indubitanter aues , quæ ſuperuolabant decidiſſe, id eſt deorſum cecidiſſe attonitas,& pauentes.Fuiſſet magni animi.ſ.officium,aut munus, detraxiſſe ſeruitutem à tot capitibus captiuorum.ſ. ſingulorum , quot vrbibus nobiliſſimis,& opulentiſſimis P.R. largitus eſt tunc libertatem. [Ad cuius].ſ.P.R. maieſtatem pertinet commemorari non ſolum,quod ipſe tribuit,ſed etiam quod ſenſit.i.percepit alio tribuente,vt in externis exemplis ac quæ nunc paraſceuem facit,patebit.Enim pro quia,vt.i.quemadmodum commẽdatio laudis commemoratæ eſt illic.ſ.vbi P.R.beneficium cõtulit,ita commendatio laudis redditæ eſt hic , vbi beneficium accepit,quia ſimul ſignificabitur gratiam retuliſſe.

EXTERNA.

DE HIERONE SYRACVSANO.

* Liuius lib.22. * 320.in Liu.leges. HIERO * Syracuſanorum Rex, audita clade , qua Romani apud Thraſymenum lacum afflicti erãt ccc. millia modiorum tritici , cc. hordei, aurique ducenta & xl.pondo vrbi noſtræ muneri miſit: nec ignarus verecundiæ maiorum noſtrorum,ne nollent accipere,in habitum id victoriæ formauit,vt eos religione motos,munificentia ſua vti cogeret:voluntate mittendi prius iterum prouidentia cauendi ne remitteretur,liberalis.

OLIV. HIERO Syracuſarum rex] Poſt cladem Romanis illatã ad Thraſimenũ lacum, legati ab Hierone Siciliæ rege cũ muneribus,& commeatu ingenti Romam miſſi ſunt , qui S.P.Q.R.ſignificarẽt,Hieronem grauiter , acerbeq; tuliſſe cladem illam,communemque eam calamitatem exiſtimaſſe.Itaq; quã quam probe ſciat magnitudinem P. R. admirabiliorem propẽ aduerſis rebus,quàm in ſecundis eſſe , miſſa tamen à ſe omnia, quibus à bonis amicis , & fidelibus ſociis bella iuuari ſolent. quæ ne accipere abnuant magnopere ſe publice orare.iam omnium primum honoris gratia victoriam auream pondo 120. afferre ſe,acciperent eam,tenerentq; & haberent propriam & perpetuam aduexiſſe etiam 300.millia modiorum tritici 200. ordei.ne commeatus deeſſent,& quantum poſtea opus eſſet, & quantum iuſſiſſet ſubnecturus.milite,& equite ſcire ſe,niſi Romani,latiniq; hominis,non vti, P. R. leuium armatorum auxilia , etiam externa vidiſſe in caſtris Romanis . Itaq; miſſi ſunt mille ſagittariorum, ac funditorum, apta manus aduerſus baleares,& mauros,pugnacesq; alias gentes. Ad ea dona conſiliũ quoq; habaant,vt prætor cui Sicilia prouincia eſſet,claſſem in Africam tranſceret,vt & hoſtes in terra ſua bellum haberent, minusque laxamenti darentur his, ad auxilia Hannibali mittenda,à ſenatu ita reſponſum eſt,regi virum bonum,egregiũque ſocium Hieronem eſſe, atq; vno tenore, ex quo in amicitiam P.R.venerat fidem tenuiſse, ac rem Romanam omni tempore & loco, munifice iuuiſse , id per inde ac deberet gratũ P. R.eſse autum , & à quibuſdam ciuitatibus allatum non accepiſse P.R.gratia regis victoriam , omnemq; accipere ſedem ei ſe dare , & dicare capitoliũ tẽplumq; Iouis optimi maximi in ea arce vrbis Rom.ſacratam,volentem prouinciam firmam,ac ſtabilem fore P.R funditores,ſagittariosq;,& frumentum traditum eſt conſulibus.Hiero. Syrac. Hic poſtquam ſe Romanis coniunxit,fidem ſemper cõſtantiſſime ſeruauit.[Victoriæ]Sub imagine coronæ,dea victoria pingebatur apud antiquos.[Voluntate mittendi] Duplici modo liberalis fuit, & quòd libentiſſimo animo miſit,& quia prouidit, vt acciperentur munera.

Hiero rex Syracuſanorum audita clade].i.poſtquam audiuerat cladem,qua Romani erant afflicti.ſ. ab Hannibale apud lacum Thraſimenũ,miſit muneri.i.dono, vrbi noſtræ 300.millia modiorum tritici 300. ſcilicet millia modiorum ordei,& 200.ac quingenta,alii tamen legunt xl.pondo.i.libras auri , nec ignarus.i.guarus verecundiæ , hoc eſt cognoſcens verecundiam maiorum noſtrorum.i. priſcorum Romanorũ,qui tunc erant, formauit id.ſ.aurum in habitum.i.effigiem victoriæ.ſ.deæ , ne tollent .i.vt non recuſarent accipere, vt cogeret eos motos religione.i.metu mali hominis , ſi victoriã nõ admitterent,vti munificẽtia ſua,eus ſup. liberalis prius, id eſt priore loco,& vt dicunt vice, voluntate.i. propter voluntatem mittendi, & iterum.i.ſecundario,aut ſecunda(vt dicũt) vice prouidentia cauendi.i. proſpiciendi ne remitteretur. ASCEN.

DE AGRIGENTINO GILLIA.

SVBNECTAM *huic Agrigentinũ Gilliam,quem propemodum ipſius liberalitatis præcordia conſtat habuiſſe:erat enim opibus excellens, ſed multo etiã animo,quàm diuitijs locupletior:ſemperq; in eroganda potius,quàm in contrahenda pecunia occupatus : adeo , vt domus eius quaſi quædam munificentiæ officina crederetur: illinc enim publicis vſibus apta monumenta extruebantur, illinc grata populi oculis ſpectacula edebantur, illinc epularum magnifici apparatus,libentiq; animo annonæ ſubſidia tribuebantur,& cum hæc vniuerſis priuatim alimenta inopia laborantibus : dotes virginibus pau pertate preſſis,ſubſidia:detrimentorum incurſu quaſſatis,ſolatia erogabantur:hoſpites quoq; tum vrbanis penatibus , tum etiam ruſticis tectis benigniſſime excepti, varijs muneribus ornati dimittebantur . Quodam vero tempore quingentos ſimul Gelenſium equites vi tempeſtatis in poſſeſſiones ſuas compulſos , aluit , ac veſtiuit. Quid multa? non mortalem aliquem,ſed propitiæ fortunæ benignum eſſe diceres ſinum: Ergo quod Gillias poſſidebat, omnium quaſi commune patrimonium erat, pro cuius ſalute,& incrementis , tum Agrigentina ciuitas, tum etiam vicinæ regiones votis excubabant , colloca è contraria parte arcas inexorabilibus clauſtris obſeratas, nonne præſtantiorem aliquanto exiſtimes illã impenſam,quàm hanc cuſtodiam.*

Subnectam

OLIV. SVBNECTAM huic Agrigentioum] Huius hominis liberalitatem Valer. ſic ambitioſe deſcribit, vt alia expoſitione non indigeat, nam per omnes eius munificentię gradus quodã modo incedit, & diligentiſſime recenſet omnia eius liberalitatis officia, ſatis vero conſtat hunc fuiſſe non magis opibus, q̃ liberalitate præſtantem. [Agrigentinum] De Agrigento. eſt autem Agrigentum ciuitas Siciliæ, quæ græce dicitur agragas. Virg. lib. tertio Aeneid. Arduus inde agragas. [Animo locupletior] Quia plus animi habebat quàm diuitiarum. nam multo magis intentus erat in diſtribuendis opibus, quàm comparãdis. [Officina] Nam ſicut in officinis venalia continentur, ſic in domo huius, venalis liberalitatis habebatur. [Latēti annonę] Nam in penuria rerum à multis occultatur annona, vel quia exigua eſt, & non apparet. [Detrimentum incurſu] His, qui impetu incommodorum afflicti eſſent, benigne ſuccurrebat. Ruſticis tectis] Et diffinitio villæ. [Gelenſium] Gelenſes à Gela fluuio dicti. eſt autem Gela fluuius Siciliæ à quo oppidũ, quod præterfluit, denominatum eſt: Virg. lib. tertio Aeneid. apparet Camerina procul, campique Geloni, immaniſque Gela fluuii de nomine dicta. Ouid. lib. faſt. iiij. & te verticibus non adeunde Gela. [Sinum] Receptaculum. [Annonæ] Frugis, eo q fingulo anno renouatur. [Colloca è contraria parte,] Hoc eſt ex vna parte pone auaritiam, ex altera liberalitatem, tum intelligas quantum liberalitas præſtet auaritiæ.

ASCEN. SVbnectam huic,] Scilicet Hieroni, Gilliam Agrigentinum, ſ. principem ciuium, quem conſtat habuiſſe propemodum. i. ferme præcordia. i. vicinas cordi ſedes ipſius liberalitatis, quaſi dicat non ſolum liberalitatem fuiſſe, ſed pene liberalitatẽ ipſam, ita vt eã præcipue dilexit. Erat. n. excellens opibus, ſed locupletior etiam multo animo, quàm diuitiis, & occupatus ſp potius in pecunia eroganda. i. expendenda dono, & ita dilatanda, quàm cõtrahenda. i. coaceruanda, & ita conſtringẽda, adeo vt domus eius crederet, quaſi quædã officina munificẽtiæ. Enĩ pro quia, monumẽta. i. egregia ędificia, aut monumẽta, quę fortalitia vocãt, apta vſibus publicis, extruebãtur illinc. i. ex illius domo, ſpectacula grata. i. accepta oculis populi, ædebanẽ illinc. i. ex eadẽ illius domo. Magnifici apparatus apularũ, & ſubſidia tribuebantur annonæ. i. q dicunt victualibus, lubenti animo (quod ad meritum non parum facit) vel vt legit Oliue. (quem libenter ſequor) annonæ latenti. i. in occulto habitæ, vt carior eſſet, illinc. i. ex domo illius, & cum. ſ. ita eſſet, q̃ hæc. i. huiuſmodi alimenta, erogabantur priuato, & non publico munere, vniuerſis laborantibus inopia, & ſub dotes. i. ſubleuamentum onerum matrimonialium, quæ vxor ad maritum fert, erogabãtur priuatim virginib. ſ. adultis, & pauperibus, & ſubſidia erogabantur preſſis. i. oppreſſis paupertate, & ſolatia erogabantur quaſſatis. i. frequẽter concuſſis, incurſu. i. improuiſu impetu detrimentorum. i. damnorum, hoſpites quoq; excepti benigne, tum. i. partim, penatibus. i. ædibus vrbanis. i. quas in vrbe Agrigẽtina habuit, tum. i. partim etiam tectis ruſticis. i. villarũ eius, dimittebantur, ſcilicet ab eo ornati variis muneribus. Vero p ſed, aluit, ac veſtiuit quodam tempore ſimul. i. vna, quingẽtos equites Gelenſium, id eſt natos longe à Gela fluuio Siciliæ in oppido eiuſdem nominis, copulſos in ſuas poſſeſſiones vi tempeſtatis. Quid multa ſup. afferam teſtimonia liberalitatis eius? tu diceres, id eſt dicere poſſes, Gilliam ſup. non eſſe aliquem mortalem, ſed benignum ſinum, id eſt fomentum fortunę propitiæ, ſcilicet quæ fouet, non quæ fouetur clementer. Ergo quia talis erat, id quod Gillias poſſidebat, erat quaſi patrimonium commune omnium, pro cuius ſalute, id eſt conſeruatione, & incrementis, ſcilicet bonorum, tum. i. ſimul ciuitas Agrigentina, tum etiam regiones vicinæ, excubabant. i. vigilabant, & intentæ erant vocis. [Colloca è contraria]. i. aduerſa parte, arcas obſecratas. i. clauſas clauſtris. i. clauſuris, ac feris, inexorabilibus. i. ad nullas preces aperiendis, nonne exiſtimes. i. iudices illam, ſcilicet tam nobilem Gilliæ impenſam eſſe præſtantiorem aliquanto, quàm hanc cuſtodiam? quaſi dicat haud dubie, ſi tuſtemorum precia æſtimare velis.

VALERII MAXIMI
LIBER QVINTVS.

HYPOTHESIS SEQ. EXORDII.

MOe eſt Valerio Maximo, vt ſemper quo ad eius fieri poteſt, librum ita libro adnectat, vt vnum è reliquo pendere videaẽ. Vnde & q̃rit quas potiſſimũ comites liberalitati adiũgat, de qua in calce pcedẽtis libri egit. Liberalitatis plane aptiſſime, inquit cõmites ſunt humanitas, atq; clementia. Quarum prima indigentibus ſemper præſto adeſt proxima oppreſſis miſeriis opitulatur. Poſtrema, cum ſit animi temperantia in conſtituendis pœnis, inimicis etiam ſua felicitate, & pœnas, & iniurias remittit. Quæ licet per quã egregie ſint virtutes, ac præcellentes, prima tamen, cum ab ipſo liberi patris diuino numine ſit nomen conſecuta, cæteras dignitates ante ire videtur. Demum à præfatione ſtatim ſenatus, Populique Romani humanitatem, atq; clementiam aduerſus Carthaginienſes refert.

DE HVMANITATE, CAP. I.

DE SENATV ROMANO.

*LIBERALITATI quas aptiores comites, quàm humanitatem, & clementiam dederim? quoniam idem genus laudis expetunt: quarũ prima inopia, proxima occupatione, tertia ancipiti fortuna præſtatur: cumq; neſcias, quam maxime probes, eius tamen cõmendatio præcurrere videtur, cui nomen ex ipſo * numine quæſitum eſt. Ante omnia tamen humaniſſima, & clementiſſima ſenatus acta referam. Qui, cum Carthaginienſium legati ad captiuos redimendos in vrbem veniſſent, protinus his nulla pecunia accepta, reddidit iuuenes, numerum duum millium, & ſeptingentorũ quadringentatrium explentes: tantum hoſtium exercitũ dimiſſum, tantã pecuniam contemptam, tot Punicis iniuriis veniam datam, ipſos legatos obſtupuiſſe arbitror, ac ſecum dixiſſe: O munificentiam gentis Romanę, deorum benignitati æquandam. O etiam noſtrã legationem ſupra vota felicem, nam beneficium quod nũquam dediſſemus, accepimus.*

* Omine legunt alii.

LIBERALITATI quas aptiores] Hic quĩtus liber eſt, qui i ſepẽ diuidiẽ capitula, i quorũ primo agitur de humanitate, & clementia, humanitas in charitatem verſaẽ, clemẽtia in remiſſione acceptę iniuriæ. ſed pfatur in hoc principio more ſuo Valer. & rõnẽ oſtẽdit, cur hoc capitulũ ſuperiori coniungat. [Quarũ prima]. ſ. liberalitatis, q̃ indigẽtibus ſuccurrit. vñ ait, præſtatur inopia, quoniã aduerſus inopes maxime liberales eſſe debemus. [Proxima occupatione] Secunda. ſ. humanitas. eſt enim humanitas charitas ex animi teneritudine prouenieus. [Occupatione] Præuẽtione. [Tertia]. ſ. clementia. [Ancipiti fortuna] Quia clementia eſt accepta iniuria, animi impetũ reprimere, ideo ancipiti fortuna, q̃a eius qui te offenderit vita, in dubio eſt. [Eius commendatio] Quia liberalitas clementiæ, & humanitati videtur anteponẽda. [Ex ipſo numine]. ſ. libero à patre, à quo libertas, & liberalitas dicta eſt. [Ante omnia autem] De humanitate dicit P.R. qua erga Carthaginiẽſes poſtea acerrimos vſus eſt primo pun. bel. quod ductu, & auſpicio M. Attilii geſtum fuit. in quo ma- OLIV.

gnum captiuorum numerum multis, partis victoriis, multisq; cladibus illatis Carthag. contraxerat, & Romani miſerat, quos omnes Romani Carth. condonarunt. fuerunt autem ad duum millium ſeptingẽtorum xl. triuum numerum, inſuper etiam legatos, qui ad eos redimendos cũ grandi pecunia venerant, ſpreta pecunia, benigne auſpicio publico ſuſceperunt, omnesq; acceptas iniurias, Carth. remiſerũt, quæ quidem tanta fuit humanitas, vt ipſi legati prę admiratione obſtupuerunt. [O ſupra vota felicem] Quia plus accepimus, quàm obtinere ſperabamus.

Ascen. Liberalitati, &c.] Eodem filo, quo titulos & capita colligare ſolet, etiam libros colligat aptitudinem, videlicet tranſitus à præcedentibus ad ſequentia cõmendat, eius quod dicere parat præfatione declarando, vt hoc loco cum ordine lucebit. Ordo autem eſt. Quas comites aptiores. i. conuenientiores quàm humanitatem, & clementiam, dederim. i. dare poſſim liberalitati? quaſi dicat vt video nullas (Vtitur autem fœminino genere, quia ea cõmunia, quæ natura adiectiua ſunt, genus ab adiuncto accipiunt, tam cito, quàm expreſſo. quo circa cum de liberalitatis, quæ fœmininum repreſentat ſexum comitib. loquatur, & fœminis fœmininæ magis quadrent. dixit quas comites, dicendo autem comites quodammodo inferiores eſſe innuit, quod & in fine huius præfationis clarus docet.) Quoniã ſup. humanitas, & clementia expetunt idem genus laudis, qđ. ſ. liberalitas. [Quarum] Scilicet trium prima vtpote liberalitas, præſtatur. i. exhibetur, & impenditur ſup. inopia, id eſt rerũ & auxilii carentia, proxima. i. proxime dicta humanitas ſup. p̃ſtatur in occupatione, id eſt præuẽtione, & oppreſſione tertia, ſcilicet clementia præſtatur ſup. in fortuna ancipiti. i. dubia periculoſa, cumq;. i. & cum neſcias, quam. ſ. harum trium affectionum humanarum tu probes, id eſt aliquis probare, hoc eſt commendare, ſeu approbare poſſit, ac debeat maxime, tamẽ eius. ſ. liberalitatis commendatio videtur præcurrere. i. curſu locũ honeſtiorem cęteris anticipare, cuius nomen eſt quęſitum. i. partum ex ipſo nomine. ſ. liberi patris, qui liber dictus eſt ab effectu vini, quòd liberos curis, & liberi loquẽtes facit, & liberalis, q̃ ſit lætitiæ dator, vnde Aeneid. j. Adſit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno. ad liberales enim pertinet hilaria inſtruere conuiuia. Hoc autem modo fere legitur, & intelligitur hic textus. Et vt dixi, eo quod humanitatem, & clementiam liberalitatis comites dixit, videtur liberalitatẽ ceteris prætuliſſe. Veruntamen alii, quia in præfatione eius, de quo dicturus eſt, cõmendare ſolet excellentiam, videtur quod hic humanitatẽ cæteris prælatam velit, & q̃ legendum ſit ex ipſo homine, quia ab homine humanus, vnde humanitas dicitur. [Ante omnia autem] Alii legunt ante omnia tamen, quorum lectio videtur approbare opinionem illorum, qui ſentiunt ab auctore liberalitatem cęteris prælatam, vt ſit. Quamuis humanitas, & clemẽtia præclara ſunt mentium ornamenta, tamen ego referam ante omnia acta ſenatus humaniſſima, &c. legentes ante omnia autem. Videntur ſic intelligere, vt humanitatem ceteris pręferat, & dicat, referam autem ante omnia, & acta ſenatus humaniſſima, & clementiſſima. Qui. ſ. ſenatus cum legati Carthag. veniſſent in vrbem, hoc eſt Romam ad redimendos captiuos reddidit protinus his. ſ. legatis iuuenes explentes numerum duũ millium, & ſeptingẽtorum quadragintatrium, nulla pecunia accepta, hoc eſt gratis. Ego arbitror (inquit auctor) legatos ipſos obſtupuiſſet, tantũ exercitum hoſtium dimiſſum, ſcilicet è captiuitate, tantam pecuniam, quantam pro illorũ redemptione accipere potuiſſet, contentam ſup. eſſe, & veniam datam tot iniuriis punicis. i. Pœnis, hoc eſt ipſis Carthaginienſibus illatam, ac arbitror legatos dixiſſe ſecum O munificentiam gentis Romanæ æquandam benignitati deorum, ò etiam legationem noſtram felicem ſupra vota. i. ſupra quàm ſperabamus, nam accepimus beneficium, quod nunquam dediſſemus.

DE EODEM SENATV ROMANO.

* Liu. lib. 3.
* Tibure in Liuio.

ILLVD * quoq; nõ paruum humanitatis Senatus inditium eſt. Siphacem enim quondam opulentiſſimũ Numidiæ regem captiuũ, in cuſtodia * Tiburi mortuũ publico funere cenſuit efferendum, vt vitæ dono honorẽ ſepulturæ adijceret.

Oliv. ILLVD quoque nõ paruum] Syphax Numidiæ rex opulentiſſimus fuit, quem ij. Pun. bel. Scipio deuixit. Fuit autẽ in Numidia tantę potentiæ, vt eius amicitiam, & ſocietatẽ, Romani pariter, & Carthag. ſummo ſtudio, & contentione conquiſierunt, vt in eo bello maximum ad victoriam momentum eſſe videretur, quibus ille ſe adiunxiſſet. Itaq; tantum eius maieſtati duo potentiſſimi in terris populi tribuere. Rom. & Carthag. vt vno tempore, & Scipio Imperator ad amicitiam eius petendam, relicta prouincia Hiſp. exercituq; cum duab. quinqueremibus in Afr. traiecerit, & Aſdrubal Pœnorum dux, non ipſe modo ad eum venerit, sed filiam quoq; vltro illi nuptum dederit, quibus nuptiis à Rom. ſocietate defecerit, ſicut planius, & diffuſius dicturi ſumus in c. de mutatione caſus, & fortunæ. hunc igitur Syphacem à Scip. victum, & captiuum Romam miſſum, Tiburi in cuſtodia habẽdũ ſenatus curauit, ibiq; mortuum publico, & regio funere efferendum cenſuit, qua quidẽ humanitate, & clementia in Perſam quoq; Maced. regem quẽ Paul. Aemil. victum duxerat in triumphum vſus eſt.

Ascen. Illud quoq;] Quod ſequitur eſt indicium non paruæ. i. ingentis per liptotem humanitatis, ſenatus. ſ. Ro. enim pro quia, cenſuit Syphacem quondam opulentiſſimum regem Numidię mortuum captiuum in cuſtodia (honeſte dicit p̃ carcere) Tyburi. i. apud Tybur, & bene peri pronunciat nomen tertiæ in loco, efferendum. i. ad ſepulchrum, aut rogum ferendum, funere publico. i. impẽſa facta ad pompam funeris ex publico, vt adiiceret dono vitæ, nam cum ſtatim necare potuiſſet, viuum in cuſtodia teneri maluit, ſed forte (quod apte tacet) in triumphum Scip. reſeruatum, honorem ſepulturæ.

DE EIVSDEM SENATVS clementia.

* De morte hoius Regis Plu. in Pau. Aemil.

CONSIMILIQVE * clementia in Perſe vſus eſt: nam cum Albe, in qua cuſtodiæ cauſa relegatus erat, deceſſiſſet Quæſtorem miſit, qui eum publico funere efferret, ne reliquias regias iacere inhonoratas pateretur: hoſtibus hæc, & miſeris, & fato functis officia regibus erogata: illa amicis, & felicibus, & viuis tributa ſunt.

Ascen. CONSIMILIQVE, &c.] Senatus ſup. R. vſus eſt conſimili clementia in Perſa rege Maced. à Paul. Aemil. in triumphum ducto. [Nam cum deceſſiſſet] i. mortuus eſſet albæ, id eſt in eo oppido, vnde Rom. fuere oriundi, in quæ. i. in quod oppidum Perſa, aut Perſeus (tribus enim vocibus illis nomen eius variatum legimus) relegatus erat cauſa cuſtodię, miſit quæſtorem. i. publicæ pecuniæ receptorem, & cuſtodem, qui efferret. i. efferrendum curaret, eum. ſ. Perſam, funere publico. i. publica impenſa inſtructo, ne pateretur reliquias regias. i. eius, qui aliquando rex fuerat, iacere inhonoratas, id eſt ſine honore ſepulturæ. [Hæc]. ſ. iam ducta officia erogata ſunt hoſtibus. ſ. Carth & regibus miſeris, & functis fato, id eſt defunctis munere vitæ, videlicet Syphaci, & Perſæ, illa. ſ. quæ dicturus eſt, tributa ſunt amicis, & felicibus, & viuis.

DE EODEM SENATV IN filium Maſſiniſſæ.

* Miſagenes dicitur à Liu. lib. 45.
* Quæſ. erat Sterpinius.

CONFECTO Macedonico bello, * Muſicanes Maſſiniſſę filius, cum equitibus, quos in præſidium Romanorum adduxerat, ab imperatore Paulo ad patrẽ remiſſus, tempeſtate claſſe diſperſa, Brunduſium æger delatus eſt: quod vbi ſenatus agnouit, continuo illo * Quæſtorem ire iuſſit, cuius cura, et hoſpitium adoleſcenti expediretur, & omnia, quæ ad valetudinem opus eſſent, præberentur, impenſæq; liberaliter tum ipſi, tum toti comitatui præſtarentur: naues etiã proſpicerentur, quibus ipſe bene, ac tuto cum ſuis in Africam traijceretur: equitibus ſingulas libras argenti, & quingento ſextertios dari imperauit: quæ tam prompta, & tam exquiſita P. C. humanitas efficere potuit, vt etiam ſi expiraſſet adoleſcẽs, æquiore animo deſiderium eius pater toleraret.

CONFECTO Macedonico bello,] Hoc fuit bellum Macedonicum, quod contra Perſen geſſit Pau. Aem. vt ſæpe dictum eſt. [Nam Muſicanes Maſ.] Regis filius in auxilium Rom.

Rom.cum multis equitibus miſſus à patre, cum iam debellata prouincia,& finito bello ab Imp.R.remitteretur ad patrem, vi tempeſtatis compulſus eſt,& graui morbo correptus, quod vbi ſenatui nunciatum eſt,eo quæſtorem continuo miſerunt, qui adoleſcentis valetudinem diligentiſſime curaret, & omnia, q̃ illi,atq; vniuerſo comitatui ſuo neceſſaria forent, abundãtiſſime ſubminiſtraret,claſſem reficeret,& liberatum cum muneribus ad patrem tuto remittẽdum curaret. Fuit Maſiniſſæ Numidæ regis filius,quem amiciſſimum P.R.fuiſſe conſtat,& in amicitia vſq; ad vltimum ſui fati diem permãſiſſe. Muſocanes vero eius filius moritur antequam pater. [Delatus] Neceſſitate compulſus.ſ.vi tempeſtatis, nam inter deferri,& venire hoc intereſt, quod voluntate venimus,neceſſitate, deferimur.[Illo] Ad eum locũ,ſ.Brundiſium. [Quæ opus eſſent] Dicimus opus eſt mihi hac re,& hæc res,& huius rei,ſed hoc vltimum rarum eſt.[Quingenos ſextertios] Quinquaginta ſextertia,& notandũ dici hoc ſextertium,& hic ſextertius, vt hoc loco maſculini generis apud alios neutri.Mar. annus abibit biſquina dabit ſextertia dixit.eſt autem ſextertium dipondius, & ſemis,põdo vero libellam continet, ergo ſextertium duas libras & ſemis hẽt teſte Var.& à ſemis & tertius dictus eſt ſextertius,ſiue ſextertium,nam ſic quoq; dicimus dipondius eſſe, & dipondium. [Quę tam prompta] Hęc tãta inquit humanitas ſenatus potuit & patrẽ ab filii interitus dolore impatienti reuocare, ſi forte eo tempore Muſocanes obiiſſet. [Deſiderium eius].i.mortem. Vnde deſideratum dicimus mortuum,quo verbo vtitur frequẽter Iulius celſus,vt eo die quatuor millia deſiderata ſunt.

ASCAN. CONfecto Macedonico bello].i. poſtquam bellum Macedonicum erat finitũ ex ſententia P. R. Muſicanes, ſeu vt alii ſcribunt Muſocanes filius Maſiniſſæ regis Numidiæ P. R.amiciſsimi,remiſſus cum equitibus,quos adduxerat in præſidium, id eſt protectionem, & honeſtum auxilium Rom. ad patrem, ſcilicet ſuum Maſiniſſam a P.ſ.Aem. Impe. claſſe ſup. eius qua vehebatur domum,diſperſa tempeſtate,id eſt per tempeſtatem ſubortam in mari,delatus eſt æger. i. animo, & corpore male affecto,Brund.i.ad illud oppidum littorale. Quod vbi ſenatus agnouit,iuſsit continuo quæſtorem, id eſt ærarii, diſpenſatorem,ire illo.i.illuc, hoc eſt Brund. eiuis cura,id eſt vt eius cura,&.i.ſimul,hoſpitium expediretur.i.expedite pararetur adoleſcenti.ſ.Muſocani,& omnia quæ eſſent opus ad valetudinẽ, ſcilicet curandam,præberentur ſupp.ei,& impenſæ præſtarentur liberaliter tum.i. ſimul ipſi, ſcilicet adoleſcenti, tum.i.ſimul toti comitatui,& etiam vt naues proſpicerentur. i.prouide repararentur,aut cõficerentur,quib.ipſe, ſcilicet dictus adoleſcens traiiceretur in Africam cum ſuis, bene.i.commode,ac tuto.ſ.à vi tempeſtatis, & imperauit ſingulas libras argenti, & quingentos ſeſtertios dari equitibus, quæ humanitas patrum conſcr.tam prompta,& tam exquiſita.i.ſingularis potuit efficere,vt etiam ſi adoleſcẽs.ſ.filius Maſiniſſæ expiraſſet, pater eius toleraret.i.pateretur deſiderium.i.carentiam eius animo æquiore,id eſt minus commoto.

THEO. MVſicanes] Quidam vetuſti codices habent Muſocanes, alii Muſolontes.

DE EODEM IN PRVSIAM.

IDEM ſenatus, cum ad gratulãdũ ſibi Pruſiam Bythiniæ regẽ Perſe deuicto venire audiſſet, obuiam illi * *P.Cornelium Scipionem Quæſtorem Capuam miſit,cẽſuitque vt ei domus Romæ quã optima conduceretur, & copiæ,non ſolum ipſi,ſed etiam comitibus eius publice præberentur.In eoq; excipiendo tota vrbs vnius humani amici vultum habuit.Ita qui amantiſſimus noſtri venerat, duplicata erga nos beneuolentia in regnum ſuum reuerſus eſt.*

* L. ſcr. Liu.li.45.

OLIV. IDEM ſenatus, cum] Non minori humanitate vſus fuiſſe videtur ſenatus in Pruſiam Bithyniæ regem, qui gratulatũ Romam venerat de victoria,quam ex Parſe rege ſuperato,glorioſiſsimam comparauerant Romani,nam illi more maiorum quæſtorem obuiam miſit,publicum Romæ hoſpitium pro regis dignitate paratum conduxit, copiam rerum omnium illi, comitibusq; ſuis præbuit,illum denique tota ciuitas cum ſumma lætitia, & alacritate ſuſcepit, vt non de victoria gratulatũ veniſſe,ſed à victoria ſuperbum rediiſſe cognoſceres.

ASCAN. IDem ſenatus cum audiſſet Pruſiam regem Bithyniæ venire.i.Romam ad gratulandum.i.gratæ felicitatis,ac victoriæ animum verbis indicandũ,Perſe.ſ.rege Maced.deuicto.i. poſtquam Perſen deuixerat Pau. Aem. miſit Pub. Corn.Scip.quæſtorem obuiam illi Capuam.ſ.vſque, & cenſuit,vt domus quã optima conduceretur ei Romæ, & copiæ.i. largæ facultates ſumptus faciundi præberentur,non ſolum ipſi.ſ.regi,ſed etiam comitibus eius,publice.i.è publico ærario. Et tota vrbs.i.ciuitas Rom.habuit in eo excipiendo.i.eminenter,& pompoſe recipiendo, vultum.i.ſpeciem vnius amici humani.Itaq; Pruſias venerat amantiſſimus noſtri, & reuerſus eſt in regnum ſuum: beneuolentia duplicata erga nos.

DE EODEM IN PTOLEMAEVM.

*NEC * Aegyptus quidem Romanæ humanitatis expers fuit. Rex enim Ptolemæus à minore fratre regno ſpoliatus, petendi auxilij gratia cum paucis admodum ſeruis,ſquallore obſitus, Romam venerat, ac ſe in hoſpitium Alexandrini pictoris contulerat. Id poſtquam ſenatui relatum eſt,accerſito iuuene, quàm potuit accurata excuſatione vſus eſt,quòd nec Quæſtorem illi * more maiorum obuiam miſiſſet, nec publico hoſpitio eum excepiſſet,eaq; non ſua negligentia,ſed ipſius ſubito,& clandeſtinato aduentu facta dixit: & illum è curia ſubito ad publicos penates deduxit, hortatusq; eſt, vt depoſitis ſordibus adeundi ipſius diem peteret: quinetiam curę habuit,vti munera ei per Quæſtorem quotidie darentur:his gradibus officiorum iacentem ad regium faſtigiũ euexit, effecitque, vt plus ſpei in auxilio P. R. quàm metus in ſua fortuna reponeret.*

* Meminit Liu.li. 46.

* More maiorum, Liu. li.45.

OLIV. NEC Aegypti quidem] Adeo immenſa fuit Rom. humanitas,vt longe,lateq; porrecta non arctiores,quàm imperium terminos habuiſſe videatur,non contenta finibus Bithyniæ in Aegyptum vſq; peruenit.nam Ptol. à minore fratre regno conſpiratione pulſus, Romam auxilii patendi gratia profectus multa Romanæ liberalitatis teſtimonia accepit. nã cum miſer,& ſordidus præter regiam dignitatem cum paucis admodum ſeruis clam vrbem ingreſſus, in priuatum hoſpitiũ ſe contuliſſet,continuo ſenatus re cognita illũ ad ſe iuſsit acciri, & excuſatione facta, q̃ non illi more maiorũ quæſtorẽ obuiã miſiſſet,ad publicũ hoſpitium deduxit,eiq; quotidie munera dari per quæſtorem iuſsit.ſunt qui velint hunc fuiſſe Ptol.vltimum olim cognomento Dion. Auletæ filium, qui Pom.iuſſit occidi,cuius opibus,& auctoritate fuerat eius pater per Gabinium reſtitutus in regnũ,quod ex Cæſ. cõmentariis de Alexandrino bello colligi poſſe dicunt,vbi hæc inſcripta ſunt.In teſtamento Ptol.patris hæredes erant ſcripti ex duob. filiis maior, & ex duabus ea, quæ antecedebat, hæc vti fierẽt per oẽs Deos perq; fœdera,quæ Romæ feciſſet,eodem teſtamẽto Ptol. P.R. obteſtabatur:tabulæ teſtamenti vnæ per legatos eius Romam erant allatæ, vt in ærario ponerentur,quæ cum propter occupationes publicas poni nõ potuiſſent,apud Põp.ſunt depoſitæ. alteræ eodem exemplo relictæ atq; obſignatæ,Alexandriæ proferebantur.ex quibus verbis coniici poſſe dicunt, à minore fratre per cõſpirationem regno pulſum, quod ego nec affirmare, nec omnino refellere auſim,quippe qui huius hiſtoriæ certum adhuc auctorem non inuenerim,verũ illud me mouet,quomodo reſtitutus fuerit,& cur Pomp.patrocinio nõ fuerit vſus, cũ apud illum teſtamenti tabulæ eſſent depoſitæ,aut ſi vſus,cur à Val.ceteriſq; auctoribus,ingratitudinis nõ damnatus,cum patronum ſuum iuſſerit occidi. extat præterea apud ipſum, quẽ auctorem referunt Cęſ. iiſdem commentariis,ad hunc ipſum Ptol.Pomp.legatio quæ (poſt Pharſalicam profligationem in Aegyptum profectus) ab hoc puero aduerſus Cæſ.opem ſuppliciter implorat,& eum per erogata tantum patri beneficia rogat,vt Alexãdria recipiatur,vbi ne verbũ quidẽ facit, ex quo intelligi,aut coniici poſſit,eum Romæ aliquando fuiſſe, quod ſatis admirari non poſſum,cũ res tanta foret,quæ à ſenatu magnopere curaretur, & ad Pomp. pertinere maxime videretur,

propter tabulas teſtamenti depoſitas, omitto q Cæſ. tunc eum puerum ætate fuiſſe oſtendit, cum Pomp. ad eum profugit, Va le. vero iuuenem appellat, quare cum hæc omnia obſcura, & incerta mihi eſſe videantur, aliis excutienda relinquam. [Obſitus] Circúdatus ſquallore immúditia: eſt ſquallor immúdities, ac deformitas, quæ nimio mœrore innaſcitur.

Ascen. NEc Aegyptus quidem. ſ. expers humanitatis Romanæ] Eoim pro quia, Ptol. rex Aegypti, ſpoliatus regno à fratre minore. ſ. natu, venerat Ro. cum paucis admodum ſeruis gratia petendi auxilii, obſitus. i. obductus ſquallore. i. ſitu, & immunditia contracta ex incultu, ac contulerat ſe in hoſpitiũ pictoris Alexandrini. i. Alexandriæ orti. Poſtquam id relatũ eſt ſenatui iunene. ſ. Ptol. Accerſito. i. vocato in curiã, vſus eſt excuſatione, q̃. i. quantũ potuit accurata, q. i. quia nec miſiſſet illi obuiam quæſtorem. i. diſpenſatorem, & cuſtodem ærarii more maiorũ. i. vt maiores Syphaci, Pruſiæ, & aliis facere ſoliti erãt, nec accepiſſet eũ hoſpitio publico, vt Pruſiam acceptũ iam dixerat, & dixit ea. ſ. duo delicta, q nec obuiã pceſſiſſet, nec hoſpitio publico accepiſſet, eſſe facta nõ ſua negligẽtia, ſed aduentu illius ſubito, & clandeſtino. i latente, & occulto, & ſup. ſenatus deduxit illũ ſubito è curia ad publicos penates, & hortatus eſt, vt ſordibus. ſ. ſquallore, & ſitu depoſitis peteret diem adeũdi ipſius. i ſui hoc eſt ſenatus, quinetiã. i. inſuper ſenatus habuit curæ i. cura, aut ad curã ſuam, vt, munera darentur ei quotidie per quæſtorẽ quib. ſ. ſumptum quotidianũ faceret, & ſup. ſenatus coexit his gradib. i. beneficiis per gradum impenſis, auc his beneficiis officio gradatiũ fungẽtib. ſup. Ptol. iacentem. ſ. oppreſſum calamitate ſua, ad faſtigiũ. i. culmẽ regiũ, & fecit vt Ptol. reponeret plus ſpei. i. de recuperando regno, in auxilio P. R. q̃ metus in fortuna ſua ſ. tam aduerſa, vt à minore natu pelleret.

DE L. CORNELIO.

*Liui. li. 17 Oroſ. lib. 4. ca. 7. & Florus li. 2. cap. 2.

ATQVE *vt ab vniuerſis patribus C. ad ſingulos veniam, L. Cornelius Cos. primo Punico bello, cum Olbiam oppidum cepiſſet, pro quo fortiſſime pugnãs Hanno dux Carthaginienſium occiderat, corpus eius è tabernaculo ſuo amplo funere extulit, nec dubitauit hoſtis exequias ipſe celebrare: eam demum victoriam & apud deos, & apud homines minimum inuidiæ habituram credens, quæ plurimũ humanitatis habuiſſet.*

Oliv. ATQVE vt ab vniuerſis] Poſtquam de publica Rom. humanitate dixit, nunc ad priuatã vniuſcuiuſq; dicendã trãſgreditur, & primo de L. Cornelio conſule, qui primo pun. bel. Hannonẽ Carthaginienſium ducem, qui in propugnatione ciuitatis Olbiæ fortiter dimicans occubuerat, digniſſimo funere curauit efferri, tanquam nõ ille hoſtis, ſed P. R. ſocius, & amicus extitiſſet nam victoria quanto plus humanitatis habuerit, tanto minus inuidiæ contraxerit [Olbiam oppidum] Iouenio tria huius nominis oppida. Vnum teſte Ser. in Maſilienſi agro. alterum eodem teſte in Scythia, quod etiam Berta ciuitas dicebatur. Tertiũ teſte Sol. in c. de homine in Sardinia. Dicit enim hic, Yphiades Hiolaum creat, qui Sardiniam ingreſſus palãtes incolarum animos ad concordiam eblanditus, Olbiam, atq; alia græca oppida extruxit.

Ascen. ATqua vt veniam ab vniuerſis patribus Cõſcriptis ad ſingulos. ſ. ſenatores, L. Corn. cõſul primo bello pun. cũ. i. qũ cepiſſet. [Olbiam] ſ. oppidum Sardiniæ, pro quo Hanno dux Carth. pugnans fortiſſime occiderat. i. interfectus erat, extulit corpus eius. ſ. Hannonis tabernaculo ſuo, quia in caſtris erat, funere amplo, ſumptuoſo, nec dubitauit ipſe. i. qđ dicunt in propria perſona, celebrare exequias hoſtis, credens eam demum. i. præciſe victoriam, habituram minimum. i. minimam partem, inuidiæ, & apud deos, & apud homines, quæ habuiſſet plurimum humanitatis.

DE Q. CRISPINO.

* Liuius lib. 25.

*QVID de * Q. Criſpino loquar? cuius humanitatẽ potentiſſimi affectus, ira, atq; gloria quatere non potuerunt. Badium Campanum, & hoſpitio benigniſſime domi ſuæ exceperat, & aduerſa valetudine correptum attentiſſima cura recreauerat: à quo poſt illam neſariam Campanorũ defectionem in acie ad pugnã prouocatus, cum & viribus corporis, & animi virtutibus aliquanto eſſet ſuperior, monere ingratum, quàm vincere: maluit, nam quid agis, inquit, demens? aut quo te praua cupiditas tranſuerſum rapit? parum habes publica impietate furere, niſi etiam priuata lapſus fueris? vnus tibi Romanorum videlicet Quintius placet, in quo ſceleſta exerceas arma? cuius penatibus, & honoris viciſſitudinem, & ſalutem tuã debes: at me fœdus amicitiæ, diq; hoſpitales, ſancta noſtro ſanguini, veſtris pectoribus vilia pignora, hoſtili certamine congredi tecum vetant: quinetiã ſi in concurſu exercituũ fortuito umbonis mei impulſu proſtratum agnouiſſem, applicatũ iam ceruicibus tuis mucronem reuocaſſem. tuũ ergo crimen ſit, hoſpitem occidere voluiſſe: meum, non eris hoſpes occiſus: proinde aliam, qua occidas, dexteram quære, quoniam mea te ſeruare didicit.* Dedit vtriq; cœleſtem numen debitum exitum: ſi quidem in eo prælio Badius obtruncatus eſt, Quintius inſigni pugna clarus euaſit.*

* Adſuos aufugit, inquit Liuius.

Oliv. QVID de Q. Criſpino?] Hic fuit ſecundo pun. bel. cũ Capua obſideretur à Rom. nam T. Q. Criſp. Bad. Campanus hoſpes, erat perfamiliari hoſpitio coniunctus, creuerat cõſuetudo, q æger Romæ apud Criſp. Bad. ante defectionem Cãpanam liberaliter comiterq; curatus fuerat. tũ Badius progreſſus ante ſtationes, quæ pro porta ſtabant, vocari Criſpinum iuſſit, quod vbi eſt Criſpino nunciatum, ratus colloquium amicum, & familiare quæri, manente memoria, etiam in diſſidio publicorum fœderum priuati iuris, paulum a ceteris proceſſit, poſtquam in cõſpectum venit prouoco, te inquit Badius, ad pugnam, ò Criſp. conſcendamus equos, & vter ſit melior decernamus, ſummotis aliis ad ea Criſp. nec ſibi, nec illi ait hoſtes deeſſe, in quibus virtutem oſtendant. ſibi etiam ſi tu ante occurrerit, declinaturũ, ne hoſpitali cæde dextram violet, cõuerſusq; abibat: enimuero ferocius tum campanus increpat mollicieim, & ignauiam, & ſe digna probra in inſontem iacere hoſpitalẽ hoſtem appellans, ſimulantemq; parcere, cũ ſciat ſe nõ parem eſſe, ſi parum publicis fœderibus ruptis nõ direpta ſimul, & priuata iura eſſe putat, Bad. Campanum. T. Q. Criſp. R. palam omnibus, & duobus exercitibus renunciare hoſpitium, nihil ſibi cum eo conſociatum, nihil fœderatum hoſpiti cum hoſte, cuius patriam, & penates publicos oppugnatum veniſſet. ſi vir eſſet congrederetur. diu cunctantem Criſp. pepulere turmales ne impune inſultare Campanum pateretur. itaq; tantum moratus, dum imperatores conſuleret, permitterent ne ſibi extra ordinem in prouocãtem hoſtem pugnare, permiſſu eorum arma cepit, equum conſcendit, & Bad. nomine compellans, ad pugnam euocauit. nulla mora campano facta eſt, in feſtis equis, hãſtisq; cõcurrunt. Criſp. ſuper ſcutum ſiniſtrum humerum Bad. haſta transfixit, ſuperq; delapſum cum vulnere, equo deſiluit, vt ad pedes iacentem conficeret. Bad pluſquam opprimeretur, arma, atq; equo relictis, ad ſuos aufugit. Criſp equum, armaque capta, & cruẽtam cuſpidem oſtentans, cũ magna laude, & gratulatione militum ad conſules eſt deductus, laudatusq; ibi magnifice, & donis donatus eſt. [Ira & gloria] Ira contra hoſtem, à quo prouocaretur ad ſingulare certamen, gloria deuicto glorioſo hoſte. [Valetudine correptum] Morbo implicitũ, nam valetudo mediũ vocabulũ eſt, quod tam in bona, quàm in mala parte accipitur, vnde recepit adiectiuũ, vt dicatur bona valetudo, & mala valetudo. [Cura] Diligentia, vel cura procuratione poſuit, quæ propria medicorum eſt. [Tranſuerſum] A recto officio declinantem [Publica impietate] Quia omnes à ſocietate defeciſtis. [Salutem tuam] Quia ægrotum domi ſuſcepi. [Diq; hoſpitales] Quorum princeps eſt Iup. Virg. Iupiter hoſpitibus nam te dare iura loquuntur. [Sancta] Inuiolata Rom. ſanguini. [Vmbonis] Clypei, eſt autem vmbo media pars clypei. [Obtruncatus eſt] Non à Criſp. nam aufugit, antequam opprimeretur, vt ſupra diximus, ſed ab aliis.

Ascen. QVid loquar de Q. Criſpino?] Cuius humanitatem ira atque gloria potentiſsimi affectus, i. quæ violentiſsimæ affectiones in homine ſunt, non potuerunt quatere id eſt concutere, aut loco ſuo mouere. Is ſup. & . i. ſimul exceperat benigniſsima domi ſuę hoſpitio Badiũ cãpanũ. ſ. natione, & recreauerat attentiſsima cura ſup. ipſum correptum valetudine aduerſa. A quo prouocatus in acie, ad pugnã, ſcilicet ſingularem,

poſt illã nefariam defectionem campanorũ, ſ. à Rom. ad Hano. cum Q. Criſp. eſſet ſuperior, ſ. quàm Badius aliquãto & .i. ſimul viribus corporis, & virtutib. aoimi, tamen ſup. maluit monere Ingratũ, quàm vincere. Nam, ſ. Q. ioqnit. O demens ſup. Badi. quid agis? i. quam rem paras, aut quo cupiditas. ſ. gloriæ prana. i. iniqua rapit te tranſuerſum, i. extra ſemitã recti, & honeſti exorbitatẽ. Habes, i. reputas parũ furere, i. quòd inſanis publica impietate, i. qua oẽs Campani (qui ad hoſtem R. imperij deſecerunt pèr ſummã dementiam, quia R. tantũ petierant imperij honorem Hann. ab eis, ſi victos euaſiſſet, & rem & libertatẽ ablaturus erat) niſi etiam lapſus fueris. priuata, i. tibi propria impietate, quia cõtra ius hoſpitalitatis, q Ioui cura eſt? videlicet exprobratiua vox eſt Q. ſ. Criſp. hoſpes tuus (Loquitus autẽ de ſe honeſte, vt ſæpe admooui in tertia perſoua) vnus. i. ſolus Rom. i. è tot Romanis, qui in exercito erant, places tibi in quo (dicere poſſet in quem) exerceas arma ſceleſta. i. ſcelere contaminata? Cuius penatibus, i. domui, aut hoſpicio, tu debes & .i. ſimul viciſſitudinẽ hooois (quod ab eo honorifice ſuſceptus, & eum honorifice ſuſcipere, dignus iudiceris) & ſalutẽ tuam, quia valetudine confectum curaodum duxerat. At fœdus amicitiæ, & dij hoſpitales, quorum priuceps Iupiter eſt, appoſitorie pignora ſancta noſtro, i. Rom. ſanguini, & pignora vilia pictoribus veſtris, vetant me congredi tecũ certamine hoſtili. Quinetiam, l. inſuper ſi io ſortuito, i. cauſali concurſu exercituum aguouiſſem te proſtratom, impulſu vmbonis, i. mediæ, & ita exterioris partis clypei mei, ego reuocaſſem, i. retraxiſſem mucrooem applicatũ iam, ſ. priuſquam te nouiſſem, ceruicibus tuis (ſic antiqui. Nam hortenſius primus ceruicem ſiogulariter declinauit auctore Fabio) ergo voloiſſe occidere hoſpitẽ ſi tuũ crimeo, tu non eris hoſpes occiſus, meum, ſ. crimen: proinde, i. & ideo, quare aliam dextram, qua oceidas, i. cadas in mortem, quoniã mea, ſ. dextera didicit ſeruare te propter hoſpitalitatẽ videlicet. Numen cœleſte præcipue Iouis, dedit vtriq;, ſ. hoſpitum exitum, ſ. certaminis debitum. Siquidem Badius obtruncatus eſt in eo prælio, non tameo in eo certamine ſingulari, quia cum probris, & conuiciis Quintius io certamen deſcendiſſet, & Badiom equo excuſſiſſet, ille fuga tunc quidem ſalutem inuenit, ſed paulo poſt occiſus eſt. Quintius euaſit clarus pugna inſigni, id eſt inſigoiter cootra Badium obita.

DE M. MARCELLO.

* Liuius lib. 25.

AGE * *Marci Marcelli clementia, quàm clarum quamq; memorabile exemplũ haberi debet? qui captis à ſe Syracuſis, in arce earum conſtitit: vt vrbis modo opulentiſſimæ, tunc afflictæ fortunam, ex alto cerneret. Ceterum caſum eius lugubrem intuens fletum cohibere non potuit, quem ſiquis ignarus vir aſpexiſſet: alterius victoriam eſſe crediſiſſet. Itaq; Syracuſana ciuitas maxima clade tua aliquid admiſtum gratulationis habuiſti: quia ſi tibi incolumi ſtare fas non erat, leuiter ſub tam manſueto victore cecidiſti.*

OLIV. AGE M. Marcelli clemeotia] Marcel. cos. Romanus cum diu obſediſſet Syracuſas, tandem vrbem illã cepit, cum aſſiduitate laboris, tum etiam ꝓditione, cũ igitur mœnia ingreſſus ex ſuperioribus locis, vrbem ferme oium illa tempeſtate pulcherrimam ſubiectã oculis vidit, illacrymaſſe dicitur, partim gaudio tãtæ perpetratæ rei partim vetuſta gloria vrbis: Athe. claſſes demerſæ & duo ingentes exercitus, cũ duobus clariſſimis ducibus deiecti occurrebant. tot bella Carthagioienſibus tanto cũ diſcrimine geſta, tot iam opulenti tyrãni, regesq; præter ceteros Hiero. cum recentiſſima memoria rerum, tum ante omnia (quæ virtus ei fortunaq; dederit) bñficiis in P.R. inſignis, ea cũ vniuerſa occurrerẽt aoimo, ſubiretq; cogitatio iã illa momentu horæ arſura oĩa, & ad ciueres reditura priuſquam ſigna archarios admoueret, præmittit Syracuſanos, qui intra Romanũ præſidiũ aufugerant, ut alloquio leni pellicerẽt hoſtes ad dandã vrbem, quod obtinere nequiuit. [Fletum cohibere] Lacrymis temperare. [Itaq; Syracuſana ciuitas] Apoſtrophat ad vrbem Syracuſarum dicens illod tibi nõ paruæ cõſolationis eſſe debuit in toa clade grauiſſima, quòd cum tua fata ferrent, vt caderes, ſub manſuetiſſimo victore cecideris.

ASCEN. AGe] Adhortandi vox, clementia M. Marc. quàm, i. quantũ clarum, quamq; i. & quãtum memorabile exemplum debet haberi? q. d. maxime clarũ & memorabile, vt pote qui Syracuſis vrbe opulẽtiſſima in Sicilia captis à ſe, cõſtitit in arce. i. ſumma munitione, (vt dicunt) ſortiliſio earũ, ut cerneret ex alio fortunam vrbis modo, i. paulo ante opulẽtiſſimæ, tunc afflictę. [Ceterum]. i. ſed ipſe iotuens caſum eios lugubrem nõ potoit cohibere fletum quẽ, ſ. fletum ſi quis vis ignarus, ſ. quid ſit parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos, atq; ita ſtrenuum eſſe io rebelles, & clemẽtem in ſe victos ſatentes, aſpexiſſet crediſiſſet victoriam eſſe alterius. [Itaq; ò ciuitas Syracuſana tu habuiſti, ſop. in maxima clade tua aliquid gratulationis, i. quo tibi gratulari poſſis, quia ſi fas non erat tibi ſtare iocolumi, cecidiſti leniter. i. tranquille ſub tam manſueto victore.

DE Q. METELLO.

QVINTVS * *vero Met. Celtibericum in Hiſpania gerens bellum, cum vrbem Coutrebiam obſideret, &, iam admota machina, parte muri, quæ ſola conuelli poterat, diſiecturus videretur, humanitatem propinquæ victoriæ prætulit. Nam cum Rhetogenis filios, qui ad eũ tranſierat, Contrebienſes machinæ ictibus obieciſſent: ne pueri in conſpectu patris crudeli genere mortis conſumerentur quanquam ipſe Rethogenès negabat eſſe impedimento, quo minus etiam per exitum ſanguinis ſui expugnationem peragerent, ab obſidione diſceſſit. Quo quidem tam clementi facto, & ſi non vnius ciuitatis mœnia, omnium tamen Celtiberorum vrbium animos cepit, effecitque, vt ad redigendas eas in ditione P. R. non multis ſibi obſidionibus opus eſſet.* * Liuius lib. 7. c. 4.

QVINTVS vero Metel.] Fuit Q. Metelli humanitas magna, & laude digniſſima, qui cum eſſet conſul in ea parte Hiſpaniæ, quæ celtiberia dr, in eaq; bellũ gèrens Ceotobricam vrbem obſideret, & pariter oppugnaret, machinamq; mœnibus admoueret, iam maximam partem, quæ euerti facile poterat diſiecturus erat, q vbi viderunt oppidani Rethogenis filios, qui ad Romanos deſecerat mœnibus oppoſuerũt, vt ruina murorũ, pueri io conſpectu patris ad defectionis vltionem obruerentur, quod vbi ſeoſit Metel. cõtinuo ab oppugnatione diſceſſit, ſuadente, & hortante Rethogene, ut per filiorum mortem vrbèm expugnaret, inceptumq; peragerer, maluit, n. Metel. hoſtiũ aĩos, & vrbem, maſuetudine, & virtute ſuperare, q̃ vlla crudelitate ſubigere, quod etiã fecit, nam hac homanitate pellecti populi, & vrbes Hiſpaniæ ſponte in ditionẽ venerũt. OLIV. Centebrinea vrbs.

ASCEN. QVintus vero Metel. gerens in Hiſpania bellum Celtibericum cum obſideret vrbem Centobricam] ſ. oomioe, & iã videretur diſiecturus Machina, ſ. bellica, admota. i. applicata partem muri, quæ pars poterat ſola conuelli. i. machinis ſolo æquari, prætulit victoriæ propinquæ homanitatem. Nam cum Centobricenſes. i. populi obieciſſent ictibus machinæ filios Rethogenis, ſeu Rethoginis, vtrunq; enim legi, i. illius viri clariſſimi in ea ciuitate, qui traoſierat ad eum, ſ. Metel. ne pueri conſumerentur io conſpectu patris genere crudelis mortis, ſ. à Machina illatæ, diſceſſit ab obſidione, quanquã ipſe Rethogenes negabat eſſe impedimento, qoo minus, i. vt noo perageret expugnatiooem. i. captiooem vrbis, etiã per exitum. i. exitiũ, aut emiſſionem ſanguinis ſui, hoc eſt per necem liberorũ ſuorum. Quo quidem facto tam clementi Metel. & ſi non cepit mœnia vnius ciuitatis, tamẽ cepit, i. ad beneuolentiam traxit animos omniũ vrbium, pro ciuium (nam vrbes proprie non vtuntur ratione, cum ſint ipſa ædificia) Celtiberarum, i. celtibericarũ, & effecit, vt non eſſet ſibi opus multis obſidionibus ad redigẽdas eas. ſ. vrbes celtibericas in ditionem P.R.

THEO. CEntobricam] Supra tamen appellat Cõtrebiam. [Sanguinis ſui] Nam ſemeo humanum, ſanguis eſt purgatus, vt Ari. & Var. ſentiunt.

DE AFRICANO POSTERIORE.

AFRICANI * *quoque poſterioris humanitas ſpecioſe, lateque, patuit. Expugnata enim Carthagine, circa Siciliæ ciuitates literas miſit, vt ornamenta templorum ſuorum à Pœnis rapta, per legatos recuperarent. Inque priſtinis ſedibus reponenda cu-* * Cice. in Ver. 6. Liuius li. 51

OLIV. HArc L. Pauli humanitas admonet] Cum Mithridates
à Pomp. è prouincia pulſus ad Tigranem Armeniæ regẽ
confugiſſet, eũ perſequens Pomp. celeriter in Armeniã conten-
dit, à Tigrane iuniore, qui à patre defecerat, acceſſitus. Tigra-
nes vero ſenior, audito Pomp. aduẽtu, cognitaq; eius clemẽtia
moribusq; ſuauiſſimis, ſpe maxima fretus, ad Pomp. vt ſeſe de
dat, ipſe peruenit. Pomp. vbi caſtris iam adeſſe regem audiuit,
duos lictores obuiã miſit, qui regi nunciarent, vt equo deſcẽde
ret, pedibusq; Romanorum imperatorem adiret, ꝙ nemo vn-
quam ad eam diem peregrinus equo inſidens Romana caſtra
introiſſent, quibus non ſolum facile paruit, ſed enſem quoque
nudatum illis tradidit, & Pomp. inermis adiuit, cuius cũ ante
ora ſtetiſſet coronam è capite demptam ante illius pedes proie
cit, deinde ꝙ turpiſſimum fuit, ſe ad Pomp. genua proſternere
voluit, vt ab eo ſupplex erroris veniam peteret, ni præueniſſet
Pomp. qui eum dextra porrecta erexit, iuſſitq; apud ſeſe equa-
tum ſella inſidere, & vt ſingulari humanitate præditus erat, nõ
illum ſibi ſupplicem eſſe ſuſtinuit, ſed ſuis ornatum inſignibus,
in regnũ de quo eiectus fuerat, reſtituit: huius aũt belli cauſa,
teſte Cic. factio Pompeiana fuit, ꝙ Mithridatẽ regem Ponti à
L. Lucul. regno pulſum, non ſolum ad ſe fugientem benigne ſu
ſcepit, ſed ſuis etiam opibus in regnum reſtituere voluit, nam
ingenti exercitu comparato, poſt aliquot clades acceptas, tan-
dem copias Romanas victrices trucidauit, & grauiſſimam Ro
manis cladem intulit. [Ponto]. i. inſula q̃ tenebat Mithridates
Pôpeius ab Achilla Septimioq; trucidatus. [Benignis] Quia bono illum animo eſſe iuſſit. [Quam præcla
rum] Pompeius quidem hoc humanitatis ſpecimen dedit, ſed
ipſe poſtea fuit deſideratæ humanitatis exemplum, cũ à L. Se-
ptimio, & Achilla Ptol. ſatellibus occiſus eſt, iubẽte rege, hiſto
ria nota eſt in ſuperioribus, ſed quamobrem inducat exẽplum
Pompei, hæc eſt ratio, quia ſubſequitur humanitas Iulij Cæſa-
ris, qui cum Alexandriam veniſſet, & ei Theodorus Ptolemæi
præcepto Põpei caput regis nomine obtuliſſet, lacrymas con-
tinere non potuit, viſo generis ſui capite. [In ſigni regio] Dia-
demate. [Tribus coronis] Quia toties triumphauit, primo qui
dem de Africa, quàm auſpiciis L. Syllæ ſubegit, cum eſſet an-
norum 24. vt quidam tradunt, miſſus contra Domitium, dein-
de triumphauit de Sertorio, vel de Piratis, qui mare totum in
feſtabant, ꝙ bellum 48. diebus confecit. poſtremo de Mithrida
te. [Victori miſerabilem] Quòd victorem ad miſerationẽ mo
uere poſſet. [Soceri vultum] Eo vultu, quo ante, cum eſſet ſo-
cer, aſpicere ſolebat. [Columen] Suſtentaculum, nec inuenitur
niſi in nominatiuo, & accuſatiuo.

ASCEN. HAec humanitas L. Pauli admonet me, ne taceam de cle-
mẽtia Cn. Pompei] Is ſupp. paſſus non eſt Tigranẽ regem
Armeniæ, qui geſſerat, & .i. ſimul per ſe. i. per proprias uires, &
propria auſpicia magna bella cum P. R. & protexerat uiribus
ſuis Mithridatem infeſtiſſimum. i. maximã uim inferentem vr-
bi noſtræ, pulſum. i. eiectum Ponto, cuius rex fuerat, non eſt di-
co paſſus, eum iacere diutius ſupplicem in conſpectu ſuo, ſed
iuſſit recreatum. i. refocillatum benignis uerbis, reponere ca-
piti. i. in caput ſuum diadema. i. inſigne regis apud Armenios, ꝙ
faſciam, cui corona imponebatur, quidam eſſe uolunt ꝙ ſ. dia-
dema abiecerat, & reſtituit eum in priſtinum. i. priorem habitũ
fortunæ. i. conditionis, certis. i. quibuſdam rebus imperatis. i. ex
imperio illi iniunctis. Iudicans eſſe æque pulchrum, & uince-
re reges, & facere ſ. reges, q̃ duo in uno fecit. [Quã præclarũ,
&c.] Facta comparatione de felicitate, & infelicitate Pompei,
ſubinfert humanitatem C. Cæſaris in eũ, qui viſo eius capite
lacrymis non abſtinuit, quas tñ, aut gaudii, aut ſimulati amo-
ris Lucanus interpretatur. Ordo eſt. Quam. i. quantum, præcla-
rum ſpecimen, i. exẽplum humanitatis tributæ. ſ. Tigrani, ſup.
fuit Cn. Pomp. tam. i. tñ miſerabile, euaſit idem exemplum hu
manitatis deſideratæ ſ. erga eũ. i. quia caruit (nam deſideratur,
ꝙ abeſt, vnde deſideratos in bello dicimus interfectos, eo ꝙ cũ
non compareant, dum exercitus poſt prælium recenſetur de-
ſiderãtur) Nam caput eius qui texerat. i. redimiuerat. ſ. tempo-
ra capitis Tigranis, ſ. regis Armeniæ. Inſigni regio. i. diadema-
te, ſpoliatum. i. poſtquam per mortem erat ſpoliatum tribus
coronis triumphalibus, quia ter triũphauerat, nuſquam habuit
locum ſepulturæ, in ſummo orbe terrarum, uidelicet in Aegy-
pto, ſed abſciſſum à corpore à Septimio, & Achilla, inops, id
eſt expers. rogi quo cremaretur, portatum eſt. ſ. ad Cæſarẽ mu-
nus nefarium perfidiæ Aegyptiæ (quia eius opera reſtitutus fue
rat Ptolemæus, vnde hic genitus erat, in regnum Aegyptij) mi
ſerabile etiam ipſi victori videlicet Cæſari. Enim pro quia, vt
i. poſtquam Cæſar aſpexit id oblitus hoſtis. i. ꝙ eius hoſtis fue-
rat, induit vultum ſoceri, qui aliqñ fuerat. ſ. dum Iulia viuebat
ac reddidit lacrymas, tum proprias, i. debitas Pompeio, tam
inclyto imperatori, tum filiæ. ſ. Iuliæ, quæ illi nupſerat, & illũ
tñ dilexerat, vt viſa eius tunica ſanguinolenta, interfectum ve
rita abortum fecerit, ſibiq; mortis cauſa fuerit. Curauit etiam
caput Pompei cremandum ſup. eum plurimis, & ſpecioſiſſimis
odoribus. i. aromatum ſpeciebus, & vnguentis. Quod ſi animus
diuini principis videlicet Iulij in deos paulo poſt (vt adulatio
fallax inuenta eſt) transferendi, non extitiſſet tam manſuetus
corpus habitum paulo ante columen, i. ſummum decus Roma
ni imperij, iacuiſſet inhumatum. Sic, i. vſq; adeo, aut eũ in mo-
dum fortuna verſat negocia mortalium.

THEO. TIgranem] Hæc eadem Plut. & Diony. in vita Pompeij. [In
ſummo terrarum orbe,] Vetuſta aliquot exemplaria legũt
in ſuo modo terrarum orbe, qui ſenſus aptior eſt.

DE CÆSARE.

*CATONIS * quoque morte Cæſar audita & ſe
inuidere illius gloriæ, & illum ſuæ inuidiſſe dixit:
patrimoniũque eius liberis ipſius incolume ſeruauit. Et
hercule diuinorum Cæſaris operum non parua pars Cato
nis ſalus fuiſſet.*

* Plut. in Cæſa. & Catone.

OLIV. CATONIS quoque morte] Hic fuit Cato Vticenſis, qui
ſe vticæ interfecit, vbi de rep. deſperatum eſſe cognouit,
Catonis Vticenſis mors. maluit enim in libertate mori quam in Cæſaris venire poteſta
tem. Cæſar igitur audita Catonis morte dixiſſe fertur, & ſe Ca
to. gloriæ inuidere, & Catonem ſuæ pariter inuidiſſe, verum
hac vſus eſt humanitate, vt Catonis bona liberis eius intacta
reddiderit. Fuit aũt Cæſar præcipuum Romanæ clementiæ, &
humanitatis exemplum, adeo ut inter reliquas eius virtutes,
hæc veluti principe potiſſimum celebretur, ad pœnitẽtiam vſ-
que clementem fuiſſe dicit Plin. Cic. quoq; in oratione pro M.
Marc. miris laudibus eius humanitatem extollit. Sol. in cap. de
homine dicit, Cæſar fuit benignitate adeo præditus, vt quos
armis ſubegerat clementia magis vinceret. [Et hercule diui-
norum Cæſ. operum non parua pars Catonis ſalus fuiſſet] Ra-
tio cur Cæſar inuiderit Catonis gloriæ, quia non mediocrem
gloriam conſecutus eſſet, ſi Cat. ſeruaſſet incolumem, ꝙ profe-
cto magnopere concupiuit, nam hunc, & Cic. duo clariſſima
R. vrbis lumina, ſemper ſaluos & incolumes deſiderauit.

ASCEN. CAtonis, &c.] Affert conſimile eiuſdem exemp. dicens. Cæſ.
ſup. dixit quoque. i. etiã, audita morte Catonis. ſ. Vticẽſis,
qui ſe viriliter interemerat (ꝙ glorioſum illi putabãt, ſed D.
Auguſt. longe verius, & ſanctius æſtimat, vltioq; nõ paruo illi
dat) & . i. ſimul ſe inuidere gloriæ illius. ſ. Catonis, ꝙ animum
illius vincere non potuit, & illum. ſ. Catonem inuidiſſe gloriæ
ſuæ. ſ. Cæſ. hoc dicẽs, quia multũ gloriæ acceſſiſſet Cæſ. ſi de il-
lo triumphaſſet, aut illum conſeruaſſet, & ſeruauit patrimo-
nium eius. ſ. Catonis incolume, i. inuiolatum, liberis ipſius. [Et
hercule ſalus Catonis] .i. ſi Catonem cõſeruare potuiſſet, fuiſ-
ſet non parua, immo ingens pars diuinorum operum Cæſaris.

DE M. ANTONIO, ET M. BRVTO.

*MARCI autem * Antonij animus talis huma
nitatis intellectu non caruit. Marci enim Bruti
corpus liberto ſuo ſepeliendum tradidit: quoque hono-
ratius cremaretur, inijci ei ſuum paludamentum iuſſit, ia
centem non hoſtem, ſed ciuem depoſito exiſtimans odio
cumq; interceptũ à liberto paludamentum comperiſſet,
ira percitus protinus in eum animaduertit, hac ante præ
fatione vſus: Quid? tu ignoraſti cuius tibi viri ſepulturã
commiſerim? Fortem, piamq; eius victoriã Philippicam
libenter Dij viderunt. ſed ne iſta quidem generoſiſſimæ
indignationis verba inuiti audierunt.*

* Plut. in vita & App. li. 4.

OLIV. MARCI etiam Ant. animus] Hoc fuit bello ciuili, quòd
geſſit Anto. contra Brutum, & Caſſium Cæſ interfecto-
res, vbi profligatis reipub. partibus Brut. ne veniret in poteſta-
tem Anto. ſibi ipſi mortem conſciuit. Anto. igitur ubi cogno-
uit Brutum ſibi mortem intuliſſe, paludamentum ſuum exuit,
& liber-

& liberto dedit, qui ſuper defuncti corpis imponeret, vt honoratius cremaretur, ꝙ illo, cũ intercepiſſet, graui ſupplicio affectus eſt ab Ant. [Intellectu] Quia intellexit, cuiuſmodi eſſet humanitas in hoſte ſeruanda. [Philippicã] Qua in cãpit Philippicis Brutum vicit Ant.

Ascen. MArci, &c.] Ordo eſt. Animus etiam Marci Ant. non caruit intellectu talis humanitatis, tradidit. n. corpus M. Bruti ſepeliendum liberto ſuo, aut Antonii, aut Bruti, quoq̃ue, i. quo (Sunt. n. duæ particulæ) ſop. corpus eius vt cremaretur honoratius, iuſsit paludamentum, i. indumentum imperiale, quo Brutus in bello vſus fuerat, iniici ei. ſ. corpori Bruti. Oliuerius intelligit de paludamẽto Ant. ꝙ vẽroſimile non eſt, neque Ant. decuiſſet, neque tam aptũ Bruto fuiſſet, dubiũ tamen eſt vtrius fuerit libertus, eo ꝙ dicit cõmiſerim, exiſtimans odio depoſito, iacentem nõ hoſtem, ſed ciuem, & cõperiſſet paludamentum interceptũ à liberto, eo ꝙ precioſum erat, percitus ira animaduertit protinus in eum morte .i. puniuit eũ morte, vſus ante, ſ. quàm eum puniret hac præfatione. [Quid tu?] Sup feciſti? ignoraſti cuius viri ſepulturam ergo commiſerim tibi ſq. debas patroni tui virtutem non ignoraſſe. [Dii viderunt libẽter fortem, & piam ad vltionem Cęſaris victoriã Philippicam, i. in Philippis habitã eius, ſ. M. Antonii, ſed ne quidem inuiti audierunt illa verba generoſiſsimæ indignationis, ſ. in libertum.

EXTERNA.

DE ALEXANDRO.

* Front. lib. 4. c. 6. COMMEMORATIONE * *Romani exempli in Macedoniam deductus, morum Alexandri præconium facere cogor: cuius vt infinitam gloriam, bellica virtus, ita pręcipuum amorem clementia meruit. Is dum omnes gẽtes infatigabili curſu luſtrat, quodam loco niuali tempeſtate oppreſſus, ſenio iam confectum militem Macedonem nimio frigore opſtupefactum ipſe ſublimi, & propinqua igni ſede ſedens, animaduertit: factaq́; nõ fortunæ, ſed ætatis vtriuſque æſtimatione deſcẽdit: & illis manibus, quibus opes Darij afflixerat, corpus frigore duplicatum in ſuam ſedem impoſuit: id ei ſalutare futurum ducens, quod apud Perſas capitale extitiſſet, ſolium regium occupaſſe. Quid ergo mirum eſt, ſi ſub eo duce, tot annis militare iucundum ducebant, cui gregarij*

* Curt. lib. 10. *militis incolumitas proprio faſtigio charior erat:* * *Idem non hominum vlli, ſed naturæ, Fortunæq́; cedens, quanquam violentia morbi dilabebatur, in cubitum tamen erectus, dexteram omnibus, qui eam contingere vellent, porrexit. Quis autem illam oſculari non curaret, quæ iam fato oppreſſa, maximi exercitus complexui, humanitate, quam ſpiritu viuidiore ſuffecit?*

Oliv. COMMEMORATIONE Romani exempli] Tranſit ad externa, & primo de Alexandri humanitate dicit, qui fuſum fugatumq́; Darium cum per vaſtas ſolitudines perſequeretur, in ſeptentrionem vſque peruenit, nimiq frigore torpentem regionem, quæ Gazaba dicitur aditurus procellam paſſus eſt maiorem etiam, q̃ credi poſsit. vbi torpentibus gelu militibus, ſylua occurrit, hinc cæſas arbores accederant, forte gregarius miles Maced. iam veteranus ſe vix, & arma ſuſtentans, obſtupefactis gelu, & rigore membris, in caſtra tãdem peruenit, quo viſo Alex. q̃q̃ & ipſe cum maxime admoto igne fouebat artus, ex ſella ſua exiluit, torpentemq̃ue militẽ & vix compotem mentis demptis armis in ſua ſede cõſedere iuſsit, ille diu, nec vbi requieſceret, nec à quo eſſet exceptus cognouit, tandẽ recepto calore vitali, vt regiam ſedẽ, regemq̃ue vidit territus aſſurgit, quem intuens Alex. ecquid intelligis miles inquit quãto meliore ſorte, quã Perſę ſub rege viuatis: Illis. n. in ſeda regia cõſediſſe capitale foret, tibi ſaluti fuit. [Macedonia] Nã res geſta eſt in campis Philip. qui ſunt in Maced. [Luſtrat] Circuit, vt fugientem Darium deprehenderet. [Manibus] Ac ſi diceret victricibus. [Frigore duplicatum.] Expreſsit frigeſcentis ſenis geſtum, eſt autem ſumptum de Heſiod. qui dicit, quod frigus ſenẽ incuruum facit, & ideo dicit duplicatũ. [Capitale extitiſſet ſolium] Apud Perſas lex eſt. ſi quis in ſolio regio cõſederit capitale eſt. Front. lib. 4 cap. de affectu, & moderatione Alc. inquit illi ſeni, ſi in Perſis natus eſſet in regia ſella ſediſſe tibi capitale foret, in Maced. nato conceditur. [Idem nõ hominum vlli] Sed naturæ. [Fortunæq́; cedens] Quia cum nullo vnquam Alexander congreſſus eſt, quem non vicerit, nullam ciuitatem obſedit, quàm non expugnauerit, nullam gentem adijt,

Alex. morientis humanitas.

quam non calcauerit, nullamq́; regionem peragrauit, quã armis non ſubegerit. [Quanquam violentia morbi] Cum tandẽ victo Dario, domitisq́; Parthis conſuluiſſet aruſpices de ſuarũ rerum euentu, reſponderunt, vt diligentiſſime Babylonem vitaret, ille cum aliquandiu ab ea ſe regione abſtinuiſſe, tandem capientibus ſatis eius vrbis miro deſiderio captus eſt, & vt eſt genus humanum in vetita pronum, Babylonem ire voluit, quo factum eſt, vt paucis poſt diebus Caſſander venerit miſſus, à patre antipatre, vt Alexandrũ veneno necaret, & cum antipater in Macedonia plurimum auctoritate, & opibus valeret, eũ beniſſue ſuſcepit, pincernamq́; ſuum inſtituit, videlicet, ꝙ ſibi pocula propinaret, hic igiť, ut multi tradunt, ex præcepto patris venenatum poculum dedit Alexandro: venenum autem fuiſſe dicunt frigidiſſimam aquã de Nonacriade regione ſumptam, quę guttatim de petra ſtillat, quæ quidem aqua niſi in vngulis deferri non poteſt, hanc cum hauſiſſet Alexander, ſubito dolore profuſus eſt, itaque abiit in cubiculum, & vniuerſum exercitum ad ſe iuſſit acciri, & ſingulis dextram porrexit, quod non mediocre humanitatis ſpecimen fuit, poſtea vero mortuus eſt, [Fato oppreſſa] Iam morte correpta, quia venenum per venas diffuſum erat. [Spiritus] Quia ſpiritus perexiguus erat, humanitas vero magna.

Ascen. COmmemoratione, &c.] Ordo eſt. Ego deductus commemoratione, i. per cõmemorationem exempli Rom. in Macedoniã, i. contemplationem rerum à rege Macedoniæ geſtarũ cogor facere præconium, i. quaſi voce pręconis, laudationem morum Alexandri, videlicet magni, cuius vt bellica uirtus meruit infinitam gloriam ita clementia meruit amorẽ præcipuũ is. ſ. Alexander dum luſtrat oẽs gentes, ſ. ad eas adiiciendas ſuo imperio, curſu infatigabili (id vocabulum ſæpe in hoc auctore legitur, neſcio tñ, an ponatur pro indefatigabili. nam nihil videtur in terris tam forte, ꝙ non ſit vtcumque fatigabile, ſed multa ſunt indefatigabilia, dicit aũt curſum infatigabilem ꝓ Alex. infatigabili curſu) ipſe oppreſſus quodam loco tempeſtate niuali, animaduertit militem Macedonem confectum iam ſenio, obſtupefactum. i. torpẽtem, & hebetatum ſenſibus nimio frigore, deꝓhendit dico ipſe ſedens. i. cũ ipſe ſederet ſup. in ſedo ſublimi, & ꝓpinqua igni, & facta ęſtimatione, i. cẽſura non fortunæ (quippe, qui rex erat, cum ille eſſet gregarius miles) ſed ætatis, q. a ipſe iuuenis, & robuſtus, ille cõtectus ſenio erat, deſcendit. ſ. ex illa ſublimi ſede, & quibus manibus afflixerat opes Darij, impoſuit in ſuam ſedem corpus duplicatum. i. quaſi complicatum, & conſtrictũ frigore, ducens, i. æſtimans id futurum ſalutare ei, ſ. militi, quod extitiſſet capitale, i. puniẽdũ pœna capitali apud Perſas videlicet occupaſſe ſoliũ regiũ. Quid ergo mirum eſt, ſi ſup. milites ducebant iucundum militare tot annis ſub eo duce. ſ. Alex. cui incolumitas, i. ſoſpitas, & conſeruatio militis gregarij, i. nulla excellentia, aut honore præditi, erat carior faſtigio. i. culmine proprio. [Idem]. ſ. Alexand. non cedẽs vlli hominum, ſed, Naturę & fortunę, q̃q̃ dilabebatur. i. labefactabatur, violentia morbi, tamen erectus in cubitum, porrexit dextram omnibus, qui uellent contingere eam. Quis autem non curaret obſculari eam, quæ iã oppreſſa fato, i. morte vicina, ſuffecit cõplexui maximi exercitus, humanitate, id eſt, clementia in ſuos viuidiore, i. viuatiore, quàm ſpiritu, ſ. vitali, quia plus potuit tunc in eo humanitas quàm ſpiritus uitalis.

DE PISISTRATO.

NON tam * *robuſti generis humanitas, ſed & ipſa tamen memoria proſequẽda, Piſiſtrati Athenienſium tyranni narrabitur. Qui cum adoleſcens quidam amore filiæ eius virginis accenſus in publico obuiam ſibi factam oſculatus eſſet, hortante vxore, vt ab eo capitale ſupplicium ſumeret: reſpondit, ſi eos, qui nos amant, interficiemus: quid iis faciemus, quibus odio ſumus? minime digna vox, cui adijciatur, eam ex tyranni ore, de humanitate manaſſe. in hunc modum filiæ iniuriã tulit, ſuam multo laudabilius.*

* Adoleſcens fuit Thraſibulus. Pluta. in apoph.

OLIV. Piſiſtrati humanitas in adoleſcentem petulantē.

NON tam robuſti generis, Adoleſcens quidam Piſiſtrati filiæ amore correptus, eam in publico oſculatus eſt, dum iret aquatum. Plu.n.dicit principum filias aquatum ire ſolitas. Cum igitur puella domum rediſſet, matri grauiter conqueſta eſt. Mater (vt omnes ferme matres ſuperſtitioſæ nimis eſſe ſolent) ad virum defert, iniuriæ crimen exaggerat, impatienter conqueritur, de adoleſcente pœnam expoſcit. Cui Piſiſtratus, ſi eos punieris, qui nos amant, quid illis, inquit, faciendum eſt, qui nos oderint? Fuit hic Piſiſtratus teſte Herod. Hippocratis filius, & Athenarum tyrannus, qui doctrina, ingenio & eloquentia tanta fuit, q̃ Athen.ſa ac libertatem ei ſponte ſubmitterẽt, q̃q̃ Solon inſtantiſſimus, & grauiſſimus orator pro libertate aduerſum illum ſtaret, ſed eloquentię Piſiſtrati libertas cum Solone ſuccubit, vt ſuo loco oſtendemus in cap. de ingratitudine, & de vi eloquentiæ tempore pro Ser. Tullius Romæ regnabat, vt Gellius tradit. hic etiã primus fuit, qui apud Athen. bibliothecam inſtituit. [Non tam robuſti generis] Quia non tantæ charitatis fuit quantæ Alexander Maced. [Minime digna vox] Laudat hanc humanitatem Val. hæc, inquit, vox eiuſmodi eſt, vt non digna videatur dici ex ore tyrañ. fluxiſſe.

ASCEN. NOn tam, &c.] Ordo eſt. Humanitas non tam robuſti animi, vt.ſ.in Alex. Magno fuit, ſed tñ &.i. ipſa proſequẽda.i. digna quã proſequamur memoria, narrabitur videlicet Piſiſtrati tyrãni Athen. Qui, cum quidã adoleſcens acceſus amore filiæ eius virginis.ſ. adhuc. oſculatus eſſet ſup. eam factã obuiã ſibi in publico.i.loco publico, vxore hortãte, vt ſuppliciũ capitale ſumeretur ab eo.ſ. iuuene rñdit, ſi nos interficiemus eos, q nos amant; quid faciemus ijs quibus ſumus odio? vox ſup. eſt minime.ſ. nequaquam digna, cui adiiciatur.i. adiici debeat eã manaſſe ex ore tyrãni de humanitate.i. cũ procedat de humanitate. Piſiſtratus ſup. tulit in hũc modũ iam.ſ. dictum, iniuriã filiæ, quã adoleſcẽs violẽter oſculatus eſt, ſed ſup. tulit iniuriã ſuã.i. in ſe illatã multo laudabilius, de qua eſt ſequẽs narratio.

DE EODEM.

*Sen. li. 3. de ira c. 2.

ATHRASIPPO* amico inter cęnam ſine fine cõuitio laceratus: ita & animum, & vocem, ab ira, cohibuit, vt putares ſatellitem à tyranno male audire: abeuntem quoq; veritus ne propter metum maturius ſe conuiuio ſubtraheret: inuitatione familiari cępit retinere. Thraſippus concitatæ temulentiæ impetu euectus, os eius ſputo reſperſit: nec tamẽ in vindictam ſui valuit accendere. Ille vero etiã filios ſuos violatæ patris maieſtati ſubuenire cupiẽtes, retraxit. Poſtero quoq; die Thraſippo ſupplicium à ſe voluntaria morte exigere volenti, venit ad eum, dataq; fide in eodem gradu amicitiæ manſurum ab incępto reuocauit. Si nihil aliud dignum honore memoriæ geſſiſſet, his tamen factis abunde ſe poſteritati commendaſſet.

OLIV. ATHRASIPPO amico inter cęnam ſine fine] De huiuſmodi humanitate loquitur, qua in amicum vſus eſt, nam cum Thraſippum amicum ſuum inuitaſſet ad cœnam, ille vino nimio pluſquam ſatis erat incitatus, cõtra tyrannum exacerbatus eſt, adeo vt conuitiis onerato, in faciem quoque eius expuerit. Tyrannus ridibundus omnia tulit amicum etiam metu, vt ipſe credebat, abeuntem retinuit, filium patris iniuriam vlciſci cupientem inhibuit. [Vocem ab ira] Nec iratus eſt, nec verbum reſpondit. [Male audire] Male audio à tę, de me male dicis. [Concitatæ temulentiæ] Inflammatæ ebrietatis. [Poſtero die] Thraſippus poſtquam digeſta crapula rediit ad ſe, & cognouit ea, quæ per vinolentiam fecerat, nimio dolore percitus ſeipſum interficere voluit, at Piſiſtratus data fide nihil ſe de priſtina amicitia mutaturum, ab incepto reuocauit.

ASCEN. AThraſippo, &c.] Narrat quõ Piſiſtratus multo laudabilius tulerit illatam dicens. Piſiſtratus ſup. laceratus.i. proſciſſus conuitio ab amico Thraſippo.ſ. nomine, inter cœnam.i. cœnãdum, ſine fine.i. modo aut termino, cohibuit ita, & animum, & vocem ab ira, vt putares ſatellitem.i. miniſtrum male audire.i. obiurgari, & conuitiis proſcindi à tyranno.i. ac ſi ipſe Piſiſtratus tyrannus, fuiſſet ſatelles Thraſippi, & Piſiſtratus veritus ne Thraſippus ſubtraheret ſe conuiuio maturius, id eſt, citius pp metum, cœpit retinere ſupp. eum abeuntem.i. abire volentem inuitatione familiari.ſ. vt diutius maneret & ſup. tunc, Thraſippus euectus.i. tranſportatus, à ſtatu rationis, impetu temulentiæ.i. ebrietatis concitatæ.i. commotæ, & accelerans reſperſit os eius.ſ. Piſiſtrati tyranni ſputo, nec tamen valuit accendere.ſ. Piſiſtratum in vindictam ſui. Ille.ſ. Piſiſtratus retraxit etiam filios ſup. ſuos cupientes ſubuenire maieſtati patris violatæ.ſ. à Thraſippo ebrio per ſputum & conuitia. Quoq; pro & Traſippo volente die poſtero.i. proxima ſequenti exigere à ſe ſupplicium.ſ. ob iniuriam illatam amico, morte voluntaria.i. quam ſibi vltro inferre parabat, Piſiſtratus ſup. venit ad eum, & data ſancta fide.i. promiſſione facta ſup. eum manſurum in eodem gradu amicitiæ in quo fuerat ante illam iniuriã reuocauit ſup. eum ab incępto.ſ. à morte, quam ſibi inferre parabat. Piſiſtratus ſi nihil aliud dignum honore memoriæ geſſiſſet, tamen cõmendaſſet ſe poſteritati abunde his.ſ. duobus factis.

DE PYRRHO REGE.

* Plut. in vita.

AEQVE* mitis animus Pyrrhi Regis: audierat apud quoſdam in conuiuio Tarentinorum parum honoratum de ſe ſermonem habitum, accerſitos qui ei interfuerunt, percuntabatur: an ea, quæ ad aures eius peruenerant, dixiſſent. tum ex his vnus, inquit, niſi nobis vinũ defeciſſet, iſta, quæ tibi relata ſunt, præ ijs, quæ de te locuturi eramus, luſus, ac iocus fuiſſent, tam vrbana crapulæ excuſatio, tamq; ſimplex veritatis confeſſio, iram Regis conuertit in riſum. Qua quidem clementia, & moderatione aſſecutus eſt: vt & ſobrii ſibi Tarentini gratias agerent: & ebrii bene precarentur. Ab eadem altitudine humanitatis, legatis Romanorum ad redimendos captiuos caſtra ſua petentibus, quo tutius venirent, Lyconem Moloſſum obuiam miſit: quo honoratius exciperentur. ipſe cum ornatu equitum extra portam occurrit, ſecundarum rerum prouentu non adeo corruptus, vt officii proſpectum in iis deponeret, qui tum maxime armis cum eo diſſidebant.

OLIV. Pyrrhi humanitas in Tarent.

AEQVA mitis animus Pyrrhi] Hæc humanitas Pyrrhi ſimillima eſt ſuperiori. nam Pyrrhus accitus à Tarentinis aduerſus Romanos, cum in caſtris eſſet, quidam ſodales in conuiuio per ebrietatem in petulantiam lapſi, de illo male locuti ſunt, quos captos, & ad ſe ductos, cum interrogaſſet Pyrrhus dixiſſent ne ea quæ ad ipſius aures peruenerant, tum vnus vrbane ſatis dicitur reſpondiſſe, niſi nobis inquit vinum defuiſſet, multo grauiora de te locuturi fueramus; par quidem facto reſponſum, quod potuit regis iram in riſum etiam conuertere. [Præ iis] Reſpectu eorum. [Luſus, ac iocus] Luſus in rebus, iocus in verbis. Qua quidem clementia] Laudat hanc regis humanitatem. [Ab eadem altitudine] De eiuſdem Pyrrhi humanitate loquitur, qui vt ſupra dixi, cum multis millibus hominum in auxilium Tarentinorum conueniſſet, & bellum ſtrenue fortiterq; geſſiſſet, ingentem captiuorum numerum aliquibus cladibus illatis ceperat, ad quos redimendos cum Romani legatos miſiſſent, hac humanitate vſus eſt in legatos, vt illis obuiã honoratum virum honoris gratia miſerit, ipſe quoq; cum equitatu, extra portam occurrerit, atq; illos, non vt victor ſecundis rebus elatus, ſed vt amicus benigniſſime ſuſceperit, captiuos ſine precio remiſerit dicens, vt eſt apud Ennium. Non aurum poſco nec precium dederitis, nec cauponantes bellum, ſed belligerãtes, & ferro nõ auro vitã cernamus vtriq;, vos ne velit, an me regnare hera, quid ue ferat ſors, virtute experiamur, & hoc ſimul accipe dictũ, quorũ virtuti belli fortuna pepercit, eorũdẽ me libertati parcere certũ eſt, dono ducite, doq; volẽtibus, cũ magnis diis. Regalis inquit Cic. & Aeacidarum gẽte digna ſnia. [Prouẽtu] Felicitate, & ſucceſſu. [Officii] Qđ debebat legatis.

Pyrrh. R. captiuos gratis reſtituit.

ASCEN. AEque, &c.] Ordo eſt. Animus Pyrrhi regis.ſ. Epirotarum æque.i. æqualiter mitis ſup. fuit. Qui.ſ. Pyrrhus cum audiarat ſermonem parum honoratum habitum ſup. eſſe de ſe apud quoſdam in conuiuio Tarentinorum percunctabatur.i. interrogabat accerſitus.i. ad ſe vocatos ſup. eos qui interfuerant ei.ſ. conuiuio, an dixiſſent ea, quæ peruenerant ad aures eius. [Tum].i. tũc vnus ex his, inquit niſi vinũ defeciſſet nobis, iſta quæ relata ſunt tibi fuiſſent luſus ac iocus.i. res nullius momenti,

menti, pro lib.3.in comparatione eorum quæ eramus locuturi de te, Tam vrbana excuſatio crapulæ.i. ingurgitationis, non tam cibi, quã potus, & tam ſimplex confeſſio veritatis, conuertit iram regis in riſum. Qua quidẽ clementia, & moderatione aſſecutus eſt.ſ. Pyrrus & ſ.ſimul Tarentini ſobrii.i.ſiccei, & ieiuni agerent ſibi gratias, & ebrii precarentur bene.i. vt dii bona in illum conferent, qui tam clemẽter ignouerat. [Ab eadẽ, &c.] Ordo eſt. Pyrrhus ſup. miſit ab eadem altitudine humanitatis.ſ. orta occaſione, Lyconem Moloſſum obuiam legatis Romanorum petentibus caſtra ſua ad redimendos captiuos. quo.i. ideo miſit eum obuiam, quo.i. vt venirent tutius, & ſup. quo.i. vt exciperentur honoratius, ipſe occurrit ſup. eis extra portam cum ornatu equitum, eis ſup. non adeo.i. in tantum corruptus prouentu rerum ſecundarũ, quales erant victoriæ de Romanis, vt deponeret.i. exueret, aut depoſito relinqueret proſpectum.i. porro, aut procul poſitorum inſpectum officii, in his, qui diſſidebant, tunc maxime armis cum eo, videlicet Romanis.

DE ANTIGONO REGE.

* Iuſt. lib. 25. & Plutar. in vita, etſi rẽ paulo aliter referunt.
* In propugnatione laborãtẽ legunt alii.
* καυσία εἶδος πίλου βαρβαρικῦ. inquit Suid.

*CVIVS tam * mitis ingenij debitum fructũ vltimo fati ſui tempore recepit. nam cum diris auſpicijs, Argiuorum inuaſiſſet vrbẽ: abſciſſumq; caput eius Alcyoneus Antigoni regis filius ad patrem * propugnatorem laborans, lætus velut aliquod feliciſſimum victoriæ opus attuliſſet: Antigonus correpto iuuene, quod tãti viri ſubitæ ruinæ immemor humanorum caſuũ, effuſo gaudio inſultaret: humo caput ſublatum, cauſea, * qua velatum caput ſuum more Macedonum habebat, texit: corporiq; Pyrrhi redditum honoratiſſime cremandum curauit. Quinetiam filium eius Helenum captiuum ad ſe pertractum, & cultum, & animum gerere regium iuſſit, oſſaq; Pyrrhi ei aurea incluſa vrna, Epirum in patriam ad Alexandrum fratrem portanda dedit.*

OLIV. CVIVS tam mitis ingenii] Pyrrhus, Italia pulſus in Siciliam traiecit exercitum, vbi nauali pugna à Carth. ſuperatus, cum ab Antigono Maced. rege auxilia non impetraſſet, Maced. inuaſit, Antigonũ vicit, elatus deinde victoria, ſtatim ad Græciæ, & Aſiæ totius imperium adiecit animum, & primũ omnium Spartanos inuadit, quorum cum vrbem oppugnaret, tanta multitudo fœminarum ad patriæ tutelam accurrit, vt non fortius victus, quam verecundus recederet, & ex in oppugnatione Ptolemæum filium ſtrenuũ, manuq; fortem amiſit, cuius cadauere ad ſe delato dixiſſe fertur, aliquanto tardius cecidiſſe, quã timuerat; pulſus igitur à Spartanis, Argos petiit, ibi dũ Antigonum in vrbe clauſum expugnare conatur, inter confertiſſimos violentiſſime, dimicans, ſaxo de muris iacto occiditur, caput eius Antig. defertur, qui victoria mitius vſus filiũ Helenum cũ Epirotis ſibi deditum in regnum dimiſit, eiq; inſepulti patris oſſa in patriam referẽda tradidit, hæc ſummatim Iuſt. Sunt qui aliter tradunt hanc hiſtoriam Pyrrhum.ſ. dũ argos oppugnaret per proditionẽ vrbem ingreſſum ad arcẽ vſq; perueniſſe, vbi cum acerrime dimicaretur, mulierem quandam è tectis mortarium demiſiſſe in caput Pyrrhi, quo ictu moribũdus cecidit, tunc dicũt Alcioneum Antigoni filium Pyrrhi caput abſciſſum ad patrem cum ſumma lætitia detuliſſe, Antigonũ correpto filio regis caput velamine tectum corpori quã honoratiſſime cremandũ reſtituiſſe, filiumq; Helenum captiuum liberum eſſe, & regium animũ gerere iuſſiſſe, oſſaq; Pyrrhi aurea vrna incluſa in patriam ad fratrem reportanda curaſſe, quę magna profecto fuit regis clementia. Plut. in vita Pyrrhi, dicit illũ dũ Argos oppugnaret per proditionẽ nocte vrbem ingreſſum vnà cũ galatis in forum vſq; perueniſſe, quod ſentientes argiui, Clypeum & alia munita vrbis loca cœperunt, Antigonũ in vrbem acciuerunt, tunc Pyrrhus vbi vidit Clypeũ hoſtilibus armis refertum, & alia eſſe munita vrbis loca, prodigijs quibuſdam territus retrocedere, & vrbem egredi ſtatuit, ſed cum anguſtias portarum formidaret nunciũ præmittit ad filiũ Helenum, qui cũ magna manu extra mœnia ſedebat, vt deiectis mœnibus aditum ſibi aperiret, ſuoſq; tutaretur, filius non recto accepto nuncio ad opem primum ferendam vrbem ingreditur, & ita fugientibus ingredientes occurrunt, impediuntq; fugã, Pyrrhus vbi euadendi difficultatem vidit in perſequẽdos hoſtes conuerſus à gregario milite argiuo haſta leuiter percuſſus equũ adegit in illũ, mater eius, q̃ forte deſuper pugnam ſpectabat, cognito filii periculo, tegulam, vel vt alii dĩt mortariũ, de ſpeculis in Pyrrhi caput coniecit, quo ictu moribũdus cecidit, tunc Zopyrus quidam Antigoni miles cognitum regẽ apprehendens, illi caput abſcidit. Alcioneus vero Antigoni filius, accurrens abſciſſum regis caput ad patrem cum ſumma alacritate deportat, pater filium baculo percuſſit, & à ſe repulit barbarum & pollutum appellans, regiſq; caput & corpus magnifice cremauit. Helenum quoque Pyrrhi filium benigne, & humaniter exceptum, cum eum complexus eſſet, bene ſperare iuſſit, & eum ſtatim in priorem habitum, ornatumq; reſtituit, atq; in Epirum remiſit, erga amicos quoq; Pyrrhi benignus, fuit. [Antigoni] Macedoniæ regis, qui argiuis miſerat auxilium. [Correpto] Caſtigato. [Effuſo gaudio] Immoderata lætitia. [Cauſea] Velum capitis, q̃ circa caput geſtabat. [Vrna] vaſe. Vrna genus menſuræ, quod quidam quartariam dicunt, quatuor ſextarios capit, eſt etiam vnde ſortes ducebantur. Virg. lib. 6. Stat ductis ſortibus vrna. ſed proprie vrna eſt, quæ pro condendis defunctorum cineribus ſolebat adhiberi.

Antigoni Macedonis humanitas in Pyrrhum.

ASCEN. CVius, &c.] Ordo eſt. Cuius tã mitis ingenii.ſ. in Romanos Pyrrhus ſup. recepit fructum debitum.i. mercedem ac præmium vtile vltimo tempore fati ſui.i. mortis, nam cum inuaſiſſet, vrbem argiuorum, hoc eſt argos auſpiciis diris.i. execrabilibus, & quaſi deorum ira portantis, quia illic interniciendus erat. [Alcioneus] Vt vero alii, Alcinous, filius Antigoni regis.ſ. Maced. attuliſſet caput eius abſciſſum.ſ. à Zopyro ad patrem.ſ. ſuum, hoc eſt Antigonum laborantem.i. periculoſe verſantem, propugnatione.i. in defenſione vrbis argiuæ, exiſtens lætus velut attuliſſet aliquod feliciſſimum opus victoriæ, Antigonus iuuene correpto.i. caſtigato, quod immemor caſuũ humanorum inſultaret.i. hoſtiliter illuderet, gaudio effuſo.i. immoderato, vt res, quæ effunditur, ruinæ, ſubitæ.i. improuiſæ tanti viri, texit caput.ſ. Pyrrhi ſublatum.i. ſurſum leuatum humo.i. è terra in quam ante pedes paternos deiecisse innuitur ipſum ferox iuuenis, Cauſea.i. velo capitis, quã.ſ. cauſea Antigonus habebat caput ſuum velatum more Maced. & curauit ſup. caput illud ſic coopertũ, redditũ corpori Pyr. vbi erat abſciſſum, cremãdũ honoratiſſime.ſ. miſſis odoribus, & adhibitis ceremoniis funebribus. Quinetiam iuſſit Helenum filiũ eius.ſ. Pyrrhi pertractum ad ſe.ſ. Antig. captiuum, gerere, vt gerat, & cultũ.i. ornatum, & inſigne, & animũ regium, & dedit ei oſſa Pyrrhi.ſ. patris eius incluſa vrna aurea.i. vaſculo dicto ab vrendo, qđ exuſtas reliquias contineat, portanda, Epirum.ſ. in eam regionẽ patriam.ſ. Pyrrhi & etiam Heleni, ad Alex. fratrem.ſ. eius.

THEO. GAuſea ſcribe Cauſea, quæ Maced. ꝓpria fuit, vmbellæq; ad depellendos æſtus vſum præſtabat, vnde nomen, vt inquit Hom. ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν τὸ καῦμα. Sed & à pluuia niueq; caput, & corpus etiam defendebat, vt Antipatri, Theſſalonicẽſis indicat epigramma, quo teſtatur, in agmine niuium de cœlo ruentium tegminis, in prœlio vicem Galeæ præſtare.

DE CAMPANIS.

* Liu. li. 9.
* Auctor lib. 3. c. 8.

*CAMPANI * autem exercitum noſtrum cum Coſs. apud Caudinas furcas ſub iugum à Samnitibus miſſum, nec inermem tantum, ſed etiam nudum vrbem ſuam intrantem, perinde ac victorem, & ſpolia hoſtium præ ſe ferentem venerabiliter exceperunt: protinusque conſulibus inſignia honoris, militibus veſtem, arma, equos, commeatum benigniſſime præſtando, & inopiam, & deformitatem Romanæ cladis mutarunt: quo animo ſi pro imperio noſtro * aduerſus Annibalem quoque vſi fuiſſent: truculentis ſecuribus materiam ſæuiendi non præbuiſſent.*

OLIV. CAMPANI autem] Liu. lib. 9. circa principium. Cum Aulus poſthumius, & T. Veturius cõſules opem Lucanæ ferre vellent, inter furculas Caudinas incluſi ſunt. locus erat ille tus vndiq; obſitus, nam ſaltus duo alti anguſti, ſyluoſiq; ſunt montibus circa perpetuis inter ſe iunctis, in medio campus eſt herbidus, & aquoſus, per quem medium iter eſt, ſed antequam venias ad eum, intrandæ anguſtiæ ſunt, & aut eadem, qua te inſinuaueris retro via repetenda eſt, aut ſi ire porro pergas p aliũ ſaltum arctiorem impeditioremq; euadendum. in eum cãpum,

Caudina cladas.

via alia

via alia per canam rupem cum Rom. veniſſent & in alias anguſtias ire pergerent, eas ſeptas deiectu arborũ ſaxorumq; ingẽtium obiacentium mole inuenerunt, tunc fraus hoſtilis apparuit, & in ſummo ſaltu præſidium conſpicitur. In inſidias igitur pcipitati cum euadere nullo modo poſſent, fœdam & ignominioſam deditionem accipere compulſi ſunt, vt cum ſingulis veſtimentis ſub iugum miſſi abirent incolumes. quia conditione accepta, cũ ante noctẽ Capuam peruenire poſſent, incerti de fide ſociorum, & ꝙ pudor præpediebat, circa viam haud procul à Capua, omnium egena corpora humi proſtrauerũt, ꝙ vbi eſt Capuam nunciatum ac in eos humanitate vſi ſunt Campani, vt ſociorum iuſta miſeratione commoti, depoſita ſtatim ingenita ſuperbia mitterent cõfeſtim inſignia ſua cõſulibus, faſces, lictores, arma, equos, veſtimenta, commeatuſq; militibus omnibus, & venientibus Capuam cunctus ſenatus, populuſq; obuiam egreſſus, iuſtis omnibus hoſpitalibus & publicis, & priuatis fungerentur officiis, quam mentem ſi ij. Pun. bel. aduerſus Roma ſeruaſſent, Ful. Flac. conſul ſecures ſuas Campanorum ſanguine non cruentaſſent, vt illorum perfidiam vindicaret.

ASCEN. CAmpani aũt exceperunt venerabiliter perinde, ac victorẽ, & ferentẽ prę ſe. i. ante ſe ſpolia hoſtiũ, exercitum noſtrũ. i. Romanum cum conſulibus miſſum à Samnitibus ſub iugum. i. haſtas diſpoſitas in ſpeciem patibuli in ſignum extremæ ſubiectionis, & confuſionis, apud furcas Caudinas. i. anguſtias mõtium ſpeciem furcarum repræſentantium, nec. i. non, & intrantem vrbem ſuam videlicet Capuam, non tantum inermem, q̃a arma hoſti tradiderat, ſed etiam nudum, quia ſpolia quoque ei detraxerant hoſtes, & præſtando protinus cõſulibus inſignia honoris militibus veſtem, arma equos, commeatum, benigniſſime. i. cum ſumma beneuolentia, mutarunt, &. i. ſimul inopiam, & deformitatem cladis R. Quo animo. ſi Campani fuiſſent vſi, quoque. i. etiam pro imperio noſtro. i. Rom. aduerſus Hannib. nõ præbuiſſent ſecuribus noſtris. ſ. Fuluii Flacci cõſulis R. materiã ſæuiẽdi. i. tam ſæuæ in eorũ magiſtratus animaduertendi.

DE HANNIBALE.

* Cos. R. quitũ ſepultũ quidam auctores ſunt. Liu. li. 22.

FACTA * mentione acerrimi hoſtis, manſuetudinis eius operibus, quàm Romano nomini præſtitit: locum, qui inter manus eſt, finiam. Annibal enim L. Aemilij Pauli apud Cannas trucidati quęſitum corpus quãtum in ipſo fuit, inhumatum iacere paſſus non eſt. Hannibal Tib. * Gracchum Lucanorum circumuentum inſidijs, cum ſummo honore ſepulturæ mandauit: & oſſa eius in patriam portãda militibus noſtris tradidit. Hannibal M. Marcellum in agro * Brutio, dum conatus Pœnorum cupidius, quàm conſideratius ſpeculatur: interemptum, legitimo iure extulit. Punico quoque ſagulo, et corona donatum laurea, rogo impoſuit. Ergo humanitatis dulcedo etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat: torbosque, & truces hoſtium mollit oculos: ac victoria inſolentiſſimos ſpiritus flectit: nec illi arduum, aut difficile eſt inter arma contraria, inter diſtrictos comminus mucrones placidum iter reperire. Vincit iram, proſternit odium, hoſtilemq; ſanguinem hoſtilibus lacbrymis permiſcet: atque etiam admirabilem Hannibalis vocem, pro funeribus Romanorum ducum arbitria ſtatuentis expreſſit: quia aliquanto ei plus gloriæ Paulus, & Gracchus, & Marcellus ſepulti, quàm oppreſſi attulerunt, ſi quidem illos Punico aſtu decepit, Romana manſuetudine honorauit. voſq; fortes, ac piæ vmbræ, non pœnitendas * ſortiti eſtis exequias; nam vt optabilius in patria ita ſpecioſius pro patria collapſæ ſupremi officij decus in felicitate amiſſum, virtute recuperaſtis.

* Diſſentiũt auctores, ait Liui. lib. 25.
* In Apulia. inquit Liu. li. 27. Cetera vide in Marcello apud Plutar.
* ſortitæ.

OLIV. Hãnibalis humanitas, apud Cannas. FACTA mentione] De Canenſi clade ſatis ſupra dictum eſt. Poſt tantam igitur Romanorum ſtragem Hannib. dicit hanc humanitate vſus, vt Pauli Aem. conſulis Rom. corpus diligentiſſime quæſitum, & inuentum ſepulturæ mandauerit, vt quidam auctores tradunt, ſunt vero qui dicunt quæſitum quidem fuiſſe, ſed non inuentum, quorum ſententiã ſequitur Val. Liu. vero cõquiſitum, & humanum cum Punicis illis, qui in ea pugna ceciderant. Hic Paulus vbi tantam ciuium ſuorum ſtragem factam eſſe vidit, cum poſſet incolumis euadere, maluit cum ſuis ciuibus honeſte, mori quã fugiẽdo turpiter ſupereſſe, q L. Cornelio Tribuno militum equũ offerenti, quo celerius euadere manibus hoſtium, ſic reſpondiſſe fertur. Tu quidẽ Cn. Cornelii macte virtute eſto, ſed caue ne fruſtra miſerãdo, exiguum tempus è manibus hoſtium euadendi abſumas, abi, nuncia publice patribus, vrbem Rom. muniant, ac priuſquam victor hoſtis adueniat, præſidiis firment. Priuatimq; Fabio Aemiliũ præceptorẽ eius more extitiſſe & vixiſſe, & mori me adhuc in hac ſtrage militum meorum patere, ne aut reus inteream, aut conſulatus collegæ accuſator extiſtã. [Locum] De humanitate. [Finiam] Nã hæc vltima ſunt de humanitate exempla, & omnia quidem Hann. [Hannibal] Quo pacto T. Grac. proditus hoſti fuerit à Flauio Lucano eius hoſpite in cap. de prodigijs oſtendimus, nam cum maiorem Lucaniæ partem, quæ ad Hannib. defecerat, virtute ſua in poteſtate P. R. redegiſſet ad reliquam capiendam inuitatus ab hoſpite Flauio, cui iure veteris hoſpitii fidem non derogabat, in inſidias deductus & occiſus eſt de cuius funere duplex fama eſt. Alii enim tradunt in caſtris Ro. ſepultum à ſuis. alii ab Hannib. & ea vulgatior fama eſt, tradunt in veſtibulo Punicorum caſtrorum rogum inſtructum fuiſſe, armatumq; exercitum decurriſſe cum tripudijs Hiſpanorum, mõtibuſq; armorum, & corporum, ſuæ cuiq; genti aſſuetis, ipſoq; Hannib. omni rerum, verborumq; honore exequias, celebrãte. Alii aliter tradunt, & dicunt imperatoris capite hoſtes tantummodo potitos ad Hannib. detuliſſe, ab eo ſtatim Cartalo miſſum, qui ad Cneum Cornelium quæſtorem Romanũ deferret. quæſtorem deinde funus imperatoris in caſtris, celebrãtibus cũ exercitu Beneuentanis, feciſſe. Hannibal M. Marcellum. De M. Marcello quoque dictum eſt eodem cap. ꝙ cum inter bina caſtra Punica, atque Romana, tumulus ſiluestris eſſet à neutris primo occupatus, ꝙ Romani qualis eſſet pars illa, quæ ad hoſtes vergeret, ignorarent, Hannib quod inſidiis quã caſtris aptiorẽ eum putaret. Romani in caſtris fremebant occupandum eum locum eſſe, & caſtello, firmandum, ne ſi occupatus ad Hannibale foret, velut in ceruicibus hoſtes haberent, mouit eas res Marcellum, & Criſpinum eius collegam, itaque cũ paucis equitibus exploratum profecti in inſidias præcipitarunt, quæ paulo ante fuerant ab Hannib. eo loco collocatæ, vbi Marcellus cum aliquot fortiſſimis viris in medio cæſus collega vulneratur, filius quoq; conſulis grauiter ſaucius, aliquot etiam capti fuerunt, ſed paulo poſt Hannibal. M corpus inuentum ſepulturæ mandauit. Cic. in Catone maiore M. Marcelli interitum, nec crudeliſſimus quidem hoſtis honore ſepulturæ carere paſſus eſt. [Legitimo iure] i. iure humanitatis. [Corona] Quia ſæpius victor euaſerat, nam Marcellus ad Nolam primus Hãnib. vinci poſſe docuit, & de illo ſæpe victoriam in caſtra reportauit. [Ergo humanitatis, quæ per efferatas quoq; gentes tranſire audet. [Oculoſq; & truces] Sicut de Cæſare in Pompeium [Diſtrictos] Nudato. [Admirabilem vocem] Quia mirum fuit, tm̃ humanitatis in pectore barbari inueniri poſſe. [Oppreſſi] Quia victoriæ laus minuitur inſidiis, non. n. virtutẽ, ſed inſidiis oppreſſerat. [Vos quoq; fortes] Apoſtrophat ad imperatores Rom. & eos quaſi hac oratione conſulatur, quod non in patria illis mori cõtigerit cum glorioſius in acie pro patria fortiter pugnando ceciderint, & penitẽdas exequias ab hoſte ſortiti fuerint. [Decius infelicitate amiſſum] Quã fortuna aduerſa funerationẽ in patria perdidiſtis, eandem apud hoſtes virtute veſtra inueniſtis.

ASCEN. FActa, &c.] Ordo eſt. Mentione acerrimi hoſtis, videlicet Hannib. facta, finiam locum, qui eſt inter manus. i. tractatum nunc de humanitate, & clementia, operibus mãſuetudinis eius, quã præſtitit nomini Rom. i. generi, ſeu populo nomen Rom. habenti. Enim pro quia, Hannib nõ eſt paſſus quantum fuit in ipſo, corpus Pauli Aemilii trucidatum apud Cannas quæſitum. ſ. ad ſepeliendum iacere inhumatum, dicit quantum in eo fuit, quia quærendum curauit, ſed nõ inuenit, aut inuentum non agnouit, itaque cum cetera ſtrage humatum eſt. [Hannibal, &c.] Affert ſecundũ exemplum eodem tenore dicẽs Han. mandauit ſepulturæ cum ſummo honore Tib. Gracchũ circumuentũ inſidiis Lucanorum, & tradidit militibus noſtris. i. Rom. oſſa eius. ſ. Gracchi portanda in patriam Hannibal (tertium eſt exemplum) extulit. i. ad ſepulturam efferendũm curauit iure legitimo M. Marcellum interemptum in agro Brutio, dum ſpeculaẽ. i. explorat cupidius, quã cõſideratius. i. magis cupide,

pide, q̃ conſiderare conatur. i. molimina Pœnorum. [Et impoſuit rogo]. i. igni ardenti ſup. eum aut eius corpus, donatum ſagulo Punico. i. indumento militari, qualis Carth. tunc vtebantur, & corona laurea, ob virtutem bellicam. [Ergo] Subinſert laudes humanitatis, ac clementiæ ex effectu dicens. Ergo quia etiam ſæuiſſimus hoſtis Hann. humanitatem ſenſit, dulcedo humanitatis. i. clementiæ, & manſuetudinis homine in primis digna penetrat. i. irrumpit & penitus intrat etiam in ingenia barbarorum, qualis erat Hannib. efferata. i. ferita te naturali extra ſe lata, & mollit. i. mitigat, aut mollificat oculos hoſtium orbatos. ſ. chariſſimis ſuis, & truces. i. immanes, & truculentos: ac flectis ſpiritus victoriæ inſolentiſſimos. vt in Antigono. [Nec arduum, ac difficile ea illi]. ſ. humanitati reperire iter placidum, inter arma cōtraria, inter mucrones. ſ. hoſtium diſtrictos. i. euaginatos cominus, quaſi confertis manibus. Humanitas ſup. vicit iram, proſternito odium, & permiſcet ſanguinem hoſtilem lachrymis. vt in Cæſare patuit erga Pompeium, atq; etiam expreſſit. i. extorſit quaſi ab inuicto pectore admirabilem vocem Hannibalis ſtatuentis arbitria. i. dantis arbitriam ſententiam. (Erat enim in ipſius poteſtate ſepelienda, ne cenſeret interemptorum cadauera, an feris, auibusq; derelinquenda) pro funeribus ducum Romanorum, quia ſecundū illā iudicauit, vtpote honorifice inſtruenda. [Quia Paulus] ſ. Aemilius. Gracchos. ſ. Tiberius, & Marcellus. i. Marcus attulerūt ei. ſ. Hannibali, plus aliquāto. i. ex aliqua parte gloriæ ſepulti. i. eo, q̄ ab eo ſepulti, aut requiſiti ad ſepeliēdum erat quā oppreſſi. i. eo, q̄ victi erāt ab eo. [Siquidē ipſe decepit]. i. doloſe cepit eos, vtpote de aſtu Punico. i. fraude, & verſutia Pœnis propria, & honorauit. i. eos honorifica affecit ſepultura, māſuetudine Romana. i. Romanis digna. eisq; cōſueta. Vos quoq; ò Paule, Gracche, & Marcelle appoſitoriæ vmbræ. i. reliquiæ animarum corpus ſequentium, aut manes fortes, & piæ, quia pro patria fortiter corporibus caruitæ, fortitæ (ſunt qui legant fortiti, vt ad rem non ad vocem reſpiciatur, ſed quia additur collapſæ, verior eſt lectio fortitæ). i. ſorte quadam nactæ exequias non pœnitendas, quia glorioſas. [Nam vt]. i. quemadmodum optabilius ſupp. fuiſſetis collapſæ ſo patria, ita collapſæ ſpecioſius pro patria recuperaſtis. Virtute decus. i. honorem ſupremi officij, id eſt, exequiarū, amiſſum infelicitate, ſcilicet cadendi per fraudem hoſtilem.

DE GRATIS. CAP. II.

GRATAS vero animi ſignificationes, & ingrata facta libuit oculis ſubijcere, vt vitio, ac virtuti iuſta merces, æſtimationis ipſa cōparatione accederet. Sed quoniam contrario propoſito ſeſe diſtinxerunt, noſtro quoq; ſtylo ſeparentur: prioremq; locum obtineat, qui laudem, quàm qui reprehenſionem merentur.

Oliv. Gratitudo mater omnium virtutum.

GRATAS vero animi ſignificationes] De gratitudine dicturus, eam in cōparationem cum ingratitudine, aducturum eſſe pollicetur, vt ſua vtrique æſtimationis merces hoc. ſ. laus illi vituperatio, rependatur. Cic. de gratitudine in oratione pro Planco, hæc vna inquit virtus eſt non ſolum maxima, ſed etiam mater virtutum omnium reliquarum, quid eſt pietas, niſi voluntas grata in parentes? qui ſunt boni ciues, qui belli, qui domi de patria bene merentes, niſi qui patriæ beneficia meminerunt, qui ſancti, qui religionem colentes, niſi qui meritam Dijs immortalibus gratiam iuſtis honoribus, & memori mentem perſoluunt, quæ poteſt eſſe vitæ iocunditas, ſublatis amicis, quæ porro amicitia poteſt eſſe in integratos, quis noſtrū eſt liberaliter educatus cui non educatores cui non magiſtri ſui, atque Doctores, cui non locus, ille ipſe mutus, vbi alitus, vbi doctus eſt, grata recordationa in mente verſat, cuius opes eſſe tantæ poſſunt, aut vnquam fuerunt, quæ ſine multorū amicorum officiis ſtare poſſint, equidem nihil tam proprium hominis exiſtimo, quam non beneficio modo, ſed etiam beneuolentiæ ſignificatione alligari. Nihil porro tam inhumanum, tam immane ferreum, quā committere, vt beneficio nō dicam indignus, ſed victus eſſe videare. Item Cic. in officiis ſic ait, beneficio prouocati debemus agros fertiles imitari, qui multo plus afferūt, quā acceperint, rurſus alio loco, cui referri gratia tanta non poteſt, quāta debet, habēda tñ tāta eſt, quāta animi noſtri capere poſſunt, multis aliis quoque locis Cic. hanc gratitudinis virtutem laudibus effert. [Gratas ergo ſignificationes] Ideo dixit Valer. Quia etiam ſi non reddimus beneficium, & animus ſit voluntarius, & in promerendo ardētiſſimus ſufficere debet. [In comparatione.] Vt cum hinc virtus, inde vitium poſitum fuerit cognoſcatur illius laus, & huius vituperatio. [Contrario propoſito.] Quia virtus, & vitium contraria ſunt. [Priorem locum] A digniori & præſtantiori ſummamus exordium.

GRatas vero, &c.] Auſpicatur narrationem de gratis dicens. [Libuit]. ſ. mihi ſubijcere oculis. ſ. lecturorum hæc ſcripta, ſignificationes gratas animi pro grati animi, & facta ingrata, vt iuſta merces æſtimationis. i. appreciationis accederet vitio, ac virtuti (dixiſſem virtuti, & vitio, eo q̄ honeſtius præferri in ſolet prius de virtute dictum eſt, ſed auctor vt opinor, nō nunc hæc nunc illa præponit, vt ſignificet ſe maxime loqui voluiſſe, niſi aliquid obſtitiſſet) ipſa cōparatione, quæ fit per collationē, & compoſitionem rerum cōparādarum, & ita miſtim de his loqui voluiſſet. [Sed qm̄] Grati ſup. & ingrati, diſtinxerūt ſeſe ꝓpoſito contrario ſup. ſeparentur quoque ſtylo noſtro, & ſup. ij, qui merētur laudem, obtineant priorem locum, quā q. ſup. merentur reprehenſionem. i. grati dicantur priuſquam ingrati. Ascen.

DE MARTIO CORIOLANO.

*ATQVE * vt à publicis actis ordiar, Martium patriam oppugnare conantem. admotoq; portis vrbis ingenti Volſcorum exercitu, funus, ac tenebras Romano imperio minitantem, Veturia mater, ac Volumnia vxor, nefarium opus exequi precibus ſuis paſſæ non ſunt, in quarum honorem Senatus matronarum ordinem benignissimus decretis adornauit: * ſanxit nanque, vt fœminis ſemita viri crederent, confeſſus plus ſalutis Reipub. in ſtola, quàm in armis fuiſſe vetuſtisq; aurium inſignibus nouum vitæ diſcrimen adiecit, permiſit quoque his purpurea veſte, & aureis vti ſegmentis, ſuper hoc ædem & * arā fortunæ muliebri eo loco, quo Coriolanus exoratus fuerat, faciendam curauit, memorem beneficij animum ſuum exquiſita religionis cultu teſtando. Quem ſecundi etiam belli Punici tempore exhibuit: cum enim à Fuluio Capua obſideretur, * ac duæ Campanæ mulieres beneuolentiam erga Romanos dimittere ex animis noluiſſent, Veſtia Opidia materfamilias, & Cluuia Facula meretrix, quarum altera quotidie pro ſalute noſtri exercitus ſacrificauit, altera captis militibus Romanorum alimenta ſubminiſtrare non deſtitit, vrbe illa oppreſſa, ſenatus, ijs, & libertatem, & bona reſtituit, & ſi quid amplius præmij petiſſent, libenter ſe daturum aſſeuerauit: vacaſſe in tanto gaudio P. R. duabus humilibus fœminis: referre gratiam, nedum præ ſe tuliſſe mirandum.*

* Hiſtoria eſt apud Liu. lib. 2.

* Hoc cōceſſum Sabinis ſcr. Plutar. in Romulo.

* De ara cōſentiūt ſcriptores

* Liu. lib. 27. vbi Veſtia oppia ſcribitur.

ATQVE vt à publicis actis ordiar] Cum annonæ charitas vrbem inceſſiſſet, ſenatus frumentatum in peregrinas regiones legatos dimiſit, qui cum frumenti copiam aduexiſſent. Cn. Marc. Coriolanus plebei ſemper infenſus, cenſebat non prius diuidendum inter plebem eſſe frumentum, quam per ſeceſſionem vſurpata iura reſtituiſſent à partibus, quamobrē ira plebis in exilium actus, ad Volſcos profectus, paulo poſt bellum intulit patriæ, quæ cum ab eo graui obſidione premeretur nulla alia ratione, quam mulierum beneficio liberari potuit, vt diximus in cap. de miraculis, & latius dicturi ſumus in cap. de pietate, quare ſenatus gratum animum gerens, multis honoribus matronas honeſtarunt, nam vt inquit Liuius, non inuiderunt laudes ſuas mulieribus viri Romani, adeo ſine obtrectatione alienæ gloriæ viuebatur, tunc. n. primum ſancitum fuit, vt mulieribus de via cederetur, vt in auribus aureis, vt purpurea veſte, vt aureis ſegmentis, vt nouo vitæ diſcrimine vterentur, monimento quoque q̄ eſſet templum muliebri fortunæ ædificatum, dedicatumq; fuit. [In quarū honorem] Ecce Pop. Rom. gratitudinem. [Sanxit] Firmauit, & hinc ſciri poteſt, vnde orta ſit conſuetudo cedendi de via mulieribus. [In ſtola] Sicut toga virorum, ita ſtola muliarum. [Inſignibus aurium] Sicut annulis ex auribus pendentibus, qui & inaures dicuntur, nam Oliv.

ioaures

inaures ſunt aurium ornamenta. [Segmentis] Ornamentis, nã ſegmenta dicuntur redimicula mulierum verſicolora, quibus vtuntur ad capitis ornamentum, ſunt etiam, qui dicant ſegmẽta eſſe faſciculas, quibus inuoluũtur infantes, vnde Iuuen. Et ſegmentatus dormiſſet paruula cunis. Segmenta vero ſunt faſciæ, quibus circundatur caput, i. redimicula mulierum nobilium, inde ſegmentatus ornatus, & inſtructus. Segmentũ etiam dicitur monile à collo in pectus deſcendens. Segmẽta zonis quibuſdam quaſi pertuſamentis ornata, nam particulas cuiuſque materiæ abſciſſas præſagmina vocant. Sunt etiam, qui dicant ſegmenta eſſe circulos quos, græci paralellos appellant. [Exortatus] Perſuaſus, ve petita cocederet. [Quem ſecũdi etiam belli] Cum enim à Fuluio Capua, cum recepta Capua, ſumptoq; ſupplicio de Senatu Campano, relatum eſſet in ſenatu, quid iã videretur de his faciendum, qui per municipia in cuſtodias diſtributi fuerant, nam à Q Flac. Rom. ducti veniam petebãt, & miſericordiam implorabant. M. Attil. cuius ex his, qui apud Capuam fuerant, maxima erat auctoritas, interrogatus ſententiã ita reſpondit, in conſilio, inquit arbitror me fuiſſe, cum conſulibus Capua captatum quæreretur, qui Campanorum benemeritus de rep. noſtra eſſet, duas mulieres cõpertum eſt, Veſtiam Oppiam Attellanam Capuæ habitantem, & Faculam Cluuia, quæ quondam quæſtum corpore feciſſet. illam quotidie ſacrificaſſe pro ſalute, & victoria Pop. Rom. hanc captiuis ẽgentibus alimẽta clam ſuppeditaſſe, cæterorum omnium Campanorum eundem erga nos animum, quem Carth. fuiſſe quare ſenatus cenſuit Oppiæ, Cluuiæq; primum bona, ac libertatem reſtitui, ſiqua alia præmia à ſenatu petere vellent. Romam eas venire. Campanis in ſingulas familias decreta facta quæ hoc loco non opus eſt enumerare. [Libertatem] Quia iure belli venerant in ſeruitutem. [Amplius] Præter captiuitutẽ, & bona. [Nedum] multo maius ita oſtendiſſe.

Ascen. Atque vt à publicis, &c.] Primum itaque exemplum gratorum eſt ipſius ſenatus in matronas Romanas occaſione M. Coriolani, non ipſius Martii, qui pius in matrem fuit potius quam gratus. Ordo eſt. Atque, vt odiar. ſ. narrationem gratorũ ab actis publicis, ſ. totius ſenatus. [Veturia mater]. ſ. M. Coriolani & Volumnia vxor. ſ. eiuſdem, non ſunt paſſæ. i. non ſuſtinuerunt, aut non permiſerunt, M. Coriolanum conantem oppugnare patriam ſcilicet ſuam Romam, videlicet, & minitantẽ imperio Rom. funus, ac tenebras. i. excidium, & ſummam deſolationem, & hoc ingenti exercitu Volſcorum admoto portis vrbis, non ſunt inquam paſſæ. i. impediuerunt precibus ſuis ipſum exequi opus neſarium, in quarum. ſ. matris, & vxoris Coriolani honorem, ſenatus adornauit. i. decorauit ordinem matronarum decretis benigniſſimis, Nanque pro quia, ſanxit, vt viri cederent fœminis ſemita. i. devia, confeſſus. ſ. per hoc decretum, plus ſalutis reip. fuiſſe in ſtola. i. veſte matronarũ. i. precibus earum, q̃ in armis. ſ. virorũ, & adiecit vetuſtis inſignibus aurium. i. priuilegio veteri, quo licebat matronis inaures habere, nouum diſcrimen. i. diſcerniculum vitæ. i. ornamenti in capite (qui vitæ legunt videant) quid vita cum in auribus cõgruat, & permiſit quoque. i. etiam, his. ſ. matronis. [Vti veſte purpurea, & ſegmentis] i. ornamentis colli aureis. i. ex auro, quaſi in ſquammas ſecto, vnde ſegmenti nomẽ, & curauit ſuper hoc. i. vltra hoc munus, ædem, & aram faciendam fortunæ muliebri, eo loco quo Coriolanus fuerat exoratus, teſtando. i. probando animum ſuum, memorem beneficii cultu. i. per cultum aptum religionis exquiſitæ. i. accuratiſſimæ inuentæ, & obſeruatæ. [Quem]. ſ. animum memorem beneficii, ſenatus exhibuit etiã tempore ſecundi bel. pun. [Cum enim Capua] Vrbs primaria Campaniæ obſideretur à Ful. ſ. Flac. ac duæ mulieres campanę, ſeu Capuanæ, videlicet Veſtia Opidia ſeu (vt alii legunt;) Oppia, materfamilias. ſ. honeſta, & Clunia (apud alios legitur Fluuia non Clunia) faculas meretrix, noluiſſent dimittere ex animis. ſ. ſuis, beneuolentiam erga Rom. quarum. ſ. mulierum, altera. ſ. materfamilias ſacrificauit quotidie pro ſalute exercitus noſtri. i. R. altera. ſ. meretrix nõ deſtitit ſubminiſtrare militib. id eſt, ſtipendiariis Rom. captis, ſeu captiuis, alimẽta. ſ. corporũ. vrbe illa oppreſſa. i. vi capta ſenatus reſtituit iis. ſ. duab. mulieribus, & libertatem, & bona, & aſſeuerauit ſe daturũ libẽter, ſi petiiſſent quid. i. aliquid amplius præmii. Mirãdum eſt (inquit auctor) Patres conſcriptos vacaſſe. i. quaſi curis cęteris vacuos intentos fuiſſe in tanto gaudio. ſ. de recepta Capua concepto, referre ꝙ plus eſt, nedum. i. ne ſolum dicam præ ſe tuliſſe. i. quibuſdam indiciis ſignificaſſe, duabus fœminis humilibus. i. abiectæ conditionis, gratiam. i. remunerationem.

Theo. Segmentis] Seru. ait eſſe gutturis ornamẽtum, ꝙ alio nomine monile, dr, Apollinaris etiã Sidonius illam ſaranis, ignit ebriam ſuccis, inter crepitantia ſegmẽta palmatã contenuſtauit. Iuu. Segmẽta, & lõgos habitus. Plin. hiſt. nat. 7. Plura ſunt ſegmẽta mũdi, q̃ noſtri circulos appellauere, Græci paralellos.

DE IVVENTVTE ROMANA.

*Qvid illa quoque iuuentute Romana gratius? quę * Quintio, & Minutio Coſſ. vltro omina ſua militari ſacramẽto obtulit, vt Tuſculanis, quorum fines * Equiculi occupauerant, præſidium ferrent, quia paucis ante menſibus conſtantiſſime & fortiſſime imperium Romani populi defenderant. Ergo quod auditu nouum eſt, ne patriæ grata volũtas ceſſaſſe videretur, exercitus ſe ipſe conſcripſit.*

* Romulio & Veturio cos. Liu. li. 3. & Dio. li. 10.

* Aequi ab aliis dicuntur.

Oliv. Qvid illa quoque] Appius quidam Herdonius Sabinus cũ multitudine exulum, & ſeruorum ad quatuor millia clã vrbem ingreſſus, occiſis cuſtodibus. Capitolium occupauit, & ſeruos omnes de Capitolio ad libertatem conuocabat, Rom. ea re tam ſubita, & improuiſa perculſi, quo ſe verterent incerti erant, Tuſcul. fama ipſa cum audiſſent, quo in periculo forte reſp. Romana vltra Romam parato exercitu venerunt, & R. ipſis in re tam periculoſa cunctantibus conſulẽ ipſi armati ſecuti ſunt in Capitolium, deinde erubeſcentes Rom. & ipſi ſumptis armis, & in Capitolium facto concurſu, Herdonium occiderunt poſt aliquot deinde tempus cum equiculi Tuſ. fines inuaſiſſent R. memores accepti iam beneficii, Tuſ. opem vltro ferendam, gratiamq; reddendam eſſe cenſuerunt. Itaque conſules cum exercitum ſcriberent, vocarentq; qui hanc militiam gerere vellent, illis vniuerſa iuuentus non vltro ſolum, ſed cũ quadam etiam animorũ alacritate ſe obtulere, & ad tuendos de ſe tam benemeritos ſocios profecti ſunt, ꝙ magnum fuit Romanæ iuuentutis grati animi ſignum. [Defenderant] Expellendo ſeruos de Capitolio. [Ceſtaſſe] Defuiſſe.

Ascen. Qvid illa] Affert poſt gratitudinem ſenatus, gratitudinem iuuentuti Roma. ſub Q. & Minutius conſulibus erga Tuſc. non autem gratitudinem Q. & Minutii. Quó circa quia titulo ſæpiſſime inepti ſunt, liquet non ab auctore quouis perito præpoſitos, ſed à ſciolis duas primas lineas legiſſe ſubinde cõtentis. Emẽdauimus ergo tum hic, tum ſæpe alibi. Ordo aũt eſt. Quid ſup. eſt gratius illa quoq; iuuentute Rom. i. multitudine iuuenum Rom. quæ obtulit vltro. i. nõ coacta, Q. & Minutio cõſulibus. i. cum illi eſſent conſules, militari ſacro. i. aſcriptioni militiæ iuſtæ gerendæ ſub iuramento, nomina. ſ. ſua conſcribẽda. [Vt ferrent præſidium]. i. auxiliũ Tuſc. ſ. populis vicinis Romæ, quorũ fines. i. limites ditionis. [Equiculi]. i. illi populi vicini illis occupauerant, ideo aũt obtulit noia ſua, quia Tuſculani defenderãt paucis mẽſib. ante, cõſtantiſſime, & fortiſſime imperium P. R. ſ. cõtra ſeruos, & Herdonium Capitoliũ occupãtes. [Ergo ꝙ nouum eſt auditu] i. dum auditur, ne grata voluntas patriæ videretur ceſſaſſe, exercitus ipſe cõſcripſit ſe.

DE POPVLO ROMANO.

*Magnvm * grati P. R. ſpecimen in Q. Fabio Maximo enituit: Nam cum quinq; conſularibus ſalubriter reip. adminiſtratis deceſſiſſet, certatim æs cõtulit, quo maior, ac ſpecioſior eius funeris pompa duceretur, eleuet aliquis præmia virtutis, cum animaduertat fortes viros felicius ſepeliri, quam viuere ignauos.*

*Plu. in vita Fabii.

Oliv. Magnvm grati populi ſpecimẽ] Minutium magiſtrum equitum, Fab. Maximo dictatori æquatũ imperio fuiſſe, diximus in cap. de conſtantia. Minutius igitur alternis cum Fabio diebus imperare volebat, vel etiam ſi maiora placerent interualla, partitis temporibus alternis ſummũ ius, & imperiũ eſſet, ꝙ nequaquã è rep. exiſtimauit Fabius, vt milites ſui in alterius poteſtatem, & ſumma rerũ in hominis temerarii manibus poſita foret. Itaq, partitis copiis caſtra diuiſerũt, ꝙ Hannibali duplex gaudiũ fuerat, & ꝙ Minutii temeritatẽ liberam factam eſſe videbat, & Fabii prudentiã viribus diminutã, miſit igitur milites quoſdã ad tumulũ capiẽdũ, qui medius erat inter vtraque caſtra, magis laceſſendæ pugnæ, q̃ tumuli capiendi gratia.

Minutius æquatus Fabio.

nam

nam locauerat alios in inſidiis, & cõſerto prœlio, cum vtrũq; totis viribus certaretur, ex inſidiis orti milites cum ingenti clamore tñ, terrorem intulere Romanis, vt nec animus ad pugnã nec ad fugam ſpes cuiquam ſupereſſet, tum Fab. audito pauentiũ clamore non celerius, inquit ꝙ timui deprehendit fortuna temeritatem, ſed obiurgandi non eſt tempus, ſed laborantib. ſuccurrendi. Ita inſtructa acie, de vertice mõtis in hoſtes impetum fecit, ſuos ab effuſa fuga reuocauit, aciem reſtituit, hoſtes profligauit, & victoriam prope partam, ex eorũ manibus extorſit, ciues ſuos & imperatorẽ partim à cede, partim à captiuitate liberauit. pro cuius beneficii referenda gratia, Minutius Fab. parentẽ ſemper appellauit, exercitus cõmilitones quorum opera ſeruati fuerant, patronũ vocauerunt. Hannib. quoq; ex acie diſcedentem, dixiſſe ferunt, tantã eam nubẽ, quę ſederet in iugis montium ſollicitatam procellæ imbrem dediſſe. [Specimen] Experimentum [Contulit] ſ. P. R. ad honeſtãdum, & illuſtrandum eius funus, ꝙ profecto magnum fuit gratitudinis ſignum, quem viuũ multis honoribus honeſtaſſent, eundem mortuum de ſe optime meritũ ſua impenſa augendo funeris põpam ingẽti gloria decorarent. [Eleuet] Minuat, trãslatio ſumpta à cumulo, de quo quantu plus eleuaueris, tanto magis diminues. Perſius. Num ſi quid turbida Rom eleuet accedes. Sunt qui dicant de duobus Fabiis intelligi, Maximo. ſ. & Rut. quorum vterque conſul quinquies fuiſſe traditur, & alter bel. Pun. a. alter bello gallico, nam Rutilianus gallo bel. collega fuit eius Decii, q pátris exẽplum imitatus, deuouit ſe pro legionibus Romanis, & in Rutiliã funere volunt P. R. ęra contuliſſe ad honorẽ ſepulturam, ego vero de vno tñ, & Max. Valerium ſenſiſſe arbitror.

Ascen. Magnum ſpecimẽ]. i. approbamentũ euidens P. R. grati. i. de ingratitudine P. R. enituit in Q. Fab Max nõ ꝙ Q. ille fuerit gratus, ſed P. R. in eũ. Nam eum. ſ. Fab. Max. deceſſiſſet i. mortuus, eſſet quinque conſulatibus adminiſtratis ſalubriter reip. i. cum ſalute reip. Pop. ſup. R. [Cõtulit æs]. i. ſignatum certatim. i. cũ certamine, quis plus conferret quo. i. ideo vt, aut quo ære, pompa funeris eius duceretur maior, ac ſpecioſior. Eleuet aliquis (figurata iuſſio, quæ prohibẽdi vim habet). i. veniat aliquis qui imminuat. i. vilipendat præmia virtutis, q. d. ſtulte acturum cũ animaduertat. i. conſideret viros fortes, qualit erat Fab. Max. ſepeliri felicius, quàm ignauos viuere.

DE MINVTIO MAGISTRO EQVITVM.

* Liu. lib. 22.

*FABIO * autem etiam incolumi ſumma cum gloria gratia relata eſt: dictatori enim magiſter equitũ Minutius ſcito plebis, quod nunquam antea factum fuerat, æquatus, partito exercitu ſeparatim * in Samnio cum Hannibale conflixerat, vbi temere initio certamine peſtiferum habiturus exitum * ſubſidio Fabij conſeruatus, & ipſe eum patrem appellauit, & à legionibus ſuis patronum ſalutari voluit, ac depoſito ęqualis imperij iugo, magiſterium equitum, ſicut par erat, dictaturæ ſubiecit, imprudentisque vulgi errorem gratæ mentis ſignificatione correxit.*

* In agro Larinati, inqt Liu. Pauli milites patroni ſalutati, ait Liu.

Oliv. FABIO etiam incolumi] Nõ ſolum, inquit mortuo Fabio, ſed etiam viuo ſecundi Pun. bel. tempore populus ſe gratũ exhibuit. Cum. n. dictator ille in Samnio contra Hann. Miſſus, more ſuo bellum protraheret, ne reip. ſtatum in diſcrimine ſiſteret, Min. magiſter equitum adoleſcens feruore quodã mẽtis prouectus, dixit Fabium producere bellum, quo in eo magiſtratu diutius permaneret, ꝙ ſi ſibi daretur poteſtas dimicandi ſe paulo poſt Hann. debellaturũ aſſeuerauit, & quod virtuti Fabii attribui debuerat ipſe Minut. ambitioni aſſignabat, verba illa exercitus primo excepit, deinde ad Senatũ delata ſunt, populus iã tædio affectus, ꝙ Hann. tãdiu in Italia verſaretur, magiſtrum equitũ dictatori adæquauit, diuiſis itaq; exercitib. Minut. data occaſione pugnã cum Han. iniit, & cũ in eo eſſet, vt ipſe cũ ſuis deleretur, Fabius è monte ſpeculatus infelicem rei euentum, Minutiũ cum exercitu è faucibus Pœnorũ eripuit, ferunt tum hæc verba Hann. emiſiſſe verebar equidẽ, ne nebula illa iam diu plueret, poſtero die Minut. ſupplex ad Fabiũ venit patrẽ illum appellauit, militesq; ſuos patronũ ſalutare coegit, ſe etiam ſicuti dignum erat dictatori ſummiſit, quæ res Po. R. gratiſſima fuit. [Scito plebis] decreto plebis, quæ facile in contraria inclinat. [Peſtiferum] Calamitoſum exitium. [Depoſito iugo] Depoſita paritate, nam ita vterq; exercitũ ducebat, ſicuti duo boues iugũ vnũ trahũt. [Vulgi] Gratitudine. n. ſua refellit id quod plebs temeritate fecerat, vt dictatori magiſter eqtũ equaretur. [Significatione gratę mẽtis]. i. inditio gratitudinis.

Ascen. FAbio autem] Affert etiam exẽplum gratitudinis magiſtri equitum, & legionum in eundem Fabium dicens. Autẽ pro ſed, gratia relata eſt cum ſumma gloria, Fabio. ſ. Max. etiam incolumi. i. adhuc viuenti. Enim pro quia, Minut. magiſter equitũ æquatus dictatori Fabio, Scito plebis. i. plebiſcito ſuper hoc facto, quod nunquam factũ fuerat antea. ſ. vt magiſter equitum æquaretur in poteſtate dictatori, cõflixerat. ſ. Minut. cum Han. in Sãnio. i. Samnitum territorio ſeparatim. ſ. à dictatore. i. ſine eo, & eius copiis, & hoc exercitu partito. i. i duas partes diuiſo vbi. i. in quo conflictu, aut loco certamine inito, temere, inconſulte habiturus. i. qui habiturus fuiſſet exitũ peſtiferum. i. perniciosũ multis, cõſeruatus ſubſidio. i. auxilio acceſſorio Fabii. ſ. dictatoris, & . i. ſimul ipſe Minut. appellauit eum. ſ. Fabiũ dictatorem, patrẽ. ſ. ſuum, & voluit eum ſalutari à legionib. ſuis patronum. i. donatorem libertatis, cum in ſeruitutẽ fuiſſent redigendæ. Pulchre aũt diſtinguit, vt pater ſit magiſtro equitũ, qui illi vitam debebat, nã veroſimile eſt eum occũbere maluiſſe, ꝙ capi, militibus aũt patronus, qui illi libertatem ſuam debebãt, ac iugo. i. onere graui imperii. ſ. æquati, depoſito (Quam rem argute declarat Oliu. dicẽs, ideo iugũ ab auctorem vocatũ, ꝙ cum æquatũ eſſet illis imperium æquatũ ẽt erat onus dirigendi, & ſeruãdi exercitus, ſicut bobus ad vnũ iugũ alligatis equale incũbit onus, aut propellendi, aut trahẽdi carpẽti, ſeu aratri) ſubiecit ſicut par. i. æquũ erat dictaturæ magiſteriũ equitum, & correxit ſignione mẽtis gratę. i. animi grati errorẽ vulgi imprudentis, vel qui iuſſerat. ſ. per imprudentiã imperium illi ęquari.

DE TERENTIO CVLEONE.

*TAM * hercle probabiliter, quàm Quintius Terentius Culeo prætoria familia natus, & inter paucos ſenatorij ſplendidus ordinis, optimo exemplo Africani ſuperioris currum triumphantis, quia captus à Carthaginienſibus, ab eo fuerat recuperatus, pileum capite gerens, ſecutus eſt: auctori enim libertatis ſuæ tanquam patrono accepti beneficij confeſſionem, ſpectante P. R. merito reddidit.* * Liu. lib. 36. & 38.

Oliv. TAm hercle probabiliter] Sicut Minut. Fabium ſic Q. Terẽt. Culeo Scip. Afric. ſuperiorem patronum appellauit, eumq; triũphantẽ ſecutus eſt pileo capite impoſito. omniq; deinde vita, vt dignũ erat libertatis auctorẽ coluit, ꝙ deuicta Carthagine illum captiuum redemerit in triumphũ duxerit, & libertate donauerit. Liu. in fine ſecundi Pun. bel. Carth. inqt naues longas elephantos profugas, fugitiuos, captiuos, captiuorum quatuor millia tradiderunt inter quos Q. Ter. culeo ſenator fuit. Item paulo infra ſecutus Scip. triumphantem fuit pileum capiti impoſito Q. Terẽt. Culeo, omniq; deinde vita vt dignum erat libertatis auctorem coluit Africanũ. Inter quos, quia pauci erant, qui ipſum dignitate adæquarent. [Pileũ capite gerens] Pileum gerere ſignũ erat fuiſſe libertate donatum. ſignificabant. n. ſe virtute Scip. tempeſtatem ſeruitutis euaſiſſe.

Ascen. TAm hercle] Affert gratitudinem Terent. Culeonis, hominis ſenatorii ordinis in Afric. maiorẽ liberatorem ſuum, aut ſui, Cuius (vt nunc multi opinantur) nominis ſimilitudine decepti ſunt, qui Terent. comicum inducunt de ſe dicentẽ, Rom. ducibus bellica præda fuit cum tñ illum Afrum prædicent, cum hic ſit Rom. & quód ad errorem facit, cum etiam comicus ille Rom. conuincatur Cic. teſtimonio. Sed hoc alibi. Ordo hic eſt. Her. i. per Herculem, aut Herc. me ita iudicãte, vt vèrum dico Minut. ſup. egit tam probabiliter, qui Q. Teren. Culeo, natus familia prætoria. i. prætoris functa, & ſplẽdidus inter paucos, q. d. inter primos ordinis ſenatorii, ſecutus eſt optimo exẽplo. ſ. gratitudinis, currũ Afric. ſ. Scip. ſuperioris. i. maioris triumphantis. ſ. de Carth. gerens pileum capite, tanquam libertate donatus, quia captus à Carth. & ita eorum ſeruus factus, fuerat recuperatus. i. receptus ab eo. ſ. Scip. capta, & tributaria iam facta Carth. vnde quaſi poſtlimio in patriam, libertatẽq; redibat. ſed quia eam Scipio acceptã tulit, tãquã libertus eius, pileum accepit, de quo more, & eius ratione hoc habeto. Bello captus, iure belli capientis ſeruus erat, ſic dictus, ꝙ cum occidi poſſet ſeruatus eſt, deinceps aũt domino ſeruiebat, nil pręter

victum

victum tenuem, & amictū exiguū ab eo expectaturus, ne alio fere coopeꝛimento capitis, q̄ capillis vtens, à quo cū libertate donaretur,raſo capite (quod Plautinus innuit ſeruus)vt ab ingenuis differret,pileū accipiebat,mediam videlicet inniēs cōditionem inter ſeruilē, & ingenuam, nam libertinus factus poterat ob ingratitudinē in ſeruitutem reuocari, q̄ reuocationē nō iniquam eſſe,vt docere parabola dominica de ſeruo nequā, cui omne debitum dimiſſum erat)Sed ad ordinē reuertor, reddidit enim auctori libertatis ſuæ,videlicet Scip.confeſſionē beneficij accepti tanquam patrono,& id P.R.ſpectante.

DE PHLIPPO REGE, ET DE FLAMINIO.

* Liu.lib. 34.nō poſuit numerum, ſed Plutar. in vita 1200. ait fuiſſe.

*AT * Flaminij de Philippo rege triumphantis currum nō vnus, ſed duo millia ciuium Romanorum pileata comitata ſunt,quæ his Punicis bellis intercepta & in Græcia ſeruientia cura ſua collecta, in priſtinum gradum reſtituerat: geminum ea re decus imperatoris, à quo ſimul & deuicti hoſtes, & cōſeruati ciues ſpectaculum patriæ præbuerunt. Illorum quoq; ſalus dupliciter omnibus accepta fuit:& quia tā multi,& quia tam grati exoptatum libertatis ſtatum recuperarunt.*

OLIV.

AT Flaminij de Philippo] Phil.rex Maced. ſecūdo pun.bel. cum Carth.conſenſit,& bellū Rom. intulit, vbi per varius caſus multa Rom.ciuium capita cœpit,quæ deinde Q. Fl.virtute & felicitate recuperata eius triumphantis currum pileata ſequi voluerūt, qui quidem triumphus nō minus glorioſus ob ſuperatos hoſtes,q̄ liberatos ciues Flaminio fuiſſe videtur.[Geminum ex ea re decus] Duplicem laudem, & gloriam Flaminius ex hac victoria conſecutus eſt, alteram ꝙ hoſtes ſuperauit,alteram ꝙ ciues ſeruauit.

ASCAN.

AT].i.ſed non vnus,ſ.duntaxat,ſed 2.mil. ciuiū Rom.comitata ſunt pileata currum Flaminii triūphātis de Philip.rege.i.Maced.quæ.ſ.ij.mil.ciuium, intercepta.i.eſt per inſidias, aut dolo capta bel.Pun.i.Cart.& ſeruiētia in Græcia, is.ſ.Fla. reſtituerat in priſtinū gradum.i.libertatem priorem, collecta, cura ſua.ſ.Flam.[Geminū] Decus ſup.fuit imperatori ex ea re (ſic Oliu.legit,& nō pauci alii, inuenitur tñ ſic ſcriptū. Geminarunt ea imperatori decus,vt ſit ea. ſ.millia ciuiū geminarunt. i. duplicauerunt imperatori decus) à quo. ſ.imperatore, &.i.ſimul hoſtes deuicti,& ciues cōſeruati,præbuerūt patriæ.i. P R.ſpectaculum,i.rem aſpectu lætam. Et ſalus illorū, ſ.ciuiū liberatorum,fuit quoque accepta omnibus dupliciter,i. duab. de cauſis,& quia tam multi ſup.erant,& quia tam grati (vt ſe anquam libertos gererent liberatoris) recuperauerant exoptatum ſtatum libertatis,qua mortalibus nihil dulcius.

DE METELLO PIO.

* Cic.pro Cn. Plantio.

*METELLVS * vero Pius pertinaci erga patrem exulem amore, tam clarū lacrymis, quàm alius victorijs cognomen aſſecutus, non dubitauit Cōſ. pro Q. Callidio præturæ candidato ſupplicare populo, quòd trib.pl. legem, qua pater in ciuitatem reſtitueretur,tulerat: quin etiam patronum eum domus, & familiæ ſuæ ſemper dictitauit. Nec hac re de principatu, quem proculdubio obtinebat, quidquā * decerpſit,quia non humili, ſed grato animo longe inferioris hominis maximo merito eximiam ſubmittebat dignitatem.*

* deceſſit.

OLIV. Metelli gratitudo in Callidium.

METELLVS vero Pius] Hic eius Metelli filius fuit, qui Iugurtham primus dare terga coegit, vt diximus in cap. de diſciplina militari.Numidicus dictus eſt, quia vt in cap.de conſtantia diximus,maluit in exilium proficiſci, quā in Saturnini leges iurare,filius ergo Pius ideo cognominatus, ꝙ exiliū patris lacrymis proſecutus, non prius deſtitit apud populum, & tribunos ſuppliciter agere,vt pater reuocaretur in patriam, quod à Q.Callidio trib.pl.obtinuit,ut lata lege, reſtitueretur, quo beneficio prouocatus,ea gratitudine vſus eſt, vt illum tanquam domus, & familiæ ſuæ patronum multis bonis locupletauerit,& in petitione præturæ,cum conſul eſſet, pro illo ſupplicare populo non erubuit.Solinus in cap.de homine,pietatis, inquit documentum nobilius quidem in Metellorum domo effulſit,fuerunt aūt Metelli viri clariſſimi quatuor,Maced.Numid. Creticus,& hic Pius qui aduerſus Ariſtonicum miſſus,illum bello ſuperauit.

ASCAN.

METellus vero Pius pertinaci.i.perſeueranti, & infrangibili amore erga patrem. i. Metellū Numidicū exulem aſſecutus eſt tam clarū cognomen (dicerem agnomen) lacrymis.ſ. pro patris reditu effuſis, quā, i.quātum clarum nomen alii ſupaſſecuti ſunt victorijs, non dubitauit conſul. i.cum eſſet conſul,ſupplicare populo pro Q.Callidio prætore candidato. i.petente in candido habitu præturā,ideo aūt pro eo ſupplicauit, ꝙ ipſe trib.pl.i.cum eſſet trib.pleb.tulerat legem, qua pater,ſ. Metelli Pij,vtpote Metellus Numidicus, reſtitueretur in ciuitatem. Quinetiam.i.inſuper dictitauit.i.dixit ſemper eum.ſ.hominem plebeium Callidium,patronum domus & familiæ ſuæ, ſcilicet Met. Nec decerpſit.i.detraxit,aut diminuit, hac de re .i. pp hanc cauſam, ꝙ hominē plebeium ſibi patronum dictitauit,quidquam de principatu. ſ.ſenatorio, quem obtinebat proculdubio,quia ſubmittebat eximiam dignitatem. ſ.domus ſuæ maximo merito hominis inferioris longe, & id animo nō humili.i.abiecto (vnde animaduertat rudior lector humilitatem abiectionem,cum ab humo deriuetur ſonare, neque honori dari,ſed vitio,niſi abuſiue ꝓ modeſtia accipiat. Quia abus* vocabuli tunc minor, aut nullus eſt, cum ad eum refertur,cui ſe humillimum gerere modeſtiæ eſt)ſed animo grato, qui laudandus eſt erga quemcunque benemeritum.

DE C. MARIO.

*NAM * C. quidem Marij non ſolum præcipuus, ſed etiam præpotens gratæ mentis fuit impetus: duas enim Camertium cohortes, mira virtute vim Cimbrorum ſuſtinentes in ipſa acie aduerſus conditionem fœderis ciuitate donauit, quod quidem factum & vere, & egregie excuſauit, dicendo * inter armorum ſtrepitum, verba ſe iuris ciuilis exaudire non potuiſſe. Et ſanè id tempus tunc erat, quo magis defendere, quàm audire leges oportebat.*

* Plut. in vita, & apoph.mille ſcribit fuiſſe.

* Vide Cic.orat. pro Cor. Balbo.

OLIV.

NAM C. quidem Marij] De bello Cimbrorum in cap.de inſtitutis nonnihil tetigimus,& in cap. de pudicitia latius dicturi ſumus, in eo igitur bello Marius Camertinorū ſtrenua opera vſus,ita vt duarum cohortum virtute vim hoſtium non ſolum ſuſtinuerit, verumetiam proſtrauerit, & ingentem victoriā comparauerit, illos poſt victoriam in tantæ uirtutis præmium ciuitate donauit,contra fœderis conditiones,quod cum deinde obijceretur Mario,ſic defendere,& expugnare ſolebat, vt diceret inter armorum ſtrepitus leges, & iura non exaudiri. [Vim Cimbrorū] Cimbri,vt dixi populi ſunt Germaniæ,quos hodie Flamingos dicimus. [Aduerſus cōditiones] Quia fœdus erat.ne Camertini poſſent Rom.Ciuitate donari.Et ſane ad id tempus.Significat maiorem fuiſſe belli terrorem, quàm legum obſeruationem.

ASCAN.

NAm quidem] Impetus mentis gratæ C. Marii non ſolum fuit præcipuus, ſed etiā præpotens.Enim pro quia,ipſe donauit ciuitate ſ.Rom.aduerſus.i.contra conditiones fœderis, ſ. cum Camertibus,ſic dicti,vt ciuitatem non poterent duas cohortes Camertium ſuſtinentes. i. qui ſuſtinuerant mira virtute,vim.ſ.violentiā,aut virtutem Cimbrorum in ipſa acie.Qđ quidē factum Marius excuſauit,&. i. ſimul vere, & egregie dicendo ſe non potuiſſe exaudiri verba iuris ciuilis inter ſtrepitum armorum,q d.tunc potius promittendū,& ſeruandū fuiſſe,ꝙ vtilitas expoſceret,quā ꝙ lex caueret.[Et ſane id]. i.tale tempus tunc erat,quo oportebat manis defendere leges.ſ.cum vrbe à Cimbris,quam audire leges.i. quid verba legis caueret.

DE L. SYLLA.

*CAII Marij * veſtigia vbique L. Sylla certamine laudis ſubſequitur.dictator enim priuato Pompeio & caput adaperuit, & ſella aſſurrexit, & equo deſcendit: eaq; ſe libenter facere in concione prædicauit, memor ab eo duodeuiginti annis nato,partes ſuas exercitu paternò adiutas. Multa inſignia Pompeio, ſed neſcio an hoc quidquam admirabilius contigerit,quòd magnitudine beneficij,ſuimet Syllam obliuiſci coegit.*

* Plut. in Pomp.

LIV. CAIT Marij veſtigia vbique L. Sylla] Pomp. Str. magni Pomp. pater bel ciu. quod geſtum eſt inter Marium, & Syllam, partes Syllanas ſecutus eſt, à quo deinde Pomp via 18. natus annum tribus leginnibus acceptis, tñ ad victoriã momenti Syllæ fuiſſe dicitur, vt poſt id tempus ſemper illum Sylla fuerit veneratus. [C. Marij veſtigia] Quemadmodũ Sylla cum Mario de imperio certauit, ſic & de gratitudinis laude contẽdiſſe videtur, & illum pariter adæquaſſe, nam cum occurriſſet, Pomp. qui tres duces aduerſæ partis ſubegerat, ab ipſo & eius exercitu imperator ſalutatus eſt, cum nondum annum ſecundum & 20. natus eſſet, nec dum in ſenatum admiſſus. [Syllam] Quaſi ſæuum, & arrogantem, emphaſis eſt.

ASCEN. CAij, &c.] I. Sylla ſubſequitur ubiq; veſtigia C. Marii certamine. i. cõtentione laudis, ſ. eiuſdẽ rei. Enim pro quia, ipſe Syl dictator. i. cũ eſſet dictator perpetuus, & illi adoperuit. i. texit Pomp. priua'o, i. nullo tũc magiſtratu fungenti caput, hoc eſt cum Pomp. caput detegeret, ipſo illud adoperuit, & aſſurrexit ſup. ei ſella, i. de ſella currulli. in qua ſedebat, & deſcendit equo, ſ. in quo fuit aduẽtãte Põp. & prædicauit in concione ſe facere libenter ea, memor partes ſuas adiutas exercitũ paterno. i. patris Pomp. ab eo. ſ. Pomp. nato annis dũo de an. i. decẽ & octo. Multa (inquit auctor) inſignia ſup cõtigerũt Pomp. ſed neſcio, an quidquam contigerit Põp. admirabilius hoc. ſ. q coegit Syllã obliuiſci ſui, i. ſuę naturæ ſuperbę, & ferocis, magnitudine. i. ob magnitudinẽ beneficii, ſ. ab eo accepti.

DE LIBITINARIIS.

* In cãpo Martio ſepulti ſunt, Liu. lib. 119.

* Minimi ne proſſus cõtra morẽ donare viderent.

* Quando videtur legendum.

*SIT aliquis in ſummo ſplendore etiam ſordibus gratis locus. M. Cornuto prætore funus * Hirtij, & Panſæ iuſſu Senatus locante, qui tunc libitinam exercebãt, tum rerum ſuarum vſum, tum miniſterium ſuum gratuitum polliciti ſunt, quia ij pro Rep. dimicantes occiderant: perſeuerantque poſtulatione excuderunt vt exequiarum apparatus * Seſtertio nummo ipſis præbentibus adijceretur, quorum laudem adiecta lege conditio auget magis, quam extenuat: * quoniam quidem quæſtum contempſerunt, nulli alij rei, quàm quæſtui viuentes. Pax cinerum ſuorum reges gentium exterarum ſecundum hunc tam contemptum gregem referri ſe patientur: qui aut non attingendus, aut non niſi in vltima parte domeſticorum exemplorum collocandus fuit. Sed dum honeſti actus etiam ab infimis editi, memoria non intercidant, licet ſeparatum locum obtineant, vt nec his adiecti, nec illis prælati videantur.*

OLIV. SIT aliquis] Loquitur de gratitudine eorum, qui non adeo nobiles fuere, ſed humili loco nati, & primo de Pollinctorum gratitudine, qua vſi ſunt in Hircium, & Pãſam Rom. conſules, qui belli ciuili, q aduerſus M. Antonium gerebatur, qui Cæſ. interfectores Brutum, & Caſſium perſequebatur, dum forte Mutinæ obſiderentur fortiter dimicantes, ceciderant, quorum funera non ſolum gratuito ſepulturæ mandarunt, verum etiam adiecto ſeſtertio illorum exequias honorificẽtiores procurarunt. [Sordibus]. ſ. hominibus, ſordidum miniſterium exercentibus. [Libitinam] Ex libitina nunc dicitur. qui libitinãm exercent. i. funeris officium Pollinctores, & Veſpillones appellabantur. [Excuderunt] Quaſi per vim elicuerunt, & extorſerunt. [Pace cinerum ſuorum reges] Ne videatur iniuriã facere regibus, quorum exempla ſequuntur, quaſi ab eis veniam petit, dicit enim cum in ſuperiori exemplum poſuerim, grati animi eorum qui libitinam exercebant, fortaſſe indignabuntur reges, q tam ſordido generi hominum eos ſubiiciam, ſed cur ita faciat, rationem ſubiungit, aut, inquit, mihi prætermittẽdi fuerant, aut extremo domeſticorum exemplorum loco ponendi, ſed prætermittendi nullo modo fuerant, ne virtus etiam in infimis ſua laude careat: ferãt igitur æquo animo regeſ, ſe Pollinctoribus ſubiungi. [Pace cinerum] Sic dicere ſolemus, cum aliquem in dicendo offendimus. [Secundũ] Poſt Ser. Sul. in epiſt. de morte Marcelli, duo vulnera accepiſſe vnum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem. i. poſt aurem, quanquã alii dicunt, iuxta aurem, nam ſecũdum interdum ſignificat iuxta. [Gregem] Pollinctorum. [Actus] Rege factorum.

ASCEN. SIt, &c.] Ordo eſt aliquis locus ſit etiam ſordibus, i. ſordidis & abiectis miniſterii hominibus, gratis, i. dummodo fuerint grati comperti, in ſummo ſplendore, i. inter ſplẽdidiſſimos homines, vnde etiam adducẽs exẽplum dicit. M. Cornuto prætore locante, ſ. promiſſa mercede Pollinctoribus, ſeu libitinariis iuſſu ſenatus, quia ſenatus id iuſſerat, funus Hircii, & Panſæ interfectorũ pro libertate publica, ij ſup. qui exercebant tũc libitinã, i. miniſterium ſepeliendorũ, aut cõburendorũ cadauerũ, polliciti ſunt tum. i. ſimul vſum rerũ ſuarũ. ſ. ad funus pertinentium, tum, i. etiã miniſterium ſuũ gratuitũ, i. ſine mercede, quia hi ſ. Hircius, & Panſa occiderant dimicantes pro rep. & excuderunt, i. artificioſe, quaſi excudẽdo obtinuerũt, aut extuderũt. i. importunis precibus extundendo extorſerũt poſtulatione perſeueranti, vt apparatus exequiarũ addiceret. ſ. ipſis. i. attribueret, ſeſtertio nummum. i. dipondio, & ſemis, cum multo pluris cuſtare deberet, ſed ipſis præbẽtibus. ſ. apparatum gratuitum in reliquis, hoc eſt voluiſſent quidẽ penitus gratis facere funus, ſed quia non licebat, petebãt ut ſeſtertio, i. precio ſeſtertii ſibi adduceretur, vt reliqua facerent impenſis ſuis Alii intelligunt, adijceretur, augeretur ſeſtertio ipſis præbentib. ſup. ipſum, &c. Quorum, ſ. libitinariorum laudem, adiecta lege: ſ. q gratis nõ fieret funus, conditio, i. vilitas ſtatus eorum auget magis, quã extenuat Qm quidẽ ipſi nulli alii rei, q̃ quæſtui, i. lucro viuẽtes, i. finem vitæ cõſtituentes in nullo alio quã in lucello, cõtẽpſerunt, quæſtum. [Pace, &c.] Paraſceue eſt, & tranſitus ad externa, quæ cum ſint nobiliſſimorum hominum, ne videat inepta collocatio, purgat quodammodo talem continuationem dicens, reges gentium exterarum patienter pace cinerum ſuorum, i. cum bona venia à defunctis obtẽta ſe referri. i. narrari, ſecundum, i. ſtatim poſt hunc tam cõceptum gregem, ſ. Pollinctorum, qui, ſ. grex, aut non ſit attingẽdus, aut nonniſi in vltima parte exemplorum domeſticorum collocandus. Sed dum actus honeſti, etiam ſi ſunt æditi ab infimis, nõ intercidãt memoria, licet, i. licitum eſt vt ſupp. obtineant locum ſeparatum, ytpote medium, in quem oratores, quæ minimi ſunt momenti conijcere ſolẽt, vt ſup. ipſi, nec videantur adiecti his, nobiliſb. domeſticis, nec prælatis illis, ſcilicet nobilibus externis.

EXTERNA.

DE DARIO.

* Herod. lib. 3. Strab. lib. 14. Hinc prouerbium. ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρίη

*DARIVS * priuatæ adhuc fortunæ amiculo Siloſontis Samij delectatus, curioſa contemplatione fecit, vt vltro ſibi & quidem à cupido daretur. Cuius muneris, quàm grata æſtimatio animo eius eſſet elapſa, regno potius oſtendit: totam nãque vrbem, & inſulam Samiorum Siloſonti fruendam tradidit. Non enim precium rei æſtimatum, ſed occaſio liberalitatis eſt honorata magiſque à quo donum proficiſceretur, quàm ad quem perueniret, proniſum.*

OLIV. DARIVS priuatæ adhuc fortunæ] Darius cum eſſet in priuata fortuna, viſo Silophontis, vel vt alii dicũt Siloſontis Samij, ſpecioſo, & inſigni quodam indumento, mira eius pulchritudine delectatus vehementer concupiuit, q ubi Silophon cognouit, extemplo dono dedit. Dario qui poſtea regno potitus grati ſſima memoria ſe compenſauit, nam Silophontem Samiorum vrbi, & inſulæ pariter præfecit. Strab. lib. 14. Silophon nõ, inquit, priuatus relictus eſt, is cum Dario Hyſtapis filio veſtẽ, quæ ferebat aliqñ largitus eſſet, nam ille, cũ nondum rex eſſet eam magnopere cõcupiuerat, cum vero regnaret; dono Silophonti tyrannidem dedit, qui acerbe imperauit, quapropter vrbs hominibus viduata eſt, vnde dictum eſt prouerbium, Silophontis opera locus amplius nõ eſt. hic aũt frater fuit Polycratis, multos annos vſque ad vltimũ fati ſui diem ſumma felicitate vſus eſt, de quo ſuo loco dicemus, quomodo autẽ Darius ſit regnum cõſecutus, dicetur in cap. de Vafre dictis, & factis. [Priuatæ adhuc fortunæ] Quia nondum rex erat. [Non enim precium] Nec datum ſed dantis animum compenſauit.

Silophon Samĩ tyrãnus.

ASCEN. DArius adhuc fortunæ priuatæ. i. nondum rex creatus, ſed due regis quidem filius, delectatus amiculo, id eſt indumento delicato (ab amiciendo) Silophontis, ſiue ut alii ſcribunt Siloſontis Samii à adoleſcentis, fecit, id eſt effecit curioſa contemplatione, ſ. amiculi, per quam Samius ille intellexit, quod ipſum

ipſum nimis habere cuperet, vt ſupp. daretur ſibi vltro.i.priuſquam apertis ipſum precibus peteret, & quidem à cupidu.ſ. dare, & ita auxit beneficium, quia voluntarium datorem diligũt, & dij, & homines. [Cuius muneris] Quàm.i. quãtum grata æſtimatio eſſet allapſa animo eius, ſcilicet Darii oſtendit potitus.i. poſtquam potitus erat regno, ſcilicet Perſarum. Nanque pro quia, ipſe tradidit Silophonti, ſiue vt dixi, Siloſonti vrbem, & inſulam Samiorum fruendam.i. ad delicias eius habendam. [Non enim precium rei æſtimatum] .i. appreciatum ſup. à Dario, ſed occaſio liberalitatis (quia tunc ille dedit, cum talem remunerationem expectare non poterat) eſt honorata ſup. ab eo, & prouiſum eſt magis, à quo donum proficiſceret, quia ab humili, & paupere, ſed liberaliter dante, quàm ad quem perueniret, quia ad eum, qui poſtmodum rex euaſit. Poſſet etiam intelligi de dono Darii, vt ſit, & magis prouiſum eſt a Dario à quo donum, quod dabat proficiſceretur, quia à ſe, qui rex erat, & tale donum dare poterat, quàm ad quem peruenit, quia ad virũ vix tali dono dignum.

DE MITHRIDATE.

MITHRIDATES *quoq; rex magnifice gratus apparuit, quoniam pro Leonico acerrimo defenſore ſalutis ſuæ à Rhodijs nauali pugna excepto, omnes hoſtium captiuos permutauit, ſatius eſſe exiſtimans ab inuictiſſimis circumueniri, quàm benemerito gratiam non referre.*

OLIV. MITHRIDATES quoque] Mithridates rex Põti amicum habuit Leonicum nomine, ſibi maxime fidũ, & in variis caſibus ſuæ ſalutis defenſorem, acerrimum, qui cum bello nauali captus eſſet à Rhodiis, captiuos omnes quos multos habebat Mithridates, & nobiles, pro eo ſolo permutare nõ dubitauit, vt gratum illi animum oſtenderet. maluit enim in regni diſcrimine verſari, quàm ingratus aliqua ratione videri. [A Rhodijs] Nam tempore, quo Aſiam occupauit, & M. Phlociũ, & Cn. Apuleium in vincula cõiecit, omneſq; Romanos in Aſię partibus inuentos trucidauit. Rhodios quoque inuaſit. à quibus aliquot naualibus prœlijs ſuperatus eſt, & Leonicus iſte amicus captus.

ASCEN. MIthridates quoque rex,] Scilicet Põti apparuit gratus magnifice.i. cum magnificentia, quoniam permutauit.i. in permutando dedit omnes captiuos hoſtium pro Leonico acerrimo defenſore ſalutis ſuæ, excepto.i. per inſidias capto à Rhodiis ſupp. in pugna nauali. [Exiſtimans] .ſ. Mithridates ſatius eſſe, circumueniri.i. decipi in rerum æſtimatione ab inuictiſſimis, ſ. hoſtibus, quàm non referre gratiam benemerito.

DE ATTALO REGE.

* Liu. lib. 58.

LIBERALIS * *populus Romanus magnitudine muneris, quòd Attalo Regi Aſiam dedit dono. ſed Attalus etiam teſtamenti æquitate gratus, qui eandem Aſiam Pop. Rom. legauit. Itaque nec huius munificentia, nec illius tam memor beneficij animus tot verbis laudari poteſt: quot ampliſſimæ ciuitates, vel amice datæ, vel pie redditæ ſunt.*

OLIV. LIBERALIS Pop. Roma.] Vno eodemq; exemplo de Romanorum liberalitate, & regis Attali gratitudine loquitur, vel potius ſolam regis gratitudinem cum Romanæ liberalitatis commemoratione percurrit, de qua ſupra in cap. de liberalitate dictum eſt, non fuit profecto ingratus rex Attalus, qui acceptam à Pop. Rom. prouinciam, eidem, moriens teſtamento legauit in cujus aula cum ſtragulæ, veſtes, tapetes, aliaque multa regia ornamenta fuiſſent inuenta, aulea fuerunt appellata de hoc rege Horat. 1. Odarum lib. & alibi mentionem facit. [Itaque nec huius munificentia] Siquis tot verbis laudare voluerit vtranque videlicet, & liberalitatem P.R. & gratitudinem Attali regis, quot ciuitates datæ, & redditæ ſunt, dicendo vix ſufficeret.

ASCEN. LIberalis ſup. fuit P.R. magnitudine muneris, q.i. quia dono dedit Attalo regi Aſiam.ſ. minorem, ſed Attalus etiam gratus ſup. fuit in P.R. æquitate teſtamenti, qui legauit.i. teſtamento reliquit P.R. eandem Aſiam. [Itaque nec munificentia huius.ſ. P.R. nec animus illius.ſ. Attali tam.i. tantum memor beneficii poteſt laudari tot verbis, quot ampliſſimæ ciuitates, vel datæ ſunt amice.i. amicabiliter à P.R. ipſi Attalo, vel redditæ ſunt pie.i. pio, & grato affectu, ab Attalo eidem P.R.

DE MASSINISSA REGE.

CAETERVM * *neſcio an præcipue Maſſiniſſæ regis pectus grati animi pignoribus fuerit refertũ: beneficio enim Scipionis, & perſuaſu regni modo liberius auctus, memoriam inclyti muneris ad vltimum vitæ finem, longa etiam à Dijs immortalibus ſenectute donatus, conſtantiſſima fide perduxit: adeo, vt eum non ſolum Africa, ſed etiam cunctæ gentes ſcirent amiciorem Corneliæ familiæ, atque vrbi Romanæ, quàm ſibimet ſemper fuiſſe, ille, cum graui Carthaginienſium bello premeretur, ac vix tutelæ ſui imperij ſufficeret, tamen * Scipioni Aemiliano, qui nepos Africani erat, bonam, magnamque partem Numidici exercitus, quã Lucullo Cos. à quo ad auxilia petenda miſſus fuerat, in Hiſpaniam duceret, promptiſſima mente tradidit, præſentique periculo reſpectum priſtini beneficij antepoſuit. * Ille, cum iam ætate deficiente, magnas regni opes, quatuor & quinquaginta filiorum numero relinquens in lectulo laberetur, M. Manilium, qui Proco. Africam obtinebat, litteris obſecrauit, vt ad ſe Scipionem Aemilianum, ſub eo tunc militantem mitteret: feliciorem mortem ſuam futuram ratus, ſi in complexu dextræ eius ſupremum ſpiritum, ac mandata poſuiſſet: ille, aduentum Scipionis fatis ſuis præcurrentibus, hæc vxori, liberiſq; præceperat: vnum in terris Pop. Rom. et vnam in Pop. Rom. Scipionis domum noſſent: integra omnia Aemiliano reſeruarent, eum diuidendi regni arbitrum haberent, quod is ſtatuiſſet, perinde vt teſtamẽto cautũ immutabile ac ſanctum obtinerent. Tot, tamq; varijs rebus ſe Maſſiniſſa infatigabili pietatis ſerie ad centeſimũ extendit annum. His, & horum ſimilibus exemplis, beneficentia generis humani nutritur, atque augetur. Hæ ſunt eius faces, hi ſtimuli: propter quos iuuandi, & emerendi cupiditate flagrant. Et ſanè ampliſſimæ, & ſpecioſiſſimæ diuitiæ ſunt: feliciter erogatis beneficijs, late poſſe cenſeri: quorum quoniam religioſum cultum inſtituimus, nunc neglectum ſuggillandi gratia, quo ſit gratior, referemus.*

* Quibus auctus ſit 1 in li. 30. De ſenectute lib. 8 cap. 14.

* Elephantos datos ſcribit Appia. in lib. Libyco.

* Appia. in lib. Libico, & Liui. lib. 50.

OLIV. CAETERVM neſcio an præcipue] Satis conſtat Maſiniſſam Numidarũ regem varia fortuna regno pulſum, bello pun. 2. Africani ſuperioris beneficio in regnum fuiſſe reſtitutũ; & victo Syphace, Cyrtha oppido, & ceteris vrbibus, & agris, qui regni fuerant Syphacis, totius denique Numidiæ imperio fuiſſe donatum, conſentiente, atque etiam approbante ſenatu, deinde cum poſt fœdus cerneret, illum auidiorem eſſe in imperio ſuo dilatando, legem ferre iuſſit. quæ Maſiniſſæ ab imperio P.R. ſalutem & libertatem tribueret, quo beneficio prouocatus Maſiniſſa, vnum in terris P.R. præcipua fide, ſingulariq; beneuolentia perpetuo coluit, & obſeruauit, adeo vt Hiſpano bello, quod imperatore Lucullo gerebatur, cum ipſe quoque tam graui, & periculoſo Carthaginienſium bello premeretur, auxilia tamen Romanis petentibus miſerit, eoq; propenſius, quo Aemil. Scip. ad ea petenda legatus veniſſet, nam maluit in regni & ſalutis ſuæ diſcrimine verſari, quàm Romanis & Scip. ingratus aliqua ex parte videri. fuerat enim cũ familia Scipionum, & hoſpitalitatis, & amicitiæ ſummo iure coniunctus, vt diximus. vnde Cic. in ſomno Scipionis, ita loquẽtem Scipionẽ inducit, cum in Africã veniſſem, Ant. Manilio cõſule ad quartam legionem, tribunus, vt ſcitis militũ, nihil mihi potius fuit quàm vt Maſiniſſam conuenire regem familiæ noſtræ, iuſtis de

éſuiſſe,ámiciſſimum, ad quem cũ veni,cóplexus me ſenex collacrymauit,aliquantoq́; poſt in cęlum intuens, grates ago, inquit,ſumme ſol,vobiſq́; reliqui cęlites, ꝙ antequam ex hac vita migro,conſpicio in regno meo,& his tectis P.Corneliũ Scipionem,cuius ego nomen ipſe veneror. Itaque nũquam ex animo meo diſcedet illius optimi, atque inuictiſſimi viri memoria,&c.Idem ætate(quã ad centeſimũ extéderat annum)& valetudine pariter confectus,cum videret ſe non diutius ſupereſſe poſse,Scipionem,qui tum ſub M.Manil.in Hiſpania militabat,per literas ab imperatore acciuit,vt in eius amplexu extremũ ſpiritum,ſuaq́; omnia repoueret, ſic.n.ſe feliciter moriturum dicebat.cuius fatis præcurrentibus aduentum Scipionis, vt vult Valer.nam aliter ſentit Cic.in lib. de ſomno Scip.vt ſupra vidimus,et teſtó reliquit rerum omnium ſuarum poteſtaté, & inter filios,quos ad quinquaginta habuiſſe dicitur, diuidendi regni arbitrium ita legauit,vt quidquid ille ſtatuiſſet, immobile,ſanctumq́; foret.mandauit inſuper liberis,& vxoris,vt Pop. Ro.& Scipionum familiã,perpetua fide, & obſeruantia proſequerent. [Ceterum neſcio] Ac ſi diceret affirmo. [Beneficio] Quia ductu,& auſpicijs Scipionis in regnũ reſtitutus. [Perſuaſu]Sic.n.perſuaſerat ſenatui,benemerito Maſſiniſſæ gratiã eſſe referendam.[Longa ſenectute] Quia ad centeſimum peruenit annum. [Ille cum graui bello Carthag.] Cuius dirimendi auctor Cato fuiſſe traditur, quem ſenatus inter vtroſq; diſceptatoré habuit.[Scipioni]Qui ſub Lucullo tum forte in Hiſpania militabat,quo tempore prouocatus ad pugnam hoſtem interemit.[Nepos Africani].ſ.ſuperioris per adoptionem.[Fatis pręcurrentibus].i.præueniente morte, diſſentit a Cic. vt diximus. [His & horum ſimilibus]Laudat hoc loco gratitudinem, cuius officio dicit benignitatem, beneficentiamq́; in hominum pectoribus nutriri,pariter & augeri, incitariq́; plurimũ homines ad promerendum,contra vero, ingratitudine omnem pietatis fontem exhauriri, beneficentiæ & liberalitatis ardoré extingui,humanam deniq; ſocietatem facile dirimi.[Quorum quoniam]Quandoquidé exempla cultæ gratitudinis diximus nũc neglectæ dicamus,vt contrariis contraria magis illuceſcant.

ASCEN. Caeternm].i.ſed neſcio.i.dubito, cum verſimile ſit, vt credam,an pectus Maſſiniſſæ regis.ſ. Numidiæ P.R.amiciſſimi, fuerit refertum præcipue.i. præ ceteris, pignoribus.i.quaſi fœtibus, aut fructibus grati animi. Enim pro quia, ipſe auctus liberius.i.certius,& vehementius paulo quàm dicebat,aut liberalius quàm merebatur beneficio.i.beneficij auxilio,& perſuaſu.i.perſuaſione actiua(quia perſuaſit ſenatui æquũ eſſe, ꝙ Maſſiniſſæ regnum auctũ tribueretur) Scip.ſ.Africani maioris modo,id eſt menſura regni, perduxit conſtantiſſima fide,id eſt fidelitate memoriam inclyti muneris, ſup. vſque ad vltimum finem vitæ ſup.ſuæ.donatus etiam.i.licet eſſet donatus à dijs immortalibus,ſenectute longa.i.diu durante, perduxit inquã certis ſignificationibus, adeo.i.intantum, vt non ſolum Africa.i. Africanos,ſed etiam cũctæ gentes, ſcirent eum.ſ.Maſſiniſſam, fuiſſe ſemper amiciorem.i.magis fauentem, aut qui plura feciſſet familiæ Corneliæ,in qua erat Scip.atque vrbi Romanæ,quã ſibimet.quia certe multa, vt docet Cic.amici cauſa facimus,q̃ noſtra nunquam eſſemus facturi, de ijs aũt cũm iudicat populus tanquam de ſummo bono non pót fieri,quin id prius nobis optemus, quàm ceteris mortalibus. Probat autem, ꝙ aſſeruit effectibus gratitudinis eius ſubdés ille.ſ.Maſſiniſſa, cum i.licet præmeretur graui bello Cartah.ac vix ſufficeret tutelæ.i.ad defenſioné imperij.i.regni ſui, tñ traddidit promptiſſima mente Scipioni Aemiliano,quia erat nepos Africani.ſ.Scipionis maioris bonam.i.fortem,& excellentem,ac magnam partem exercitus Numidici,quàm.ſ.partem, Aemilianus ſup. duceret in Hiſpaniam Lucullo conſuli,à quo.ſ. Aemilianus miſſus fuerat ad petenda auxilia,tradidit dico, & antepoſuit præſenti periculo in quo erat propter bellũ cũ Carth.reſpectum priſtini beneficij, ſ.Scipionis, & P.R.ille.ſ. idem Maſſiniſſa cum ætate iam deficiente laberetur.i.ad interitum téderet in lectulo.ſ. decubans, relinquens.i.relicturus iam iamq́; magnas opes.i. facultates regni,& numerum filiorum quatuor,& quinquaginta:quod illic fieri potuit,vbi tot vxores,quot volebant habebant reges,obſecrauit literis M.Manilium,qui ꝓconſul.i.in prouincia cõſulari fungens poteſtate, obtinebat Africam.ſ prouinciam,vt mitteret ad ſe Scip.Aemil.qui per adoptioné id cognométi aſſumpſerat,militantem tunc ſub eo,ratus mortem ſuam futuram feliciorem,ſi poſuiſſet.i.depoſuiſſet in cóplexu dextræ eius in cóplectendo,& tenendo dextram eius,ſupremum ſpiritum.ſ.vitę ac mandata.i.commiſſa teſtamentaria.[Ille]Affert tertiũ amicitiæ teſtimonium.ſ.dictus Maſſiniſſa præceperat vxori,& liberis hæc.ſ.quæ dicentur, & hoc fatis ſuis præcurrentibus aduentum Sci.i. morte accelerante priuſquam Aemilia. aduenisset, præceperat.i in mandato reliquerat,& admonuerat,vnum.i.ſolum P.R. & vnã.i. ſolam domum Scipionis in Pop. Ro.i.inter Rom.noſſe.ſ.vltimam voluntatem ſuam, & vt haberét eum.ſ. Scipionem Aemilianum, Arbitrum regni diuidendi.ſ.inter liberos,& obtinerent.i.haberét id quod is.ſ.Aemilianus Scip.ſtatuiſſet de regni diuiſione,immutabile,ac ſanctum perinde,vt.i.ac ſi cautum ſup.fuiſſet à ſe teſtamento.i.in vltima volũtate. Maſiniſſa extendit ſe.i. produxit vitam ſuam, tot & tã variis rebus,vt.ſ.ea his intelligi poſſunt infatigabili ſerie.i.cõtinuata ꝓceſſione,& oſtẽſione pietatis.i.pij affectus in P.R.domũq́; Scip.[His & horum, &c.] Tranſitum munit ad narrationé de ingratis, atq; hæc eſt præfatio, miſta cum peroratione de gratis,& gratitudinis laudibus,ad hoc enim proponuntur virtutis exempla, vt imitemur,vnde ea laudat, & vitiorum,vt ea fugiamus, quo circa eadem vituperat. Ordo eſt.Beneficentia generis humani nutritur.i.conſeruatur,atque augetur his exẽplis,& ſimilibus horum. Hæ.i.huiuſmodi gratitudinis ſignificationes ſunt faces.i.incẽtiua eius.ſ.beneficentiæ, & hi ſtimuli ſup.eius ſunt, propter quos.ſ.ſtimulos genus humanum flagrat.i. ardet cupiditate,iuuandi.ſ.benemeritum,& emerendi.i. euidẽter benemerendi de ſe mutuo.Et ſane.i.certe,ampliſſimæ,& ſpecioſiſſimę diuitiæ ſunt poſſe.i.ſi poſſunt,aut quòd poſſunt cenſeri.i.iudicari,latæ.i.collatæ beneficijs erogatis.i impenſis feliciter,quia, apud gratos. Quorum.ſ.beneficiorum, quoniam nos inſtituimus cultum religioſum.i.anxie,& ſancte obſeruatum, referemus,nunc deinceps cultum ſup.neglectum,gratia.i.cauſa ſugillandi.i.vituperandi,& denigrandi,quo.i. vt ſup.cultus religioſe obſeruatus ſit gratior,quia vituperando vitia,gratiores videntur eis oppoſitæ virtutes.

SEMPER fuiſſe] Caſtiga.Si ſupereſſet antiqs exẽplis. THEO.

DE INGRATIS. CAP. III.

DE SENATV ROM. IN ROMVLVM.

*VRBIS noſtræ * parentem ſenatus in ampliſſimo dignitatis gradu ab eo collocatus in curia lacerauit: nec duxit nefas ei vitam adimere qui æternum Rom.imperio ſpiritum ingenerauerat. Rude nimirum illud & ferox ſeculũ,quod conditoris ſui cruore fœde maculatum, ne ſumma quidem poſteritatis diſſimulare pietas poteſt.* * Liu.li.& Dion. lib. 1.& Plut. in vita & paral.

VRBIS noſtræ parentem Senatus]De ingratitudine,dicit P.R.qui Romulum vrbis ſuæ conditorem dilacerauit. OLIV. variæ ſunt de Rom. morte ſententiæ apud ſcriptores, alij dĩt illum poſt multas rei geſtas, præclaraq́; facinora parta ad immortalitatis gloriam raptũ fuiſſe, & (quod incredibile dictu) è medijs ciuium oculis euanuiſſe nonis quintilibus, nullum prorſus mortis ſuæ veſtigium relinquenté, alij inter quos Liu. dicunt illum à nimbis è media concione raptum, cum ad recenſendum exercitum capreæ paludem conueniſſet, ibi repente exorta tẽpeſtas,cum tonitribus, & ingenti ventorum fragore,terram vndique operuiſſet,Sol quoq; veluti nocte intempeſta penitus defeciſſet,atq; eo ſpectaculo cõuerſis inter ſe patribus reliquam multitudinem aufugiſſe,ſedata deinde procella, vbi ex tam turbido die ſerena lux rediit, regem nuſquã apparuiſſe,famam deinde non obſcure vulgatam, Romulum à patribus accenſis fuiſſe diſcerptum,alii non in capreæ palude,ſed in Vulcani templo dilaceratũ tradunt,cum forte ſenatus coiſſet de rep.conſulturus,& ex patribus ſuam quemq́; regis parté in ſinu clam abſtuliſſet, ad cuius rei tam atrocis ſuſpicioné ex hominum mentibus omnino tollẽdam, curarũt patres,vt quidam Iulius proculus alba oriundus,genere,opibus, & dignitate primarius inter omnes,tum etiam cum rege fide,beneuolentia, & affinitate coniunctus in concionem deſcenderet,& iureiurando affirmaret,Romulum deſcendẽtẽ ſibi in forum occurriſſe,forma longe auguſtiorem humana,dixiſſeq́; ſe in deorum numerum eſſe tranſlatum,& iuſſiſſe nunciare patribus,populoq́; ſuo,vt rem militarem diligentiſſime colerent,quia nullæ opes tantæ futuræ eſſent, quæ illorum armis reſiſtere poſſent.

ſi vero

ſe vero progeniem ſoam propitio munere ſoſpitaturū eſſe, cui viro dñt miram fidem traditam eſſe, tum ob coniunctam cū rege affinitatē, tum etiā ob eius viri probitatem, & acceptū iuſiurandum. & hoc modo depoſitam fuiſſe ſoſpicionem, creditūq; Romulum deum eſſe, qoē Quirioum appellantes perpetuo coluerunt. [Ruda] Excuſat quodammodo Val. P.R. qui tom rudis eſſet, & ferox, quippe paſtores, & agreſtes omois prorſus humanitatis expertes.

Ascen. VRbis noſtræ] Hoc eſt primum exemplom ingratorum, qui vt de gratis fecit, à ſenatu Rom. aoſpicatur dicens, ſenatus. ſ. Rom. lacerauit in curia perentem noſtræ vrbis, videlicet Romulum collocatos ab ao io ampliſſimo gradu dignitatis, qoia primores vrbia eos fecerat. Nec duxit nefas adimere vitam ei, qui iogenerauerat. i. qoadā iodole natorali, qoe minores maiorū animos, & facta inſequuntur, ſuſtulerat imperiū Rom. nō tñ liberos reliqoit. haoc aūt cædē Romuli Liu. nō tacet, ſed ambigue recitat lib. 1. eo quod ſenatoi dedecoroſa eſt, ſed Romulo forſan debita, vt qui fratrē occiderat, regni æmulū. Turpitudineoi aūt facti reiicit auctor in tēpeſtatem illam ſubiūgēs. [Nimirum] Haud dubie ſęculū illud ſup. fuit Rude, & ferox, Qood maculatum cruore cooditoris ſui. i. ſūæ vrbis, & imperij. Ne quidem. i. non etiam ſumma pietas poſteritatis. i. eorum qui poſt Romulum, & eius æquales nati ſont, qui tam in deos, quàm in homines pientiſſimi habiti ſunt, poteſt diſſimulare. i. per diſſimulationem purgare, quod tamen multi conati ſuot.

DE POP. R. IN CAMILLVM.

* Lio. lib. 5. Plut. in vita.

HVNC * *ingratum lapſæ mentis errorem, conſentanea noſtra ciuitatis pęnitentia ſequitur. Virium Romanarum & incrementum latiſſimum, & tutela certiſſima Furius Camillus, in vrbe incolumitatem ſuam tueri non valuit, cuius ipſe ſalutem ſtabilierat, & felicitatem auxerat. A Lucio enim Apuleio Trib. pleb. tanquam depeculator Veientanæ prædæ reus factus, duris atque (vt ita dicam) ferreis ſententijs in exilium miſſus eſt. Et quidem eo tempore, quo optimo iuuene filio ſpoliatus, ſolatijs magis allcuandus, quàm cladibus onerādus erat: ſed immemor patria tanti viri maximorum meritorum, exequijs filij damnationem patris iunxit. At inquit, ærario abeſſe Trib. pl. querebatur quindecim millia æris (tanti namque pœna finita eſt) indignam ſummam propter quàm P.R. tali principe careret.*

Oliv. HVNC ingratum lapſæ mentis] Virium Roma. Qoot, qoantaq; in P.R. beneficia Camil. cōtulerit in cap. de moderatione abunde ſatis oſtēdimus. Eorum igitor immemor P.R. accuſatum à L. Apuleio trib. pl. ꝙ Veientanam prædam depecolatus eſſet, ingrate nimis, oe dicam impie, damnatum io exilium miſerunt, intercurrente per eos dies adoleſcentis morte filii, hinc igitur publico, hinc prioato iocommodo affectus, Ardeam io exilium profectus eſt hio tanta in patriam pietate fuiſſe dr, vt captis Veiis, cū magnā, vel apud deos ex tāta felicitate inuidiā populus cōtraxiſſe videretur, Iouem optimū maximū, ceteroſq; deos precatus ſit, vt ſi quæ taotæ victoriæ, & felicitatis vltio Rom. deberet, eam totam in ſe vnū cōuerteret, qua imprecatione facta dr graoi caſu io terram eſſe prolapſus, quod illi fuit certiſſimū futurę damoationis, & exilii prodigiom [Cōſentanee] Quia conueniēs fuit, vt pęniteret. [Viriū Romanarū inclemētia] Quia Capenates, & Phaliſcos adiecit imperio P.R. & qđ omniū maximū fuit virtutū ſuarū opus, Veios vrbē ea tēpeſtate potētiſſimā, & imperii Rom. æmulam 10. an. à Rom. obſeſſam eo tempore cœpit, quo difficilior obſidentibus, q̄ obſeſſis erat obſidio. [In vrbe] Qnam ſeruaoerat, & emplificauerat. [Depeculetor] Direptor, nam pecolator dicitur publicæ rei ſurreptor, fur vero priuatæ, ſacrilegus aūt ſacratæ. [Depeculator] Plot. dicit illum eccuſatum fuiſſe de ſpoliorū Tyrrhenorum expilatione, ꝙ fama eſſet portas quaſdam æneas ex Hetruſcis ſpoliis epod illū eſſe ioueotas. [Exilium] Nam ſua ſponte Ardeam profectus eſt, entequam da illo ſententie ferretur. [Eqoidem eo tempore] Auget hāc ingratitudinem Valer. ꝙ eo tempore illum fuiſſe damnatum dicat, quod P.R. illum potius conſolari debuerit de morte filii, dicitur cum excederet, conuerſua ad capitolium geminas tendēs ad ſidera palmas eos eſſe precatus, vt qoemadmodū innoxius, inuidia tm̄ eijceretur, ita quoque Rom. ſui facti, & ingratitudinis pœnitentia breui caparent, & ipſius opera io omnium mortaliuio conſpectu indigerent, Camilliq; deſiderio tenerentur. in hoc Achilem imitatos aduerſus ciues. [Exequiis iniūxit] Quia vix filii exequias celebrauerat, cum io exiliū relegatus eſt. [Qnindecim millia æris] Abſeos damnatus aſt 15. aſſium millium, qui numerus ad argēti rationem conficit mille, & quiogentas dragmas, nam argenteos aſſis eſt, vnde denarius dictus quaſi dena æra.

Ascen. HVoc, &c. Ordo eſt. Pœnitentia. i. facinus pœnitendom, & quod pœnitentia inſecuta eſt noſtræ ciuitatis. ſ. Romanæ, conſentanea. i. conformis facto maiorum, ſequitur hunc errorem ingratum. i. per ingratitudioem mentis lapſæ. ſ. in peccatū. Hoc eſt (quantum intelligo) quia fœdiſſimum eret ſcelus maiorum in Romulum. & natura peccati talis eſt, vt oiſi ſubito p pœnitentiam deleatur, ad aliud peccatom æque graue, ant grauius trahat. Romani multo poſt, lapſi ſnot io cooſimila peccatum erga Camillum, qui ſecuodus vrbis cooditor eſt habitus, vnde pœnitentia quodemmodo pro pecceto hic eccipitur, hoc eſt effector pro cauſa, pœna pro commiſſo, oam ooo eſt pœoitentia, niſi præceſſerit peccatom. Probat eūt quod eſſumpſit dicens. Furius Camillus ens ſup. letiſſimum incremeotum virium Rom. & tutela fortiſſime, non valuit tueri. i. protegere, & tutam conſeruare incolumitatem ſuem in vrbe. ſ. Rom. cuius ſalutem, ipſe ſtabilierat. i. confirmauerat, & cuius felicitatē auxerat. Enim. i. qa, ipſe factus reos. i. accuſatus à L. Apuleio trib. pleb. tanquam depeculator. i. interceptor, & defraudetor, ad peculium ſuum, qnod publicum eſſet conoartans, prædæ Veientanæ. i. ex Veiis ab eo captus partæ, miſſus eſt in exilioio ſententiis duris, atque vt ite dicaoi, ferreis. Et qoidem eo tēpore, quo ipſe ſpoliatus. i. orbatus optimo filio erat magis elleuandus ſolatiis, quàm onerandus cladibus. Sed patria immemor maximorū meritorū tāti viri iunxit exequiis filii damoationem patris. At. i. ſed ſup. patrie ſe purgans, inquit, Trib pl. videlicet L. Apuleius querebatur quindecim millia æris abeſſe ærario. i. fiſco publico (nanqoe pœne tanti. ſ. æris finita. i. definita eſt) appoſitone indignam ſummā. i. quæ quindecim millia æris, ſuot ſumme iodigna, propter quàm P.R. careret tali principe. Et ita accuſatiuus ſommem regatur à verbo abeſſe, quod potius dixero, quàm vt ſubaudiatur o, & ſit o ſummam indignam.

IN SCIPIONEM MAIOREM.

* Li. li. 38. Plutar. in vita.

PRIORE *adhuc * querela vibrante, alia deinceps exurgit. Africanus ſuperior, non ſolum cōtuſam, & confractam belli Pun. armis remp. ſed pene iam exanguem, atque morientem, Carthaginis dominam reddidit: cuius clariſſima opera iniquus penſando ciues, vici ignobilis eum, ac deſertæ * paludis accolam fecerunt: eiusq; voluntarii exilij acerbitatem non tacitus ad inferos tulit, ſepulcbro ſuo inſcribi iubēdo: Ingrata patria ne oſſa quidem mea habeas. Quid iſta aut neceſſitate indignius, aut querela iuſtius, aut vltione moderatius? cineres ei ſuos negauit, quam in cineres collabi non fuerat paſſus. Igitur hanc vnam Scipionis vindictam ingrati animi vrbs Rom. ſenſit, maiorem mehercle Coriolani violētia: ille enim metu patriam pulſauit: hic verecundia, de qua ne queri quidem (tanta veræ pietatis conſtantia) niſi poſt fata ſuſtinuit.*

* Literni.

Oliv. PRIORA adhoc querela Africanus ſuperior] De ingratitudioe loquitur P.R. erga Scipionē Africanū ſuperiorē, qoā eo graoiorem oſtendit, quo plura illius merita in remp. & maiora fuiſſe demonſtrat: nem ideo Scip. laudes cōmemorat, vt indignitatē ipſam exaggeret, & ingratitodinē quodāmō deteſtet. fuit aūt vt diximus accuſatus qood Aotbiochenſem prædam vſurpaſſet, & à rege Anthioco pecuniā eccepiſſet, vt conditionibus gratioſis, & oiollibus pax cum eo P. R. nomine fieret. [Adhue] Quaſi dicet oondum taceote. [Vibrante] Tranſlatio ſumpta à telo, ſiue ſagitta, qood cum miſſa fuerit vibratur, & antequam vibrare deſierit, aliod telum mittitur, [Carthaginis dominam] Quia illam Pop. Roma. tribu-

fariam fecit, Accolam habitatorem, Incola dr̃ qui ea loca inha bitat, in quibus perdita patria ſedem poſuerit quaſi aduena, & inquilinus. accola vero, qui iuxta habitat, quaſi propinquus & vicinus, hic ergo Linterni iuxta paludem reliquum ſuæ vitæ tẽpus cõſumpſit. [Vici ignobilis] Diſſentit à Str. Val. nõ. n. vicus, ſed oppidum Liternũ dicit eſſe Str. lib. 5. in deſcriptione Campaniæ, prope mare, inquit poſt Sinueſſam, Linternũ eſt oppidũ, vbi prioris cognomẽto Scip. Afric. ſepulchrum iacet, ibi. n. extremam conſumpſit ætatẽ, omiſſis pp̃ aliquorũ ſimultatẽ reip. negocijs. [Sepulchro ſuo inſcribi iubendo] Sic. n. teſtamento legauerat, vt ſepulturæ ſuæ titulus ille inſcriberetur Ingrata patria ne oſſa mea quidem habebis. de ingratitudine iſta, alij alia ſentiunt. ego vero nec maligna relatione inſectandã, nec prorſus excuſandã eſſe duco, neque. n. ciuitatem illam gratam vnq̃ dicere auſim, quæ præſtantiſſimi viri ſimul, & innocẽtiſſimi tã quã de ſe optime meriti neglegẽter adeo & abiecte tulerit ignominiam, vt ſeruatorem ſui cedere ex vrbe maluerit, q̃ paucorũ furorem audaciamq́; reprimere, nec tamen vituperare, quã vituperãdam cenſerẽ, ſi ad eam iniuriã inferendã tuliſſet manum verũ ſenatus, vt oẽs auctores aſſeuerãt, Tib. Cracchu, Scipionibus opẽ ferenti aduerſus accuſatores gratias egit, & plebi relictis tribunis accuſatoribus per oĩa templa vrbis Africanũ ſecuta, facile declarauit, quanta beneuolentia, quãtoq́; bonore dignũ cenſeret Scipionũ nomẽ. Quid illud? q̃ ampliſſimos illi, & prope diuinos honores aliq̃ detuliſſe fertur, quos ille recipere nõ ſuſtinuit, cũ eum perpetuũ conſulem, dictatoremq́; creare voluerit, cum ſtatuas illi in comitio, in roſtris, in curia, in capitolio fieri decreuerit. non ne grati animi ſigna ſunt nõ obſcura? q̃ ſi ex talibus iudicijs ciuiũ animi metiẽdi ſunt, non tñ ingrata ciuitas in abiicienda beneficiorũ memoria, quã in tolerãda iniuria lenis, molliſq́; cenſenda erit, pauci. n. fuere, q reliqs indignãtibus, tale facinus audiẽdũ putarẽ, ſunt & , qui putãt nunquã Scipionẽ fuiſſe dãnatũ, ſed gloriæ ſatietate captũ, cõſtituiſſe procul à foro, & ambitione quietã agere vitã, & hũc ſibi locum, quaſi ad id aptum delegiſſe, ceterũ illud veriſimilius eſt, Scipionẽ, vt erat magni, & ſapiẽtis animi homo, inimicorum inuidiam facile cõtemnẽtem, cedere ex vrbe maluiſſe, quã inteſtinis diſcordijs ciuitatem euertere. Quid aũt iſta neceſſitate] quia inuitus de patria conqueſtus eſt? Vltione] quia hoc modo denegando patriæ ſuæ oſſa, de illa quodammodo vltus eſſe videtur, cũ magna quidem modeſtia, quia nõ armis, non bello, non deniq; vlla vi iniuriã vindicandam eſſe cenſuit, vt Coriolanus, vt Alcibiadis, vt multi alij, qui patria pulſi, patriæ bellũ intulerunt. De ſepulcro tñ, & exitu Scipionis varia tradidere ſcriptores Alij Romæ mortuũ relatum fuiſſe ſcribũt, & ad fidem huius rei monumentũ ad portam capenam ei factum, & tres ſtatuas ſuperlocatas ferunt, quarũ duæ P. & L. Scipionum dñr eſſe, tertia Ennij poetæ, huic ſententiæ illud Cic. ſuffagari videtur. Charus, inquit Africano ſuperiori fuit noſter Ennius, & Plin. lib. 7. nat. hiſt. prior inquit Africanus. Q. Ennij ſtatuam ſepulchro ſuo imponi iuſſit, clarumq́; illud nomen, immo vero ſpoliũ ex tertia orbis parte captũ in cinere ſupremo cũ poetæ titulo legi. Alij auctores ſunt, inter quos & Val. & ea vulgatior fama eſt, Linterni Afri. mortuum ibiq́; ſepultum vt ſupra diximus, monumentum ei factum, ac ſtatuam ſuppoſitam, quã noſtra tempeſtate diſiectam Liu. ſe vidiſſe teſtatur, præterea apud Caietam in marmoreo ſepulchro, æneaq́; vrna hæc inſcripta reperiuntur. Deuicto Hannib. & capta Carth. & aucto Imperio, hos cineres marmore lector habes. Cui non Europa non obſtitit Africa quondam, Reſpice res hominum, quam breuis vrna premit. perijt autem Scip. 4. & quinquageſimo ſuæ ætatis anno. Ille enim] ratio, cur maior fuerit vindicta.

ASCEN. PRiore querela] ſ. de ingratitudine P.R. vibrante. i. micante, & ſeſe oſtentãte, alia. ſ. querela exurgit deinceps. Afri. ſuperior. i. maior reddidit remp. ſ. Rom. non ſolum contuſam, & confractam armis bel. Pun. contra Hann. geſti, ſed pene, i. quaſi iam morientem, & exangoem, reddidit dico, dominam Cart. quia eam P.R. tributariã effecerat. Cuius. ſ. Africani Pop. R. pẽſando. i. compẽſando, & præmiando clariſſima opera iniurijs, fecerunt eum accolam vici ignobilis, ac paludis deſertæ ſ. iuxta Linternũ, quo in exiliũ abijt. [Et tulit ad inferos non tacitus] i. non tacens acerbitatem eius exilij voluntarij. [Iubẽdo inſcribi ſepulchro ſuo, ingrata patria] . ſ. R. quidem, non ſaltem habes oſſa mea. Quid (inquit auctor) aut indignius ſup. fuit illa neceſſitate. ſ. iuſte quærendi de patria, aut iuſtius iſta querela, aut moderatius illa vltione, q. d. nihil. [Quia negauit]. ſ. patriæ ſuæ cineres ſuos, quã nõ fuerat paſſus collabi in cineres, cũ Hã. libenter flãmas ei intuliſſet. [Igitur vrbis R. ſenſit hanc vnam vindictam] i. vltionem actiuã, Scip. ſuperioris animi ingrati. ſ. P.R. (miſcet ergo genitiuos, vtpote actiuũ cum paſſiuo, nam vindicta, ſeu vltio Scip. actiua eſt, ingrati animi paſſiua) ſenſit tñ mehercle. ſ. ita iudicante, vt q̃ dico ſenſit maiorem ſup. vindictam violẽtia i. quã fuerat violẽtia Coriolani. ſ. Martij. Enim pro quia, ille. ſ. Coriolanus, pulſauit. i. infeſtauit patriam. ſ. Romam metu, hic. ſ. Scip. pulſauit ſup. eam verecũdia, quę grauior eſt metu, quia metus cadit etiam in eum, qui non peccauit, verecundia non niſi in peccati ſui conſcium. De qua. ſ. patria, ne quidem. i. non ſaltem queri. i. conqueri ſuſtinuit. i. valuit, aut voluit, niſi poſt fata. i. mortem ſuam iubendo, q̃ dictum eſt ſepulchro ſuo inſcribi. Tãta cõſtãtia vero pietatis ſup. fuit i eo.

VICI omnes antiqui codices habent Ciuitatis. THEO.

IN SCIPIONEM ASIATICVM.

*TALIA * paſſo, credo, quæ fratri eius acciderunt, ſolatio eſſe potuerunt; cui rex Antiochus deuictus, et Aſia imperio Pop. Rom. adiecta, ſpecioſiſſimusq́; triũphus vt peculatus reus fieret, & in carcerem duci iuberetur, cauſam præbuit.* * Liu. lib. 38.

TALIA paſſio] Non minori fuit ingratitudine in fratrẽ eius L. Scip. quẽ deuicto Antiocho, domita Aſia, & illuſtrato imperio, peculatus damnare, & in carcerem mittere non dubitauerit, cui iudicio tam impio, tamq́; iniquo T. Grac. Scip. inimicus, illa indignitate cõmotus nõ diſſimulanter interceſſit, Luciumq́; Scip. è lictorum manibus eripuit. Siquis igitur q̃reret ex Afric. qualis fuerit P.R. erga fratrem eius, reſpondebit nihilominus ingratũ, quã in ſeipſum. [Credo potuerũt eſſe ſolatio] ironice loquit. [Alia]. ſ. documẽta ingratitudinis. [Peculatus] Accuſatus fuerat q̃ Aſiaticã prædam vſurpaſſet, in cap. de fiducia diximus, vbi frater eius Afric. prolatũ librũ, in quo totius pecuniæ ſumma cõtinebatur, in conſpectu populi diſcidit affirmans ſe poſſe rõnẽ reddere, ſed nolle, ne ſeipſum cõtumelia afficeret, fuerat enim (vt diximus) fratris legatus in Aſia. OLIV.

TAlia paſſo] Subinfert exemplum ingratitudinis eiuſdem populi in L. Scip. Aſiaticum fratrem dicti Scip. dicent. Ego credo ſup. q̃ paſſo tam. ſ. Scip. ſuperiori, ea, quæ acciderunt fratri eius. ſ. Lucio, potuerunt eſſe ſolatio, iuxta q̃ dici ſolet, ſolatium eſt miſeris, ſocium habere in pœnis, q̃ ſane miſerum eſt, & præcipue in inferno, vbi ſecundum Aug non minus, immo grauius ardebunt, qui cum multis ardebunt. Cui. ſ. Lucio Aſiatico fratri eius rex Anthiocus deuictus, & Aſia adiecta imperio P.R. & triumphus ſpecioſiſſimus, (ob quem debebat eſſe charus P.R.) præbuit cauſam, i. occaſionem, vt fieret reus peculatus i. defraudatæ reip. & iuberetur duci in carcerem, non tamen ductus eſt vetante id Tib. Grac. vt prius dictum eſt. ASCEN.

IN APHRICANVM POSTERIOREM.

*NIHILO * virtute minor poſterior Africanus, ſed ne exitu quidẽ felicior: duabus. n. vrbibus Numantia, atq; Carthagine imperio R. imminentibus, ex rerum natura depulſis, raptorem ſpiritus domi inuenit, mortis punitorem in foro non reperit.* * Liu. lib. 59. Plu. in Romulo. Cic. ad Papiriũ Pætum. Hic li. 8. c. 16.

NIHILO virtute poſterior] Hoc exẽplum in c. de moderatione prolixe ſatis narrauimus, dicit Afri. inferiorem, & virtute, & fato parem fuiſſe ſuperiori. [Imminentibus] Ingruẽtibus. [Raptorem] R̃ndit obiectioni, poſſet aliquis dicere, nihil eſt, quod ingratitudinis P.R. accuſes. neque. n. Scip. fecit iniuriam, ſed innocens fuit. non ita eſt, inquit, nam in eo, q̃ de eius morte nullam in foro q̃õnem habuit, iniuriam Scip. maximam fecit. nam paſſus eſt indignã, & nefandã eius cædẽ inultã. Varia ſuſpicati ſunt hoĩes de morte eius, alii C. Carb. alii Semproniã vxorem, vt ſupra diximus, auctorem mortis fuiſſe crediderũt. OLIV.

NIhilo virtute minor] Perſtat more ſuo in eadem familia dicens. Africanus poſterior (qui etiam minor dici ſolet, non quidem virtute, vt hoc loco atteſtatur Val. ſed tempore) nihilo. i. in nullo minor. i. inferior. ſ. quam ſuperior, aut quã Lucius Scip. ſed nec felicior quidẽ exitu. i. morte. Enim pro quia, duabus vrbibus imminẽtibus. i. inſidiãtibus, & infeſtis Ro. imperio, videlicet Numãtia i Hiſpania, & Carth. i Africa, depulſis. i. vi ASCEN.

deletis

deletis ex natura rerum, inuenit domi. ſ. ſuæ, raptorem ſpirit⁹, ſcilicet vitæ ſuæ, & non reperit in foro punitorem mortis ſup. ſuæ. quia nemo à quo interfectus eſſet diſquiſiuit, ne quẽquam ad ſupplicium expoſtulauit.

IN SCIPIONEM NASICAM.

* Plut. in Gracchis.

*QVIS * ignorat tantũ laudis Scipionem Naſicã toga, quantum armis vtrunq; Africanum meruiſſe? Qui peſtifera Tib. Gracchi manu faucibus oppreßam remp. ſtrangulari paſſus non eſt, ſed is quoque propter iniquiſſimam virtutum ſuarum apud ciues æſtimationẽ, ſub titulo legationis Pergamum ſe ceſſit, & quod vitæ ſuperfuit, ibi ſine vlla ingratæ patriæ deſiderio peregit.*

OL IV. QVis ignorat] Hic iunioris Africani patruelis fuit, qui totius populi iudicio optimus omnium iudicatus eſt, quo tempore deorum mater Peſinunte Rom. aduecta eſt, cum nondum in vrbe templum illi dedicatum eſſet, & ex oraculo Apollinis ab omnium optimo ſuſcipienda foret, diu quæſitum eſt, quis nam in vrbem tanto titulo dignus haberetur. Ad hũc Scipionem ſummo omnium iudicio ventum eſt, qui tantiſper numen priuato ſuſciperet hoſpitio, donec illi publice templum conſtitueretur, hic quoque Tib. Grac. ſeditioſiſſimi hominis furores repreſſit, nam illum leges agrarias cõtra ſenatus auctoritatem, vt diximus ferre moliẽtem, & remp. varijs ſeditionib. euertẽtem cum multitudine bonorum, impetu facto ſubſelliorum fragmentis occidit, multaq; alia in remp. merita contulit, illum tñ falſo accuſatum, ſub titulo legationis, voluntariũ in Aſiam exilium ſibi deligere coegerunt. Strangulari] ſuffocari, ſtrangulari proprie dicitur gulam ſtringere. Paſſus nõ eſt,]quia Grac. occidit. [Iniquam] Quia à tribunis agitabatur. [Titulo legationis] Vt tutius iret, nã cum grauis plebi foret Tib. mors tanquam vindicta aduerſus interfectores, & in primis Naſicã pararetur, Sollicitus de ſalute Naſicæ ſenatus, liberam ſibi in Aſiam legationẽ decreuit. Naſica q̃q̃ maximo ſacerdotio eſſet alligatus, tñ Italiam deſeruit, & in Aſiam profectus, haud multo poſt circa Pergamum interijt. [Pergamũ] Ciuitatem Aſię, eſt. n. Pergamũ, teſte Str. lib. 13. Aſiæ ciuitas inter Aeolis ciuitates principatum obtinẽs, quæ diu ſub Attalicis fortunata fuit, hanc præterfluit Caicus per campum, qui Caicus appellatur.

ASC E N. QVis ignorat, &c.] Perſeuerat (vt dixi) quantum poteſt in continuandis exemplis vnius domus Corn. ſeu Scipionũ, cum eſſet optime merita de patria, iniquiſſimam recepit ab ea mercedem. Ordo eſt. Quis ignorat Scip. Naſicam, qui optimus ciuium à ſenatu iudicatus eſt meruiſſe tm̃ laudis ſup. in toga. i. vrbe, vbi toga induebantur Rom. quantum vtrunque Afric. ſ. tã ſuperiorẽ, quã poſteriorem armis. i. in re bell. q. d. nemo, qui & illum, & hũc norit, vtpote, qui nõ eſt, paſſus remp. oppreſſam faucibus. i. in faucib. aut habẽtẽ oppreſſas fauces ſuas peſtifera manu T. Grac. ſtrãgulari. i. ſuffocari & extingui ab ea. Sed. i. & nihilominus, quoq;. i. ẽt is. ſ. Naſica receſſit. i. abiuit tã quam in exilium, ſub titulo legationis. [Pergamum] Ciuitatẽ illã Aſiæ nobiliſſ. ꝓpter iniquiſſimam æſtimationem virtutum ſuarum apud ciues. Et peregit ibi. ſ. Pergami, ſine vllo deſiderio patriæ ingratæ, ſup. id vitæ, quod ſuperfuit. i. reliquum ei fuit. quod quia paululum fuit, per partitionẽ apte locutus eſt.

IN LENTVLVM.

* Cic. in orat. 4. in Catilinã meminit.

*IN eodem * nomine verſor: nec dum Corneliæ gentis querelas exhauſi. Nanque P. Lentulus clariſſimus, & amantiſſimus Reip. ciuis, cum in Auentino C. Gracchi nefarios conatus, & aciẽ pia, ac forti pugna, magnis vulneribus exceptis, fugaſſet: prælij illius, quo leges, pacẽ, libertatemq; in ſuo ſtatu retinuerat, hanc mercedem tulit, vt ne in noſtra quidem vrbe moreretur. Siquidem invidia, & obtrectatione compulſus, legatione à Senatu libera impetrata, habitaq; concione, qua à Dijs immortalibus petijt, ne vnquam ad ingratum populũ reuerteretur, in Siciliam profectus eſt, ibiq; perſeueranter morando compotem ſe voti fecit: quinque igitur deinde Cornelij, totidẽ ſunt notiſſima ingratæ patriæ exẽpla, atque horum quidem ſeceſſus voluntarij.*

OL IV. IN eodem nomine verſor] Hic P. Lentulus de gente Cornelia fuit, de qua Lentulus ille natus eſt, qui cum Catilina in remp. coniurauerat, & à Cic. conſule cum alijs coniuratis necari iuſſus eſt, nam ea cauſa in coniurationem venerat, quia ſe principem omnium futurũ ſperaret, eo ꝙ oraculum fuit trib. è gente Cornelia deberi remp. Rom. & vnum ex his ſe tertiũ eſſe exiſtimabat, ſed eſt opinione deceptus. hic ergo Lentulus de quo loquimur, primus C. Grac. & Fuluii, qui per ſeditionẽ Auentinum cũ armata manu occupauerat, impetum furoreſq; repreſſit, cõſule L. Opimio, cui ſumma poteſtas à ſenatu data fuerat, vt caueret, ne quid detrimẽti reſp. caperet. hic igitur pro rep. à tanta ſeditione liberata, id præmij recepit, vt paulo poſt ſub ſpecie legationis in exilium miſſus fuerit. [In Auẽtinum] Quo Grac. & Ful. eius collega, cum ceteris coniuratis ſe receperant. [Magnis vulneribus exceptis] Cũ Grac. de Auẽtino monte, quem cum armata multitudine occupauerat, fortiter deturbaſſet, illumq; ad Pontem vſque Sublicium inſectatus eſſet, donec ſuæ temeritatis pęnas dediſſet, ipſe grauiter vulneratus eſt [Inuidia & obtrectatione] Inuidiam inter impares cũ minor inuidet maiori, obtrectatio vero inter pares. [Libera legatione] Vt tuto poſſet ire quocunq; vellet, erat aũt hæc honeſta exilii conditio. [Quinque igitur deinde] Cõcludit hoc exemplũ cũ hac ingratæ ciuitatis nota, vt dicat in quinq; nobiliſſimos gẽtis Corneliæ viros de ſe optime meritos ingratiſſimã extitiſſe.

ASC E N. IN eodem] Affert quintũ eiuſdem familiæ exemplũ dicens. Ego verſor in eodẽ noie. ſ. Scipionum, aut gentis Corneliç. Quia ego nec dum. i. non adhuc exhauſi. i. euacuaui, & expleui querelas. ſ. iuſtas de ingratitudine patriæ gentis Corneliæ. i. quas gens Cornelia de patria facere poſſet. Nãq; Pub. Lentulus ciuis clariſſimus, & amãtiſſimus reip. cũ diſpuliſſet ex Auẽtino. ſ. colle, in quẽ Grac. & Ful. per ſeditionẽ receſſionem fecerat. nefarios conatus, & aciẽ. ſ. inſtructã aduerſus patres cõſcriptos, & hoc magnis vulneribus exceptis. i. acceptis euidenter. ſ. ab ipſo Lentulo, pugna pia, quia pro ſalute reip. ac forti, quia cõtra maximã vrbis partẽ, tulit. i. aſportauit hãc mercedẽ illius prœlii, quo retinuerat in ſuo ſtatu leges pacem. i. concordiã, & libertatem. ſ. Romanam, hãc dico mercedẽ. ne quidem. i. vt ne ſaltem moreretur in noſtra vrbe, hoc eſt Rom. Siquidẽ. i. quandoquidem ipſe compulſus inuidia, & obtrectatione. ſ. malignãtium, legatione. i. profectione, aut voluntario exilio ad conſeruandum honorem eius nomine legationis palliato, impetrato à ſenatu, & concione. i. oratione ad populum conuocatum habita, qua. i. in qua concione petiit à Dijs immortalibus, ne reuerteretur vnquã ad populum ingratum, profectus eſt in Siciliã, & morando ibi perſeuerãter fecit ſe compotem voti, quia nunquam deinde in patriam reuerſus eſt. [Igitur quinq; Cornelij] i. gentis Corneliæ viri deinde. i. continui, ſunt totidem. i. etiã quinque exempla patriæ ingratæ, atque quidem ſeceſſus. i. abitiones in exilium horum. ſ. iam dictorum ſup. fuerunt voluntarij, cum ſecus ſit de eo, quod ſequitur.

IN HALAM SERVILIVM.

*HALA * vero, cum magiſter equitum Sp. Meliũ, regnum affectantem, occidiſſet, cuſtoditæ libertatis ciuium, exilio ſuo pœnas pependit. Ceterum vt ſenatus, populiq; mens in modum ſubitæ tempeſtatis concitata, leni querela proſequenda eſt, ita ſingulorũ ingrata facta liberiore indignatione proſcindenda ſunt: quia potentes conſilij, cũ vtrunque ratione perpendere liceret, ſcelus pietati prætulerunt.*

* Rogationẽ de publicandis bonis Seruilij Halæ latã refert Liu. li. 4.

OL IV. HALA vero] Fames vrbẽ inuaſerat, vel malignitate temporum, ꝙ anni fuiſſent ſegetibus aduerſi, vel negligentia plebis, quæ concionum dulcedine capta, deſerto agrorum cultu coluerat vrbem, nã vtrunque traditur. Sp. Melius eques R. illis tẽporib. præ diues, rem vtilem peſſimo exemplo, peiore cõſilio, eſt aggreſſus. nam frumento priuata pecunia coempto, largitiones frumenti in populũ fame laborantem facere inſtituit, vt hoc munere plebs ſibi obnoxia facta, honores demandaret. nec hoc cõtentus, de regno cœpit cogitare, iamq; cõiuratio parabatur, nam tela in eius domum conferri, concioneſq; heri, & non dubia de regno conſilia, quod cum ſenatui nunciatum eſſet, primo conſules increpare, ꝙ eas largitiones, cœtuſque in priuata domo fieri permitterent: Deinde dictatorem dicẽdum cenſuit, creatus eſt L. Q. Cincinnatus, qui C. Seruii Halam magiſtrum

Spurii Melii cædes.

giſtrum equitum dixit, qui miſſus à dictatore ad Meliũ, vt illũ ad ſe deduceret, cum venire recuſaſſet, eum ſtricto gladio inſecutus, obtrũcat. reuerſus deinde ad dictatorẽ laudatur, ꝙ rẽp. liberaſſet. verum paulo poſt dãnatum Halam P. R. in exilium ire coegit, Cic. in Catone maiore. L. Q. Cincinnati iuſſu magiſter equitum Seruilius Hala Spurium regnum affectantem occupatum interemit. Plin. de viris illuſtr. Q. Cincinnatus depoſita dictatura ad agriculturã reuerſus, iterum poſt 20. annos dictator dictus, Spurium Melium regnum affectantem à Seruilio Hala magiſtro equitum occidi iuſſit, domum eius ſolo adæquauit, vnde locus Aequi Melium dicitur.

Aeq Melium.

[Ceterum vt] Poſtquam de publica ingratitudine dixit, trãſit ad priuatam, & illã dicit maiori nota cẽſendam, quia in vulgo nulla ſit peritia, ſed in modum ſubitę tempeſtatis concitetur, ſingulis autem, perpendẽdi beneficii datam eſſe poteſtatem. [Leui querela] Quia imperitia obſiſtit vulgo ne poſſit ius ab iniuria diſcernere. [Proſcindẽda] Dilaceranda, oneranda cõuitiis. [Perpendere] Examinare [Scelus pietati] ingratitudinem gratitudini præpoſuerunt.

Ascen.

HAla vero, &c.] Ordo eſt. Illi quidem in voluntarium abierant exilium. Vero pro ſed, Hala. ſ. Seru. cum ipſe magiſter equitum (Male legunt quidam magiſtrum, vt referatur ad Melium, quod nequaquam verum eſt) dictus. ſ. L. Q. Cincinnato, occidiſſet (iuſſu tñ dictatoris) Sp. Melium, ciuem potentem, & ambitioſum, affectantem regnum. ſ. in vrbe iam libera, pependit exilio ſuo pœnas libertatis eiuſ cuſtoditæ. ſ. ab eo, hoc eſt pro cuſtodia libertatis exilium recepit. [Ceterum, &c.] Paraſceue eſt ad ſingularis ingratitudinis exempla, ad quæ tranſitum parat. Ordo eſt Ceterum. i. ſed vt. i. quemadmodum mens ſenatus. i. patrum cõſcriptorum, qui multi erant, & Popul. ſ. Rom. qui multo numeroſior, cõcitata. i. commota, & agitata, & ad iram incitata, in modum tẽpeſtatis ſubitæ. i. ſubito ortę eſt proſequẽda. i. afficienda leui. i. facili, & modica querela, ita ingrata facta ſingulorũ, ſunt proſcindenda. i. digna ſunt, q̃ proſcindatur indignatione liberiore, & ita maiore, quia. ſ. ſinguli potentes conſilii, cum liceret eis perpẽdere. æſtimare vtrũq; i. vtranque partem, tam piam q̃ impiam, tam gratã, quàm ingratam, rationali diſcretione, aut calculo valorum prætulerũt pietati ſcelus. i. pro benefactis iniuriam retulerunt. Sanè ex hoc loco videtur poſſe probari principatũ vnius eſſe meliorem, quàm plurium, quod quidem verum eſt, ſi illi plures boni nõ fuerint. Nam licet (quod dici ſolet) plus vident oculi, q̃ oculus, tñ in multitudine cõfuſa, ſæpe pars maior meliorẽ ſuperat, & ita licet bonorũ exilrũ oib. bonis diſplicuerit, tñ quia placuit malis, qui multo plures ſunt & ſentẽtiæ tales pluralitati vocũ conceduntur, difficilius eſt multitudinem q̃ ſingulos, qui à nullo coacti ſunt, recte iudicare, quo circa min⁹ multitudo peccare, q̃ ſinguli videtur, ideoq; multitudini parcendum eſſe cautũ eſt.

Principatum vnius pluriũ meliorẽ eſſe.

DE P. SEXTILIO.

* Cic. lib. de orat. hic lib. 9. ca. 2.

*QVo enim * nimbo, qua procella verborum, impiũ Sextilij caput obrui meretur? quod L. Cæſarẽ, à quo tum ſtudioſe, tum etiam feliciter grauiſſimi criminis reus defenſus fuerat, Cinnanæ proſcriptionis tẽpore profugum, præſidium ſuum in fundo Tarquinienſi cladis conditione implorare, beneficii iura repetere coactum, à ſacris perfidæ menſæ, & altaribus nefandorum penatum auulſum, truculento victori iugulandũ tradere non exhorruit. finge accuſatorẽ eius fortuna publica in ſupplicis nomen conuerſum, tam luctuoſam illam opẽ genibus annixum oraſſe, crudeliter tamen repulſus videretur: quin etiam quos iniuriæ inuiſos faciunt, gratioſos miſeria reddunt. Verum Sextilius non accuſatorẽ, ſed patronum ſæuiſſime inimici violentiæ ſuis manibus obiecit: ſi metu mortis, vita indignus, ſi premij ſpe, morte digniſſimus.*

Plutar. in vita Appian. li. 4. Sen. d cla. lib. 7.

Oliv.

QVo nimbo] Q. hic Sextilius poſtulatus fuerat maieſtatis contra Syllam C. Ceſar tunc orator eximius in ea accuſatione deſcẽdit, orta deinde inter Cinnam, & Carbonem conſule, ſeditione peſtifera, pulſus ex vrbe Cinna cum paulo poſt Mario coniunctus vrbem cepiſſet, de inimicis grauiter vltus eſt, quorum alios in vrbe trucidauit, alios in tabella proſcriptos expoſuit, Inter quos fuit & hic C. Ceſar orator, qui Tarquinos in Hetruriã fugiẽs ad Sextilium vet erem clien. em ſuum diuertit, apud quem tutam ſalutem ſuam fore ſperabat, cuius ipſe ſalutem aliqñ protexiſſet. Ille vero contra ingratiſſimus, & impius homo, & patronũ, & hoſpitem prodidit. [Nimbo impetu] Qua procella, quo turbine, & eſt tranſlatio ſũpta à tempeſtate. [Criminis reus] Maieſtatis cõtra Syllam, hic eſt Cæſar cuius meminit Cic. in li. de oratore, & illum introducit de arte diſputantem. [Cinnanæ proſcriptionis] Nam poſt reditum Marij, Cinna collegæ ſui cõſulis C. Octauii caput præcidi iuſſit, part ratione P. Craſſi L. Cæſaris nobiliſſimorum hominum, quorum virtus fuerat domi militiæq; cognita. M. quoq; Antonij omnium eloquentiſſimi, quos ego audiuerim, C. Cæſaris, in quo mihi videtur fuiſſe ſpecimẽ humanitatis ſalis ſuauitatis, leporis hæc Cic. in Tuſc. Cinna igitur iuſſerat inimicorum capita proſcribi, & qui impune poterant occidi. [Repetere] Quaſi debitum. [Nefandorum penatum] Pro ipſius nefandi. [Finge accuſatorem] Exaggerat hic crimen Val. ſi accuſator inquit fuiſſet, nõ defenſor, & in ea fortuna genib. prouolutus opem in tanta perturbatione ſuppliciter implorasset, nõ niſi crudeliter repelli poſſe videbat, cum vero patronus, & ſalutis defenſor tam impie proditus fuerit quanta ingratitudine quanto odio proſequendus eſt! [Si metu mortis vita indign⁹] Vtitur cõplexione, aut inquit metu mortis prodidit patronũ, & hoſpitem ſuũ Sex. aut ſpe alicuius præmii conſequẽdi, ſi metu mortis id fecit, indignus eſt, quod viuat, qui turpitudini honeſtatem vitæ cupiditate poſtponere non dubitauit, ſi ſpe p̃mii alicuius cõſequendi, magis morte dignus fuiſſe videtur.

Cinnæ proſcriptio.

Ascen.

QVo enim nimbo, &c.] Inuehitur igitur in eos, qui cum grati eſſe poſſent, & à nullo ad ingratitudinem impellerentur, ingrati eſſe maluerunt. Et primo in Pub. Sex. dicens, dico ſup. eos qui ſponte, cum ſinguli eſſent per ingratitudinem peccauerunt, liberiore indignatione proſcindendos. Enim pro quia, quo nimbo. i. vi (eſt enim vis ventorum admiſturum aqua) & qua procella. i. vi verborum, caput Sextilii impium. ſ. in L. Cæſarem meretur obrui, q. d. maximo, & maxime, ꝙ. i. eo, ꝙ non exhorruit tradere L. Cæſ. ſ. oratorẽ, à quo ipſe Sextilius reus grauiſſimi criminis, vt pote maieſtatis poſtulatus, fuerat defenſus, tũ. i. ſimul ſtudioſe. i. diligẽter & affectuoſe, tũ. i. ſimul ẽt feliciter, q̃a abſolut⁹ fuit, p̃fugũ. i. procul à cõſpectu hoſtis fugientem tempore proſcriptionis Cinnanæ. i. quam Cinna, & Marius, coniunctis copiis in Syllam, victores & vrbis cõpotes effecti fecerant, coactum implorare. i. plorando petere præſidium ſuum. i. à quo defenderat auxilium, aut forte munimentum, & vt dicunt fortalitium, & in fundo Tarquinien. & ita in Hetruria, conditione. i. propter conditionem cladi, q̃a non ſũa culpa, ſed cõmuni ciuium calamitate talia pateret, & coactum repetere, quia aliter non repetiiſſet, iura beneficii. ſ. in Sextilium collati non dico exhorruit tradere, victori truculento, videlicet Cinnæ, iugulandum. i. in ea parte colli trucidandum, auulſum. i. vi abſtractum à ſacris perfidæ menſæ, q̃a hoſpites dum primum adueniebant Ioui aliquid libaminis faciebant, vt felicius & ſanctius eſſet hoſpitium, & ab altaribus penatum nefandorum. i. quos ipſe Sextilius nefandus ſcelerauerat. Finge. i. per imaginationẽ licet falſam pone, ſup. L. Cæſ. accuſatorem, qui tñ defenſor erat, aut reuera accuſatorem. i. eum, qui Sext. accuſauerat conuerſum. i. mutatum in nomen ſupplicis. i. ſupplicãtis Sextilio, quem prius accuſauerat. publica fortuna eius. i. eo ꝙ fortuna, ſic ſit mutata, vt q̃ potiores fuerant vincente Sylla, & aliorum accuſatores, cogant Marianis dominantibus ſupplicare, annixum genib. ſ. Sex. i. prouolutum ad genua eius, oraſſe tam luctuoſum illam opem, quàm. ſ. Cæſ. orauit. [Tamen] i. licet prius accuſator & hoſtis videretur, tamen repulſus crudeliter, cum. i. quandoquidem (id autem melius quadrat, quàm vt legatur quinetiam) miſeriæ reddant gratioſos. i. acceptabiles & tractabiles, cum gratia, & beneuolentia, etiam eos ſup. quos iniuriæ. ſ. quas intulerunt, faciunt inuiſos. Verum Sex. obiecit ſuis manibus, ſæuiſſimæ violentiæ inimici non accuſatorem, ſed patronum. i. defenſorem ſui ſi ſup. id fecit metu mortis, (quia tabella proſcriptorum aſcribũtur generali clauſula oẽs, qui proſcriptos celauerint, protexerint, aut quãtis ope iuuerint) indignus ſupp. fuit vita, vnde Iuuen. grauiſſime & ſanctiſſime dixit, Summum crede nefas animã præferre pudori, & propter vitam viuendi perdere cauſas, cauſæ autem viuendi ſunt, vt ſancte, iuſte, & honeſte operemur, quæ Deo & homini grata ſint, ſi ſup. Sext. id fecit ſpe præmij, digniſſimus ſup. fuit.

DE CN. POPILIO LENATE.

SED, vt ad alium conſentaneum huic ingrati animi actum tranſgrediar, M.Cicero Cn.Popilium Lenatẽ, Picenæ regionis, rogatu M.Cęlij, non minore cura, quàm eloquentia defendit, eumq́; cauſa admodum dubia fluctuantem, ſaluum ad penates ſuos remiſit. hic Popilius poſtea nec re, nec verbo à Cicerone læſus, vltro M. Antonium rogauit, vt ad illum proſcriptum perſequendum & iugulãdum mitteretur: impetratisque deteſtabilis miniſterij partibus, gaudio exultans, Caietam cucurrit: & virum, omitto, quòd ampliſſimæ dignitatis, certę ſalutiſ eius auctorem, ſtudio præſtantis officii priuatim ſibi venerandum, iugulum præbere iuſſit: ac protinus caput Romanæ eloquentiæ, & pacis clariſſimam dexteram, per ſummum, & ſecurum ocium amputauit; eaque ſarcina, tanquam opimis ſpoliis alacer in vrbem reuerſus eſt: neq; ei ſceleſtum portanti onus ſuccurrit, illud ſe caput ferre, quod pro capite eius quondam perorauerat. Inualidæ ad hoc monſtrum ſuggillandum literæ: quoniam, qui talem Ciceronis caſum ſatis digne deplorare poſſit, alius Cic. non extat.

OLIV. Popilius Lenas Cice. interẽptor.

SED ut ad alium] M.C.Popilium Lenatem defendit parricidii, vt vult Plut. in vita Cic. Oct. Cęſ. pacem, & fœdus cum Ant. & Lepido fecit ita vt hi triumuiri reip. conſtituendæ per quinquennium eſſent, & ſuos quiſq́; inimicos proſcriberet. in qua proſcriptione centum viginti ſenatorum nomina fuerũt, reliqui fuerunt, equeſtris ordinis viri ex plebe pauci admodũ. nam ccc. ciues proſcripti ſunt, inter hos igitur Lucius Cæſar, auunculus Antonij, & Paul. Lepidus, M. Lepidi frater, & Cic. noſter proſcripti, ſunt à Popilio Lenate occiſi. dicitur Octauia. diu ac multum reſtitiſſe, ne Cice. in proſcriptorum numero eſſet adductus verecundia, quod cum patrem appellare conſueuerat, & quòd eius opera ad id potẽtiæ perueniſſet, ſed victus tandẽ obſtinata nimis Antonii voluntate, qui Cic. præ ceteris vnũ depoſcebat propter Philippicas in eum ſcriptas, vnde Iuue. Antonii gladios potuit cõtemnere, ſi ſic omnia dixiſſet, ergo cedere coactus eſt. Cic. vbi intellexit, quę facta erant, vna cũ Quint. fratre ad Brutum in Macedoniam ire conſtituit, frater vero, q mœrore confectus, non ſe ſatis viatici ſumpſiſſe putabat, domũ reuerſus, vt accepta pecunia Ciceronem conſequeretur, proditus à ſeruis, vna cum filio interfectus eſt. Cic. vero dum ad nauem in lectica defertur, à ſatellitibus Antonianis quos Popilius ille ducebat, quem, vt diximus Cic. in iudicio defenderat in itinere interceptus eſt haud procul à portu Caietæ. qui Popilio iugulum eius poſcenti, cum barbam prius dextera diuulſiſſet, fortis, & intrepidus porrexit. Iuuen. tñ dicit, non caput ſolum, ſed etiã manum abſciſſam fuiſſe Cic. Dicit enim in Sat. Omnibus in terris. Ingenio manus eſt, & ceruix cæſa, nec vnquam, Sanguine cauſidici madarunt roſtra puſilli. Brut. vero audita Cic. morte C. Ant. M. Ant. fratrem, quem captiuum habebat, Cic. filio ad vindictã conceſſit. [Picenæ] Quæ regio Marchiæ eſt, Picenus. n. ager à pico dictus, nam cum quidam in eam regionem aliunde veniſſet, & vexillum gerens condendæ vrbis locum peteret in eius vaxillo conſtitit picus, vnde regio illa Picena dicta eſt. [M. Cœlii] qui amantiſſimus Cic. erat. [Fluctuantem] Dubitantem, & in magno periculo verſantẽ translatio à naui quæ fluctibus agitatur [Sibi venerãdum] Qui eum defenderat. [Tanquam opimis ſpoliis] Tanquam dux ducem cecidiſſet. [Sceleſtum onus] Hypallage eſt, pro ipſe ſceleſtus.

Picenus ager vnde.

ASCEN. SEd vt Tranſgrediar ad alium actum ingrati animi conſentaneum. i. conformem huic. ſ. iam dicto. M. Cic. defendit rogatu. M. Cęlii Cn. Popilium Lenatem regionis Picenæ non minore cura, quàm eloquentia, & remiſit eum fluctuantem. i. periclitantem, more nauis aduerſis fluctibus deprehenſæ, cauſa admodum dubia. i. periculoſa, & incerta de abſolutione, ad ſuos penates ſaluum. i. indemnem. Hic. i. huiuſmodi Popilius, qui tantum Cic. debebat, poſtea nec re, nec verbo læſus à Cic. rogauit vltro. i. non requiſitus ab aliquo, M. Ant. ſ. triumuirum, in quem Philippicas Cic. habuerat, & ſcripſerat, vt mitteretur ad proſequendum, & iugulandum illum. ſ. Cice. proſcriptum. ſ. ab Ant. annuente Auguſto, & partibus. i. onere, & munere, deteſtabilis miniſterii impetratis. ſ. ab Ant. ipſe exultans gaudio cucurrit Caietam. i. ad eam vrbem littoralẽ Italiæ, da qua Virgil. in principio vij. Tu quoq; littoribus noſtris Aeneia nutrix, Aeternũ moriẽs nomẽ Caieta dediſti, & iuſſit virũ. ſ. Cic. omitto. i. taceo ſupp. ꝙ vir fuit ampliſſimæ dignitatis, quia conſulatu ſic functus, vt parens patriæ primus ſit appellatus, certe. ſ. ſaltem ſi non publico nomine venerandum putauit auctorem ſalutis. i. ſalubritatis eius. ſ. Popilii, venerandum ſibi priuatim ſtudio præſtantis officii. ſ. patrocinii præſtiti in tam dubia cauſa per ſummum, & ſecurũ ocium, & ita dedita opera caput Rom. eloquentiæ, & dextram clariſſimam pacis. i. quæ in toga triumphum meruit, & plus ciuitati profecit, quàm quis armatus (iõ autem dextram amputatam ad Ant. attulit, quòd ea Philippicas ſcripſerat, Ant. autem caput, & dextram pro roſtris affigi iuſſit) & ipſe Popilius reuerſus eſt in vrbem alacer. i. lætus ea ſarcina. ſ. capitis & dextræ Cic. Tanquam ſpoliis opimis. i. quæ dux duci detraxerit in iuſto bello, & Ioui feretrio ea retulerit, quod ſummæ gloriæ, pacisque datæ æſtimabatur. Ideo autem alacer, quia ſine remorſu conſcientiæ. Neque enim ſuccurrit. i. per miſericordiam in mentem venit, portanti onus ſceleſtum. i. ipſe ſceleſtus (ſed more ſuo epitheta confundit, vt in ſuperiori capitulo penates nefandos dixit, pro hominis nefandi) ſe ferre illud caput, quod perorauerat. i. orando vicerat quondam ꝓ capite eius. ſ. Popilii. Literæ. ſ. omnes, quæ tunc extabant, ſunt. Inquit auctor ſup. inualidæ. i. inſufficientes, ad ſuggillandum. i. infamia denegrandum hoc monſtrum. i. monſtruoſum hominem, quoniam alius Cic. non extat. i. nullus tam eloquens poſt Ciceronem inuentus eſt, vt fuerat Cic. qui poſſit deplorare ſatis digne, caſum. i. cladem & ruinam Cic.

DE POMPEIO MAGNO.

*QVO te * nunc modo Magne Pompei attingam, neſcio. nam & amplitudinem fortunæ tuæ, quæ quondam omnes terras, & omnia maria fulgore ſuo occupauerat, intueor, & ruinam eius maiorem eſſe, quàm vt manu mea attentari debeat, memini. Sed tamen nobis quoque tacentibus, Cn. Carbonis, à quo admodum adoleſcens de paternis bonis in foro dimicans protectus es, iuſſu tuo interempti mors animis hominum obuerſabitur, nõ ſine aliqua reprehẽſione: quia ingrato facto, plus L. Syllæ viribus, quàm propriæ indulſiſti verecundiæ.*

* Lib. 6. cap. 2.

QVO te nunc modo] Pompeius Strab. magni Pomp. pater latino bello dux exercitus, ꝑter alia oppida cępit & aſculum, atq; diripuit, deinde poſt aliquot annos, eo mortuo, Põp. accuſatus eſt peculatus, quòd ex ea præda ſibi aliquid vſurpaſſet pater, aſſerebantque aliquos libellos, qui miſſi fuerant domum Str. in eo iudicio à Cn. Carbone defenſus eſt, & ipſe pariter adeo perſpicax, & præter ætatem promptus viſus eſt, vt inde gloriam, gratiam, beneuolentiamq; multam reportaret. poſtea vero eum Sylla remp. occupaſſet, Pomp. aduerſus Carbonem, qui claſſe Siciliam occupauerat, cum exercitu miſit, quẽ ſuperatum, cum ſe Pomp. victori ſupplex ſubiiceret, dicitur Pomp. eum ingrate nimis, & crudeliter tractaſſe, nam illum vinctum produxit in medium, & pro tribunali ſedens damnauit, damnatum deinde ad necem pertractum interfici iuſſit dicitur iſte Carbo cum ad necem duceretur, vt enſem ſtrictum ſibi imminere vidit, cupiditate vitæ commotum, locum & horam per breuem oraſſe tantiſper, dum exoneraret ventrem, de hoc Carbone Cic. in Epiſt. Fam. lib. ix. epiſt. quæ incipit tandem infamiæ cognouimus, inquit, Cn. Carbonẽ & fratrem eius Scurram, quid eſt improbius, & paulo poſt, hoc qui à Pomp. noſtro interfectus eſt nemo improbior meo iudicio fuit. [Quomodo] Quo pacto mordeam, & accuſem, & te tam ingrato facto] Nã ſi occidendo Carbonem tuas vires auxiſſes, tolerandum eſſet.

OLIV.

ASCEN. QVo te, &c.] Ordo eſt. O magne Pompei, ego neſcio quomodo. i. forma taxandi ego atringam te. Nam, & i. ſimul intueor. i. inſpicio amplitudinem fortunæ tuæ, quæ occupauerat quondam fulgore ſuo omnes terras, & omnia maria, & memini ruinam. i. caſum eius per ingratitudinem (nam de morte eius nihil ad hunc locum) eſſe maiorem quàm vt debeat attentari. ſ. perſcribi mea manu. Sed tamen nobis quoq; tacentibus. i. etiam ſi tacuerimus, mors Cn. Carbonis, à quo protectus

tectus es admodum.i.valde adoleſcens, dimicans in foro.ſ.contentioſo de bonis paternis,& ioteremptì iuſſu tuo, obſeruabitur.i.repreſentabitur animis hominum, non ſine.i.cum aliqua reprehenſione. ſ.tui,quia tu indulſiſti tam ingrato facto plus viribus Syllæ,quàm propriæ verecundiæ.

EXTERNA.

DE CARTHAGINIEN. IN HANNIBALEM.

* Liuius lib.35. Plut. in vita. AT ne* noſtra confeſſis,alienigenæ vrbes inſultẽt: Carthaginienſes Annibalẽ,qui pro illorum incolumitate, & victoria tot imperatores, totq; exercitus noſtros trucidauerat,quot gregarios milites hoſtium ſi occidiſſet,magnæ gloriæ foret, è conſpectu ſuo ſubmouere in animum induxerunt.

Oliv. Carth.ingrati erga Hannibalem. AT ne noſtra] Conuenienter tranſit ad externa, & rationẽ affert tranſitionis ſuæ,ne.ſ.irrideantur ab externis populis, ſi ſoli ingrati Rom.fuiſſe videantur, primum antem exemplũ de Carthag.qui aduerſus Hannib.ingratiſſimi quidem extiterunt,nam cum tot victoriis patriam illuſtraſſet,tamen illum & Romanis accuſarunt, tanquam violati fœderis auctorem & in exilium ire coegerunt. Sunt & qui dicunt cum Hannib.ſe in vicum ſuum recepiſſet,Carthag.ſumptis armis eum petere voluiſſe ad necem, quòd vbi intellexit Hannib. confugit in Aſiã ad Antiochum,cui ſe tantopere inſinuauit, vt hoſpitaliter,honorificeq; ſuſceptus, in omnibus publicis, & priuatis conſiliis adhiberetur,qui non prius deſtitit,quàm regem impulit,vt Romanis bellum inferret.Cic. in oratione aiti.circa finem, Quis Carth.pluris Hannib.conſilio,virtute,rebus geſtis, qui vnus cũ P.R.tot annos de imperio, de gloria decertauerit? hunc ſui ciues de ciuitate eiecerunt.[Inſultens]Nos per contumeliam irrideant.Tot imperatores,] vt Q.Fab. Paul.Aemil.M.Marc.T. Gracchum alioſq; complures.

Ascen. AT i.ſed, ne vrbes Alienigenę.i. ciuitates externæ, inſultent, id eſt impetum irriſionis, & illuſionis faciant nobis ſup.cõfeſſis noſtra.ſ.vitia ingratitudinis,dico ſup. quod Carthag. induxerunt animum, ſcilicet ſuum.i. ſuſtinuerunt ſubmouere conſpectu ſuo.i.agere in exilium, Hannib.ſ.ducem ſuum,qui trucidauerat pro incolumitate,& victoria illorum.ſ. Carth.tot imperatores,& tot exercitus noſtros.i. Romanos, quot ſi occidiſſet gregarios, id eſt nulla excellentia præditos, milites hoſtium,foret.i.eſſet magnæ gloriæ.

DE SPARTANIS IN LYCVRGVM.

* Herod. lib.2. NEMINEM* Lycurgo, aut maiorem,aut vtiliorem virum Lacedęmon genuit, utpote cui Apollo Pythius oraculum petenti reſpondiſſe fertur: neſcire ſe, vtrum illum hominum,an deorum numero aggregaret. huic tamen neq; vitæ ſummæ ſinceritas,neq; conſtantiſſimus erga patriam amor,neq; leges ſalubriter excogitatæ auxilio eſſe potuerunt,* quo minus infeſtos ciues

* Plut.in vita Lycurg. Stobæus ſerm. 17. experiretur.ſæpe enim lapidibus petitus, aliquando eiectus,publico furore, etiam priuatus oculo, ad vltimum ipſa patria pulſus eſt. Quid aliæ facient vrbes? vbi etiã illa,quæ conſtantiæ,& moderationis, & grauitatis ſibi laudem eximiam vendicat, tam ingrata aduerſus tam benemeritum extitit?

Oliv. NEMINEM Lycurgo] Lycurgus legum Lacedæmoniorum lator fuit,quo viro nullum Græcia meliorem protulit,quod cum ea ipſius vita,& rebus geſtis, tum maxime Apollinis teſtimonio comprobatur,qui ei oracula petenti reſpondiſſe dicitur,& dijs eſſe maxime charum, & neſcire ſe, deum potius illum, an hominem appellaret.rempub. Laced. ita conſtituit, vt nulla melior,nulla ſanctior, quoad Lycurgi legibus obtemperauit,in tota Græcia poſſet inueniri,tamen in hunc virũ Lacedæmonii adeo ingrati fuerunt, vt illum ſæpe iniuriis laceſſerit,atq; in primis locupletes, qui eius leges grauiter ferentes, pulſatũ à foro ſæpe perturbauerint, & illi oculũ eruerint,quas quidem iniurias leni tuliſſe animo dicitur, adeo vt etiam eſſuſorem oculi perpetuo dilexerit, ſibiq; miniſtrum fecerit,& ea improbo,ac temerario viro,exactiſſimũ & cõtinentiſſimũ reddiderit,cum igitur Lacedæmonii conquererentur, quod leges illæ duræ nimiũ eſſent,& iniquites,Lycurgus ſimulauit eas ſe velle mutare,cõſulto prius tñ oraculo, neque.n.abſq; dei cõſilio ſe quidquã facturũ eſſe dicebat, cũ igitur Delphos ire conſtituiſſet,aduocata concione, ciues oẽs iureiurando adegit ſeruaturos inuiolatas,quoad rediret in patriã, profectus deinde cũ accepiſſet ab oraculo pias,ſanctaſq; leges,& nullo modo permutãdas,ſed ciuitatẽ illã fore clariſſimã, quo ad Lycurgi legibus vteretũ. Vaticiniũ ſcripſit, & Spartã miſit, deinde,ne ſacramento ſolueretur ciuitas,in Cretam proficiſcitur, ibiq; perpetuum egit exilium,ac moriens iuſſit in mare ſpargi cineres ſuos,ne ſi forte in patriã reportarentur,rediſſe crederetur.Et ſic iureiurãdo ciuitas liberata foret.Cui Apollo]hoc idem dicit Leon. Aretinus in Apollogia Socratis,dicit.n.Dum Lycurgus ingrederetur templum Apollinis, Apollo inquit, ambigo an te deum, an hoiem appellem.[Sinceritas]Nã pie ſemper vixit, & auunculo fidẽ ſummã ſeruauit. [Cõſtantiſſimus] Perſeuerãtiſſimus, exiliũ.n.elegit, ne leges, quæ patriæ ſalubres erant, tolli poſſent.

Ascen. NEminem.i.non aliquem,Laced.vrbis illa Spartana, quæ & Sparte dicta,nõ genuit aliquem virũ maiorem,aut vtiliorem propter leges ab eo latas,Lycurgo,vtpote cui petenti oraculum.i.vaticinium ſuper re dubia, Apollo Pythius.i.Pythonis ſerpentis interemptor, cuius pelle tripodes in templo Delphico tectę erant,fertur reſpondiſſe,ſe neſcire,vtrum aggregaret illum.ſ.Lycurgum numero hoium,an deorum,tñ.i.quãquã eſſet talis,tñ neq; ſumma ſinceritas vitæ,neq; conſtantiſſimus amor erga patriam,neq; leges excogitare.i.excogitando inuẽtæ ab eo ſalubriter.i.cum ſalute Lacedæmoniorum, ſi eas tenere voluiſſent, potuerunt eſſe auxilio, huic.ſ.huiuſmodi viro, quo minus.i. vt non experiretur ciues.ſ. Lacedæmonios, infeſtos.i.ſibi vim inferentes,& contra ſe inſurgentes.Enim pro quia ipſe petitus.ſ.à ciuibus ſæpe lapidibus,aliquãdo eiectus furore publico.i.totius ciuitatis, & priuatus oculo, pulſus eſt ad vltimũ ipſa patria.i.in exilium actus. [Quid aliæ vrbes faciant,Vbi.i. poſtquam etiam illa, videlicet Laced.quæ vendicat.i.approbat ſibi eximiam laudem conſtantiæ,& moderationis,& grauitatis,extitit.i.euaſit tam ingratã,aduerſus tam benemeritum? q.d.veroſimile eſt,aut eſſe,aut fieri poſſe non minus ingratas. SALVBRITER] Antiqui cod. habent ſalutariter.

DE ATHENIEN. IN THESEA.

* Plut. in vita. In aſtu ſe cõferre iuſſit, ait Cicer.li. de legibus. DETRAHE* Athenienſibus Theſea:nulla, aut non tam claræ Athenæ erunt: ſi quidem ille vicatim diſperſos ciues ſuos in vnam vrbem contraxit: ſeparatimq; & agreſti more viuenti populo ampliſſimæ ciuitatis formam,atq; imaginem impoſuit.* Idem ſæua potentiſſimi Regis Minois imperia, vix dum ætate pubeſcente repulit. Idem effrenatam Thebarum inſolentiam domuit. Idem opem liberis Herculis tulit: & quidquid vbiq; monſtri,aut ſceleris fuit, virtute animi,ac robore dextræ comminuit. huius tamen ſummoti ab Athenienſibus, Sciros exule minor inſula,oſſa mortui cepit.

* Iſocrates, [illegible]

Oliv. DETRAHE Athenienſibus] Cum Athenienſes per Atticam regionem diuiſi, vicatim habitarent, eos Theſeus in vnam vrbem ad Politicam,moralemq; vitam conuocauit, & eos breui tempore coaleſcentes ad eam dignitatem prouexit, vt totius ferme Græciæ principatum obtinerent,vnde eiuſ poſtea in vrbe virorum nomina permanſerunt, fuit igitur ſic Athenarum,vt Romanæ vrbis Romulus conditor, multa deinde & maxima illis beneficia contulit,quæ Val. ſummatim percurrit,ingrata tñ ciuitas illum eiecit,& in Scyro parua admodũ inſula mori coegit.[Idem ſæua]Cum Androgeum Athletã fortiſſimũ regis Minois filium Ath. per inuidiam è turri præcipitaſſent,quod omnes in agonibus ſuperaſſet,Minois Aegeo Theſei patri tunc regnanti bellum intulit,& Athen.longa obſidione preſſos,pacem petere coegit, quã duris conditionibus à Minoe tandem acceperunt,vt ſeptena quotannis corpora natorũ, Minotauro deuoranda ſecundum fabulas,re autem vera in ſeruitutem mitterent,qui in Labyrintho ſeruabãtur, erat aũt taurus Minois imperator is,cui cum agonibus oẽs ſuperaret,eiuſmodi pueri victoriæ præmium dabantur, in quos adeo ſæuitũ

ſuiſſe

fuiſſe conſtat, vt inde fictũ ſit a Minotauro fuiſſe deuoratas, q cum ſorte deligerentur iii. annos, ſors euenit Theſeo, qui bñficio Ariadnes, quæ illius pulchritudine capta docuit iter filu regere, periculum euaſit, & patriã ab eo tributo, & ſeruitute liberauit. Ouid. Iam lamentabile, Athenę, Pendere deſiderãt Theſea laude tributum. [Idem effrenatam] Sicut apud Statium legimus, cum Creon rex Thebanorum, prohiberet Græcorũ cadauera, quæ in bello Eteoclis, & Pollicinis pugnãdo ceciderãt, ſepulturæ demandari, vxores, & liberi mortuorũ, ad Theb. cõfugerunt, qui legatis miſſis eũ benigne impetrare non potuiſſet, Thebanis bellũ intulit, quibus victis, corpora ſuis omnib. ſepelienda tradidit [Idem Herculis] Cum tyrannos latrones, & monſtra in terris multa ſubegiſſet, ob fortia facta maximã iamdiam liberis ſuis reliquit, quam qui fuerant ab illo in vita affecti, filios eius poſt mortẽ inſequebantur, qui cum præſidium tutum non inuenirent, Athenas, ad aram miſericordiæ quam The. cõſtituerat ſe cõtulerunt, & ibi ſalui ab omni iniuria fuere, nã Athen. aram miſericordiæ The. conſecrauit, quem locũ Aſylum appellauit, eo quod nemo inde abſtrahi poſſet. Romulus deinde The. imitatus Rom. idem aperuit. Sũt tamen, qui dicũt Aſylum Athenis cõdidiſſe filios Herc. cuius ſententię Statius eſt qui ait, Fama eſt defeſſos acie poſt buſta paterni Numinis Herculeos, ſedẽ fundaſſe nepotes. Sic ſacraſſe locũ commune animantibus ægris conſugium, &c. Et quidquid vbiq; Sicut in Marathone, Cretẽſem taurũ, in Epidauro Periphitum claua armatum, quem clauatum dicebant, in Iſthmo ſiguidũ, q ſe varias in figuras vertebat, haud longe à Megara Scyronem latronem in monta cæo, quem ille occupauerat, & illac tranſeũtes omnes coegebat ſibi in præcipiti rupe ſedenti pedes oſculari, quos ad oſculũ inclinatos elato pede per anphractas rupes detrudebat in profundam vallem. Theſeus cũ ad hunc veniſſet, ſimulauit ſe velle pedes oſculari, & illum pedibus captũ deiecit. In Peloponneſu procruſtem eo genere mortis affecit, quo ipſe hoſpites, & viatores afficere ſolitus fuerat, nam cũ fortiſſimus eſſet, arbores immenſæ magnitudinis flectebat in terrã, & captos homines illarum verticibus alligabat, deinde tanquã funda illos emittebat, iactique in multas partes ſcindebantur, hunc alii Plitiocantem appellatum fuiſſe dicunt à flectẽdis arborib. In loco terræ Atticæ, qui Curdalus dr Procruſtem, qui latrocinia exercens lecticas humana ſtatura breuiores fecerat, in quibus ſuſceptos hoſpites collocabat, & illos extendi iubebat, & quidquid extra lecticas eminebat totum amputabat, q vero breuiores erant pedibus diſtendebãtur. à qua re Procruſtẽ cognominatus fuit. Nam προκρούω, impello ſignificat. [Scyros exule] In quam inſulam cum diuertiſſet poſt exilium à patria inductum, Lycomedes eius inſulæ princeps illum de rupe precipitauit, inſula eſt in mari Aegeo poſita, de qua Str. li. ix. mẽtionem facit, & eam multis nominatis inſulis, & vrbibus omniũ clariſſimam eſſe dicit, propter Lycomedis cum Achille affinitatem, & Achillis filium Neptolemum ibi procreatũ, & enutritum. Ouid. lib. 7. Met. de Theſeo, Te maxime Theſeu, Mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine tauri. Quodq; ſuam ſecutus erat Cromiona colonus Munus opuſq; tuum, tellus Epidauria per te clauigerã vidit Vulcani occumbere prolem. Vidit & immitem Cephiaſias ara procuſtem, Cercyonis letum vidit Cerealis Eleuſis. Occidit ille Scinis magnis male virib. vſus. Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto, Ad terrã late ſparſuras corpora pinus. Tutus ad alchatoen lelegia mœnia limes, compoſito Scyrone patet, ſparſiſq; latronis. Terra negat ſedẽ, ſedem negat oſſibus Vnda. Quæ iactata diu fertur duraſſe vetuſtas. In ſcopulos, ſcopulis numen Scyronis inhæret.

ASCEN. DEtrahe, &c.] Taxat ingratitudinem Athen. in Theſea, q quo maior videatur, Theſei, in Athenas merita commemorat, quod etiã in ceteris fere, erga quos ingratos taxauit, fecit, non tamẽ hoc exemplum dicetur de Theſeo, ſed de Ath. in Theſea. Ordo eſt. Detrahe id eſt deme Athẽ. Theſea. i. imaginare, quod Athen. nunquam habuerint Theſea, & ita Theſeus nihil de illis meritus ſit, Athenæ erunt nullę. i. non erũt dicendæ Athenæ, aut non erunt tam claræ, vt. ſ. nunc ſunt. Siquidem. i. qm ille. ſ. Theſeus cõtraxit ciues ſuos diſperſos vicati. i. per vicos, & pagos, in vrbẽ ſuã, & impoſuit populo viuenti ſeparatim, & more agreſti, formam, atq; imaginem ampliſſimæ ciuitatis. Idẽ. ſ. Theſeus repulit. ſ. occidendo, vt ſaltem fabulæ habent, Minotaurum ætate vix dum. i. vix tunc adhuc pubeſcẽte. Sæua imperia. [Minois regis]. ſ. Cretem potẽtiſſimi, qa coegerat eos ob mortem Androgeo, ſeu Androgei, filii ſui, & Athletæ fortiſſimi ab Ath. per inuidiam interẽpti, (miſerũ ſeptena quotannis, corpora natorũ ſuorum Minotauro monſtro in labyrintho incluſo deuoranda mittere ad quẽ cum Theſeus, ſorte ducta miſſus eſſet, & conſilio Ariadnes filiæ Minois, vt Oliu. recitat Minotauro interempto, cæcas labyrinthi ambages euaſiſſet, ad ſuos incolumis rediit, tributi horrendi finẽ reportans) [Idem]. ſ. Theſ. domuit effrenatam. i. indomitam inſolentiam Thebanorum Ath. vexantium. [Idem tulit opem liberis Herculis]. i. ab Hercule relictis, & comminuit ad æmulationem Herc. virtute animi, ac robore dextrę, quidquid mõſtri, aut ſceleris. i. ſcelerati hominis fuit, vbique. i. vbicũq; locorum, vt de multis diligenter collegit Oliu. tamen. i. nihilominus Scyros inſula, non ignobilis, minor tamen exule. i. quam vt in eũ exul talis mitteretur, cepit oſſa mortui huius Theſei, aut Theſeos, qui talis, vixerat ſummoti. i. pulſi ab Athen.

IN SOLONEM.

*IAM * Solon, qui tam præclaras, tamq; vtiles Athenienſibus leges tulit: vt ſi his perpetuo vti voluiſſent, ſempiternum habituri fuerint imperium: qui Salamina * velut hoſtilem arcem ex propinquo ſaluti eorum imminentẽ recuperauit, qui Piſiſtrati tyrannidẽ primus vidit orientem, & ſolus armis opprimi debere, palàm dictitare auſus eſt: ſenectutem Cypri profugus exegit, neq; * ei in patria, de qua optime meruerat, humari contigit.*

* Plut. in vita.
* Decẽ annos errauit Hero. li. 3.
* Sparſis cineribus apud Salamina.

OLIV. IAm Solon, qui] Solon cur exulauerit hæc eſt hiſtoria. Simulauit nauigãdi cauſam, vt diuerſos hoĩum mores videret, ſed voluntarium fuit exilium, q ciues ſentiebat legibus, quas tulerat vehementer offenſos. Piſiſtratum etiam propinquum ſuũ, cum ſibi tyrannidem parare intelligeret, quantũ in ſe fuit, prohibuit, nam euocata concione profectus in publicum, lorica armatus & clypeo, Piſiſtrati inſidias, & impium conatum aperuit, neq; id ſolum, verũ etiam ſe iuuare paratum, ac pro libertate pugnaturũ aſſeuerauit, viri inquit Ath. aliis quidem ſapiẽtior, aliis vero fortior ſum. Sapientior illis qui Piſiſtratum illũ non animaduertunt, fortior his, qui ſciũt illum, ſed metu reticent. Senatus vero, q Piſiſtrato fauderet, illum inſanire proclamabat. At ille meã, inquit, inſaniam ciuibus breue tẽpus oſtendet, cũ veritas in lucem venerit. Iam vero Piſiſtrato rerum potito minime obtemperans, ante curiã arma depoſuit, diceuſq; illud, ô patria, tibi equidem verbo, & opera auxiliatus ſum. Deinde in Aegyptum nauigauit, atq; inde in Cyprũ profectus poſtremo ad Creſum peruenit, obiit autem in Cypro lxxx. ætatis ſuæ anno, hoc ſuis mandans, vt Salaminã eius oſſa transferrẽt, atq; in cinerem ſoluta per prouinciam diſſeminarent. Quo circa, & Cratinus in deterioribus ipſum ita loquentem facit habito hanc inſulam, vt quidem fama eſt hominum, ſeminatus p omnem Aiacis vrbem, ipſius etiam imagini epigramma inſcriptum eſt, Qui dudum rabidas Medorum perpulit iras, legiſerũ, vel celeberrimum eſt, cũ de ꝓprietate Salaminæ ipſius patrię, inter Ath. & Megarẽſes ferme vſq; ad interitũ dimicatũ eſſet, multiſq; acceptis cladibus capitale eſſe cępiſſet, ſiquis legẽ de ea vẽdicãda ferre auderet, Sollicitus Solon, ne vel tacẽdo parũ reip. conſuleret, vel conſulendo ſibi noceret, ſubito dementiã ſimulat, cuius venia quæ prohibebãtur nõ modo dicturus, ſed etiam facturus erat, deformis ore, habituq; vecordiũ in publicum euolat, factoq; concurſu hoium, quo magis cõſiliũ ſimularet, verſibus ſibi inſolitis per præconem ſuadere cępit, q monebatur, omniumq; animus ita incẽdit, vt aduerſus Megarẽſes bellum, extemplo decerneretur, inſulaq; deuictis hoſtib. Athen. fieret. [Salaminam] Salamin, & Salamis, & Salamina declinatur, hæc inſula in Euboico mari poſita, in qua Telamõ Aiacis, & Teucri pater regnauit, quamuis & Salamina dicat ciuitas in Cypro, cõdita à Teucro poſtquã à patre regno pulſus, q in patriam ſine fratre rediiſſet, profugit in Cyprum, cuius meminit Horat. in primo carm. Nec deſperandũ Teucro duce, & auſpice Teucro, certus enim promiſit Apollo ambigua tellure noua Salamina futuram, hæc autem inſula fuit inter Ath. & Megarenſes, quam vtrique ſuam ſibi vindicabant.

ASCEN. IAm Solon] Proſequitur complures Athen. in optimos viros ingratitudines, & primũ in Solonem dicens. Iam, continuatiua eſt particula, Solon. ſ. Ath. qui tulit Ath. tam præclaras, & tam vtiles leges, vt ſi voluiſſent vti his. ſ. legibus perpetuo, fuerint habituri imperium ſempiternum, qui recuperauit Salamina vt-

na vrbē,(declioatur hæc Salamis,vel Salamio huius Salamis,
vel Salaminis,vnde accuſatiuus hanc Salamina.[Imminentē]
.i.inſidiantē ex propinquo ſaluti eorum videlicet Ath.velut ar
cem hoſtilem,qui etiā primus vidit tyrannidem Piſiſtrati oriē
tem,& qui ſolus auſus eſt dictitare palā,ſup.eam debere oppri
mi armis.ſ.prius quàm vires ſumeret, exegit profugus.ſ.à con-
ſpectu tyranni,ſenectutem,Cypri.i.in Cypro inſula (vnde no
tandum,ꝙ regionis nomen in genitiuo abſolute poſuit) neq;
contigit ei humari in patria,de qua fuerat optime meritus.

IN MILTIADEM.

* De hoc filio Her. li. 6. Probus in vita. **B**ENE* *egiſſent Athenienſes cum Miltiade,ſi eum
poſt trecenta millia Perſarū Marathone deuicta,in
exilium protinus miſiſſent, ac non in carcere, & vincu-
lis mori coegiſſent.vt puto, hactenus ſauire aduerſus op
time meritum abunde duxerunt. immo ne corpus quidē
eius ſic expirare coacti, ſepulturæ prius mandari paſſi
ſunt,quàm filius eius Cimon eiſdem vinculis ſe conſtrin
*Hoc li.c. ſequenti. *gendum traderet,* hanc hæreditatem paternam maxi-*
mi ducis filius,& futurus ipſe ætatis ſuæ dux maxim⁹,
ſolū ſe ſortitum,catenas.ſ.& carcerem gloriari potuit.

BENE egiſſent Ath.] Miltiades Ath.rerum geſtarum glo-
OLIV. Miltiades in carcere confectus. ria inſignis,pro rep. Ath. multa & præclara facinora edi-
dit,atq; illud omnium maximū ꝙ Artaphernem, & Dathin,
Darii regis Perſarum præfectos,qui cum centum mil.peditum
x.millibus equitum in totius Græciæ, ac in primis Ath. vene-
rant excidium,cum paruis admodum copiis, vtpote x. mil.ar-
matorum apud Marath.ſuperauit,in cuius rei memoria porti-
cus Athenis conſtructa, & in ea tota hiſtoria depicta fuit,refer
ta quoq; aliarum rerum, & ſcientiæ pictura, quæ Stoa porticus
dicta.Vnde Stoici poſtea nominati ſunt.Frontinus de Miltiade
inquit,cum in gentem Perſarum multitudinem, Apud Mara-
thona fudiſſet. Ath. circa gratulationem morantes compulit,
vt feſtinarent ad opem vrbi ferendam, quā Perſarum claſſis pe
tebat,cumq; percurriſſent,impleſſentq; mœnia armatis,Perſæ
rati ingentem eſſe numerum Ath. & alio milite apud Marath.
pugnatuos, aliū pro muris ſuis opponi, circumactis ex templo
nauibus Aſiam repetierunt,fuit autem hæc victoria, teſte Gel.
anno ab vrb cond.cc. & lx.hic igitur Miltiades poſt tantam vi
ctoriam accuſatus,ꝙ paron inſulam capere noluiſſet,vel,vt Iu
ſtin.tradit,ob crimen peculatus, ꝙ remp.expilaſſet,primo capi
tali deinde mutata ſententia pecuniaria pœna damnatus eſt,q̄
cum exoluere non poſſet,erant enim quinquaginta talenta, cū
primum in patriam rediit, in vincula coniecerūt, vbi cū haud
ita multo poſt eſſet morte cōſumptus, eius corpus inſepultum
eſſe voluerunt,donec filius pietate motus, ſe pro patre carcerē
ſubiturum vltro promiſit,qui paulo poſt interrogatus à popu-
lo,an id libenter feciſſet,quod patris pœnas adiiſſet,eum liben
tiſſime id ſe feciſſe reſpondiſſet, vt pater ſepulturæ mandare-
tur,carcere liberatus eſt,vt quidam dicunt.alii vero quibus ma
gis credendum eſt,vt dīt Calliam quendam non tam genero-
ſum,quàm pecunioſum virū,pro eo pecuniam exoluiſſe impe-
trato ſororis eius Helphinaces matrimonio. De hoc Miltiade
in ca.de pietate latius dicemus.[Poſt tricenta] Nam Artapher
nem & Dathiam Perſarum regis præfectos terra, mariq; vicit.
[Secuiſſe] Tenuiſſe, nam ſecare eſt proprietatem poſſeſſionis
eius,qui illam alienauerit,tenere,vnde ſectores rerū, quæ ſub
haſta venduntur, emptores dicuntur, quod enim alterius fue-
rat,id ipſi poſſident. alii legunt ſe creuiſſe.

ASCEN. **B**Ene,&c.] Ordo eſt. Ath.egiſſent bene cum Miltiade. i.rem
illi gratam feciſſent,ſi miſiſſent eum in exilium,protinus.i.
ſtatim poſt trecenta millia Perſarū deuicta Marathone.i. apud
Marath. montem Atticæ regionis, ac non coegiſſent mori in
carcere vinculis,vt puto.i.quantū iudicare poſſum Ath. duxe-
runt.i.iudicauerunt abunde ſup. eſſe, ſæuire aduerſus optime
meritū,videlicet Miltiadem, hactenus.i.vſq; ad mortem eius
in carcere,& vinculis,immo ne quidē.i. nō ſaltem, aut non ét
paſſi ſunt,mandare ſepulturæ corpus eius.ſ.Miltiadis coacti ſic
expirare.i.ſic mori in carcere,& vinculis priuſquā filius eius Ci
mon.ſ.nomine,traderet ſe conſtringendū eiſdem vinculis,qui-
bus ipſe conſtrictus fuerat.filius maximi ducis,videlicet Miltia
dis,& ipſe futurus maxim⁹ dux ætatis ſuæ potuit gloriari ſe ſe
cuiſſe (ſic.n.Oliu. legit,& forte vera eſt lectio).i. quaſi p ſectio
nem obtinuiſſe,alii ſi legunt,ſortitum ſup. eſſe ſolum.i.dūta
xat hanc hæreditatem paternam videlicet catenā & carcerem.

IN ARISTIDEM.

ARISTIDES* *etiam, quo totius Græciæ iuſtitia* * Plutarc. & Probus in vita.
cenſetur,continentiæ quoque eximium ſpecimen,
patria iuſſus excedere eſt. Felices Athenas,quæ poſt il-
lius exilium inuenire aliquem, aut virum bonum, aut
amantem ſui ciuem potuerunt,cum quo tunc ipſa ſancti
tas migrauit.

ARISTIDES etiam] Mos erat apud Ath. vt qui virtute OLIV.
ſua maximas opes in vrbe conſecutus eſſet,in exilium per
decem annos mitteretur ne ille opibus elatus,factiones in vrbe
moueret,hac lege,quæ exoſtraciſmus dicebatur,duo præſtantiſ
ſimi duces relegati ſunt. Ariſtides,qui nimium iuſtus eſſe vide
batur,adeo vt iuſti cognomen impoſitum ei fuerit,& Themi
cles,qui virtute ſua patriam ex manibus hoſtium ſæpe libera-
uit.Sed præcipue cum Xerſes in Europam cum tota ferme Aſia
tranſiit,quem Themiſtocles conſilio ſuo cum centum nauibus
apud Salaminam ſuperauit,quibus fuſis Ariſtides ſeruandæ præ-
dæ gratia præpoſitus, continentiæ, & integritatis opinionem,
quàm de ſe maximam concitauit,omnibus confirmauit. Nam
cum argenti,& auri vi paſſim,& veſtimentorum omnis gene-
ris,ac in tabernaculis,quibus barbaros nudauerant,nec ipſe cō
trectare quippiam voluit,nec vt ab aliis attingeret, paſſus eſt
paulo poſt vrbis principatum conſecutus, cum omnis virtutis,
tum maxime æquitatis, ac iuſtitiæ apud populum periculum
fecit,ita vt omnium conſenſu iuſti cognomen ſit aſſecutus,ex
quo ſibi nō minorē gratiam,& auctoritatem, quam odium,&
inuidiam contraxit,nam Themiſtocles eius æmulus, & grauis
aduerſarius, ſermonem iactabat in vulgus, Ariſtidem hac ſua
iudiciaria conſuetudine,& forēſi poteſtate,clam ſublatis iudi-
ciis,ſine ſtipulatoribus ſibi regnum comparaſſe,quibus verbis
commota ciuitas,Ariſtidem nō affectati regni,vt præ ſe fere-
bāt,ſed gloriæ illius inuidia oſtraco in exilium relegauit, erat
aūt exoſtraciſmus nō improbitatis caſtigatio,ſed ad honeſtan
dum facinus elationis, & grauioris poteſtatis moderatio,pœna
in x.annos data,fiebat aūt oſtracus hoc modo,oſtraci.ſ.calculi,
& teſtæ viritim in cōſilio dabantur, & in eis quiſq; quem ex ci
uib.vrbe cedere vellēt, literis indicabant, quos poſtea in vnū
fori locum cancellis circumſeptū deferebāt. Magiſtratus vero,
quib.dabatur negocium illud publicum, quidem vniuerſos ſi-
mul recenſebant, qui niſi ſex millium numerum exceſſiſſent,
nihil confectum eſſet. Poſtea vniuſcuiuſq; calculis ſepoſitis,cū
quem plurib.ſententiis damnatum cognoſcerēt x.annos extor
rem fore declarabant, ea tñ conditione,vt fructus ſuos capere
liberum ſibi relinqueret:in eo igitur iudicio Ariſtides cū mul-
titudinis aduerſus ſe concitatæ ſtudium admiraretur, q̄ſiuit,
num ab eo,quem in exiliū mittere ſtatuiſſent,mali quidq̄ per-
peſſi eſſent,cui nihil ſibi mali factum,nec à ſe virū cognitū eſ-
ſe,ſed moleſte ferre dixerunt, ꝙ oīb. in locis hunc ipſum iuſtū
audirent,quæ cum accepiſſet Ariſtides,nihil locutus eſt illis,
ſed vrbe cedens,& manus ad cœlum tendens non ſicut Achil-
les græcis iratus mala imprecatus eſt,ſed vt Athenienſib. quæcū
que vellēt ſibi bene,fauſte,feliciterq; euenirent,vtq; Ariſtides
nunquā ſibi veniret in mentem.[Totius græciæ iuſtitia] Cum
ad cōferendas in bellū pecunias totius græciæ cenſus cōſtituē-
dus eſſet,populi vniuerſi Ariſtidem ab Ath.petierunt,vt eo au
ctore,& cenſore ſingulis ciuitatibus iuſtus cenſus deſcriberet,
quid illud? ꝙ cum in exiliū eiectus fuit,Themiſtocles inimic⁹
eius acerrimus,vtpote qui factione ſua Ariſtidem eiecerat, cū
referendi maleficii, & ſumendæ vltionis occaſio maxima ſibi
foret oblata,ſic in officio,& decore permāſit, vt nec accuſatio
nis cōſci⁹ nec dānationis particeps eſſe voluerit,nec re nec ver
bo quidquā fecerit, vnde ex afflictis inimici ſui reb. voluptatē
capere videretur. Tul lib.5.Tuſ.q̄ſt. dicit, Ariſtidē patria pul-
ſum,ꝙ præter modū iuſtus eſſet.[Cōtinentiæ ſpecimen] Nam
conſtat hunc in magna paupertate vixiſſe adeo,vt Callias eius
propinquus, & oium Athenienſiū fermè ditiſſimus, accuſatus
fuerit,ꝙ Ariſtidem pateretur famē plerunq; laborare,quē iudi
ces damnaſſent,niſi dixiſſet Ariſtides ſe longe magis inopia,q̄
Calliā maximis opib. gloriari,par eſſe, quia cōplures videret,
qui diuitias,quib. abundāt,in vſus,vel turpes,vel honeſtos col
locent,qui vero paupertatem generoſe ferāt,paucisſimos eſſe
hūc adeo pauperē fuiſſe dicit Frontinus,vt ne tñ quidē peco-
niæ illi poſt mortem ſupereſſet, quæ ſufficeret in dotē filiarū,
quas publice dotauit ſenatus Athenienſis, poſt ampliſſimarū
rerum adminiſtrationem,illo in ſumma paupertate defuncto.

Ariſtides

ASCEN. ARiſtides etiam quo. i. in quo, aut per quem Iuſtitia totius græciæ cenſetur. i. iudicatur, quaſi norma ſit iuſtitiæ, eximium quoque ſpecimen, id eſt experimentum, aut approbamentum continentiæ, eſt iuſſus excedere patria, ſcilicet per exoſtracismō. Felices (diceret ò felices ſed ne exclamaret ſubticuit ò) Athenas ſup. iudico, quæ potuerūt inuenire poſt exilium illius, aliquem aut virum bonum, aut ciuem amantē ſui .ſ. Athenarum, poſt dico exilium illius, cum quo ipſa ſanctitas, migrauit. i. alio habitatum iuit tunc.

IN THEMISTOCLEM.

*Plut. & Probus in vita.

*THEMISTOCLES * eorum, qui ingratam patriam experti ſunt, celeberrimum exemplum, cum illam incolumen, claram, opulentam, principem Græciæ reddiſſet: eo vſq; ſenſit inimicitiam, vt ad Xerxis, quē paulo ante deſtruxerat, non debitam ſibi miſericordiam perfugere neceſſe haberet.*

OLIV. THEMISTOCLES eorum] Hic vt diximus, cum Xerſes terra, mariq; bellū vniuerſæ Græciæ, cum tantis copiis inferret, quantas nec antea, nec poſtea quiſquam habuit, non ſolum patriæ, & totius Græciæ ſalutem protexit cōſilio, & calliditate ſua, verumetiam totius Europæ, nam cum maxime Athenienſes peti dicerentur, ob pugnam. i. Marathoniam, in qua Perſæ turpiter debellati fuerant, & ipſi Delphos cōſultū Apol. de rebus ſuis miſiſſent. Reſpondit Apollo vt ſe mœnibus ligneis munirent, quod cum nemo intelligeret, ſolus Themiſt. interpretatus eſt, perſuaſit omnibus conſilium eſſe Apollinis, vt in naues ſe ſuaq; conferrent, quod ita fuiſſe compertum eſt; nā hic quoque ſe componentibus, Xerxem ſua virtute Themiſ. nauali prælio debellauit, & ex Europa diſcedere tanta calliditate, & artificio curauit, vt à Them. conſeruatum magis, quam ſuperatū ſe fuiſſe exiſtimaret. multaque alia præclara fecit, & in primis euerſa patriæ mœnia, inuitis Lacedemoniis reſtituit, & renouauit. quibus rebus populum Athen. clarum, & Græciæ principē reddidit, & tamen ab ingrata patria in exilium ad ipſum Xerxem quem paulo ante vicerat, ire coactus eſt. Igitur in oratione Demoſthenis. Themiſtocles Xerxem decies centenis millibus militum elatum, quatuor millium, & ducentarum nauium numero terribilem, exigua rate fugere coegit.

ASCEN. THemiſtocles celeberrimum exemplum eorum qui experti ſunt patriam .ſ. ſuam (vt ipſe Athenas) ingratam cum reddidiſſet iſtam. i. patriam ſuam incolumem, i. ſaluā claram, opulentam, & ſup principē. i. primariam vrbem græciæ, ſenſit ſup. eam inimicam euſque, vt haberet neceſſe. i. vt cogeretur, perfugere ad miſericordiam, non debitam ſibi, vtpote Xerxis, quē deſtruxerat paulo ante pugnando. ſ. fortiter contra eum.

IN PHOCIONEM.

*Plut. & Probus in vita.

*PHOCION * vero his dotibus, quæ ad pariendum honorem potentiſſimę iudicantur, clementia, & liberalitate inſtructiſſimus, nō tantum in eculeo ab Athenienſibus impoſitus eſt, ſed certe poſt obitū nullam Atticæ regionis, quæ oſſibus eius inyceretur, glebulam inuenit, Iuſſus extra fines proyci, intra quos optimus ciuis vixerat. Quid abeſt igitur, quin publica dementia ſit exiſtimanda ſummo conſenſu maximas virtutes, quaſi grauiſſima delicta punire, beneficiaq; iniurÿs rependere? quod cum vbiq; * tum præcipue Athenis intolerabile videri debet: in qua vrbe aduerſus ingratos actio cōſtituta eſt, & recte: quis dandi, & accipiendi beneficÿ cōmercium, ſine quo vix vita hominum extat, perdit, & tollit, quiſquis benemerito parem referre gratiam negligit. Quantam ergo reprehenſionem merentur: qui cum æquiſſima iura, ſed iniquiſſima haberent ingenia, moribus ſuis quàm legibus vti maluerunt? Quod ſi qua prouidentia deorum effici poſſet, vt excellentiſſimi viri, quorum modo caſus retuli legem ingratorum vindicem retinens, patriam ſuam in ius, ad aliā ciuitatem protraherent, non ne ingenioſum, & garrulum populum mutum, atq; elinguem hac poſtulatione reddidiſſent? diſcordes foci tui, patriæq; diuidua tuguria Græciæ facta ſunt columen.* Lucet Marathon Perſicis trophæis, Salamis, & Arthemiſium Xerxis naufragia numerantur, præualidis manibus exhauſta mœnia pulchrioribus operibus conſurgunt, harum rerum auctores vbi vixerunt? vbi iacent? reſponde, nempe Theſea paruulo in ſcopulo ſepeliri, & Miltiadē in carcere mori, et Cimona paternas induere catenas, et Themiſtoclem victorem victi hoſtis genua complecti, Solonemq; cum Ariſtide, & Photione penates ſuos ingrata fugere coegiſti; cum interim cineribus noſtris fœde ac miſerabiliter * diſperſis, Oedipodis oſſa, ęde patris, nuptÿs matris contaminata, & tumulos inter ipſum Areopagū, diuini atq; humani certaminis venerabile domiciliū, & excelſis præſidÿs Mineruę arcē honorata decoratos, ſacroſanctiores colis: adeo tibi aliena mala tuis bonis gratiora ſunt. Lege itaque legem, quæ te iureiurando obſtrictam tenet, & quia benemeritis debita reddere præmia noluiſti, læſis iuſta piacula exolue. Tacent mutæ vmbræ fati neceſſitate conſtrictæ. At immemores beneficiorum Athenæ reprehēſionem, lingua ſermone licēti ſoluta, non vacent. Sed omittamus ingratos & potius de pÿs loquamur. Aliquanto enim ſatius eſt fauorabili, quàm inuiſæ rei vacare. Venite igitur in manus noſtras proſpera parentum vota, felicibus auſpicÿs propagatæ ſoboles, quæ efficitis, vt & genuiſſe iuuet, & generare libeat.*

*Lib. 2. capi. 1. *Epilogus. * Sophocles in Oedipo Coloneo.

OLIV. Phocionis indigna mors. PHOCION vero his] Phocion cur patria ſepultura caruit. Erant eo tempore Athenis duæ factiones, quarum vna populi cauſam agebat, altera optimatum, in hac erat Phocion, & Demetrius Phalereus, harum vtraq; Macedonum patrocinio nitebatur. Nam populares Polyperconti fauebant, optimates cum Caſſandro ſentiebant. Interim a Polypercōte Caſſandrus Macedonia pulſus eſt, quo facto populus Athē. ſuperior factus, ſtatim duces aduerſæ factionis capitis dānatos patria pepulit. in his Phocionem & Demetrium Phalerium, de eaq; re legatos ad Polypercontem miſit, qui ab eo peterent, vt ſua decreta confirmaret eodem etiam profectus eſt Phocion. quo vt venit cauſam apud Philippum regem verbo, re autem ipſa apud Polypercontem iuſſus eſt dicere, namq; iſte regiis rebus præerat hic cum ab Agnonide accuſatus eſſet, quod Pyrhæum Nicanori prodidiſſet, & conſimili ſentētia in cuſtodiam coniectus, Athenas deductus eſt, vbi de eo legibus fieret iudicium huc vbi peruentum eſt, cum propter ætatem pedibus ire non valeret, vehiculoq; portaretur, magni concurſus facti ſunt, cum alii veteris famæ reminiſcentes cōmiſerarentur, plurimi vero exacuerentur propter proditionis ſuſpicionē, maxime quia aduerſus populi commoda in ſenectute ſtetiſſet, qua de re non perorandi quidē ei eſt data facultas, & dicendi cauſa, inde iudicus legitimis damnatus traditus xi. viris, quibus ad ſupplicium publice dānati tradi ſolent, cum ad mortem duceret obuiat ei fuit Emphiletus, quo familiariter fuerat vſus, hic cū lacrymās dixiſſet, ò quam indigna perpetis Phocion, vt non inopinata, inqt, hunc. n. exitum pleriq; clari viri Athen. habuerunt: in hūc tm̄ fuit odium multitudinis, vt nemo ſit auſus libere eum ſepelire. Itaq, à ſuis ſepultus eſt. [Phocion vero his dotibus] Virtutibus clementia, liberalitate. [Pariendum] Hominem inſtruendum & ornandum. [Quid abeſt] Inuehitur in eos, qui adeo ingrati extiterunt, vt etiam in mortuos ſæuire non dubitauerunt, qua in re, Athenienſes in primis damnandos eſſe dicit, quod cū vbiq; grauis, & damnanda ſit ingratitudo, intolerabilior tñ Athenienſibus eſſe videatur, quod ciuitas illa bonarū artium mater, omnibus bene viuendi præceptis, & inſtitutis fundata, legē etiā de ingratis habuerit, vt ingrata merito damnari poſſet. [Quod, ſi qua prouidentia] Non haberent, inquit, Athenienſes, qđ dicerent ſi clariſſimi ingratitudine affecti reuiſcerēt, & lege ingratitudinis agerēt ī ciues ſuos. [Diſcordes] Si inquit, Theſei vmbra ab inferis excitaretur hæc verba diceret, tunc cum vicatim habitabas, & diuiſa eras, tot inter vos diſſenſiones erāt, quot familiæ, ego vos in vnum collegi, & cōiunctionē ſeruare docui.

[Lucet

Marathō ciuitas Ath. ingratitudo.

[I ucet Marathon] Hæc verba diceret Miltiades, & Themiſtocles, quorum alter Arthaphernem & Dathium Darii regis Perſarū præfectos in campis Marathoniis, alter vicit Xerſem apud Salamina. [Marathon] Ciuitas in Attica regione polita haud procul Athenis, Perſarum clade nobilitata. [Præualidis mœnibus] Themiſtoclès reædificauit vrbē, qui interpretatus eſt oraculum, quod erat, vt ligneis mœnibus ſe defenderēt, vel vt alii dicunt ligneis equis pugnarēt, quod cū omnibus videretur obſcurius, ſolus Themiſtocles dei ſniam itelleait, vt relicta vrbe, nauibus pugnarēt, quod cū feciſſent, barbari deſertam vrbem cœperūt, & eam ſolo adæquarūt, deinde ſuperatis barbaris virtute Themiſtoclis, eiuſdem quoq; cōſilio reſtituta, & inſtaurata ſunt vrbis mœnia, contra Lacedæmoniorū volūtatem, qui Græciæ principatum tenere cupientes nolebant reædificari vrbem. [Nempe Theſea] Victi hoſti. ſ. Xerſis quem paulo ante deuicerat. Solonem media correpta proferri debe: [Oedipodis]. Qui ſuum patrem ſuū inſciens occiderat. Intendit argumentum à maiori ad minus, ſi parricidas & impios ſumma veneratione tenes, quāto magis de te benemeriti eſſent venerandi? cū aūt illos eiecers, cruciaueris, damnaueris, quāto grauior pœna digna videris. [Nuptiis matris cōtaminata] Quia Oedipus Iocaſtam matrem ignarus duxit vxorem. Hic eſſet Oedipodis fabula dicenda, ſed tanquā notiſſimā prætermittimus. [Mineruę arcem] Quia omnes arces Palladi ſunt cōſecratæ, vt Pallas, quas condidit arces, ipſa colat [Diuini certaminis] Quia certamen fuit inter Neptunum & Palladem de noīe Athenis imponendo, cū ille equū, hæc vero oliuā terra uiſit [Humani] Quia Ariopagitæ illic diſceptabāt de rebus ad reīp. pertinētib. erat eūt locus qui græce dicitur γαῖξιον locus iudicii. lege ita. O patria ingrata, ſi de ingratis, legem tuam legeris, contra iuſtitiandū te feciſſe cognoueris, cū ſceleratos, & peregrinos receperis, ciues tuos bonos de te optime meritos eiiceris. [Iureiurando] Quia effirmauerīt Iureiurando, ſe leges ſeruaturus [Lingua] Quia verboſa eſt græcia. [Sed omittamus ingratos] Ad pietatē tranſiturus nōn diſcedit à conſuetudine ſua, vt breui quadā præfatione capitula iūgat, poſtquam ſatis diximus de ingratis, dicamus de pietate filiorū erga parentes. [Venite igit] Inuitat pios, qui ſe offerant, vt eorū laudes decantēt, qui ſua virtute effecerunt, vt tales genuiſſe parentes nō pœniteat, & alios incitēt ad propagandum genus, credētes, ſe illis ſimiles procreaturos. [Propagatæ] Multiplicatæ, & auctæ, eſt autem pietas teſte Cic. per quam diis immortalibus, ſanguine coniunctis, & patriæ beneuolis officium & diligens tribuitur cultus.

Athen.

PHocion vero inſtructiſſimus]. i. ornatiſſimus, & quaſi armatiſſimus his dotibus, quæ iudicantur potentiſſimæ ad honorem pariendum. i. labore acquirendum, videlicet clementia, & liberalitate, non tantum impoſitus eſt eculeo. i. inſtrumēto tortorio, (ſic ab equo, vt quidam volunt dicto, vnde equuleus ſcribi debeat) ab Athen. ſed certe nullam. i. non vllam, non inuenit poſt obitum. ſ. ſuum vllam glebulam. i. vel minimam partē terræ Atticæ. i. ad Atticam regionem Ath. pertinentis, quæ inii ceretur eius oſſibus. ſ. ad ſepulturā faciendam, iuſſus videlicet proiici extra fines. ſ. Atticæ regionis, inter quos. ſ. fines vixerat optimus ciuis. Quod quia iniquiſſimum eſt addit. [Quid igit abeſt, &c.] Inuehit in ingratos, & præcipue in Ath. dicens igitur, quia in tot inclytos viros ingrati fuere Ath. [Quid abeſt] i. deeſt. i. iuſtæ cauſæ, aut quid obeſt. i. impedimento eſt, qui. i. quo minus ſit exiſtimādā. i. cenſenda publica dementia, videlicet punire ſummo conſenſu. ſ. totius populi maximas virtutes, quaſi grauiſſima delicta, & rependere. i. recōpenſare bñficia. i. benefacta, iniuriis, vt ſunt vincula & exilia. [Quod]. ſ. facere, cū. ſ. ita ſit, quod debet videri intolerabile, vbiq;. ſ. gētiū, tū pcipue debet videri intolerabile Atheois. i. apud Athenas, in qua vrbe actio. ſ. legitima cōſtituta eſt. ſ. per legē latā aduerſus. i. cōtra ingratos. Et recte ſup. actio cōſtituta eſt, quia qſqois. i. quicunq; negligit referre benemerito parem gratiam tollit, & pdit commercium. i. mutuā pactionem, & rationem dandi, & accipiendi beneficii, ſine quo. ſ. cōmertio vita hominis vix. i. quaſi nō & cū ſumma difficultate conſtat. Voluit. n. deus homines mutua inter ſe opera, & beneficentia ita indigere, vt nullus ſibi ſatis ſit, vt mutue charitate ſeſe demerentes, præceptum de dilectione proximi ſeruent, quod quidē præceptum licet forte à Deo Moſi datū nō nouit auctor, obſeruandum tñ nouit. Ergo cum iam neceſſaria ſit gratitudo ad conſeruationē gñis humani, quātam reprehenſionem merentur videlicet Ath. qui cū haberēt iura æquiſſima, ſed ingenia iniquiſſima, maluerūt vti moribus ſuis. ſ. prauis quam legibus. ſ. ſuis rectis, q. d. maximam, q

ſi poſſet effici. i. fieri qua. i. aliqua prouidentia deorū, vt viri excellentiſſimi quorū caſus ego retuli. i. recitaui mō. i. paulo ante, retinentes legem ingratorum, vindicem. i. vltricē iniuriarū ſibi illatarum, pertraherent patriam ſuā in ius ad aliam ciuitatem, omne reddidiſſent populū. ſ. Ath. ingenioſum, & garrulū, & ita idoneum, qui multū, & prōpte reſponderet, nam ingenio excogitantur verba, quæ loquacitate effutiuntur, mutum atq; elinguem. i. quaſi nō hñtem linguam, cum non hēet quid reſpōderet, hac. i. huiuſmodi poſtulatione. i. actione iniuriarum, que iis ſequitur, vt. ſ. dicant Theſeus, Miltiades, & ceteri, ò patria ingrata, Foci tui diſcordes. i. tā diſperſi per agros, vt ex eis nulla orin poſſet cōcordia & tuguria tua. i. caſæ & humiles villæ in agro diuidua pacis. i. quæ potius ad diuiſionē, q̄ ad vnionē pacis, vt erant diſtrictæ, faciebāt ſunt facta. ſ. ductu & auſpiciis Theſei columē. i. faſtigium & ſummū decus græciæ Marathō mōs Atticus, aut vrbs in Attica, iacet ductu Miltiadis trophæis Perſicis. i. Perſis detractis ſpoliis, Salemis Athenis adiecta, & Arthemiſium & naufragia Xerſiſa. quæ coactus eſt Xerſes facere numerantur. ſ. inter victorias ciuium tuorū mœnia. ſ. tua hoc eſt Ath. exhauſta. i. euacuata. & ſolo æquata præualidis manib. ſ. Perſarū, & aliorum barbarorū, tā validis, vt Apollo Ath. in muris tantum ligneis, hoc eſt in nauibus ſalutem denunciaret, conſurgunt. ſ. opera & conſilio Themiſtoclis pulchrioribus operibus. i. ſtructuris, quam prius. Reſponde ò patria, auctores harum rerum vbi vixerunt, vbi iacent, q. d. in exiliis, aut carcere vixerūt, & in terris ignotis iacēt, quod probat ſic, [Nempe]. i. nam certe ò ingrata. ſ. patria, tu coegeſti Theſea ſepeliri in paruo ſcopulo. ſ. Scyri inſulæ, & Miltiadē mori in carcere, & Cymonem induere cathenas paternas, vt. ſ. patrē in cathenis mortuum ſepeliri patereris, & Themiſtoclem victorem Xerſis, cōpleti genua. i. ſupplicem ambire, & implorare miſericordiā hoſtis victi. ſ. eiuſdem Xerſis, & coegeſti Solonem, cum Ariſtide, & Phocione fugere penates ſuos. i. abire in exilium (Interſerā hīc grammaticū, q Oliu. dicit, Solonem media correpta proferri debere, intelligere quoties ſequitur Enclitica cōiunctio, quæ trahit ſemper accentum ad præcedentem ſyllabā, vt hoc loco, Solonemq; ſic pronūciem, Simonemq; Catonemq; quin etiam vtriq; nominatiui caſus in pronūciando accentū habet in penultima, veruntamen Solonem, Simonem Catonem, & in carmine quocunq; ſequentem cōiunctione enclitica mediam producunt, vnde Perſius. Erūt notiq; Solones. Horat. Lucrata Simone talentum. Snīa diua Catonis) Coegiſti inquiunt ea, q̄ dicta ſunt, cum interim cineribus noſtris. (Sunt. n. verba iniuriā paſſorum de ingratitudine patriæ conquerentium) diſperſis, fęde, ac miſerabiliter, quia in exiliis variis citrā culpam noſtram derelictis, tu ò patria ingrata colis oſſa Oedipodis contaminata cæde patris. ſ. eius Lai. Et nuptiis matris. ſ. Iocaſtæ, & cineres ſup. eius decoratos honore aræ, & ita ſacroſanctiores. i. pluſquā ſacroſanctos, cum etiam diuinis honoribus eos dignata ſis, inter ipſum Areopagum. i. Martis vicum locum nobiliſſimum in orbe Athenarum, appoſitorie; nobile domicilium diuini, atque humani certaminis, quia ibi Neptunus, & Pallas de impoſitione nominis Athenarū primū certaſſe dicunt. deinde grauia Mortalium iudicia exercebantur, & inter arcem Mineruæ excelſis præſidiis, quia diuinis præditam, nam dea ipſa arcem ſuam defendere credebatur, vt patuit lib. 1. c. de ſimulata religione per Piſiſtratū. Adeo. i. vſq; adeo, vel in tñ, mala. i. peccata aliena, vt pote Oedipodis cuius reliquias ſic honoraſti, ſunt tibi gratiora tuis bonis. i. virtute tuorū ciuiū. Itaq; lege. i. reuolue, & meditare legē. ſ. cōtra ingratos latā, quę tenet te ò patria ingrata, aſtrictam iureiurando, quia cū ferretur primum iurauit totus populus ſe eam obſeruaturū. Et quia noluiſti reddere benemeritis. ſ. de te, hoc eſt nobis, nam eorum nomine hæc introducta ſunt ab auctore, quaſi iniuriā paſſi hæc dicant, præmia, debita, exolue legis. ſ. nobis. i. iniuriam paſſis piacula. i. purgamina iuſta. i. debita, hoc eſt iuſtas expiationes, & recōpenſationes pro iniuriis illatis. Hactenus illi de quibus auctor. Vmbræ illorum. ſ. quos per fantaſiam introduxi conquerentes, tacēt mutæ, quia corporib. carentes, conſtrictæ neceſſitate fati, quia abire coactæ redire non poſſunt. [At Athenæ, immemores beneficiorum non vacent] i. non poterunt propterea vacare. i. vacuę & immunes eſſe, reprehenſione. ſ. viuentiū, & hoc lingua ſoluta. i. effuſa ad loquēdum, ſermone licenti, & ita immodico, hoc eſt quamuis vmbrę taceant viuentes tñ ingratitudinē Athen. liberius taxabunt. [Sed omittamus ingratos] Hac præfatione tranſit ad pios, qui multiplices ſunt, vt pote in parentes, in fratres, in patriā, & in liberos, de quibus ex ordine agit, Et primo

de pri-

de primis videlicet de piis in parentes dicere. Sed omittamus ingratos & loquamur potius de piis. Eſt.n.facilius,i.eligibilius, & conducibilius aliquanto vacare,i.operã,& ſtudium ſingulare impẽdere,rei ſauorabili,vt eſt pietas,quam inuiſæ,vt eſt ingratitudo.Igitur quia de piis in parentes primum locuturi ſumus, ò vos proſpera vota parentũ quia omnes parentes ſumus, votis tales gignere optant,& vos ſoboles prorogatæ auſpiciis ſcheib. i.feliciter, & diis bene ſauẽtibus inceptis veſtris quę.ſ. ſoboles efficitis,vt iuuet.i.delectet.ſ.parentes veſtros genuiſſe ſ. vos,& libeat.i.voluptati ſit ſup.eis generare ſup. alias,venite in manus noſtras,vt.ſ.vos honorifico ſtylo tractem.

DE PIETATE ERGA PArentes. Cap. IIII.

DE CORIOLANO.

* Liu.lib. 1 Plut. in vita.

*Coriolanus * maximi vir animi, & altiſſimi conſilij, optimeq; de rep. meritus iniquiſſime damnationis ruina proſtratus,ad Volſcos infeſtos tunc Romanis confugit. Magno vbiq; precio virtus æſtimatur. Itaq; quo latebras quæſitum venerat,ibi breuiſſime ſummum ademptus eſt imperium. Euenitque, vt quem pro ſe ſalutarem imperatorem ciues habere noluerant, pene peſtiferum aduerſus ſe ducem experirentur, frequenter enim fuſis exercitibus noſtris. victoriarum ſuarum gradibus,aditũ iuxta mœnia vrbis Volſco militi ſtruxit. Quapropter faſtidioſius ille in æſtimandis bonis ſuis populus,qui reo non pepercerat, exuli coactus ſupplicare miſſi ad eum deprecandum legati, nihil profecerunt,miſſi deinde ſacerdotes cum infulis, æque ſine effectu redierunt:* ſtupebat Senatus, trepidabat populus viri pariter, & mulieres exitium imminens lamentabantur. Tunc Veturia Coriolani mater, Volumniã vxorem eius,& liberos ſecum trahens caſtra Volſcorum petijt,* quam ubi filius aſpexit propere vt amens matris complexum petijt,illa ex precibus in iram verſa ait. Sine vt prius,quàm complexum accipiam,ſciam, an ad hoſtem, an ad filiũ venerim captiua ne an mater in caſtris tuis ſim. In hoc me lõnga vita, & infelix ſenectæ traxit,vt exulem deinde te hoſtem viderem? potuiſti populari hanc terram, quæ te genuit, atq; aluit? niſi te peperiſſem, Roma non oppugnaretur,multaq; inſuper addidit complorando: quibus, & vxoris, ac paruulorum fletibus motus,matr. complexus, Expugnaſti, inquit, & vicisti iram meam patria:precibus huius admonitus cuius vtero conceptus ſum, te, quãuis merito mihi inuiſam,dono continuoq;agrum Romanum hoſtilibus armis liberauit. Ergo pectus acceptæ dolore iniuriæ, ſpe potiundæ victoriæ,verecundiam detractandi miniſterij, metu mortis refertum totum,ſibi pietas vacue fecit,uniusque parentis aſpectus,bellum atrox ſalutari pace mutauit.*

* Hæc nomina mutat Plut.

* Paulo aliter Diony.lib.8.

Oliu. Coriolani pietas erga matrẽ.

Coriolanvs.] Hic fuit vir conſilio, & magnanimitate plenus, ceterum pietatis gloria longe inſignis, nam poſt multas,atq; præclaras res pro rep.geſtas odio plebis, & ira concitatæ in ſe multitudinis, cum maxima patrum indignatione, & dolore,vrbe pulſus,in Volſcos,profectus eſt,vbi tantum breui tempore gratia,& auctoritate valuit,quod eius conſilio bellum Romanis induceretur.ipſe dux belli ſummo omnium cõſenſu creatus,vaſtis primo Romanorum agris multis deinde captis oppidis,multis etiam in deditionem acceptis multa præda locupletatus ad ipſius vrbis expugnatione ducit exercitum. Romani tanta belli mole territi,legatos ad eum de pace,& reditu ſuo miſerunt, quia nihil profecere,miſſi deinde ſacerdotes cum infulis, nihil plus felicitatis habuere profecto demum mater inuictum eius animum fregit, & à patria bellum amouere coegit,quod igitur patrum auctoritas, quod deorum reuerentia nõ valuit ſola matris pietas effecit, quæ tanta in hoc viro fuiſſe traditur, vt dicere ſolitus eſſet, nullũ maius virtutũ ſuarum præmium ſibi exolui poſſe q̃ matris lætitiam, nam cũ ceteris virtutibus finis gloria foret, huic gloriæ finis materna exiſtebat lætitia,id nanq; ingenti,tum honori,tũ felicitati ſibi eſſe ducebat,vt matrem eius laudes,& ſe coronis præditũ ſpectare cõtigeret,ac ipſius præ gaudio lacrymantis aſtringeretur amplexibus,quod idẽ traditur de Epaminũda qui ſe hoc vno feliciſſimũ putabat,quod ſuas res geſtas in leuctris,atq; victoriam vterq; parens potuiſſet inſpectare. Cauſæ aũt quibus exulauerit,hæ ſunt,quarum vnam tm̃ Liu. tangit. Sed Plut. in eius vita cõmemorat. Primo affectati regni accuſatus eſt,quod cõprobari nequiſſet,tria obiecerunt eius inimici, primum, quod frumentum inter plebem diſtribui vetuiſſet,ſecundum, q tribunatum plebis dolo intercipere voluiſſet, tertium, quod prædam ex Anciati agro in ærarium non contuliſſet, quibus omnibus cõuictus exulare coactus eſt. Tullius in Lælio, quis clarior in Græcia Themiſtocle? quis potentior? qui cum imperator bello Perſico,Græciam ſeruitute liberaſſet, propterq; inuidiã in exilium pulſus eſſet, ingratæ patriæ iniuriam non tulit,quã ferre debuit. Fecit idem quod viginti annis apud nos ſaceret Coriolanus. Hoc audacior contra patriam inuẽtus eſt nemo, itaq; ſibi mortem vterq; conſciuit. Quibus Ciceronis verbis colligitur, Coriolanum ſibi mortem intuliſſe. At variæ ſunt de huius hominis exitu ſcriptorum ſententiæ,ſunt enim qui dicant,ſtatim abductis ex agro Romano legionibus magna inuidia rei oppreſſum periiſſe, alii alio læto apud Fabium longe antiquiſſimum auctorem, vſq; ſenectutem eundem vixiſſe lectũ eſt,traditur etiam hanc ſæpe cum exacta ætate vocem uſurpaſſe, multo miſerius ſeni exilium eſſe verum conſtat auctore Dionyſio Alicarnaſeo, q cum matronę annum, vt Brutum Romæ luxerunt. [Magno vbiq; precio uirtus] Sententia generalis vbique virtutem æſtimari,quod probat Corolianum, quẽ exulem hoſtes imperatorem creauerunt. Faſtidioſus qui faſtidire ſolet bene de rep.meritos. [Non detrahenda] Quia non ſine verecundia ab incepto amouebatur. [Ergo pectus] Quamuis inquit, Coriolanus multa cogitaret,quæ illum in diuerſa traherẽt,cogerentque in incepto permanere,pietas tamen omnia vicit.

Coriolanus (Cuius primum eſt inter pios in parentes exemplum) vir maximi animi,& altiſſimi cõſilii, & optime meritus de rep.ſ. Romana proſtratus ruina iniquiſsimæ damnationis. ſ. factæ per furorem populi male inſtigati, confugit ad Volſcos.ſ. populos Italiæ,infeſtos. i.hoſtes & tum inſerẽtes tũc Romanis (Virtus aũt æſtimetur vbique).ſ.terrarũ. [Magno precio] Itaque. i. & ita quia virtus eius cognita fuit ipſe adeptus eſt breui,ſummum Imperium ibi, quo veneret quæſitum. i.ad quærendas latebras.ſ.exilii ſui. [Et euenit,ut quem ciues].ſ.Romani noluerunt habere imperatorem ſalutarem pro ſe, experirentur ducem pene peſtiferum.i. afferentẽ perniciem, aduerſus ſe. Enim pro quia,exercitibus noſtris fuſis frequẽter,ſ.à Volſcis eius ductu,ſtruxit.i.muniuit,& effecit, Volſco militi aditũ. i.acceſſum iuxta mœnia vrbis,ſ. Romæ gradibus, i.ſucceſſibus victoriarũ ſuarum. [Quapropter populus ille].ſ. Rom. faſtidioſus.i.ſuperbus,& contemptor in æſtimandis. i.approbandis bonis, qui nõ pepercerat reo.i.accuſato licet inique, coactus eſt ſupplicare exuli. i.iam exulante, ſed vi in patriã reuerſo. [Legati miſsi ad deprecandum eum].i.flectendũ eum precibus, nihil profecerũt,deinde ſacerdotes miſſi cum infulis.i.ornatu ſacerdotali præſertim in capite,redierũt,æque.i.æqualiter ſine effectu. [Senatus ſtupebat].i. hebetabatur cogitando, & non inueniendo exitum mali,populus trepidabat præ timore,viri pariter,& mulieres lamentabantur exitum.ſ. vrbis imminens.i.inſtans,aut appropinquans vrbi. Tunc Veturia mater Coriolani, trahens ſecum Volumniam vxorem eius. ſ.Coriolani,& liberos.ſ. vtriuſq; petiit caſtra Volſcorum, quàm.ſ.matrẽ ſuã, vbi.i.qñ filius aſpexit petiit complexum matris propere.i.feſtinanter,vt amens.i.raptus impatiẽti charitate in eam. Illa. ſ.mater eius Veturia uerſa.i.mutata ex precibus in iram ait.ſine. i.permitte,aut deſine complexũ meum petere, vt ſciam priuſquam accipiam complexum.ſ.tuum, an venerim ad hoſtem an ad filium, & ne.i.an ſim captiua in caſtris tuis,an mater, Vita lõga & ſenecta infelix traxit me in hoc.i.ad hãc calamitatem, vt viderem te exulem,deinde,ut viderem te hoſtẽ. Potuiſti. i induxiſti in animum tuum populari. i. vt populeris hanc terrã quæ genuit,& aluit te? Niſi ego genuiſſem ſup.te.i.ſi ſterilis fuiſſem q.d.beatæ ſteriles,&c. Roma.q.d.patria tua præclariſsima, non oppugnaretur,

oppugnaret,& ipſa addidit inſuper.i.præter hæc multa. ſ.alia ſimilia complorãdo,quibus & fletibus vxoris,& paruulorum ſ. communium, Coriolanus motus, complexus matrem, inquit tu expugnaſti. Poteſt hic duplex eſſe intellectus, alter vt prius dicat ad matrẽ,tu ò mater expugnaſti, & pro.i. viciſti,deinde conuertens ſermonem per apoſtrophen ad patriam dicat,ò patria,ego admonitus, &c. Alter vt complectẽdo matrem cõuertat totum ſermonem ad patriam,& dicat ò patria tu expugnaſti,& viciſti ſup.me, quia ergo admonitus precib. huius, cuius vtero ego conceptus ſum,dono.i.remitto tibi,quamuis inuiſæ merito mihi, iram meam, & continuo poſtquã ſic locutus eſt, liberauit agrum Romanum armis hoſtilibus.[Ergo pietas].ſ. in matrem vacue fecit.i.vacuum fecit,& intentũ ſibi rotum pectus.ſ.Coriolani refertum dolore iniuriæ acceptæ. ſ.ab ingrato populo,& ſpe victoriæ portiundæ, i.obtinendæ da ingratis, q ſam in foribus videbatur eſſe,& verecundia minoſteri,ſ.cæpti, & Volſcis promiſſi detractandi .i. recuſandi perficere,& metu mortis,quam irati Volſci ipſi inferre poterãt,ſecundum plurimos etiam intulerunt,& aſpectus vnius.ſ.ſolius parentis. i.matris, mutauit bellũ atrox, pace ſalutari, quia Volſci tali duce deſtituti,aut eo interfecto pacem fecerunt.

DE SVPERIORE AFRICANO.

* Liuius li.71. Plu. in vita.

EADEM * pietas viribus ſuis inflammatũ Africanum ſuperiorẽ,vix dum annos pubertatis ingreſſum,ad opem patri in acie ferendam virili robore armauit. Conſulem enim eum apud Ticinum fluuium aduerſis auſpiciis cum Hannibale pugnantem ſaucium grauiter,interceſſu ſeruauit ſuo: neq; illum aut ætatis infirmitas,aut militiæ tyrocinium,aut infelicis prælij etiam veterano bellatori pertimeſcendus exitus, interpellare valuit, quò minus duplici gloria conſpicuus, * coronam, imperatore ſimul & patre ex ipſa morte rapto,mereretur. Auribus iſta tam præclara exempla Rom. ciuitas accepit.illa vidit oculis.

* Ciuicam accipere noluit, inquit Plin. li.16. c.4.

OLIV. Scip. Afri. pietas erga patrẽ.

EADEM pietas] Hoc fuit ij.pun. bel. quo tempore Hanni. ex alpibus deſcendit obuiam habuit Cn. Scip. ſuperioris Afric. patrem, qui cum iam commiſſa pugna in magno diſcrimine verſaretur quòd impari acie parũ cauta dimicans,veniſſet in vitæ diſcrimen cum Hannib.tum filium eius, qui poſtea Africanus dictus eſt,ſe inter patrem,& hoſtem iniecit,& ictum excipiens à manibus hoſtis patrem liberauit, erat tamen Scip. admodum adoleſcens, qui primum dedit in hoc bello ſuæ futuræ amplitudinis inditium, patre medio iam ex hoſte recepto. Africanũ qui poſtea Afric.dictus eſt.[Interceſſu ſuo] Interpoſitione ſua,qui ſe medium inter patrẽ & hoſtem immiſit.[Neq; illum] Hæc omnia deterrere poterant adoleſcentem,ſed ea dicit,vt rem magis exageret,& maiorem in Scip. virtutem ſuſſo demonſtret.[Gloria] Quia imperatorem liberauerat,& patrẽ. [Coronam]. ſ.ciuicam quæ dabatur his, qui ciues ſeruaſſet à morte, erat autẽ quercea, vt ſupra. [Auribus iſta] Quia extra vrbem geſta ſunt, illa vero in vrbe.[Iſta] ſ.Coriolani, & Scip. iſta quæ ſequuntur.

ASCEN.

EAdem pietas] Docet conſimilem pietatem, ſed in patrem fuiſſe Scip. Africano maiori dicens[Pietas eadem].i.conſimilis,ſed tñ in patrem armauit Africanũ ſuperiorem. i.maiorem inflammatum viribus ſuis ingreſſum vix dum, i.vix tunc adhuc annos pubertatis, quæ fere à 14. anno incipiũt maſculis armauit dico robore virili ad ferendã opem patri in acie. i.in conflictu acierũ aduerſarum. Enim pro quia,ipſe Scipio ſeruauit interceſſu ſuo.ſ.patrem ſuum,cõſulem pugnantem apud Ticinum fluuium cũ Hanu.auſpiciis aduerſis.i.contrariis,quia vincebatur,vnde addidit,ſaucium,i.vulneratũ grauiter. Neq; aut infirmitas ætatis,aut tyrocinium,i.nouitiatus in re militari,aut exitus infelicis prælii,pertimeſcendus.i.dignus,qui ſit perfecto timori etiam bellatori veterano,valuit interpellare, i.intercedendo impedire,quo minus,i.non conſpicuus,i.euidenter ſpectabilis duplici gloria mereretur coronam. ſ.ciuicam imperatore,ſimul,& patre,q.d.qui idem pater eius erat,rapto,i.erepto ex ipſa morte,quæ ſ.illi imminebat. Rom. ciuitas accepit auribus.i.intellexit audiendo iſta exempla. ſ. iam dicta, tam præclara illa.ſ.quæ ſequuntur ipſa.ſ.ciuitas vidit oculis.

DE L. MANLIO TORQVATO.

* Liuius lib. 7. Cic. lib.3. de offic. Nondum Torquati dicebantur, vt hic cognomen temere ſit poſitum.

LVCIO * Manlio Torquato diem ad populũ Pomponius Trib.pl.dixerat,quòd occaſione bene faciẽdi belli ductus, obtinendi legitimum imperij tempus exceſſiſſet: quodq; filium optimæ indolis iuuenem ruſtico opere grauatum publicis vſibus ſubtraheret. Id poſtquam Manlius adoleſcẽs cognouit: protinus vrbem petiit,& ſe in Pomponij domum prima luce direxit,qui æſtimans in hoc eũ veniſſe,vt patris crimina à quo plus iuſto aſpere tractabatur, deferret, excedere omnes iuſſit cubiculo,quo licentiùs remotis arbitris iudicium perageret, nactus occaſione opportuna propoſito ſuo iuuenis, gladium,quem tectum attulerat: diſtrinxit,tribunumq; minis,ac terrore compulſum iurare coegit, à patris eius accuſatione receſſurum,eoq; effectum eſt, ne Torquatus cauſam diceret. Commendabilis eſt pietas, quæ manſuetis parentibus præſtatur: ſed Manlius quo horridiorem patrem habuit, hoc periculo eius laudabilius ſubuenit, qui ad eum diligendum præter naturalem amorem, nullo indulgentiæ blandimento inuitatus fuerat.

OLIV. Manlii Torquati pietas erga parentem in ſe durum.

LVCIO Mãlio Torquato] Cic.de offic.lib.vlt. L.inquit Manlio Auli filio,cũ dictator fuiſſet M. Pomponius trib. pleb.dixit, q is paucos ſibi dies ad dictaturam gerendã addidiſſet, criminabatur etiam, q T.filiũ,qui poſtea Torquatus ab omnibus appellatus eſt,releg aſſet,& ruri habitare iuſſiſſet,quod cum audiſſet adoleſcens filius negocium exhiberi patri accurriſſe Romã, & prima luce Pomponii domum veniſſe, cui cum eſſet nunciatum, q illum iratũ allaturum ad ſe aliqd cõtra patrem arbitraretur,ſurrexit è lectulo,remotiſq; arbitris ad ſe adoleſcentem iuſſit venire,at ille, vt ingreſſus eſt,confeſtim gladium deſtrinxit,iurauitq; illũ ſtatim interfecturũ, niſi iuſiurandum ſibi dediſſet,ſe patrem miſſum eſſe facturum iuraretq; hoc terrore coactus Pomponius rem ad populũ detulit,docuitq; cur ſibi à cauſa deſiſtere neceſſe foret Manlium miſſum fecit,tñ temporibus illis iuſiurandum valebat,atq; hic T.Mãlius is eſt, qui ad anienem Galli,quẽ ab eo prouocatus occiderat,torq; detracto cognomen inuenit,cuius tertio cõſulatu latini aduerſati,fuſi,& fugati,magnus vir in primis, & qui nap indulgens in patrem; idem acerbus, & ſeuerus in filium.[Quod occaſione benefaciendi belli] Nam cum in fine magiſtratus ſui videret hoſtes non multos poſt dies debellatũ iri poſſe, ſi videlicet in dictatura permaneret,aliter hoſtes reſpiraturos,non dubitauit ſibi dictaturã ſine populi,& ſenatus auctoritate prorogare,cum igitur audiſſet filius patrẽ huius criminis accuſatum atq; etiam ei crimini dari, malã filii tractationem,memor nõ iniuriæ,ſed pietatis diluculo ad tribunum venit opinantẽ ſibi aliquid conſilii afferre ad criminationem male de ſe meriti patris,ac ſpe,ſummotis aſtãtibus ſolus admiſſes ſtricto raptim ſupra caput gladio,tremebundũ in re ſubdita, & ferri acie micãtis impetuoſi adoleſcentis viribus ferociſq; perterritum,iurare compulit,ſe à patris accuſatione diſtiturum.[Tẽpus imperii] quod erat ſex menſium.[Iudiciũ perageret] Iudicando patris crimina.[Cõmendabilis pietas] Intẽdit hanc pietatis laudem ſi laudantur,qui parẽtibus humanis, & indulgentibus pietatẽ præſtant. Quanto maiori laude dignus cenſendus eſt Manlius qui patrem durũ,& inclementẽ expertus in eũ pius eſſe voluit.

ASCEN.

LVcio,&c.] Ordo eſt.Pomponius trib.pleb.dixerat.i.aſſignauerat Lucio Man.Torquato diem ad populum, q.i. quia ipſa inductus occaſione benefaciendi belli, i.opportune pugnandi cum hoſte.(Quæſitus.n. quare bellũ ſic produceret,reſpondit,quo melius pugnaret,opportunitatem nactus) exceſſiſſet tempus legitimum obtinendi imperii.i.quia diutius fuiſſet in imperio,quam lex patiebatur, quia vltra ſex menſes. quodq;.i.& quod,i.quia ſubtraheret vſib. publicis, i.reip.vt potã bellicis,filium.ſ.Manlium iuuenem optimæ indolis,grauatũ opere ruſtico,i.agriculturæ.[Poſtquam Manlius]. ſ.filius adoleſcens,quem iam iuuenem dixerat,vnde in cõfinio vtriuſq; ætatis fuiſſe dicitur cognouit id.ſ.patri diem dictũ eſſe,petiit protinus vrbem,& direxit ſe prima luce.i.principio diei,in domũ Pomponii,ſ.trib.pl.qui,ſ.Pomponius exiſtimans eum. ſ. Manlium iuniorẽ veniſſe in hoc.i.ad hoc,vt deferret.i.indicaret per delationem occulta crimina patris,à quo.ſ.patre,ipſe tractabatur,ſ.

tur,ſ.in opere ruſtico faciẽdo,aſpere,i.duriter,plus iuſto. i.quã iuſtum eſſet,iuſſit omnes,ſ.qui aderant,excedere,i.egredi cubiculo,quo,i.vt Manlius ſup.perageret iudicium,i.delationẽ paternorũ criminũ(vt ſperabat)licẽtius,i.irrefrenatius arbitris.i.teſtibus remotis.[Iuuenis].ſ. Manlius nactus occaſionẽ opportunã ſuo propoſito, i.ei rei,q̃ propoſuerat facere, diſtriuxit,i.denudauit,aut è vagina traxit gladiũ,quem attulerat tectũ,& coegit tribunũ compulſum minis.ſ.vltionis in futurum,ac terrore,ſ.necis præſentis ſi abnegaſſet,iurare ſup. ipſum receſſurũ ſup.eſſe.i.deſtiturũ ab accuſatione patris eius,ſ.Mãlij, & eo.i. per id factũ,filij effectũ eſt,ne Torquatus,ſ.pater diceret cauſam,quia tribunus,vt iurauerat,fecit(in quo illud mirabile, ꝙ cum violentũ iuramentũ nullũ ſit,id ſeruauerit,neq; minis territum diceret) Pietas,inquit auctor,quæ præſtatur parentibus manſuetis.i.mitibus,& indulgentibus in liberos, Eſt cõmendabilis,ſed Manlius.ſ.iunior,quo.i quãto horridiorem.i.aſperiorem,& rigidiorẽ patrem habuit hoc,i. tãto laudabilius ſubuenit periculo eius,alij legũt ei,vt ſic ſubuenit ei in periculo,q.ſ. Manlius iunior nullo blandimento fuerat inuitatus ad diligendum eum.ſ.patrem ſuum, tã aſperum præter amorẽ naturalẽ.

DE M. COTTA.

HANC pietatem æmulatus Marcus Cotta,eo ipſo die, quo togam ſumpſit virilem,protinus vt Capitolio deſcendit, C. Carbonem, à quo pater eius damnatus fuerat,poſtulauit:* protractumq; reum iudicio afflixit,& ingenium,& adoleſcentiam, præclaro opere auſpicatus.

* alii per actumq;.

OLIV. HANC pietatem æmulatus]Cn.Car.M.Cottæ patrem accuſauit peculatus & repetundarum, qua quidem accuſatione damnatus eſt.Cotta vero vbi per ætatem potuit vltus eſt patris iniuriam,nam quo die ſumpſit virilem togam in capitolio,more maiorum in forũ deſcendit, Carbonem accuſauit,ꝙ triumuir cum Ful.& Cn.Grac. de diuidendis agris ſeditionem creaſſet, ꝙ cũ exercitu à Cimbris in Illyrico fuſus fuiſſet, ꝙ prouinciam ipſam expilaſſet: à qua quidem accuſatione non prius deſtitit,q̃ Carb.damnari fecit [Quo to.] Quę xiiij.anno ſumebatur,depoſita prætexta [Auſpicatus]Iam optimis auſpiciis adoleſcentiæ, & ingenij ſui facinus egregium teſtatus eſt Cn. Carb.accuſando,qua cauſa,patris eſt vltus iniuriam.

ASCEN. HAnc,&c.]M.Cot.æmulatus, i.imitatus,hanc pietatem, ſ. Manlij in patrem ſuum poſtulauit,i.in ius vocauit eo ipſo die,quo ſumpſit togam virilem in xiiij. ætatis ſuæ anno, prius aũt nõ licuiſſet, vt,i.poſtquam deſcendit è Capitolio, vbi togam illã ſumpſerat Cn.Carb.à quo pater eius fuerat damnatus & afflixit iudicio,i.ad cõdemnationem perduxit reum.ſ.Car. pertractum,ſ.in ius,auſpicatus.i. feliciter incipiens opere præclaro,quia pio,& magnifico,& ingenium,ſpecimen ingenij,& adoleſcentiam qua egreſſus pueritia iam tum inierat.

DE C. FLAMINIO.

* Cic.lib. 2. de Inuent.& in Bruto.

APVD C.quoque *Flaminium auctoritas patria æque potens fuit.Nam cum Trib.pl.legem de Gallico agro viritim diuidendo inuito, & repugnante ſenatu promulgaſſet, precibus, minisq; eius acerrime reſiſtens,ac ne exercitu quidem aduerſus ſe conſcripto, ſi in eadem ſententia perſeueraret abſterritus,poſtquam pro roſtris ei legem iam referenti pater manum iniecit: priuato fractus imperio deſcendit e roſtris, ne minimo quidem murmure deſtitutæ concionis reprehenſus.

OLIV. APVD C.quoq; Flaminium] C. Flaminius legem ferebat de Gallico agro viritim diuidẽdo, cui rogationi patres, cum non aliter ſe reſiſtere poſſe viderent,conſuluerunt habendum eſſe militum delectum. Ille nihilominus territus roſtris aſcendit legem laturus contra ſenatus auctoritatem quod cum videret eius pater,quãuis priuatus eſſet,ei tñ manus iniecit,& de roſtris deſcendere iuſſit, cui quamprimum cum ſilentio paruit,magna profecto patris reuerentia à filio data, vt quod ſenatus auctoritas, quo militũ delectus, quod mortis periculum non potuit, ſola patris pietas effecerit. [Diuidendo agro] Vt coloni in agrum Gallicũ mitterentur, erat aũt Gallia Ciſalpina,agrum vero ſunt,qui velint fuiſſe Placentinum.[Priuato imperio] Priuati patris, hoc eſt magiſtratu.[Minimo quidem murmure] Nec etiã concio quæ huius legis cupida venerat ne murmur quidem emiſit, ſed hanc pietatem tacita cõprobauit.

ASCEN. APud,&c.] Auctoritas patria.i. paterna fuit æque potens, quoq;,i.etiam apud C.Flam.Nam cum ſup. ipſe C. Fl. tri. pl.promulgaſſet,inuito, & repugnante ſenatu, legem de agro Gal.i.in Gallia Italis vicina, acquiſito, diuidendo viritim.i. per ſingulos viros,æquis portionibus, reſiſtens acerrime precibus,& minis eius.ſ. ſenatus,ac ne quidem abſterritus,exercitu cõſcripto,ſ.à ſenatu aduerſus ſe, ſi perſeueraret in eadem ſuia.i. ſi vellet legem executioni mandare, poſtquam pater iniecit manum ei referenti,i.iterũ recitanti, aut ferenti legem pro roſtris,i.ante roſtra, vbi edicta publica fiebant, i.poſtquam pater iniiciendo manum eũ ab incepto retraxiſſet,ipſe fractus imperio priuato,i.patris nullum magiſtratũ gerentis,deſcendit è roſtris,ne quidem,i.non etiam minimo murmure concionis.i.totius populi conuocantis & aſtantis reprehenſus,i.correptus,vnde laudandus etiam populus, qui id paternæ pietati conceſſit.

DE CLAVDIA VIRGINE VESTALI.

* Cice. in orat. pro M. Cœl. Suet. in Tyberio, ſed fratrẽ ſcribit.

MAGNA ſunt* hæc virilis pietatis opera, ſed neſcio an his omnibus valentius, & animoſius Claudiæ Veſtalis virginis factum, quæ cum patrem ſuũ triumphantem è curru violentia Trib.pl. manu detrahi animaduertiſſet, mira celeritate vtriſq; ſe interponendo,ampliſſimam poteſtatem inimicitijs accenſam depulit. Igitur alterum triumphum pater in Capitolium,alterum filia in ædem Veſtæ duxit,nec diſcerni potuit,vtri plus laudis tribueretur, cui victoria, an cui pietas comes aderat.Ignoſcite vetuſtiſſimi foci, veniamq; æterni date ignes ſi à veſtro ſacratiſſimo templo ad neceſſariũ, minusq; ſpecioſum vrbis locum contextus operis noſtri progreſſus fuerit.Nulla enim acerbitate fortunæ, nullis ſordibus precium charæ pietatis euileſcit,quin etiam eo certius,quo miſerius experimentum habet.

OLIV. MAGNA ſunt hæc] Appius Claud ſalaſſos gentem Alpinam domuit,ſed nõ is, de quo loquit̃ Val. nam alter fuit cognomento audax,cæci frater, qui conſul ad mamertinos liberandos miſſus,quorum arcem Carth.& Hiero.Syracuſanus obſidebant. Primo ad explorandos hoſtes fretum piſcatoria naue traiecit,& cum duce Carth.egit, vt præſidium in arce deduceretur,Regnum ingreſſus (vt in cap.de fortitudine diximus) q̃ inquiremem hoſtium copiis pedeſtribus cœpit, eam legionẽ in Sicilia traduxit Carth.expulit, Hiero prælio apud Syracuſas victum in deditionem accepit, eo prælio territus Romanorum amicitiam petiit, eiſdemq; poſtea fideliſſimus fuit; cũ igitur Appius ille de quo Val.loquitur deuictis hoſtibus triumpharet cõtra tribunorum voluntatem, qui ſummis viribus interceſſerant, ꝙ dicerent victoriam illam non fuiſſe tantam, vt triumphum mererẽt, iniectis manibus è curru trahere nitebantur,quod vbi Claud.eius filia ſenſit,nullo fœmineo pudore deterrita,ſe inter patrẽ,& tribunum mira celeritate coniecit, & è patre violentum tribunum repulit,fecitq;,vt pr̃ cum dignitate triumpharet.Cic.in orat.pro Cœlio. Non virgo illa veſtalis,inquit,Claudia, quæ patrem cõplexa triumphantem ab inimico trib.pl.de curru trahi paſſa nõ eſt.[Sed neſcio] Ac ſi diceret nõ affirmo.[Claudiæ] Nam gens claudia fuit plebi ſemper inuiſa.[Quæ cum patrem]Suet.de xii.Cæſaribus dicit fratrem fuiſſe non patrem,dicit,n.virgo veſtalis fratrem iniuſſu populi triumphãtem,aſcenſu ſimul curru vſq; in capitolium proſecuta eſt,ne vetare,aut intercedere fas cuiquam tribunorum eſſet. [Ignoſcite vetuſtiſſimi foci]Quia poſt exemplũ virginis veſtalis nobiliſſimæ fœminæ dicturus eſt de pietate virginis ignobilis,veniam petit ab ea, cuius præſtandæ rationẽ ſtatim ſubiungit,quia quãuis ſit ignobilis, uirtus tñ,quæ viſa eſt laudem meretur,hæc matrem adulterii damnatam,à triumuiris in carcerẽ coniectã,vt conſumaretur inedia,impetrato à cuſtodib. aditu quotidie ſub ſpẽ ſalutationis adibat,prius tñ diligenter excuſſa,ne quid cibi inferret ad matrem,vberibusq; ſuis (nã puerpera erat)vltro matri exhibitis lacte ſuſtentabat,quod vbi animaduerterunt cuſtodes,admiratione cõmoti, rem ad iudices detulerunt

lerunt, & illi ad conſules, qui tantæ pietatis exemplo, ei p̄miũ conſtituerunt pœnæ remiſſionem, & matris incolumitatẽ. Pli. de nat. hiſt. lib. 7. pietatis, inquit exempla infinita quidem toto orbe extitere, ſed Romæ vnum, cui comparari cuncta nõ poſſint, humilis in plebe, & ideo ignobilis puerpera ſupplicij cã in carcerẽ incluſa matre cũ impetraſſet aditum à ianitore ſemper excuſſa, ne quid inferret cibi, deprehenſa eſt, vberibus ſuis alens eã. quo miraculo matri ſalus donata filiæ pietate eſt, ambæ perpetuis alimentis, & locus ille eidem conſecratus eſt deæ C. Quintio M. Attilio cõſulibus templo pietatis extructo in illius carceris ſede, ubi nunc Marcelli theatrum eſt. Sol. in ca. de homine, pietatis, inquit, documẽtũ nobilius q̃dẽ in Metellorũ domo effulſit, ſed eminentiſſimũ in plebea puerpera reperitur, humilis hæc, atq; ideo famæ obſcurioris, cũ ad patrem q ſupplicii cauſa clauſtris pœnalibus continebatur ægre obtinuiſſet ingreſſum, exquiſita prius ſæpius à ianitoribus, ne forte parẽti cibum adminiſtraret, alere eũ vberibus ſuis deprehenſa eſt, q̃ res & locum factum conſecrauit, nam qui morti deſtinabatur, donatus eſt filiæ in memoriam tanti præconii reſeruatus, & locus dicatus ſuo numini pietatis ſacellum fuit. [ignoſcite foci, & æterni ignes] Quia vt diximus, æternus ignis ſeruabatur à veſtalibus in templo deæ Veſtæ, vt à Numa Pomp fuerat inſtitutum. [Ad neceſſarium urbis locum] Carcerem dr̃ vbi magis neceſſariũ quã honeſtũ, ubi ſeruent nocẽtes. [Nulla. n acerbitate fortunæ] Nam & ſi fortuna in ſordida cõditione multos naſci voluerit, virtus tamen, ſi qua fuerit in his, nulla debet ſorditate vileſcere, aut ſua laude, & præmio carere, quinetiam eo maius illis debetur precium, quo difficilius emerſerint.

Ascen. MAgna, &c.] Hæc, ſ. iam dicta ſunt magna exempla pietatis virilis, ſed neſcio an factũ Claud. virginis veſtalis, i. deæ Veſtæ conſecratæ, ſit valentius, & animoſius his oibus, quæ cum animaduertiſſet (quia etiam veſtales obuiam proceſſerãt triumphanti) Patrem. ſ. ſuũ triumphantem detrahi è curru. ſ. triumphali, violenta manu trib. pl. ipſa interponendo ſe mira celeritate vtriſq;, ſ. patri, & tribuno, depulit, ſ. ab iniuria patet na poteſtatem ampliſſimam, videlicet tribunitiam accenſam. ſ. in patrem inimicitiis, igitur pater ſup. eius duxit alterum triũphũ in capitoliũ, quia nõ erat impeditus amplius, & filia. ſ. Clau. duxit alterũ triumphum in ædem, ſ. ſacram Veſtę, nec potuit diſcerni utri. ſ. duorũ, hoc eſt an patri cui uictoria aderat, comes, i. comitatrix, an filiæ cui pietas aderat comes, plus laudis tribueretur, i. tribui deberet. [Ignoſcite, &c.] Tranſitũ facit ad humiliora exempla cũ deprecatione dicens, ò foci, i. veſtę vetuſtiſſimi, qui à Troia traducti, & in quibus ignis ęternus fouebatur, ignoſcite, & vos æterni ignes date ueniam ſi cõtextus operis noſtri fuerit progreſſus à tẽplo ueſtro ſacratiſſimo ad locũ magis neceſſarium, & minus ſpecioſum, vtpote ad carcerẽ publicum, ſine quo uix uiui poſset præ maleficiorũ multitudine, unde magis neceſſarius ſed minus ſpecioſus eſt, uerumtñ quod in eo pręclare factum eſt, propterea uilipendi non debet. Enim pro quia, precium charæ pietatis nulla, i. non ulla nõ uileſcit. i. non fit uile, ulla acerbitate fortunæ, & nullis, i. nõ ullis ſordib. i. uilitate eorũ qui eam exercent, quinetiam, i. inſuper, ſup. precium pietatis eſt eo. i. tanto certius, quo. i. quanto miſerius habet experimentum, i. obiectũ. hoc præfatus narrat rem dicens.

DE AMORE FILIÆ ERGA MATREM.

Plin. lib. 7. cap. 36. *SANGVINIS ingenui mulierem Præt. apud tribunal ſuum capitali crimine damnatam, triumuiro in carcere necãdam tradidit, quam receptam, is, qui cuſtodiæ præerat, miſericordia motus, non protinus ſtrangulauit: aditum quoq; ad eam filiæ, ſed diligenter excuſſæ, ne quid cibi inferret, dedit: exiſtimans futurũ, vt inedia conſumeretur. Cum autem iam dies plures intercederent: ſecum ipſe quærens, quidnam eſſet quod tandiu ſuſtentaretur: curioſius obſeruata filia, animaduertit illam exerto vbere famem matris lactis ſui ſubſidio lenientem. Quæ tam admirabilis ſpectaculi nouitas ab ipſo ad triũuirum, à triumuiro ad Præt. à Præt. ad Coſſ. iudicium perlata, remiſſionem pœnæ mulieri impetrauit. Quo non penetrat? aut quid non excogitat pietas? quæ in carcere ſeruandæ genitricis nouam rationem inuenit. Quid. n. tam inuſitatum, quid tam inauditũ, quam matrem vberibus natæ alitam eſſe? putauerit aliquis hoc contra rerum naturam factum, niſi diligere parentes prima naturæ lex eſſet.*

Oli. TRIVMVIRO] Erant triumuiri iudices capitales, qui de nocentibus ſupplicia ſumebant, & carceris more maiorum cuſtodiam habebant, hos Venetijs dominos nocturnos appellant. [Exerto vbere] Nudata mamma. Virgil. Exertę cingula mammæ. [Quo non penetrat] Laudat vim pietatis, quæ inuenerit noua quædã vnde ſe oñdere, & patefacere voluerit, ſicut de filia, de qua q̃d magis inauditũ dici põt, q̃ filiam lac matri præbere, cũ, econtra fieri ſoleat. [Niſi diligere] Nam cũ habeãt eſſe à parentibus filii, lex iubet, vt eos ament, & obſeruent. Ascen.

PRætor] . ſ. Vrbanus, tradidit triumuiro, i. executori iuſtitię, necandam in carcere (quia turpe videbatur publicum ſumi de muliere ſupplicium, niſi veſtalis ſit, quæ tñ uiua obruebatur) mulierem ingenui ſanguinis, damnatã crimine capitali ut pote adulterio, aut vt alii putãt veneficio, apud tribunal ſuum, hoc eſt prætoris, Quam, ſ. mulierem receptã, ſ. in carcerem, is qui præerat cuſtodiæ, ſ. carceris, aut ipſi carceri, motus miſericordia, nõ ſtrangulauit protinus. i. ſtatim vt eam accepiſſet & dedit quoq; aditum. i. acceſſum ad eam filiæ ſupple eius, ſed excuſſæ. i. exploratæ diligenter, ne quid cibi. i. alimenti inferret. ſ. in carcerem, exiſtimans futurum, vt ſup. ipſa condẽnata, conſumeretur, i. periret inedia, nihil edẽdo. [Cum aũt plures dies iã intercederent i. à tpe, quo eam receperat, ipſe, ſ. cuſtos quærẽs i. inquirens ſecum, quidnam eſſet q̃ ſuſtentaretur, tandiu filia obſeruata, poſtquã obſeruauit. i. explorauit filiam, quid ageret in carcere, curioſius, i. cum maiore cura, & diligentia, animaduertit, i deprehendit illam, ſ. filiam, lenientem, i. ſedantem, famẽ matris ſ. ſuæ ſubſidio lactis ſui, & hoc ubere exerto, i. è ſinu tracto (ab ex & ſero fit exero, quia perit, ſ. poſt x.) Quæ nouitas tã admirabilis ſpectaculi perlata ab ipſo. ſ. cuſtode carceris ad triumuirũ, a triumuiro, ad prætorem, a prætore ad iudiciũ conſulũ impetrauit mulieri, videlicet matri, remiſſionẽ pęnæ. ſ. capitalis [Quo. i ad quem locũ, pietas non penetrat, q. d. nullũ nõ, hoc eſt, ad omnẽ penetrat, cum etiam in carcerem penetret, aut quid non excogitat. i. q̃ mortis remedium nõ exq̃rit, q. d. nullum non. i. omne excogitat, utpote, quæ inuenit rationem, i. viam nouam, i. admirabilem, & inſolitã, genitricis ſeruãdæ in carcere.] Quid n. ſup. æſt tã inuſitatũ, quid tam inauditum quam matrem eſſe alitam uberibus natæ. i. filiæ, q. d. nihil. Aliqs putauerit hoc factũ eſſe cõtra naturã rerũ, niſi prima lex naturæ, immo etiã prima i ſecũda tabulis diuinæ legis, eſſet diligere parẽtes, aut niſi diligere parẽtes eſſet prima lex naturæ.

EXTERNA.

DE FILIÆ PIETATE IN PATREM.

IDEM prædicatum de pietate eius exiſtimetur, quæ patrem ſuum Cimona conſimili fortuna affectum, pariq; cuſtodiæ traditum, iam vltimæ ſenectutis velut infantem, pectori ſuo admotũ aluit. Hærent, ac ſtupent hominum oculi, cũ huius facti pictam imaginem vident, caſusq; antiqui conditionem, præſentis ſpectaculi admiratione renouant, in illis mutis membrorum lineamentis viua, ac ſpirantia corpora intueri credentes, quod neceſſe eſt animo quoq; euenire aliquãto efficaciore pictura literarum vetera pro recentibus admonito recordari.

IDem prædicatum] Quod dixi de hac puella quæ matrem lacte nutriuit, nonne hoc idem prædicat de alia, quæ patrẽ ſuum damnatũ, Cimona uoſe eodem cibi gñe, & modo nutriuit, & ita ſenſim tranſit ad externa; hunc aũt errorẽ hinc manaſſe arbitror, quod diſcrepent inter ſe auctores, ut Plin. & Sol. patrem à filia nutritũ fuiſſe dicant, qm̃ duas fuiſſe dicit Val. eodem pietatis gñe vſas, vt altera patrem ſenem, altera matrem, vtrunq; damnatũ lacte nutrierũt. [Cimonã] virũ græcũ, ſed nõ eũ, qui carcerẽ ſponte ſubiuit, vt Miltiades eius pater ſepulturæ mandaretur, de quo in ſequẽti exẽplo dicturus eſt. [Herent, & ſtupent] Siquis inquit videret picturã filiæ ſenem patrẽ vberibus lactantis, atq; illũ tanquã aliũ à filiæ collo pendentẽ pręadmiratione ſtupeſceret quodammodo. [Lineamentis] Quia

ex lineamentis pictura conſiſtit.[Quid neceſſe eſt] Vt conditio nem antiqui caſus præſentis ſpectaculi admiratione renouetur cum literis tradita eſſe videant homines.

ASCEN. IDem prædicatum exiſtimetur] De pietate eius.ſ. filiæ apud Ath.(vnde ad externa tranſit)quæ aluit patrem ſuũ Cimona ſ.nomine affectũ conſimili fortuna.i.ob crimen condemnatum & traditum pari cuſtodiæ,entem ſup. aut exiſtentem iam vltimæ ſenectutis admotum pectori ſuo,velut infantem. Oculi hominum,cũ vident imaginem huius facti pictam,hærent, ac ſtupent,& renouant admiratione præſentis ſpectaculi,conditionẽ antiqui caſus,credentes ſup. ſe tueri in illis mutis lineamentis membrorũ corpora viua, ac ſpirantia, q.i.quàm rem(Oliu.tñ legit, quid per interrogationem vim negandi habentem) neceſſe.i.operæpretium,& vtile aſteuenire quoq;.i.etiam aio pictura literarũ.i.ſcriptura efficatiore.ſ. ad pathos mouendũ aliquanto,q̃ ſup.pictura lineamentorũ,admonito.ſ.aio,recordari.i.vt recordetur vetera pro recentibus.i. tanquã ſint recentia.

DE CIMONIS PIETATE ERGA PATREM.

* Probus in vita,& Iuſt.lib.2.

*NE te quidem * Cimon ſilentio inuoluam, qui patri tuo ſepulturam voluntarijs vinculis emere non dubitaſti. Nam & ſi maximo tibi poſtea & ciui,& Duci euadere contigit: plus tamen aliquanto laudis in carcere, quàm in curia aſſecutus es: cęterę enim virtutes admirationis tantummodo multum, pietas vero etiam amoris plurimum meretur.*

OLIV. NE te quidem Cim.]pro patre vincula ſubiit, hic Miltiadis filius,(vt io cap.de ingratitudine diximus) duro admodũ initio vſus eſt adoleſcentiæ, nam cum eius litem æſtimatam populo ſoluere non potuiſſet,ob eamq; cauſam vinculis publicis deceſſiſſet,Cimon eadem cuſtodia tenebatur, vt pater ſepulturæ mandaretur, neq; legibus Ath.emitti poterat, niſi pecuniam,qua pater multatus erat, ſoluiſſet, quam Callias quidam non tam generoſus, quàm pecunioſus pro eo ſoluit, impetrato ſororis eius Helpinaces matrimonio. Miltiades autem damnatus eſt hac de cauſa,poſt Artapherñe, & Datim regis præfectos Miltiadis auſpicio, terra mariq; victos,claſſem lxx. nauium ei dem dederunt, vt inſulas quæ barbaros iuuerant, bello perſequeretur,quo imperio pleraſq; ad officium redire coegit, non nullas vi expugnauit. Ex his Paron inſulam, tunc opibus elatã, cum oratione reconciliare non poſſet, copias à nauibus eduxit vrbem operibus clauſit, omniq; cõmeatu priuauit, deinde vineis,ac teſtudinibus conſtitutis propius muros acceſſit. cum iã io eo eſſet,vt oppido potiretur,procul incontinenti, lucus, qui ea inſula conſpiciebatur,neſcio quo caſu,nocturno tempora incenſus eſt,cuius flamma vt ab oppidanis & oppugnatoribus eſt viſa, vtriq; venit in opinionem ſignum à Claſſiariis regiis datum,quo factum eſt,vt Parii à deditione deterrentur, & Miltiades timens ne claſſis regia aduentaret,incẽſis operibus,quę ſtatuerat,cum totidem nauibus atq; vt erat profectus, Athenas magna cum offenſione ciuium ſuorũ rediit, accuſatus eſt ergo proditionis, quòd cum Paron expugnare poſſet à rege corruptus infectis rebus receſſiſſet eo tempore æger erat vulneribus, quæ in oppugnando oppido acceperat, itaq; qm̃ ipſe per ſe dicere non poſſet,verba fecit frater eius Sagoras, cauſa cognita, capite abſolutus,pecunia mulctatus eſt,eaq; lis 50.talentis æſtimata,quantus in claſſe ſumptus factus erat: hanc pecuniam,qđ in præſentia ſoluere non poſſet, in vincula publica coniectus eſt, ibiq; diem ſuum obiit ſupremum. Iuſt. tamen dicit illum peculatus fuiſſe damnatum. Cimon, inquit, Miltiadem patrem ob crimen peculatus io carcarem coniectum, ibiq; defunctum translatis in ſe vinculis ad ſepulturam redemit.] Cetere virtutes] Reliquæ virtutes laudum cum admiratione, pietas vero non ſolum admirationem,ſed amorem quoq; meretur.

ASCEN. NEc ò Cimon Ath.inuoluam quidem.i.certe, aut etiam te.i.pietatem tuam ſilentio, qui non dubitaſti emere patri tuo.ſ.in carcere defuncto, ſepulturam vinculis voluntariis.ſ. ſubeundo vincula,quibus ille ligatus fuerat. Nam & ſi.i quanquam contigit.i.datum eſt tibi euadere poſtea maximo, & ciui,& duci tamen tu aſſecutus es, plus laudis aliquanto in carcere,quam in curia.ſ.Ath. Ceteræ.n. virtutes.ſ.tuæ merent ſup. tantummodo multum admirationis. pietas vero meretur etiã plurimum amoris.i.vt te omnes plurimum ament.

DE DVOBVS FRATRIBVS HISPANIS.

VOs quoq; fratres memoria complectar: quorum animus origine fuit nobilior. Siquidem admodum humiles in Hiſpania nati,pro parentum alimentis ſpiritum erogando,ſpecioſo exitu vitæ inclaruiſtis. duodecim enim millia nummum,quę poſt mortem veſtram his darentur à filijs Patiætis pacti eſtis: vt eorum patris interfectorem Epaſtum gentis ſuæ tyrannum occideretis: nec auſi ſolum inſigne facinus eſtis, ſed etiam ſtrenuo, ac forti exitu claruiſtis. Eiſdem enim manibus Patięti vltionem, Epaſti pęnam,genitoribus nutrimenta,vobis glorioſa fata peperiſtis. Itaq; tumulis melius etiam nunc viuitis,quia parentum ſenectutem tueri,quam veſtram exſpectare ſatius eſſe duxiſtis.

OLIV. Filiorum pietas in parentes.

VOs quoq; fratres] Duo quidem fratres patrem habebãt, ſenem,& extrema laborãtem inopia,forte accidit, vt Epaſtus tyrannus Hiſp. Paciætem quendam Hiſpanum iniuſte occiderit,filii ergo huius Paciætis iniuſtam patris mortem ęgre ferentes,vltionem quærebant,conuenerunt igitur cum adoleſcẽtibus illis io xij.millia nummum,ſi Epaſtum tyrannum occiderent, illi conditionem acceperunt hac lege, vt pecuniam patri ſuo eſtrema inopia laboranti poſt peractum opus redderent, quod etiam factum eſt,nam & tyrannum occiderunt, & patrẽ inopia liberarũt,& qui pecuniam exhibuerunt,iniuſtam patris mortem vindicarunt,& hoc modo duplex pietas fuiſſe deprehenditur.[Quorum animus nobilior] Quia Hiſpani erant humili genere nati,& adeo obſcuri, vt eorum nomina ſint omnibus ignota.[Erogando ſpiritum]Quia id fieri non poterat ſine diſcrimine vitæ. [Erogando] Exhibendo, tradendo.[Inclaruiſtis]Valde claruiſtis,nam in auget hoc loco.] Nummum] Pro nummorum.[Paciætis]Nomen proprium eſt viri,qui à tyranno crudeliter, & iniuſte fuerat occiſus. [Epaſtum] Nomen illius tyranni,io quem coniurarunt.

ASCEN. VOs quoq; ò fratres.ſ. Hiſpani quorũ animus fuit nobilior origine(nam quibus parentibus geniti ſint, neſcitur) ego complectar.memoria.i.memorabo, quoque.i.etiam vos.ſiquidem.i.quoniam vos nati in Hiſpania admodum humiles.i. humilibus,& modicis parentibus,inclaruiſtis.i.multum clari effecti eſtis,erogando.i.impartiendo ſpecioſo exitu vitæ,ſpiritum.ſ.vitalem pro alimentis parentum.i. vt derelinqueretis quibus parentes veſtri alerentur. Enim pro quia, vos eſtis pacti.i.ſtipulati,& pacto conſtituti xij.millia nummum.i.nummorum à filiis. Paciætis.i.principis Hiſpani,crudeliter interempti ab Epaſto tyranno,quæ.ſ.xij. millia nummum darentur his.ſ.parentibus veſtris,poſt mortem veſtram (Quia non erat veroſimile peracta cæde tyranni,quin à ſtipatoribus, & ſatellibus eius occiderentur)pacti dico eſtis,vt occideretis Epaſtum interfectorem patris eorum.i.filiorum Patięti tyrannum gentis ſuæ.i.qui patriam ſuam per tyrannidem occupauerat, nec ſolum auſi eſtis, facinus inſigne,ſed etiam claruiſtis ſtrenuo,ac forti exitu.i.effectu.[Enim.i.quia vnt peperiſtis eiſdem,ſiue iiſdem manibus; quia vna,& eadem opera,vltionem Patięti, quia eius interfectorem interfeciſtis, Pœnam.i.iuſtum ſupplicium Epaſti.i.quod Epaſtus meruerat genitoribus.i.parentibus veſtris nutrimenta, & ſup. vobis fata glorioſa.i.glorioſam mortem. Itaque.i.& ita vos viuetis etiam nunc.i.ad hoc vſq; tempus tumulis.i monumentis,quia duxiſtis eſſe ſatius tueri.i.ſuſtentare, aut protegere ſenectutem parentum.ſ.veſtrorum,quam expectare veſtram.ſ.ſenectam.

THEO. DE ijs fratribus extat elegantiſſimum Claud. carmen, id quia vulgatum longumq; eſt,non adiecimus.

DE CLEOBE ET BITONE FRATRIbus, & Amphinomo, & Anapo.

* Cicer. Tuſc.1. Her.lib.1. Plut. in Sol. Sol.c.10.

*NOTIORA * ſunt fratrum paria, Cleobis,& Biton, Amphinomus,& Anapus: illi, quòd ad ſacra Iunonis peragenda matrem vexerunt: ij, quod patrem, & matrem humeris per medios ignes Aetnæ portarunt: ſed neutris pro ſpiritu parentum expirare pro-*

poſitum fuit. Nec ego arginam detrecto laudẽ, aut Aetnæi montis gloriam inuoluerim, verum obſcuriori propter ignorantiam pietati, notitiæ lumen admoueo.

OLIV. NOTIORA ſunt fratrum] Duo exempla coniuncte dicit per comparationem, vt oſtẽdat ſuperius exemplum multo maioris fuiſſe laudis, q̃ hoc, nam illi ſe plane morituros ſciebant, hi vero non eo propoſito fuere. exempla autem huiuſmodi ſunt Cleobis & Bithon matrem habuere Iuno. ſacerdotẽ. mos autem erat vt ſacra vrbem ad eius templum, quod xxx. ſtadijs, vt quidam dicunt, inde diſtabat, ſacerdos non pedibus iret, ſed curru veheretur, ſed cum abſumptis grani peſtilentia iumentis vahi non poſſet, hi filii matris pietate, & religione pariter moti, collum ſubiecere iugo, & matrem ad templum ceruice traxerunt, illa deinde peractis ſacrificiis petijt à Iuno, vt filiis daret quod optimum eſſet, qñ quidem tanta vſi eſſent humanitata, & pietate. illi ergo poſtero die inuenti ſunt mortui, & creditum eſt mortem optimum bonum eſſe. reliqui vero. ſ. Amphinomus, & Anapus cum eſſent in Sicilia, & vehementiorẽ flammam Athena mons, forte quadam effudiſſet, vt vicina loca corriperantur igne, & cum aliter euadere nõ poſſent, niſi per incẽdia tranſirent, erant quidẽ de parente ſolliciti, quem comitem ſecum habebant, tandem illum humeris ſuſceperunt, & p medios ignes traiecerunt. de quibus Solinus ita refert, inter Catinam & Syra certũ eſt de illuſtrium fratrũ memoria, quorũ nomina ſibi diuerſæ partes adoptant, ſi Catinẽſes audiamus Anapus fuit & Amph. ſi quod malunt Syra. Emantiam putabimus, & Critonẽ. Catinanſis. n regio cauſam dedit facto, inquã cum incendia Aetna protuliſſet, iuuenes duo ſublatos parentes euexerunt inter flammã illæſi ignibus, horũ memoriam, ita poſteritas venerata eſt, vt ſepulchri locus nominaretur campus piorũ. [Notiora] hæc duo fratrũ paria, de quibus dicturus ſum, notiora quidẽ ſunt, ſed ſuperiora longe laudabiliora. [Nec ego arginã] Quãuis ſuperius exemplũ clarius eſſe dixerim, tñ non diminuo laudẽ Græcorum, nam Cleobis & Bithon argiui fuere.

Morte optimũ eſſe bonũ creditum eſt.

Cleobis, & Bitho.

ASCEN. NOtiora ſunt, &c.] Ordo eſt. Cleobis & Bithon argiui illi Amphinomus, & Anapus ſiculi (ſunt qui legunt Anaphas, ſed minus ſcite, vt opinor, nam Anapus illic fluuius eſt) ſunt paria fratrum notiora. i. celebratiora per literas, quàm prædicti Hiſpani, qui tñ inſignius opus ediderunt. Illi. ſ. prius dicti, videlicet Cleobis, & Bithon, quia vexerunt matrem. ſ. ſuam ſacerdotem, cũ iumenta deeſſent, ad peragenda ſacra Iunoni. ſ. argiuæ, hi. i. poſterius dicti, videlicet Amph. & Anapus cp.a. quia portarunt humeris. ſ. ſuis, patrem, & matrem. i. vtrunq; parentem per medios ignes Aetnæ. ſ. montis in Sicilia perpetuo ardore flagrare ſoliti Sed. i. licet nobiliora ſint paria fratrũ, neutris. ſ. nec argiuis illis, nec ſiculis fuit propoſitũ expirare pro ſpiritu parentum (argiui aũt mortui ſunt, nõ ex propoſito ſuo, ſed precibus matris rogãtis id eis a deo dari, qđ ãis ſaluberrimũ eſſet. itaq; prima nocte extincti ſunt, vnde in ſuiam tractũ eſt ſalici ſſimũ eſſe, quam citiſſime aboleri.) Nec ego detracto. i. diminuo laudem arginam. i. nõ inficias eo, quin argiui illi Cleobis. & Bithõ pietate ſua egregiam laudã meruerint, aut inuoluerim. i. nolim inuoluiſſe gloriã Aetnæi montis, quã Amph. & Anapus portando parentes per Aetneas flammas meruerunt. verũ ego admoueo lumen notitiæ. i. claritatem, & nobilitatẽ pietati. ſ. fratrũ Hiſpanorum, obſcuriori pp ignorantiam, (quia pauci de his ſcripſerunt, cũ tñ eorũ pietas multo clarius appareat, nã manifeſte pro parentibus mori decreuerant. An tñ cõſulto in dubio eſt. Nõ vidari pñt, & ſalua vita ſua parentes alere potuiſſe. niſi dicamus ſub tyrãno nulli artificio tneã eſſe mercedem & ob id ẽt in tyrãnnũ armatos, vt eo ſublato, liberius, & cõmodius viuẽdi cunctis ſit facultas) admoueo inquã piatati obſcuriori lumẽ.

DE SCYTHIS.

* Herodi lib. 4. SICVT * *Scythis libenter pietatis teſtimonium reddo, Dario enim totis regni ſui viribus in eorum regionibus ſubinde impetum facienti, paulatim cedentes, ad vltimas iam ſolitudines perueneranẽ. Interrogati deinde ab eo * per legatos, quem fugiendi finem, aut quod initium pugnandi facturi eſſent: reſponderunt, ſe nec vrbes vllas, nec agros cultos, pro quibus dimicarent, haberẽ. Ceterum cum ad parentum ſuorum monumenta veniſſent, ſciturum, quemadmodum Scythæ prœliari ſolerent.*

* Per equitem.

Quo quidem vno tam pio dicto, immanis, & Barbara gens ab omni ſe feritatis crimine redemit. Prima igitur, & optima rerum natura pietatis eſt magiſtra, quæ nullo vocis miniſterio, nullo vſu literarum indigens, proprijs ac tacitis viribus, charitatem parẽtum, liberorum pectoribus infundit. Quid ergo doctrina proficit: vt politiora, non vt meliora fiant ingenia: quoniam quidem ſolida virtus naſcitur, magis quam fingitur.

SICVT Scythis] Scythiæ populi Septentrionales, de quibus multa Iuſt. eleganter ſcripſit. nam gentem illam dicit omnium antiquiſſimam, nulla libidinum cupiditate vexatam, quippe quæ aurum, & argentum non minus aſpernatur, quàm alii concupiſcunt. nõ domos illi, nec certas ſedes eſſe, per incultas ſolitudines, cũ armentis & gregibus qbus ſe ſuoſq; alunt, ſemper vagari, plauſtriſq; vehi, apud quos nullum ſcelus furto grauius, laneum vſum ignorant, ferinis tantum pellibus vtentes, fortiſſimos viros eos eſſe conſtat, qui alienas gentes ſępius ſubegerunt, ipſi varo perpetuo ab alieno imperio, vel intacti, vel inuicti manſere, de quibus Herodotus multo plura; ſed illud in primis memoria dignum, q cum Cambiſes Perſarũ rex illis bellum inferre cuperet, id prius cõſilio facere voluit. Itaq; legatos tãquam exploratores cum muneribus miſit. munera vero fuerunt arcus, ſagittæ, vaſculũ vini, panes, & aureum monile. introducti, cum legationem expoſuiſſent, & munera obtuliſſent, & rex Scytharum arcum primo intandi iuſſiſſet in partes fregit, qui tendebat, panes deinde cum guſtaſſet, quæſiuit ex his, quod cibi genus eſſet, qui cum reſpondiſſent, quo communiter omnes veſcerentur, è terraq; naſci, interrogauit quot annos vitã producerent, reſponderunt ad octogeſimũ, paucos, ad centeſimum, nullos, vel rariſſimos, tum ille non mirum eſt, inquit, nam eo genere alimenti veſcuntur homines veſtri, vt mirum videatur, eos poſſe tam lõge vitam producere. deinde cũ vinũ guſtaſſet mirifice probauit. Idq; temperamentum alterius cibi eſſe dixit; vbi vero monile vidit, minatur, inquit mihi cathenas, & quia ferrum non habent Scythę, ſed ea auro oia fabricant, duxit eos ad carcerem vbi cathenæ erãt cum colaris, q̃ ad ſimilitudinẽ monilũ ſunt; quod ab cibũ pertinet, duxit eos ad mẽſam ſolis, erat aũt mẽſa ſolis, vbi carnes ſemper coctæ, & lac appoſitũ erat, vt quicũq; vellet, ibi vitam ſuſtentaret: ſolis appellant, quia ſolem vnicum deum eſſe credunt, & die reparari dicunt, quod nocte conſumptum fuerit, quam cum legati vidiſſent tum rea melioribus, inquit vaſcimur cibis qui ad centum, & aa. annos facile peruenimus, deinde arcum vnũ è ſuis eis tradi iuſſit, quem ad Cambiſem regem deferrẽt, ac ſuis verbis nunciarent, vt cũ arcum tendere poſſet, & ſagittam emittere, tum demum ſibi bellum inferret. Cambiſes, vbi ea audiuit, quæ legati renunciarunt, & arcum intendere cœpit, cum nec ipſe, nec quiſquam ſuorum flectere, aut intendere poſſet, cognitis hinc Scytharum viribus, omnẽ inferendi belli conſilium depoſuit, quod vero ad hunc locũ pertinet, Scythæ præter cetera illud diligentiſſime ſeruant vt ſepulchra parentum, quæ volunt habere communia, intacta, inuiolataq; permaneant, quæ non minus venerãtur q̃ ſacra deorum. cũ igitur Darius armatis ſeptingenti milibus hoĩum aduerſus Scythas duxiſſet exercitum, illi aũt ſe in loca tuta recepiſſent. Legatos miſit Darius, qui nunciarent ſibi pugnandi copiam facerent. illi rñderũt, nõ facturos, niſi neceſſitate compulſos, neceſſitatẽ aũt intelligebant, ſi ad violanda parentũ ſepulchra veniſſent, tũc intellecturum Darium, an ſcirent, auderentq; Scythæ cum hoſte pugnare; Darius igitur eo duxit exercitũ, quod vbi ſenſerunt Scythæ tanto impetu irruerunt in hoſtes, vt cæſis amplius lxxx. millibus hoſtium, Darius trepidus domum refugerit. [Sicut Scythis] Ita pietati lumẽ admoueo, ſicut Scythis libenter pietatis teſtimoniũ reddo. [Quo quidẽ tam pio] Hoc inquit tam pio dicto Scythæ tametſi barbari, & crudeliſſimi eſſe dicãtur, ſe tñ mitiſſimos, & humaniſſimos ſignarũt. [Optima rerũ] Nã inquit decet ſine vllis literarũ ſtudiis colere pietatẽ. Quid igitur do.] cũ quidẽ igitur natura nos inſtituit ſine vllis præceptis colere pietatem, doctrina non meliora, ſed exornatiora facit ingenia noſtra. [Optima rerũ] Nam natura eſt. [Qm quidem] Nam Plato vult vnã cũ hoib. naſci virtutẽ. [Solida virtus] Naturalis pietas.

OLIV.

Doctrina quid præſtet.

ASCEN. SIcut reddo etiam libenter Scythis populis teſtimonium pietatis vnde addit. [Dario Enim. Ordo eſt. Reddo libenter Scythis teſtimonium pietatis. Enim pro quia, ipſi

cedentes

cedentes.i.locum dantes paulatim Dario Perſarum regi, faciẽti ſubinde.i.aliqñ,aut per interualla impetum . i. violentũ incurſum in regionib.eorũ.ſ.Scytharũ,totis viribus regni ſui . i. Darii,peruenerant iam ad vltimas ſolitudines,deinde ipſi interrogati.ſ.p legatos,ab eo.ſ.Dario,quem finem fugiendi,aut initium pugnandi ipſi facturi eſſent, reſponderunt, ſe nec habere vllas vrbes , nec ſup.vllos agros cultos(quia lacte,& ſanguine equino victitãt) ꝓ quibus dimicarent,ceterum cum.ſ.Scythæ fugiẽdo,& hoſtes pſequendo veniſſent ad monumenta.i.ſepulchra parentũ.i.maiorum ſuorum . tunc ſup. Darium ſciturũ.ſ.p experientiam,quemadmodũ.i.quomodo Scythę ſolerẽt prœliari. Quo quidem vno dicto.i.reſponſo tam pio gens immanis,& barbara,redemit.i.purgauit ſe , ab omni crimine feritatis.Igitur quia Scythæ ſolam naturam ſecuti,tam pii fuerunt, Natura rerum eſt prima,& optima magiſtra pietatis,quæ nullo.i.non vllo,non indigens vllo miniſterio vocis.ſ. adhibendæ prædicãdo,aut alloqui docendo,& nullo vſu literarũ infundit pectoribus liberorum ; charitatem.i.præcipuam dilectionẽ parentum viribus propriis , ac tacitis, neq;.i.vocibus,neq; literis inſinuatis,ſed pectoribus inſcriptis, ergo ſi ita eſt,ꝙ ſine doctrina pietas inuenitur , quid.i.in quo proficiſcatur.i. profectus fit doctrina ? Reſponſio,vt ingenia fiant politiora.ſ.per doctrinã; ſed nõ vt fiant meliora,quãquidem.i.quãquidem virtus ſolida,i.firma,& integra naſcitur (quod tñ poſt corruptam naturam credibile non eſt,quinimmo ſolida virtus à Deo datur, ſed συνθησεως ſynthereſis.i.partis animæ,quæ ſemper aduerſatẽ vitiis, omnium inſcripta eſt pectoribus,in qua videtur virtutis ſolidę ſeminaria,vnde quidam vt hoc loco Vale. plus naturæ quam arti tribuerunt ad virtutis præſtantiam , quàm tñ deo acceptam ferre multo iuſtius debemus , quia ſine eo boni nihil poſſumus; vnde & auctor non vult penitus à natura eſſe, ſed plus ꝗ ab arte,) Solida inquã virtus naſcitur magis.i.plus , aut potius, quã fingitur opera diſciplinæ,non ergo penitus naſci dicit.

DE FILIO CROESI.

Herod. li. 1. Gel. li. 5. ca. 9. QVIS * *enim plauſtris vagos, & ſiluarum latebris corpora ſua tegentes, in modumq; ferarũ laniatu pecudum viuentes, ſic Dario reſpondere docuit? Illa nimirum, quæ etiam Crœſi filium loquendi vſu defectum,ad protegendã patris incolumitatem miniſterio vocis inſtruxit. Captis enim à Cyro Sardibus, cum vnus è numero Perſarum, ignarus viri, in cædem eius concitato impetu ferretur: velut oblitus quid ſibi naſcenti natura denegaſſet, ne Crœſum Regem occideret, proclamando, penè iam impreſſum mucronem iugulo reuocauit. Ita, qui ad id tempus mutus ſibi vixerat, ſaluti parentis vocalis factus eſt.*

OLIV. ILLA nimirum] Duo fuerunt Crœſi Lydorũ regis filii,quorum alter nulla arte cuſtodiri potuit, quin ferro necaretur , vt oſtendimus in cap.de ſomniis, alter natus elinguis , diuque mutus educatus,timore paternæ necis vocalis euaſit:captis. n. ſardibus à Cyro,cum ab eo edictum eſſet, ne quis Crœſum occideret , & forte quidam ignarus ſtricto enſe in cædem eius irrueret,filius nomine Atys,qui ad id tempus,vt dixi,mutus extiterat,vbi vidit periculum patris in hũc modũ clamauit ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε τὸν Κροῖσον.ò homo ne interficias Crœſũ,& ita liberatus eſt ab inſtanti morte pater, quanquam alii aliter tradant,vti Solin ca.de homine,cum inquit Olympiade octauã, & quadrageſima victor Cyrus intraſſet Sardis Aſiæ oppidũ,vbi tunc Crœſus latebat, Atys filius regis mutus ad id vſq; tẽpo- (Atys Crœſi filius.) ris in vocem erupit vi timoris , exclamaſſe.n.dicit parce patri meo Cyre,& te hominem,vel caſib. noſtris diſce.dicitur Crœſus Apollinem conſuluiſſe de filio, futurus ne vnquam vocalis eſſet.cui ſic Apollo reſpondit ò Crœſe demens genere Lydus multorum rex,ne velis in regia domo vocem audire clamãtis filii,hoc.n.multo melius eſt ipſum ſine voce eſſe , nam loquetur in die,qui tibi erit infelix.Aul.Gel.lib. 5.ca. 8 huius rei meminit , & vtitur auctoritate Hero.[Captis à Cyro Sardibus] De expugnatione huius vrbis Front. li. 4.ca.8.ſic breuiter.Cyrus rex Perſarum incluſo ſardibus Crœſo, qua præruptus mons nullum aditum præbebat ad mœnia,malos exæquantes altitudinẽ iugi ſubrexit, quibus ſimulacra hominum armata Perſici habitus impoſuerat , noctuq; eos monti admouit, tum prima luce ex altera parte muros aggreſſus eſt . vbi orto iam ſole ſimulacra illa armatorum referentia habitum reſulſerunt , oppidani captã vrbem à tergo credentes, & ob hoc in fugam dilapſi, victoriam hoſtibus conceſſerunt.[Captis Sardibus] Sardis tm̃ pluraliter declinatur,& accuſatiuum & vocatiuum in his mittit, (Sardis oppidum.) vt vult Priſc.li.7. vnde dixit Sol. cum intraſſet Sardis , & fuit oppidum Aſiæ,& regia Crœſi.Lydorum regis, vnde Horat. in decimo epiſt.Quid concinna ſamos? quid Crœſi regia Sardis; Defectum] priuatum. Nimirum] certe, & cum ſuperiori refertur hoc modo.ſ.quis docuit ſic Scythas reſpondere? illa nimirum. Quid denegaſſet,] ſcilicet eloquium.

ASCAN. QVis enim docuit vagos.i. vagari ſolitos plauſtris.i.vehiculis cum fixas non habeant domos,& tegentes corpora ſua latebris ſyluarũ , & viuentes laniatu pecudum. i. dilacerando pecudes crudas dentibus ſuis in modum ferarum reſpondere ſic.i.tam pie Dario regi?reſpondet cum ſequentis exempli illatione.[Illa nimirum] Ordo eſt,Nimirum.i.nempe, aut ſine eo quò mirum videatur,illa videlicet natura docuit Scythas ſic reſpondere,quæ etiam inſtruxit filium Crœſi defectum. i.deſtitutũ vſu loquendi.i.mutum à natiuitate in ea vſq; tempora,inſtruxit dico.i.ornauit, & habilem fecit miniſterio vocis. i. illi ſubito præditæ ad protegendam incolumitatem.i. ſalutẽ,& vitã patris.ſ.Crœſi (Vt illud tranſeunter dicam, defectus in paſ. ſine voce dr,qui ſine ſua culpa,aut opera à debito per naturam opere deficit.In actiua aũt voce,qui ſua ſponte munus ſuũ deſerit) Enim pro quia,Sardibus vrbe Aſiæ, & regia Crœſi captis à Cyro Perſarum rege,cum vnus è numero Perſarum ignarus viri.i.non ſciens eum,quem occidere pararet, eſſe Crœſum regem,ferretur concitato impetu in cædem eius.ſ.Crœſi, tũc ſup. filius Crœſi.velut.i.tanquam oblitus ſup. eſſet quid natura negaſſet ſibi naſcenti,hoc eſt ꝙ natura mutus eſſet,proclamando ne occideret Crœſum regem,reuocauit.i. retrahi fecit mucronem iam pene impreſſum iugulo. ſ. Crœſi. ita.i.taliter ſup.qui vixerat ſibi.i.quãtum ad vtilitatem propriam mutus ſup. vſq; ad id tempus,factus eſt vocalis.i.voce,& loquela vtens ſaluti.i. ad ſalutem parentis.i.patris ſui Crœſi.

DE PLVTONE PINENSI.

EADEM *charitas Italico bello Pinenſem iuuenẽ, cui Plutoni erat cognomen,tanto animi,corporiſq; robore armauit : vt cũ obſeſſæ vrbis ſuæ clauſtris præſideret,& Romanus imperator patrem eius captiuum in conſpectu ipſius conſtitutum diſtrictis militum gladys circundediſſet , occiſurũ ſe minitans , niſi irruptioni ſuæ iter præbuiſſet , ſolus è manibus eorum ſenem rapuerit , duplici pietate memorandus , quòd & patris ſeruator nec patriæ fuit proditor .*

EADEM charitas] Hoc fuit Italico bello,hoc eſt ſociali, OLIV. cuius originẽ diximus . Itaq; aduerſus latinos miſſi ſunt Pomp.Str.& Sylla duces,quorum legatus Mamercus erat , qui vicit Italicos cum Syllone Popedio eorum duce,ſed cum obſideretur Pina oppidum , nec expugnari poſſet, Rom.imperator Pinenſem captiuum Plutonis patrem , qui portis præſidebat in filii conſpectum adduci iuſſit ,minitaturq; eſt,ni hoſtes reſeratis portis intromitteret , patrem occiſurum, filius incertus qđ ageret,patri ne,an patriæ magis conſuleret,deniq; deſperatione quadam ductus,in hoſtes,qui patrem vinctum tenebant, impetum fecit,eos diſſipauit,patrem liberauit,& patriæ charitatem ſeruauit. Diſtrictis] Nudatis.

EAdem].i.conſimilis in patrẽ charitas armauit bello Italico ASCEN. i.ſociali iuuenem Pinenſem.i.Pinæ oppidi Italiæ, cui Plutoni erat cognomen , tanto robore animi,& corporis, vt cum præſideret clauſtris.ſ.portarum vrbis ſuæ.ſ.Pinæ obſeſſæ ſcilicet ab Rom.& imperat.Romanus,circundediſſet,gladiis militum diſtrictis.i.nudatis,patrem eius.ſ. Plutonis captiuum. i.ẽtum captum,conſtitutum in conſpectu eius.ſ.Plutonis,minitãs ſe occiſurum.ſ.patrem eius , niſi filius præberet iter irruptioni ſuæ.i.qua in vrbem irrumpere poſſet,rapuerit ſolus ſenem.ſ.patrem è manibus.ſ.tot militum memorandus. i.dignus,qui memoretur,& memoriæ colatur duplici pietate,ꝙ.i. quia ipſe fuit , & .i.ſimul,ſeruator.l.conſeruator patris(vulgo diceretur ſaluator,ꝙ vocabulum non eſt in idoneorum vſu,licet ſaluum fecere dicant) nec fuit proditor patriæ, quia facile patrem recepiſſet,ſi patriam prodere,& ingreſſum hoſti facere voluiſſet , ſed neutrum fecit,& vtrunque ſeruauit.

DE PIETATE ERGA Fratres. CAP. V.

Pietatē. *HANC * charitatem, proximus fraternę beneuolentiæ gradus excipit. nam vt merito primum amoris vinculum ducitur, plurima, & maxima beneficia accepiſſe, ita proximum indicari debet, ſimul accepiſſe. Quàm copioſæ enim ſuauitatis illa recordatio eſt? In eodem domicilio ante, quàm naſcerer, habitaui: in iiſdem incunabulis infantiæ tempora peregi: eoſdem appellaui parentes: eadem pro me vota excubuerunt: parē ex maiorum imaginibus gloriam traxi. Chara eſt vxor, dulces liberi, iucundi amici, accepti affines: ſed poſtea cognitis nulla beneuolentia accedere debet, quæ priorem exhauriat.*

OLIV. HANC pietatē] Dicturus de pietate erga fratres, eam multis rationibus laudat. Hanc pietatem].ſ. filiorum in parentes. [Proximus] Secundus; nam primus pietatis gradus filiorū in parentes, Secundus fratrum inter ſe, Tertius parentum in filios, de quo paulo poſt dicturus eſt. [Beneficia] Primū eſſe à parentibus habemus, deinde victum, & veſtitum. [Ita proximū] Ita fratres exiſtimare debent, ea ſimul accepiſſe. [In eodē domicilio] In quo, ſcilicet & frater hoc eſt io ventre matris. [Imaginibus] Quia eædē imagines me clarum fecere. [Cara aſt vxor] Per comparationem oſtendit fraternam charitatem maximā eſſe. [Priorē,] Scilicet fraternā. [Exhauriat] Euacuet, prior charitas extingui non debet alia ſuperueniente.

ASCEN. HAnc, &c.] Eſt præfatio in exempla pietatis in fratres, quā proximam paternæ pietati argumentis conuincere contēdit. Ordo eſt. Gradus beneuolentiæ fraternæ. ſ. quam frater exhibuit, aut exhibet fratri excipit proximus hanc charitatem, ſ. in parentes. [Nam vt]. i. quemadmodum accepiſſe. ſ. à parentib. plurima, & maxima beneficia, ducitur. i. æſtimatur primū vinculum amoris, ita accepiſſe ſimul, ſcilicet cū altero. ſ. plurima, & maxima beneficia, debet iudicari proximum. ſ. à primo vinculum amoris, id autem faciunt fratres ſub vnis parentibus. ergo proxima à parentum charitate fratrum charitas. Enim pro quia, quam. i. ò quātum, aut quam putas copioſæ ſuauitatis eſt illa recordatio, quā. ſ. quis recordatur, & repetit in animo ſuo: Ego habitaui in eodem domicilio, id eſt eodem vtero materno, in quo ipſe poſtea, antequam naſceretur (poſſet fortaſſis & dici contra, ſic ſi minor natu dicat, Ego habitaui in eodem domicilio, cum poſt illum naſcerer, aut natus eſſem, ſed quia maioris natu eſt conferre opem in minorem, ideo ſic agit, tanquā maior ſecū reputet) ego peregi tempora infantiæ in iiſdem incunabulis, in quibus. ſ. ille poſtea, ego appellaui eoſdem parentes. ſ. quos ille. eadem vota. ſ. parentum excubuerunt. i. vigilauerunt pro me. i. pro ſalute mea, ego traxi ex imaginibus. i. ſtēmatis maiorum, parem gloriam ſup. cum illo, hoc eſt cum fratre, q. d. maxime copioſæ ſuauitatis eſt recordatio talis. nam vxor aſt cara, liberi ſunt dulces, amici ſunt iucūdi, affines ſunt accepti, ſed beneuolentia debes accedere. i. addi cognitis poſtea v. iam dictis vxori, liberis, amicis, & affinibus, quæ exhauriat. i. euacuet, & abſumat priorem. ſ. charitatem, quæ eſt in fratrem paulo poſt nos natum.

DE SCIPIONE MAIORE. I

Cicer. Phil. 11. Liu. li. 37. *ATQVE hac * teſte Scipione Africano loquor, qui tametſi arctiſſima familiaritate Lęlio iunctus erat, attamen ſenatum ſupplex orauit, ne prouinciæ ſors fratri ſuo erepta, ad eum transferretur; legatumq; ſe L. Scipioni in Aſiam iturum promiſit, & maior natu minori: & fortiſſimus, & belli gloria excellens, laudis inopi: & quod ſuper omnia eſt, nondum Aſiatico iam Africanus. Itaq; clariſſimorum cognominum alterum ſumpſit, alterum dedit: triumphiq; prætextam huius excepit, illius tradidit, miniſterio aliquanto maior, quàm frater imperio.*

ATQVE hæc teſte Scipione] Hannibal deuictis Carth. cū ad rupti fœderis pœnas depoſceretur à Romanis ad Antiochum regem confugit, & illum ad inferēdum Rom. bellum induxit, vt diximus, quo tempore conſules erant L. Scip. & C. Lęlius, quorum vterq; prouinciam Aſiam ſibi decerni vehemēter exoptabat, cuius gratia non parua inter eos videbatur futura contentio, ſed res ad arbitrium ſenatus reiecta fuit, quæ ſtudia patrum erexit, ſenatoreſq; dubios reddidit de tantis viris iudicia facturos, veruntamen apud patres maior Lęlii gratia, maiorq; erat exiſtimatio, & propterea ſenatus ad eum inclinare, negociumq; deferre plane videbatur, quod vbi ſenſit Scip. fratris pietate motus, ab eo deprecatus eſt illā ignominiā, nam & in ſenatu fratrem laudauit virum fortem, & ſapientē, & cum illo ſe iturū legatū in prouinciā vltro profeſſus eſt, qua voce oēm patrum dubitationem de fratre, & demandandæ prouinciæ cunctationem excuſſit, nam frequenti ſenatu decretū eſt, vt L. Scip. in Græciā aduerſus Aetholos deinde in Aſiā aduerſus Antiochum cū Scip. fratre tranſiret, qui eo Hannibali victo, & pro Antiocho in acie dimicāti victorē opponeret. Quis igitur P. Scipionis pietatem non iure miretur quam nō ſolum a prima adoleſcentia Corn. patri, vt ſup. diximus, ſed denique quoq; L. fratri id ætatis, huiq; rebus egregiam præſtitit, & quāquam erat Africanus & maior natu, & qui Hann. vicerat, qui de Pœnis triumphauerat, qui oēs ſuæ ætatis imperatores belli gloria, & virtute anteibat, imperio tn̄ minoris natu ſe ſponte ſubmiſit, vt eius in honore obtinendæ prouinciæ gratioſo collega præferretur, ex quo bello frater, ipſius cōſilio, & opera vſus, maximā gloriam in patriam reportauit. [Arcta familiaritate] Adeo vt inter pauca illa amicorum paria, quam tantopere admiratur antiquitas, Scipionem, & Lælium Cic. dicat eſſe connumerandos. [Sors] i. Aſiæ prouinciæ contra regem Antiochum. [Maior natu] Africanus. [Minori] Aſiatico. [Laudis inopia] ſ. fratri. [Nondum Aſiatico] Quia nondū debellauerat Aſiā. [Alterū]. ſ. cognomen Africam ex Afr. domita. [Alterum dedit]. ſ. Aſiatici, quia eius conſilio, & intercesſione Aſia deuicta eſt. [Maior] Quia maior erat miniſter, q̄ frater eum imperio.

Scipionis Afri. pietas erga fratrem.

ASCEN. ATque ego loquor hæc teſte. i. atteſtante id Scip. Afri.]. ſ. maior, qui tametſi. i. quanquā iunctus erat Lælio familiaritate arctiſſima (quia cum eo nobile par amicorum cōſtituit) attamen orauit ſupplex ſenatum. Ne ſors prouinciæ. ſ. Aſiæ erepta fratri ſuo. ſ. Lucio, transferretur ad eum. ſ. Lælium, & promiſit ſe iturum in Aſiam legatum L. Scip. ſ. fratri ſuo & i. ſimul ſup. promiſit ſe iturum legatum eius aut cum eſſet maior natu, minori ſ. natu. i. iuniori, & fortiſſimus, & excellens gloria inopia laudis. i. fratri, quia nihil adhuc glorioſum geſſerat, & qd̄ eſt ſuper omnia, ipſe iam Africa. ab Afr. deuicta ſic dictus, repēte promiſit ſe iturum legatum fratri nondum Aſiatico. i. qui nondum ab Aſia deuicta ſic dicendus erat. Itaque. i. & ita ipſe ſumpſit alterum duorum cognominum (dicerem agnominū) clariſſimorū, videlicet Africani, & Aſiatici, alterum dico, videlicet Africanum ſumpſit ſibi, & dedit. ſ. fratri, alterum videlicet Aſiaticum, & excepit. i. eminenter induit prætextam. i. triumphalem veſtem huius. ſ. Africani triumphi, & tradidit. ſ. fratri prætextam illius. ſ. Aſiatici triumphi, exiſtens ſup. maior aliquāto, miniſterio. i. fungens officio legati, qui miniſter erat imperatoris, ſeu conſulis in bello, quā frater imperio. i. fungēs imperio totius exercitus, quia ad cōſequendam eam victoriam plus valuit nomen legati, quam imperium conſulis.

DE MARCO FABIO CONSVLE.

Liu. li. 2. Diony. li. 9. *MARCVS * vero Fabius Cos. inclyta pugna Hetruſcis, & Veientibus ſuperatis, delatū ſibi ſummo ſenatus, populiq; ſtudio triumphum ducere non ſuſtinuit: quia eo prælio Q. Fabius frater eius conſularis fortiſſime dimicans occiderat. quantam in eo pectore pietati fraternę charitatis habitaſſe exiſtimemus, propter quam tantus ampliſſimi honoris fulgor extingui potuit?*

OLIV. MARCVS vero Fabius] Liu. ab vrbe condita cum Mar. Fab. conſul. aduerſus Hetruſcos, qui tunc agros Rom. inuaſerant, duxiſſet exercitum, & præſertim contra Veientes, & Ianiculos, eos ingenti prœlio, cum magna eorum ſtrage ſuperauit. ſed non fuit Rom. incruenta victoria, nam multi ex clariſſimis viris in ea pugna ceciderunt, inter quos alter

M. Fab. ſū maio fraterna charitate vs

conſul,& Q. Fab. conſulis frater, qui cū inter cōfertiſſimos hoſtes fortiter dimicaret, vulneratus pugna exceſſit,& paulò poſt expirauit, cum igitur triumphus a ſenatu delatus eſſet conſuli ob res mirifice geſtas, ille amiſſi fratris grauiſſimo dolore cōfectus triumphum ſuſcipere recuſauit, quanquam tanta dignitas ab omnibus ſemper expeti conſueuerit. [Quantam] q.d. mirabilem. [Fulgor] Scilicet triumphi.

ASCEN. Marcus vero Fabius Conſul, Hetruſcis, & Veientibus ſuperatis nobili pugna, non ſuſtinuit. i. non eſt paſſus, ducere triumphum delatum, id eſt præſtitutum, & oblatum ſibi ſummo ſtudio ſenatus, & Pop. ſ. Rom. quia Q. Fab. frater eius conſularis, ſcilicet vir. i. qui aliquando conſul fuerat occiderat. i. occubuerat eo prælio dimicans, i. pugnans fortiſſime. Quantā pietatem fraternę charitatis exiſtimemus. i. iudicare debemus habitaſſe in eo pectore. ſ. M. Fab. propter quam, ſ. pietatem tantus fulgor ampliſſimi honoris, qualis eſt triumphus, potuit extingui? q. d. haud dubie maximam.

DE TIBERIO CAESARE.

* Pli. lib. 7. cap. 20. Liu. li. ult.

*Hoc exemplo * vetuſtas, illo ſæculum noſtrū ornatum eſt, cui contingit fraternum iugum Claudiæ prius, nunc etiam Iuliæ gentis intueri decus: tantum enim amorem. Princeps, parensq́; noſter inſitum animo fratris Druſi habuit, vt cum Ticini, quò victor hoſtium ad complectendos parentes venerat, graui illum, & periculoſa valetudine in Germania fluctuare cognouiſſet, protinus inde metu attonitus erumperet. Iter quoq; quā rapidum, & præceps velut vno ſpiritu corripuerit, eo patet, quòd Alpes, Rhenumq́; tranſgreſſus, die, ac nocte, mutato ſubinde equo, * ducentis millibus paſſuum per modo deuictam barbariam Antagabio duce ſolo comite contentus, euaſit: ſed eum tunc maximo labore & periculo implicatum, mortaliumq́; frequētia defectum, ſanctiſſimum pietatis numen, & dij fautores eximiarum virtutum, & fidiſſimus Romani imperij cuſtos Iupiter comitatus eſt. Druſus quoq;, quanquam fato iam ſuo quàm illius officio propior erat, vigore ſpiritus, & corporis viribus collapſus, eo ipſo tamē quo vita, & mors diſtinguitur, momento, legiones cum inſignibus ſuis fratri obuiam procedere iuſſit, & imperator ſalutaretur, præcepit: & dextera in parte prætorium ei ſtatui, & conſulare, & imperatoriū nomen obtinere voluit: eodemq́; tēpore, & fraternæ maieſtati ceſſit & vita exceſſit.*

* Ducenta millia.

OLIV. Tib. Cęſ. erga Druſum fratrē amor.

Hoc exemplo] Germania debellata erat à Druſo Tib. Neronis fratre, qui Germanicus dictus eſt, qui paulo poſt equo ſuper crus eius delapſo xxx. die vitā cum morte commutauit. Nero, qui Ticinum ad viſendos parentes, Liuiam, & Octauium venerat, & modo Ligurū victore prouincia redierat, à fratre grauiter laborante per nuncios accitus ad eū tanta celeritate peruenit, vt vix credi poſſet, nam breuiſſimo temporis ſpatio, vtpote die ac nocte cc. millia paſſuum Alpes, Rhenūq; tranſgreſſus, vno tñ comite locorū perito confeciſſe dicitur, qui cum extinctum fratrem inueniſſet, corpus eius Romā vehi curauit, & in tumulo C. Cæſ. ſepultus eſt, in cuius funere laudes ab Aug. Cęſ. eius vitrico ampliſſimæ dictæ ſunt Pli. lib. 7. nat. hiſt. nuper inquit Fonteio, & Vipſano coſſ. annos nouem genitum puerū à meridie ad veſperum lxxv. millia paſſuū cucurriſſe, cuius rei admiratio ita demū ſolida perueniret, ſiquis cogitet nocte, ac die longiſſimū iter vehiculis tribus, Tib. Neronem emenſum feſtinantem ad Druſum fratrem ægrotantē in Germania, in eo fuerunt cc millia paſſuum. du puero So. aliter tradit, cōfeciſſe tñ xlv. millia paſſuum, q᷑ videtur veriſimilius. Suet. in vita Tiberii, Tib. inquit Druſum fratrem in Germania amiſit, cuius corpus pedib. toto itinere pręgradiēs Romam vſq; peruexit Liu lib. vlt. Druſus ex fractura, equo ſuper crus eius collapſo xxx. die quàm id acciderat, mortuus eſt. corpus à Nerone fratre, qui nuncio valetudinis euocatus raptim, accurrerat, Romam reuectum, & in C. Iulii tumulo cōditum, laudatus eſt à Cæſ. Auguſto vitrico. [Et ſupremis] Illius funeribus plures honores dedit. [Claudiæ prius] Nam vtrunq; genus à claudia gente trahebant, paternum à Tib. Nerone mater num ab Appio pulchro, qui ambo cęci Appii filii fuerunt, teſte Suet. ergo cum Liuiā Druſoliuā Neronis, & Druſi matrem, Auguſtus Cæſar duxiſſet vxorem, & eius precibus ſibi Druſum, & Tiberium adoptaſſet, in gentem Iuliam per adoptionem venerūt, ſed prius de gēte Claudia nati ex Tiberio Nerone Ap. Claudii Cæci filio, & ex Liuia Appii pulchri filia. [Vt cū Ticini fluminis] Qui prælabiē Papiā, naſcitur ex lacu Lario teſte Stra. in fine 4. libri. [Graui] Et periculoſa, quia ſuper crus eius vt diximus delapſus fuerat equus. [Fluctuare] In dubio eſſe. [Ducentis millibus] In die, & nocte, vt quidam volunt, tm̄ itineris cōfeciſſe videtur prope incredibile. [Modo deuictam] Paulo ante deuicta barbaries erat à Rom. ergo adhuc illis erat infenſa, & inuiſa. [Duce] ſ. itineris. [Periculo] Quia barbariē modo victam. Tranſit more ſuo, & Tiberio adulatur. Val. cū dicat, q᷑ numen pietatis cœleſteſq́; omnes, & Iupiter omnipotens illi ſemper in hoc labore affuiſſent, eumq́; incolumē conſeruaſſent, ut eſſet qui Romanū imperiū pie ſancteq́; regeret. [Defectū] Deſtitutū. [Pietatis numen] Cuius officio fungebatur. [Propior fato ſuo] Propinquior morti ſuæ, q̄ fratris officio, quia tā diu ſupereſſe non potuit quoad fratris officium ſuſciperet, ſed ante eius aduentum expirauit. [Vigore ſpiritus] Quia tunc cum hæc iuberet, in exigua ſpe ſpiritum trahebat.

Druſi mors.

ASCEN. Hoc exemplo, &c.] Vetuſtas. i. priſca ætas, aut vetuſtum ſęculum, ornatum eſt hoc exēplo. ſ. Fab. iam dicti, ſæculum noſtrum, i. præſens æuū eſt ornatum illo. ſ. exemplo, q᷑ dicturus eſt, cui, ſ. ſęculo noſtro contingit intueri, fraternum iugū. i. iugationem, & parem ſocietatem. [Gentis Claudiæ prius]. i. qui fratres. ſ. Tib. Neronem, & Druſus Germanicus, ante adoptionem factam ab Aug. erant de domo Claudia, & nunc contingit intueri, & . i. etiam decus gentis Iuliæ, in quam per adoptionē aſciti erant. Enim pro quia, princeps, & parens noſter. i. vrbis noſtræ, videlicet Romæ, hoc eſt Tib. Cæſar, habuit tātū amorē Druſi fratris inſitum. ſ. à natura animo. ſ. ſuo, vt cū ipſo Tib. cognouiſſet Ticini. i. in ea vrbe ad Ticinum flu. quę nūc Papia dicitur, quo. i. ad quam urbē ipſe victor hoſtium. ſ. Ligurum venerat ad complectēdos parentes. ſ. Auguſtum vitricū, & Liuiam matrem, cum inquā cognouiſſet Ticini, illum. ſ. fratrē ſuum Druſum, fluctuare. i. inter uitā, & mortē ancipitē verſari, valetudine graui & periculoſa, quàm ex lapſu de equo contraxerat, erumperet. i. vi exiliret protinus inde. i. è Ticino, attonitus metu. ſ. de valetudine fratris, & quam. ſ. quantum rapidum, & præceps iter corripuerit, uelut vno, i. continuo ſpiritu, patet eo. i. ex eo, q᷑ ipſe trāſgreſſus alpes, i. mōtes illos altiſſimos Italiā in ea parte à Germania dirimētes die ac nocte. i. irrequieto curſu. equo mutato ſubinde. i. per interualla, euaſit ducentis millibus paſſuum per barbariam. i. barbaram Germanorum, vt ipſe interpretatur terrā deuictā, ſ. à Druſo modo. i. paulo ante, cōtentus ſolo Antagabio duce. ſ. itineris, comite. i. comitāte, vnde qa viam iudicauit, dux erat, qa minor eo cui viam monſtrauit, comes dicēdus erat: ſed ſanctiſſimum nomē pietatis, ſ. in fratrē ſup. comitatum, eſt, & dii fautores. i. adiutores eximiarum uirtutum ſup. comitati ſunt, & Iupiter cuſtos fidiſſimus imperii Ro. comitatus eſt tunc eum. ſ. Tib. principē implicatum maximo labore, & periculo, & defectum, i. deſtitutum frequētia. i. à multitudine mortalium. ſ. hominum. Druſus quoq; q᷑ q̄ erat iam propior. i. vicinior, fato, i. ſuo. i. morti vicinæ, quā officio illius, i. in illum, hoc eſt in fratrem ſuum Tiberium exhibendo, vtpote collapſus vigore ſpiritus, & viribus corporis, tamen eo ipſo momento, quo vita, & mors diſtinguitur, id eſt in extremo uitæ ſuæ, legiones procedere obuiam fratri cum inſignibus ſuis, & præcepit. ſ. legionibus, ut ſup. Tiberius ſalutaretur. ſ. ab eis, imperator, volens prætorium. i. habitaculum prætoris hoc eſt eius.

DE QVODAM MILITE CN. POMPEII.

* Liu. lib. 76. Cinnæ militē uocat.

*His ſcio * equidem nullum aliud, quàm Caſtoris, & Pollucis ſpecimen conſanguineæ charitatis conuenienter adijci poſſe: ſed omnis memoriæ clariſſimis imperatoribus profecto non erit ingratum, ſi militis ſumma erga fratrem ſuum pietas, huic voluminis parti adhæſerit. is nanque in caſtris, Cn. Pompei ſtipendia peragens cum Sertorianum militem acrius ſibi in acie inſtantem cominus interemiſſet, iacentemq́; ſpoliaret, vt fratrem germanum eſſe cognouit, multum ac*

dinc onuitio deos ob donum impiæ victoriæ inſecutus, propè caſtra tranſtulit, & precioſa veſte opertum, rogo impoſuit ac deinde ſubiecta face, protinus eodem gladio quo illū interemerat, pectus ſuum tranſuerberauit: ſeq; ſuper corpus fratris proſtratum communibus flammis cremandum tradidit. Licebat ignorantiæ beneficio innocenti viuere; ſed vt ſua potius pietate, quàm aliena venia vteretur, comes fraternæ neci non defuit.

OLIV. His ſcio equidem] Excuſat ſe Vale. ꝙ proximum exemplum Druſo & Tib. non conueniat, nam exemplū Druſi, & Tib. cōparari poſſet, Pollucis, & Caſtoris pietati, dicit ergo ſequens pietatis exemplum cū Druſi. Tiberiiq; pietate nulla in re conferri poſſe vꝫ, cum Caſtoris tñ, & Pollucis pietate cōparari merito poſſit: incongrue igitur ſubiungitur, ſed æquo ferant aīo, Druſus, & Tib. neceſſe eſt, quia non ſunt prætermittendi, quāuis humilis cōditionis hoīes, nam & pollens grauiſſimum erit, & ipſis quoq; Druſo & Tib. imperatoribus clariſſimis per iucundum exemplum Caſtoris, & Pollucis. Nota eſt fabula, ꝙ alter immortalis, mortalem fratrē ſuę immortalitatis voluit eſſe participem. Vnde Virg. ſi fratrē Pollux alternā morte redemit, Itq;, reditque viā toties, ꝙ ideo fingitur, vt inquit Seru. quia ſunt duæ ſtellæ, quarū vna cadēte, altera oritur. [His nanque] Quo tpe bella ciuilia geſta ſunt inter Pōp. & Sertoriū forte ita accidit, vt duorū fratrum alter Pōp. alter ſequeretur Sertoriū, eo forte aīo, vt alter alteri faueret in victoria, & ſic eorum conditio nō ōino miſera foret, ſed aliter fortuna tulit, nam cōſerta pugna alter alterū ignorans occidit. quod cum inter ſpoliādum cognouiſſet ſe fratrē occidiſſe, fortuna grauiter incuſata, & corpore in caſtra delato, rogoque ſuperimpoſito, ſeipſum transfixo pectore cōibus flammis cremandum miſcuit. Abbreuiator libro ſeptuageſimo nono Luc. Corn. Cinna cum perniitioſas leges proferret, pulſus vrbe a Cn. Octauio collega, cū ſex trib. pl. imperioque abrogato, corruptū Appii Claudii exercitū in ptātē ſuā redegit, & bellū vrbi intulit, accerſito C. Mario cū aliis exulibus ex Africa, in quo bello duo fratres, alter ex Pōp. exercitu, alter ex Cinnæ ignorantes concurrerūt, & cum victor mortuū ſpoliaret, agnito fratre, ingenti lamentatione ædita rogo ei extructo, ipſe ſupra rogū ſe trāſfodit, & eodē igne cōſumptus eſt, aut ergo Val. diſſentit à Liuio, aut fuerunt exēpla ſimilia, alter in exercitu Cinnæ, alter Sertorii aut ꝙ melius eſt, quia coniuncti fuerunt Cinna, & Sertorius, ut nihil interſit, verum Cinnā dicat, an Sertorium. [Multum ac diu] Multū ad quantitatem, diu ad tempus refertur. nam & multa in deos conuitia, & longo tpe iactauit, poſſumus aliquid facere multum & non diu, v. g. ſi legerem chartam vnam ab ortu ſolis vſq; ad occaſum, diu quidem, ſed non multū, nam tanto ſpatio decem, atq; eo plures legi poſſent. [Licebat ignorātiæ] Excuſat, quod ignorans fecerit, vt fratris pietatem exaggeret.

Militis pietas, qui fratrem ignarus occiderat.

ASCEN. His ſcio, &c.] Tranſit ad humilius exemplū cū deprecatione ne ſibi vitio detur, & cum obteſtatione diſſimilitudinis, unde adulatione ſolita Tib. Druſum Caſtori, & Polluci in deos relatis cōparandos cenſet dicens [Equidem] i. ego certe ſcio, nullū aliud ſpecimen, i. ſpecioſum approbamentū charitatis cōſanguineæ, i. eodē ſanguine genitorum, quā Caſtoris, & Pollucis, poſſe adiici conuenienter. i. decenter his. ſ. iā dictis principibus Ro. Tib. & Druſo, ſed profecto. i. reuera ingratum non erit principibus clariſſimis omnis memoriæ. i. quos omniū memoria complectitur, hoc eſt quorū extat memoria, hoc eſt Tiberii, & Druſi, ſi ſumma pietas militis. ſ. Pōpeiani erga fratrem ſuū adhæſerit. i. annexa ſit huic parti voluminis. Dixit ſūmam pietatem militis in fratrem. Nanq; is. ſ. miles peragens ſtipendia. i. ære merens in caſtris Cn. Pompeii. ſ. Magni cum interemiſſet cominus. i. cōiunctis manibus pugnantem militem Sertorianum. i. ſub Sertorio ſtipendia facientem inſtantē ſibi in acie. i. aut oculorum, aut belli, ſed ſi de belli acie diceret, in acie acrius. i. multum ſtrenue, & ſpoliaret iacentē. i. proſtratū, vt. i. poſtquam cognouit eum eſſe fratrem germanū, inſecutus multum ac diu Deos cōuitio i. execratione, ob donum impiæ victoriæ, ſ. vt fit in bellis ciuilibus, fratrem interemiſſet victor eius, trāſtulit ſcp. cadauer eius prope caſtra, & impoſuit rogo opertum. i. tectū precioſa veſte, ac deinde face ſubiecta, vt cremaretur, tranſuerberauit protinus eodem gladio, quo interemerat illū. ſ. fratrem ſuum pectus ſuū, i. proprium tradidit ſeſe proſtratum ſuper corpus fratris, cremandum cōibus flammis licebat. i. licitum erat ipſi ignoranti viuere beneficio ignorantiæ, quia ignorans fratrem eſſe eum interemerat, ſed vt vteref potius ſua pietate, quàm venia, i. ignorantia aliena, nō defuit comes fraternæ neci, quia ſtatim fratris neci ſuam ſubiecit.

DE PIETATE ERGA PATRIAM. CAP. VI.

*ARCTISSIMIS ſanguinis vinculis pietas ſatisfecit, reſtat nunc vt patriæ exhibeatur: cuius maieſtati etiam illa, quæ deorum numinibus æquatur, auctoritas parentum, vires ſuas ſubiecit: fraterna quoq; charitas æquo animo, ac libenter cedit, ſumma quidem cum ratione: quia euerſa domo, interdum reip. ſtatus manere poteſt: vrbis ruina, penates * omnes ſecū trahat neceſſe eſt. Verum quid attinet verbis iſta cōplecti? quorū tanta vis eſt, vt aliqui ſalutis ſuæ impendio teſtati ſint.* * Omniū.

OLIV. ARCTISSIMIS ſanguinis vinculis] De pietate dicturus erga patriam laudat eam per comparationem, & probat hanc ceteris præferendam, quia omnia in ſeruata patria ſeruantur. nam euerſa familia in qua patres, & filii continētur ſtare poteſt patria, ſed euerſa patria, domus, & familia ſtare non poteſt. [Sanguinis vinculis] Filiorum in parentibus. Et huic patriæ pietati, cedit paterna ſimul, & fraterna pietas. [Illa, quæ deorum numinibus æquatur] Paterna pietas, quæ adæquatur diuinæ pietati, patriæ cogit cedere. [Impēdio] Dāno.

ASCEN. ARctiſſimi, &c.] Prælatio eſt in exempla pietatis in patriam, quam docet magis neceſſariam, quam in parentes, aut fratres, ideoq; Cic. atteſtatur, ꝙ omniū charitates vna in ſe complectatur, vultq; vbi pater patriam per tyrannidem occupaturus eſſet, aut tyranno, aut hoſti traditurus, nec à filio quouis pacto ab incepto conſilio reuocari poſſet, filium potius per indicium patris, patriæ conſulere debere, quam cum ſalute patris patriæ libertatem amittere. Primum huius loci verbū quidam hñt arctiſſimis, ꝙ quidem magis quadret cum ablatiuo vinculis, ſed quia is ſyllaba ter continue poſita ſibilū pariat, alii legunt, & ita ſcriptum reperi arctiſſimi, vt ſit ordo. Pietas. i. narratio de pietate, aut pietas ipſa ſatisfecit, i. in ſuperioribus exemplis, vinculis arctiſſimi ſanguinis, vt parentum, & liberorum, inter quos eſt primum vinculum, & fratrum inter ſe, quorum docuit eſſe proximum. Reſtat nūc, vt ſup. pietas exhibeatur patriæ, i. vt afferamus exempla eorum, qui in patriam ſuam pii fuere, cuius, ſ. patriæ maieſtati, etiam illa auctoritas parentum, quæ æquatur numinibus. i. diuinis potentiis deorū (non tñ ex æquo. Nam licet parentibus ſecundus poſt Deos debeatur honor, nō tñ æqualis, quia ſi parentes quippiam cōtra Dei mandata iuſſerint, ſurda aure tranſeundi ſunt immo pie monēdi, ſe inique iubere qđ Deus vetuerit, aut contra vetare, quod Deus iuſſerit, verum in hoc quippiam ſimile eſt, ꝙ Deos venerationis gratia etiam patres vocauit gentilitas, vt nos Deum oīum creatorē patrem appellamus. Suntq; parentes cum Deo in gñatione liberorū cooperatores, quia virtus diuina ad omnem operationē cōcurrit, & animas tñ Deus ſola creat) ſubiecit vires ſuas, quia vult vt plus patriæ, quā ſibi tribuatur, cuius. ſ. patriæ maieſtati, charitas quoque fraterna cedit æquo animo, ac libēter, quidem, i. & certe cū ſumma ratione, quia domo euerſa ſtatus reip. poteſt interdum manere, & ſup neceſſe eſt vt ruina vrbis, ſ. in quā ēſt reſp. trahat ſecum oēs penates. i. domos priuatas. [Verū. i. ſed quid attinet. i. ad rem facit cōplecti iſta i. inſtās rei verbis. i. docere patriæ ſalutem parentum ſaluti præferendam? quorū, i. quarū rerū tanta vis eſt, vt aliqui. i. nō pauci (Sic. n. interdū accipitur, vt eſt aliquid feſſo vnius dominū feciſſe lacertæ, i. non parum, ſed multum aliqui dicere potuiſſet) quidā teſtati ſint ſup. ea, impēdio. i. impēſione ſalutis. i. vitæ ſuæ, quæ charior eſſe poſſet, quàm parentū.

DE BRVTO PRIMO COS.

*BRVTVS * Cos. primus cum Arunte, Tarquinij Superbi filio regno expulſi, in acie ita equo concurrit, vt, pariter illatis haſtis, vterq; mortifero vulnere ictus exanimis proſterneretur. Merito * abiecerim, P. R. libertatem ſuam magno ſtetiſſe.* * Liuio lib. 2. * Adiecerim.

OLIV. Bruti charitas erga patriam.

BRVTVS conſul] Hęc hiſtoria ſuperius per tranſitum an uoiata fuit. nam cũ pp Lucretiæ ſtuprũ reges vrbe Brutus eiecisſet, illi primum fraude in patriam redire tẽtarunt, quod vbi obſtructum ſibi fraudis iter intellexerũt, ad apertam vim, & Hetruſcorum auxilia confugerunt, quibus freti magno cũ exercitu in fines Rom. irrupere: profectus eſt igitur obuiam Brutus quem cum Aruns regis filius conſularibus fulgentem inſignibus conſpexiſſet, acerrimo dolore, & prerepti regni memoria exercitus, & impulſus, equo calcaribus adacto ruit in conſulem, quod ille aduertens non minori animo in hoſtem fertur. tantoque impetu, & tam acri, nulla ipſius protegendi, ſed ſola hoſtis feriendi cogitatione cõcurſum eſt, vt alternis confixi haſtis ambo pariter conſternerentur, ſuperiq; occiſum ſua manu Aruntẽ, ipſe mutuo vulnere Brutus expirauit, & vt Flori vtar verbo, quaſi cõſul adulterum (vt ille ait) ſeu verius adulterij fratrem regnu pulſum, vita quoq; pelleret, & cum ad inferos ſequeretur, funus conſuli rebus omnibus præclarũ, ſed nulla re magis, quàm ꝙ eum matronæ omnes, vt parentẽ anno iuregro luxerunt. [Merito obiecerim] Iure inquit dixerim magno libertatem ſibi cõſtitiſſe, quia auctorem libertatis amiſit.

ASCEN. BRutus] ſ. Iunius primus conſul, concurrit equo in acie, id eſt, conflictu, cum Arunte filio Tarquinij Superbi, pulſi regno, i. Romanæ vrbis (ob ſuperbiam, & Lucretiæ per filium eius violationem) ita. i. tali modo, vt haſtis illatis pariter. i. pari impetu, vterq; ictus, ſ. ab altero, vulnere mortifero proſterneretur exanimis. i. anima ſpoliatus, aut iam ſpoliãdus. Brutus ſup. obiecerit merito Pop. R. libertatem ſuam, hoc eſt P. R. ſtetiſſe ſup. ſibi magno. ſ. precio, quia vitæ ſuæ impendio.

DE CVRTIO ROMANO.

*Liu. li. 7.

*CVM autem * in media parte fori, vaſto, ac repentino hiatu, terra ſubſideret, reſponſumq; eſſet, ea re illum tantummodo compleri poſſe, qua P. R. plurimum valeret: Curtius & animi, & generis nobiliſſimus adoleſcens interpretatus vrbem noſtrã virtute, armiſque præcipue excellere, militarib. inſignibus ornatus, equũ conſcendit, eumq; vehementer admotis calcaribus pcipitem in illud profundũ egit: ſuper quem vniuerſi ciues honoris gratia certatim fruges iniecerunt: continuoque terra priſtinũ habitũ recuperauit. Magna poſtea decora in foro Romano fulſerunt: nullũ tamẽ hodie pietate Curtij erga patriam clarius obuerſatur exemplum: cui principatum gloriæ obtinenti conſimile factum ſubnectam.*

OLIV. Curtii pietas in patriam.

CVM aũt in] C. Genitio, & L. Aemilio conſ. forum mediũ Rom. ſiue motu terræ, ſeu qua vi alia dicitur ſpecu vaſto in immenſam altitudinem fuiſſe collapſum, neq; eam voraginem coniectu terræ, cũ pro ſe quiſq; cogeret, expleri potuiſſe, niſi ea re qua P. R. plurimum valeret. vti vates canebant, ſi remp. R. perpetuam eſſe vellent. tum M. Curtium iuuenẽ bello egregium caſtigaſſe ferunt dubitantes, an vllum magis R. bonum eſſet, q̃ arma, virtuſque, ſilẽtio deinde facto, tẽpla Deorũ immortalium, quæ foro imminebant, Capitoliumque intuentem, & manus nunc in cœlũ, nunc in patẽtes terræ hiatus ad Deus manes porrigentem ſe deuouiſſe, equo deinde, quam poterat ornatiſſimo inſidẽtẽ, armatum ſe in ſpecũ immiſiſſe, donaque, ac fruge ſuper eũ à multitudine congeſtas, lacũ Curtium, nõ ab antiquo illo T. Tacij milite Curtio Metio, ſed ab hoc appellatum. [Illud profundum] In illam voraginem. [Magna poſtea] Extollit hanc rem, multa inquit præclara exẽpla commemorari poſſent in foro edita, nullum tñ cum Curtij facto conferendum. [Multa poſtea] Multa prætere a egregia facinora in foro edita fuere, nullum tñ Genitij facto cõparãdum. [Subſideret] Inclinata eſſet. [Admotis] Appropinquatis, & ſubditis calcarib. de hoc Curtio Petra. Vnde ego vos moneo nobis virtute vel armis nil melius tribuiſſe Deos, hæc ſumma ꝓfecto. Hæc uere Romana bona, & ſumma repoſcunt, Arma, vtrunque dabo, ſic Curtium loquentem inducit Petrarca Liu. quoq; nullum magis Romanum bonum quã arma virtuſque.

ASCEN. CVm aũt terra ſubſideret. i. ad imum tenderet, & abſciſſum faceret in mediam partem fori ſ. Romani hiatu. i. apertura, & voragine, ac ſpecu vaſto. i. valde amplo, ita vt impleri nequiret, ac repẽtino. i. ſubito orto, & ita magis horrendo, ne reliquũ vrbis abſorberet, & rñſum eſſet. ſ. à vatibus ſupp. hiatum illũ poſſe cõpleri tantũmodo, i. dũtaxat ea re, qua P. R. valeret plurimũ, Curtius adoleſcens, & animi, & generis nobiliſſimi (Sunt qui nobiliſſimus legant, ſed inſolita fieret conſtructio, nõ, n. dr̃ nobiliſſimus animi, ſed uĩo) interptatus vrbẽ noſtrã, ſ. Romã, excellere præcipue virture, & armis. i. armatorũ equitũ, ornatus inſignibus militarib. cõſcendit equũ & egit. i. vi impulit ſecũ in illud profundũ, cum, ſ. equũ præcipitẽ. i. in caput cadẽtẽ, & hoc calcarib. admotis vehemẽter, aut ſint ablatiui inſtrumẽtales, egit eũ præcipitem calcaribus, &c. Super quẽ. ſ. Curtiũ vniuerſi ciues iniecerunt certatim, i. quaſi cũ certamine qs primus, aut plurimũ iniiceret, fruges gratia honoris, & cõtinuo terra recuperauit priſtinũ habitum, i. priorem diſpoſitionẽ, qa ſpecus ille partim oppletus, & partim coitione terrę clauſus eſt magna decora, i. ornamẽta, vt ſtatuæ equeſtres fulſerũt poſtea in foro Rom. tamen nullum exemplum obſeruatur, i. veneratur hodie clarius pietate Curtii erga patriã, cui, ſ. Curtio aut Curtii exemplo, obtinenti principatum gloriæ, ego ſubnectã factum conſimile, i. conſimilis charitatis in patriam.

DE GENITIO CIPPO PRÆT.

*GENITIO * Cippo Præt. paludato portam egredienti noui, & inauditi generis prodigium incidit. nanque in capite eius ſubito veluti cornua emerſerunt: reſponſumq; eſt eum Regem fore, ſi in vrbem reuertiſſet, quod ne accideret, voluntarium, ac perpetuum ſibimet indixit exilium. Dignam pietatem: quæ quod ad ſolidam gloriam attinet, ſeptem Regibus præferatur, cuius teſtandæ rei gratia, capitis effigies ærea portæ, qua exceſſerat, incluſa eſt: dictaque Rauduſculana, quod olim randa æra dicebantur.* *Domito veniebat ab hoste, inquit Ouid. li. 15. Met.

OLIV. Cippi pietas erga patriam.

GENITIO Cippo] Hoc exemplum præcedenti dicit eſſe conſimile, & probat, nam Cippus iſte cum per portam quæ Rauduſculana dicitur, egreſſurus eſſet, in trãſeundo exorta ſunt cornua tãtæ magnitudinis, vt egredi non poſſet, cõſulto oraculo, cognouit ſe futurũ regem ſi reuerteretur in vrbem, maluit in exilium voluntarium proficiſci, quam patriam ſuam libertate priuari. [Veluti cornua] Bene veluti cornua, quia nõ reuera cornua fuerant, ſed pp damnum illuſiones cornua eſſe videbantur, de quibus Oud. Cornuaq; auratis miram referentia formam Poſtibus inſculpunt longum manſura per æuum. [Solidam] Veram & noo adumbratam.

ASCEN. GEnitio, &c.] Ordo eſt. Prodigium noui, & inauditi generis incidit Genitio Cippo, ſic cognominato. [Prætori. ſ. R. paludato, i. veſte imperatoris proficiſcentis in bellum ornato, egredi ẽti portam. ſ. vrbis, quæ deinde Rauduſculana dicta eſt. [Nanque ſup. res quædam veluti cornua, emerſerunt, i. extiterunt, ſubito in capite eius, reſponſumq; eſt, ſ. à vatibus, aut oraculis Deorum de ſignificatione prodigii interrogatorũ, eum fore. i. futurum eſſe regem, ſi reuertiſſet in vrbẽ. Quod ne accideret. i. ne rex fieret, & ita libertatẽ patriæ oppremeret, ipſe indixit ſibi exiliũ voluntarium ac perpetuum. [Dignam]. i. ò dignam, aut dignam, & ſup. cenſeo pietatem, quæ quod. i. quãtũ pertinet ad ſolidam. i. ſinceram, & ueram gloriam præferat ſeptem regibus. i. quotquot Romæ regnarunt. [Cuius rei teſtandæ]. i. atteſtãdæ, & teſtificãdæ gratia, effigies capitis ærea. i. ex ære facta incluſa eſt portæ quã. ſ. Genitius exceſſerat & dicta eſt, ſ. porta Rauduſculana, ꝙ quia æra dicebantur olim randa. EMerſerunt] Vetuſta exemplaria habent eruperunt, aut ereperunt. [Rauduſculana, &c.] Cincius de uerbis priſcis ait, Aes infectum Ruduſculum appellari, ꝙ omnis materia nondum formata rudis dicatur. Inde Ruduſculana quodq; idem eſt Ruduſculana porta, ꝙ rudis & ipolita ſit relicta, uel quod Raudo ſit, i. ære ſuncta, lege Pompeium.

DE ÆLIO PRÆT.

*GENITIVS * laudis huius ſucceſſionẽ Aelio Pręt. tradidit, cui ius dicendi, cum in capite picus conſediſſet, aruſpexq; affirmaſſet, conſeruato eo fore domus ipſius ſtatum feliciſſimum, reip. miſerrimum, occiſo, in contrarium vtrunque ceſſurum: e veſtigio picum morſu ſuo in cõſpectu ſenatus necauit: decem* *Frõt. lib. 4. c. 5. Cælũ vocat.

& ſeptem

& ſeptem militum familiam, eximię fortitudinis viros, Cannenſi pręlio amiſit: reſp. procedente tempore ad ſummum imperij faſtigium exceſſit. Hae nimirum exempla Sylla, & Marius, & Cinna tanquam ſtulta irriſerunt.

OLIV. GENITIVS laudis] Nec hoc paruũ fuit erga patriam pietatis indicium, cum Aelios prætor nõ modo ſuam, ſed vniuerſæ familiæ, & generis incolumitatem patriæ ſaluti poſtpoſuit, qui maluit picũ, qui ſibi ius dicenti in vertice conſcenderat eo fato, vt capto, & occiſo, eius domus grauiſſimam perniciẽ reſp. vero nõ paruã conſecutura eſſet felicitatem, necare cũ exitio ſuo, q̃ eum conſeruare cũ reip. detrimento. picus eſt ſpecies auis, quæ roſtro arbores perforat. lib. 4. cap. 5. Aelius inquit Prætor Vrb. cum ei ius dicenti picus in capite cõſediſſet, & aruſpices reſpondiſſent, dimiſſa aut hoſtium victoriam fore, necata P. R. ſuperiorem, auem occidit, qua noſtro exercitu vincẽte, ipſe cum 14. Aeliis ex eadẽ familia in pręlio occiſus eſt, hũc quidam non Aelium, ſed Lęlium fuiſſe & Lælios nõ Aelios periſſe credunt. Decem & ſe. Front. dicit tantummodo 14. fuiſſe. [Vtrunque]. ſ. & ſibi male, rep. bene ceſſurum. [Reſp.] Quia Afric. poſtea Car. P. R. tributariã fecit. Syl. M. & Cinna. Hi. u. imperii auidi fuerunt, vnde Cæſ. cũ audiſſet Syllam depoſuiſſe dictaturã priuatus vt altũ dormiret. Sylla inquit neſciuit literas.

ASCEN. GEnitius]. ſ. Cippus, de quo proximo loco dictũ eſt, tradidit ſucceſſionem huius laudis. ſ. fugiendi regni Aelio Præt. cui dicenti ius. i. iudicandi populo, cum picus. ſ. auis in tutela Martis credita conſediſſet. i. quietẽ cepiſſet in capite, & Aruſpex aſfirmaſſet co. ſ. pico cõſeruato, ſtatum domus ipſius feliciſſimũ, & ſup. ſtatum reip. miſerrimum, & ſup. eo occiſo, vtrumque ceſſurum in contrarium. i. ſtatum ipſius fore infeliciſſimum, & reip feliciſſimũ, necauit eueſtigio. i. ſtatim, vbi ſtetit, nõ mutato veſtigio, picũ morſu, in cõſpectu ſenatus, & ſup. amiſit deinde in prœlio Cãnẽſi cũ Hann. cõmiſſo, familiã 10. & 7. militũ appoſitione, viros eximiæ fortitudinis, & ſup. poſt illã cladem, Reſp. exceſſit tempore procedente. i. ſucceſſu temporis, ad ſummum faſtigium. i. culmen imperii. Nimirum. i. haud dubie, Syl. & Mari. & Cinna, qui poſtea remp. oppreſſerunt, & ciues Rom. proſcrip. irriſerent hæc exempla tanquam ſtulta, addidiſſet, vt Cic. Cæſ. ſed propter Tib. qui illi ſucceſſit, omiſit.

DE PVBLIO DECIO.

*Liu. li. 8. *PVBLIVS * Decius, qui conſulatum in familiam ſuam primus intulit, cum latino bello Romanam aciem inclinatam pene iam, & proſtratam videret, caput ſuum pro ſalute reip. deuouit, ac protinus concitato equo, in medium hoſtium agmẽ patriæ ſalutem, ſibi mortem petens, irrupit: factaq; ingenti ſtrage, plurimis telis obrutus, ſuper corruit: ex cuius vulneribus, & ſanguine inſperata victoria emerſit.*

OLIV. Decij pietas pro ſalute patriæ. PVBLIVS Decius] Tres fuere Decii, qui pro rep. ſe deuouere, teſte Cic. vt ſup. dixi in ca. de ſomniis, pater bello Latino. & Gallico. filius bello Hetruſco. nepos bello Pyrrhi, quod geſſit pro Tarentinis, ſed de patre tantum, & filio Val. mentionem facit Cic. autem lib. 1. Tuſc. dicit ſi mors timeretur, non cum Latinis pater Decius decertans, cum Hetruſcis filius, Pyrrhi nepos ſe hoſtilium telis obieciſſet. Idem lib. de fin. bon. & mal. pari ratione in lib. de nat. deorum, & diuinatione.

ASCEN. PVblius Decius, qui primus intulit conſulatum in familiam ſuam, cum videret bello Latino. i. quod cum Latinis gerebatur, aciem Romanam iam pene inclinatam, ac proſtratam deuouit. i. voto, & ſolẽnib. verbis addici fecit inferis caput ſuũ, & ita vitã ſuã pro ſalute reip. ac protinus. i. illico facta deuotione, equo cõcitato, irrupit in mediũ agmen hoſtiũ, petens patriæ ſalutẽ, & ſibi mortẽ, & ingẽti ſtrage. ſ. hoſtiũ facta. ſ. illa irruptione, pri' q̃ caderet obrutus plurimis telis ſup corruit. ſ. ſup ſtragẽ à ſe factã, & videlicet telorũ i ſe imiſſã, ex cuius vulneribus & ſanguine, emerſit. i. exorta eſt victoria inſperata. ſ. pri'.

DE FILIO P. DECII.

*Liu. lib. 10. *VNICVM * talis imperatoris ſpecimen eſſet, niſi animo ſuo reſpondentem filium genuiſſet. Is nanque in quarto conſulatu patris exemplum ſecutus, deuotione ſimili, æque ſtrenua pugna, conſentaneo exitu labantes, perditasq; vires vrbis noſtræ correxit. Itaque dignoſci arduum eſt, vtrum Romana ciuitas vtilius habuerit Decios, an amiſerit: quoniam vita eorum, ne vinceretur, obſtitit. mors fecit, vt vinceret.*

OLIV. Dec. P. D. fil. pro patria ſe deuouit. VNICVM talis imperatorie ſpecimen] De patre huius Decii in cap. de ſomniis dictum eſt. Nunc de filio qui conſul cum Q. Fabio collega aduerſus Gallos, Samnitesq; profectus, cum ad cluſium duxiſſet exercitum, ibiq; diu incerto Marte pugnatum eſſet, eadem via qua pater, victoriam Rom. peperit. nam Fab. dextrum cornu aduerſus Samnites, Decius ſiniſtrum aduerſus gallos, quorum prima prœlia pluſquam virorum, poſtrema minus q̃ fœminarum erant, ſorte tenebãt, in id tempus igitur quo vleiſci ſolebat hoſtis, q̃ integerrimas vires potuit militi ſuo Fab. ſeruauit. Decius vero, & ætate, & vigore animi ferocior, quantũcunque virium primo certamine effudit, & quia lentior videbatur pedeſtris pugna, equitatum in pugnam concitauit, & ipſe iuuenum turmæ immiſtus, proceres iuuentutis in hoſtem, vt ſecum impetum faciant conciuit. duplicem illorum gloriam fore, ſi ab læuo cornu, & ab equitatu victoria inciperet, bis auerterunt Gallicum equitatum, ſed nouum pugnę genus conterruit Rom. eſſedis, carrisq; ſuperſtans armatus hoſtis ingenti ſonitu equorum rotarumq; venit, inſolitus eius tumultus Romanorum terruit equos, ita victorem equitatum veluti lymphaticus pauor diſſipat. Decius vbi ſuos terga dãtes vidit, primo reuocare fruſtra conatus, deinde vbi nulla ratione perculſos ſuſtinere poſſe vidit patrem Decium nomine cõpellãs, quid vltra moror, inquit, familiare fatum, datum noſtro generi, vt luendis periculis publicis piacula ſimus? iam ego mecum hoſtiũ legiones mactãdas telluri, ac Diis manibus dabo: hæc locutus à ſacerdote ſolẽni deuotionis imprecatione facta, in confertiſſimos hoſtes ſubditis calcaribus equo incurrit, vbi magna prius hoſtium cæde facta, glorioſe cæſus tandẽ occubuit, cuius mors non, vt aliorum terrori ſed audaciæ Rom. fuit, qui inſtaurata pugna, paulo ante victores Gallos inſecuti, ad 25. millia ceciderũt, & 8. millia ceperunt. [Aeque ſtrenua.] Æqualiter forti. [Itaque dignoſci arduum] Si quis diligentius cogitare voluerit, vtrum mors, an vita Deciorum reip. magis profuerit, nõ facile dignoſci poterit. nam viuentes Decii nõ paſſi ſunt patriã ſuperari, non morientes vero ſpecioſam victoriam illi peperũt. [Vtilius] quia multas ſunt conſecuti victorias. [Amiſerit] Quia patriam ſaluarunt, ſe pro illa deuouendo.

ASCEN. VNicum talis imperatoris ſpecimen] Mirabili artificio, atq; inuentione connectit exempla inuento ſemper nouo contextus filo. Ordo autem eſt. Specimen. i. ſpectabile approbamẽtum charitatis in patriam, talis imperatoris. ſ. Decii, eſſet vnicum. i. ſingulare, niſi generaſſet filium reſpondentem animo ſuo. i. eiuſdem charitatis in patriam. Conſtat tñ nepotẽ eorum æmulum fuiſſe tertium, qui ſe pro patria deuouit. [Nanque] Is. ſ. filius ſecutus in quarto conſulatu exemplum patris, correxit. i. inſtaurauit, & ad priſtinum robur direxit, vires vrbis noſtræ, hoc eſt militum Rom. labentes, & perditas, deuotione. i. addictione ſui per votũ, & verba ſolẽnia, morti & inferis, ſimili. ſ. deuotione paternæ, pugna æque ſtrenua, vt erat p̃ terna, & ſup. exitu. ſ. fine vitæ æque ſup. conſentaneo quod genus virtutis martyres pro religione chriſtiana obierunt (& quia eo animo vnuſquiſq; fidelium in Chriſtum, & fidem, eſſe debet, vt ſe p̃ eo, & ea, morte deuoueat, inde effectũ puto primitiuę Eccleſiæ proceres ſe Chriſto deuotos dicerent, ſicut apud Iuuen. accipitur vocabulũ. Quam ni tibi deditus eſſẽ deuotusq; cliẽs, &c. Sequentes aũt vocabulum nõ plane accipiẽtes, deuotionẽ pro intima affectione accipiebant effectum pro cauſa. nam illa charitas, & intimus amor deuotos facit. non eſt ergo ineptum, nec barbarum vocabulũ, ſed non recte intellectum ſaltẽ à compluribus, ſicut indulgẽtia quæ eſt inclinatio vehemẽs, aut in rem, aut in perſonã, vnde qui vino, aut ſomno, aut veneri inhiat illi indulgere dicit, & qui nimia facilitate liberis ignoſcit, & eorũ deſideria ſequitur eis indulgere dicitur, atq; ita mollis illa educatio liberorum, & facilitas ad veniam, et quæcunq; nimia in eos affectio, ſeu inclinatio, indulgentia dicitur. Et quia dũ nobis ignoſcit deus pro modica contritione, et pœnitẽtia culpaq; clemẽter remittitur, quodammodo indulget, chriſtianæ pietatis profeſſores, indulgentiam pro remiſſione illa facili, et vt ita dicam indulgenti acceperunt, nõ tã inepte, q̃ ab ineptioribus taxantur, ſed hæc ſint tranſeunter annotata. [Itaque]. i. et ita

arduum

arduū.i.difficile eſt,ſicut ardua ſcādere, aut eapugnare, dignoſci.i. diſcerni vtrum Romana ciuitas habuerit vtilius Decios duces,an amiſerit.Quū vita eorum obſtitit,ne ſ.ciuitas Romana vinceretur,& mors eorum effecit,vt ſup.ipſa, vinceret facta deuotione,in qua quanta fuerit dæmonum illuſio pulchre docet Sabel.in Rapſodia ſua hunc locum recitans.

DE SCIPIONE APHRIC. SVPERIORE.

* Lio. lib. 22. & 24. lib. vocat Valer. ipſe M. lib. 2. cap. 4.

*NON eſt * extinctus pro repub. ſuperior Scipio Aphricanus, ſed admirabili virtute ne reſp. extingueretur, prouidit: ſiquidem cum afflicta Cannenſi clade vrbs noſtra nihil aliud, quàm præda victoris eße Hannibalis videretur: ideoq; reliquiæ proſtrati exercitus deſerendæ Italiæ auctore Q. Metello conſilium agitarent: tribunus militum admodum iuuenis, stricto gladio mortem vnicuique minitando, iurare omnes nunquam ſe relicturos patriam coegit: pietatemq; non ſolum ipſe pleniſſimam exhibuit, ſed etiam ex pectoribus aliorum abeuntem reuocauit.*

OLIV. NON eſt eatinctus] Poſt Cānenſem cladem, cum ad quatuor milia hominum Caonuſium confugiſſent, ne omnino errantes ſine duce forent, imperij ſummam ad P. Scip. admodum adoleſcentem ſummo conſenſu deferunt, cui dum ſumma rerum inter paucos conſultanti nunciatur, nequidquam illum conſulere, perditam ſpem eſſe, deſperatā comploratamq; rempub. iuuenes quoſdam, quorum principem L. Cæcilium Metel. mare, ac naues ſpectare, vt deſerta Italia ad regnum aliqd cōfugiant; quod malū præterquam, φ atrox ſuper tot clades, etiam nouum, com ſtupore, ac miraculo turbidos effecit, & qui aderant conſilium aduocandum cenſebāt, negat cōſilii rem eſſe Scip. iuuenis fatalis dux illius belli, audendum, atque agendū non conſultandum in tanto malo ait, irēt, ſecum eatemplo armati, qui remp. ſaluam eſſe velint, pergit ire, ſequentibus paucis vbi res agebatur, & cum iuuenum, de quibus allatum fuerat cōſilium inueniſſet, ſtricto ſuper eorum capita gladio, ex mei animi ſententia inquit iuro, φ ego remp. non deſeram, nec aliū ciuem Roma. deſerere patiar, ſi ſciens fallo, tū me Iup. optimus maximus domum, familiam, remq; meam, vt leo peſſimus afficiat, in hæc verba iurent omnes expoſtulo, qui non iurarit in ſe hūc gladium ſtrictū eſſe ſciat; haud ſecus pauidi, q̄ ſi victorem Hannibalem cernerent, iurant omnes, cuſtodiendoſq; ſemetipſos contra Hannibalem Scip. tradūt. [Auctore Q. Metello] Qui dicebat fieri non poſſe, vt è tantis malis emergeret oppreſſa patria. [Abeuntem] Quia de rep. & patria deſperabāt, & ideo omnis eius iuuandæ pietas ea eorum pectoribus abierat.

ASCEN. NOn eſt, &c.] Miro gradu progreditur, vt vehementiorem charitatem priorem mutaſſe ſciatur dicens, Scip. Afri. ſuperior non eſt extinctus.i. occiſus pro rep. ſ. Romana, ſed prouidit.i. cauit admirabili virtute. ſ. ſua, ne reſp. extingueretur. ſ. ab Annib. Siquidem cū vrbs noſtra. ſ. Romana: Afflicta clade Cannenſi.i. apud Cannas vicum Apuliæ accepta nihil aliud videretur eſſe quàm præda Haun. victoris, & ideo reliquiæ exercitus proſtrati.i. quæ ſuperfuerant cladi agitarent. Q. Metello auctore, conſilium Italiæ deſerendæ Scip. ſupp. tribunus militum admodum iuuenis coegit minitando gladio ſtricto.i. euaginato, vnicuique. ſ. qui de patria deſerenda conſentiret, aut vlterius ageret mortem.i. necem præſentem, omnes iurauere, ſe nunquam relicturos patriam, & ipſe non ſolum exhibuit. ſ. patriæ pietatē pleniſſimam, ſed etiam reuocauit, ſcilicet pietatem patriæ abeuntem ex pectoribus aliorum.

DE ROMANIS.

* Liu. lib. 42.

*AGE * vt à ſingulis ad vniuerſos transgrediar, quāto & quàm æquali amore patriæ tota ciuitas flagrauit? nam cum ſecundo Punico bello exhauſtum ærarium, ne deorum quidem cultui ſufficeret, publicani vltro aditos cenſores hortati ſunt, vt omnia ſic locarent, tanquam reſp. pecunia abundaret: ſeque præſtituros cuncta, nec vllum aſſem, niſi bello confecto, petituros polliciti ſunt. Domini * quoque eorum ſeruorum, quos Sempronius Gracchus ob inſignem pugnam Beneuenti manumiſerat, precia ab imperatore exigere ſuperſederunt. * In caſtris etiam non eques, non centurio ſtipendium ſibi dari deſiderauit: viri, ac fœminæ, quidquid auri, argentiue habuerunt, item pueri inſignia ingenuitatis, ad ſuſtentādam temporis difficultatem contulerunt: ac neque beneficio ſenatus, qui muneribus his functos, tributi onere liberauerat, quiſquam vti voluit, ſed inſuper id omnes prōptiſſimis animis præſtiterunt. * Non ignorabant enim captis Veijs, cum decimarum nomine, quas Camillus vouerat, aurum Apollini Delphico mitti oporteret, neque emendi eius facultas eſſet, matronas, ornamenta ſua in ærarium retuliſſe. * Similiterq; audierant, mille pondo auri, quæ Gallis pro obſidione capitolij promiſſa debebātur, earum cultu expleta. Itaq; & proprio ingenio, & exemplo vetuſtatis admoniti, nulla ſibi in re ceſſandum exiſtimauerunt.*

* Liu. lib. 14.

* Liui. li. 5.

* Liu. li. 5.

* Liu. li. 5.

AGE vt à ſingulis ad vniuerſos] Diximus inquit de ſingulis dicamus de vniuerſis ciuibus, nam 2. bel. pun. cum Haunibal multas, & grauiſſimas clades alias Romanis intuliſſet, ſic breui exhauſtum eſt ærarium, vt non modo non ſcribi exercitus, ſed ne fieri quidem Diis immortalibus ſacrificia poſſent, tum publicani pecuniam affatim erogaturos polliciti, cenſores adierunt hortantes, nō aliter omnia locarēt, q̄ ſi reip. pecuniæ ſupereſſent. Item cum tot cladibus conſumpta iuuentute cogerentur, deficientibus ciuibus, ſeruos conſcribere. Semproni9 Grac. in magnum conſcripſit exercitum, qui Volones dicti ſunt, φ voluntaria, & non coacta ſtipendia facerent, quorum opera victoriam ex hoſtibus non mediocrem conſecutus eſt, nam cum integrum annum operam ſuam reip. ſtrenue, fortiterq; nauaſſent, libertatem tacite depoſcebant, quaſi ſuorum laborum præmium, quod cum ſenſiſſet Grac. ſuper ea re literas ad Senatū dedit, qui ſibi permiſit facere φ e rep. fore videretur hic aduocata concione, & lectis literis, eos oēs ſe libertate donaturum, pollicitus eſt quicūque poſtero die ſignis collatis caput hoſtis ad ſe retuliſſet, q̄ res magis victoriæ impedimento fuit, quàm momēto, nam vt quiſq; hoſtem impigre occiderat, primum caput ægre inter turbam & tumultum abſcindendo terebat tempus, deinde occupata dextra tenendo caput fortiſſimus quiſque pugnator eſſe deſierat, quod vbi tribuni militum Graccho nunciarunt, ſignum dari propere iuſſit, capita abijcerēt, & hoſtē inuaderēt, quo fuſo libertatē oībus eſſe daturum, quo audito reintegrata pugna tanto ardore, & animis in hoſtes incurſum eſt, vt vim eorū non ſuſtinentes Pœni omnes fermè vel cæſi, vel capti fuerint. nam ex triginta millibus, vix duo millia. & minor pars equitū cū ipſo duce euaſerunt. poſt tantā igitur victoriam ſeruos oēs Sempronius liberos eſſe iuſſit. Rurſus in ea tēporis difficultate nulla ætas, nullus ſexus, nullus ordo, nec hominum conditio à pietatis officio vacarunt, vt in litera videre poſſumus. [Aditos] Ad quos vltro iuerunt. [Impenſū] Stipendium ab impendendo dictum. inſignia prætextā, & bullam auream, quæ ſignificabant eos nobiles eſſe atque patritios. [Non ignorabāt enim] Dicit eos ſumpſiſſe exemplū maioribus ſuis, & pulchro vtitur colore, nam cū dicit, eos nō ignorare facta maiorum, pietatem maiorum commemorat. nā cum Camillus Veios obſideret, decimam prędę ſi vrbe potiretur, vouit Apollini, ſed cum direpta vrbe difficile foret à militibus p̄dam accipere, votum de publico ſoluendum fuit, ad hanc igitur congerendā pecuniā. cum exhauſtum eſſet ærarium, matronæ ornamenta cōtulerūt. Pari ratione in obſidione Capitolii, cum deſperato Camilli, aliquanto ſpe ſua tardioris aduentu, & auxilio, cum Gallis mille pondo auri pro redemptione pepigerunt, quod cum in publico deeſſet aurum, ex quo ſumma pacta mercedis conficeretur, à matronis collatum acceperunt, & ob eam cauſam illius honor additus eſt, vt earum ſicut virorum poſt mortem ſolennis laudatio foret. [Itaque] Ergo ſecundi Punici belli tēporibus naturali, & innata pietate homines prędit, & exemplis his maiorum adducti omnia erogare, & peti pro ſalute patriæ non dubitauerunt.

Volōes dicti impendium.

Matronarum liberalitas in remp.

ASCEN. AGE (adhortandi vox) vt ego tranſgrediar.i. tranſeam à ſingulis. ſ. in patriam piis ad vniuerſos. Affert autem ſimul exempla, Primum, de publicanis. Secundum, de dominis ſeruorum. Tertium, de equitibus, & centurionibus.

Quartum

Quartum, de vniuerſis ciuibus eiuſdem temporis. Quintum, de iis, qui tempore Veientani belli fuerũt, & Sextum de iis, qui vrbe à Gallis capta, de primo dicit ſic. Quantum, & quã æquali amore patriæ ciuitas. ſ. Romana flagrauit. i. arſit ſup. aliqñ q. d. maximo. Nam cum. i. qũ ærariũ exhauſtum. 2. bel. pun. ne quidem. i. non ſaltem ſufficeret cultui deorum, publicani. i. qui publicam, aut publice pecuniã tractabant, vt ſunt vectigalium, & impoſitionũ collectores, nummularii campſores, & trapezitæ, hortati ſunt cenſores aditos. ſ. à ſe hoc eſt poſtquã eos adierant, vt locarent. i. conducerent ad vſum belli omnia. tanq̃ reſp. abũdaret pecunia, & polliciti ſunt ſe præſtitutos cuncta nec petituros vllũ aſſem, niſi bello confecto. i. peracto. [De ſecundo ſic.] Domini quoque eorum ſeruorũ, quos Sempronius Grac. manu miſerat ob inſignem pugnam Beneuenti. i. apud beneuentum æditam, vt Oliuiate proſequitur, ſuperſederunt. i. omiſerunt exigere ab imperatore precia. ſ. ſeruorum quos emerant. De tertio dicit ſic. In caſtris etiã non eques non centurio. i. nemo hãs vnde viueret, deſiderauit ſtipẽdium dari ſibi. de quarto ſic. Viri, ac fœminæ contulerunt quidquid auri argentiue habuerũt, item pueri contulerunt inſignia ingenuitatis ſup. ſuæ videlicet bullas aureas crepundia ad ſuſtentandam difficultatem temporis, ac neque quiſquã voluit vti beneficio ſenatus, qui liberauerat functos his muneribus. ſ. publicis, onere tributi. ſ. pendendi ad impendendũ bello, ſed inſuper. i. vltro omnes præſtiterũt id. ſ. tributum animis promptiſſimis. De quinto, quod quaſi pro exẽplo à quartis inſpectum dicit, faciebant ſup. tunc id promptiſſimis animis. Enim pro quia, ipſi non ignorabant, cũ. i. qñ. Veiis captis. ſ. à Camillo oporteret aurum mitti Apollini Delphico, nomine decimarum. ſ. prædæ, quas Camillus vouerat, neque facultas eſſet eius. ſ. tanti auri emendi, matronas retuliſſe ſua ornamenta, vt inaures, fibulas, aurum crinale, monilia, & ſimilia in ærarium. i. theſaurum publicũ. De ſexto ſic. [Similiterq; audierant, mille pondo]. i. libras auri, quæ debebantur Gallis, promiſſa pro obſidione Capitolii ſup. leuanda, expleta ſup. eſſe. i. ad plenũ pondus, ac numerum perducta, cultu. i. exornatu earũ. ſ. matronarum. Itaque. i. & ita Rom. ſup. tempore ſecundi Pun. belli admoniti, & .i. ſimul proprio ingenio ad ſubueniendũ patriæ propenſo, & exemplo vetuſtatis, nulla. i. non vlla, non exiſtimarunt ceſſandum eſſe ſibi vlla re, quæ reipub. vſui fuiſſet.

EXTERNA.

DE CODRO REGE ATHENIENSIVM.

* In ſum. lib. 2.

*AT externa * eiuſdem propoſiti exempla attingam Rex Athenienſium Codrus, cum ingenti hoſtium exercitu Attica regio debilitata ferro, igniq́ue vaſtaretur, diffidẽtia humani auxilij ad Apollinis Delphici oraculum confugit, perq; legatos ſciſcitatus eſt, quonam modo illud tam graue bellum diſcuti poſſet. reſpondit, Deus ita illi finem fore, ſi ipſe hoſtili manu occidiſſet. Quod quidem non ſolum totis Athenienſium caſtris, ſed etiam contrarijs percrebruit. Eoq; factum eſt, vt ediceretur, ne quis Codri corpus vulneraret. Id poſtquam cognouit, depoſitis inſignibus imperij, familiarẽ cultũ induit, ac pabulantiũ hoſtiũ globo ſeſe obiecit: vnumq; ex his falce percuſſum, in cædem ſuam compulit: cuius interitu ne Athenæ occiderent, effectum eſt.*

OLIV.

AT externa eiuſdẽ] Ad externa tranſit, & Cordi regis Ath. primũ proponit exemplum cum Dorienſes cum Ath. de finibus agrorum bella gererent, premerenturq; Ath. vt hoſtibus reſiſtere non poſſent ſuis viribus diffidentes, ad diuinam opem confugerunt, legatos ad conſulendum Apollinem Delphicum miſerunt, qui reſponſum retulere. non aliter bellum finiri, & patriam obſidione liberari poſſe, quam ſi Codrus occideretur ab hoſtibus, quod oraculum ad hoſtes quoq; peruenit. Itaque à Dorienſibus edictum eſt, ne quis Codrum regem vulneraret. ille vero, vt fato ſuo patriæ ſuccurreret, ſumpto militari ſagulo, & lignorum faſce, cum faſce tanquam ignotus profectus caſtra hoſtium petiit, & quem primum obuiam habuit, grauiter increpuit, orta deinde contentione, multis illum conuitiis onerans in ſui cædem prouocauit. nam iratus miles illum ignarus quisnam eſſet, occidit, quo facto paulo poſt Dorienſes victi, ex Attica regione ceſſerunt, atque ita Athen. virtute ducis pro ſalute patriæ morti ſe offerentis bello liberantur. [Diffidentia humani] Quia & ſuis viribus diffidebãt, & aliorum auxilia desperabant. [Attica regio.] Inter Achaiam, & Macedoniã poſita eſt, quæ maxime Græciæ nomen obtinet, dicta primum ab Atti, filia Græci regis ſucceſſoris Cecropis, à quo Græci denominati ſunt. [Contrarijs]. ſ. Dorienſibus. [Pabulantium] Hic Val. diſſentit à Iuſtino. [Globo] Multitudini, eſt enim globus multitudo in orbem collecta: globus quoque dicitur ſpiſſitudo, & aceruus, vnde Virg. Flammarum globos: dicitur, & luminis rotunditas, vnde globus lunaris.

Globus quid.

ASCEN.

ATtingam] Exempla eiuſdem propoſiti. ſ. moriendi pro patria, ac ſubueniẽdi patriæ Codrus rex Ath. cum Attica regio debellata. i. victa ingenti exercitu hoſtium vaſtaretur ferro, & igni, confugit ad oraculum. i. vaticinium, & reſponſum de exitu belli Apollinis Delphici. i. apud Delphos reſponſa dãtis, diffidentia. i. propter diffidentiam auxilii humani, & ſciſcitatus eſt per legatos, quonam modo illud bellum tam graue poſſet diſcuti. i. de collo deiici. Deus reſpondit, finem fore. i. futurum eſſe, illi. ſ. bello, ita. i. hoc pacto vtpote ſi ipſe occidiſſet. i. mortuus caderet manu hoſtili. Quod. ſ. oraculum, aut reſponſum, percrebruit. i. diuulgatũ eſt non ſolũ in totis caſtris Athen. ſed etiã in caſtris contrariis. i. hoſtilibus. Eoque. i. ꝓp id factum eſt, vt ediceretur. ſ. in caſtris hoſtilibus, ne quis violaret corpus Codr. Poſtquam ſup. Cordus cognouit id. i. illud edictum, depoſitis inſignibus imperii induit cultum familiarem. i. militis gregarii, ac obiecit ſe globo. i. collectioni cuidam hoſtium palantium. i. vagantium ſine ordine, & compulit. ſ. propter iram vnũ ex his. ſ. hoſtibus percuſſum falce, quam tanquam frumẽtator, aut fœniſeca in manu tenebat. In cædem ſuam (Valla diceret ſui, ſed obſeruatum eſt à doctioribus cædem, & necem ſuã pro ſui dici) cuius interitu effectum eſt, ne Athenæ occiderent, qa cognita eius cæde ſtatim hoſtes oraculo territ. aufugere.

DE THRASYBVLO.

*AB * eodẽ fonte pietatis Thraſybuli quoq; animus manauit: Is, cum Athenienſium vrbem triginta tyrãnorum teterrima dominatione liberare cuperet, paruaq; manu maximæ rei molem aggrederetur, et quidam è conſcijs dixiſſet, quantas tandem tibi Athenæ, per te libertatem conſecutæ, gratias debebũt? reſpondit, Dij faciant, vt quantas ipſe illis debeo, videar retuliſſe. Quem affectum inclytum deſtructæ tyrannidis opus laude cumulauit.*

* Iuſtin. lib. 5.

OLIV.

AB eodem fonte] Quomodo Thraſybulus triginta tyrannis patriam liberauit, ſupra oſtendimus in cap. de moderatione vbi eius pietatem pariter, & moderationem cognoſcere potuimus, is vero non ſolum in vindicanda patria pietatem oſtendit, verũ etiam his verbis, quæ ſequuntur, nam cum interrogatus eſſet quantum exiſtimaret Athenas ſibi debere, quæ ſuo beneficio libertatem eſſent conſecutæ, reſpondit, vere dii faxint, vt quantas illis debeo, videar retuliſſet. [Teterrima] Turpiſſima, nam tetrum dicimus nigrum, obſcurum, horrendum. Virgil. Lauit improba teter ora cruor. [Cumulauit] Auxit, nam ſicut dicimus menſuram cumulatam, quæ fuerit ad ſummum vſque plena, ſic & gratiam dicimus cumulatam.

ASCEN.

AB eodem, &c.] Animus quoque Thraſybuli Athen. manauit ab eodem fonte pietatis. ſ. in patriam is. ſ. Thraſybulus, cum cuperet liberare vrbem Athen. Teterrima. i. turpiſſima dominatione 30. tyrannorum, illi ab Lacedæmoniis impoſitorum, & aggrederetur manu parua. i. paruis copiis, & auxiliaris, mole. i. põdus, aut difficultatẽ rei maximæ, & quidam è conſcijs dixiſſet, quantas tandẽ gratias Athenæ conſecutæ per te libertatẽ, debebũt tibi? Rñdit Dii faciant, vt videar retuliſſe illis ſup. tantas gratias, quantas ipſe. i. ego debeo illis, qa quilibet patriæ primum debet. Quem affectum. i. bonã volũtatem, Inclytum opus tyrannidis deſtructæ cumulauit. i. auxit laude.

DE THEMISTOCLE.

*THEMISTOCLES * autem, quem virtus ſua victorem, iniuria patriæ imperatorem Perſarum fecerat, vt ſe ab ea oppugnanda abſtineret, inſtituto ſacrificio, exceptum patera tauri ſanguinem hauſit:*

* Vario Thucyd. Plutar. & Probus.

& aute

& ante ipſam aram, quaſi quadam pietatis clara victima concidit: quo quidem tam memorabili eius exceſſu, ne Græcia altero Themiſtocle opus eſſet, effectum eſt.

OLIV. THEMISTOCLES autem] Themiſtocles ab ingrata patria pulſus, vt in cap. de ingratitudine diximus, ad hoſtes, quos paucis ante annis ingenti, ac prope incredibili victoria ſuperauerat Xerxem .ſ. Perſarum regem confugere coactus eſt nullo conſeruatæ Græciæ loco excipere illum audente, qđ edictum eſſet, ſi quis eum ſuſcepiſſet, pari & ipſe mulctaretur exilio. cum igitur ad Xerxem veniſſet quem tanto artificio debellauerat, vt ſe magis à Themiſtocle conſeruatũ, quàm ſuperatum fuiſſe crederet, petiit ſibi anni ſpatium dari, quo Perſicem linguam addiſceret. quo facto, ſic perfecte locutus eſt, vt non Athenis, ſed in Perſide natus videret, hic deinde regi pollicitus eſt, totam Græciam eius adiecturum imperio, quare illi rex quinque, vel vt alii dicunt ſeptem ciuitates dono dedit, magna inſuper illi ſtipendia de publico dari iuſſit: poſtea vero cum ſoluendæ fidei tempus appetiiſſet, & rex iã promiſſa repeteret, Themiſtocles nefas eſſe ducens prodere patriam, cum videret ſe nõ aliter, & pariter fidẽ, & patriam poſſe ſeruare, mortem ipſe ſibi cõſciuit, nam facto ſacrificio taurinũ ſanguinem veneno permiſtum incunctanter exhauſit, & ita perijt, ergo magna pietas fuit, vt mori maluerit, quàm perdere patriam, aut illi bellum inferre. [Victorem] Quia apud Salamina Perſarum regem ſuperauit. [Imperatorem] Cum patria pulſus ad regẽ confugit, & ab eo conſtitutus eſt imperator. Altero Themiſtocle opus] Quia ſi, vt regi, promiſerat, Perſas duxiſſet in Græciam, Athenæ alterum optaſſent Themiſtoclem qui rurſus deuinceret Perſas.

ASCEN. THemiſtocles aũt quem virtus ſua fecerat victorem Perſarum, & quem iniuria patriæ fecerat imperatorẽ Perſarũ, vt abſtineret ſe ab ea .ſ. patria ſua Athenis oppugnanda, ſacrificio inſtituto, hauſit ſanguinem tauri acceptum patera .i. vaſe patente, quo libauerat, & concidit ante ipſam aram, quaſi .i. tanquam quædam clara victima pietatis, quo quidem tam memorabili exceſſu eius effectũ eſt, ne opus eſſet Græciæ altero Themiſtocle .i. imperatore tam valido, vt fuerat Themiſtocle ad reſiſtendum Perſis, quia Perſæ ab inſtituto deſtiterunt, tantam virtutem, ac charitatem eius in patriam ſtupentes, veritiq́; cõplures eſſe apud Athenas tales in patriam animos.

DE DVOBVS PHILENIS FRATRIBVS Carthaginienſium.

Saluſt. in bello Iug. SEQVITVR eiuſdem generis exemplum. Cum inter Carthaginem, & Cyrenas de margine agri pertinaciſſima contentio eſſet, ad vltimum placuit vtriq; eodem tempore iuuenes mitti, & locum, in quem ij conueniſſent, finem ambobus haberi populis: verum hoc pactum duo fratres Carthaginienſes nomine* Phileni, perfidia præcurrere, citra conſtitutam horam maturato greſſu in longius promotis terminis. quod cum intellexiſſent Cyrenenſiũ iuuenes, diu de fallacia eorũ queſti, poſtremo acerbitate conditionis iniuriam diſcutere conati ſunt. dixerunt nanque, ſic eum finem ratum fore, ſi Phileni viuos ſe ibi obrui paſſi eſſent. ſed conſilio euentus non reſpondit. Illi enim nulla interpoſita mora, corpora ſua his terra operienda tradiderunt: qui quoniam patriæ, quàm vitæ ſuæ longiores terminos eſſe maluerunt, bene iacent, manibus, & oſſibus ſuis Punico dilatato imperio. Vbi ſunt ſuperbæ Carthaginis alta mœnia? vbi maritima gloria inclyti portus? vbi cunctis litoribus terribilis claſſis? vbi tot exercitus? vbi tantus equitatus? vbi immenſo Africæ ſpatio non contenti ſpiritus? omnia iſta duob. Scipionibus fortuna partita eſt. At Philenorum egregij facti memoriam, ne patriæ quidem interitus extinxit. nihil eſt igitur excepta virtute, quod mortali animo, ac manu, immortale quæri poſſit. iuuenili ardore plena hæc pietas.*

* Philæni ſcribi dēt ex Solino.

SEQVITVR eiuſdem] Cum de finibus agrorum inter ſe Carth. & Cyrenenſes diu bella geſſiſſent, & vtrique multis cladibus afflicti eſſent, nouam dirimendi belli rationem inierunt, nam per inducias ſponſionem faciunt, vti certo die legati domo proficiſcerent, quo in loco inter ſe obuii fuiſſent, is cõmunis vtriuſque populi finis haberetur, igitur Carth. duos fratres miſſi, quibus nomen Philenes erat, maturauere iter pergere. Cyrenenſes tardius iere. id ſecordia ne an, caſu acciderit parum cõſtat: ceterum ſolet in illis locis tempeſtas nõ ſecus atq; in mari retinere homines, poſtquã Cyrenenſes aliquanto poſteriores ſe eſſe vident, & ob rẽ corruptam domi pœnas metuunt, criminari Carthaginienſes ante tẽpus domo digreſſos, cõturbare rem, deniq; oĩa malebant, q̃ victi abirent, ſed cum pene aliam cõditionẽ æquam quærerent Cyrenenſes, optionem faciunt Carthaginienſibus, vt vel ibi quo fines populo ſuo peterent, ibi viui obruerẽtur. vel eadẽ conditione ſeſe, quẽ in locũ vellent proceſſuros dimitterent. Phileni conditione probata, ſeq; vitã q; ſuã reip. cõdonauere, itaque viui obruti ſunt. Carthaginiẽſes in eo loco Philenis fratrib. aras cõſecrauere, alioſque illis honores domi cõſtituerunt, de quib. Strab. in fine vltimi libri mentionem facit. [De margine] De finib. & extremitate agrorũ. [Conſilio non reſpondit] Quia conſilium fuit durã illis cõditionem imponere .ſ. mortis, ſperantes illos nõ accepturos, ſed res aliter euenit, q̃ eorum cõſiliorum fuerat, nam vltro ſe pro patria deuouerunt & obruenda corpora obtulerũt. [Vbi ſunt ſuperbæ] Nunc comparationem exaggerat horum iuuenum laudem, dicit .n. quãuis magna quondam, & prępotẽs fuerit Carthago, & copiis militum ceteras gentes excelleret, tñ illa omnia perierunt, horum aũt florida, ſtabilis, & æterna permanſit. [Inclyti portus] Glorioſi portus, qui penitus ſublatus, & funditus euerſus eſt. [Claſſis terribilis] Præſertim Siciliæ, & Hiſpaniæ tota deleta eſt, [Tot exercitus] Aſdrubalis, Magonis, Giſgonis, Amilcaris, & Hannibalis. [Vbi immenſo] q.d. omnia iſta euerſa, & penitus deleta ſunt. [Duobus Scipionibus] .ſ. ſuperiori, & inferiori, nam prior tributaria fecit, poſterior funditus euertit Carth. [At Philenorum] Nunc ſuam adaptat cõparationem. [Nihil eſt igitur] Nihil eſt, inquit, quod humano ingenio, & operi comparari poſſit æternũ, & immortale, niſi virtus. [Mortali animo] Quantum ad ingeniũ. [Ac manu] Quantum ad vires. [Quæri] Pro acquiri. De his Petrar. Tunc acres vixere viri, quos inter amorem, Inſignis patriæ fratres Carthago Philenos. Nũc colit extinctos, numerumq; auxiſſe Deorum Exiſtimat ac gemini veneratur numinis aras, Hi patriæ vitæ cupidi ſi forte negaſſent, Plura Cyreneo cecidiſſent millia cãpo.

OLIV. Themiſtoclis erga patriã pietas.

ASCEN. SEquitur] Exemplum ſup. aliud, & alterius gentis eiuſdem generis .i. charitatis in patriam. [Cum] .i. quo tempore contentio .i. diſceptatio etiam animorum pertinaciſſima, quia obſtinatiſſimis animis eſſet inter Carth. & Cyrenas, duas potentiſſimas vrbes Africæ, de margine, id eſt limite, & extremitate agri .ſ. intermedii finiendi, placuit ſup. vtriſq; ad vltimum .i. demum poſtquam ambæ partes defeſſæ erant, mittere vtrinque .i. ab vtraque vrbe, iuuenes eodem tempore. ſ. exire incipientes, & locũ in quẽ ij .ſ. iuuenes conueniſſent .i. congreſſum feciſſent (notauit locutionem Valla docẽs, ea eo conuenio cum accuſatiuo, & aduerbio ad locum conſtrui, vnde non dices, cũ Raudenſi, vbi aut in quo loco conueniunt, ſed quo aut in quẽ, &c.) haberi .i. habẽdum eſſe ambobus populis finem .ſ. ditionis. [Verum] .i. ſed, duo fratres Carth. nomine Phileni præcurrerunt .i. præcurrendo vitiauerunt hoc pactum .i. hanc conuentionẽ pfidia .i. non ſeruata, ſed violata fide. Greſſu .i. egreſſu, aut curſu maturato .i. feſtinato, citra .i. ante horam conſtitutam terminis promotis .i. extenſis in longius .ſ. quã æquum erat, quod cũ iuuenes Cyrenẽſium .i. à Cyrenẽ ſ. emiſſi intellexiſſent, queſti .i. cõqueſti diu de fallacia eorum .ſ. Philenorum, conati ſunt poſtremo diſcutere .i. diſſoluere iniuriam .ſ. ſibi & ſuis illatam acerbitate conditionis .ſ. q̃ propoſuerunt eligendam. [Nanque pro quia, ipſi dixerunt, eum finem .ſ. ditionis, ad quem Carth. puenerant fore .i. futurum eſſe, ratum .i. approbatum, ſic in tali cõditione, ſi Phileni paſſi eſſent ſe obrui ibi viuos. [Sed euentus non reſpondit conſilio Eorum (putabant .n. Philenos eam conditionem nequaquam accepturos. Conſilium aũt fuit, vt retrocederent, & ibi Cyrenen. obruerentur, quia mori parati erant cum gloria, timentes ſibi mortem ignominioſam paratam domi, ob tarditatẽ, ac ne ſi fines patriæ, illucuſq; extẽdi vellẽt, illic obruerẽtur) Enim pro quia. illi .ſ. Phileni. nulla mora interpoſita, tradiderunt his .ſ. Cyrenenſibus corpora ſua operienda .i. obruenda terra, qui .ſ. Phileni, quia maluerũt terminos eſſe lõgiores

giores patriæ ſuæ, q̃ vitæ ſuæ iacêt bene, i. feliciter imperio Punico dilatato manibus, & oſſib. ſuis. [Vbi ſunt] Sup. modo alta mœnia Carthag. ſuperbæ. ſ. quondã? Vbi ſup. ſunt portus inclyti gloria maritima. i. rerũ in mari geſtarum? Vbi ſup. eſt nunc claſſis Carth. terribilis cunctis littoribus? Vbi ſup. ſunt tot exercitus? Vbi ſup. eſt tãtus equitatus quãtu olim fuit? Vbi ſup. sũt ſpiritus. i. animi Carth. nõ contenti. ſ. quondã, immenſo ſpatio Africæ, quia etiam Italiam ſuæ ditioni adiicere moliebantur? Reſpõ. Fortuna partita eſt oĩa iſta duobus Scipionibus. ſ. maiori, qui Carthaginem tributeriã fecit, & minori, qui eã diruit. [At ne quidem]. i. non etiã interitus patriæ extinxit memoriã egregii facti Philenorũ. [Nihil eſt igit excepta virtute Quod põt quæri. i. acquiri immortale. i. æternũ animo. i. animoſitate, ac manu, mortali dico aio. i. animoſitate, quæ animus pro mẽte & anima rationali immortalis eſt. [Iuuenili, &c.] Hæc pietas. ſ. Philenorũ eſt ſup. plena ardore iuuenili, & ita periaturo.

DE ARISTOTELE.

* Plut. & Diog. paulo aliter.

ARISTOTELES * *vero ſupremæ vitæ reliquias ſenilibus, ac rugoſis membris in ſummo literarum ocio vix cuſtodiens, adeo valenter pro ſalute patriæ incubuit, vt eam ab hoſtilibus armis ſolo æquatam, in lectulo Athenienſi iacens, & quidem Macedonum manibus, quibus diſiecta erat, erigeret. Ita vrbs nõ tam ſtrata, atque euerſa, Alexandri, quàm reſtituta Ariſtotelis notum eſt opus. Patet ergo, quàm benignę, quamq; profuſę pietatis erga patriam omnium ordinũ, omnis ætatis homines extiterint, ſanctiſſimisq; naturæ legibus mirificorum etiam exemplorum clara mundo ſubſcripſerit vbertas.*

OLIV. ARISTOTELES vero] Ariſtoteles patria iam euerſa a Philippo, vt quidam dicunt, vt alij ab Alexandro, vt inſtauraretur obtinuit, legesque, & formam reip. ipſe deſcripſit, qua poſtmodum ea ciuitas vſa eſt, fuit ergo pius erga patriã, & cum eſſet Athenis, & iam ætate confectus, abſens diligẽtiſſimam patriæ curam ſuſcepit, qui non prius deſtitit, q̃ a rege vt inſtauraretur prudentia ſua obtinuit, quare illũ ciues ob hęc merita tanto in honore habuere, vt feſtos dies, & ludos quotãnis, eo viuente, faciendos publice dedicarẽt. Feſta aũt Ariſtotelia nuncupata fuere. Quod vero nonnulli dñt, vſum hoc vafra mento fuiſſe, vt iuranti Alex. ſe illi omnia negaturũ quæcũq; pro patria petijſſet, poſtulaſſe, vt patriam perderet, & Alex. coactum fuiſſe illam conſeruare, quia ſaluo iureiurãdo, aliter nõ poſſet, id fecit Anaximenes Lampſacus pro Lampſaco patria, & non Ariſtoteles, vt dicturus eſt Vale. in cap. de vafre dictis & factis. [Pro ſalute patriæ] Quæ ſtagyra dicebatur. Ita vrbs non] i. magis noſcitur reſtitutam ab Ariſt. q̃ ab Alexandro euerſam, vt alii dñt à Philippo. ergo plus laudis meruit Ariſtot. in reſtituenda patria, q̃ Alexander in euertenda. Ordo igitur eſt. Vrbs proſtrata, & euerſa non tam notum opus Alex. q̃ reſtituta notum eſt opus Ariſt. Plut. in vita Alex. de hac euerſione, & reſtitutione ſic inquit. Philip. accerſit, cunctorũ illuſtriſſimum, & clariſſimum, atque doctiſſimum Philoſophorũ Ariſt. ad eruditionem Alexandri pulchra quidem illi pro ipſius dignitate diſciplinæ precia cõſtituens, euerſa enim à ſe Ariſt. vrbẽ Stagyram, exædificauit, ciueſq; cum diſſipatos, cũ ſeruatos reſtituit. Laertius vero in vita Ariſt. hunc inquit, tradunt in Macedonia apud Philip. vixiſſe, atque ab eo Alex. filium erudiendum accepiſſe. Petiiſſeq; inſtaurari ſolum patrium à Philippo euerſum, id vbi impetraſſet, dediſſe eis leges. Plin. nat. hiſt. li. 7. cum Thebas raperet, Ariſt. philoſophi patriam condidit, tantæq; rerum claritati tam benignum teſtimonium miſcuit.

ASCEN. VEro pro ſed, Ariſt. ſ. philoſophus Stagyrites, vix cum. i. difficultate cuſtodiẽs reliquias ſupremæ. i. extremæ vitæ ſuæ ſup. in membris ſenilibus, ac rugoſis, in ſummo ocio litararũ, quia Athenis philoſophabatur, incubuit. i. innixus eſt adeo valenter pro ſalute. i. conſeruatione, aut inſtauratione. Patriæ. ſ. Stagyræ, vt ipſa iacens in lectulo Ath. in quo præſenio recubabat, eriperet manibus equitum Macedonum quib. erat abiecta. ſ. in direptionem, eam ęquandam ſolo ab hoſtibus. ſ. Macedonib. armis. i. per arma, aut legatur ab hoſtilibus armis, ita. i. & ſic vrbs. ſ. Stagyra, non eſt tam notum. i. nobile opus Alex. ſ. victoris ſtrata, atque euerſa. i. q̃ ſterni, & euerti potuit, q̃a capta erat (aut ſi reuera euerſa fuit, ſequamur poſteriorem explanationem illius pro ſalute, vt ſit non pro cõſeruatione, ſed pro inſtauratione, aut reparatione, vt etiã Oliu. interpretatur. Sed tunc occurrit, quo eripuerit e Macedonũ manibus, ſi iam euerſa ab eis fuerit. Quocirca dicã vt occepi, euerſam dici poſſe, quæ euerti potuit, & reſtitutam, quia ab euerſione præſeruatã, niſi Laertii, & aliorum, qui reuera eam euerſam voluerunt, obſt auctoritas) q̃. ſ. eſt notum opus Ariſt. reſtituta. ſ. ciuib. ſuis. patet ergo (Epilogus quidem eſt, & concluſio capituli) q̃. i. quãtum benignæ, quamque. i. & quãtum etiam profuſæ pietatis homines omnium ordinũ, & omnis ætatis extiterint erga patriã. ſ. ſuam, quamq; vbertas. i. fœcunditas etiã mirificorum exemplorũ. ſ. eorũ, qui primos illos imitati ſunt, ſubſcripſerit. i. aſſenſum præbuerit (ſicut qui nomine ſua inſtrumento aſcribũt, in illo contentis aſſenſum præbuiſſe conuincuntur) clariſſimis legibus naturæ. i. quas natura præſcripſit de charitate patriæ.

THEO. SVbſcripſit vbertas. antiqui cod. habent Clara mundo ſubſcripta teſtantur.

DE PARENTVM AMORE, ET INdulgentia in liberos. CAP. VII.

DET *nunc vela pij effectus, & placidi, parentũ erga liberos indulgentia, ſalubriq; aura prouecta, gratam ſuauitatis ſecum dotem afferat.*

OLIV. DET nunc vela] Poſtquam de pietate erga patriam dixit. Nunc de parentum indulgentia dicturus pulchra vtitur tranſlatione à nautis ſumpta. Gratam dotem] munus gratioſum. Aura] fauore.

ASCEN. DEt nunc, &c.] Tranſit ad amorem parentum in liberos, quẽ poſt ſuperiores ponit, nõ q̃ minor ſit, ſed quia magis naturalis eſt, & ideo minus difficilis, & minore precio dignus vſq; adeo, vt in lege diuina non ſit cautum, vt parentes liberos diligant, ſed contra, verũtamẽ, quia vt Apoſtolus dicit. j. Timot. 5. Siquis ſuorũ, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior, certum eſt curam liberorũ eſſe homini neceſſariã ad ſalutem. Eſt aũt in principio verſus integer, forſan ex aliquo antiquorũ poetarũ deprõptus, ſi ſic legatur. Sed nunc vela pii effectus, placidiq; parentũ. Quo ab auctore poſitum putem, aut in paucis immutatum, ne verſus eſſe iudicetur. Ordo aũt eſt. [Sed indulgentia]. i. facilis, & mollis inclinatio parentum erga liberos afferat nũc vela. i. proſperam nauigationem affectus pii, & placidi, & ipſa aduecta ſalubri auræ. (Ventis enim & velis fit facilis, & copioſa nauigatio) afferat ſecum dotem ſuauitatis gratam. ſ. legentibus.

DE FABIO RVTILIANO.

* Liu. lib. 11. Oroſ. li. 3. ca. 22.

FABIVS. *Rutilianus quinque conſulatibus ſumma cũ gloria peractis, omnibusq; & virtutibus, et vita emeritis ſtipendijs, legatus ire Fabio Gurgiti filio ad bellum difficile, & periculoſum conficiendum, grauatus non eſt, penè ipſo per ſe duntaxat animo ſine corpore militaturus: vtpote propter vltimam ſenectuti lectuli ocia, quàm labori præliorum habilior. Idem triumphãtis currum equo inſidens ſequi, quem ipſe paruulum triumphis ſuis geſtauerat, in maxima voluptate poſuit:* * *nec acceſſor glorioſa illius pompa, ſed auctor ſpectatus eſt.*

* Cic. pro L. Mur.

OLIV. FABIVS Rutilianus] Primum exemplum eſt Fabii Rutiliani, q̃ cũ Fabius gurges cõſul aduerſus Samnites male pugnaſſet, & Senatus de remouendo illo ab exercitu cogitaret, Eius pater deprecatus eſt hanc filii ignominiã, & eo maxima ſenatũ moueri, q̃ iturum ſe filio legatum pollicitus eſt, idq; præſtitit eius conſilio, & opera filius conſ. adiutus, cęſis Samnitib. triumphauit. [Quinq; conſulatibus] Rem magis auget, nam quo patrem honoratiorẽ fuiſſe oſtẽdit, eo clementiorẽ demõſtrat, q̃ ſe filii imperio ſubmittere, & militiæ laborib. dedere nõ dubitauerit, quo tẽpe quietẽ eius vita depoſcebat. [Quẽ ipſe paruulũ] Diximus, q̃ inſtitutũ fuit apud maiores nequis inter cõſulem, & proximum lictorem intercederet præter paruulum filium.

ASCEN. FAbius Rutilianus] Quinque conſulatibus peractis cum ſumma gloria, & omnibus virtutibus, & omnibus ſtipendijs vitæ meritis, i. acquiſitis ab eo, non eſt grauatus ire legatus tanquam miniſter Fab. Gurgiti filio, ſ. ſuo ad conficiendum, i. finiendum, bellum difficile, & periculoſum, militaturus per ſe. i. quātum poſſet abſq; alterius ſubſidio pene. i. quaſi ipſo animo ſine corpore, vtpote habilior, i. aptior ocio lectuli, i. vt in lectulo recuberet, q̄ labori prœliorum, propter vltimam, i. extremam ſenectutem [Idem. ſ. Fab. Rutilianus inſidens equo, poſuit, i. collocauit in maxima voluptate ſequi currum triumphantis, ſ. filij ſui Fabi Gurgitis, quem ipſe geſtauerat, ſ. in vlnis paruulum in triumphis ſuis. [Nec ſpectatus eſt acceſſor. ſ. tanquam ſocius aut particeps illius pompæ glorioſæ quam. ſ. filius in triumpho duxit, ſed auctor. i. augmentator, non. n. cum filio, aut proximus illi ingreſſus eſt, ſed poſt illum.

DE CESETIO ROMANO.

* Ceſetiū ſcribunt Suet. Diony. & Appian. hic lib. 5. c. 5.

NON * *tam Ceſetij ſpecioſa equitis Romani ſors patria, ſed par indulgentia: quia à Cæſare omnium iam externorum & domeſticorum hoſtium victore, cum abdicare filium ſuum iuberetur, quod is Trib. ple. cum Marullo collega, inuidiam ei, tanquam regnum affectanti, fecerat: in hunc modum reſpondere ſuſtinuit: Celerius tu mihi Cæſar omnes filios meos eripies, quàm ex his ego vnum nota pellā mea. Habebat autem duos prætera optimæ indolis filios, quibus Cæſar ſe incrementa benigne dignitatis largiturum pollicebatur. Hunc patrem tametſi ſumma diuini principis clemētia tutū præſtitit, quis tamē nō humano īgenio maius auſum putet, quòd cui totus orbis terrarum ſuccubuerat, non ceſſit?*

OLIV. NON tam ſpecioſa] Ceſetius eques Rom. tres filios habuit, quorum vnus cum eſſet trib. pl. Cæſarem iniuria laceſſiuerat. Nam cum laudi celebrarentur, M. Ant. perſonam accepit, vt quidam tradunt, & inter ſaltationem coronam capiti Cæſaris impoſuit, cui rei pauci admodum, qui ad ipſum venerāt applauſerunt, reliqui mœſti conticuere omnes: quod vbi ſenſit Cæſar, id. ſ. diſplicuiſſe populo coronam abiecit, & populus lætatus eſt: tunc Cæſar dixiſſe fertur, cupere ſe mori, q̄ tantā populi inuidiam contraxiſſet: peractis deinde ludis, Ceſetius, & Marulus trib. pl. Cæſarem affectati regni poſtularunt. Cæſar igitur iam rerum potitus, Ceſetium iuſſit exhæredare filium ſibi admodū inuiſum, reliquos ſe multis honoribus, & bonis affecturū, pollicitus. Cui Ceſetius ſe prius oēs amiſſurū, quam ea his vnū abdicaturum rñdit, qua indulgentia ſe pariter, & filiū ſeruauit, nam Cæſar vt clementiſſimus erat, affectioni paternæ facile ceſſit. [Non tam ſpecioſa] Quia Fabius vir patricius fuit hic equeſtris ordinis [Abdicare] Patrimonio priuare, & à bonis repellere. eſt. n. abdicare filiū à bonis expellere dum viuit pater, exhæredare vero poſt mortem. [Diuini principis] Non ſine adulatione hoc dicis, quamuis inquit Cæſar clementia, & benignitate præſtaret, vt hunc hominē ita reſpondentē facile tulerit, Ceſetius tñ æſtimandus eſt rem maiorem auſū fuiſſe, quā humano ingenio conueniret, cui. n. totus terrarū orbis patebat ipſe non ceſſit; tantum valuit paterna indulgētia.

ASCEN. NOn tam, &c.] Ordo eſt. Sors patria. i. quam in patria ſortitus eſt, aut quam pater aſſecutus eſt Ceſetij equitis Romani non ſup. eſt tam ſpecioſa, vt Fabij Rutiliani, ſed ſup. eſt pari indulgentia in filium, qui cum iuberetur à Cæſ. victore iam omnium hoſtium externorum, & domeſticorum. Abdicare. i. in vita ſua à ſe alienare, & quodāmodo proſcribere filiū. ſ. ſuū vnum è tribus, q̄. i. quia is. ſ. filius eius ans ſup. trib. pl. cum Marullo collega fecerat ei inuidiam. ſ. populi, aut negociū, & moleſtiam; tanquam affectanti regnum, eo q̄ coronam capiti eius impoſuerat Antonius, ſuſtinuit ſup. filium. i. cōſeruauit, & protexit, reſpondendo in hunc modum. ò Cæſar tu eripies mihi facilius oēs filios meos, quā ego pellā vnū ex his. ſ. filijs meis, nota mea. i. vt dicunt ſigno meo, & ita familia, ac protectione mea. Tracta eſt metaphora à dominis pecudum, qui ſuas rētiſ per dom ducūt, nota ſua ſignāt. Habebat. ſ. Ceſetius preterea. i. preter eum, quem poſtulauerat ad vindictam Cæſar, duos filios optimæ indolis, quibus Cæſar pollicebatur. (Si tertiū abdicaſſet) ſe largiturum benigne incremēta dignitatis, ſ. Quis nō putet hunc, i. huiuſmodi patrem tametſi, i. quanquam ſumma clementia principis diuini, ſ. Cæſaris præſtitit tutum, tñ quia ſic illi rñdit auſum eſſe ſup quidquā maius humano ingenio. quod eſt contemnere vitam, & opes, quorum poſterius minus & tñ deo dignum, vnde Maronianum illud, quod Sen. iuſte æſtimauit, Aude hoſpes contemnere opes, & te quoq; dignum, Finge deo, vel ideo, q̄. i. quia ipſe non ceſſit ſupple ei, cui totus orbis terrarum ſuccubuerat, videlicet Iulio Cæſari.

DE OCTAVIO BALBO.

SED *neſcio an Octauius Balbus concitatioris, & ardentioris erga filium beneuolentiæ fuerit. Proſcriptus à triumuiris cum domo poſtico clam eſſet egreſſus, iamq; fugæ expeditum initium haberet: poſtquam intus filium trucidari falſo clamore * viciniæ accepit: ei ſe neci, quam euaſerat, obtulit, occidendumq; militibus tradidit. Pluris nimirum illud momentum, quo illi præter ſpem videre filium incolumen contigerat, quàm ſalutem ſuam æſtimans. miſeros adoleſcentis oculos, quibus amātiſsimum ſui patrem, ipſius opera ſic expirantem, intueri neceſſe fuit.* *vicinæ.

SEd neſcio an Octauius] Patet hiſtoria per ſe: fuit aūt hoc confecto bello ciuili, quod contra Brutum, & Caſſium Cæſaris interfectores geſtum eſt, cum debellatis reip. peſtibus, Octauianus, Antonius, & Lepidus Romanum inter ſe imperium ſortiti, ſuos quiſque inimicos proſcripſerunt. hic Balbus proſcriptus, cum ab inimicorum manibus per poſticum eſſet elapſus, audita vicinorum voce filij eius fortunam deplorātiū, exiſtimans iam filium ab inimicis interceptum, cogi fugientis pęnas dare parentis, redijt in tectum, vbi ante oculos filij, quē p̄ter ſpem oſtendit incolumen, crudeliter trucidatus eſt. [Poſtico] Poſteriore parte domus, vnde Satyrus, poſtico falle clientē. [Pluris illud momentum] Ac ſi diceret pater magis lætatus eſt incolumitate filij, quàm ſi euaſiſſet. OLIV.

SEd neſcio, an Octauius Balbus fuerit beneuolentiæ concitatioris, & ardentioris erga filium. Nam ſup. aut vtpote qui proſcriptus, i. propoſita tabula, in qua ſcripto declaratus erat, poſſe impune occidi vbicunq; occurrerit à triūuiris. ſ. Aug. Antonio, & Lepido, qui inter ſe imperium partiti erāt (de quibus Iuuen. in tabulam Syllæ ſi dicant diſcipuli tres) cū eſſet egreſ. domo, ſ. ſua, clam, i. ignorātibus id perſecutoribus eius, poſtico, i. per hoſtium poſterius, & haberet iam initium fugæ expeditum, i. cum iam eſſet ita progreſſus, vt videretur poſſe libere effugere, poſtquam accepit falſo clamore viciniæ filiū. ſ. ſuum trucidari intus, i. in domo ſua, quem dereliquerat, obtulit, ſe ei neci, quā euaſerat, & tradidit occidēdū militib. ſ. à triūuiris ad hoc miſſis æſtimans nimirum, i. haud dubie. [Pluris. i. maiori precio, illud momentum, ſ. temporis, quo contigerat illi pręter ſpē videre filium, ſ. ſuū incolumem, quā ſalutē ſuā, i. conſeruationē vitæ propriæ. [Miſeros] Subaudio, quod nō expreſſit ne vehementius exclamaret, ò igitur miſeros oculos adoleſcētis, quibus neceſſe fuit intueri patrem amātiſſimū ſui. ſ. oculorum adoleſcentis, ſed à parte totū accipiēdo ipſius adoleſcētis expirantem. i. efflātem, animam ſic opera, i. ſpōtanea reuerſione ipſius, ſ. pr̄is, aut ſi vis intelligere ipſius adoleſcētis, dic opera. i. occaſione eius, ſed ſic dixiſſet ſua vñ priorē ſequar explanationē. ASCEN. Balbus ſalutem filij propriæ ſaluti præpoſuit.

EXTERNA.

DE SELEVCO REGE.

CETERVM * *vt ad iucundiora cognitu veniamus, Seleuci Regis filius Anthiocus nouercæ Stratonices infando amore correptus, memor quàm improbis facibus arderet, impium pectoris vulnus pia diſſimulatione contegebat. Itaque diuerſi ijſdem in viſceribus affectus, ac medullis incluſi, ſumma cupiditas, & maxima verecundia ad vltimam tabem corpus eius redegerunt. Iacebat ipſe in lectulo moribundo ſimilis: lamentabantur neceſſarij: pater mœrore proſtratus, de obitu vnici filij, deque ſua miſerrima orbitate cogitabatur-*

* Plut. in vita Demetr. & Appian. in lib. Syrio.

*bat:totius domus funebris magis, quàm regius erat vultus. Sed hanc triſtitiæ nubem Leptini mathematici, vel, vt quidam tradunt, Heraſiſtrati medici prouidentia diſcuſſit: iuxta enim Anthiocum ſedens, vt eum ad introitum Stratonices rubore perfundi, & ſpiritu increbreſcere, eaque egrediente pallere, & excitatiorem anhelitum ſubinde reciprocare animaduertit, * curioſiore obſeruatione ad ipſam veritatē penetrauit. Intrante enim Stratonice, & rurſus abeunte, brachium adoleſcētis diſſimulanter apprehendendo modo vegetiore, modo languidiore pulſu venarum, comperit cuius morbi æger eſſet. Protinusq; id Seleuco expoſuit. Qui cariſſimam ſibi coniugem filio cedere non dubitauit: quòd in amorem incidiſſet, fortunæ acceptum referens: quid diſſimulare eum vſque ad mortem paratus eſſet, ipſius pudori imputans. ſubiciatur animis ſenex, Rex, amans: iam patebit, quam multa, quamq; difficilia paterni affectus indulgentia ſuperauit.*

*curioſa.

OLIV. CETERVM vt ad iucūdiora] Seleucus ſuperinduxit Anthioco filio Stratonicem nouercā virginem formoſiſſimā, & ætatis flore integerrimam, cuius amore filius captus cum impium pectoris vulnus, ingenuo illum deterrente pudore indicare non auderet, inualeſcente in dies magis, atq; magis pudoris flāmati pectoris igne, qui quo magis tegitur, tectus magis æſtuat, in grauiſſimam valetudinem incidit, q̄ ſine dubio non euaſiſſet, ſic enim in dies ad vltimam tabem redigebatur eius corpus, niſi Leptini mathematici, vel vt Appianus dicit, Eraſiſtrati medici prouidentia fuiſſet huius morbi cauſa deprehenſa. Cum enim iuxta adoleſcentem grauiter laborantem ſederet medicus, & curioſius omnes illius geſtus, vultus, & totius corporis motus diligentiſſime ſeruaret, tandē cognouit, q intrāte Stratonice thalamum mutabat eius vultus totusq; rubore ſuffundebatur, ſpiritus vegetior fiebat, diſcedēte vero illa pallidior, lāguidiorq; reddebat: ex quo facile medicus intellexit, latentē morbi cauſam, qui cum indicaſſet patri, hac in filium, de cuius ſalute deſperabat indulgentia uſus eſt, vt cōmoda ſua incolumitati filii poſtponeret, vxoremq; Stratonicē, q̄ incredibiliter amabat, filio in matrimonium traderet. [Improbis facibus] Nefando amore, aut inſatiabili. [Impium] Quod erat ad iniuriam patris. [Proſtratus] Ad terram deiectus afflictus. [Magis funebris, q̄ regius] Quia regius vultus hilaris eſſe conſueuit. [Leptini mathematici] Mathematicus dicitur, qui diſciplinarum peritus eſt Geometriæ, Arithmeticæ, Muſicę, & Aſtrologiæ, quæ omnes in demonſtratione conſiſtunt. nam in præceptis, & arte verſantur reliquæ. ſ. grammatica, rhetorica, dialectica. Vel vt quidam. Nam Plut. Eraſiſtratum fuiſſe dicit. Iuxta enim Anthiocum iacens. [Vt] Poſtquam. [Increbreſcere] Denſiorem fieri. [Excitatiorem] Liberiorem. [Modo vegetiorem] Quia increbreſcebat. [Protinus] Secundum Plut. nec poſt ſpacium quidem trium dierum id aperuit patri, timēs ne regi faceret iniuriam, ex quo dicitur hac arte vſus, vt non reginæ, ſed ſuæ ipſius fingeret vxoris amore correptum adoleſcentem, vt inde ſenſim regis perciperet animum, nā cum dixiſſet illum nouo morbo implicitum, vs nimia, ſ. amoris, quo niſi expleretur, ſanari non poſſe, & eius quidē mulieris amore correptum eſſe, quā cōſequi haud potuiſſet, admiratus Seleucus dixiſſe fertur, nōne vniuerſæ imperiū Aſiæ, & pro ſuperſtite filio dare omnia poſſum? ſolum quæ mulier hæc eſſet efflagitabat, cui Eraſiſtratus, meam inquit vxorem perit, tum rex miris pollicitationibus rogabat, vt illam in coniugium filio daret, cui tātum regnum debebat, cui reſpōdēs Eraſiſtratus, an tu inquit, quanquam eius parens, ſi vxorem tuam cuperet Anthiocus, illam vltro daturus eſſes? tum Seleucus, teſtans deos omnes ſine cunctatione ſe daturum læte reſpondit, quod cum non ficte regem effari Eraſiſtratus cognouiſſet, paſſionem filii, & rē omnem patri aperuit, quemadmodum id deprehendiſſet, declarauit. Seleucus gaudio elatus vnicum opus ſupereſſe ſibi arbitratus eſt quo pacto id filio pſuadēdum eſſet, quo pacto & vxori tandem exercitu conuocato rē aperiens, clariſſimam vxorem filio etiam inuito, cōiugem dedit, quod magnificum & regale ab omnibus exiſtimatum fuit, ac magnificentius quiddam, & ſapientius adoleſcentis amor, atq; ad mortem eius inſignis moderatio. [Fortunæ acceptum referens]. i. fortunæ attribui debare. [Senex rex] Qui natura Zelotipus eſſe conſueuit.

ASCEN. CEterum. i. ſed, vt veniamus ad iucundiora cognitu. ſ. dum cognoſcuntur, aut ad cognoſcendum, Aut. filius Seleuci regis. ſ. totius Aſiæ correptus infando amore Stratonices (proprium eſt) nouercæ. ſ. ſuæ. i. vxoris paternæ memor. i. ſecum reputans, quam. i. quantum. Improbis. i. improbandis facibus. ſ. amoris arderet, contegebat pia diſſimulatione impium vulnus pectoris. i. amorem illū. [Itaque. i. & ita diuerſi affectus. i. diuerſæ paſſiones, incluſi iiſdem viſceribus, ac medullis, videlicet, ſūma cupiditas, & maxima verecūdia, redegerūt corpus eius ad vltimā tabē. i. corruptionem per exhauſtionē ſucci, & lentam conſumptionem ſanguinis, ipſe itaque Anthiocus filius Seleuci iacebat in lectulo ſimilis moribundo. i. iamiamq; morituro (quo exēplo Valla contenderet in bundus nō ſignificare ſimilitudinē, alioqui dixiſſet, moribundus) neceſſarii. i. cōſanguinei, & affines lamentabantur, pater, ſ. Seleucus proſtratus mœrore, cogitabat de obitu vnici filii ſui, & de miſera orbitate ſua. i. carentia, aut priuatione liberorum, & vultus. i. aſpectus totius domus. i. familiæ erat magis funebris. ſ. lugubris, & quaſi funere occupatus quam regius. i. regalis, hoc eſt q̄ domum regiam, in qua hilares eſſe ſolent, deceret. Sed prouidentia. i. prouida ſolertia, Leptini mathematici. i. aſtrologi, vel vt quidam tradunt, Eraſiſtrati medici, diſcuſſit. ſ. diſpulit hanc nubem triſtitiæ. Enim pro quia, ipſe ſedēs iuxta Anthiochum, vt. i. poſtquā animaduertit eum. ſ. Anthiochum perfundi rubore, & increbreſcere ſpiritu. ſ. habere ſpiritū ardētiorē, & pulſum frequentiorem ad introitum Stratonices. i. quoties Stratonice introibat, & ea regrediente pallere, & recuperare ſubinde. i. per interualla anhelitū. i. vt dīt flatum, excitatiorē. i. cōmotiorē, penetrauit. i. peruenit curioſa. ſ. diligēti obſeruatione ad ipſam veritatem. i. verā cauſam morbi. Enim pro q̄a, Stratonice intrante, & rurſus abeunte cōperit, cuius morbi eſſet æger, quia amoris, apprehendendo diſſimulanter. i. quaſi aliud ageret, Brachium adoleſcentis, modo. i. interdū. ſ. ea intrāte vegetiore pulſu ſ. arteriarum brachii, modo. ſ. ea egrediente, lāguidiore. i. infirmiore. Et expoſuit protinus Seleuco, id. ſ. amorē filii eius. Alii dicūt nō ſtatim indicaſſe, ſed mira ſolertia, ſimulādo videlicet ipſum captū eſſe amore vxoris ſuæ, hoc eſt medici, vt Oliu. diligēter recitat. Qui. ſ. Seleucus, nō dubitauit cedere. i. cōcedere filio ſuo coniugē cariſſimā referēs acceptum. i. imputans fortunæ, quod, ſ. filius incidiſſet in amorem, ſ. nouercæ ſuæ, & imputans, i attribuens pudori, i. verecundiæ ipſius. ſ. filii q paratus eſſet diſſimulare eū. ſ. amorē vſq; ad mortem, etiā incluſum quantū in eo fuit. Subiiciatur animis. ſ. legentium, aut audiētiū iſta, ſenex, qui natura querulus, & moroſus, ac zelotipus eſt, & rei charæ tenaciſſimus, rex, qui quæ amat conſeruare pōt, ſi habet ea, & ſi non habet rapere, & ſup. amās, in quo maxima vis eſt, & ſup. parebit iam quā multa, & quā difficilia indulgentia, i. vehemens in filium inclinatio affectus paterni ſuperauit, i. vicit, q. d. maxima, & difficillima.

DE ARIOBARZANE REGE CAPPADOCIAE

AT Seleucus quidem vxore, Ariobarzanes autem filio ſuo Cappadociæ regno ceſſit in conſpectu Cn. Pompeii, cuius cum ipſe tribunal conſcendiſſet, inuitatusq; ab eo in curuli ſella ſediſſet, poſtquam filium in cornu ſcribæ humiliorē fortuna ſua locum obtinentem conſpexit, non ſuſtinuit infra ſe collocatum intueri: Sed protinus ſella deſcendit, & diadema in caput eius tranſtulit: hortariq; cœpit, vt eo tranſiret, vnde ipſe ſurrexerat. Exciderunt lacrymæ iuueni, cohorruit corpus, delapſum diadema eſt, nec quo iuſſus erat, progredi potuit: quodq; penè fidem veritatis excedit, lætus erat, qui regnum deponebat; triſtis, cui dabatur: nec vllum finem tam egregium certamen habuiſſet, niſi patriæ voluntati auctoritas Pompeii affuiſſet. filium enim & Regem appellauit, & diadema ſumere iuſſit, & in curuli ſella conſidere coegit. Comicæ lenitatis hi patres, tragicæ aſperitatis illi.

OLIV. AT Seleucus quidem vxore. Plut in vita Pompei. Deuicto Mithridate apud Euphratem, ſpoliatoq; caſtris prouincias compoſuit, munera diſtribuit, cum multi ad eum principes, & rerum domini, regesq; barbari xx. veniſſent Ariobarzanes Cappadociæ, Nicomedes Bithyniæ, qui regno à Mithridate Ponti rege pulſi fuerant, hos primum Lucius Cornelius Sylla in ſuum quemque regnum reduxerat, quibus iterum ab eodem Rege pulſis Pomp. cum Mithridatem mori tandem cogniſſet, Ariobarzanem reſtitutum regem appellari iuſſit, qui regnum filio ceſſit præſente Pomp. In cornu ſcribæ. i. in parte, vbi erat ſcriba intelligimus illic exercitum fuiſſe, qui ſtruebatur in cornua. [Humiliorem] Viliorem quam deceret filium Regis. Corruit ad terram decidit. [Comicæ] Iocundæ, & vrbanæ. [Tragicæ] Seueræ & rigidæ, & eſt continuatio tropus rhetoricus.

ASCEN. AT,] i. ſed, Seleucus quidē ceſſit filio ſuo vxore i. de poſſeſſione vxoris (prius aūt vxorem dixit, vnde in vtroque caſu id dicere licet) Ariobarzanes rex Cappadociæ ceſſit filio ſuo regno. i. de regno Cappadociæ in conſpectu Cn. Pomp. Cuius. ſ. Pomp. cum ipſe. ſ. Ariobarzanes conſcendiſſet tribunal. i. ſedem prætoriam, & innitatus ab eo. ſ. Pomp. ſediſſet in ſella curruli, qua primi magiſtratus tantum vtebantur, poſtquam conſpexit filium ſuum obtinentem in cornu ſcribæ. i. in ea parte exercitus, vbi ſcriba locum habebat, locum humiliorem. i. inferiorem fortuna ſua. i. quàm filiū regis deceret, nō ſuſtinuit. i. nō eſt paſſus intueri eum collocatum infra ſe. i. in loco inferiore q̄ ipſe, ſed deſcendit protinus ſella. ſ. curruli, & trāſtulit diadema. i. inſigne regni, cui corona ſuperponi ſolebat, in caput eius, ſcilicet filij ſui: hoc eſt, declarauit eum regem, & cœpit hortari eum, vt tranſiret eo. i. in eum locum, vnde ipſe ſurrexerat. Lachrymæ exciderunt iuueni, & ſuper corpus eius corruit; & diadema eſt dilapſum. ſ. è capite eius, nec potuit progredi ſup. eo, videlicet in ſellam curulem, quo fuerat iuſſus. ſ. a patre progredi, quodque. i. & quod excedit penè. i. quaſi fidem veritatis, is. ſ. pater, qui deponebat regnum, erat lętus, & ſupp. is videlicet filius, cui regnū dabat, erat triſtis, nec tam egregiū, quia maxime piū certamē, habuiſſet finē, niſi auctoritas Pōpei aſſuiſſet voluntati patriæ. i. niſi Pōpeius comprobaſſet, & quodammō iuſſiſſet factum patris. Enim pro quia, Pōp. ſup. i. ſimul appellauit filiū regē, & iuſſit ſumere diadema, & coegit ſup. eum conſidere. i. ſimul cū patre ſedere, in ſella Curruli. [Comicæ, &c.] Breuis præfatio, & paraſceue eſt ad ſequentem narrationē, cui quæ venuſtè ſubaudiuntur verba, ineptè quidam adiecerūt, veriores enim textus id tm̄ habent, quod nos propoſuimus. Cuius ordo eſt. Hi patres. ſ. iam dicti ſup. fuerunt, aut ſunt, lenitatis. ſ. mititatis, & tranquillitatis comicæ. i. qualem habent patres in comœdijs, illi. ſ. qui ſequentur, aut de quibus proximè dicemus ſup. fuerunt, aſperitatis. i. rigiditatis tragicæ. i. tragœdia dignæ.

THEO. COrnu ſcribæ, inter Commentarienſes, & Corniculanos, quos alio nomine dictos Accenſos, auctor eſt Aſconius, eorum, qui Corniculo merebant, ſubſellium, cornu vocabatur.

DE PARENTVM SEVERITATE aduerſus Liberos. CAP. VIII.

DE LVCIO BRVTO.

BRVTVS * par gloria Romulo, quia ille vrbem, hic libertatem Romanam condidit: filios ſuos, Tarquinij dominationem à ſe expulſam reducentes, ſummum imperium obtinens, comprehenſos, proq; tribunali virgis cæſos, & ad palum religatos, ſecuri percuti iuſſit. Exuit patrem, vt Conſulem ageret, orbusq; viuere, quàm publicæ vindictæ deeſſe maluit.

* Liu. lib. 2. Vincat amor patriæ, Virgil.

OLIV. BRVTVS gloria par Romulo] De ſeueritate parentum cap. 8. cuius exemplum primum eſt Iunij Bruti, qui filios duos virgis cædi, & ſecuri percuti iuſsit, q̄ cum illis ſenſerant, qui Tarquinios Reges ab ipſo paucis ante diebus exactos, in regnum reſtituere parabant, nam paulò poſt libertatem à populo partam, id quod minimè timebatur, per dolum, & proditionē eſt propemodum amiſſa. aliquot enim adoleſcentes nobili genere nati, quorum in regno libido ſolutior fuerat, aſſueti more regio viuere, grauiter ferentes, æquato iure omnium libertatem, & aliorum in ſuam vertiſſe ſeruitutem, de reſtituendis Regibus conſilia quærebant, interea legati à Regibus superueniunt ſine mentione reditus bona tantum repetentes, cum quibus de recipiendis clàm nocte Regibus in vrbem, colloquuntur hi adoleſcentes. Vitellijs, atq; iis fratribus primo commiſſa res fuit, Vitelliorum ſoror Conſuli nupta Bruto erat, iamq; eo matrimonio adoleſcentes erant liberi, Titus, Tiberiusque, eosq; in ſocietatem conſilij auunculi aſſumunt, literæ de re tāta legatis dantur ad Reges fidei pignus, quæ manifeſtum facinus fecerunt, nam indicata re per Vitelliorum ſeruum, qui exceperat eorum conſilia, comprehenſis legatis literarum cura in primis habita eſt, ne intercciderent, proditores capti, ſumptūq; ſupplicium conſpectius, quòd pœnæ capiundæ miniſterium patri de liberis Conſul impoſuit, & qui ſpectator erat amouendus, eum ipſum fortuna exactorem ſupplicij dedit, ſtabant ad palum deligati nobiliſſimi iuuenes, ſed à ceteris, velut ab ignotis capitibus, Conſulis liberis, omnium in ſe conuerterunt oculos, miſerabanturq; non pœnæ magis homines, quàm ſceleris, quo pœnam meriti eſſent, illos eo potiſſimum anno patriam liberatam, patrem liberatorem, Conſulatum ortum ex domo Iunia: patres, plebemque quidquid hominum deorumque Ro. eſſet induxiſſe animum, vt Superbo quondam Regi, tum infeſto exuli proderent. Itaque miſſi lictores ad ſumendum ſupplicium, nudatos virgis cædunt, ſecuriq; feriunt, cum inter omne tempus pater, vultusque, & os eius ſpectaculo eſſet, eminente primo animo inter publicæ pœnæ miniſteria, ſecundum pœnā nocentium, vt in vtramque partem arcendis ſceleribus exemplum nobile eſſet. [Filios ſuos] Titum, & Tib. [Reducentes] Reducere volentes. Virgil. Quos ego ſum toties iam dedignata maritos, Nō qui eſſent mariti, ſed qui eſſe volebant. [Exuit patrem] Depoſuit amorem, & affectum paternum. [Vt Conſulem ageret] Quia Conſulatus adminiſtratio exigebat, vt ſupplicium de his ſumeret, qui libertatem opprimere voluerant.

ASCEN. BRutus] ſ. Iunius par. i. æqualis Romulo, gloria. i. quantū ad gloriam, quia ille. ſ. Rom. condidit vrbem Rom. hic. ſ. Brutus condidit libertatem Romanam, obtinens ſummum imperium, quia Conſulare, iuſsit filios ſuos reducentes. i. reducere volentes, & coniuratos ad hoc; dominationem. i. ſuperbum regnum Tarquinij. ſ. Superbi expulſi à ſe, comprehenſos. i. captos, & cæſos virgis, pro tribunali. i. ante tribunal, & religatos ad palum. i. ſtipitem, percuti ſecuri. i. decollari, & ita Brut. exuit patrem. i. paternum affectum, vt ageret Conſulem. i. vt debitè fungeretur officio Conſulari, & maluit viuere orbus. i. ſine liberis, quàm deeſſe vindictæ publicæ.

DE CASSIO.

HVIVS, æmulatus exemplum Caſſius, filium, qui Trib. pl. Agrariam legem prius tulerat, multisq; alijs rebus populariter animos hominum amore ſui deuinctos tenebat, poſtquam illam poteſtatem depoſuit, adhibito propinquorum, & amicorum conſilio, affectati regni crimine domi damnauit: verberibusq; affectum, necari iuſſit: ac peculium eius Cereri conſecrauit.

* Liu. li. 2. & Diony. lib. 8. Cos. & quidam vi fuiſſe ſcribunt. & hic lib. 6. cap. 3.

OLIV. HVIVS æmulatus] Spurius Caſsius in agraria largitione ambitioſus in liberos fuerat, cum ipſo Conſule cum Proculo Virginio lex Agraria primū promulgata fuit, nunq̄ deinde ſine maximis motibus exagitata, ager Hernicus ademptus hoc auctore, inter Latinos, plebemq; diuiſus eſt, adiectumq; huic muneri aliquantum agri, qui à patribus poſsidebat. hac largitione ſuſpectus iam Senatui populoq; cœpit eſſe, q̄ pernicioſas libertati opes ſtrueret, & ideo ciuibus iam vilior factus, vt alio munere ſibi reconciliaret ciuium animos, iubere pro Siculo frumento pecuniā acceptam retribui populo, id vero nō ſecus, quā præſentē mercedē regni aſpernata plebs eſt, hunc ergo vbi magiſtratu abijt, damnatum, necatumq; cōſtat: ſunt qui patrem auctorem eius ſupplicij ferant, eum cognita domi cauſa verberaſſe, ac necaſſe, peculiumq; filii Cereri conſecraſſe, ſignum inde factum eſſe, & inſcriptum ex Caſsia familia datum: inuenio apud quoſdā auctores, idq; propius fidei, eſt, à quæſtoribus Cæſone Fabio, & L. Val. diem dictā perduellionis damnatum, populi iudicio direptas publicæ ædes, q̄ ſententiam ſequit Dionyſ. Alicar. quia dicit, quod ſi pater iudex

ſuiſſet, & punitor. neque domus direpta, neque bona publicata, quia Rom. nihil eſſet poſſeſſorum proprium, patribus viuentibus, & id pecuniæ, & corporea filiorum, cum de eis volunt diſponere, traduntur patribus. Addidit præterea agitatum etiam fuiſſe de interficiendis filijs Caſſij; ſed crudelem nimis viſam eam ſententiam. [Peculium] ſ. Caſtrenſe, quod alienari poterat, quia ad patrem non pertinebat.

ASCEN. HVius, &c.] Caſſius. ſ. Spurius æmula exēplū huius. ſ. Bruti dānauit domi. ſ. ſuæ, crimine Regni affectati, & hoc propinquorum, & amicorum conſilio adhibito, filium. ſ. ſuum, qui Trib. pl. i. cum fuiſſet Trib. pl. tulerat primus (nam poſtea multi conati ſunt eā ferre) legem Agrariam. i. de agro, quem P.R. bello acquiſierat æquis portionibus diuidendo; & tenebat animos hominū deuinctos. i. obnoxios amore ſui, multis alijs rebus populariter ſup. factis. i. in fauorem aut gratiam populi: dānauit dico, poſtquam depoſuit illam poteſtatem. ſ. Tribunitiam; & iuſſit eum affectum verberibus. i. cæſum, necari, id eſt, percuti, ſecuri. & conſecrauit. ſ. tanquam ſacrum addixit Cereri, peculium eius. i. quod proprium, & extra patriam poteſtatem, vtpote caſtrenſe poſſederat.

DE MANLIO TORQVATO.

* Liu. lib. 54.

TITVS * autem Manlius Torquatus præter egregia multa raræ dignitatis, iuris quoque ciuilis, & ſacrorum pontificalium peritiſſimus, in conſimili facto nec conſilio quidem neceſſariorum indigere ſe credidit: nam cum ad Senatum Macedonia de filio eius * Decio Syllano: qui eam prouinciam obtinuerat, querelas per legatos detuliſſet, à P. C. petijt, ne quid ante de ea re ſtatuerent, quàm ipſe Macedonum, filijq; ſui cauſam inſpexiſſet: ſummo deinde tum ampliſſimi ordinis, tum etiam eorū, qui queſtum venerant, conſenſu, cognitione ſuſcepta, domi conſedit, ſolusq; vtriq; parti per totum biduum vacuit, ac tertio die pleniſſimè, diligentiſſimèq; auditis teſtibus, ita pronunciauit: cum Syllanum filium meum pecunias à ſocijs accepiſſe mihi probatum ſit, & Rep. eum, & domo mea indignū iudicem, protinus à conſpectu meo abire iubeo. Tam triſti patris ſententia percuſſus Syllanus, lucem vlterius intueri non ſuſtinuit, ſuſpendioq; ſe proxima nocte cōſumpſit. Peregerat iam Torquatus ſeueri, & religioſi iudicis partes, ſatisfactum erat Reip. habebat vltionem Macedonia: potuit tam verecundo obitu filij patris inflecti rigor. at ille neq; adoleſcentis exequijs interfuit, & cum maximè funus eius duceretur, cōſulere ſe volētibus, vacuas aures accōmodauit. Videbat enim ſe in eo atrio conſ. diſſe: in quo illius imperioſi Torquati ſeueritate conſpicua imago poſita erat. * Prudētiſſimoq; viro ſuccurrebant, effigies maiorū ſuorum cū titulis ſuis icc irco in prima ædiū parte poni ſolere, vt eorum virtutes poſteri non ſolū legerent, ſed etiam imitarētur.

* Decimo

* Lib. 2. cap. 4.

OLIV. TITVS autem Manlius] Cum Maced. legati Romā conqueſtū veniſſent de Iulio Syl. Prætore, quod acceptis pecunijs prouinciā ſpoliaſſet, & Senatus de querelis eorum vellet cognoſcere, T. Manlius. Torq. Syllani pater petijt, impetrauitq;, vt ſibi huiuſmodi cognitio mandaretur, & domi cognita cauſa, filium damnauit, abdicauitq;, ac ne funeri quidē eius cum ſuſpendio vitam finiſſet voluit intereſſe, ſedensq; domi poteſtatē conſultātibus ex inſtituto fecit. hanc hiſt. Cic. per tranſitum tangit lib. 3. de finibus bonorum & malorum. [Raræ dignitatis] Quæ raris hominibus & raro contingit, vt omnibus Reip. muneribus perfunctus eſſet. [Ampliſſimi ordinis] Senatorij. [Peregerat iam Torquatus] exaggerat hanc ſeueritatē Val. ſatis inquit, fuerat damnaſſe filium, & abdicatū a ſe coegiſſe laqueo vitam finire. Seueritas hæc magna, ſed illa maior; quod ne funeri quidem voluerit intereſſe, omnibusq; illo die cōſultantibus vacauerit. [Illius imperioſi Torquati] Quia vt diximus in cap. de diſcipl. mil. filium, qui contra eius præceptum cum hoſte conflixerat, & victoriam ex illo reportauerat, virgis

Torquati ſeueritas contra filium.

cædi, & ſecuri percuti iuſſit. [Imago poſita] In atrijs ſolebant veteres maiorum ſuorum, qui gloria, & rebus geſtis claruiſſēt, imagines collocare. Iuuenal. Tota licet veteres exornent vndique ceræ Atria, nobilitas ſola eſt, atque vnica virtus. Maiorum igitur ſuorum imaginibus ſæpè ad virtutes, & rerum gerēdarū gloriā incudebantur, vt illorum imitatione clariores fierent.

ASCEN. TItus autem Manlius Torq. exillens ſup. vir raræ. i. excellentis dignitatis propter multa egregia. i. excellētia facta, & dicta. ſ. eius, peritiſſimus quoque iuris ciuilis, & ſacrorum Pontificalium. i. quæ ad ius pontificium pertinebant, ac pertinent, nec quidem. i. non ſaltem credidit ſe indigere, conſilio neceſſariorum. i. conſanguineorum, & affinium in facto conſimili. ſ. de damnatione filij. Nam cum Maced. i. prouincia illa quę pau lò ante regnum fuerat, retuliſſet per legatos ad Senatum querelas de filio eius. ſ. T. Man. Decio Syllano. ſ. appellato, petijt. ſ. Man. pater à patribus conſcriptis, ne quid ſtatuerent de ea re, antequam ipſe inſpexiſſet cauſam Macedonum, & filij ſui, hoc eſt illorum accuſationem, & huius purgationem: deinde cognitione. i. inquiſitione de iure vtriuſque partis ſuſcepta. ſ. à Tito patre, ſummo conſenſu. tum. i. ſimul ampliſſimi ordinis, videlicet Senatorij, cum etiam eorum, qui venerant queſtum. i. ad cō querendum de filio eius, hoc eſt legatorum Macedoniæ, conſedit domi, & vacauit. i. vt dicunt audientiam dedit, ſolus. i. cum ſolus eſſet, vtrique parti per totum biduum, ac pronunciauit tertio die, teſtibus auditis, pleniſſimè, & diligentiſſimè, ita. i. in hāc formam verborum. Cum probatum. ſ. teſtibus ſit mihi, Syllanum filium meum accepiſſe pecunias à ſocijs, ego iudico, eum indignum. & Rep. & domo mea, & iubeo ſup. eum abire protinus è conſpectu meo. Syllanus percuſſus. i. attonitus tā triſti ſnīe patris, nō ſuſtinuit. i. nō valuit intueri vlterius lucē. i. diutius viuere, & cōſumpſit. i. peremit ſe ſuſpendio nocte pxima. Torquatus peregerat. i. plenè egerat, & impleuerat iā partes. i. debitum officium iudicis ſeueri. i. ſequentis verum, & religioſi. i. anxie ſeruantis iuſiurandum, quo iudices obligari ſolēt. & ſatisfactum erat Reip. & Macedonia habebat vltionem, & rigor. i. rigiditas patris poterat inflecti. i. mitigari obitu filij verecundo. i. qui obierat præ verecundia. at. i. ſed ille. ſ. ſeueriſſimus pater, neque interfuit exequijs adoleſcentis, & cum ſuorum eius duceretur maximè. i. præcipuè, aut præcipua pompa: tunc ſup. qa Iureconſultus erat, accommodauit volentibus ſe conſulere. i. cōſiliū petere, aures ſuas vacuas. i. nullo negocio occupatas. (Videbitur fortaſsis noſtrorum, duntaxat, inſtitutorum, gnaris, nouū, hominē q ſe ſuſpenderit ſolenniter ad rogū, aut ad ſepulturam efferri: ſed norit huiuſmodi glorioſum fuiſſe apud Romanos illos ethnicos, morte à ſe ſibi illata, dedecus, aut vitare, aut finire, de qua re longe ſanctius nunc Romana cōſtituit eccleſia. Affert autem cauſam cur tam rigidus perſtiterit Torq. dicēs) Videbat. n. ſe cōſediſſe in illo atrio. ſ. Priſcorū Torq. in quo imago illius Torq. imperioſi (qui. ſ. Imperator, ac Conſul filiū ſecuri percutere iuſſit, quod cōtra determinationē ſuā, ac imperium in abſētia ſua in hoſtem egreſſus, etiā feliciter pugnam commiſiſſet, & ita miro compēdio illius quoque ſeueritatem in filium perfecerat) erat poſita conſpicua. i. euidenti ſeueritate, & ſuccurrebāt viro prudentiſſimo, effigies maiorum ſuorum (meo iudicio vacat, ſuorum, nam generalis ſententia eſt) cum titulis ſuis. i. ſuorum præclarorum geſtorum ſolere poni in prima parte ædium: iccirco. i. ad eum finē, vt poſteri nō ſolum legerent, ſed etiam imitarētur virtutes eorum.

DE M. SCAVRO.

MARCVS * verò Scaurus lumen, ac decus patriæ, cum apud Athatem Athefin flumen impetu Cymbrorum Romani equites pulſi deſerto Cos. Catulo, pauidi vrbem repeterent, conſternationis eorum participi filio ſuo miſit, qui diceret, ſe libentius in acie eius interfecti oſſibus occurſurum, quàm ipſum deformis fugæ reum viſurum. Itaq; ſi quid modò reliquum in pectore verecundiæ ſupereſſet, conſpectum degenerati patris vitaturum, recordatione enim iuuentæ ſuæ, qualis M. Scauro aut habendus, aut ſpernendus eſſet filius, admonebatur: quo nuncio accepto iuuenis coactus eſt fortius aduerſus ſemetipſum gladio vti, quàm aduerſus hoſtes vſus fuerat.

* Plin. de viris illuſ.

Marcus

OLIV. Cymbri. MARCVS vero Scaurus]Cymbri Germanorũ populi, qui lingua Gallica, latrones dñr, teſte Feſto, nunc vero nos Danos dicimus, cum in Italiam ſuperatis alpibus deſcendere tentarent, Q. Catulum proconſulem, qui fauces alpiũ obſederat, & pulſus ad flumen Atheſin caſtellum æditum inſedeŕat, reliqueratq́; ab alpibus ſuderunt, atq; fugarunt, & explicata virtute ſua fugientem proconſulem, exercitumq́; perſecuti in Italiam traiecerunt. iunctis deinde Catuli, & C. Marij exercitibus prœlio victi ſunt ab eis: in quo prœlio cæſa traduntur hominum 140. millia, capta 40. in ea igitur pugna, quæ apud Atheſin, cum Cymbris commiſſa fuit eqtes R. Cymbrorũ impetu pulſi Cat. proconſulem deſeruerunt, & vrbẽ pauidi repetierunt. Inter fugientes, erat & filius M. Scau. qui vbi accepit fugientes, aduentare, illi obuiam miſit, qui nunciaret ſe libentius occurſurum oſſibus eius in acie cæſi, q̃ ipſum tam turpiter fugientem admiſſurũ, quo auditu filius præ dolore ſibi mortem conſciuit. [Conſternationis]Perturbationis, & formidinis. [Aut habendus]Si probus. [Aut ſpernendus]ſi vilis.

ASCEN. MArcus vero Scaurus lumen]At decus patriæ cum equites Rom. pulſi impetu Cymbrorum apud Atheſin flumẽ repeterent pauidi vrbem. ſ. Romã, & hoc Cat. Proconſulẽ deſerto, miſit ſup nuncios, qui dicerent filio ſuo participi i. conſorti conſternationis eorũ. i. qui ob conſimilẽ conſternationẽ cũ aliis fugerat, ſe. ſ. Scau patrẽ occurſurũ libentius oſſibus eius. ſ. filij interfecti in acie. i. fortiter dimicando, q̃ viſurũ ipſum reũ tã deformis fugæ. Itaq; ſup. dicere iuſſit, ſi modo quid. i. aliquid reliquũ verecundiæ i. pudoris ſupereſſet in pectore. ſ. filii filiũ ſup. vitaturũ eſſe cõſpectũ patris degenerati. i. per degenerationẽ filii viliores effecti. Enim ꝑ qa, filius admonebatur recordatione. i. per recordationẽ iuuentæ ſuæ. i. diſciplinæ q̃ à patre in iuuẽta accepit, qualis filius eſſet, aut habẽdus, qa fortis & probus, aut ſpernẽdus, qã meticuloſus, & improbus, aut degener: quo nũcio accepto, iuuenis coact⁹ eſt vti gladio fortius aduerſus ſemetipſum, q̃ vſus fuerat aduerſus hoſtes, quia in ſe gladiũ cõuertit, ſeſe occidendo, quẽ ab hoſtibus auerterat fugiendo.

DE A. FVLVIO.

* Sal. in Catil. *NEC * minus animoſe A. Fuluius vir Senatorij ordinis euntem filium in aciem retraxit, quàm Scaurus è prœlio fugientẽ increpuit: nãq; iuuenẽ & ingenio, & literis, & forma inter æquales nitentem, prauo conſilio amicitiæ Catilinæ ſecutũ, inq; caſtra eius temerario impetu * ruentem, in medio itinere abſtractũ, ſupplicio mortis affecit: præfatus non ſe Catilinæ illum aduerſus patriã, ſed patriæ aduerſus Catilinã genuiſſe. Licuit, donec ciuilis belli rabies præteriret, incluſum carceri arcere: verũ illud cauti patris narraretur opus, hoc ſeueri refertur. Sed vt hanc incitatam, & aſperam ſeueritatem, mitiores relatu patrum mores clementiæ ſuæ mixtura temperent, exactæ pœnæ conceſſa venia iungatur.*

* Ruentẽ medio.

OLIV. NEc minus animoſè]Saluſt. Bello Catilinario fuere inquit complures, qui ad Catilinã ab initio profecti ſunt, in his erat Fuluius Senatoris hominis filius, quem retractum ex itinere parens necari iuſſit. [Ingenio, & literis, & forma]Significat illum, & animi, & corporis dotibus à natura fuiſſe donatum, quibus patri charior eſſe potuerit. [Licuit donec]potuiſſet pater filium in carcere incluſum retinere, dum Catilinæ furor extingueretur, quod ſi feciſſet, non ſeueri, ſed cauti nomen fuiſſet aſſecutus. [Sed vt hanc]Patrũ, inquit, ſeueritas dura nimis, & aſpera eſt aliqua moderatione lenienda eorum, qui mites fuerunt, & ita ad cap. de moderatione patrum hac breui præfatione tranſit. [Clementiæ mixtura]Tranſlatio ſumpta ab aquæ, quæ validiori infuſa vino, illud mitius reddit.

ASCEN. NEc A. Fuluius vir Senatorii ordinis retraxit minus animoſè filium]Euntem in aciem. ſ. cõiuratorũ in patriam, quã Scaurus increpauit filium fugientem è prœlio. Nam effecit ſupplicio mortis iuuenem. ſ. filium ſuum nitentem. i. fulgentem inter æquales. i. coætaneos ſuos, ingenio, & literis, & forma, ſecutum prauo conſilio amicitiam Catilinæ. ſ. principis coniurationis, & ruentem temerario impetu in caſtra eius. ſ. Catil. abſtractum. ſ. ab incepto, medio itinere. [Præfatus]. i. prælocutus antequam eum ſupplicio mortis afficeret, ſe non genuiſſe illũ, ſ. filium ſuum Catil. aduerſus patriam, ſed patriæ aduerſus Catil. [Licuiſſet]. i. licitum fuiſſet arcere. i. conſtringere, & prohibere ab exercitu Catil. incluſum carceri, donec rabies ciuilis belli præteriret. [Verum illud opus]. ſ. tenentis tantiſper, dum rabies belli ſedaretur, filiũ in carcere, narraretur tanquã opus patris cauti. i. callidi, & prouidi, hoc. ſ. quod fecit, filium occidẽdo, refertur. i. recitaƭ vt opus ſup. patris ſeueri. [Sed vt, &c.] Breuis eſt pfatio in narrationẽ de moderatione parentũ aduerſus ſuſceptos liberos, in qua dicenda dictis quodãmodo cõparat. quo circa quidã ſuperiori annẽxam habent hanc partem, quàm malui ſegregare. Ordo aũt eius eſt. [Sed vt mores patrũ mitiores]. i. leniores, & minus aſperi relatu. i. cum referuntur, aut ad referendum temperent, miſtura clementiæ ſuæ, hanc incitatam. i. impetuoſam, & aſperam ſeueritatem. ſ. patrum, de qua iam locutus eſt, venia conceſſa. ſ. à parentibus, iungatur pœnæ exactæ. i. nimis exquiſitæ, hoc eſt narretur poſt eam.

DE PARENTVM MODERATIONE aduerſus ſuſceptos liberos. CAP. IX.

DE L. GELLIO.

LVCIVS Gellius omnibus honoribus ad Cenſuram vſq; defunctus, cũ crimina grauiſſima de filio in nouercam, commiſſum ſtuprum, & parricidium cogitatum, propemodum explorata haberet, non tamen ad vindictam procurrit continuo, ſed penè vniuerſo Senatu adhibito in cõſilium expoſitis ſuſpicionibus, defendendi ſe adoleſcenti poteſtatem fecit. Inſpectaque diligentiſſimè cauſa, abſoluit eum tum conſilij, tum etiam ſententia ſua: quòd ſi impetu iræ abſtractus ſæuire feſtinaſſet, admiſiſſet magis ſcelus, quàm vindicaſſet.

LVCIVS Gellius, omnibus honoribus]Gellius cũ ꝓ explorato haberet, filium rem habuiſſe cum nouerca, & cum eadẽ de cæde patris conſilia tractaſſe, non ad ſumendum de filio ſupplicium ſtatim ita, percitus cucurrit, ſed conſulto Senatu filio dicendæ cãæ poteſtatem fecit, qui purgatus, quæ ſibi obiiciebantur, & cognita diligẽtiſſimè cã, tanquã innocens abſolutus eſt, nã hũc Cic. defendit, cuius adhuc extat oratio. [Ad cenſurã vſq; defunctus]Tot honores, & magiſtratus habuerat, vt ad Cenſurã venire potuerit. [Inſpecta cã] Cõſiderata & examinata cã. [Qđ ſi impetu]Laudat huius patris maturitatẽ, qui noluerit temerè in filium animaduertere, ſed cãm prius diligenter cognoſcere, nã ſi nimia ira percitus filiũ occidiſſet, ſcelus potius cõmiſiſſet, quã ſuã iniuriã vindicaſſet. OLIV, Gellij moderatio ĩ filium.

ASCEN. LVcius Gellius defunctus]. i. per ordinem functus oĩbus honoribus. i. magiſtratibus, ad quos per gradus aſcẽdebatur, vſq; ad Cenſurã, ita vt nihil ei reſtaret expetendum præter Cenſuram, cũ haberet crimina grauiſſima. i. nefaria ſcelera filii videlicet ſtuprũ commiſſum in nouercam, & parricidium cogitatum. a. animo conceptum, vt liberius patre occiſo, nouerca abuteretur, haberet dico eac crimina propemodum. i. quaſi explorata. i. comperta, nõn tñ procurrit continuo ad vindictam, ſed penè vniuerſo Senatu adhibito in conſiliũ, & ſup. ſuſpicionibus. ſ. de ſceleribus. filii expoſitis, fecit adoleſcẽti. ſ. filio, poteſtatem defendendi ſe, & cauſa diligentiſſimè inſpecta, abſoluit eum. ſ. ab omni ſuſpicione, & punitione, tanquam innocentem, tum. i. ſimul ſua. i. iudicio conſilii. ſ. adhibiti, hoc eſt ferè vniuerſi Senatus, tum etiam ſententia ſua. i. proprio iudicio. Quòd ſi ipſe Lucil. abſtractus. ſ. ab vſu rationis impetu iræ feſtinaſſet ſæuire. ſ. in filium, ipſe admiſiſſet magis ſcelus, quia innocentem ob ſuſpicionem licẽt vehementẽ occidiſſet, quàm vindicaſſet, quia fortaſſe nullum erat. 20

DE Q. HORTENSIO.

QVINTI autem Hortenſii, qui ſuis temporibus ornamentum Romanæ eloquentiæ fuit, admirabilis in filio patientia extitit: cum enim eo vſque impietatem eius ſuſpectam, & nequitiam inuiſam

* De hac ſorore Plut. in Sylla.
* Totidẽ verbis, quot dixit Cice. de cl.or.
* cóſtituit
* ſanguini.

habeʀet, vt Meſſalam, ſuæ ſororis filium, hæredem habiturus, ambitus reum defendens, iudicibus diceret, ſi illum damnaßent, nihil ſibi præter oſculum nepotum, in quibus acquieſceret, ſuperfuturum, hac ſcilicet ſententia, * quàm etiam editæ orationi inſeruit, filium potius in tormentis animi, quàm in voluptatibus, reponens: tamen ne naturæ ordinem confunderet, non nepotes, ſed filium hæredem * reliquit, moderatè vſus affectibus ſuis: quia & viuus moribus eius verum teſtimoniũ, & mortuus * ſanguinis honorem debitum reddidit.*

OLIV. Hortenſii patientia contra filium.

QVINTI autem Hortenſii] De hoc diximus in cap. de his, qui à patribus degenerauerũt, cum filium & impietatis nomine ſuſpectum, quippe qui de patris nece cogitaſſe diceretur, & nequitia perditum haberet, vt illum merito inuiſũ odio proſequeretur, adeo, vt cum Meſſala ſororis filius ambitus, reus factus eſſet, illum defendens Hortenſius diceret, ſi illum damnaſſent iudices, non habiturum præter oſculum nepotum, in quibus conquieſceret, quibus verbis innuebat, ſe nõ alium filiũ habere præter Meſſalã, quẽ hæredem ſuũ forte iam animo cõſtituerat, hoc tñ in filiũ moderatione vſus eſt, vt moriens ei bona relinqueret. [Reum] Meſſalam. [Tormentis] Moleſtiis, & ſolicitudinibus, cum nullã filii faceret mentionẽ in cõſolatione, in his quæ ſibi moleſta erant eũ reponebat. [Quàm in voluptatibus] Quia nullã de filio habiturus eſſet voluptatẽ, propter eius turpiſſimam vitam. [Naturæ ordinem confunderet.] exhæredando filium & ſubſtituendo nepotes hæredes.

ASCEN. QVinti, &c.] Ordo eſt. Aũt. i. ſed, patientia Q. Hort. qui fuit ſuis temporibus ornamentum eloquentiæ Romanæ, extitit admirabilis in filio. Cum. n. ipſe Hort. haberet impietatem, eius, ſ. filii ſuſpectam, & nequitiam. i. libidinem eius inuiſam, eouſque, vt habiturus Meſſalam filium ſororis ſuæ hæredem, defendens. i. Meſſalam, reum ambitus. i. petiti magiſtratus per largitionem, aut alias malas artes diceret iudicibus, ſi. ſ. iudices damnaſſent illum. ſ. Meſſalam, nihil ſuperfuturum, ſ. eſſe. i. reliquum fore ſibi, præter oſculum nepotum. i. liberorũ filii, in quibus acquieſceret. i. animũ contentũ haberet. ſ. reponẽs. i. collocans hac ſñia, q̃ ẽt inſeruit orationi editæ. ſ. à ſe, filiũ potius in tormento. i. cruciatu animi, q̃ in voluptatibus: tñ ne cõfunderet ordinem naturæ, quo filii patribus ſuccedunt, non reliquit nepotes ſup. hæredes proximos, ſed filium hæredẽ, vſus affectibus ſuis moderatè, quia & viuus reddidit verũ teſtimoniũ moribus eius. i. filii ſui, teſtatus eos ſibi maximè diſplicere, & mortuus reddidit ſanguini. i. filio ſibi genito honorẽ debitũ.

DE FVLVIO FLACCO.

IDEM fecit clari generis, magnæque dignitatis vir Fuluius, ſed in filio aliquantum tetriore: nam cũ auxiliũ Senatus implorasſet, vt ſuſpectus in parricidio & ob id latens per Triumuirũ cõquireretur, ac iuſſu patrum C. comprehenſus eſſet, non ſolum eum nõ notauit, ſed etiam decedens, dominum omnium eſſe voluit: quem genuerat hæredem inſtituens, non quẽ fuerat expertus.

OLIV. IDEM fecit] Ful. Flaccus primus omnium Tranſalpinos Ligures bello domuit, miſſus in auxiliũ Maſſilienſibus aduerſus ſallauios Gallos, qui populabantur fines Maſſilienſium, cum diu, multumq́; clauderent ſaltus Deciates, mox vbi, ebuniates, incognitas tandem latebras eorũ ignibus ſepſit. Fuluius, in plana Bebius deduxit, Poſthumius ita exarmauit, vt vix reliquerit ferrum, quo terram colerent, hic igitur Fuluius, qui Ligures domuit, Ambraciam deuicit. Cephaleniam, & Iacinthũ ſubegit, filium habuit tantæ impietatis, atque nequitiæ, vt cædem ſibi machinari non dubitauerit, quod vbi intellexit Fuluius, Senatus auxilium implorauit, Senatus filium comprehendi, & per Triumuiros inquiſitioni adhiberi iuſsit, quem in crimine deprehenſum in patris poteſtatem, qui de illo meritas pœnas exigeret, tradi voluit, pater ea moderatione vſus eſt, vt nõ modo filium non notauerit, ſed illum etiam decedens hæredẽ reliquerit. [Per triumuiros] Triumuiri præerant rebus capitalibus. [Tetriore] Crudeliore.

ASCEN. IDem fecit] Fuluius. ſ. Flaccus vir clari generis, & magnæ dignitatis, fecit idem. i. conſimile illi, quod Hortenſ. fecerat, ſed fecit ſup. id in filio tetriore. i. turpiore, aut fœdiore aliquantũ, nã cũ implorasſet, auxilium Senatus, vt, ſ. filius ſuſpectus in parricidio. i. quod ipſum Fuluiũ patrẽ ſuũ occidere pararet, & latens. i. occultans ſeſe ob id, cõquireretur per Triumuirum, quorum erat criminis conuictos in carcerẽ trahere, & ſupplicium de eis ſumere, ac. ſ. filius eſſet cõprehenſus. i. captus iuſſu patrum conſcriptorum. [Fuluius] Sup. non ſolũ notauit. ſ. infamia filium, ſed ẽt decedens. i. moriens, hoc eſt poſtea cũ moreretur, voluit eſſe dominum omnium. ſ. rerum ſuarum, inſtituẽs hæredem, quem genuerat. i. habendo reſpectum, quod eum genuerat, & non quem fuerat expertus. i. non habendo reſpectũ, q eum expertus fuerat in ſe parricidium paraſſe.

DE QVODAM PATRE IGNOTO.

MAGNORVM virorũ clementibus actis, ignoti patris noua, atq; inuſitatæ rationis conſiliũ adiiciam: qui cum à filio necti ſibi inſidias comperiſſet, nec inducere in animum poſſet, vt verũ ſanguinem ad hoc ſceleris progreſſum crederet: ſeductam vxorẽ ſuſpicans ſuppliciter rogauit, ne ſe vlterius celaret, ſi ne illum adoleſcẽtem ſubieciſſet, ſiue ex alio cõcepiſſet: aſſeueratione deinde eius, & iureiurãdo ſe nil tale dẽre ſuſpicari perſuaſus, in locũ deſertũ filio perducto, gladiũ, quẽ ſecũ occultũ attulerat, tradidit, ac iugulũ feriendũ præbuit, nec veneno, nec latrone, ad peragendũ parricidiũ opus eſſe affirmãs: quo facto nõ paulatim, ſed magno impetu recta cogitatio pectus iuuenis occupauit. Continuoq́; abiecto gladio, Tu vero, inquit, pater viue: & ſi tã obſequens es, vt hoc precari filio permittas, me quoque exupera. Sed tantũ quæſo, ne meus erga te amor eo ſit vilior, q à pœnitentia oritur. Solitudinẽ ſanguine meliorẽ, pacatioresq́; penatibus ſiluas, & alimentis blandius ferrũ, ac mortis oblatæ, quàm datæ vitæ fœlicius beneficiũ. Commemoratis patrib. qui iniurias filiorũ patiẽter excepe runt, referamus eos, qui mortes æquo animo tolerarunt.

OLIV. Patris clemẽtia erga impiũ filium.

MAGNORVM virorum] Poſt illuſtriũ virorũ exẽpla dicit ſe de patre quodã dicturum, cuius nomen propter ignobilitatẽ ad poſteros nõ peruenit, qui nimia, & propẽ incredibili manſuetudine, & moderatione in filium vſus fuiſſe fertur, cum. n. ſatis exploratum haberet parari ſibi necis inſidias à filio, nullo modo ſibi perſuadere poterat tñ ſceleris, & impietatis in verũ filiũ cadere poſſe. Itaq; vxorẽ in ſecretum abducit, eam ſuppliciter orat, ne ſe tantũ rẽ celes, qđ ſuſpicabatur, aperiat nunc demum ex ſe an filium conceperit, vel ex alio ſubdititium habeat, quę cum iureiurando affirmaſſet ex eo verẽ natũ eſſe, tum filium in deſertũ locum abduxit, gladium quẽ ſecum clàm attulerat nudatũ tradidit, ac iugulũ præbuit dicens, nõ tibi venenũ, nõ latrone, nec alia vi ad meã necem opus eſt, en tibi iugulũ aperio, ſi plusquã velles tibi ſupereſſe video: quib. verbis correptus filius, vim magnã paternæ pietatis pectore concepit, vt qui ante patris mortem quæreret, eius poſtea vitã incredibiliter deſideraret: ab eoq; excogitati parricidii veniã peteret, ac precaretur, ne ſuus amor in illũ vilior eſſe videretur, q à pœnitentia ortus eſſet. [Ignoti patris] Pro ignobilis patris, cuius nomẽ ignoratur. [Inducere animũ] Sibi perſuaderet. [Verũ ſanguinẽ] Filium ex ſuo ſanguine natũ. [Aſſeueratione] Perſeueranti affirmatione. [Seductam vxorẽ] Aliquo modo deceptam uxorem. [Subieciſſet] Si filius ſibi ſubditicius eſſet, quales multæ ſteriles habere conſueuerunt. [Nõ paulatim] Sed magno impetu magna admiratio, q qui parricidium cogitabat, tam ſubito animi motu, omnem exuerit crudelitatem. [Exupera me] Interfice me ò pater.* [Solitudinẽ ſanguine meliorem] Oſtẽdit rem admonitione dignam, vt quem non ſanguis, non penates, non alimenta à parricidio deterrere potuerant, ſolitudo ſyluæ & ferrum ſubito reuocarint. Solitudinem dixerim meliorem, hoc eſt loca deſerta, in quem filium deduxerat. [Penatibus] Domeſticis ædibus.

* Me hic legit Aſcenſius quã Oliuerius.

Magno-

Ascen. MAgnorum,&c.] Subiungit exemplum ignoti patris, quod externorum vice fungi poteſt, dicens. Ego adijciam clementibus actis.ſ.patrum in filios. Ex hoc autem auctore puto Vallam motum, vt acta potius quàm actus Apoſtolorom ſe dicere vella ſcripſerit, conſilium patris ignoti.i.obſcuri, aut nullius hominis notæ, atque pro,& inuſitatæ rationis.[Qui].ſ.pater cum comperiſset inſidias necti.i. ſtrui ſibi à filio, nec poſſet inducere in animum. i.& non poſſet ſibi perſuadere, vt crederet verum ſanguinem, i.vere à ſe genitum, progreſſum ſup eſſe ad hoc ſceleris.ſ.in patré, ſi verus eſſet ſup. filius. [Ipſe ſuſpicãs] .ſ.ex adulterio conceptum, rogauit ſuppliciter vxorem ſeductam.i.ſeorſum ab arbitris abductam, hoc eſt in locum ſecretum, nec celaret ſe vlterius, ſiue ſubiecisſet. i.ſubditiтium pro vero ſibi ſub oculos iecisſet, illum adoleſcenté.i. qui tūc adoleſcens erat, cum hoc ſupplicaret, ſiue cõcepiſſet ſup. eum ex alio deide ipſe perſuaſus, aſſeueratione.i. affirmatione veri, & iureiurando eius, ſcilicet vxoris, ipſum ſup. nil tale dẽre ſuſpicari. tradidit filio perducto in locum deſertum.i. ſolitudinem. (Eſt aũt exemplum ſpectatæ breuitatis in narrando) gladium quem attulerat ſecum occultum.i.abſcõditum ſub veſte, ac p̃buit iugulum feriẽdum, affirmans, nec opus eſſe ei veneno, nec latrone.i.graſſatore, & obſeſſore viarum, aut malo ſatellite, q latro quaſi latero à latere dictus eſt, ad peragendũ parricidiũ. quo facto, ſcilicet patris cogitatio recta.i.iuſta exiſtimatio, de pietate patri debita, occupauit.i.inuaſit pectus iuuenis; (more ſuo quem adoleſcentem vocauit etiam iuuẽné dicit) non paulatim.i.ſucceſſiuè, ſed magno impetu, & cõtinuo gladio abiecto, inquit, tu pater viue, & ſi es tam obſequens. i. tam ſequens votum filii, vt patiaris hoc precari filio.i.filium, vt precari paſſiuè ſignificet, exupera.ſ.in vita quoque.i.etiam me.i.viue diutius, quàm ego victurus ſum, q.d. propter patrimonium ſtruxi tibi inſidias, at nũc velim te etiam poſt me victurũ, & nunq̃ id poſſideã. Sed tamen quæſo ne amor meus erga te ſit eo vilior, quod ortũ a pœnitentia. Specioſa deprecatio, qua quilibet ad Deũ per pœnitentiam conuerſus vti poteſt, vnde modeſte exclamat auctor ſubticendo o, vt ſit. O ſolitudinem, meliore ſanguine.i naturali inclinatione, quia qui prius per naturam patrem non obſeruauit, nunc propter ea, quæ in ſolitudine acciderunt, eum amare incipit, & ſup. ò ſyluas pacatiores.i.magis conciliatiuas pacis. penatibus. ſ. paternis, & ferrum.i.gladium à patre oblatum, blãdius.i.efficacius ad conciliandam beneuolentiam, alimentis.ſ.à patre benignè præbitis filio, porrigendo iugulum fęlicius.i.meliorem vitæ exitum ſortitum, quàm vitæ dare filio per generationem. [Commemoratis,&c.] Paraſceue eſt, ac præfatio ad ſequens caput. Ordo autem patet.

DE PARENTIBVS, QVI OBITVM filiorum forti animo tulerunt.

Cap. X.

DE HORATIO PVLVILLO:

*Liu.li.2. HORATIVS * *Puluillus, cum in capitolio Ioui Opt. Max. ædem Pontifex dedicaret, interq; nuncupationem ſolẽnium verborum poſtem tenens, mortuum eſſe filium ſuum audiſſet, neque manum à poſte remouit, ne tanti templi dedicationem interrumperet, neque vultum à publica religione ad priuatum dolorem reflexit, ne patris magis quàm Pontificis partes egiſſe videretur. Clarum exemplum nec minus tamen illuſtre, quod ſequitur.*

Oliv. HORATIVS Puluillus] Hor. Puruillo, & Val. Publicolà Conſulibus dedicanda erat in Capitolio Iouis ædes, ſortiti ſunt inter ſe, Conſulum vter dedicaret. Horat. ſorte euenit. Val. ad Veientanum bellum profectus, ægrius quàm dignum erat, tulerunt Valer. neceſſarii, dedicationem tam inclyti templi Horat. dari. Id omnibus modis impedire conati, poſtquam alia fruſtra tentata erant, poſtem iam tentat. Conſuli, fœdum inter precationem Deum nuncium incutiunt, mortuum eius filium eſſe, funeſtamq; familiam dedicare illud templum non poſſe, num crediderit factum, an tantum roboris in animo fuerit, nec traditur certum, nec facilis eſt interpretatio nihil aliud ad eum nuncium (à propoſito verſus) dicens, quàm vt cadauer efferri iuberet, tenens poſtem precationem peragit, & dedicat templum. [Interq; nuncupationem ſolennium verborũ] Verbis nominatim exprimendis, nam ab initio ſuæ dedicationis dæmones illi, & humani generis præuaricatores hanc opinionẽ induxerant, vt ſe deos facerẽt. [Mortuum eſſe filium] Hanc vocem ab inimicis Publicolæ iactatam ferunt, vt Horatium à dedicando templo auerterent, quod ægrè ferebant, ſortem ipſi obtigiſſe dedicandi. [Dedicationem interrumpere] Hoc quoq; ſeruat noſtra religio, vt ſi orationem intermiſeris, non valet, & præcipue dum formalia dicuntur, vt verbi gratia, in Baptiſmate ſi dixeris, ego te, extingue candelam illam, & poſtea baptizo, nihil valet.

Ascen. HOratius Puluillus] Cũ ipſe Pontifex dedicaret Ioui Opt. maximo.i.ſummo deorum bonorum, ſecundum Gentilium ſuperſtitionem ædem.i.fanum. in Capitolio. i. arce Tarpeia: & tenens poſtem.i. partem ligneam ædis, inter nuncupationem.i. prolationem ſolennium verborum, ad conſecrationem.ſ.pertinentium, & quæ mutare nefas erat, audiſſet filium ſuum eſſe mortuum, neque remouit manum à poſte, ne interrumperet dedicationem tanti templi, neq; flexit vultum à publica religione quæ exigebat, vt vultum haberet cum grauitate hilarem in re tam feſtiua, ad dolorem priuatum.ſ.de morte filii, ne videret egiſſe magis partes.i.munia, aut officia patris, quàm Pontificis, immo ſolum dixiſſe fertur, cadauer eſto, aut efferatur. [Clarum exemplum] Supp. eſt, quod dictum eſt, nec tamen id, quod ſequitur eſt ſupple minus illuſtre.

DE AEMILIO PAVLO.

AEMILIVS * *Paulus nunc fęliciſſimi, nunc miſerrimi patris clariſſima repræſentatio, ex quatuor filijs formæ inſignis, egregiæq; indolis duos iure adoptionis in Corneliam, Fabiamque gentem translatos ſibi ipſe denegauit: duos ei fortuna abſtulit. Quorum alter triumphum patris funere ſuo quartum ante diem præceſſit, alter in triumphali curru conſpectus, poſt diem tertium expirauit. Itaque qui ad donandos vſque liberos abundauerat, in orbitate ſubito deſtitutus eſt: quem caſum quo robore animi ſuſtinuerit, oratione, quam de rebus à ſe geſtis apud populum habuit, hac adiiciendo clauſulam, nulli ambiguũ reliquit: Cum in maximo prouẽtu felicitatis veſtræ Quirites timerẽ, nequid mali fortuna moliretur, Iouem Opt. Max. Iunonemq; reginam, & Mineruam precatus ſum, vt ſi aduerſi quid Populo Roma. immineret, totum in meã domum conuerteretur. Quapropter bene habet ſe res, annuẽdo enim votis meis id egerunt, vt vos potius meum caſum doleatis, quàm ego veſtrum ingemiſcerem. Vno etiam nunc domeſtico exemplo adiecto, in alienis luctibus orationi meæ vagari permittam.* *Cic.li.4. familia. Liu.li.45.

AEMILIVS Paulus] L. Aemil. Paulus, eius Pauli filius, qui apud Cannas cecidit Primo Conſulatu, quẽ vt inquit Plin. de viris illuſt. poſt tres repulſas adeptus erat, de Liguribus triumphauit. Iterum Conſul Perſam Philippi filiam & Macedoniæ Regem, apud Samothracas cœpit, & victũ fleuit, & ſibi aſſidere iuſſit, ac demum in triumphum duxit, hic igiť cum filiorũ prole fęlix eſſe videretur, quippe qui egregiæ indolis, eximiæq; virtutis quatuor haberet, cum duos in alienas familias, per adoptionem trãſtuliſſet. alterum.ſ.in Corneliã, qui Scipio Aemilianus dictus eſt, alterum in Fabiam, e reliquorum orbitate paulo poſt viſus eſt miſer, & infęlix, nam intra paucos dies amiſit vtrumque, alterum videlicet quarto die ante triũphum Macedonicum, alterum tertio poſt triumphũ, quorum iactura tam æquo animo tuliſſe fertur, vt progreſſus ad populum, in cõcione, fortunę gratias egerit, deosq; precatus fuerit, vt ſi quid diri Reipub. immineret, ſua eſſet calamitate deciſum: vel vt alii tradunt, hanc precationem fecit, antequam ad Oliv.

bellum proficiſceretur, quod ſi dijs Pop. Roma. fęlicitas nimia eſſe videretur, quam propter aduerſi aliquid inſtaret Reip. ſuæ, id totum in ſe, ſuamq; familiam cõuerteret, prior ſibi publica, quàm priuata charitas fuit. [Nunc fælicisſimi] Turbã filiorũ dicit, quos quatuor habebat. [Nunc miſerrimi] Illorum orbitate, quos intra breuisſimũ tempus amiſit. [Poſt tertium diẽ] Tertio die poſt triumphum.] Hanc adiiciẽdo clauſulam] Claudendo orationem ſuam his verbis, nam clauſula eſt finis orationis. [Maximo prouentu] Maximo ſucceſſu, nam prouinciã totam Macedoniam conſilio, & armis ſubegerat, regem Perſam cœperat, & in triumphum duxerat. [Iouem optimũ] Optimum Iouem dicebant antiqui quia bonorum datorem eſſe volebant. [Annuendo] Conſentiendo. [In alienis luctibus] In funeribus externis.

ASCEN. PAulus Aemil. Maced.]. ſ. agnominatus, eſt ſup. clarisſima, id eſt euidentisſima repreſentatio, q. d. ſpeculum, nunc. i. vno tempore patris felicisſimi, & nunc. i. paulo poſt patris miſerrimi, denegauit ipſe. i. ſua ſpõte ſibi duos ſup. filios ex quatuor filiis inſignis. i. præſtantis formæ, ſup. & indolis ægregiæ. i. non vulgaris, quos dum habuit fęlicisſimus pater dicebatur, tranſlatos iure adoptionis in gentem Corneliã, & Fabiam, & fortuna. i. mors inopinata abſtulit duos, & ita cum nullũ haberet, & prius tot, & tam bonos, ac ſpectatos habuerit, infęlicisſimus pater dici meruerit. Quorum. ſ. duorum filiorum, quos fortuna abſtulit alter præceſſit funere ſuo. i. pompa funebri ſibi, dũ ad rogum, aut ſepulturam efferretur inſtructo, triumphum patris, ante quartum diem. i. quarto die antequam pater triũpharet, eleuatus eſt, alter. i. reliquus duorum, conſpectus in triumphali curru. ſ. patris, expirauit poſt diem tertium. i. tertio die poſt triũphum patris. [Itaque] i. & ita, ipſe ſup. qui abundauerat. ſ. liberis, vſque ad donandos liberos, quia duos in alienam familiam per adoptionem dederat, deſtitutus eſt. i. derelictus à filiis ſubito in orbitate. i. priuatione liberorum. [Quẽ caſum]. i. orbitatis, quo. i. quanto robore. i. virtute animi ſuſtinuerit reliquit nulli ambiguum, oratione, q̃ habuit ad populum de rebus geſtis à ſe, adiiciendo hanc clauſulam. i. particulam, aut ſentẽtiã cęteris dictis, ò Quirites cum ego timerem in maximo prouẽtu fęlicitatis veſtræ (hoc aũt dicto ſignificat prudentiam ſuã, qui in rebus tam lætis acerbum aliquem timebat caſum. Nam fortuna nulli eſt perpetuo bona, vnde laudat Seneca Philippi Macedonum regis prudentiã, qui cum vno die tres lętisſimos accepiſſet nuncios, Deos precatus eſt, vt pro tãtis bonis modicum inferrent ſupplicij) Cum itaque timerem (inquit) ne fortuna moliretur quid mali, precatus ſum Iouem Optimum Maximum, Iunonemq; reginam, & Mineruam, qui tres in Capitolio colebantur, & magni Dii habebãtur, vt ſi quid aduerſi imminerent P. R. id ſup. totũ conuerteretur in domum meam, nõ dicit conuerterent, quaſi non à Dijs illis, ſed aut à fortuna, aut à b hominibus mala inferrentur. [Quapropter res ſe bene hẽt] Nam ſup. Dij annuendo votis meis, egerunt id, vt uos doleatis potius caſum meũ. i. orbitatis meæ, q̃ ego ingemiſcerem veſtrum. ſ. caſum. [Ego permittam] i. cõcedam orationi meæ vagari in luctibus alienis. i. externarum gentium, vno etiam. i. adhuc exemplo domeſtico adiecto. ſ. ſuperioribus, ante externa.

Fortuna nulli perpetuò bona.

DE QVINTO MARTIO REGE.

* Catonis Nepotis collega. Gel. li. 13. c. 19.

*QVINTVS * Martius Rex, ſuperioris Catonis in Conſulatu collega, filium ſumptæ pietatis, magnę ſpei, & quæ non parua calamitatis acceſſio fuit, vnicum amiſit. Cumq; ſe obitu eius ſubrutum, & euerſum videret, ita dolorem altitudine conſilij coercuit, vt à rogo iuuenis protinus curiam peteret, Senatumque quem eo die lege habere oportebat, euocaret, quòd niſi fortiter mærorem ferre ſciſſet, vnius diei lucem inter calamitoſum patrem, & ſtrenuum Conſulem, neutra in patre ceſſante officio, partiri non potuiſſet.*

OLIV. QVINTVS Martius rex] Hic Rex appellabatur, quia ſacrificiorum Rex eſſet, nam poſt exactos Reges, cũ quædam publica ſacra per ipſos Reges factitata fuiſſent, ne vrbi deſiderium Regum eſſet, Regem ſacrificulum creant, ac ſacerdotium Pontifici ſubiecere, ne additus nomini honos, aliquid libertati, cui * tũc prima erat cura, officeret, & ne ſacra illa deſererentur, quæ à Regibus fieri cõſueuerant, & vt Regii nominis, qđ Romanis fuit ſemper inuiſum, leniretur aſperitas, viſq; pariter minueretur, ſacrificulum, hoc eſt regulum ſacrorum appellarũt, hic ergo vix vnicum filium ad ſepulturam comitatus fuerat, cum redit in Senatũ ad ea peragenda, quæ Reip. neceſſaria forẽt. [Qđ niſi fortiter mœrorẽ] nõ potuiſſet, inquit vnũ diẽ & filio, & Reip. cõmunicare, niſi didiciſſet fortiter ferre dolorem. [Calamitoſum patrem] Proſequendo funus filii. [Strenuum Conſulem] Vocando Senatum in Curiã, poſſent & alia multa Romanorum exempla, qui filiorum mortem fortiter, ſapienterq; tulerunt, in medium proferri, niſi multum videretur domeſticis exemplis immorari. Nam Fab. Maximus, & Cato non fuerunt huius laudis expertes, quos Cic. lib. 4. epiſtola. laudando commemorat. Cornelia quoque Gracchorum mater filiorum cædem non fęmineo, & impatienti dolore, ſed ſupra quam de fœmina credi poſſit, fortiter tuliſſe dicitur.

Martius na ti obitum fortiter tolerauit.

ASCEN. QVintus Martius Rex]. ſ. dictus, quod ſacrificulorũ Rex eſſet, collega Catonis ſuperioris. i. maioris in Conſulatu, amiſit filium ſummæ pietatis. ſ. in patrem, & magnæ ſpei. ſ. futuræ virtutis, & quæ acceſſio fuit. i. & quæ res fuit additio, & augmentatio calamitatis non parua, immo magna, amiſit filiũ vnicum, vnde etiam grauem luctum ſcriptura ſancta ſignificare volens, lugentis vnicum propoſuit, cumque. i. & cum videret ſe ſubrutum, & euerſum, & quodammodo victum dolore, obitu. i. propter obitum eius, coercuit dolorem altitudine cõſilii, ita vt peteret Curiam protinus à rogo iuuenis. i. quo filii cadauer vrendum curauerat, & euocaret. i. è domibus priuatis expreſſa voce in Curiam vocaret, Senatum, quẽ oportebat habere eo die lege. i. per legẽ, aut ex lege. Qui niſi ſciſſet ferre. i. pati mœrorem fortiter, non potuiſſet partiri. i. diuidere, aut diſtinguere lucem vnius diei inter patrem calamitoſum. i. diem, quo funus filii peregerat, & Conſulem ſtrenuum. i. diem, quo conſulis partes exequeretur officio ceſſante in neutra parte, licèt vtrumque non feciſſet vno die.

EXTERNA.

DE PERICLE.

* Plu. in vita Pericl.

*PRINCEPS, * Athenienſiũ Pericles, intra quatriduum duobus mirificis adoleſcentibus filijs ſpoliatus, his ipſis diebus, & vultu priſtinũ habitum retinente, & oratione nulla ex parte infractiore concionatus eſt. Ille vero caput quoq; ſolito more coronatum gerere ſuſtinuit, vt nihil ex vetere ritu propter domeſticum vulnus detraheret. Non ſine cauſa igitur tanti roboris animus ad * Olympij Iouis cognomen aſcendit.*

De Olympio oẽs de Ioue Ariſ. interpres Diog. i vita, & Stob ſer. 106.

OLIV. PRINCEPS Athenienſium Pericles] Coronatus incedebat, & Iupiter Olympius appellabatur, tm̃ licẽtiæ habuit vir ille, tm̃ apud populum gratiæ, nec mirum, nam Lacedęmonii agrorum populationibus fracti quas Periclis, & Sophoclis ductu paſſi fuerant, in annos 30. pacem pepigerunt, rupto deinde intra 25 annos fœdere, cum contemptu deorum, hominumque fines Atticos populabantur, & ne prædam potius quam pugnam expetiſſe viderentur hoſtes ad prælium prouocant, ſed Athenienſes cõſilio Periclis Ducis ſapientisſimi, populationis iniuriam differunt in tempus vltionis, ſuperuacuumq; pugnã exiſtimantes, cum vlciſci hoſtem ſine periculo poſſent, deinde interiectis diebus naues conſcendunt, & nihil ſentientibus Lacedæmoniis, totam Spartam depredantur, multoq; plura auſerunt, q̃ amiſerant prorſus vt in comparatione damnorum longẽ plus fuerit vltio, q̃ iniuria, clara quidem hæc Periclis expeditio habita, ſed multo clarior priuatio patrimonij, qua contẽtus fuit, huius enim agros in populatione intactos reliquerant hoſtes, ſperantes ſe illi acquirere poſſe, aut periculum ex inuidia, aut proditionis ſuſpicionem infamiã, quod ante proſpiciens Pericles, & futurum populo prædixerat, & ad inuidiæ impetũ declinandum, agros ipſos dono Reip. dederat, atque ita vnde periculũ q̃ſitũ fuerat, inde maximã gloriã inuenit, non minorẽ verò ex iactura filiorũ duorũ, quos diebus quatuor amiſit, quorũ deſideriũ tã fortiter tulit, vt coronatus more ſolito ad populũ cõſtãti voce cõcionatus fuerit. Olymp. Iouis cognomẽ. Nã virtute ſua meruit appellari Iupiter Olympius, res enim maximas geſſit & humanos caſus virtute inferiores duxit.

Periclis fortitudo in toleranda filiosũ morte.

Princeps

ASCEN. PRinceps, &c.] Primum eſt externorum exemplum. Ordo autẽ eſt. Pericles princeps Athen. ſpoliatus. i. orbatus intra quatriduum. i. ſpacium quatuor dierum. (Signent hanc locutionem imperiti Latini ſermonis, qui cum debeant dicere intra duos menſes, infra duos mẽſes dicunt) duobus filijs adoleſcẽtibus mirificis. i. mira facientibus, aut vt vero ſimile erat mira facturis, aut mira naturæ induſtria, & dei dono factis, nã mirificus & ſimiles in ficus deſinentia tã actionẽ q̃ paſſionẽ importãt. Cõcionatus eſt. i. ſermonẽ habuit ad populũ his ipſis diebus. i. qbus ille ſpoliabať, &. i. ſimul, vultu retinẽte ſuũ habitũ. i. diſpoſitionẽ priſtinã, & ſone nulla ex parte. i. nõ vlla infractiore. i. debilius prolata vlla ex parte. Vero pro ſed, ille. ſ. talia paſſus, (vnde emphaſim habet vna ille) ſuſtinuit. i. paſſus fuit gerere caput coronatum more ſolito, ita ſup. vt nihil detraheret. i. diminueret ea vetere ritu. ſ. publico, propter vulnus domeſticũ. [Igitur] Quia tam viriliter humanos caſus ſuperauit, animus ſup. eius tanti roboris. i. ſoliditatis in virtute, aſcendit non ſine cauſa. i. meritò ad cognomen Iouis Olympij, ita vt Iupiter Olympius vulgo diceretur.

DE XENOPHONTE.

XENOPHON autem, quod ad Socraticam diſciplinam attinet, proximus à Platone, fœlicis, ac beatæ facundiæ gradus, cum ſolenne ſacrificium perageret, è duobus filijs maiorem natu nomine Gryllum, apud Mantineam in prælio cecidiſſe cognouit: nec ideo inſtitutum deorum cultum omittendum putauit, ſed tantummodo coronam deponere contentus fuit: quàm ipſam, percunctatus quonam modo occidiſſet: vt audiuit fortiſſimè pugnantem interiſſe, capiti repoſuit: numina, quibus ſacrificabat teſtatus, maiorem ſe ex virtute filij voluptatem, quàm ex morte amaritudinem ſentire. Alius remouiſſet hoſtiam, abieciſſet altaria, lachrymis reſperſa thura diſieciſſet: Xenophontis cor pia religione immobile ſtetit, & animus in conſilio prudẽtiæ ſtabilis mãſit, ac dolori ſuccũbere, ipſa clade quæ nunciata erat, triſtius duxit.

OLIV. Xenophontis conſtantia in morte filii. XENOPHON autẽ] Xenophon philoſophus, & Dux inſignis fuit Grylli Athenienſis filius, homo verecũdus & ſpecioſus ſupra quàm dici poſſit, moratusq́;, & probus, atq́; omnibus gratus, Socratis diſcipulus, & Platonis æmulus, teſte Gel. qui lib. 8. cap. 3. dicit, quod Xenophon & Plato Socraticæ amœnitatis lumina, certari, æmulariq́; inter ſe exiſtimati ſunt. Hic primus omnium philoſophorum ſcripſit hiſtoriam, fuit enim vt diximus Dux ſtrennus; ex vltimis Babiloniæ finibus exercitum reduxit incolumen, aſperis, & difficillimis itineribus per infeſtiſſimas gentes, & barbaras, huic igitur ſacrificanti, cum nunciatum eſſet, alterum ex filijs maiorem natu in acie cecidiſſe, nihil motus, ſacrificare perſeuerauit, coronam tãtum depoſuit, quàm cognito mortis genere, q. ſ. fortiter pugnando filius occubuiſſet, capiti repoſuit, plus ex virtute filij ſe delectationis, quàm ex morte doloris concepiſſe ſignificãs. [Proximus à Platone] Secundus à Platone, conſtat enim in Socratica diſciplina primum laudis locum obtinuiſſe Platonem, ſecũdum vero Xenophontem, Plato eloquentia ſuperior, Xenophon grauitate melior, qui & ipſe multa ſermonis ſuauitate polluit, tanta inter ſe æmulatione certarunt, vt cum vterque multa ſcripſerit, neuter tamen alterius mentionem faciat in operibus ſuis p̃ceptorem tantum in Dialogis diſputantem introducunt. [Apud Mantineam] Nota eſt hiſtoria quomodo auxiliantibus Athenienſib. Thebani duce Epaminunda bellum indixere Lacedæmonijs, & apud Leutras, & Mantineam vt in cap. de fortitudine diximus, fœliciter pugnatum eſt, attamẽ victoria apud Mantineam parta non omnino fuit incruenta, multi ex victoribus cecidere, inter quos Dux ipſe Epaminundas, & Xenophontis filius de quo nunc diximus.

ASCEN. XEnophon autẽ facundiæ fœlicis, ac beatæ, Proximus. i. ſecũdus à Platone. i. poſt Platonem primæ facũdiæ, quod id eſt, quantum, aut quæ res attinet ad diſciplinam Socraticam, cuius præcipu° imitator Plat. proximus Xenophon, cum peragerer. ſ. Athenis ſacrificium ſolenne, cognouit è duobus filijs maiorem natu, i. ſeniorem cecidiſſe. i. mortem oppetiſſe in prælio. i. in conflictu apud Mantineam cum Thebanis aduerſus Lacedæmonios; nec putauit ideo. i. propter mortem filii, cultũ deorum inſtitutum. i. inceptum, omittendum ſup. eſſe. Sed fuit cõtentus deponere tantummodo coronam, qua coronatus ſacra obibat, q̃. ſ. coronam, ipſe percunctatus. i. poſtquam interrogauerat, quonam modo occidiſſet, vt. i. poſtquam audiuit ſup. filium interiſſe pugnãtem fortiſſimè, repoſuit capiti. i. in caput ſuum, teſtatus. i. in teſtimonium veritatis aduocans numina, quibus ſacrificabat, ſe ſentire maiorem voluptatem. ſ. honeſtã animi, ex virtute. i. fortitudine filii, qui ita ceciderat, q̃ amaritudinem, ſcilicet doloris, ex morte. ſ. eius. [Alius]. ſ. mortẽ filii cognoſcens, remouiſſet hoſtiam. ſ. Diis offerendam, abieciſſet altaria. i. ornatum eorum, deieciſſet thura reſperſa lachrymis. Corpus Xenophontis ſtetit immobile]. ſ. non motum ſup. à pia religione, & animus ſup. eius manſit ſtabilis, in conſilio prudẽtiæ, ac duxit. i. iudicauit triſtius ſup. eſſe. i. peius & magis dolẽdum, ſuccumbere dolori. i. vinci à dolore, ipſa clade. i. quàm eſſet ipſa clades. ſ. filii, quæ erat nunciata.

THEO. FAelicis, ac beatæ facundæ] Vetuſta exemplaria ſtatim habẽt gradus, vt ſit proximus, fœlicis, ac beatæ facũdiæ gradus.

DE ANAXAGORA.

*NE Anaxagoras * quidem ſupprimendus eſt: audita namque morte filij, Nihil inquit, mihi inexpectatum, aut nouum nuncias: ego enim illum ex me natum ſciebam eſſe mortalem. Has voces vtiliſſimis præceptis imbuta virtus mittit: quas, ſi quis efficaciter auribus perceperit, non ignorabit ita liberos procreandos, vt meminerit his à rerum natura, & accipiendi ſpiritus, & reddendi eodem momento temporis legem dici: atque vt mori neminem ſolere, qui non vixerit, ita nec viuere aliquem quidem poſſe, qui non ſit moriturus.*

* Cic. Tuſcul. 43. li. Diog. in vita. ſed alij ad alios referunt.

OLIV. NEc Anaxagoras] Hic Clazomenius fuit Egeſibulo patre natus Anaximenis auditor, Philoſophus ſuo tempore inclytus, nam gloria, opibus, & animo clariſſimus, qui patrimonium omne ſuis ſponte conceſſit, & ſe ad rerum naturam ſpeculandam conferens, rem omnem priuatam & publicam neglexerat, eratque an. annorum à tranſitu Xerxis, vixitque 72. hic cuidam dicenti, quod non patriæ ſibi cura eſſet, Immo inquit ſumma mihi patriæ cura eſt, & digitum extendebat in cœlum, vt illam veram patriam eſſe oſtenderet. Item alteri, filij mortem nuncianti reſpondit, ſciebam illum ex me natum eſſe mortalem. Pari ratione Cic. in quæſtionibus Tuſcul. hunc dicit cuidam interroganti, an vellet ante obitum in patriam reportari, reſpondiſſe id non eſſe neceſſe, q vndique ad inferos tantundem via eſſet. Accuſatus, q ſolem candentem laminam eſſe diceret, quaſi falſos colerent, ab Athenienſibus in carcere veneno necatus eſt. [Supprimendus] Tacendus. [Has voces] Laudat hanc animi conſtantiam, & fortitudinem cum in alijs, tum in philoſophis cognitam qui optimis præceptis imbuti, ſapienter omnes caſus ferebant, ſapientius reſpondebant de filiorum morte quæſiti, quia intelligerent à natura vitæ ſimul, & interitus legem eſſe datam.

Anaxagoræ fortitudo in obitu vitæ.

ASCEN. NEc quidem Anaxagoras eſt ſupprimendus]. i. ſuppreſſa voce, aut ſtylo tacendus, aut prætereundus, namque audita morte filii inquit. ſ. ei qui nunciabat, tu nihil. i. non aliquid nunciãs mihi. ſ. non aliquid inexpectatum. i. quod non expectaram prius, aut nouum. Enim pro quia, ego ſciebam illum. ſ. filium natum ex me. ſ. viro mortali, eſſe mortalem. [Virtus.]. ſ. natura ſit (nam eius naturam ſupra docuit optimam magiſtram) imbuta. i. à teneris annis inſtituta, vtiliſſimis præceptis mittit. i. emittit huiuſmodi voces. i. quales viri prudentes iam dicti emiſerunt, quas. ſ. voces ſi quis perceperit auribus efficaciter. i. cum efficacia, non ignorabit liberos eſſe procreandos, ita vt meminerit legem &. i. ſimul accipiendi ſpiritus. ſ. vitalis, & reddendi, dicit, iis. ſ. liberis eodem momento temporis à natura rerum. ſ. parente, quia eodem momento, quo viuere incipiunt, deſinere viuere poſſent. [Atque meminerint] vt. i. quemadmodum neminem ſolere mori, qui non vixerit, ita nec quidem. i. non etiam aliquem poſſe viuere, qui non ſit moriturus. Quod & ſcriptura ſancta confirmat. Nam ſtatutum eſt omnibus hominibus ſemel mori.

VALERII MAXIMI
LIBER SEXTVS.

HYPOTHESIS SEQ. EXORDII.

DE Pudicitia Valerius verba facturus,diuinum eius inuocat numen,ſimulq; & quàm late pateat, & quantopere virginibus, coniugatis, pueris, iuuenibus, ac denique matronis neceſſarium ſit,oſtendit, Aitq;. Huc ades ô Pudicitia,quæ virgineum Veſtæ templum inhabitas. Quæ in Capitolio ſacram Iunonis ædem incolis. Quæ caſtiſſimum Iuliæ thorum in auguſtis penatibus frequentas.Quæ iuuentę florem incorruptum ſeruas. Quæ matronis ſtolam, caſtitatis ſignum, tribuis. Huc ades inquam,& tua exempla contemplare.

DE PVDICITIA. CAP. I.

* Dea. Plin. li. 2. cap. 7. * Propter Veſtales. * Pellex aram Iunonis ne tangito.

VNDE te virorum pariter, ac fœminarũ præcipuum firmamentum pudicitia inuocem? tu enim priſca religione conſecratos* focos Veſtæ, incolis. Tu Capitolinæ* Iunonis puluinaribus incubas. Tu palatij columẽ Auguſtos penates, ſanctiſſimumq; Iuliæ genialem thorum aſſidua ſtatione celebras. Tuo præſidio puerilis ætatis inſignia munita ſunt. Tui numinis reſpectu ſyncerus iuuentæ flos permanet. Te cuſtode matronalis ſtola cenſetur. Ades igitur, et recognoſce, quę fieri ipſa voluiſti.*

OLIV. VNDE te] Liber Sextus, cuius capitulum primũ eſt de Pudicitia quàm laudando facit auditores attentos. Ordo autem eſt .O Pudicitia vnde inuocem,&c.[Firmamentum] Quia Pudicitia confirmat decus virorum & fœminarum.[Priſca religione] Quia ab Aſcanio morem ſeruandi ignis æterni accepere Rom. nam Veſtales perpetuam virginitatem ſeruabant. [Tu Capitolinæ]i. matrimonium ſeruas incolume: nam Iuno dicebatur præeſſe coniugiis. Virgil. Iunoni ante omnes cui vincla iugalia curæ, Rurſus, & pronuba Iuno. [Tu palatii columen] Hic aperta nimis vtitur adulatione, cum Iuliam dicat fuiſſe pudicam, quàm impudiciſſimam fuiſſe conſtat, adeo vt cum ſimiles patri filio procrearet, omneſq; admirarentur,quæ tenibus ex ea multis quid ita filios patri ſimiles produceret, cum ſe multis ſubijceret, reſpondere ſolitam dicunt: Nauis ſum, niſi plena vectorem non admitto de hac Iuuen: Cum tot abortiuis fœcundam Iulia vuluam Solueret, & patruo ſimiles effunderet offas, fuit autẽ Iulia filia Auguſti Cęſ.filia, & vxor Tib.[Auguſtos] Cæſarianos. [Tui numinis reſpectu]Flos reuera ita eſt,nam ſi duos iuuenes æqualis formæ fuerint, quorũ alter pudicus,alter impudicus extiterit, pudicus ille pulchritudinis florem diutius ſeruabit, impudicus verò primo quoque tempore denigreſcet, quia libido corpus eneruat, & effetum reddit, atque deforme[Matronalis ſtola]matriſfamiliàs veſtis, nam matrona dicitur Principis,& Senatorij hominis vxor, nõ autem plebeia. [Stola] Veſtis quæ conueoit fœminis,ſicut toga viris. Igitur quandoquidem es adeo precioſa.

ASCEN. VNde, &c.] In huius ſexti libri procemio de Pudicitia locuturus,eam more ſuo extollit, dicens cum admiratione. O Pudicitia præcipuũ firmamẽtũ.i.corroboramẽtũ ad fugã vitiorũ,& cõplexum virtutum pariter virorũ,ac fœminarum, vnde.i.è quo ſacello inuocẽ.i. inuocare debeam te, q.d.neſcio. Enim pro quia,tu incolis focos Veſtæ.ſ. Deæ conſecratos religione priſca.i. prioris ſęculi, q.d.antiquiſſima, & tu incubas puluinaribus.i. lectiſterniis Iunonis Capitolinæ, & tu celebras columẽ palatij, videlicet penates Auguſtos.i. Auguſto cõſecratos, vtpote Imp. Rom. & ſanctiſſimum totũ genialẽ.i. quo liberis generãdis opera datur Iuliæ.ſ. vxoris Tib. cuius turpitudinem adulatione tegere parat: aut certè cum de ea virtute, quàm nõ habet eam laudat,tacite vt ipſam acquirat,admonet. Ingenuus.n. vultus rubore perfunditur, dum immeritas audit de ſe laudes: celebras dicit aſſidua ſtatione,benè ſtatione, quaſi illic nõ portũ, aut perpetuam ſedẽ, ſed ſtationẽ duntaxat habere noſcatur. Inſignia puerilis ætatis ſunt munita tuo præſidio,& flos iuuentæ i.iuuenilis ætatis permanet ſincerus.i.integer & inuiolatus reſpectu tui numinis. [Stola matronalis cenſetur].ſ.digna,quæ pudicis tribuatur,te cuſtode.i.cuſtodiente. [Igitur ades].i.adſis,hoc eſt aduenias huc. O Pudicitia,& cognoſce.ſ.per ſequẽtia exempla ſup.ea,quæ tu voluiſti fieri,quæ id eſt,tuo præſidio,aut numine,& iuſſu facta ſunt.

DE LVCRETIA.

DVX Romanæ pudicitiæ Lucretia, cuius virilis animus maligno errore fortunæ,muliebre corpus ſortitus eſt. A Sexto Tarquinij Regis Superbi filio,per vim ſtuprum pati coacta, cum grauiſſimis verbis iniuriam ſuam in concilio neceſſariorum deploraſſet, ferro ſe,quod veſte tectum attulerat,interemit: cauſamq; tam animoſo interitu Imperium Conſulare pro Regio permutandi Pop.Rom.præbuit: qui hanc illatã iniuriã nõ tulit.* * Lio. li. 1.

OLIV. Lucretia pudicitia. DVX Romanæ] Orta in caſtris inter potentes adoleſcentes cõtentione quadam de vxorum pudicitia, cum ſuam quiſq; laudaret. Collatinus, qui cum his erat, non verbis opus eſſe dixit, id breui ſcire poſſe.qualis vnaquæque foret, ſi ſumptis equis inuiſerent eas, id demum ſpectatiſſimũ vnicuique fore, q̃ inopinato viri aduentu occurrit,probato conſilio,citatis equis oẽs aduolãt Romã, inde Collatiã, vbi Lucretiã haud quaq̃ vt regias nurus,quas in cõuiuio,luxuq; cũ ęqualibus viderãt tp̃s terẽtes, ſed deditã lanæ, inter lucubrantes ancillas in medio ędiũ ſedẽtẽ inueniũt: muliebris certaminis laus, penes Lucretiã fuit. Inuitatis comitibus oĩbus à marito, Sextũ Tarq. mala libido Lucretiæ ſtuprãdę capit tum forma,tũ ſpectata caſtitas incitat: paucis diebus interiectis poſtq̃ redierũt in caſtra, Sextus Tarq. inſcio Collatino, cũ comite vno Collatiã venit, vbi exceptus benignè ab ignaris conſilij cũ poſt cœnã in hoſpitale cubiculũ ductus eſſet, amore ardens,poſtq̃ ſatis tuta circa ſe,ſopitiq; oẽs videbãtur,ſtricto gladio ad dormiẽtẽ Lucretiam venit ſiniſtraq; manu mulieris pectore oppreſſo,tace Lucretia inquit,Sextus Tarq.ſum,ferrũ in manu eſt morieris, ſi emiſeris vocẽ: cũ pauida à ſomno mulier prope mortẽ imminẽtẽ videret,tũ Tarq. fateri amorẽ,orare,miſcere precibus minas,verſare in oẽs partes muliebrẽ animũ: vbi obſtinatam videbat, & nec mortis quidẽ metu inclinari, addidit ad metũ dedecus,cũ mortua iugulatũ ſeruum nudũ poſiturũ ait, vt in ſordido adulterio necata dicat, quo terrore cũ viciſſet obſtinatam pudicitiã, velut victrix libido,profectuſq; inde Tarq. ferox expugnato decore muliebri, Lucretia mœſta tãto malo, accitis quã primum patre, viroq;, qui cũ ſingulis amicis veniũt in cubiculo ſedens lachrymabũda,quęrẽti viro,ſatiſne ſalue res eſſent, minimè, inquit, qd.n. ſalui mulieri eſſe põt amiſſa pudicitia, veſtigia viri alieni Collatine in lecto ſunt tuo: cęterũ corpus eſt tm̃ violatũ, animus inſons, mors teſtis,ſed date dexteras, fidemq; haud impunè adultero fore. Sextus eſt Tarquinius, q hoſtis pro hoſpite, priori nocte armatus, mihi, ſibiq;, ſi vos viri eſtis, peſtiferum hinc abſtulit gaudiũ, dãt ordine oẽs fidẽ, cõſolant ęgrã animi, aduertẽdo noxam à coacta in auctorem delicti, mentẽ peccare, nõ corpus, & vñ cõſiliũ abfuerit, culpã abeſſe, vos inquit videritis, qd illi debeat, ego me etſi peccato abſoluo, ſupplicio nõ libero, nec vlla deinde impudica Lucretiæ exemplo viuet, cultrum, quẽ ſub veſte abditũ habebat, in cor defigit, prolapſaq; in vulnus moribũda cecidit. Dion. in hac hiſtoria multũ diſſentit à Liuio, non.n. contentionem de vxoribus inter potentes in caſtris adoleſcentes ortam, nec Sextum Tarq. ad id ipſum ſtuprandæ Lucretiæ gratia Collatiam veniſſe, veluti furioſa quadam libidine agitatum, vt tradit Liu. ſed à patre Collatiã miſſum ad quędã illic Regia negotia peragẽda, hoſpitio deinde à

Lucretia benignè ſuſceptũ, quippe Regis filium, & viri cognatum, (erat.n.ex gente Tarquinia Collatinus,) ingreſſum noctè cubiculum extorſiſſe ab obſtinata Lucretia ſtupri neceſſitatẽ, quæ ne infamis moreret, corpus eius libidini ſubiecit, orta deinde luce, cũ ille abiiſſet, Lucretiã dicit ſumpto vehiculo Romam ad patrem properaſſe, & ad eius genua prouolutam ſuppliciter rogaſſe, vt quoſcunq; poſſet amicos & cognatos quam primum euocaret, quibus acitis, rem omnem èxpoſuiſſe, ſibi deinde mortẽ intuliſſe, quo facto Valerium in caſtra miſſum nuncium ad Collatinum, qui re audita, cum Iunio Bruto Romam veniſſe, & de eiiciendis Regib. cõſilium iniiſſe dicitur. [Errore fortunæ] Videtur erraſſe fortuna, quæ tam virilem animum fœmineo corpore incluſerit, ac ſi diceret ſi ei fortè virile corpus contigiſſet, multo maiora factura fuiſſet: In cõcilio neceſſariorũ, viri Collatini, patris Tricipitini, Publii Val. & Iunii Bruti. [Cauſam permutandi Imperium] Quia propter huius ſtuprũ exacti ſunt Reges, & annuis Magiſtratus Conſulare Imperium factum mutatusq; eſt Reſp. ſtatus. De Lucretia B. Aũg. ſi adultera, cur laudatur; ſi pudica, cur occiditur?

Ascen. DVx Romanæ pudicitiæ Lucretia] Aut quia prima cuius pudicitia explorata, cũ ante Conſules fuerit, aut quia præcipua (huius tamen Aug de Ciuit. Dei conuincit eam non verè fuiſſe pudicam, quia pluris famam, quam pudicitiam fecit, potuit.n. pudica interfici, licet id vulgus ignoret; at Deus, & cõſciẽtia ſciat, ꝙ ſatis ſit, ideoq; merito illi Suſannam præfert in pudicitiæ conſeruatione: Quinetiã docet, nõ prudẽter, nec laudabiliter ſeipſam interemiſſe, nam ſi ſe interemit, ꝙ ſe adulteram ſenſit, eo ꝙ animum quoq; corruptum habebat, immeritò laudatur, vt pudica, ſin pudica mãſerit, cur occiditur, adde quod etiam ſi impudica, & ſua culpa adultera facta eſſet, non tñ ſe occidere decẽter poterat; ſed aliter gentibus perſuaſum) cuius.ſ. Lucretiæ animus virilis, ſortitus eſt maligno errore fortunæ, corpus muliebre, quia cum viriliter egerit, virile corpus hſe meruit, coacta pati ſtuprum per vim, quod tñ morte vitare potuit. A Sexto (Sunt qui Aruntem dicant) filio Tarquinii regis ſ. Romanorum Superbi. ſ. nomine, & re, cum i. poſtquã deploraſſet grauiſſimis verbis iniuriam ſuam. i. ſibi illatam, vnde paſſiuè accipitur, quaſi pro ſui [Coram cõcilio]. i. coram neceſſariorum, vt Collatino, & Bruto, &c. interemit ſe ferro, quod attulerat tectũ veſte, hoc autem eſt principale verbum cui omnia ſupponuntur, vt ſit Lucretia, Dux, &c. [Coacta, &c.] Cum deploraſſet, &c. [Interemit, &c.] Et præbuit tam animoſo interitu P.R. cauſam permutandi. i. mutando accipiendi Imperium Cõſulare ꝓ Regio. ſ. P.R. q non tulit hanc iniuriam illatam.

DE VIRGINIO VIRO PLEBEIO.

*Liu.li.3. *VIRGINIVS* * *Plebeij generis, ſed Patricij vir ſpiritus, ne probro contaminaretur domus ſua proprio ſanguini non pepercit. nam cum App. Claudius Decemuir, filiæ eius virgini ſtuprum, poteſtatis viribus fretus, pertinacius expeteret, deductum in forum puellam occidit, pudicæq; interemptor, quam corruptæ pater eſſe maluit.*

Oliv. VIRGINIVS Plebeii] Fuit poſt aliquot annos par in vrbe nefas libidine eorum, haud minus fœdo euentu, quam quod per ſtuprũ, cædemq; Lucretiæ, vrbe, regnoq; Tarquinios expulerat: cum enim à Cõſulibus ad Decemuiros translatum eſſet imperium, ex Decemuiris vnum App. Claudium plebeiæ virginis ſtuprandæ libido, velut rabies quædã incaſſit, hæc Lucii cuiuſdam Virginii filia, & Licinio Tribunitio viro deſponſata erat, quam Appius amore inſaniens, precio ac prece, ſpeq; pellicere adortus, poſtquã omnia pudore ſepta inuenit, ad crudelem, ſuperbamq; vim animũ conuertit. Marco Claudio cliẽti negocium dedit, vt virginem in ſeruitutem aſſereret, neque cederet ſecundum libertatem poſcentibus vindicias, hic ergo virgini in forum ad literarũ ludum venienti manum iniecit, ſuã ſeruam, à ſerua natam appellans, concurſu amicorũ ad clamorem nutricis Quiritũ fidem implorantis facto, liberatur, in ius tamen rapitur, ad Appiiq; tribunal perducitur, qui ex eo cõpoſito puellam Marco Claudio poſcẽti, & ſeruam aſſerẽti, ſuã adiudicauit interea Publius Numicorius puellæ auus, & ſponſus Licinius interueniunt, puellam à vi, magis quàm à iudicio tuentur. Iamq; graui ſeditione orta, certamen inſtare videbatur, tñ Appius libertatis vindicias, iudiciumq; puellæ in ſequẽtem diem datis ſponſoribus pronunciat. Interea pater perproperè accitur è caſtris. qui audito filię periculo, acceptoq; commeatu ad vrbem properat, filiæ ad tempus adeſt, nam cum Appius ſequenti die tribunal aſcendiſſet, puellaq; vindicias ſecũdum ſeruitutem decreuiſſet, tanta quidem vis amentiæ viri, quam amoris eius mentẽ peruerterat, tum Virginius in Appiũ manus intentas Licinio, inquit Appi, non tibi filiam deſpondi, & ad nuptias, non expleodam tui corporis libidinem educaui, ſi placet tibi pecudum, ferarumque ritu promiſcuè in concubitus ruere, nõ paſſuros hoc ciues Romanos ſpero, cumq; iam vi ageretur in puellam, iamque Decemuiri potentiæ reſiſti non poſſet, Virginius vbi nihil vſquàm vidit auxilii, pœnitentiam ſimulans, quæſo, inquit App. primum ignoſce patrio dolore, ſi quidem inclementius in te ſum inuectus; deinde ſinas hic coram virgine nutricem percunctari, quid hoc rei ſit, vt ſi falſo dictus pater ſum, æquiori hinc animo diſcedam, data venia, ſeducit filiã, ac nutricem propè Cloacinam ab tabernas, quibus tunc nouis erat nomen, atq; ibi ab lanio cultro arrepto, hoc te inquit vno, quo poſſum filia, in libertatem vendico, pectus deinde puellæ transfixit, & ſpectans ad tribunal. Te, inquit Appi, tuumq; caput hoc ſanguine cõſecro, deinde ſe in caſtra proripuit, hinc ſeditione facta, ac plebis ſeceſſione à patribus, coacti ſunt Decemuiri ſe abdicare magiſtratu, creataque ex Tribuniria poteſtas, & reddita plebi, Sumptum quoq; eſt de decẽmiris ſuppliciũ per Tribunos plebis, hoc aũt factũ fuit anno lx. poſt libertatem inceptam, teſte Cic. de finib. bon. & mal. [Probro ſtupro] Atq; flagitio, De hac Virginia à patre cæſa Seneca in Tragœdia, quæ dicitur Octauia ſic breuiter tradit, Vltique tuos ſunt bene manes virgo dextera cęſa parentis, vt ſeruitiũ paterere graue, & improba ferret præmia victrix, dira libido.

VIrginius vir generis Plebeii] Sed ſpiritus, id eſt animi Patricii, id eſt patricio ſanguine digni, ne domus ſuæ contaminaretur probro, id eſt, dedecore ſtupri illati filiæ ab Appio Claudio, non pepercit proprio ſanguini, quia cultro lanii, id eſt carniuenduli ab eius ſcamno arrepto. Virginiam filiam interemit. Nam cum Appius Claud. Decemuir. i. vnus ex Decemuiris, qui vt leges allatas in debitam formam redigerent, Conſulari fungebantur poteſtate, nec eam deponere volebãt, Expeteret pertinacius, (quia primũ precibus, & pollicitis, deinde minis, & demum fraude graſſatus,) ſtuprũ filiæ eius virginis, fretus. i. cõfiſus viribus poteſtatis. ſ. Decemuiratus, occidit. ſ. Virginius pſ puellã deductã in forũ, & aſſertã in ſeruitutẽ à Mar. Claudio, vt Oliu. recitat, & maluit eſſe interemptor ſup. filiæ pudicæ, quã pater corruptæ. i. ſtupratę, licet ꝑ vim, in qua re etiam errauit, quia vera pudicitia in animo conſiſtit. Ascen.

DE PONTIO AVFIDIANO.

NEC alio robore animi præditus fuit Pontius Aufidianus Eques Romanus, qui poſtquam comperit filiæ ſuę uirginitatem à pędagogo proditã * *Faunio Saturnino, non contentus ſceleratum ſeruum affeciſſe ſupplicio, etiam ipſam puellam necauit. Ita ne turpes nuptias celebraret: acerbas exequias duxit.* *Fanio Saturnino.

NEc alio robore] Faunus Saturninus Pontii pædagogus eius filiam per dolum vitiauerat. Pontius id vbi cognouit, & pędagogum, & filiam pari pœna mulctauit, nam vtrumque necauit, maluitque acerbum filiæ funus proſequi, quã turpes eius nuptias celebrare. [Sceleratum ſeruum] Perfidum pædagogum, qui filiæ vitium intulerat. Oliv.

NEc] id eſt, & non, & Pontius Aufidianus Eques Romanus fuit præditus. i. præ cæteris à deo & natura donatus, non alio, id eſt eodem robore animi quo. ſ. Virginius, qui poſtquã comperit virginitatem filiæ ſuæ, proditam, id eſt proſtitutam, & iniquo pretio venditam. [Faunio Saturnino a pædagogo]. i. eius ductore in ludum literarum, Oliuer. intelligit Faunium Saturninũ eſſe pædagogũ, vt ſic dicas proditã, i. vulgatam, ego, quia ſeparat interponẽdo proditã, credã Saturninũ eſſe diuitis, & ciuis Romani (qui eius pudicitiam à pædagogo emerat) nomen, nõ contentus affeciſſe ſupplicio ſeruum ſceleratum. ſ. pędagogum illũ, necauit etiam ipſam puellam, & ita duxit acerbas exequias, ne celebraret turpes nuptias eius. ſ. cum corruptore, quia potuiſſet Saturninum cogere quam vitiarat, ducere Ascen.

DE

DE P. MEVIO.

QVID P. Meuius, quàm ſeuerum pudicitiæ cuſtodem egit? in libertum namq; gratum admodum ſibi animaduertit, quia eũ nubilis iam ætatis filiæ ſuæ oſculum dediſſe cognouerat, præpſertim cũ nõ libidine, ſed errore lapſus videri poſſet. Cęterum amaritudine pœnæ, teneris adhuc puellæ ſenſibus, caſtitatis diſciplinam ingenerari magni æſtimauit. Eiq; tam triſti exemplo pręcepit, vt non ſolum virginitatem illibatam ſed etiam oſcula ad virum ſyncera perferret.

OLIV. Meuii crudelitas ꝑ filiæ pudore. QVID P. Meuius] Meuius acer pudicitiæ cuſtos, libertum, quem vnicè diligebat, ꝑꝑ datum vel errore, vel malitia filiæ iã nubili oſculũ, nulle erroris habita ratione occidit. Voluit.n. vt in ee ætate diſceret filia tam rigido exemplo, caſtitatem eſſe ſeruandam: adeo vt non ſolum corpus intactum, ſed oſcula quoque illibata perſerret ed virũ. [Errore ductus] Quod in teneris annis eam oſculari fortaſſe ſolitus fuiſſet, ee ouc cõſuetudine deceptus ſimplex oſculũ puellæ dediſſet. [Illibatem virginitatem] Intactã, & inuiolatã videlicet integram.

ASCEN. QVid P. Meuius] Sup. egit q̃. i. quantũ ſeuerũ cuſtodẽ pudicitiæ egit, q d. maaime ſeuerũ. [Quia animaduertit in libertum admodũ gratum] i. morte eũ puniuit, quia cognouerat eum dediſſe oſculum filiæ ſuæ ætatis iam nubilis, præſertim cum libertus ille poſſet videri lapſus. i. peccaſſe, non libidine, quia caſta poſſunt eſſe oſcula, ſed errore. ſ. malæ conſuetudinis, putando etiam nubilem poſſe oſculari, quã paruulam oſculatus fuerat. [Cęterum]. i. ſed patet ſup. æſtimauit magni, diſciplinã caſtitatis ingenerari ſenſibus puellę, annis adhuc teneris, amaritudine pœnæ. ſ. capitalis, & præcepit ei. ſ. filiæ ſuæ tã triſti. i. ſeuero exẽplo, vt perſerret ad virũ, non ſolũ virginitatẽ illibatã. i. intactã, ſed etiam oſcula ſincera. i. pura eut incorrupta.

DE Q. FABIO MAXIMO Seruiliano.

QVINTVS vero Fab. Max. Seruilianus, honoribus, quos ſplendidiſſime geſſerat, Cenſuræ grauitate conſummatis, exegit pœnas à filio dubiæ caſtitatis, & punito pependit voluntario ſeceſſu conſpectum patriæ vitando.

OLIV. QVINTVS Feb. Seruilianus] Hic omnibus honoribus emeritis io cenſura ſeueriſſimus, hic cum ſuſpectam haberet filii pudicitiam illum occidit, deinde rubore quodã confuſus, quod tam flagitioſum filium habuiſſet, ex vrbe diſcedẽs, voluntarium ſibi exilium indixit. ita vt poſt hoc factum amicorum conſpectum fugiens, in vrbem redire noluerit. [Splendidiſſimè] Cum ſumma laude, & gloria. [Conſummatis] Emeritis, nam omnibus honoribus perfunctus fuerat.

ASCEN. QVintus verò Fab. Max. Seruil. honoribus] i. magiſtratibus omnibus quos geſſerat. ſ. per ordinem, ſplendidiſſimè. i. cum ſumme laude conſummatis. i. completis & emeritis; quia altius aſcendere oon poterat, grauitate Dictaturæ eaegit pœnas à filio, caſtitatis dubiæ. i. quia rumor erat eum amiſiſſe pudicitiam, & muliebria peſſum, & pepẽdit, id eſt perſoluit ſup. pœnas, puoito ſcilicet filio, vitando conſpectum patriæ. i. vrbis Romæ, ſeceſſu voluntario. i. exilio ſponte aſſumpto, aut fuge potius è conſpectu ciuium.

DE P. ATTILIO PHILISCO.

*DICEREM Cenſorium virum nimis acerbũ extitiſſe, niſi P. Attilium Philiſcũ in pueritia corpore quæſtum à domino facere coactum, tam ſeuerum poſtea patrem cernerem filiam enim ſuam, eò quòd ſtupri ſe crimine coinquinauerat, interemit. Quàm ſanctam igitur in ciuitate noſtra pudicitiam fuiſſe exiſtimare debemus, in qua etiam inſtitores libidinis, tam ſeueros eius * iudices euaſiſſe animaduertimus? Sequitur excellentis nominis, ac memorabilis facti exemplum.*

* Vidices.

OLIV. DICEREM Cenſorium] Attilius Philiſcus à pueritia ſeruus, ab hero coactus eſt fieri meritorius, & facere in tenera ætate è corpore queſtum, poſtea verò in libertatem aſſertus, cum vxorem duxiſſet, & ea ea filiam ſuſcepiſſet, vbi primum cognouit ſtuprũ admiſiſſe, eam occidit, mirum profecto, ꝙ qui fuiſſet turpitudini ſemper aſſuetus, turpitudinem in filia non pateretur. [Quam ſanctam igitur] Intendit argumentum, ſi miniſtri libidinis, inquit tam ſeueri violatę pudicitię vindices extiterũt, quales cęteros fuiſſe exiſtimamus. [Inſtitores libidinis] Viles libidinis negociatores, qualis fuerat Philiſcus. [Sequitur excellentis] Nominis.

ASCEN. DIcerem virum Cenſorium] ſ. Febium Seruilianum extitiſſe nimis acerbũ, niſi cernerem P. Attilium Philiſcum coactum à domino. ſ. Lenone, fecere quæſtum. i. eſſe ſcortũ meritorium, corpore. ſ. ſuo, in pueritia antequã pubeſceret, vnde merito in Rom. dicit Apoſtolus, quod tradidit illos deus in paſſionem ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vſum in eum qui eſt cõtra naturam, ſimiliter aũt & maſculi, &c. poſtea. ſ. quam libertate donetus fuerat, patrem tam ſeuerum. Enim pro quia, ipſe interemit filiam ſuam, eo ꝙ coinquinauerat ſe crimine ſtupri. [Quam]. i. quantum ſanctam igĩ debemus exiſtimere pudicitiam fuiſſe in ciuitate noſtra, hoc eſt Romana, in qua animaduertimus etiã inſtitores libidinis. i. conciliatores, & patronos, ac negociatores, & quæſtum ex ea facere ſolitos, vt fecerat Philiſcus, euaſiſſe. ſ. effectos eſſe tãdẽ tam ſeueros iudices. i. cẽſores, & vindices eius, q. d. nimirũ ſanctiſſimam. Cum tamen ex eodem fonte minimè ſanctam illis fuiſſe argumentari liceat, quippe vbi maſculi impunè de corpore ſuo quæſtũ fecerant. Sed author diceret, aliud turpitudinẽ, proteſſis licere, aliud legitimum thorũ ꝓfeſſos, ac profeſſuros profeſſuraſq; decere. [Sequitur exemplum]. i. ꝑ iem dicam eſt exemplum nominis excellentis, quia in megnum virum animaduerſum eſt: ac facti memorabilis. i. digni memoria.

DE M. CLAVDIO MARCELLO.

*MARCVS * Claudius Marcellus Aedilis Curulis C. Scantinio Capitolino Trib. pleb. diem ad populum dixit, quod filium ſuũ de ſtupro appellaſſet, eoq́; aſſeuerante ſe cogi non poſſe, vt adeſſet, quia ſacroſanctam poteſtatem haberet, & ob id Tribunitium auxiliũ implorante, totum Collegium Tribunorum negauit ſe intercedere, quominus pudicitiæ quæſtio perageretur. Citatus itaque Scantinius reus, vno teſte qui tentatus erat, damnatus eſt, conſtat iuuenem productum in roſtra, defixo in terram vultu, perſeueranter tacuiſſe, verecundoq́; ſilentio plurimum in vltionem ſuam valuiſſe.*

* Plut. in vita, vbi collegam Marcelli vocat.

OLIV. MARCVS Claudius Marcellus] Hic ille Marcellus eſt, qui ceſo viriliter Domaro Gallorũ Duce, opima ſpolia reportauit, qui prius Hann. apud Nolam vinci poſſe docuit qui Syracuſas in Sicilia munitiſſimam vrbem expugnauit, qui multa atq; præclara pro Rep. geſſit, cum igitur cõperiſſet Cn. Scantinium Capitolinum Trib. pl. de ſtupro compellaſſe filiũ ſuum, adoleſcentulũ egregia forma, ſed pudicitia, atq; modeſtia magis ingenuũ, diẽ illi dixit ad populũ, nã cũ puer vat reſiſtẽdo ſcelerato Tribuno nihil ſe ꝓficere poſſe videret, rẽ ad patrem detulit. Accuſatus igitur Tribunus beneficio magiſtratus ſe primum tueri conatus eſt, cũ diceret ſe cogi nõ poſſe, quod Tribunitiam poteſtatem haberet, Tribunorumq; auxiliũ implorauit, quorum nulla intercedente, damnatus io illo iudicio nullus eſt teſtis adhibitus, præter ipſum adoleſcentem, qui productus, & à iudicibus interrogatus, cum ingenuo pudore deterritus, nõ auderet obſceniſſimam rem iudicare, vultum io terra defixum, tacitus perſeueranter tenuit, quod vbi viderunt iudices nihil vlterius inquirendum eſſe exiſtimantes. Scãtiniũ damnauerunt. [Sacroſanctam poteſtatem] Tribunitiam poteſtatẽ, quæ ſacroſancta ideo dicebatur, quia lex erat, qui tribunũ violaſſet, eius caput ſacrum foret. [Vno teſte] Puero ipſo, Marcelli filio. [In vltionem ſuam] in Tribuni damnationem.

Scantinii damnatio

ASCEN. CLaudius Marcellus Aedilis Curulis] Dixit Caio Scantinio Capitolino. ſ. cognomento Trib. pl. ſ. officio, diem ad populum, id eſt vt ſe purgaret ſi poſſet coram populo, ꝙ appellaſſet. i. ſolicitaſſet filium ſuũ, videlicet Marcelli, de ſtupro. ſ. illi inferẽdo, & eo. ſ. Scãtinio aſſeuerante, ſe non poſſe cogi, vt

adeſſet.ſ.ad cauſæ dictionem, quia haberet poteſtatem ſacroſanctam, videlicet Tribunitiam, & implorante ob id auxiliũ Tribunitiũ.i.à contribunis ſuis præſidium, totum Collegium Tribunorũ negauit ſe intercedere, quo minus.i.vt nõ,vt qõ.i. inquiſitio pudicitiæ.i.de pudicitia violata, aut ſolicitata,pera geretur.i. vſq; ad ſententiam vltimam ageretur. Itaq; Scantinius citatus reus.i.defenſurus ſe,damnatus eſt vno teſte,q erat tentatus,licèt nihil dixerit præ pudore,quia ipſe filius nihil dixit.nam conſtat iuuenem deductum in roſtra,vbi verba ad populum haberi ſolebant, tacuiſſe perſeueranter,vultu defixo in terram, & valuiſſe plurimum in vltionem ſuam.i. quàm pater de ſe fecit,ſilentio verecundo,quia qui tacet conſentire videtur,vnde etiam virgo illa in Eunucho Terentiana plorãdo, & tacendo vitium ſibi illatum,indicabat.

DE METELLO CELERE.

METELLVS quoque Celer ſtuproſæ mentis acer punitor extitit, Cn.Sergio Silo promiſsorum matrifamiliæ nummorum gratis diem ad populum dicẽdo, eumque hoc vno crimine damnando, non enim factũ tunc,ſed animus in quæſtionem deductus eſt, plusq; voluiſſe peccare nocuit,quàm non peccaſſe profuit, concionis hæc,illa curiæ grauitas.

OLIV. METELLVS quoq;]Cn.Sergio nummos matrifamiliàs promiſerat,tentans illius animum, vt pretio mota ſibi morem gereret, matrona rem detulit ad magiſtratum, ille Sergium,ꝙ pecuniam promiſiſſet,fœminam corrupturus, iudicio damnauit, non.n.factum ſed voluntas punita eſt, nam qui ſemel animo ſuo mœchatus fuerit peccauit.[Stuproſæ mentis]Libidinoſæ voluntatis.[Sed animus in quæſtion.]videbant enim illi nõ defuiſſe voluntatem,ſed facultatẽ, reũ igit̃ fecit illõ volũtas,nõ peccatũ, plusq; illi nocuit voluiſſe peccare,quã profuit nõ peccaſſe, vel nõ potuiſſe.[Cõcionis hæc] Illa curiæ.

ASCEN. METELLVS quoq; Celer extitit acer punitor mentis].i.affectionis ſtuproſæ.i.ſtupri inferendi plenæ,dicendo Cn. Sergio Silo diem ad populum,gratia nũmorum promiſſorum.ſ.ab eo matrifamiliæ,& damnando eum hoc vno crimine.Enim ꝓ quia,factum non eſt ſup.deductum in quæſt.ꝑ inquiſitione,atq; examine,ſed animus eſt deductus & voluiſſe peccare promittendo.ſ. nummos plus nocuit, quam non peccaſſe.ſ.actu ipſo profuit.peccat enim in legem diuinam,quamuis fortè ſecus ſit de humana, qui animum peccandi habet.[Concionis, &c.] Hæc grauitas.ſ.iam dicta,ſup.eſt,aut fuit concionis.i.totius populi illa.ſ.quæ ſequit̃ fuit ſup. grauitas Curiæ.i. ipſius Senatus.

DE TITO VETVRIO filio Veturij.

*TITIVS * Veturius filius eius Veturij, qui in cõſulatu ſuo Samnitibus,ob turpiter ictũ fędus, deditus fuerat,cum propter domeſticam ruinam, & graue æs alienum * Cœlio Plotio nexum ſe dare adoleſcentulus admodum coactus eſſet,ſeruilibus ab eo verberibus,quia ſtuprum pati noluerat,affectus,querelam ad Conſules detulit,à quibus hac de re certior factus Senatus, Plotium in carcerem duci iuſſit,in qualicunq; enim ſtatu poſitam Romano ſanguini pudicitiam tutam eſſe voluit. Et quid mirum ſi hoc vniuerſi P.C.cenſuerunt?*

* De nominibus, & tempore diſſentit à Liu. lib.8.
* Caio.

OLIV. TITIVS Veturius filius eius] Cum propter lõgũ & difficile bellum Samnitũ ſæpius tributum ciuitati eſſet imperatum,exhauſta tandem ciuitas ex fœneratoribus ſumere cogebatur,qui vero grauiori ære aſtricti,fœnus ſoluere non poterãt, nexi fœneratoribus dabantur,quibus tanto tempore ſeruirent, donec debitum omne perſoluiſſent. Inter hos igitur datus eſt Veturius nobilis adoleſcens Conſularis viri filius,quem C.Plotius fœnerator,cui nexus datus fuerat,cum vi ſtuprare voluiſſet,ac ille pertinaciſſimè recuſaſſet,eum verberibus mulctauit ſceleratus homo quod eius libidini obtemperare noluiſſet,hic igitur adoleſcens verè nobilis,in forum prorupit, Plotium accuſauit,quem Senatus damnatum in carcerem conijci iuſſit.In hac hiſt.Val.diſſentit à Liu.non.n.Veturium, ſed Publiũ quendam nexum datũ,nec C.Plotio,ſed L.Papyrio fœneratori fuiſſe dicit.Idq; factum eſſe ad deditionem Caudinam. Mutatum n.dicit eſſe ius ob vnius fœneratoris libidinẽ, & crudelitatẽ inſignem.L.Papyrius it fuit, cui cum Senatus cõſulto Pub.ob æs alienum paternum nexus datus eſſet,quæ forma,ætasq; miſericordiam elicere poterant, ad libidinem & contumeliã animũ accenderunt, vt ætatis eius fructu aduenticium crederet datũ, primo igitur pellicere adoleſcentem ſermone inceſto eſt conatus,deinde poſtquam aſpernabatur flagitium, aures minis territare,atq; identidem admonere fortunæ ſuæ, poſtremo cũ ingenuitatis magis,quam præſentis conditionis memorem videret,nudari iubet,verberaq; afferri,quibus laceratus iuuenis,cũ ſe in publicum proripuiſſet,libidinem, crudelitatemq; cõquerens fœneratoris,ingens vis hominum, cum ætatis miſeratione,tũ indignitate iniuriæ accenſa,ſuæ conditionis, liberorũq; ſuorũ reſpectu in forum atq; inde agmine facto ad curiã cõcurrit.Et cũ Conſules tam vltu repentino coacti Senatũ vocarẽt, introeuntibus in Curiam patribus, laceratum virgis tergũ procumbentis ad ſingulorũ pedes oſtendebant. Victum eo die ob impotentem iniuriam vnius ingens vinculum fidei,iuſſiq; conſules ferre à populum,ne quis,niſi qui noxiam meruiſſet,donec pœnam lueret in cõpedibus, aut in neruo teneretur, pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium eſſe. Itaq; nexu ſoluti,cautumq; in poſterum,ne necterentur.[Ob turpiter ictũ fœdus] Nota eſt hiſtoria, quomodo apud furculas Caudinas clauſi & obſeſſi fuere Rom.à Samnitibus, T.Veturio Caluino, & Spurio Poſthumio Conſulibus,& ſub iugum miſſi, icto fœdere cum hoſtibus.quod P.R.non probauit,nec accepit.Sed auctores fœderis turpis deditionis dedendos hoſtibus cenſuit, vt populus religione ſolueretur.[Domeſticam ruinam] Quia res familiaris perierat,pater grandi ære alieno aſtrictus erat, quod cum ſoluere non poſſet filius fœneratori in ſeruitutem ſe dari paſſus eſt,quamdiu debitum ſeruitute perſolueret.

ASCEN. TItius Veturius filius eius Veturij, qui fuerat deditus].i.in poteſtatem datus.]Samnitibus in Conſulatu ſuo]. i. cum eſſet Conſul,ob fędus ictum turpiter.i.cum ſumma ignominia exercitus Rom. ad furcas Caudinas ſub iugum miſſi, cum ipſe adoleſcentulus admodum.i. valdè.i.prima parte adoleſcentię, coactus eſſet daret Cœlio Plotio ſe nexum.i. in vincula, vt in compedibus opus faceret ipſi creditori,propter ruinam domeſticam & graue æs alienum.i.debitum contractũ ex ære alieno, affectus ab eo.ſ.Plotio verberibus ſeruilibus.i.ſeruo dignis,aut inferri conſuetis,quia noluerat pati ſtuprũ, detulit quærelã ad Cõſules à quibus.ſ.Cõſulibus, Senatus factus certior.i.edoctus de hac re.ſ.de turpi ſæuitia Plocij,iuſſit Plocium duci in carcerem.Enim pro quia,Senatus voluit pudicitiã eſſe tutã ſanguinis Rom.poſitam in qualicunq; ſtatu.q.d. etiam in cõpedibus habito.Et quid mirũ.Clauſula eſt continuatiua, & ita ad vtrũque exemplũ pertinens,ſed potius ad ſequens, ſicut & illa concionis hoc, &c.Ordo eſt.[Et quid mirum] Sup. eſt ſi vniuerſi P.C.cenſuerunt hoc.ſ.pudicitiam Rom. in quocunq; ſtatu debere eſſe tutam,q.d.nihil. Cum etiam vnum virum id cenſuiſſe conſtet. Nam Caius, &c.occurrit nunc,quod de ingratitudine dictũ eſt facilius ignoſcendum ingratitudini totius ciuitatis,quam ſingulorum, quo circa videtur admirabilius totum Senatum id cenſuiſſe,quàm ſingulos,nam ſi totus ita cenſuit, videtur conſequens eſſe, vt ſinguli ita cenſuiſſe dicantur: ſed non continuo ſi vnus aut alter,ergo omnes.Quocirca ſciemus difficilius eſſe interdum vnum rectè iudicare,quàm multitudinem,quia vnius iudicium facile ſubuerti poteſt, multorum nõ poteſt,dummodo illi multi ſapientes ſint, quocirca in iudicio patrum conſcriptorum licet vnus, & alter nõ rectè ſenſerit,qa potioris partis præualet ſententia,totus tamen ordo rectè iudicare facillime poteſt,in multitudine autem plebis, vbi pauci ſunt boni,& rectè ſentiens, facilius eſt totam concionem errare,quia plures meliores vincunt,q̃ ſingulos extra cõcionem, vnde in cap. de Ingratitudine potius multitudini ingratæ, quã ſingulis ignoſcendum cenſuit.

DE C. FESCENINO TRIVMVIRO.

*CAIVS Feſceninus Triumuir. * C.Cornelium fortiſſimæ militiæ ſtipendia emeritum, virtutiſque nomine quater honore primipili ab Imperatoribus donatum, quod cum ingenuo adoleſcentulo ſtupri commercium*

* Capitalis.

mertium habuiſſet, publicis vinculis onerauit, à quo appellati Tribuni, cum de ſtupro nihil negaret, ſed ſponſionem ſe facere paratum diceret, quod adoleſcens ille palàm, atq; apertè corpore quæſtum factitaſſet, interceſſionem ſuam interponere noluerunt. Itaq; Cornelius in carcere mori coactus eſt. Non putarunt Trib. pl. Remp. noſtram cum fortibus viris paciſci oportere, vt externis periculis domeſticas delitias emerent.

OLIV. Cor. mors ꝓ violato adoleſcentis pudore

CAIVS Feſceninus Triumuir] Cornelium ſtrenuum militem, qui multa pro Rep. fortiter geſſerat in vincula coniecerat, quod cum ingenuo adoleſcēte ſtuprum commiſiſſet, ille factum non negabat, ſed facti excuſationem afferebat, quod ille adoleſcens publicè quæſtum ea corpore facere conſueuiſſet, idq; datis ſponſoribus ſe probaturum affirmabat, & propterea non id ſibi fraudi eſſe debere. Imploratoq; fuſtra Tribunorum auxilio, quia nemo intercedere voluit in carcere mori coactus eſt. [Triumuiri] Triumuiri primo libris tantum Sybillinis præferunt, poſtea creati ſunt in deducēdis Colonijs, poſtremo in ſumendo ſupplicio de damnatis, & tantum dicebantur Triumuiri rerum capitalium. [Cōmercium] Conſuetudine: proprie commercium dr̄ commutatio mercis, ponitur tñ pro commutatione cuiuſcunq; rei, vt commercium literarū, cōmerciū linguæ. Liu de Numa loquens, quo linguæ cōmercio dixit, & ponitur pro conſuetudine, vt hoc loco. [Domeſticas delitias] Vt pro rebus benè geſtis cōcederet domi turpiter viuere, vt ſupra dixit, quid prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi malè vixeris.

ASCEN. NAm igitur, Caius Feſceninus Triumuir] Capitolinus (Multi textus, hoc vltimū non habent, quod agnomen eſt ponendum, dicebatur ante Triumuir, ſine epitheto, poſt Triumuir cum epitheto, vt ſi Triūuir Capitolinus, id eſt ad inſpiciendos libros Sybillinos creatus, verum hic conijciendi in carcerem munus habuiſſe videt) onerauit catenis publicis C. Corn. emeritum. i. vſq; ad remiſſionem meritum, aut euidenter meritum. ſtipendia. i. æra fortiſſimæ militiæ, & donatum ab Imperatoribus quater nomine. i. ratione, & titulo virtutis, honore primipili. i. anteſignani, aut qui primum pilum ferret, quod habuiſset commercium. i. conſuetudinem, aut conuentionem & pactum ſtupri, cum adoleſcentulo ingenuo. [A quo] ſ. C. Cor. Trib. appellati. i. contra Triumuiri violentiam, ne. ſ. pateretur ciuem Rom. in vincula conijci, cū ipſe nihil negaret de ſtupro. i. fateretur ſe ſtuprum commiſiſſe, ſed diceret ſe paratū facere ſponſionem. i. cautionem, ad omne damnum reponendum, ſi in probatione defecerit, quod adoleſcens ille factitaſset quæſtū. i. lucrum turpe, corpore. ſ. ſuo libidini expoſito, ac proſtituto, palam, atq; apertè, & ita incurreret, nullam illi à ſe iniuriam factā. Tribuni noluerunt ponere interceſſionem ſuam. i. noluerunt eius incarcerationem impedire auctoritate ſua. Nam licèt quæſtum facienti iniurius non fuerit. Romano tamen ſanguini cōtumeliam intulit. [Itaq;] i. & ita Cornelius coactus eſt mori in carcere. Enim pro quia, Trib. pl. non putauerunt Remp. noſtrā. i. Romanam, oportere paciſci. i. pactum facere cum viris fortibus qualis erat Cornelius iſte, vt. ſ. viri fortes emerent delicias. i. turpem voluptatem, ac libidinem cum ingenuis, dum domi eſſent, periculis externis, quæ obirent, dum in bellis eſſent, hoc eſt noluerunt tale pactum facere, vt permitterent eos, qui fortiter foris egerint, molliter ac turpiter domi viuant.

DE COMINIO TRIB. PLEB.

LIBIDINOSI Centurionis ſupplicium, Marci Lectorij Mergi Tribuni militaris, æquè ſimilis fœdus exitus ſequitur. Cui Cominius Trib. pl. diem ad populum dixit quòd Cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſſet. Nec ſuſtinuit eius rei ſententiam Lectorius, ſed ſeipſe ante iudicij tempus fuga prius ſubtraxit, deinde etiam morte ſe puniuit. Natura modum expleuerat, fato tamen functus, vniuerſæ plebis ſententia crimine impudicitiæ damnatus eſt. Signa illum militaria, ſacratæ aquilæ, & certiſſima Romani Imperij cuſtos ſeuera caſtrorum diſciplina: vſq; ad inferos perſecuta eſt. Quoniam cuius virtutis magiſter eſſe debuerat, ſanctitatis corruptor tentabat exiſtere.

LIBIDINOSI Centurionis] Hic notatur Cornicularium ſignificare eū, qui in cornu militares excubias facit, vt quidā voluut, ſed falluntur ſine dubio, nam Acceſus nomē eras ordinis, & promotionis in milites, vt nunc dr̄ princeps, vel Cōmentarieſi, aut Cornicularius. Aſconius ita refert. Acceſi dicebātur attributi Decurionibus, hoc eſt miniſtri eorū, quaſi ad cenſum additi, quos nūc Cōmētarienſes, & Cornicularios appellant. Sed quia huius rei rationem nullā affert, ſunt qui cenſent Cōmentarienſes dictos, quod cōminiſcerētur, hoc eſt fingerent aliquid, quia tanquā miniſtri erant. Cornicularios aūt eo quod vna cū ſuis Decurionibus in cornibus aciem ſtatuebantur. [Centurionis] Cornelij, de quo ſupra diximus. OLIV.

LIbidinoſi, &c.] Ordo eſt. Exitus æquè fœdus videlices Marci Lectorij Mergi Trib. militaris ſequitur ſupplicium Cēturionis libidinoſi, videlicet Caij Cornelij in carcere extincti non vt Oliu. dicit Feſceninni, qui licet ſupplicium intulit, atq; ita forte dici poſſet ſupplicium eius actiuum, tñ quia non fuit libidinoſus, ſed punitor libidinis, vñ de pudicitia eius exemplū ſuperius allatum, exponendum eſt paſſiue de ſupplicio, vt dixi C. Cornelij, qui & primipilus, & centurio fuit, eius ſupp æque fœdus. i. turpis, vt exitus Cornelij, cui. ſ. Lectorio Cominius trib. ple. dixit diem ad populum, quod appellaſſet. i. interpellaſſet, aut ſollicitaſſet cornicularium ſuum. i. cōmentarienſem militem cauſa ſtupri. [Nec Lectorius ſuſtinuit.] i. potis fuit expectare ſententiam eius rei. i. litis, aut accuſationis, ſed ipſe. i. ſua ſpōte ſubtraxit ſe prius fuga ante tempus iudicij, deinde puniuit ſe etiam morte. [Lectorius] Supple expleuerat modum. i. menſuram naturæ. i. quantum per naturam in eum ſæuiri permittebatur, quia vſq; ad mortem, tñ ipſe functus fato. i. mortuus, dānatus eſt crimine impudicitiæ, ſententia plebis vniuerſę, & ſi dicas, quid illa defuncto obfuit: dicit, ſigna militaria, vtpote aquilæ ſacratæ. ſ. Ioui, & ſeuera diſciplina caſtrorum. i. caſtris exerciti ſolita, certiſſima cuſtos imperij Roma. perſecuta eſt illum vſq; ad inferos, quia iam vita defunctum. Quoniam ipſe tentabat exiſtere corruptor ſup. eius virtutis, videlicet corniculari ſui, cuius debuerat eſſe magiſter. i. doctor verbo, & exemplo. ASCAN.

DE CAIO MARIO.

*HOC * monuit C. Marium Imperatorem, tum, cū Cluſium ſororis ſuæ filium Tribunum militum à Cęlio Plotio manipulario milite iure cæſum pronunciauit, quia eum de ſtupro compellare auſus fuerat. Sed vt eos quoque qui in vindicanda pudicitia dolore ſuo * publica lege vſi ſunt, ſtrictim percurram Sempronius Muſca C. Gallium deprehenſum in adulterio flagellis cecidit: C. Menius L. Octauium ſimiliter deprehēſum neruis contudit: Carbò Attienus à Bibieno, item Pontius à P. Cernio deprehenſi caſtrati ſunt: Cn. etiam Furius Brocchum, quem deprehenderat, familiæ ſtuprandum obiecit: quibus iræ ſuæ indulſiſſe, fraudi non fuit.*

* Cic. pro Mil. Plu. in vita & apoph. vnde hic C. Lucium poſſis legere.
* pro publica.

HOc monuit C. Mariū] Hoc legitur in vita Marii. Cicero quoq; in oratione pro Milone huius exempli mētionē facit. Cū Cluſius C. Plotium ſtuprare voluiſſet, tātæ obſcœnitatis ira cōmotus Plotius, Cluſium occidit. Ductus eſt in iudicium Plotius, tum prætor erat Marius, qui Cluſium nepotem ſuum iure cæſum pronunciauit. Plut. dicit. Marij nepotem C. Lucium fuiſſe nominatū, adoleſcentem vero Trebonium, quem Marius cognita cauſa nō ſolū abſoluit, ſed admiratione virtutis inſuper coronauit, tanquā pulcherrimū illis tēporibus facinus ædidiſſet Cic. in Milonianā pudicitiā inquit, cū eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marij, ꝓpinquus eius imperatoris interfectus eſt ab eo, cui vim afferebat, facere. n. probus adoleſcens periculoſe, q̄ perpeti turpiter maluit atq; hūc ille ſummus vir ſcelere ſolutū periculo liberauit. [Manipulario] Qui ſub eodem manipulo cum alijs militabat. [Sed vt eos] Nonnullos per tranſitum tangit, qui ira perciti ſuo dolore vſi ſunt pro lege. In adulterio. ſ. cum vxore. Neruis, vt arbitror melius quā Pernis. [Stuprandū obiecit] Hic ſcelus ſcelere vindicauit. [Fraudi non fuit] Pœnæ à præcedente quod ſequitur. OLIV.

HOc.] ſ. exemplum ſeueræ vltionis in impudicū monuit C. Marium Imperatorem, tunc, cum pronunciauit Cluſium filium ſororis ſuæ & ſup. tri. mil. cæſum iure à Cœlio Plotio milite manipulario, quia auſus fuerat compellare. i. ASCEN.

ſolicitare

ſo'icitare eum de ſtupro.[Sed vt percurram ſtrictim]. ſ. paucis verbis quoq;.ſcilicet eos,qui vlti ſunt dolore ſuo. i. vehementi zelo,pro lege publica.i.loco legis publicæ,in pudicitia vindicanda.i.vlciſcédo eos,qui pudicitiam violarunt Sempronius Muſca,alij habent Muſica,cecidit flagellis Caium Gallium deprehenſum in adulterio.ſ.cum vxore Sempronij.Caius Menius cótudit neruis.i.chordis ea neruis,aut vt alij legunt pernis.i. oſſibus peroarum,Luc Octauium deprehéſum ſimiliter,ſ.in adulterio,Carbo Actienus,item Pontius deprehenſi.ſ. in adulterio caſtrati ſunt.Carbo ſup.caſtratus à Bibieno,& Pontius à Pub. Ceruio,alij habent Teiuio. [Cn.ét Furius obiecit Brocchum] Quem deprehenderat,ſ.in adulterio vxoris, ſtuprandum ſamiliæ vnde Horat.in Serm.Hic ſe præcipitem tecto dedit, ille flagellis ad mortem cęſus fugiens , hic decidit acra Prædonum in turbam,dedit hic corpore nummos;Hunc perminxerunt calones,quin etiam illud accidit,vt quidam teſtes caudamq; ſalacem,Demeteret ferro,&c.vbi tangit fere oés quos , hic auctor.Nam & cæſos flagellis dicit,& ſtupratos cum dicit. Hunc perminxerunt.i.& caſtratos illic,caudamq; ſalacem.i.penê,aut mentulam demeteret ferro,&c.Quibus,ſ.qui deprehéſos propria auctoritate puniuerunt,non fuit fraudi.i.damno, aut detrimento indulſiſſe.i.nimium paruiſſe iræ ſuæ. Vnde leges permittunt deprehenſos in adulterio,ſubito illo calore occidi.

Theo. NEruis contudit]Antiqui libri hât pernis,vt intelligas calcibus. Furius Brocchum,locus eſt anceps aliquot.n. vetuſta exemplaria contrauerſum ſcribunt Furium Brocchus , vt à Broccho Furius in adulterio depreheſus, caſtratusq; videatur.

EXTERNA

DE HIPPONE FOEMINA.

ATQVE vt domeſticis externa ſubnectã Græca fęmina nomine Hippo cum hoſtiũ claße eßet excepta,in mare ſe , vt pudicitiã morte tuerentur, abiecit: cuius corpus Erechtheo littori appulſum proxima vndis humus,ſepulturæ mandatum, ad hoc tẽpus tumulo contegit : ſanctitatis verò gloriam æternæ traditam memoriæ Græcia laudibus ſuis celebrando quotidie florentiorem effecit.

Oliv. ATQVE vt externis]Hippo Græca mulier,quibus parẽtibus incertũ eſt,forma præcellens,capta à nautis cũ pudicitiã ſuã periclitari ſenſiſſet,noctu , ſe præcipitẽ dedit in vndas,morique pudica,q̃ impudica viuere maluit cadauer eius eiectũ ab vndis Græci in Erythreo littore haud procul ab vndis ſepulchro condiderunt,& ad hanc vſq; ætatem eius ſanctitas & pudicitia æterna memoria celebratur. Erythreo mari rubro,nam erythron rubrum dicitur. Aeternæ traditam memoriæ.Quia in hiſtorijs celebratur.

Ascen. ATque vt externa ſubnectã domeſticis].i. Romanis exẽplis æterna ſubnectã,fęmina Græca nomine Hippo , cũ eſſet excepta.i.capta à claſſe hoſtium,abiecit ſe in mare,vt tueret.i.ſeruaret morte pudicitiã:cuius corpus appulſum littori Erechtheo.i.ad littus Erechtheũ. Oliu. legit Erythreo.i.maris rubri,quo ſi appelli potuit, viderit ipſe. Humus proxima vndis.i.littoralis ora,contegit tumulo mandatum ſepulturæ ſup.vſque ad hoc tempus,Vero pro ſed , Græcia effecit gloriam ſanctitas traditã æternæ memoriæ florentiorẽ,quotidie celebrando ſup.eam laudis ſuis.

Theo. ERythreo]Manuſcripti libri habent,Eretreo littori appulſũ. Ianus exiſtimabat Aenio caſtigandũ,nec Hippo , ſed Arco legebat.Herodici Teſſalorum,longè principis ea filia fuit, vxor Parldis,q̃ ſe pcipitẽ dedit in mare ne ſua pudicitia Philippo Demetrij filio Macedonũ regi,ludibrio foret:hiſtoriã refert belli Macedonici li. x.Liu.aliter q̃ Val.Græcos & alios ſecut* ẽ auctores Aenio.Nã res ad Aenum geſta vt Liu.ét tradit.

DE ORGIAGONTIS Reguli vxore.

*Li.li.38. *VEHEMENTIVS * hoc,illud conſideratius exemplum pudicitiæ.Exercitu & copijs Gallogræcorum à Cn.Manlio Conſule in Olympo monte ex parte deletis, ex parte captis , * Orgiagontis Reguli vxor miræ pulchritudinis à Centurione,cui cuſtodiẽda tradita erat, ſtuprum pati coacta:poſtquam ventum eſt in eum locũ in quem Conſulis * iußu Centurio miſſo nuncio , neceſſarios mulieris precium, quo eam redimerent,afferre iußerat,aurum expendente Centurione , & in eius pondus animo ,oculisque intento,Gallogræcis lingua gentis ſuæ imperauit,vt eum occiderent,interfecti deinde caput abſciſſum manibus retinens ad coniugem venit, abiectoq; ante pedes eius,& iniuriæ,& vltionis ſuæ ordinem expoſuit.Huius fęminę quid aliud quiſquam,quàm corpus in poteſtatem hoſtium veniſſe dicat , Namque animus neque vinci,neque pudicitia capi potuit.*

*Oriſgõtis in Liuio. Oria gontis in alijs.

* Iniuſſu fortaſſe melius ex Liuio.

VEHEMENTIVS hoc] Gallogræci reliquiæ fuerunt exercitus Brenni Ducis,qui cũ deleta Græcia in orientẽ duceret exercitum in media Aſia conſedit , & permixta lingua vtraq; Gallica & Græca,Gallogræci appellati ſunt:hi aũt dicebantur inter auxilia regis Antiochi fuiſſe,& Cn. Manlius affirmauit à ſe victos eſſe,nam, vt linguæ mixtæ molliores ſunt, ita quoque molliores facti , & inde victi , & fugati,ſed Orgia vxor capta,& cuidã Centurioni tradita in cuſtodiã,cũ pp eximiã pulchritudinẽ per vim eã ſtupraſſet,occaſione vltionis expectata,violentiã ſuã fortiter vlta eſt.Front. Orgiagontis, inquit regis vxor à Centurione ſtuprum paſſa memorabili exemplo cuſtodia euaſit,reuulſumq; militis caput ad maritũ ſuum detulit.Pli.de viris illuſtr.inter captiuos,inquit vxor regis Orgiagontis Centurioni cuidã in cuſtodia data eſt, à quo vi ſtuprata,de iniuria tacuit,& poſt impetrata redemptione, marito adulterum interfectũ tradidit. [Vehemẽtius hoc].ſ.de Hippone exẽplum. Quia mori voluit.[Illud qđ modo referam de Orgiagontis vxore,conſideratius] Quia expectauit occaſionẽ vindictę.[In eum locum]Locus deputatus fuerat quo eius neceſſarij ad redimendam eam venirent . [Huius fœminæ quid aliud]Si quis diligenter inſpexerit,quanto animi robore vlta ſit pudicitiam ſuam Orgiagontis vxor , facile intelligat corpus,non animum capi,nec pudicitiam violari potuiſſe.

Ascen. VEhementius hoc].i.hoc.ſ.iam dictum exemplum pudicitiæ.ſ.mulieris Græcæ ſup.fuit vehementius,illud.ſ.quod iam dicetur ſup.fuit exemplum pudicitiæ conſideratius.i.temperantiore animo factum.[Copijs] ſ. exercitibus Gallogræcorum.i.illorum populorum à Gallis ortorum,& in Græciæ parte,q̃ Brenno duce olim inuaſerant regnantium,deletis ex parte,& captis ea parte à Cn.Manlio Conſ.ſ.Ro.in Olympo mõte . Vxor Orgiagontis,ſeu Oriagontis vt ſit viri nomen , nam aliter dicam Orgiagontis vxor Reguli.ſ.Gallogræcorũ miræ pulchritudinis,coacta pati ſtuprum à Centurione.ſ.Romano , cui tradita erat cuſtodienda,poſtquam ventum eſt.ſ.ab ea,& à Centurione,in eum locum,in quem Centurio iuſſu.i. ex mãdato Conſulis.ſ.Manlii iuſſerat nuncio miſſo. ſ. per nuncium ad hoc miſſum,neceſſarios id eſt proximos ſanguine, mulieris afferre precium,quo redimerent eam ; Centurione expẽdente.i. pendendo exquirente pondus auri, & integro animo , & oculis,intento.i.ad pondus auri,quod allatum erat;mulier ſup.imperauit lingua gentis ſuæ,Gallogræcis , vt occiderent eum. ſ. Centurionem,deinde ipſa retinens manibus caput interfecti.ſ. Centurionis. [Abſciſſum].ſ.à Gallogræcis,venit ad coniugẽ.i. maritũ ſuum, & ſup.capite abiecto ante pedes eius.ſ.mariti,expoſuit.i.declarauit ordinem.i.ſeriem,& omnem proceſſum,& .i. ſimul iniuriæ ſuæ quã paſſa erat,& vltionis ſuæ,q̃ in Centurionẽ fecerat.Qui propterea iniurius erat , quod cuſtodiæ ſuæ datã,& precio ſtatuto redimendam,violauerat,quid aliud huius fęminæ quiſquã dicat.i.dicere merito poſſit,veniſſe in poteſtatem hoſtium,quàm corpus,quaſi dicat nihil. Namq; animus,neq; potuit vinci,nec pudicitia ſup.eius potuit capi , aut potius vtrumq; referatur ad animum iuxta regulã Vallæ , qua præponitur ſequentibus particula,neq; geminata , vt pudicitia ſit ablatiui caſus,ſic nec animus potuit capi , id eſt priuari pudicitia,ſicut oculis capti,qui vſu eorum priuati ſunt dſr.

Theo. ORgiagontis lege Plutarch.de claris mulieribus, & Liu.de bello Macedonico libro octauo,quamuis inſcitia librarii poſt tot ét cenſuras,Orgiſgontis nomẽ vniuerſè ſcriptũ eſt.

DE

DE VXORIBVS THEVTONICORVM.

* Florus lib. 1. cap. 3. Plut. in Mario paululum diuerſa ſcribunt.

THEVTONICORVM * verò coniuges Marium victorem orarunt, vt ab eo virginibus veſtalibus dono mitterentur, affirmantes æquè ſe, atq; illas virilis concubitus expertes futuras, eaq; re no impetrata, laqueis ſibi nocte proxima ſpiritũ eripuerũt. Dij melius, quod hũc animũ viris earum in acie non dederunt: nã ſi mulierum ſuarum virtutẽ imitari voluiſſent, incerta Theutonicæ victoriæ trophæa reddidiſſent.

OLIV. THEVTONICORVM verò] Cymbri, Theutoni Senones, ab extremis Galliæ profugi, cũ terras eorũ inundaſſet Oceanus nouas ſedes toto orbe quærebant, exclusi, & Gallia, & Hiſpania, cum in Italiam migraſſent, terrã ad habitandum à Senatu populoq; Romano petierunt, qua negata, quod nequiuerunt precibus, armis petere conſtituũt: ſed eorũ primũ impetum Syllanus ſuſtinere non potuit; nec ſecundum Manlius nec tertium Cepio: oẽs fugati, exutiq; caſtris ſunt, actumq; fuiſſet de Imperio Ro. niſi Marius illo ſæculo contigiſſet, qui non auſus congredi ſtatim, militẽ tenuit in caſtris donec inuicta rabies, & impetus quẽ pro virtute barbari habent conſeneſceret; quo facto, illos facilè ſuperauit. Nã cũ tripartito agmine illi per alpes ferrentur, Marius mira celeritate occupatis compendijs pũenit hoſtẽ, prioreſq; Theutonas aggreſſus eſt, cũ quãtãto ardore pugnatũ eſt, vt ea cædes hoſtiũ magis fuerit, quàm pugna, & victor Ro. è cruento flumine nõ plus aquæ biberit, q̃ ſanguinis, ſublatis funditus Theutonicis, in Cymbros conuertitur, ſed non minor cũ vxorib. illorũ pugna, quã cũ ipſis fuit, cũ obiectis vndiq; plauſtris, atq; carpentis, altæ deſuper quaſi de turrib. lanceis contiſq; pugnarent, proinde plus ſpecioſa mors earũ fuit quã pugna, nã cũ miſſa ad Marium legatione libertatem ac ſacerdotium non impetraſſent. Nã viuere, vt Veſtales virgines, pudicitiã perpetuo ſe ſeruaturas profitebantur, ſuffocatis eliſiſq; paſſim infantibus ſuis, aut mutuis cõcidere vulneribus, aut vinculo è crinibus ſuis facto, ab arborib. iugiſq; plauſtrorũ pependerunt. Virilẽ dixerim, nõ muliebrem hunc animum fuiſſe. Qualem ſi earũ viri de ſe præſtituiſſent, nunquã, Marius de illis triũphare potuiſſet. Theutonicorũ Florus dicit, Cymbrorũ fuiſſe vxores, & nõ Theutonicorum. Plut quoq; in vita Marij, itidẽ dicit fuiſſe Cymbrorũ & Theutonicorũ, ſed aliter tradit hiſtoria, nã mulieres inqt, q̃ ad currus magno aio aſtabant, fugientes neci tradebãt, quãdã viros, quẽdam fratres, quoſdam parentes, & filios infantes manib. ſuffocãtes, ſub curribus deijciebant, ſeipſas aũt gladio iugulabant: fama vnã è ſummitate ppugnaculi ſuſpẽſam ligatis laqueo pedib. vtrinq; pepẽdiſſe.

ASCEN. THeutonicorũ] Ordo eſt. Verò. i. ſed cõiuges. i. vxores Theutonicorum. ſ. interemptorum à Mario, orarunt Marium victorem, vt mitterentur ab eo virginibus Veſtalib. ſ. Romam, affirmantes, ſe futuras expertes concubitus virilis, æquè. ſ. diligenter, ac illas. i. Veſtales, & ea re. i. petitione honeſtiſſima non impetrata. Miſerunt. n. legatũ ad Mariũ, vt ſalua pudicitia, ſi nõ in patriam reduc, ſaltem in Veſtæ clauſtra includi liceret: Marius aũt ſuperbè rũdit, victoris eſſe pſcribere legem, aut cõditionem deditionis, victis. Eripuerunt petitis nõ ĩpetratis ſibi nocte pxima. ſpiritũ. i. anhelitũ, laqueis, q̃ ſtrangulauerũt primum filias, iniuriæ magis obnoxias, deinde ſibi matres, aut laqueo, aut gladio vitã pcluſerunt. [Dij] ſup. fecerũt inqt auctor melius. i. benignius cũ Ro. Imperio, q̃ nõ dederunt hunc. i. huiuſmodi, hoc eſt tam fortem aium ẽt viris in prœlio; Nam ſi viri voluiſſent imitari virtutem ſuarũ mulierũ, ipſi reddidiſſent trophea victoriæ Theutonicæ incerta. i. dubia, q̃a forte Theutonici, aut Cymbri, q̃ re antea vicerãt victores permanſiſſent. q̃d tñ, ne Romanæ virtuti qdquam deroget, nõ audet aſſerere.

QVAE LIBERE DICTA, AVT Facta ſunt. CAP. II.

LIBERTATEM autem vehementis ſpiritus dictis pariter, & factis teſtatam, vt non inuitauerim, ita vltrò venientẽ, n: excluſerim, quæ inter virtutem, vitiumq; poſita ſi ſalubri modo ſe temperauit, laude, ſi quo non debuit, profuderit; reprehenſionem meretur, ac vulgi ſic auribus gratior, quàm ſapientiſſimi cuiuſq; animo probabilior eſt, vtpote frequentius, aliena venia, quàm ſua prouidentia tuta, ſed quia humanæ vitæ partes proſequi propoſitũ eſt, noſtra fide æſtimatione propria referatur.

OLIV. Libertas dictorum. LIBERTATEM autẽ] Dicturus de libertate loquẽdi pariter, & agendi, dicit eã non eſſe affectandam, ſed ſi ſe nobis obtulerit, non eſſe reſpuendam. [Spiritus] Magni animi, quia libertas dicendi à magno animo proficiſcitur. [Inter virtutem] Si nimis fuerit. [Et vitium] Si minima. [Noſtra fide] Quia hiſtorici proprium eſt fideliter omnia narrare. [Propria æſtimatione] Vt ſicuti eſt, ita æſtimemus.

ASCEN. Libertatem aũt] Præfatio eſt de ijs, quæ liberè dicta, aut facta ſunt, de quibus non audet in vniuerſum pronunciare laudanda ne, an vituperanda ſint, q̃ alia laude, alia vituperio ſit digna. Ordo eſt autem. i. ſed vt. i. quemadmodum ego non inuitauerim. i. nolim inuitaſſe, vt veniat ad me diſcumbenda, quia anceps eſt eius laus, ita non excluſerim. i. nolim excluſiſſe ab hoc opere libertatem vehementis ſpiritus teſtatam. i. teſtificatam pariter dictis ac factis venientem. ſ. in has partes vltro. i. non requiſita à me. Quæ. ſ. libertas poſita inter virtutem, & vitium, ſi temperauerit ſe modo ſalubriter, meretur laudem, ſi profuderit ſup. ſe eo, quo non debuit, meretur reprehẽſionem, ac ſi gratior eſt. i. plauſibilior eſt auribus vulgi, quàm probabilior. i. probata magis (quam raro ponit pro re excelſa comparatiuum nam conſuetius dicitur ſum melior, quàm diues, non quam diuitior, aut ditior) animo cuiuſq; ſapientiſſimi, hoc eſt plus gratiæ habet huiuſmodi libertas in animo vulgi, quàm approbationis in animo ſapientis, nam periculosè ſæpe fit, & irã potius, quàm pacem conciliat: licet interdũ ea fœliciter quidã vſi ſint, vnde addit vtpote tuta frequentius venia aliena. i. eorũ, in quos dicta, aut facta ſunt nimis liberẽ, quã prouidẽtia ſua. i. propria. [Sed quia propoſitum eſt]. ſ. mihi in hoc opere proſequi partes. i. mores humanæ vitæ, referatur. i. recenſeatur huiuſmodi libertas fide. i. fidelitate in vera dicendo noſtra. ſ. qui hæc dicemus & æſtimatione. ſ. de valore eius, an laudabilis, an verò vituperabilis debeat dici propria i. quàm meruerit.

DE QVODAM PRINCIPE Priuernatum.

* Liu. li. 8.

PRIVERNO * capto, interfectiſq;, qui id oppidũ ad rebellandum incitauerant, Senatus indignatione accenſus, conſiliũ agitabat, quidnã ſibi de reliquis quoq; Priuernatibus faciẽdũ eſſet. Ancipiti igitur caſu eorũ ſalus fluctuabat eodẽ tẽpore, & victorib. & iratis ſubiecta. Ceterũ cũ auxiliũ vnicũ in precibus reſtare animaduerterent, ingenui & Italici ſanguinis obliuiſci non potuerunt. Princeps. n. eorum in Curia interrogatus, quam pœnã mereretur: reſpondit, quàm merentur qui cum ſe dignos libertate iudicarent, arma ſumpſerant exaſperatos P. conſcriptorũ animos, verbis inflammauerat. Sed Plautius Conſul fauens Priuernatũ cauſæ, regreſſum animoſo eius dicto obtulit, quæſiuitq;, qualem cum eis pacẽ habituri Romani eſſent impunitate donata: at is cõſtantiſſimo vultu, Si bonã dederitis, inquit, perpetuã: ſi malam non diuturnã: qua voce perfectũ eſt, vt victis non ſolum venia, ſed etiam ius, & beneficium noſtræ ciuitatis daretur. Sic in Senatu Priuernas loqui auſus eſt.

OLIV. PRIVERNO capto] C. Plautius ſubegerat totũ Latiũ, & præcipuè Priuernates qui rebellauerant, ſumptoq; de authorib. ſupplicio, de reliquis cõſultabat in Senatu, & cũ ipſa res per ſe anceps eſſet, prout cuiuſq; ingenium eſſet atrocius mitiuſue, ſuadentibus tñ incertiora omnia fecit vnus ex Priuernatibus legatis, magis conditionis in qua natus eſſet quàm præſentis neceſſitatis memor, qui interrogatus à quodã triſtioris ſententiæ auctore, quàm pœnam meritos Priuernates cenſeret, eã inquit, quàm merentur, qui ſe libertate dignos eſſe cenſent, cuius cũ feroci reſponſo infeſtiores factos videret Cõſul,

ſocios, quod Priuernatiū cauſam impugnabāt, vt ipſe benigna interrogatione mitius reſponſum eliceret, quid ſi pœnam, inquit, remittimus vobis, qualem pacem vobiſcū nos habituros ſperamus? ſi bonā, inquit, dederitis, & fidelē, perpetuā; ſi malā, haud diuturnā. tū verò minari, nec ad ambigue Priuernatē quidam dicebant, & illis vocibus ad rebellandum incitari populos pacatos; pars melior Senatus ad meliora reſponſa trahere, & dicere viri liberè vocem auditam, ac credi poſſe, nullū populū, aut hominem deniq; in ea cōditione, cuius eum pœniteat diutius, quam neceſſe ſit manſurū, ibi pacem eſſe fidā, vbi voluntariè pacati ſunt, neq; eo loco, vbi ſeruitutem eſſe velint, fidem ſperandā eſſe. In hanc ſuiam maximè Conſul ipſe inclinauit animos identidē iā principibus ſententiarum Conſulares, vti exaudiri poſſet à pluribus dicendo, eos demū, qui nihil præterquam de libertate cogitant dignos eſſe, qui Romani fiant, itaque & in Senatu cauſam obtinere, & ex auctoritate patrum la tum eſt ad populum, vt Priuernatibus ciuitas daretur. [Ancipiti caſu] Dubia fortunā, quia alij perdendos, alij ſeruandos eſſe iudicabant, & quia Rom. victores illis erant infenſi. [Arma ſūpſerant] Hoc dicit, vt majorem oſtendat illorum huius libertatem. [Regreſſum] Emendationem.

Asc e n. PRiuerno oppido illo in Latio capto. ſ. à C. Plautio, & ſupplicijs, qui incitauerant ad oppidum ad rebellandum, interfectis; Senatus accenſus indignatione, agitabat conſilium. i. conſultabat, quid nam eſſet faciendum ſibi de reliquis quoq; Priuernatibus. Igitur eorū ſalus fluctuabat ancipiti caſu, quia in ſententia Senatus, quæ tunc anceps erat, ſubiecta. ſ. ſalus eodē tempore & victoribus, qui poterant eos deſtruere, & iratis, qui videbantur id debere velle. Cæterum cum Priuernates animaduerterent. i. conſiderarēt vnicum auxilium reſtare. i. reliquum eſſe, in precibus, non potuerunt obliuiſci ingenui, & Italici ſanguinis. i. non potuerūt, quin vt ingenuos decet liberè loquerentur etiam ſi moriendum eſſet. Princeps enim eorum interrogatus in Curia. i. in Senatu, quā pœnam mererentur. ſ. Priuernates ob defectionem. Reſpondit ſup. eam, quàm merentur ij, ſup. qui cum iudicarent ſe dignos libertate, ſumpſerunt arma. ſ. ad defendendā libertatem, & ita ipſe inflammauerat. ſ. ad iram, animos patrum conſcriptorū exaſperatos. ſ. prius per iniuriam illatam. Sed Plautius Conſul, fauens cauſæ Priuernatium, (quia ferè eorum quos vicerant Rom. patroni fiebant) obtulit dicto animoſo. i. nimis libero ab animo profecto cūlioni, regreſſum. i. quaſi reuocationem, & ita ſi vellet emendationem, per ſecundum reſponſum, quòd. ſ. quia quæſiuit, qualem pacem Rom. habituri eſſent cum eis. ſ. Priuernatib. impunitate donata, i. ſi remiſeris Senatus ei culpam. [At] i. ſed iam princeps Priuernatum, inquit, vultu conſtantiſſimo, perpetuam ſup. habituri eſſent pacem, ſi dederint bonam, & non diuturnam ſi dederint malam. [Qua voce]. ſ. tam libera, & quæ Senatum in admirationē traxit, perfectum eſt, vt non ſolum venia daretur victis, ſed etiam ius, & beneficium noſtræ ciuitatis, quia ciuitate gratis donati ſunt, vt fidelius amicitiam P. R. ſeruarent. [Sic in Senatu, &c.] Particula eſt continuatiua, quæ potius ſequenti connectitur, ne clauſula vna in duo capita ſcindatur. Ordo eſt. [Priuernas] i. princeps Priuernatium auſus eſt loqui ſic in Senatu,

DE L. PHILIPPO, ET L. CRASSO.

*Cic. li. 3. de orat. *LVCIVS * vero Philippus Conſul aduerſus eundem ordinem libertatem exercere non dubitauit, nam ſegnitiem pro roſtris exprobrans, alio ſibi Senatu opus eſſe dixit: tantumque à pœnitentia dicti abfuit, vt etiam L. Craſſo ſummæ dignitatis, & eloquentiæ viro, id in curia grauiter ferenti, manum inijci iuberet. Ille reiecto lictore, Non es, inquit, mihi Philippe Conſul, quia nec ego tibi Senator ſum.*

LVcius verò Philippus] Druſiana ſeditio grauis, & perniciosa prope ad interitū Imperij proceſſit. Druſus. n. non Tribunatus modo viribus, ſed ipſius etiam Senatus authoritate, totiuſq; Italiæ cōſenſu Gracchanas leges aſſerere conatus, dum aliud captat ex alio, tantum conflauit incendium, vt ne prima illius flamma poſſet ſubſiſtere. Seruil. Cæpio Equeſtrem ordinem, Liu. Druſus Senatorium tuendum ſuſceperant, nam tum Equites tantum opibus valebant, vt interceptis vectigalibus, depecularentur ſuo more, Remp. Senatus exilio & damnatione Rutilii debilitatus, omne decus maieſtatis amiſerat, quia iudicia a Senatu ad Equites tranſlata fuerant. Signa igitur, & Aquilæ, & vexilla in foro, tanquam in caſtris poſita, & in vna vrbe, quaſi in binis caſtris diſſidebatur, prior Cæpio in Senatū impetu facto, reos ambitus Scau. & Philipp. principes nobilitatis elegit, his vt motibus reſiſteret Druſus, plebem ad ſe Gracchanis legib. eoſdem ſocios ad plebem ſpe ciuitatis erexit, extat vox ipſius nihil ſe ad largitionē vlli reliquiſſe, niſi ſi quis, aut cœnum diuidere vellet, aut cœlum, cum igitur Philip. grauiter inuectus eſſet in Senatū, quia Druſo pernicioſas leges promulganti non reſiſteret, eouſque progreſſus eſt, vt diceret ſibi opus eſſe alio Senatu, qui Reipub. melius conſuleret: quod dictum cū L. Craſſus ſummæ dignitatis, & eloquētiæ vir grauiter ferret, quaſi inſolens, atq; ſuperbus, oratione inuectus eſt in Phil. qui tantum Senatum vituperaret. tum Philipp. lictorem miſit in eum, quem Craſſus à ſe fortiter repellens, dixit, mihi Conſul non eſt Philip. quando illi non ſum Senator, nam dixerat Philip. mihi opus eſt alio Senatu, & cum ingens exorta eſſet altercatio inter Craſ. & Philip. iuſſit Philip. domo Craſſi pignora efferri, Craſ. ait ſe pignoribus nō deterreri, quo minus diceret, quòd è Rep. foret, nec prius taciturum, quam ſpiritus deficeret, nam vt inquit Cic. in oratione Craſ. eo die orationem prope diuinā habuit in Senatu contra Philip. tantaq; mentis agitatione concuſſus eſt, vt cum ſe domum recepiſſet, febribus, & dolore laterū laborare cœperit, & die ſeptimo perierit.

Asc e n. LVcius vero Philippus Conſul non dubitauit exercere libertatem, ſcilicet loquendi aduerſus eundem ordinem. ſ. Senatorium: nam exprobrās, id eſt probro dans ei, ſegnitiem. i. pigritiam, pro roſtris. i. ante roſtra, hoc eſt in publica concione, dixit opus eſſe ſibi alio Senatu, & abfuit tantum à pœnitentia dicti, vt iuberet ēt manū inijci L. Craſſo viro ſummæ dignitatis & eloquentiæ, ferenti id grauiter in curia. [Ille,] ſ. L. Craſſ. inquit. i. rñdit æque liberè, lictore. i. miniſtro Cōſulis miſſo ad eū conijciendum in vincula, reiecto. i. repulſo, ò Philip. tu non es mihi Cōſul. i. nō debeo tibi parere vt Cōſuli meo, quia nec ego ſum tibi Senator. i. quia non honoras me, vt Senatorem.

DE P. SCIPIONE AFRICANO.

*QVID? Philippum * ab incurſu ſuo tutum libertas reliquit, immo & ſimiliter aggreſſa, & æque experta patientia eſt. Cn. Carbo Trib. pleb. nuper ſepultæ Gracchanæ ſeditionis turbulentiſſimus vindex, idemq; orientium ciuilium malorum fax ardētiſſima, P. Aphricanum à Numantiæ ruinis ſummo cum gloriæ fulgore venientem, ab ipſa penè porta in roſtra productum, quid de Tiberij Gracchi morte, cuius ſororem in matrimonio habebat, ſentiret, interrogauit, vt authoritate clariſſimi viri, inchoato iam incēdio, multum incrementi adijceret, quia non dubitabat quin propter tam arctam affinitatē aliquid pro interfecti neceſſarij memoria miſerabiliter eſſet locuturus. At is iure eum cæſum videri reſpondit, cuius dicto cum concio Tribunitio furore inſtincta violenter ſuccla maſſet, * Taceant inquit, quibus Italia nouerca eſt. Orto deinde murmure, non efficietis ait, vt ſolutos verear, quos alligatos adduxi. Vniuerſus populus iterum ab vno contumelioſè correptus erat. Quantus eſt honos virtutis? tacuit actutum, recens victoria ipſius Numantina, & patris Macedonica, deuictæque Carthaginis ſpolia habita, ac duorum regum Syphacis, & Perſæ ante triumphales currus catenatæ ceruices, tunc totius fori prementes ora, clauſerūt, nec timori datum eſt ſilentium, ſed quia beneficio Aemiliæ, & Corneliæ gentis, multi metus vrbis, atque Italiæ finiti erant. Plebs Romana * libertatis Scipionis libera non fuit. * Quapropter minus mirari debemus, quod ampliſſima Cn. Pompei authoritas toties cum libertate luctata eſt, nec ſine magna laude, quoniam omnis generis hominum licentia, ludibrio ſe eſſe quieta fronte tulit.*

* Lio. lib. 59. & Paterc. lib. 2.

* Paterc. Plutar. 10 apoph.

* Libertati.

* Inferius.

Quid

OLIV. QVID Philippum ab incurſu ſuo tantum Cn. Carbo] Hic amiciſſimus fuerat C.Grac. qui cum legem Agrariam ferret a L.Opt.occiſus eſt. Hic ergo cum ſeditionem illam ex citaret, quo tempore euerſa Carthag. deleta Numantia P.Scipio Africanus victor redibat in vrbem, illi obuiam proceſſit ad portam, & in forum perduxit, vt eius auctoritate confirmaretur odium in patres, creſceretq; ſeditio, quam ex morte Gracch. concitauerat, nam Semproniam Gracchain C.& Tib. Gracch. ſororem Africanus vxorem habebat; ſperabat ergo ꝓpter affinitatem grauius aliquid de Grac. morte dicturum, cũ igitur protraxiſſet, in forũ, quæſiſſetque ab eo, quid de Gracch. morte ſentiret, iure cæſum reſpondit, tum populus tumultuare cœpit, quod ille ſentiens, taceant inquit, quibus Italia nouerca eſt; quo dicto, cum multo magis tumultus excitaretur, non efficietis, inquit, vt eos ſolutos verear, quos vinctos ſoldi. Plin. dicit quos ſub corona vendidi. His verbis populi furorẽ nõ metu, quidẽ, ſed partim ſui, partim maiorum ſuorũ gloria, & authoritate repreſſit. [Turbulentiſſimus vindex] Seditioſiſſimus vltor eorum, qui ſeditionem Gracchanam excitauerant. [P. Africanum] Qui propter hanc de Graccho ſententiam proxima nocte fuit interemptus in cubiculo ſuo, vt diximus in capi. de moderatio. [Cuius ſororem] ſ. Semproniam [Incrementi multum] Multum enim auxiſſet populi furorem ſua auctoritate Scip. ſi Gracchum impiè cæſum dixiſſet. [Italia nouerca] Aut qui non veri ciues Itali forent, quippe captiui paulo ante in triumphum adducti, aut certè, qui non aliter Italiam diligerent, ac ſi ſibi nouerca foret, hoc eſt qui nihilo plus amant Italiam, quam priuigni nouercam. [Quos alligatos] Nam multos ex plebe Romana, qui in Carthaginienſium, & Numãtinorum captiuitatẽ venerãt, liberauerat, & libertate donauerat. [Quãtus eſt honos virtutis] Quaſi dicat ingens. [Et tacuit] Adducit rationẽ, quia dignitas fecit, vt æquo animo paterentur. [Recẽs] Quia paulo ante redierat deleta Numantia. [Patris] Pauli Aemilii qui in familiam Scipionem per adoptionem tranſtulit. [Syphacis] Quem auus eius adoptiuus Africanus ſuperior ceperat. [Perſæ] Quem duxit in triumphum. [Ceruices] Superbiæ. [Fori] Populi, cõtinens pro contento poſuit. [Quapropter minus mirum] Si populus inquit, vniuerſus, aliquando ceſſit libertati Scipionis clariſſimorumq; virorum, quid mirum ſi Põpeius patienter tulit libertatem loquẽdi contra ſeipſum, quod non ſine eius laude factum eſt, & ita multa exempla ponit eorum, qui contra Pompeium liberè ſunt locuti.

ASCEN. QVid Philippum, &c.] Ordo eſt. Quid? vt ſit modus interrogandi, quid libertas ſup. aut fecit? reliquit Philip. tutum ab incurſu ſuo. i. ne alter æquè liberè in eum inueheretur, q.d. nunquid ideo Philip. quia liberè locutus erat, non audiuit liberius reſpondentem, immo inquit, &. i. ſimul aggreſſa eſt. i. inuaſit ſ. libertas Senatoris ſimiliter. ſ. Phil. Cõſulẽ, & patientia eius ſup. experta. i. probata eſt æqua. i. æqualiter audiendo liberè reſpondentem Conſulem. Sed ſup. aliter factum eſt in liberis dictis Scipionis, nam obmuteſcere fecit populũ. Cn. Carbo Trib. pl. turbulentiſſimus. i. pleniſſimus turbarum, vindex. i. vltor, & innouator ſeditionis Gracchanæ ſepultæ, id eſt ſopitæ nuper. i. paulo ante eidemq; fax ardentiſſima. i. fax maximè incentiua malorum ciuilium, orientiũ. ſ. per murmur, & ſeditionẽ occultam, interrogauit P. Africanũ. ſ. Scipionem venientẽ cum ſummo fulgore gloriæ, à ruinis. i. euerſione Numantiæ vrbis præclaræ in Hiſpania productum in roſtra. i. locum concionis, penè ab ipſa porta, q.d. priuſquam ſe in ædes proprias recepiſſet. [Quid ſentiret de morte Tiberii Gracchi interrogauit] Cuius ſororem hẽbat in Matrimonio, vt adiiceret incendio iã inchoato multum incrementi. i. ardentiores furores, auctoritate clariſſimi viri, videlicet Scipionis, quia nõ dubitabat, quin ſ. Scipio eſſet locuturus aliquid miſerabiliter. i. ad cõmiſerationẽ faciens, pro memoria neceſſarii. i. affinis interfecti. ſ. Tiberii Gracchi, ꝓp affinitatem arctã, quia interfecti ſororẽ duxerat ſibi coniugem. [At]. i. ſed is. ſ. Scipio, reſpõdit contra ſpem Carbonis, ſup. T. Graccum videri ſibi cæſum iure. i. merito eius. [Cuius dicto cum concio]. i. tota multitudo, quæ coiuerat, inſtincta. i. inſtigata, furore Tribunitio. i. Carbonis Tribuni, ſuccclamaſſet. i. ſubſequẽter iclamaſſet violẽter, Scipio ſup. inquit, [Taceant] ſup. ferè omnes illi, qui ſocclamabant, quib. Italia eſt nouerca. i. non vera parens, quia quantum in eis fuit hoſti diripiendi permiſiſſent, aut quia non vt Italicum nomen deceret pro patria libertate, ſed ſeditioſè per fortiũ virorum ſudorẽ partis agris ipſi ignaui certarẽt. [Deinde murmure orto] . ſ. à concione, negante Italiam ſibi nouercam, ait. ſ. Scipio, vos nõ efficietis, vt verear ſolutos. i. liberos effectos, & quaſi manumiſſos, quos adduxi. ſ. è ſeruitute Hiſpanica, alligatos. ſ. pri⁹ ab hoſtibus, aut quos adduxi ligatos. i. cum ligari prius eẽnt timore, parumq; abfuit, quin ab hoſte ligarẽtur, ego hoſtium victor reuerſus, à curis, & ab imminente ſeruitute liberaui; quod idò dico, quia alligat vniuerſus populus; non. n. & vniuerſus, ſed pauci reſpectu aliorum reuera alligati fuerãt, correptus etiam iterum contumelioſè ab vno, vnde exclamat auctor. quantus. ſ. ô quantus eſt honos virtutis. i. qui virtuti veræ impenditur, quaſi dicat, maximus. Nam ſup. vniuerſus populus tacuit actutum. i. ſtatim, & cauſam addit, quia recẽs victoria Numantina eius. ſ. Scipionis, & victoria Macedonica patris. ſ. ei⁹, & ſpolia Carthaginis deuictæ, habita ſ. à populo per Scipionẽ, ac ceruices duorũ regum, ſ. Syphacis regis Aſiæ, & Perſæ regis Macedoniæ catenatæ ante currus triũphales, in quibus domus Cornelia triũpharat, prementes tunc ora totius cõcionis ſtantis in foro, clauſerunt ſup. ea. [Nec ſilẽtium]. ſ. totius populi datum eſt. i. aſcriptum timori. ſ. eius, ſed quia multi metus vrbis, atq; Italiæ erãt finiti beneficio gentis Aemiliæ, & Corneliæ quas Scipio attingebat, plebs Romana nõ fuit libera. i. immunis libertatis Scipionis, aut ſi eſt libertati. i. quãtum ad libertatem, ſeu reſpectu libertatis Scipionis. Non. n. palàm mutire auſa eſt. Quapropter nos debemus minus mirari, quod ampliſſima authoritas Cn. Pompeii (eſt autem paraſceue ad ſequentia exempla) ampliſſima, luctata eſt. i. certauit toties, cum libertate. ſ. aliorum in ſe, nec ſine magna laude. ſ. eius, quia tulit. i. paſſus eſt fronte quieta. i. minimè commota, ſe eſſe ludibrio, licentiæ hominum omnis generis, vt in ſequentibus declãrat de quibuſdam.

DE CN. PISONE.

CN. Piſo, cum Manlium Criſpum reum ageret, eumque euidenter nocentem, gratia Pompei, videret eripi, iuuenili impetu, ac ſtudio accuſationis prouectus, multa, & grauia crimina præpotenti defenſori obiecit, interrogatus deinde ab eo, cur ſe quoq; non accuſaret? Da inquit, vades Reip. te, ſi poſtulatus fueris, ciuile bellum, non excitaturum, iam de tuo prius, quàm de Manlij capite in conſilium iudices mittam. ita eodem iudicio duos ſuſtinuit, reum accuſatione Manlium, libertate Pompeium: & eorum alterum lege peregit, alterum profeſſione, qua ſolum poterat.

CN. Piſo] Piſo Manlium Criſpum adulterii accuſauerat, Criſpus Pompeii amiciſſimus erat, & Pomp. gratia liberator, quod cum vidiſſet Piſo dixit eripi ſibi reum gratia Pompei, cum Pompeius, cur inquit nõ me quoq; accuſas, at ille; da vades Reip. inquit, non concitaturum te bellum ciuile, & prius de capite tuo, quam de Manlij ſalute agetur. Hunc Manlium Criſpum M. Varro in commentarijs ſuis à T. Annio Milone in adulterio deprehenſum fuiſſe ſcribit, nec prius dimiſſum, quàm grandi pecunia mulctatũ, loriſq; cæſum, quod C. ie quoq; teſtimonio confirmatur, qui dicit bis ad iudicum ſubſellia tractũ, extrema fortuna ſtetiſſe, & ita diſceſſiſſe, vt non ipſe innocẽs, ſed iudices peieraſſe exiſtimarentur. [Si poſtulatus] Si accuſatus fueris, nam poſtulari criminis in iudicio, eſt quempiam accuſari. [Lege peregit] Secundum legem accuſando. [Profeſſione] Quia profeſſus eſt ſe accuſaturum. OLIV.

ASCEN. Criſpus adulterii reus. CN. Piſo, cum ageret Manlium Criſpum reum]. i. cum eius accuſator in iudicio eſſet, & videret eum ſ. Criſpum nocẽtẽ euidenter, eripi. ſ. à condemnatione, gratia. i. per gratiã Pompei, qui defenſor Milo apud iudices plurimum valebat; Piſo prouectus ad accuſationẽ impetu, ac ſtudio iuuenili, & ira nimis ardẽti, obiecit defenſori præpotẽti. i. nimis potenti gratia ſua, multa, & grauia crimina. ſ. rei, deinde iterrogatus ab eo. ſ. Pomp. cur non accuſaret, quoq;. i. etiam ſe. ſ. Pompeiũ, inquit, da Reip. vades. i. ſpõſores qui ꝓ te periculũ obeãt. ſ. te nõ excitaturũ bellũ ciuile, ſi fueris poſtulatus. i. in ius vocatus, ego iã. ſ. vbi vades dederis, mittam in cõſilium iudices de capite tuo. i. efficiam vt conſilia de te reo agitent priuſquàm de capite Manlii. Ita Piſo ſuſtinuit eodem iudicio. i. eadẽ lite duos reos. ſ. Manliũ accuſatione, & Pomp. libertate, & peregit. i. ad condemnationem vſq; perduxit, alterum eorum ſ. Manlium, lege. i. per legem, alterum. ſ. Pompeium profeſſione, id eſt proteſtatione ſe id facturum, ſi poſſet, aut auderet, qua. ſ. profeſſione poterat ſolum, id eſt duntaxat Pompeium reum agere.

At qui

THEO. AT qui M. Varrò, vt eſt apud Gellium, non Manlium. Sed hiſtoriæ auctorem Saluſt. Criſpum ab Annio Milone in adulterio deprehenſum, loriſq; cæſum ſcripſit.

DE CATONE.

* Reum Mimatiũ Plancum. Dion. li. 40. & Plutar. in Põpe. & Ca.

QVID, ergo libertas ſine Catone? nec magis quàm Cato ſine libertate. Nã cum in ſenatorem nocentem, & infamem reum iudex ſediſſet tabellæque Cn. Pompei, laudationem eius cõtinentes, prolatæ eſſent proculdubio efficaces futuræ pro noxio, ſubmouit eas à quæſtione, legem recitando, qua cautum erat, ne ſenatoribus tali auxilio vti liceret. Huic facto perſona admirationem ademit. nam quæ in alio audacia videretur, in Catone fiducia cognoſcitur.

OLIV. QVID ergo Catone?] Cato in ſenatorem reum iudex Pompei tabellas ſummouit, qui illius laudes continebant M. Scaurum ſine dubio fuiſſe intelligimus, ſicut pleniſſime dicetur lib. 9. cap. 1. nam in eo iudicio, in quo repetundarum accuſabantur, laudauerunt Scaurum cõſules nouẽ quos nominare nõ pigeret, ſi res illud deſideraret. laudauerunt omnes per tabellam inter eos Cn. Pomp. quoque. nam quia proconſul erat extra vrbem morabatur, hinc illud in epiſtolis Cic. intelligi poteſt recordare, quibus ex vltimis terris laudationem miſeris. [Senatorem nocentem] Intelligimus Scaurum qui à trib. pl. accuſabatur, quòd pecuniam accepiſſet à Iugurtha, cum princeps legationis eſſet, vel quòd Sardos expoliſſet, & tunc Cato princeps iudicij erat Pompeij. Qui proconſul erat, & ideo venire non poterat in vrbem.

Cic. locus ex epiſt.

ASCEN. QVid ergo libertas. ſup. potuit, quod quidam adiectum volunt, ſine Cato, q. d. nihil, cum Cato fuerit ſummum eius præſidium, nec ſup. potuit magis, quàm Cato ſine libertate, quia ſecluſa libertate Cato eſſe noluiſſet. Nam cum ipſe Cato ſediſſet iudex. ſ. aduerſus ſenatorem nocentem, & infamem videlicet Scaurum, & tabellæ Cn. Pomp. cõtinentẽs laudationẽ eius. ſ. ſenatoris infamis, eſſent prolatæ. i. in medium allatæ, vt legerentur, futuræ proculdubio propter auctoritatem Pomp. efficaces pro noxio, ideſt ad abſoluendum reũ, Cato ſubmouit eas è quæſtione. i. inquiſitione de reo, recitãdo legem, qua cautum erat, ne liceret ſenatoribus vti tali auxilio. ſ. per tabellas abſentibus miſſas. Perſona. ſ. Catonis, quæ quaſi libertas ipſa videbatur, ademit huic facto admirationem, nam quæ audaci videretur in alio, cognoſcitur in Catone fiducia. ſ. de virtute, & innocentia.

DE CN. LENTVLO MARcellino Conſule.

* Dion. lib. 39.

CN. autem Lentulus Marcellinus conſul, cum in concione de magni Pompeij nimia potentia quæreretur, aſſenſuſq; illi clara voce vniuerſus populus eſſet: Acclamate, inquit, acclamate Quirites, dum licet. iam enim vobis impune facere non licebit. Pulſata eſt tunc eximij ciuis potentia, hinc inuidioſa querela, hinc lamentatione miſerabili.*

OLIV. CN. Lentulus] Cum inter Pomp. Cæſarem, & Craſ. facta conſpiratio eſſet, vt remp. pro ſua libidine verſarent, Cn. Lentulus, qui tum conſul erat periculum libertatis metuens in concione contra Popeium acriter inuectus eſt, & populus vniuerſus Lentuli conqueſtionem mirifice laudauit, atq; illi aſſenſus eſt, tum ille, acclamare, inquit, dum licet, quia paulo poſt impune non licebit. [Nimia potentia] Quia ciuicam conditionem ſuperabat. [Aſſenſus eſt] Approbaſſet, quæ dixerat Lentulus. [Dum licet] Antequam regnum occupaſſet, quia poſtea non audebitis hiſcere quidquam.

ASCEN. CN. etiam Lentulus Marcellinus conſul, cum quæreretur in, concione] .i. oratione ad populum conuocatum, de nimia potentia Cn. Pomp. & vniuerſus populus eſſet aſſenſus illi voce clara, id eſt ab omnibus intelligibili, iquit, acclamate, acclamate quirites, dum licet Enim pro quia, iam. i. propediè non licebit vobis facere ſup. id. i. acclamate in Pomp. impune. i. ſine punitione, aut pœna. Potentia eximij ciuis vide licet Pom. eſt pulſata, id eſt vehementi iniuria, aut contumelia affecta tunc, hinc. i. à Cn. Lentulo quærela inuidoſa, hinc. i. à populo lamentatione miſerabili.

DE FAVONIO.

CVI candida faſcia crus alligatum habenti, Fauonius, non refert, inquit, qua in parte corporis ſit diadema: exigui panni cauillatione regias eius vires exprobrãs. At is neutra in parte mutato vultu, vtrunq; cauit, ne aut hilari fronte libenter agnoſcere potentiã aut triſti iram profiteri videretur, eaque patientia inferioris etiam generis, & fortunæ hominibus aditum aduerſus ſe dedit, è quorum turba duos retuliſſe abunde erit.*

* De faſcijs neſcio quid Cic. epiſ. 3. li. 2. ad Att.

OLIV. CVI candida] Pomp. crus faſcia alligatum geſtabat, quia ſicut apud Quint. vidimus, non vtebantur caligis, ſed faſcia crus alligabant, ergo cum illum prætereuntem, & deambulantem Fauonius vidiſſet, nihil refert inquit increpuere, an in capite diadema ferat, nã res fieri vult, at ille nihil mutato vultu deambulabat, ne intentio ſua cognoſci poſſet. [Fauonius] Qui Catoni æmulari ſemper ſtuduit, atque illi par eſſe voluit. [In neutram partem] Oſtendit patientiam Ponpeij, & animi moderationem.

ASCAN. CVi,] Scilicet Cn. Pompeio habenti crus alligatum, faſcia candida, inquit Fauonius, non refert. i. nihil intereſt, in qua parte corporis ſit diadema. i. inſigne regale; vtpote cui corona imponi apud Perſas ſoleat, exprobrans vires regias eius. ſ. Pomp. cauillatione, ideſt calumniatione, & obiectione exigui panni, ſcilicet lintei, quo crus alligarat. at is. ſ. Pomp. vultũ in neutram partem mutato cauit vtrunque, ne videretur, aut agnoſcere libenter potentiam. ſ. regiam, quam illi obiecerat Fauonius fronte hilari, aut profiteri ira fronte triſti. Et ipſe dedit ea patientia, id eſt per eiuſmodi patientiam aditum aduerſus ſe etiam hominibus generis, & fortunę inferioris, vtpote libertinæ, quorum turba. i. multitudine confuſa erit abunde retuliſſe. i. recitaſſe duos.

THEO. CAndida faſcia] Ammianus etiam Marcellinus hiſtoriarum xvij. refert ab obtrectatoribus, & hoc in Pompeio notatum.

DE ÆLIO MANTIA FORmiano.

AELIVS Mantia Formianus, Libertini filius, vltimæ ſenectutis L. Libonem apud Cenſores accuſabat, in quo certamine cum Pompeius magnus humilitatem ei, ætatemq; exprobrans, ab inferis illum ad accuſandum remiſſum dixiſſet: Non mentiris, inquit Pompey? venio enim ab inferis L. Libonem accuſaturus, ſed dum illic moror, vidi cruentum Cn. Domitium Aenobarbum deflentem, quòd ſummo genere natus, integerrima vita amantiſſimus patriæ, in ipſo iuuentutis flore, tuo iuſſu eſſet occiſus. Vidi pari claritate conſpicuum Brutum ferro laceratum, querentem, id ſibi prius perfidia, deinde etiam crudelitate tua accidiſſe. Vidi Cn. Carbonem acerrimum pueritiæ tuæ, bonorumq; patris tui defenſorem, in tertio cõſulatu catbenis, quas tu ei iniçi iuſſeras, vinctum, obteſtantem, te aduerſus omnes fas, & nefas cum in ſummo eſſet imperio, à te equite Romano trucidatũ. Vidi eodem habitu, & quiritatu tuo prætorium virum* Perpennam ſæuitiam tuam execrantem, omneſq; eos vna voce indignantes, quòd indemnati ſub te adoleſcentulo carnifice occidiſſent. Obducta iam vetuſtis cicatricibus bellorum ciuilium vaſtiſſima vulnera, municipali homini ſeruitutem paternam redolenti effrenatæ temeritatis, intolerabilis ſpiritus impune reuocare licuit. Itaq; eo tempore, & fortiſſimum erat Cn. Pompeio maledicere, & tutiſſimum: ſed non patitur*

* Helius Helmius Mancia Quidam lib. 2. de orat. Libonẽ Sexti Põpeij ſocerũ Appian. lib. 5. Liu. lib. 89. & Plu. in Pomp. Plut. Oroſ. lib. 5. ca. 22. Li. lib. 89. & Plut. hic lib. 9. cap. 13. & lib. 3. cap. 3.
* Plut. & Appian. lib. 1.

nos hoc longiore querela proſequi perſonæ inſequentis aliquanto ſors humilior .

OLIV. Aelius Mácia. ÆLIVS Manti a] Hic ex libertino patre natus Libonem Pomp.amiciſſimum probi accuſabat, Pomp.in Aelium grauiter inuectus eſt ſorditatem illi potiſſimum improperans. nam ab inferis illum ad accuſandum Libonẽ veniſſe dicebat. Cui Aelius libere, audacterq́; reſpondit , ab inferis ſe quidem veniſſe,& multos illic à Póp.occiſus vidiſſe,quos omnes commemorat.Libo autẽ amicum fuiſſe Pomp.Cic.oſtendit prima ad Lept.epiſt.Libonis,& Hiſpei concurſatio,omniũq́; Pomp. familiarium ſtudium rem in eam opinionem adduxerunt vt Pomp.cupere videatur,fuit ergo Pomp.ope , & auctoritate liberatus . [Humilitatem] Quòd libertino patre natus eſſet. [Aetatem] Prope decrepitam,in qua homines delirare ſolent. [Vidi cruentem] Cn.Dom.Pomp.in Africa,Cn.Dom.proſcriptum,Hieritatemq́; regem Numidiæ , bellum contra Syllam molientes oppreſſit,& paulo poſt occidit.[Brutum ferro laceratum]Brutus,qui Galliam Ciſalpinam obtinebat, cum à Cn. Pomp.obſideretur in oppido Mutinæ ſalutem ſuam, & militũ ipſi Pomp.commiſerat,&in eius fidem ſe dediderat,q deinde dimiſſus cum ad caſtellum quoddam iuxta Padum ſe contuliſſet,iuſſu Pompeij à Geminio interficit,hic Brutus eius Bruti patar fuit,qui Cęſarẽ interfecit in ſenatu. [Vidi Cn. Carbonẽ] Plut.in vita Pomp . ſic tendit ſimul ac Pomp . Strabo mortuus eſt,continuo Pomp.pro patre repetundarũ ex præda Aſculana reus fit . & cum deprehendiſſet ex libertis vnum plurima ſibi eacepiſſe Alexandrum nomine,iudicibus tradidit,hic dicebat retia venatoria, & libellos quoſdam habere ea Aſculi ſpolijs, & hæc qoidẽ à patre non acceperat,Aſculo capto,ſed à miſera direpta domo à militibus Cinnanis,quo tempore vrbẽ irruperant.patronos habuit cauſæ, tum alios,tum etiam Carbonem, vt hic apparet , ſed cóſtantia ipſius plurimum innuit,qua ptor Antiſtius , qui huic iudicio præerat , mortuus in primis Antiſtiam filiam ei deſpooſauit , hoc exemplum etiam in cap.de ingratitudine diximus.[Et quiritatu] Ciuitate,hoc dicit,quia Græcus fuerat.[Vidi Perpennam] De hoc Perpenna multis in locis ſupradictum eſt,qui Sertorio coniunctus,& illius magua inuidia commotus cóiuratione facta illum de medio ſuſtulit , nam Antonius vnus ea coniuratis Sertorium in conuiuio gladio transfixit , deinde Perpenna facilius à Pomp.ſuperatus ,|& necatus eſt.[Indemnati] In dicta cauſa.[Obducta] Occluſa,& ſanata,eſt tráſlatio ſumpta à Cicatrice bellorum Marij, & Syllæ.[Municipali] Qui de Formiano municipio. [Sed non patitur] Quia indignum videtur.

ASCEN. AElius Mantia,&c.] Continuo affert libere in Pomp. dicta, quæ ideo tot accumulaſſe videtur,vt Tyb.Cæſari ea regratificetur,dum enim libere in Pomp . dicta recitat , tacite eius vitia commemorat,quæ Tyb.nimirum quod Cæſari eſſet ſucceſſor,inuitus audiebat,præſertim , cum quæ obijciantur vera eſſe ſatis innuat.[Sed hoc alij iudicent]Ordo eſt.Aelius Mátia Formianus].i.è formis oriundus,filius libertini .i. eius qui è ſeruo liber factus fuerat,& ſenectutis vltimæ,vt quæ quietem nõ iurgia fori expoſceret accuſabat apud cenſores Lucium Libonem , in quo certamine cum Pomp . magnus exprobrans. i.opprobrio dans ei .ſ. Aelio humilitatem.ſ.datus , quia erat libertinæ quodammodo conditionis, & ætatem,quia vltra ſortẽ ſenectæ accuſationi inſiſtebat,dixiſſet illum remiſſum ab inferis ad accuſandũ.ſ.quemlibet,tunc aũt Libonem,inquit ò Pomp.. tu non mentiris,venio enim ab inferis.ſ.recẽſendo eos,quos illuc miſerat Pomp.accuſator in Lucium Libonẽ,ſed dum moror illic.ſ.apud inferos per contemplationem, nõ enim reuera, ſe apud inferos fuiſſe profitetur,ſed vt Pomp.crimina ea occaſione enumeret,fatetur ſe illiuc veniſſe,quod vt dixi,de contẽplatione inferorũ verificari poteſt, vidi Cn.Dom . Aenobarbũ cruentum.ſ.vulneribus,Pomp.iuſſu illatis,deflentem,quòd natus ſummo genere , vir ſup.aut habitus , vitæ integerrime,& amantiſſimus patriæ eſſet occiſos.ſ.in Aphrica tuo iuſſu,in ipſo flore iuuentutis.Vidi Brutum.ſ.Decium Brutum patrẽ eius Bruti,qui Cæſarem interemit , conſpicum pari.i.æquali claritate.ſ.generis,& natalium,laceratum ferre,quærentem.i.conquærentem id accidiſſe ſibi.ſ.quod ferro laceratus eſſet , prius perfidia tua,quia fidei ſuę ſe,dum Mutinam dederet,commiſerat.deinde etiam crudelitate tua , qua iuſſiſti cum à Geminio interfici,dum ad caſtellum quoddam proficiſceretur.Ego vidi Cn.Carbone acerrimum defenſorem pueritię tuę,& bonorum patris tui] Vt in capite de ingratitudine dictum eſt,victum in tertio conſulatu tuo catenis qua: to iuſſeras inijci, obteſtãtem te.i.merita in te ſua.Aut contra te deos teſtantem.Et ſup.truci datum aduerſus omnes ſas & nefas .i. nulla habita ratione , an ſas,an nefas eſſet (alioqui.n.difficile eſſet í vno actu, niſi diuerſo reſpectu cótra vtrunq; facere) cum eſſet in ſummo imperio à te equite Rom. & ita illum reuereri merito debuiſſes .[Vidi etiam Perpennam virum prætorium execrantẽ ſæuitiam tuã) habitu,& quiritatu tuo).i.donatũ inſignibus,& ciuitate Rom. licet Græcus eſſet, vt tu,aot quiritatu tuo.i.lamentatione,qua tu vti debebas,& repete vidi, aut audiui eos omnes indignãtes vna voce(vnde potius audiſſe dicatur,niſi vidẽdi ſenſus A ug. auctore ad omnia obiecta referatur,& ideo quia non eſt moris aliud verbũ,quàm quod promiſſum eſt repetere,& prius dixit. [Vidi cruentum] Vidi pari claritate,&c.patem idem repetẽdũ ſub generali ſignificatione) ꝙ occidiſſent indemnati.ſ.ſolenni iudicio hoc eſt in dicta cauſa,ſub te adoleſcẽtulo carnifice.Licuit].i.permiſſum eſt,homini municipali,q a Formiano, redoleoti.i. referenti,& ex parte imitaoti ſeruitutem paternã , hoc eſt illiberales mores,quia pater eius ſeruitutẽ ſeruaret, & ſup. homini temeritatis eſtrenatę.i.profuſę,& nullo freno verecũdiæ retentæ, & ſpiritus.i.vehementiæ animi intolerabilis reuocare.i.renouare,aut refricare vaſtiſſima vulnera.i.maximas offenſas , & inimicitias bellorum ciuiliũ obducta.i. ſopitas cicatricibus iam vetuſtis.i.longa à memoria abolitione,eſt.n.metaphora à vulneribus ſemel ſanatis, & deinde renouatis.[Itaq;] .i.& ita erat eo tempore &.i.ſimul ſortiſſimum , quia incredibili longanimitate omnia patiebaſ.Sed ſors perſonæ inſequentis aliquanto humilior.ſ.quam Aelij Mantiæ , non patitur nos proſequi , hoc ſ.conuitium Aelij in Pomp.libere dictum,quia iuſtior futura eſt querela in libertate tragœdi ſequentis .

THAO. QViritatu]Quiritare eſt quiritum fidem , opemq́; implorare, vt eſt apud Varronem Cic.in ep . & illi miſero quiritanti ciuis Rom.ſum reſponderet , vbi nunc populi , fidem implora.inde Quiritatio,& Quiritatus pro flebili, idiguaque conqueſtione,Cæcilius Secundus epiſt.vj.Audires eiulatus fœminarum infantium Quiritatus , clamores virorũ.Eodẽ habitu,& Quiritatu Cruentũ,& ferro laceratum , nec minus deflẽtẽ id ſibi accidiſſe crudelitate tua , quã ſuperiores. Hęc Ianus .

DE DIPHILO TRAGOEDO.

DIPHILVS * *tragœdus,cum Apollinaribus ludis inter actum ad eum verſum veniſſet , in quo hęc ſententia continetur , Miſeria noſtra Magnus eſt directis in Pompeium Magnum manibus pronunciauit: reuocatusq́; aliquoties à populo ſine vlla cunctatione nimia illum & intolerabilis potentia reum geſtu perſeueranter egit . eadẽ petulantia vſus eſt in ea quoq; parte, Virtutem iſtam veniet tempus , cum grauiter gemas . .*

* Cic.ep. 19. lib.1. ad Att.

Atqui tūc Pompeius Capuæ videtur fuiſſe ibid.

OLIV. DIPHILVS tragœdus] Hic tragœdiarum auctor fuit, qui tragœdiam egit ludis theatralibus,in qua verſus erãt , in quibus contioebantur hęc verba miſeria noſtra Magnus eſt .ſ.Pomp . Item virtutem iſtam veniet tempus , cum grauiter gemas , ꝙ cum Diphilus pronunciaret digitum extendebat in Pomp.ea quo populus omnis plauſum dedit . De hoc Cic . ad Attic.lib.6.epiſt.multa me ſollicitant Diphilus inqr tragœdus lo noſtrum Pomp. petulaoter inuectus eſt,noſtra miſeria tu es magnus miles , coactus eſt dicere tandem virtutem iſtam venit tempus,cum grauiter gemas, totius theatri clamore dixit. Itemq́; cetera, nam & eiuſmodi ſunt hi verſus, vt ab inimicis Pomp.in tempus ſcripti eſſe videbantur. [Directis manibus in Pomp.] Vt de ſe dictum illud intelligeret.

ASCEN. DIphilus tragędus] .i. auctor tragœdiarum cum veniſſet inter actum.i. inter agendum , in ludis Apollinaribus.i. Apollini fieri ſolitis ,ad eum verſum ,in quo continetur hæc ſententia . [Miſeria noſtra eſt Magnus] .ſ. miles. [Pronunciauit] ſup.eũ manibus,& præcipue indice,directis in Pom. & reuocatus aliquoties à populo vt.ſ.deſiſteret,aut potius , vt iterũ pronunciaret.[Nam reuocare duo inter ſe pene diuerſa ſignificat ob diuerſitatem rerum,quæ reuocantur.[Nam vnum ſignificat,quod eſt iterum vocare) quo circa ſi rem abolitam,& obductam reuocamus intelligitur eam innouare,& priſtino vigori reſtituere,ſuperiore exemplo,reuocare obducta vulnera.Sin vero res proſperę eũtes reuocamus eas à proceſſu arcemus, vt

reuocatio

reuocatio legum eſt, aut antiquarum inſtauratio, aut nouarum antiquatio, & ideo apud Vir. Aenei. 1. reuocato ſanguine Teucri. Diximus non debere neceſſario dici nomen pro nomine poſitum cum ſanguis Teucri reuocetur, & ſanguis Dardani reparetur (hoc ergo loco poteſt tragœdus intelligi reuocatus ab incepto, vt deſiſtat à Pop. ſugillatione, aut ſæpe vocatus ad eiuſdem verſus pronunciationem, quod magis placet cum propter populi malignitatem, gaudet enim principum virorum criminationibus, tum verò quia dicit aliquoties. Nam non eſt uero ſimile, frequenté reuocatum. i. inhabitú ab incepto, ſed ad eiuſdem pronunciationem uocatum) egit. i. geſtu, & manum indicio notauit illum. ſ. Pomp. reum potentiæ nimiæ, & intolerabilis, & ſine vlla cunctatione. i. hæſitatione, aut formidine. Et ſup. idem vſus eſt eadem petulantia. i. petulanti prouocatione, quoque. i. etiam in ea parte. ſ. tragœdiæ, virtutem iſtam, &c. quaſi dicat populo oſtenſo Pompeio, ò Romanæ veniet tempus, cum grauiter gemas iſtam potentiam. ſ. nimiam Pomp.

DE MARCO CASTRITIO.

Oliv. Carbo, cóſul.

MARCI etiam Caſtritij libertate inflammatus animus, qui dum Placentiæ magiſtratum gereret, Cn. Carbone Conſule iubente decretum fieri quo ſibi obſides à Placentinis darētur, nec ſummo eius Imperio obtemperauit, nec maximis viribus ceſſit, atque dicenti multos ſe gladios habere, reſpōdit, & ego annos. Obſtupuerunt tot legiones tam robuſtas ſenectutis reliquias intuentes: Carbonis quoq; ira, quia materiam ſæuiendi per quam exiguam habebat, paruulum uitæ tempus ablatura, in ſe ipſa collapſa eſt.

Ascen. MARCI etiam Caſtritij] Carbone Cóſule prętor erat Placentiæ M. Caſtritius, & Cóſul obſides petebat à Placentinis nam partes Marij ſecuti fuerant: tum Prætor cum Conſuli reſiſteret, & ſibi minaretur Conſul quod multos gladios haberet, quibus illum poſſet occidere, reſpondit, & ſe multos annos habere. Itidem Solon reſpondiſſe fertur Piſiſtrato tyranno, cum ex eo quæreret Piſiſtratus, qua tandem ſpe fretus ſibi tam audacter reſiſteret, ſenectute reſpondit, teſte Cice. lib. de ſenectute. [Et ego annos] Ac ſi diceret parui facio uitam meam in tam decrepita ætate.

MARCI, &c.] Ordo eſt. Animus etiā Marci Caſtritij Prętoris Placentini inflammatus eſt libertate, qui dū gereret Placentiæ magiſtratum videlicet præturam. Cn. Carbone Conſule iubente decretum fieri. ſ. ab eo Placentiæ quo obſides. ſ. cóſeruandæ darentur ſibi. ſ. Carboni, nec obtemperauit. i. non obediuit ſummo Imperio eius. ſ. Cóſulis, nec ceſſit maximis viribus eius, atq; reſpondit etiam. i. inſuper dicenti. ſ. Conſuli ſe habere multos gladios. ſ. quos in illum poſſit diſtringere. Et ego ſup. habeo annos. ſ. multos tot legiones. i. quot Conſuli patebāt, obſtupuerunt intuétes tam robuſtas reliquias ſenectutis. [Ira quoque Carbonis] Qui habebat perquam. i. ualde exiguam materiam ſæuiendi. i. in quā ſæuitiam ſuam oſtendat, ut pote in tam paucos annos Caſtritij, ablatura. i. quæ eſſet ablatura, aut quæ poſſet auferre, paruulum tempus uitæ. ſ. quod reliquum erat, collapſa eſt ipſa. i. ſua ſpóte in ſe. i. defecit, cum non haberet obiectum, in quod exiret. Sane puto ſe ipſa duas eſſe voces, vt ſe ſit accuſatiui caſus, & ipſa uominatiui. quomodo Cic. fere loquitur, nam cópoſité diceret in ſe ipſam, niſi motum negemus, ut ſit collapſa eſt. i. defeciciu ſe ipſa.

DE SERVIO GALBA.

* Cic. ep. 30 lib. 10. fam.
* Cic. ep. 18. lib. 6. fam. Cic. Phil.

IAM * Seruij Galbæ temeritatis plena poſtulatio, quod diuum Iulium conſummatis victorijs, in foro ius dicentem in hunc modum interpellare ſuſtinuit, C. Iul. * Cæſar pro Cn. Pompeio magno quondam genero tuo in tertio eius Conſulatu pecuniam ſpopondi, quo nomine nunc appellor. Quid agam? dependam? palàm atque apertè ei bonorum Pompeij uenditionem exprobrando. Vt à tribunali ſummoueretur, meruerat, ſed ipſa illud manſuetudine mitius pectus, æs alienum Pompei ex ſuo fiſco ſolui iuſſit.

Oliv. IAM Seruij Galbæ] Seruius Galba ſpoponderat aliquando pro Pomp. cum deinde Cæſar omnia tenés Pomp. bona publicaſſet, petijt, nunquid ſibi pendendum eſſet è ſuo, diué ditis bonis omnibus Póp. quo dicto, nihil aliud inferre uoluit, quàm illam uenditionem Cæſari exprobrare. [Quo nomine] Qua cauſa [Fiſco] Fiſcus ærariū vbi publica pecunia ſeruatur.

Ascen. IAM. Continuatiua eſt particula, quaſi dicat iam dicenda, aut notāda eſt, aut occurrit, poſtulatio. i. actio quodammodo iniuriarum Seruij Galbæ plena temeritatis. ſ. cótra Cæſarem quód. i. quia ſuſtinuit. i. potis fuit, aut ualuit interpellare. i. ab incepto negocio, Diuum Iulium. ſ. Cæſarem, quem adulatorié diuum dicit, dicētem ius. i. diiudicantem in foro, uictoriis conſumatis. i. cum iam monarchia potiretur in hūc modū. i. formam interrogationis. C. Iuli Cæſ. ego ſpopódi pecuniam pro Cn. Pomp. magno quondā genero tuo, in tertio Conſulatu eius, ſ. cum tertium Conſulatum gereret, quo nomine. i. gratia cuius debiti, ego nūc appellor. i. vocor in ius, vt creditori ſatiſfaciam. nam cum bona Pomp. ad fiſcum applicuerit Cæſ. non erat, vnde Pomp. hæredes ſatiſfacerent. Quid agam. i. agere debeo, dependam. ſ. perſoluam de meo? ipſe ſup. exprobrando. i. opprobrio dando ei. ſ. Cæſ. palam. ſ. coram omnibus, & apertè. i. ſine ambagibus, aut palliatione verborum, venditionem bonorum Pomp. Meruerat, vt ſummoueretur. i. expelleretur à tribunali. i. loco, vbi Cæſar ius dicebat, ſed illud pectus. ſ. Cæſ. mitius ipſa manſuetudine. i. quàm manſuetudo ipſa eſſet, iuſſit æs alienum. i. debitum Pomp. ſolui ex fiſco ſuo, i. ærario proprio.

DE CESELIO VIRO SAPIENTE.

Aul. Ceſelius Horat. in Poet.

AGE Ceſelius vir iuris ciuilis ſcientia clarus, quam periculoſè contumax? nullius enim aut gratia, aut auctoritate compelli potuit, ut de aliqua earum rerum, quas Triumuiri dederant, formulam componeret. Hoc animi iudicio uictoriæ eorum beneficia extra * omnem ordinem legum ponens. Idem cum multa de temporibus Cæſaris liberius loqueretur, amiciq; ne id faceret, monerent: duas res, quæ hominibus amariſsimè videntur, magnam ſibi licentiam præbere reſpondit, ſenectutem, & orbitatem.

* cómuni.

Oliv. Ceſelius Iuriſcon. AGE Ceſelius uir] Hic Iuriſconſultus fuit, qui beneficia quædam acceperat à Triumuiris, à quibus nec gratia, nec auctoritate induci potuit, vt de illis beneficiis formulam aliquam componeret, ſunt qui putant, quod ſoleuāt Triumuiri, vt diuenditis proſcriptorum bonis, eorum aliquam formulam ederet Ceſelius, quod vt faceret, nunquam impelli potuit, quod uidelicet exiſtimaret cuncta illorum beneficia longo remota eſſe à legum iudicio, rurſus cum liberé nimis de tēporibus loqueretur, quòd miſera eſſent, & ſub eo imperio calamitoſa, ſine dubio Triumuirorum crudelitatem carpebat, idq; ne faceret cum admoneretur à ſuis, reſpondere ſolebat duo eſſe, quæ dicendi magnam præſtarent audaciam, ſenectutem, & orbitaté. De hoc Ceſelio Horat. in Poet. Recte concedi, conſultus iuris, & actor Cauſarum mediocris abeſt virtute diſerti, Meſſalæ neſcit quantum Ceſelius Aulus. [Triumuiri] Octaui. Antonius, & Lepidus. [Formulam] Vt probaret improbanda. [Extra ordinem] Remota eſſe à iudicio legum.

Ascen. AGE (Adhortandi vox) Caſellius (ſic veriores codices habēt, alii tū Ceſelius, alii quibus nimis accedo. P. Caſelius, nam aliter dictus eſt, alii quoq; quibus minime Paſcelius) vir clarus ſcientia iuris ciuilis quám i. quantum periculoſe ſup. fuit contumax? q. d. periculoſiſſimé. Enim pro quia, nullius. i. non vllius, non potuit compelli, aut gratia, aut auctoritaté vllius, ut componeret formulam. ſ. inſtrumētalem, & ita ſcripto ſuo approbaret, de aliqua ſup. re earū rerū, quas triumuiri dederant. ſ. redigendas in formulā. Ponent hoc iudicio animi, quo recuſauit formulam componere beneficia uictoriæ eorum extra ordinem legum. i. remota ab legitima actione. Idem cum loqueretur multa liberius. ſ. quàm par eſſet de temporibus Cæſaris, quibus. ſ. libertas Romana perierat, & vt Cic. queſtus eſt, Reſp. nulla erat, & amici monerent ſup. eum ne faceret id, reſpondit duas res, quæ videntur hominibus amariſſimæ, præbere ſibi magnam licentiam. ſ. liberé loquendi, videlicet ſenectutem, & orbitatem. i. carentiam liberorum.

EXTERNA.

DE QVADAM MVLIERE.

*De Machæra, & pauló aliter refert Plutar. in apoph. Philip. * mutuatum.

*INſerit ſe tantis viris * mulier alienigeni ſanguinis, quæ à Philippo Rege temulento immerentur damnata, prouocarē ad Philippum, inquit, ſed ſobrium. Excuſſit crapulam oſcitanti, ac præſentia animi ebrium reſipiſcere, cauſaque diligentius inſpecta iuſtiorem ſententiam ferre, coegit. Igitur æquitatem, quam impetrare nō potuerat, extorſit: ac potius præſidium à libertate, quàm ab innocentia * meruit.*

OLIV. INſerit ſe tantis] Mulier quædā cuius nomen propter ignobilitatem non ponitur, cum iniuſtè damnata eſſet à Philippo Rege, tum fortè temulēto, hoc eſt ebrio, prouocarem inquit, ad Philippum Regem ſi ſobrius eſſet, qua voce audita, cū in ſeipſum rediſſet Philippus, diligentiusq; rem conſideraſſet, mulierem liberauit, hoc modo ex libertate loquendi iuſtitiam, quam precibus obtinere nequiuerat, conſecuta eſt. [Oſcitanti] Ex nimia crapula os ſæpius aperienti: nam oſcitare ab ore hiunti dicitur. Ter. Nos inter oſcitantes opprimi. [Excuſſit] Hæc mulieris uerba excuſſere Philip. temulentiam, vt qui crapula erat mente prope alienatus, reſipiſceret, ſeq; ipſum agnoſceret. [Extorſit] Quaſi per vim obtinuit. Ordo eſt. Præſidium à libertate potius, quàm ab ionocentia motuatū extorſit: æquitatem, quam impetrare nō poterat innocentia liberè notando Regem extorſit.

Oſcitare. quid ſit.

ASCEN. INſerit] Aſſert externa non minus lectu iocunda, dicens. Mulier ſanguinis alienigeni, vt pote Macedonici inſerit ſe tantis viris. i. libertati tātorum uirorum. [Quæ damnata immerenter]. i. iniuſtè à Philippo Rege. ſ. Macedoniæ, temulento, id eſt ebrio, & temeti. i. vini pleno, inquit prouocarem. i. vellem, ſi fas eſſet prouocare. ſ. à ſententia Philippi ebrij, ad Philip. ſ. eundem, ſed ſobrium. i. ſeurſum ab ebrio. Mulier ſup. excuſſit ſup. Philippo oſcitanti. i. nauſeāti, & neglīgēter agenti crapulam. i. ingurgitationem vini, hoc eſt peruerſum iudicium ſeu prauum vſum rationis ex crapula contractum, ac coegit ſup. eum præſentia animi. i. rationis iam reuerſæ in ſedem ſuam, ipſum ebrium reſipiſcere. i. ſapientiam priſtinam recipere, ac reſpicere. i. iterum cauſam inſpicere (potius tamen legam reſipiſcere propter id, quod ſequitur) & ſup. coegit eum cauſa inſpecta diligentius, ferre ſententiam iuſtiorem. [Igitur mulier extorſit]. i. vi libertatis ſuæ ex Philippo extraxit æquitatem. i. æquam ſententiam, quā nō poterat impetrare per humilem ſupplicationem, ac mutuauit. i. quaſi mutuo accepit, præſidium potius. i. potentius à libertate. ſ. monendi Regē, & arguendi eum ebrietatis, quam ab innocentia ſcilicet ſua.

THEOD. MVlier] Quædam Plut. in Dicterijs aliter cum Philippus inquit Machetæ cuiuſdam cauſam cognoſceret, à ſomno languidus, minus accuratè quid iuris eſſet attendebat, itaque ſecundum eius aduerſarium litem dedit: Tum clara voce Machera. Prouoco inquit, cui Philippus iratus, ad quē? ſubiecit illa Ad te ò Rex, ſi uigilans operam mihi dederis, excuſſit à ſe ſomnum Philippus affectamq; iniuria Machetam cū comperiſſet, acta quidem nō fregit, ſed litis æſtimationem Machetæ perſoluit, hæc ille.

DE QVADAM FOEMINA SYRACVSANA.

* Syracuſanis. Huic mulieri, Himera fuit nomen.

*IAm illa non ſolum fortis, ſed etiam vrbana libertas ſenectutis vltimæ quædam * Syracuſis omnibus Dionyſij tyranni exitium, propter nimiam morum acerbitatem, & intolerabilia onera votis expetentibus, ſola quotidie matutino tempore Deos, vt incolumis, ac ſibi ſuperſtes eſſet, orabat. Quod vbi is cognouit, non debitam ſibi admiratus beneuolentiam, accerſit eam, & quid ita hoc, aut quo ſuo merito faceret interrogauit. Tum illa certa eſt, inquit, ratio propoſiti mei: puella enim, cum grauem tyrannum haberemus, carere eo cupiebam: quo interfecto aliquanto * tertior uitam occupauit, eius quoque finiri dominationem magni æſtimabam: tertium te ſuperioribus importuniorem habere cœpimus rectorem: Itaque timens, ne ſi tu fueris abſumptus, deterior, in locum tuum ſuccedat, caput meum pro tua ſalute deuoueo. Tam facetam audaciam Dionyſius punire erubuit.*

* deterior arcem occup.

OLIV. IAm illam] Mulier Syracuſana Himera nomine, extremæ ſenectutis, nec humili loco nata Deos pro ſalute, & incolumitate Dionyſij tyranni ſæuiſſimi, cuius necem fermè omnes exoptabant precari quotidie non deſinebat, quod cum audiſſet tyrannus, admiratus, quippe qui ſe omnibus inuiſum eſſe exiſtimabat, mulierem ad ſe iuſſit acciri, à qua cum huius ſuæ deuotionis cauſam diligenter quæſiſſet, illa ſatis facetè reſpōdit, cū paruula eſſet, Syracuſis ſæuum imperitaſſe tyrannū, cuius mortem quotidie videre cupiebat, quo tandem cæſo, alterū aliquanto deteriorem Regnū occupaſſe, cuius Imperiū, cū propediem finiri mirū in modū deſideraret, illi tandem ſucceſſiſſe Dionyſium vtroq; longe deteriorem, timens igitur, ne mortuo Dionyſio multo deterior alter ſuccedat, ſe dicebat pro eius ſalute quotidie caput ſuum deuouere, tam facetam audaciam Diony. punire erubuit. [Syracuſis] Quæ Metropolis erat totius Siciliæ, cuius Rex Diony. erat. [Quo interfecto]. ſ. à Dionyſ.

Mulieris libertas in Dionyſium.

ASCEN. IAm (continuatiua, ut ſæpe dixi particula eſt) illa libertas. ſ. quam dicturus eſt. (Et ſignandum in hoc auctore per pronomen ille ſignificari, quod dicēdum, ac futurum eſt, per hic quod iam dictum, & quaſi in manibus eſt. Et reuera pronomen, ille rex natura ſua ſignificat lōgius poſitum. i. aut prius dictum, aut poſterius dicendum, cum hic præſens notet) non ſolum ſup. fuit fortis, ſed etiam urbana. Quædam ſup. mulier, aut fœmina, ultimæ. i. ſupremæ ſenectutis, orabat ſola Syracuſis. i. apud Syracuſas omnibus expetentibus uotis. i. per uota. i. cū omnes alij expeterent) niſi fortè ſit Syracuſis pro Syracuſanis expetentibus omnibus uotis] exitium. i. mortem Dionyſij tyranni, propter nimiam acerbitatē morum, & intolerabilia onera, quæ. ſ. ſuis imponebat, orabat dico ſola quotidie tempore matutino (quod ad preces maximè idoneum omnis ætas, & natio ſemper indicauit) Deos, ut ſup. Dionyſius eſſet incolumis, & ſuperſtes ſibi. ſ. anui oranti. Quod. i. quam rem ubi. i. poſtquam is. ſ. Dionyſius cognouit, admiratus beneuolentiam. ſ. mulieris, non debitam ſibi, acciuit id eſt uocatam, uenire fecit ad ſe, eam. ſ. anum, & interrogauit, quid ita. i. cur faceret, hoc. i. ita precaretur, aut quo merito ſuo. ſ. tyranni, tum. i. tunc illa. ſ. anus inquit. i. reſpondit, ratio propoſiti mei eſt certa. i. firma, & uidens. Enim pro quia, ego puella, i. cum eſſem puella, cum nos. ſ. Syracuſani haberemus tyrannum grauem. i. moleſtum, & intolerabilem, cupiebam carere eo, quo interfecto, tyrannus ſup. nouus t..rior. i. crudelior eo aliquanto, occupauit arcem. ſ. Syrac. i. ut dicunt fortalitiū, quod qui habebat, ciuitatem ſubiectam ſibi tenebat ego æſtimabam magni. i. magno precio, aut magni eſſe precij, dominationem i. tyrannidem eius finiri not cœpimus. i. poſt mortem patris tui habere te rectorem importuniorem. i. petulatiorem, ac minus conuenientem libertati noſtræ ſuperioribus. i. prioribus duobus [Itaque] id eſt, & ita ego timens, ſi tu fueris abſumptus, ut ſup. aut ne deterior. i. minus bonus, aut (hoc loco) peior ſuccedat in locum tuum, deuoueo. i. dijs uoueo, caput meum. i. ſalutem meam pro ſalute tua. Diony. qui literatus erat, & non infaceto ingenio, erubuit punire audaciam tam facetam.

DE THEODORO CYRENAEO

*INter * has, & Theodorum Cyrenæum quaſi animoſi ſpiritus coniungium eſſe potuit, uirtute par, fœlicitate diſſimile. Is enim Lyſimacho Regi mortem ſibi minitanti, enimuero, inquit, magnifica res tibi contigit, quia cantaridis uim aſſecutus es. Cumque hoc dicto accenſus cruci eum * adfigi iuſſiſſet, terribilis hæc (ait) ſit purpuratis tuis, mea quidem nihil intereſt, humi ne, an ſublime putreſcam*

* Cic. Tuſc. ql. 1. & Sen. de tranq. uitæ c. 14.

* ſoffigi

INter has] Lyſimachus Rex Macedoniæ Theodoro philoſopho minitabatur mortem Theodorus reſpōdit, Regem habere vim cantaridis, quia quo animo fuerit affectus, ita facile homini mortem infert, quibus uerbis incenſus Rex, cum illū cruci affigi iuſſiſſet, tais inquit amicis ſi mors iſta terribilis mea. n. nihil intereſt in terra, an in aere putreſcā. Hoc idē refert Cic. lib. 1. Tuſcul. quæſt. dicit enim quid Cyrenæum Theodorum philoſophum non ignobilem, nonne miramur? cui cum Lyſimachus rerum potitus crucem minitaretur, iſtis quæſo inquit

iſta

iſta horribilia minitare purpuratis tuis, Theodori quidem nihil intereſt humi ne, an ſublime putreſcat. [Coniugium] Copulatio quædam animorum, quia pares animos habuiſſe videtur, ſed impares exitus. [Cantaridis] Cantaris vermis eſt perexiguus ſimilis araneæ, niger, atque terrenus, qui eius dicitur eſſe naturæ, vt in quo affectu quempiam momorderit in eo ſemper perſiſtat, vſq; ad mortem, vt ſi ridentẽ momorderit, ille ridens moriatur. [Purpuratis] Famulis tuis, nã purpurati ſunt primores ciuitatis, qui purpura induti Regib. aſſiſtere ſolẽt. [Sublime] In aere ſublata.

Cantaris.

Aſcen.

INter has, &c.] Pulchro contextu more ſuo progreditur auctor dicens, Coniugium quaſi animoſi ſpiritus potuit eſſe inter has. ſ. proximè dictas mulieres, & Theod. Cyrenæũ, coniugium (dicit) par virtute, ſed ſup. diſſimile fœlicitate. ſ. exitus, quia ſuperiores abſolutæ ſunt, Theodorus vltimũ ſupplicium luit. Enim pro quia. Is. ſ. Theod. inquit Lyſimacho minitanti ſibi. ſ. Theod. mortem. [Enimuero] .i. profecto (& eſt ironicos dictum) res magnifica contigit tibi, quia aſſecutus es vim. i. violentiam & potentiam necandorum hominum, Cantaridis. i. minimi illius vermiculi, ſed venenati, remedium tñ, vt quidam volunt, in alis habentis, qui in ficubus delitcſcere ſolet. [Cumq;] .i. & cum tyrannus accenſus hoc dicto iuſſiſſet eum. ſ. Theodorum, affigi cruci. i. ad crucem, ait, hæc. ſ. crux, aut mors in cruce, terribilis ſit purpuratis tuis. i. aulicolis tuis purpura indutis, alij legunt ſic, vt ſit ordo, hæc crux ſup. ſit terribilis, ſi ſupp. inferatur purpuratis tuis, quidem. i. certe, vt de alijs nihil dicã, nihil intereſt mea. i. ad vtilitatem, aut voluptatem meam, an putreſcam humi, an ſublime, Aut (potius legam) ſublimi. i. in alto, & ſupra limum terræ edito loco. Ideo aũt potius dicã, quia aduerbia in tempore à tertiæ declinationis nominibus in. i. exeunt, & ſi dicas aduerbium eſſe, dicam aduerbia à nobis facta, ſi formam declinationi aptam habent, declinationem recipere, vnde amani (ſecundum Seruium) dixit Plautus.

DE SEVERITATE CAP. III.

IN M. MANLIVM.

*ARMET ſe duritia pectus neceſſe eſt, dum horridæ, ac triſtis ſeueritatis acta narrantur, vt * omni mitiore cogitatione ſepoſita, rebus auditu aſperis vacet: Ita enim diſtrictæ, & inexorabiles vindictæ, & varia pœnarum genera in medium procurrent, vtilia quidem legũ munimenta, ſed minimè in placido, & quieto paginarum numero reponenda* Marcus Manlius, vnde Gallos repulerat, inde ipſe præcipitatus eſt: quia fortiter defenſam libertatem, nefariè opprimere conatus fuerãt. Cuius iuſtæ vltionis nimirum hæc præfatio fuit: Manlius eras mihi, cum præcipites agebas Senones: poſtquam imitari cœpiſti, vnus factus es ex Senonibus: huius ſupplicio æternæ memoriæ * nota inſerta eſt. propter illum enim lege ſanciri placuit, ne quis patricius in arce, aut in Capitolio habitaret qui domum eò loci habuerat, vbi nunc ædem Monetæ videmus.*

* Humaniore cog.

* Liu. lib. 6. Cicer. pro dom. & Phil. 1. & 2.

*Nota, & quidẽ publica. Liu. ibid.

ARMET ſe duritia pectus] Hac breui præfatione oſtẽdit more ſuo, quibus de rebus in hoc cap. dicturus ſit, de ſeueritate. ſ. Romanorũ, qua in ſuos pariter, & alienos vſi ſunt, vt leges ſeruẽtur, ſtatuſq; confirmentur. eſt. n. ſeueritas medium inter crudelitatem, & animorum remiſſionem; vt nec iniuſtè quidquam faciat, nec vlla ratione à vero deduci poſſit, vnde & ſeueritas dicta eſt quaſi ſequens verum, Seuerus enim eſt, qui nec prece, nec precio, nec gratia moueri poteſt à recto. Eſt igitur ſeueritas rigidiſſima norma iuſtitiæ, qua ſublata tollentur, & leges, hoc eſt euertentur: eſt igitur diligentiſſime ſeruanda. [Diſtrictæ] Rigidæ. [Inexorabiles] Quæ precibus vinci non poſſint. [Manlius] Vnde capta vrbe à Gallis, cum Capitolium obſideretur, nocte quadã Galli per aduerſam partem Capitolij ad ſummum propemodũ euaſerant, proditi clangore anſerum M. Manlij, opera è rupe deiecti ſunt, hic poſtea ſeditioſus factus in vrbe, cũ aduerſus patres, plebis animos varijs contentionibus irritaret. Dictatoris ad idipſum creati iuſſu, coniectus in carcerem, paulo poſt à plebe liberatur, quæ magna ex parte veſte mutata, barba, capilloq; prolixo, obſeruata in veſtibulo carceris refracturam ſe carcerẽ minitabatur, niſi quãprimũ educeretur Manlius, quo facto non ſeditio finita, ſed dux ſeditionis intolerabilior datus, qui cum obſtrictos ære alieno liberaret, nexos ſolueret, venit in ſuſpicionem affectati Regni, quare dies illi dicta eſt à Tribunis, & damnatus, de ſaxo Tarpeio deiectus: locuſq; ille in vno homine, & eximiæ gloriæ monumentum, & pœnæ vltimæ fuit: additæ mortuo notæ ſunt, altera publica, quæ cum domus eius fuiſſet, vbi nunc ædes, atq; officina Monetæ eſt, latum ad populum eſt, ne quis patritius in arce aut Capitolio habitaret, gentilia altera, ꝙ gentis Maniliæ decreto cautum eſt, ne quis M. Manlius vocaretur. Plin. de vir. illuſtr. Manlius inquit ob defenſum Capitolium Capitolinus dictus xvj. annorum voluntarium militem ſe obtulit xxxvij. militaribus donis à ſuis ducibus ornatus xxiij cicatrices in corpore habuit, capta vrbe in Capitolium fugiendi auctor fuit. quadam nocte clãgore anſeris excitatus, Gallos aſcendentes deiecit, patronus à ciuibus appellatus, & frater. Donatus domum etiam in Capitolio publico accepit, qua ſuperbia elatus, cum à Senatu conſumpſiſſe Gallicos theſauros argueretur, & ære alieno aſtrictos propria pecunia liberaret, Regni affectati accuſatus in carcerem cõiectus, populi conſenſu liberatus eſt, rurſus cum in eadem culpa, & grauius perſeueraret, reus factus, & ob conſpectum Capitolij ampliatus, alio deinde loco damnatus, de ſaxo Tarpeio præcipitatus eſt, domus diruta, bona publicata; gentilitas eius Manlij cognomine iurauit, ne quis poſtea Capitolinus vocaretur. Plin. quoque maior lib. vij. nat. hiſt. per tranſitum huius meminit hiſtoriæ. [Nota] Infamia æternæ memoriæ. [Monetę] Iunonis Monetæ, templum fuit in Capitolio ſtructum in area, vbi Manlij domus fuerat, dicta Moneta, quòd ibi vox numinis audita foret, monentis aduentare Gallos. Ouid. Faſt. lib. 6. Arce quoque in ſumma Iunonis, templa Monetæ, Ex voto memorant facta Camille tuo. Ante domus Manli fuerat, qui Gallica quondam, A Capitolino repulit arma Ioue. Quam bene Dij magni pugna cecidiſſet in illa. Defenſor ſolij Iupiter alta tui. Vixit vt occideret damnatus crimina regni, Hũc illi titulũ lõga ſenecta dabat.

Ol. iv.

Seuerus.

ARmet, &c.] Locuturus de ſeueritate, & rigore iuſtitiæ facetam præponit præfationem dicens. Neceſſe eſt ſup. vt pectus armet ſe duritia, dum. i. donec acta horridæ. i. aſperæ, & triſtis ſeueritatis narrantur, vt vacet rebus aſperis auditu, omni cogitatione mitiore ſepoſita. i. ſecluſa. & ſeorſum poſita. Enim pro quia, vindictæ ita. i. & tam inſigniter diſtrictæ. i. rigidæ, & arctæ, & inexorabiles, & varia genera pœnarum procurrent. i. afferrentur in medium. i. ad conſpectum legentium, quidem. i. certe, vtilia munimenta. i. vtiles protectiones legum, ſed minime. i. nequaquam reponenda in placido, & quieto numero paginarum. i. ſcripturarum. Sunt autem paginæ à pangendo dictæ, quaſi compactę carthæ, aut tabellæ, in quibus ſcriptitabatur. Sanè hac præfatione more ſuo (quẽ etiam poetæ obſeruãt) auctor futuræ narrationis præſcribit qualitatem. [Manlius] . ſ. Capitolinus. (Et eſt primum exemplum) præcipitatus eſt inde, videlicet de rupe, ſeu arce Tarpeia, ſeu Capitolio, vnde depulerat Gallos. ſ. Senones, iam capta reliqua vrbe. ideo autem præcipitatus eſt, quia conatus fuerat opprimere nefariè, libertatem. ſ. publicam, defenſam. ſ. cõtra Gallos fortiter. [Cuius vltionis iuſtę, hæc] . i. huiuſmodi præfatio fuit, nimirum. i. vt facile eſt creditu. Tu (inquit Reſpublica) eras mihi Manlius. i. tunc charus, cum agebas. i. deturbabas, Senones. ſ. Gallos præcipites. i. capite fere anteriore cedentes poſtquam tu cœpiſti imitari. ſ. Senones, hoc eſt inuadere libertatem Romanam, tu factus es mihi. i. reputaris, vnus ex Senonibus. Nota. i. ſignum infamiæ, inſerta eſt memoriæ æternæ ſupplicio. i. de ſupplicio, aut propter ſupplicium huius, ſcilicet Manlij. l. placuit enim, ſcilicet patribus conſcriptis ſanciri. i. ſanctè caueri, lege ſcilicet lata, propter illum, videlicet Mãlium. Ne quis patritius habitaret in arce. ſ. Tarpeia. aut in Capitollo. Qui ſ. Manlius habuerat domum eo loci, vbi nos videmus nunc ædem, id eſt fanum Monetæ ſ. Iunonis, à monendo de Gallorum aduentu dictæ.

Aſcan.

IN SPVRIVM CASSIVM.

PAR indignatio aduerſus Spurium Caſſium erupit, cui plus ſuſpicio concupitæ dominationis nocuit, quàm tres magnifici Conſulatus, ac duo ſpecioſiſſimi triumphi profuerunt: Senatus enim, populuſq; R.

*Liui. li. 2. & Dio. li. 8. hic aliter lib. 5. cap. 8.

non contentus capitali eum ſupplicio afficere, interempto domum ſuperiecit, vt Penatum quoque ſtrage puniretur: in ſolo autem ædem Telluris fecit. Itaq; quod prius domicilium potentiſſimi viri fuerat, nunc religioſæ ſeueritatis monumentum eſt.

* Cic. pro dom.

OLIV. PAx indignatio] De Spurio Caſſio ſatis ſupra in ca. de patrum ſeueritate dictũ eſt, qui affectati regni crimine dãnatus, capitis ſupplicio affectus eſt: nec Senatus hac pœna contentus, illius ædes dirui iuſſit, & in area Telluris tẽplũ ædificari: non illi tres Conſulatus, nõ vulnera, nõ duo ſpecioſiſſimi triũphi profuerunt, quo minus ẽt poſt mortẽ hac nota ſignaretur, vt ædes ampliſſimi viri in religionis vſũ cõuerterent. [Erupit] Quaſi p vim egreſſa eſt. [Triũphis] Bis de Samnitibus triumphauit.

AICEN: PAr]. i. æqualis indignatio ciuitatis erupit aduerſus Spuriũ Caſſium, cui ſuſpicio dominationis. i. tyrannidis concupitæ, nocuit plus, q̃ tres magnifici Conſulatus, & duo ſpecioſiſſimi triumphi profuerunt. Senatus. ſ. P. Q. R. non contentus afficere eum ſupplicio capitali. i. illi vitam adimere, ſuperiecit interempto domum. i. domus diruptionem, vt puniretur quoque. i. etiam ſtrage. i. euerſione, aut deſtructione Penatum. i. Larium Autem pro ſed, Senatus ſup. P. Q. R. fecit in ſolo. i. fundo, vbi ſteterat domus eius, ædem. i. fanum Veſtæ. [Itaq;]. i. & ita id, quod fuerat prius domicilium viri potentiſſimi, videlicet Spurii Caſſij, eſt nunc monumentum. i. perpetuum teſtimonium ſeueritatis. i. rigoris iuſtitiæ religioſæ. i. anxiè obſeruatæ.

IN SPVRIVM MELIVM.

*EADEM * auſum Spurium Melium conſimili exitu patria mulctauit. area verò domus eius, quo iuſtitia ſupplicij notior ad poſteros perueniret, Aequimelij appellationem traxit.*

* Liu. li. 4. & Cic. p dom.

OLIV. EAdem auſum Spurium] Quomodo Spuriũ Meliũ peſtifera largitione Regnũ affectantẽ occiderit Seruilius Hala diximus in cap. de ingratitudine: tunc Cincinatus Dictator hac ſeueritate vſus eſt, vt bona Melij quæſtoris, q̃ primũ vendere iuſſerit, & in publicũ redigere, ædes ſolo adæquare, qđ vt perpetuum rei monumentum eſſet, locũ voluit Aequimelium appellari, & L. Minutius boue aurata donatus eſt. [Eadẽ auſum Melium] Plin. de viris illuſtr. L. Quintius Cincinnatus inquit Dictator dictus, Spurium Meliũ Regnũ affectantem a Seruilio Hala magiſtro equitum occidi iuſſit, domum eius ſolo adæquauit. Vnde locus Aequimelium dicitur. Cicero quoq; in Catone maiore L. Quinti Cincinnati Dictatoris iuſſu, magiſter equitum C. Seruilius Hala Spurium Regnum appetentem occupatum interemit. [Aequimelij]. i. area domus Melij ſolo adæquata.

ASCEN. EAdem, &c.] Ordo eſt. Patria mulctauit. i. puniuit conſimili exitu. ſ. vitæ Spurium Melium auſum eadem. i. dominationem attentare. [Vero]. i. ſed, area. i. ſpacioſa domus eius. i. vbi ſteterat domus eius, traxit appellationẽ Aequimelij. i. æquoris, ſeu planiciei factæ ex domo Melij, ſolo æquata, quo. i. ideo vt iuſtitia, i. ſeueritas ſupplicij, perueniret notior ad poſteros.

IN M. FLACCVM, ET L. Saturninum.

*QVANTVM * ergo odij aduerſus hoſtes libertatis inſitum animis antiqui haberent, parietum, ac tectorum, in quibus verſati fuerant, ruinis teſtabantur. Ideoque & M. Flacci, & L. Saturnini ſeditioſiſſimorum ciuium corporibus trucidatis, Penates ab imis fundamentis eruti ſunt. Cęterum Flacciana area, * cum diu Penatibus vacua manſiſſet, à Q. Catulo Cymbricis ſpolijs adornata eſt.*

* Li. io. li. 6. & 69. hic li. 9. ca. 5.

* Cic. pro dom.

OLIV. QVANTVM ergo odij aduerſus hoſtes libertatis, &c.] Qui libertatem opprimere ſtudebant. [Ideoq; & Mar. Flac.] Horum ſeditio diuerſis temporibus fuit, & ſuo loco notata. Nam Caius Gracchus Tiberij frater Trib. pl. eloquentior fratre, poſt aliquot pernicioſas leges, cum Auentinum cum armata multitudine occupaſſet, à Lucio Opimio Conſule è Senatus cõſulto ad arma vocato populo, pulſus, & occiſus eſt, cũ eo Fuluius Cõſularis eiuſdem furoris ſocius, & vt ait Florus, inſultatum quoq; eſt mortis reliquijs, & illud ſacroſanctum tribuni caput percuſſoribus auro penſatum haud ita multo poſt C. Apuleius Saturninus, adiuuante C. Mario, & per milites Annio competitore tribunatus occiſo, tribunus per vim creatus, non minus violẽter tribunatum geſſit, quam petierat, nam vt inquit Plin. de viris illuſtr. L. Apuleius Saturninus Trib. pl. ſeditioſus, vt gratiam Marianorum militum pararet, legem tulit, vt veteranis agri iugera in Africa diuiderentur, intercedentem Bebium collegam: facta per populũ lapidatione, ſummouit Glauciæ Prætori, q͛ is eo die, quo ipſe concionem habebat ius dicendo partẽ populi auocaſſet, ſellam concidit, vtq; magis popularis videretur, quendã Libertini ordinis ſubornauit, qui ſe Tiberij Gracchi filium fingeret, ad hoc teſtimoniũ Sempronia inducta, nec precibus, nec minis adduci potuit, vt dedecus familiæ cognoſceret. Saturninus Annio competitore interfecto Trib. pl. effectus, Siciliam, Achaiam, Macedoniam, nouis colonis deſtinauit, & aurum dolo, ac ſcelere Cępionis partum, ad emptionem agrorũ conuertit: aqua, & igni interdixit ei, qui in leges ſuas non iuraſſet: huic legi multi nobiles abrogantes cum tonuiſſent, clamauit, iam inquit, niſi quieſcitis, grandinabit. Metellus Numidicus exulare q̃ iurare maluit. Saturninus tertio trib. pl. effectus, vt ſatellitem ſuum Glauciam prætorem faceret, Annium competitorem eius in campo Martio necãdum curauit Marius Senatus conſulto quo cenſeretur, ne quid detrimenti Reſp. caperet armatos, Saturninum, & Glauciam in Capitolium profectos obſedit, maximoq; æſtu, inciſis fiſtulis, in deditionem accepit, nec deditis fides eſt ſeruata, Glauciæ fracta ceruix; Apuleius cum in curiã, fugiſſet, lapidibus, & tegulis deſuper deiectis interfectus eſt caput eius Rubrius quidam Senator per conuiuia in ludibrium circũtulit. Cicero in oratione pro Rabirio A. Q. Catulo. Nam Q. Catulus vna cum Mario Cymbros deuicerat, poſt victoriã in area Flacciana trophæum ſtatuit, & hoſtium ſpolia ſuſpendit.

ASCEN. QVantum, &c.] Paucis tangit conſimilem ſeueritatem in M. Flaccum, & L. Saturninũ Regni affectatores, dicens. [Ergo antiqui]. i. priſci Romani teſtabantur. i. oſtendebant, quantum odij haberent inſitum animis. ſ. ſuis, aduerſus hoſtes. i. inuaſores libertatis, ſ. Romanæ, ruinis. i. diruptionibus & euerſionibus parietum, ac tectorum, in quibus, ſ. hoſtes libertatis fuerant verſati. [Ideoq;]. i. & ideo, corporibus Marc. Flacci, & Lucij Saturnini, ciuium ſeditioſiſſimorum trucidatis. i. crudelenter interfectis, Penates ſup. eorũ. i. ædes, & Lares eruti. i. euerſi ſunt ab imis fundamentis. [Cæterum area Flacciana] id eſt in qua ſteterat domus Flacci cum manſiſſet vacua. i. nullo ædificio, aut ornamento occupata, adornata eſt à Q. Catulo ſpolijs Cymbricis, i. ex manubijs ſpoliorũ Cymbris detractorum.

IN TYBERIVM, ET CAIVM Gracchos.

*VIGVIT * in noſtra ciuitate Tyberij, & Caii Gracchorum ſumma nobilitas, ac ſpes ampliſſima, ſed quia ſtatum ciuitatis conati erant conuellere, inſepulta cadauera iacuerunt, ſupremusq; humanæ conditionis honos filiis * Gracchi, & nepotibus Africani defuit: quinetiam familiares eorum, ne quis Reipu. inimicis amicus eſſe vellet, de robore pręcipitati ſunt.*

* Li. li. 58. & 61. Oroſ. li. 5. c. 9. & 12. Plu. Ap. & alii.

* Propter Corneliã li. 4. c. 6. d robore Liuius.

OLIV. VIGVIT in noſtra] De Gracchis ſeditioſiſſimis viris in c. de ſomnijs diximus, quomodo Remp. pernicioſis legibus perturbantes, varijs tẽpibus cæſi fuerint: alter à Scip. Naſica, alter ab Opimio Cõſule, fuerunt autem genere, & opibus nobiles, filij Tyb. Gracchi, viri patritij, & Reip. amantiſſimi, nati ex Cornelia Superioris Scip. filia, ergo ex patre Gracchorũ erant, ex matre ex gente Cornelia, ſed illis, nec ſummi patris auctoritas, nec Scip. gloria profuit, quo minus honore ſepulturæ carerent. [Spes ampliſſima] Quia de his adhuc pueris ſpes maxima fuerat in vrbe non degeneraturos à patre. [Nepotibus Africani] Quia vt dixi Corneliæ filij fuerunt, quæ ſuperioris Africani filia fuerat. [De robore] Robur locus erat in carcere, vnde maleficiorum genus præcipitabatur, ideo de robore præcipitari dicebatur, q͛ ante robuſtis areis includebantur, ibiq; per aliquot dies ſeruati, atq; inde poſtea deprõpti præcipitabantur.

Viguit,

ASCEN. Vigit, &c.]Ordo eſt. Summa nobilitas, ac ſpei ampliſſimæ vita Tiberii, & C. Gracchorum, viguit in ciuitate noſtra. ſ. Romana, ſed quia conati erant conuellere. i. labefactare per ſeditionem, & legis agrariæ promulgationẽ, ſtatũ. ſ. tranquillitatem, & incolumitatem ciuitatis. ſ. Romanæ. iacuerunt eorũ ſup. cadauera inſepulta, & ſupremus. i. vltimus honos conditionis humanæ, vtpote ſepulturæ, qui fit nihil ſentientib. vnde et hoſtibus concedi ſolet, quia odium cum vita finiri dẽt, defuit filiis Grac. ſ. Tib. optimi, & clariſſimi ciuis, & nepotibus Afric. quia filii fuerunt Corneliæ ſuperioris Africani. [Quinetiam] i. inſuper familiares eorum. ſ. Gracchorum, ne quis vellet eſſe amicus inimicis Reipubl. præcipitati ſunt de robore. i. præcipitio illo in carcere, vt Oliu. recitat, cũ ſint qui dicant de robore animi. i. vetiti animi ſui robur Gracchis impendere, ſed priorem amplectar explanationem, dicendo, cum auctore ſeueritatem Senatum per familiarium pęnam augere voluiſſe.

DE P. MVTIO TRIB. PLEB.

IDEM ſibi licere tam P. Mutius Trib. pl. quàm Senatui & P. R. credidit: qui omnes collegas ſuos, qui duce Spurio Caſſio id egerant, vt magiſtratibus non ſubrogatis, communis libertas in dubium vocaretur, viuos cremauit. Nihil profectò hac ſeueritate fidentius; vnus enim tribunus eam pęnam nouem collegis inferre auſus eſt, quam nouem tribuni ab vno collega exigere exhorruiſſent.

OLIV. IDEM ſibi licere]Spur. Caſſius, vtpote vir callidus egit, cũ Trib. pl. ne ſubrogarentur magiſtratus, vt Reſp magiſtratibus orbata, facilius opprimeretur, ſed huic tam nefariæ conſultationi reſtitit vnus ex Tribunis, q̃ ſumpto ſupplicio de Caſſio, collegas oẽs ſuos tam impii facinoris auctores, viuos cremari iuſſit, quantã eſſet Trib. poteſtas in vrbe Romana, licèt multis in locis, & auctoribus cognoſci poſſit; non minus tñ ex hoc exemplo, cũ vno intercedente, cęteri reſiſtere non poſſent, quod & Plu. in vita Grac teſtatur, dicit. n. Eſt autem Trib. pleb. maxima in prohibendo poteſtas, vno etiam prohibente nihil alii, et ſi complures ſint efficere poſſunt, ergo Mutius Trib. pl non ſibi minus poteſtatis ſumpſit in damnandis, plectendisq; collegis, quàm S. P. Q. R. in puniendis commemoratis ciuibus. Ecce quo modo plus potuit vnus reſiſtens, quàm cęteri volentes. Sciendũ eſt non licuiſſe Trib. pl. per diem integrum abeſſe Rom. [Non ſubrogatis magiſtratibus) Quia comitia impedire nitebantur, ne Conſules, cæterique magiſtratus ſubſtituerentur. [Libertas communis] i. Reſpublica.

Trib. pl. viui cremati.

ASCEN. IDem, &c.[Recitat ſeueritatẽ vnius Trib. pl. dicens. Tam Publius Mutius Trib. pl. quàm Senatus, & P. R. credidit idẽ. i. eandẽ ſeueritatem in puniendo licere. i. licitũ eſſe ſibi, qui. ſ. Mutius cremauit viuos omnes collegas ſuos. i. reliquos Trib. pl. qui Spurio Caſſio duce. i. principali auctore, egerant id, vt magiſtratibus non ſubrogatis. i. non ſuffectis, ſeu conſtitutis in locum magiſtratuum defunctorum, libertas cõmunis vocaretur in dubium, quia non eſſet, qui volenti libertatem inuadere, reſiſteret. Profectò nihil ſup. eſt fidentius. i. confidentius, aut fiducialius hac ſeueritate. ſ. Merito. n. pro quia, vnus Trib. ſ. pl. auſus eſt. inferre eam pęnam. ſ. combuſtionis nouem collegis. i. contribunis, quã ipſi nouem Tribuni exhorruiſſent exigere ab vno collega, intellige, niſi in libertatem peccaſſet. Nam cæteris paribus, non minus nouem, quam vni licuiſſet.

IN M. CLODIVM.

LIBERTATIS adhuc cuſtos, & vindex ſeueritas, ſed pro dignitate etiam, ac pro diſciplina æquè grauis. M. enim Clodiũ Senatus Corſis, quia turpẽ cũ his pacem fecerat, dedidit: quem ab hoſtibus non acceptum in publica cuſtodia necari iuſſit. Semel læſa maieſtate Imperii quot modis iræ pertinax vindex? factum eius reſcidit, libertatem ademit, ſpiritum extinxit, corpus contumelia carceris, & deteſtanda ignominia Gemoniarum ſcalarum notà fœdauit: atq; hic quidem Senatus animaduerſionem meruerat.

OLIV. LIBERTATIS adhuc cuſtos]Diximus de ſeueritate, quæ libertatem Rom. & defendit, & vita eſt. Nunc dicẽdum eſt de ea, quæ virorũ diſciplinam in vrbe cõtinuit. [Aeque grauis]non minus ſeuera fuit, quæ in ſeruanda Reipu. auctoritate morumq; diſciplina adhibita eſt. [Marcũ. n. Clodiũ] M. Clod. bellũ geſſit in Corſis turpiter. Sardinia verò, & Corſica inſulæ ſunt inter Siciliam & Hiſpaniã gentilia faciunt Sardos, & Corſos, hoc geſtum fuit primo Punico bello paſſus eſt cladã Mancino ſimilem, & cum deditus eſſet, nec receptus ab hoſtib. poſt capitis ſuppliciũ vnco tractus fuit ad Gemonias ſcalas. [Libertatẽ] Dedẽdo eũ hoſtibus. [Spiritũ ademit] in carcere mori cogendo. [Gemoniarum ſcalarum] Locus eſt præceps, ad quem per ſcalas deſcendebatur, ſed qui læſiſſet maieſtatem vnco trahebatur ad eas ſcalas, dictæ ſunt aũt Gemoniæ ſcalæ, à Gemonio quodam auctore, de his, ſcalis. Suet. in morte Tiberii, vbi dixit adeo lætatum fuiſſe populum eius morte, q̃ multi vncum ad Gemonias cadaueri minarentur. vel certè vt alii dicunt duobus modis ſumebatur ſupplicium de nocentibus, aut. n. ad palum nudis corporibus alligati virgis ad mortem vſq; cædebantur, plerumque ſecuri feriebantur, aut ad ſcalas Gemonias vnco trahabantur, hoc eſt in proprio gutture vnco producebantur inarenã, vbi poſtea pendentium crura frangabantur, & poſtmodum ſubiecto igni ardebantur, quod genus ſupplicii tetigit Iuuen. Quæ ſtantes ardent, & fixo gutture fumant. [Læſa maieſtate] Non ſatis inquit viſum eſt Senatui M. Claudium, vno tantum afficere ſupplicio, quamuis ſemel tantum P. R. maieſtatem læſiſſet, nam variis modis de eo ſumptum eſt ſupplicium. [Læſa] Propter fœdus turpiter ictum cum hoſtibus. [Factum eius reſcidit] Quia irritum fœdus eſſe iuſſit. & pacem non probauit. [Libertatem] Quia vinctum ad hoſtes remiſit. [Corpus ignominiæ] Quia in carcere conſumptus eſt.

Gemoniæ ſcalæ.

ASCEN. LIbertatis, &c.]Seueritas. ſ. iuſtitiæ, fuit adhuc. i. ad hunc vſq; locum in omnibus exemplis, cuſtos & uindex libertatis, ſed ſup. fuit æquè grauis, etiã pro dignitate, ac pro diſciplina, ſup. ſeruanda. Enim pro quia, Senatus dedit. i. ad uoluntatem de eo faciendam dedit, Corſis. i. populis Corſicæ regionis inter Italiam & Hiſp. [M. Clodium] Quia fecerat turpem pacem cum hoſtibus: quem. ſ. Clod. non acceptũ ab hoſtibus (quia uoluerunt fœdus ſeruatum, non eius qui ipſum percuſſerat necem) Senatus iuſſit necari in publica cuſtodia. Et ita maiaſtate Imperii ſemel læſa, quot modis ſup. fuit uindex pertinax iræ. ſ. ſuæ in Clod. q. d. pluribus modis uindictam ſumpſit. Nam primo reſcidit. i. irritum fecit pactum eius. ſ. Clodii, deinde ademit ei libertatem, quia in ſeruitutem aut necem eum miſerat, tum extinxit ſpiritum. ſ. in carcere, & fœdauit. i. deturpauit corpus. ſ. extincti ſpiritus, contumelia. i. ignominia carceris, & deteſtanda nota. ſ. ignominiæ, ſcalarum Gemoniarum, vnde præcipitabantur Regni affectatores ambitus conuicti. Atque, Clauſula eſt continuatiua, quæ ſequenti annecti poſſet) hic. ſ. Clodius, meruerat quidem. ſ. turpem pacem faciendo animaduerſionem. i. iuſtam, licèt ſeueram punitionem Senatus.

IN CORNELIVM SCIPIONEM.

*CN. autem * Cornelius Scipio Hiſpali filius prius quàm mereri poſſet, expertus eſt: nam cum ei Hiſpania prouincia ſorte obueniſſet, ne illuc iret, decreuit, adiecta cauſa, q̃ rectè facere neſciret. Itaq; Cornelius propter uitæ inhoneſtum actum ſine vllo prouinciali miniſterio, tamen repetundarum lege damnatus eſt.*

* Lib. 1. cap. 4.

OLIV. CN. autem Cornelius]Hic cum ineptiſſimus eſſet, & flagitioſam duxiſſet adoleſcentiam, Senatus eum in prouinciam, quæ ſibi ſorte obtigerat, ire prohibuit, q̃ tantæ adminiſtrationi minime diceretur idoneus, quippe q̃ nullũ vnquam de ſe uirtutis ſpecimen edidiſſet, ſed turpiter ſemper uixiſſet, & propterea quaſi repetundarum damnatus eſt, de hoc diximus in ca. de his, qui a patribus degenerarunt. Tamen ſcilicet fermè damnatus, eſt. n. græca conſtructio, cum non adminiſtrationem prouinciæ ſuſcepiſſet.

ASCEN. CN. autem Corn. Scipio filius Hiſpali]Expertus eſt. ſ. animaduerſionem Senatus, de qua in ſuperiori clauſula (cui hęc annexa eſt) locutus eſt, prius quàm poſſet mereri ſup. eam. Nam cum Hiſpania prouincia ei obueniſſet ſorte. ſ. ducta cum collega ei. ſ. Corn. Scipioni Senatus ſup. decreuit. i. de-

rete cauit, ne iret illuc.ſ.in Hiſp. cauſa.ſ.decreti adiecta, qđ.ſ. Scip. ille neſciret facere recte. [Itaq;] .i.qđ ita Corn. damnatus eſt, propter inhoneſtum actum vitæ, tantum nō.i ferme, aut hoc ſolo demptū, quod repetundarum.ſ.damnatus eſt, quia ſine vllo miniſterio prouinciali, & ideo quia in prouinciam ire non licuit, eam ſpoliare non potuit, quocirca repetundarum eius agi non potuit, & hæc verior eſt expoſitio, quam vt dicamus repetundarum damnatus, aut quaſi damnatum fuiſſe, cum quaſi per iocum dicat auctor. hoc ſolum boni aſſecutum, quod repetundarum damnatus non ſit.

DE CAIO VATIENO.

* Vectieno.

NE in C. quidem * Vatieno, qui ſiniſtræ manus digitos, ne bello Italico militaret, abſciderat, ſeueritas Senatus ceſſauit: publicatis enim bonis eius, ipſum æternis vinculis puniendum cenſuit: effecitq́; , vt quem honeſte ſpiritum profundere in acie noluerat, turpiter in cathenis conſumeret.

OLIV. NE in C. Vatieno] De Italico bello ſæpius dictum eſt, qđ cū ſocijs Latini nois geſtum eſt. C. ergo Vatienus, ne cogeretur ad hanc militiam proficiſci, ſiniſtræ manus pollicem, ne arma ſuſtinere poſſet abſcidit, quod vbi Senatus reſciuit, illum perpetuis vinculis damnauit, & eius bona publicauit.

ASCEN. NE in Caium quidem, &c.] Ordo eſt. Ne quidem.i. non &, aut non ſaltem, cū exigua videri poſſit culpa, ſeueritas Senatus ceſſauit in C. Vatieno, qui ne militaret bello Italico, abſciderat digitos ſiniſtræ manus: cenſuit n. ipſum puniendum æternis vinculis, bonis.i.diuitijs eius publicatis.i.in fiſcum publicū redactis, & Senatus ſup.effecit, vt Vatienus conſumeret turpiter in catenis ſpiritū.ſ.vitalem, quem noluerat profundere in acie, timore.n. mortis ſe inhabilem ad bellū fecerat.

DE M. CVRIO CONSVLE.

* Liuius lib. 14.

ID factum * imitatus M. Curius Cōs. cum delectum ſubitum educere coactus eſſet, & iuniorum nemo reſpondiſſet, coniectis in ſortem omnibus tribubus, Polliæ, quæ proxima exierat, primum nomen vrna extractū citari iuſſit: neq; eo reſpondente, bona adoleſcentis haſtæ ſubiecit. Quod vt illi nunciatum eſt: ad Conſulum tribunal cucurrit, collegiumq́; Tribunorū appellauit. Tūc M. Curius præfatus non opus eſſe eo ciue * Reipu. qui parere neſciret: & bona eius, & ipſum vendidit.

* Rom. populo.

OLIV. ID factum] Curius, qui Dentato cognomen erat, cum delectum haberet aduerſus Pyrrhū, quē in Italia è Sicilia reuerſum iterū vicit, & Italia pepulit, eius, qui citatus non reſponderat, bona ſubhaſtauit. nam Pyrrhus, vt ſæpe diximus à Tarentinis accitus aduerſus Romanos, cum poſt aliquot clades vltro citroq; datas & acceptas, fuiſſet inuitatus à Siculis ad Regnum Siciliæ, quod tum petebatur à Carthag. cum exercitu traiecit in Siciliam ſpe potiūdæ prouinciæ, ſed cū res aliter ceſſiſſet, quàm ille ſperauerat, redijt in Italiam tunc Conſul erat hic M. Curius Dentatus, qui coactus ſubitum habere delectū, & cum citati iuniores nomina dare recuſarent, ſorte educendos omnes eſſe duxit, quare cum Polliam tribum in vrnā coniecſſet; adoleſcens hic, de quo loquitur, primus eductus, & citatus, cū tacuiſſet, eius bona, vt diximus haſtæ ſubiecit, & ipſum pariter adoleſcentem cum bonis omnibus vendidit dicens nō opus eſſe Reipublicæ tali ciue, qui ſuis magiſtratibus parere recuſet. [Omnibus tribubus] Quæ 35. fuerant. De tribu Pollia, diximus ſupra lib. 5. M. Curius is Dentati cognomen habuit. Polliæ nomen tribus.

ASCEN. ID &c.] M. Curius Conſul imitatus id factum, ſ. ſeuerum Senatus, cum coactus eſſet propter tumultum bellicum educere.ſ. in bellum, ſubitum delectum.i. milites per delectū conſcripſiſſet, & nemo iuniorum reſpondiſſet.i. nomē ſuum ad militiam dediſſet, omnibus tribubus coniectis in ſortē.i. in vnam ad ſortiendum de eis, iuſſit primum nomen Polliæ.ſ.tribus, quæ exierat proxima.i. prima quia vrna mota, & ſorte ducta, proxima erat extrahenti, hoc eſt ſumma in vrna: extractum.ſ. à puero aliquo, aut rerum ignaro: vrna.i. vaſculum, in quod ſortes.i. ſingularum tribuum nomina. æqualibus tabellis, aut chartis inſcripta coniecta erant. Citari.i. nominatim ad dandum nomen vocari, neq; eo.i. & eo non reſpondente, ſubiecit haſtæ.i. ſectioni, aut auctioni, ſeu publicæ venditioni bona adoleſcentis. Quod vt.i. poſtquam nunciatum eſt, illi.ſ. adoleſcenti, cucurrit ad tribunal Conſulū & appellauit collegium Tribunorū.ſ. contra violentiam Conſulis. Tunc M. Curius præfatus non opus eſſe eo ciue qui parere neſciret, vendidit, & i. ſimul ipſum, & bona eius.

DE LVCIO DOMITIO PRAETORE.

AEQVE * tenax propoſiti L. Domitius. nam cum Siciliam Prætor regeret, & ad eū eximiæ magnitudinis aper allatus eſſet, adduci ad ſe paſtorem, cuius manu occiſus erat, iuſſit, interrogatumq́; quomodo eam beſtiam confeciſſet, poſtquam comperit vſum venabulo, cruci fixit: quia ipſe ad exturbanda latrocinia, quib. prouincia vaſtabatur, ne quis telum haberet, edixerat. hoc aliquis in finem ſeueritatis, & ſæuitiæ ponendum dixerit: diſputatione enim vtroq; flecti poteſt. Ceterum ratio publici Imperij Præt. nimis aſperum exiſtimari non patitur. Sic ſe in viris puniendis ſeueritas exercuit. Sed ne in fœminis quidē ſupplicio afficiendis ſegniorem ſe egit.

OLIV. * Mun. ei. uale.

OLIV. AEQVE tenax] Domitius Siciliæ Prætor erat, & edictū fecerat ne quis telū gereret, quia prouincia illa frequentia latronū vexaretur; forte accidit, vt paſtor immenſæ magnitudinis aprum occiderit, & illum Imperatori deferendū curauerit, quo viſo Prætor Domitius paſtorem ad ſe iuſſit acciri, cognitoq; aprum venabulo fuiſſe interfectum, paſtorem cruci iuſſit affigi, quia ſuum non ſeruaſſet edictū. [Hoc aliquis]. i. aliquis diffiniret ſeueritatem eſſe eius, qui ſequitur verū, aliquis vero ſæuitiam, &.i. quod dixit finem. [Hoc aliquis] factum inquit Domitij ita poſitum inter ſeueritatem, atq; ſæuitiam vt in vtramq; partem trahi poſſit, nam ſi hoc perſona priuata feciſſet, ſæuitia exiſtimanda foret. Sed quia ratio publicæ maieſtatis Romanæ, & Imperij non patitur, cum in puniendo videri nimis aſperum, ſeueritas eſt appellanda. [Vtroque] In vtramque partem. [Segniorem] Tardiorem. [Egit ſe] .ſ.ſeueritas.

ASCEN. AEque, &c.] L. Domitius ſup. fuit æquè tenax.ſ.executor propoſiti, nam cum ipſe Prætor Romanus regeret Siciliam, & aper.i. porcus ſylueſter eximiæ magnitudinis allatus eſſet ad eum, iuſſit paſtorem, cuius manu occiſus erat, adduci ad ſe, & cruci fixit, interrogatum qua vi confeciſſet.i. interemiſſet eam beſtiam ſ.tam ingentem, poſtquam comperit eum vſum venabulo.i. cuſpide venatoris, cruci fixit inquam, quia ipſe.ſ.Prætor edixerat.i. publice edicto vetuerat ad latrocinia quibus prouincia.ſ.Sicilia vaſtabatur exturbanda.i. vi pellenda, ne quis haberet telum.i. arma inuaſiua, quibus à longe præſertim inuadere poſſet. Aliquis dixerit.i. dicere poſſit, hoc.ſ. factum Domitij, ponendum ſup. eſſe in fine.i. confinio ſeueritatis, & ſæuitiæ. Enim pro quia, ipſum poteſt flecti diſputatione.i. argumentatione philoſophica, aut probabili vtroq;.i. ad vtrāq; partē.ſ.tā ad ſæuitiam, quam ſeueritatem. [Ceterum]. i. ſed ratio publici Imperij, quo tunc fungebatur, & quia nō ad ſui vindictam, ſed ad publicam vtilitatem tale exemplum propoſuit, non patitur exiſtimari.i. iudicari nimis aſperum. Seueritas exercuit ſe ſic in viris puniendis, ſed ne quidem.i. non etiam egit.i. geſſit ſe ſegniorem.ſ. pigriorem in fœminis afficiendis ſupplicio, quibus verbis paraſceuem facit ad ſequentia.

DE HORATIO.

HORATIVS * poſt prælium trium Curiatiūcōditione pugnæ omnium Albanorum victor, cum ex illa clariſſima acie domum repetens ſororem ſuam virginem Curiatij ſponſi mortem profuſius, quàm illa ætas debebat, flentem vidiſſet, gladio, quo patriæ rem bene geſſerat, interemit: parum pudicas ratus lachrymas, quæ præpropero amori dabantur. Quem hoc nomine reum apud populum actum pater defendit. Ita paulo propenſior animus puellæ ad memoriam futuri viri, & fratrem ferocem vindicem, & vindictæ tam rigidum aſſenſorem patrem habuit.

* Liuij in lib. 1.

OLIV. HORATIVS poſt] Tullus Hoſtilius cum C. Cœlio Albanorũ Rege bellum geſſit, in cuius mortui locũ Metius Suffetius ſubſtitutus eſt Dictator, cũ igitur duce Cœlio acies vtrinq; conſtitiſſent, inſtructæ placuit vt vtrinq; deligerentur tergemini fratres, quorum vnius pars ſi viciſſet, eius altera alteri pareret, quo facto, Horat. Rom. cæſis duobus fratribus ſuis, Curiatos ipſe omnes interfecit, cum rediret ouans tergemina ſpolia præ ſe gerens, ſoror virgo, quæ deſponſata vni ex Curiatis fuerat, illi obuiam ad portam Capenam fuit cognitoque ſuper humeros fratris paludamento ſponſi, quod ipſa fecerat, crines ſoluit, & flebiliter nomine ſponſum mortuum appellat, mouet feroci iuueni animum comploratio ſororis in victoria ſua, tantoq; gaudio publico, ſtricto itaq; gladio ſimul verbis increpans transfigit puellam, abi hinc cum immaturo amore inquit ad ſponſum tuũ, oblita fratrũ mortuorũ, viuiq;, oblita patriæ, ſic eat quicunq; Rom. lugebit hoſtem. hinc deinde lege perduellionis damnatus eſt, erat aũt lex horrendi criminis, Duumuiri perduellionẽ iudicent: Si à Duumuiris prouocauerit, prouocationem certato, ſi vincerent, caput obnubito, infœlici arbori reſte ſuſpendito, verberato vel intra pomerium, vel extra pomeriũ, hac lege damnatus, cum ad populum prouocaſſet, de prouocatione certatum eſt. moti homines in eo iudicio, maxime patre Hor. proclamante ſe filiã iure cæſam iudicare, ni ita eſſet, prius iure in filium ſe animaduerſurum fuiſſe, orabat deinde ne ſe quem paulo ante cum egregia ſtirpe conſpexiſſent, orbum liberis facerent, additis deinde iuuenis laudibus; victoriaq; parta, abſolutus eſt magis admiratione virtutis, q̃ iure cauſæ, ſed vt cædes manifeſta aliquo piaculo lueretur, imperatum fuit patri, vt filiũ expiaret publica pecunia, is quibuſdam piacularib. ſacrificiis factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita ſunt, tranſmiſſo per viam Tigillo, capite adoperto, velut ſub iugũ miſit iuuenẽ. Id hodie in publico quoq; ſp refectum manet, ſororium Tigillũ vocant. [Conditione pugnæ] Quamuis tres tantummodo viciſſet, vicerat tñ oẽs Albanos, ſancita inter ſe lege, atq; conditione, vt vtra pars viciſſet, altera illius pareret Imperio. [Præpropero amori] Immaturo, & intempeſtiuo, quia ſponſa duntaxat erat. Propenſior procliuior, ſoror inquit quæ nimio plus, q̃ æquum erat in futurum maritum inclinata eſſe videbatur; quippe quæ occiſorum fratrum ſpolia, ſolum maritum lugeret, & fratrem acerrimum hoſtem vindicem, & patrem rigidum comprobatorem illius cædis experta eſt.] Vindicem]. i. crudelem vltorẽ. [Rigidum aſſenſorem] Aſperum comprobatorem eius cædis.

ASCAN. HOratius]. ſ. vnus è tergeminis Rom. qui cum tribꝰ Curiatijs Albanis certamen inierat, vt Oliuerius ex Liu. lib. 1. recitat, omnium Albanorum, poſt prælium trium Curiatium, pro Curiatiorum conditione. i. ex conditione pugnæ, quia ea conditione certamen inierant, vt vtra pars. trigeminorum fratrum viceret, ei reliqua pars tota pareret, cum repetens domum ex illa clariſſima acie, qua vnus tres interfecerat, & patriæ libertatem pepererat, vidiſſet ſororem ſuam virginẽ flentem profuſius. i. abundantius, q̃ illa. ſ. puellaris ætas debebat. ſ. flere mortem Curiatij. ſ. vnius e tribus, ſponſi ſup. ſui, quia illi deſponſata erat, ſed non decebat tam profusè ſponſum flere, cũ virgo eſſet. Nec Veneris mores, nec dulcia pignora noſcens, interemit ſup. eam gladio, quo bene geſſerat rem patriæ, quia eius libertatem conſeruauerat, & Albanũ populum eidem ſubiecerat, ratus lachrymas parum pudicas, quæ dabantur amori præpropero. i. nimis feſtino, & nondum maturo. [Quem]. ſ. Horatiũ reum hoc nomine. i. hac ratione cędis ſororiæ, pater defendit apud populũ. [Ita]. i. & ſic animus puellæ propẽſior. i. procliuior, & inclinatior paulo. i. modico. ſ. q̃ decebat ad memoriam futuri viri, habuit fratrem ferocem vindicem, & patrem tam rigidũ aſſenſorem. i. approbatorem vindictæ. ſ. factæ per fratrem. Verum tamen de patre, facile exiſtemari poteſt eum non ſponte aſſenſum, quia ſi viua adhuc fuiſſet, nunquam aſſenſum præbuiſſet, vt propter pias licèt importunas lachrymas, occideretur, verũ vi coactum, ne penitus orbus relinqueretur, quàm cauſam etiã præcipuam populo obiecit, vt filio parceret, quia amiſſis duob. fratribus, & interfecta ſorore, vnicus ſupererat.

DE SPVRIO POSTHVMIO ALBINO, & Q. Martio Philippo.

* Liu. lib. 39. CONSIMILI * *ſeueritate Senatus poſtea vſus Spurio Poſthumio Albino, & Q. Martio Philippo Cos. mandauit, vt de ijs, quæ ſacris Bacchanalium inceſtũ vſæ fuerãt, inquirerent: à quibus cum multæ eſſent damnatæ, in omnes cognatas intra domos animaduerterunt: lateq; patens opprobrij deformitas, ſeueritate ſupplicij emendata eſt: quia quantum ruboris ciuitati noſtræ mulieres turpiter ſe gerendo incuſſerant, tantum laudis grauiter punitæ attulerunt.*

OLIV. Bacchanalia. CONSIMILI ſeueritate] Liu. de bello Macedonico ſcribit, quo hæc Bacchanalia, hoc eſt ſacrificia Bacchi in vrbẽ Romam ſerpſerint; erãt aũt eiuſmodi: mulieres viris permixtæ noctu per vrbem vagabantur furentes, & ſtupra multa committentes, & pp hoc nonnullæ maritos veneno necabant, vt liberius, & ea ſacra facerent, & libidini ſuæ ſatisfacerent, conſpiraſſeq; ſupra ſeptem millia virorũ, fœminarumq; dicebantur. Senatus ergo tantam rei deformitatem, atq; periculum exhorrẽs, decreuit earum inquiſitionem fieri, quæ turpiter his ſacris interfuiſſent, ex quo multæ punitæ ſunt, & ciuitatis opprobrium emendatum eſt. [Intra domos] Priuatim matronæ ſunt in ſuis ædibus punitæ, nam mulieres damnatæ, & cognatis, aut eo quorũ manu eſſent traditæ ſunt, vt ipſi priuato animaduerterent in eas, ſi nemo erat idoneus ſupplicij exactor, in publico animaduertebatur. [Lateq; patens] Per totam ciuitatem.

ASCAN. COnſimili, &c.] Senatus vſus poſtea conſimili ſeueritate, mandauit Sp. Poſthumio Albino, & Quinto M. Philippo Conſulibus, vt inquirerent de ijs quæ vſę fuerant inceſtu. i. coitu vetito, quia in loco, tempore, & officio, quo tunc fungebatur ſacro ſup. in ſacris Bacchanaliũ. i. ſacrificiorum Bacchi. a quibus. ſ. Conſulibus cũ multæ eſſent damnatæ. [animaduerterũt in oẽs cognatas] punierũt, & mulctauerũt morte cognatas ſuas, intra domos. ſ. ſuas, & ita in occulto, & deformitas opprobrij. i. turpitudinis, quę poterat Romanis omnibus opprobrio dari patens latè, quia plurimas attigerat, emendata eſt, id eſt correcta, ſeueritate ſupplicii, quia quantum ruboris. i. verecũdię mulieres incuſſerant noſtrę ciuitati, gerẽdo ſe turpiter, tñ laudis attulerunt ciuitati noſtrę punitę grauiter, non tñ ipſę punitę, ſed earum punitiones, quod reuera crimina priuata non debent communitati, vt dñt vitio dari, niſi diſſimulentur.

DE PVBLICIA ET LICINIA.

*Liu. li. 4. PVBLICIA * *autem, quę Poſthumium Albinũ Conſulem, item Licinia, quę Claudium Aſellum, viros ſuos, veneno necauerant, propinquorum decreto ſtrangulatę ſunt: non enim putauerunt ſeueriſſimi viri in tam euidenti ſcelere longum publicę quęſtionis tempus expectandum. Itaque quarum innocentium defenſores fuiſſent: ſontium maturi vindices extiterunt: magno ſcelere horum ſeueritas ad exigendam vindictam concitata eſt.*

OLIV. PVBLICIA] Oſtendit nonnullas fuiſſe perditę luxuriæ fœminas, quę viros ſuos veneno necarunt, vt liberius ea ſacra pro ſua libidine celebrarẽt, de quib. à propinquis ſumptũ eſt ſupplicũ, qui noluerũt de illis illud ſpectare iudiciũ, indignũ exiſtimantes, in tã euidenti ſcelere publicã q̃onem deſiderari, quare indemnatas ſuis manibus ſtrangularunt, iuſta profecto animaduerſio. [Euidenti] Manifeſto ſcelere. [Publicæ q̃onis]. i. inquiſitionis forẽſis. [Maturi vindices] Celeres & feſtini.

ASCAN. PVblicia autem] Item Licinia, quę necauerunt viros ſuos veneno, Publica inquã, quę ſup. necauit veneno Poſthumi ũ Albinum Conſulem, item Licinia, quæ ſuũ necauit veneno Claudium Aſellum, ſtrangulatę ſunt. i. ſuffocatę domi, decreto propinquorum. Enim, pro quia, viri, ſeueriſſimi, videlicet propinqui earum, non putauerunt longum tempus quęſtionis. i. inquiſitionis, & vt dicunt informationis publicę, expectandum ſup. eſſe in ſcelere tam euidenti. [Itaque ipſi extiterũt vindices] . i. vltores, maturi. i. feſtini, aut tempeſtiui, ſontium. i. nocentiũ, quarũ innocentium. i. ſi innocentes fuiſſent, ipſi fuiſſent defenſores, [Magno ſcelere] Tranſeundi ad ſequens exemplum occaſione, prępoſita eſt clauſula, quę vt contextus cohęreat, melius ſequenti annectitur, Ordo enim eſt. Seueritas horum. ſ. tam dictorum tam in Bacchidas, quàm in veneficas, eſt excitata ad exigendam vindictam magno ſcelere. i. ob magnũ ſcelus ſingulare pro plurali videlicet inceſtus, & veneficij.

mercium habuiſſet, publicis vinculis onerauit, à quo appellati Tribuni, cum de ſtupro nihil negaret, ſed ſponſionem ſe facere paratum diceret, q adoleſcens ille palàm, atq; apertè corpore quæſtum factitaſſet, interceſſionem ſuam interponere noluerunt. Itaq; Cornelius in carcere mori coactus eſt. Non putarunt Trib.pl. Remp. noſtram cum fortibus viris paciſci oportere, vt externis periculis domeſticas delitias emerent.

OLIV. Cor. mori ꝓ vitulato adoleſcentis pudore

CAIVS Feſceninus Triumuir] Cornelium ſtrenuum militem, qui multa pro Rep. fortiter geſſerat in vincula coniecerat, quod cum ingenuo adoleſcēta ſtuprum commiſiſſet, ille factum non negabat, ſed facti excuſationem afferebat, quod ille adoleſcens publicè quæſtum ea corpore facere conſueuiſſet, idq; datis ſponſoribus ſe probaturum affirmabat, & propterea non id ſibi fraudi eſſe debere. Imploratoq; fruſtra Tribunorum auxilio, quia nemo intercedere voluit in carcere mori coactus eſt. [Triumuiri] Triumuiri primo libris tantum Sybillinis præferunt, poſtea creati ſunt in deducēdis Colonijs, poſtremo in ſumendo ſupplicio de damnatis, & tantum dicebantur Triumuiri rerum capitalium. [Cōmercium] Conſuetudine proprie commercium dr̃ commutatio mercis, ponitur tn̄ pro commutatione cuiuſcunq; rei, vt commercium literarū, cōmerciū linguæ. Liu. de Numa loquens, quo linguæ cōmercio dixit, & ponitur pro conſuetudine, vt hoc loco. [Domeſticas delitias] Vt pro rebus benè geſtis cōcederet domi turpiter viuere, vt ſupra dixit, quid prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi malè vixeris.

ASCEN. NAm igitur, Caius Feſceninus Triumuir] Capitulinus (Multi tertius, hoc vltimū non habent, quod agnomen eſt ponendum, dicebatur ante Triumuir, ſine epitheto, poſt Triumuir cum epitheto, vt ſi Triūuir Capitolinus, id eſt ad inſpiciendos libros Sybillinos creatus, verum hic conijciendi in carcerem munus habuiſſe videt̃) onerauit catenis publicis C. Corn. emeritum. i. vſq; ad remiſſionem meritum, aut euidenter meritum. ſtipendia. i. æra fortiſſimæ militiæ, & donatum ab Imperatoribus quater nomine. i. ratione, & titulo virtutis, honore primipili. i. anteſignani, aut qui primum pilum ferret, quod habuiſset commercium. i. conſuetudinam, aut conuentionem & pactum ſtupri, cum adoleſcentulo ingenuo. [A quo] ſ. C. Cor. Trib. appellati. i. contra Triumuiri violentiam, ne. ſ. pateretur ciuem Rom. in vincula conijci, cū ipſe nihil negaret de ſtupro. i. fateretur ſe ſtuprum commiſiſse, ſed diceret ſe paratū facere ſponſionem. i. cautionem, ad omnia damnum reponendum, ſi in probatione defecerit, quod adoleſcens ille factitaſset quæſtū. i. lucrum turpe, corpore. ſ. ſuo libidini expoſito, ac proſtituto, palam, atq; apertè, & ita incideret, nullam illi à ſe iniuriam factā. Tribuni noluerunt ponere interceſſionem ſuam. i. noluerunt eius incarcerationem impedire auctoritate ſua. Nam licèt quæſtum facienti iniurius non fuerit. Romano tamen ſanguini cōtumeliam intulit. [Itaq;]. i. & ita Cornelius coactus eſt mori in carcere. Enim pro quia, Trib. pl. non putauarunt Remp. noſtrā. i. Romanam, oportere paciſci. i. pactum facere cum viris fortibus qualis erat Cornelius iſte, vt. ſ. viri fortes emerent delicias. i. turpem voluptatem, ac libidinem cum ingenuis, dum domi eſſent, periculis externis, quæ obirent, dum in bellis eſſent, hoc eſt noluerunt tale pactum facere, vt permitterent eos, qui fortiter foris egerint, molliter ac turpiter domi viuant.

DE COMINIO TRIB. PLEB.

LIBIDINOSI Centurionis ſupplicium, Marci Lectorij Mergi Tribuni militaris, æquè ſimilis fœdus exitus ſequitur. Cui Cominius Trib. pl. diem ad populum dixit quòd Cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſſet. Nec ſuſtinuit eius rei ſententiam Lectorius, ſed ſeipſe ante iudicij tempus fuga prius ſubtraxit, deinde etiam morte ſe puniuit. Natura modum expleuerat, fato tamen functus, vniuerſæ plebis ſententia crimine impudicitiæ damnatus eſt. Signa illum militaria, ſacratæ aquilæ, & certiſſima Romani Imperij cuſtos ſeuera caſtrorum diſciplina: vſq; ad inferos perſecuta eſt. Quoniam cuius virtutis magiſter eſſe debuerat, ſanctitatis corruptor tentabat exiſtere.

OLIV. LIBIDINOSI Centurionis] Hic notatur Cornicularium ſignificare eū, qui in cornu militares excubias facit, vt quidā volunt, ſed falluntur ſine dubio, nam Acceſus nomē erat ordinis, & promotionis in milites, vt nunc dr̃ princeps, vel Cōmentarieñ, aut Cornicularius. Aſconius ita refert. Acceſi dicebātur attributi Decurionibus, hoc eſt miniſtri eorū, quaſi ad cenſum additi, quos nūc Cōmētarienſes, & Cornicularios appellant. Sed quia huius rei rationem nullā affert, ſunt qui cenſent Cōmentarienſes dictos, quod cōminiſcerētur, hoc eſt fingerent aliquid, quia tanquā miniſtri erant. Cornicularios aūt eo q vna cū ſuis Decurionibus in cornibus acierum ſtatuebantur. [Centurionis] Cornelij, de quo ſupra diximus.

ASCEN. LIbidinoſi, &c.] Ordo eſt. Exitus æquè fœdus videlicet Marci Lectorij Mergi Trib. militaris ſequitur ſupplicium Cēturionis libidinoſi, videlicet Caij Cornelij in carcere extincti non vt Oliu. dicit Feſcenini, qui licet ſupplicium intulit, atq; ita forte dici poſſet ſupplicium eius actiuum, tn̄ quia non fuit libidinoſus, ſed punitor libidinis, vñ de pudicitia eius exemplū ſuperius allatum, exponendum eſt paſſiue de ſupplicio, vt dixi C. Cornelij, qui & primipilus, & centurio fuit, eius ſupp æque fœdus. i. turpis, vt exitus Cornelij, cui. ſ. Lectorio Cominius trib. ple. dixit diem ad populum, q appellaſſet. i. interpellaſſet, aut ſollicitaſſet cornicularium ſuum. i. cōmentarienſem militem cauſa ſtupri. [Nec Lecturius ſuſtinuit.] i. potis fuit expectare ſententiam eius rei. i. litis, aut accuſationis, ſed ipſe. i. ſua ſpōte ſubtraxit ſe prius fuga ante tempus iudicij, deinde puniuit ſe etiam morte. [Lectorius] Supple expleuerat modum. i. menſuram naturæ. i. quantum per naturam in eum ſæuiri permittebatur, quia vſq; ad mortem, tn̄ ipſe functus fato. i. mortuus, dānatus eſt crimine impudicitiæ, ſententia plebis vniuerſæ, & ſi dicas, quid illa defuncto obfuit? dicit, ſigna militaria, vtpote aquilæ ſacratæ. ſ. Ioui, & ſeuera diſciplina caſtrorum. i. caſtris exercitu ſulita, certiſſima cuſtos imperij Romani. perſecuta eſt illum vſq; ad inferos, quia iam vita defunctum. Quoniam ipſe tentabat exiſtere corruptor ſup. eius virtutis, videlicet cornicularij ſui, cuius debuerat eſse magiſter. i. doctor verbo, & exemplo.

DE CAIO MARIO.

*HOC * monuit C. Marium Imperatorem, tum, cū Cluſium ſororis ſuæ filium Tribunum militum à Cœlio Plotio manipulario milite iure cæſum pronunciauit, quia eum de ſtupro compellare auſus fuerat. Sed vt eos quoque qui in vindicanda pudicitia dolore ſuo * publica lege vſi ſunt, ſtrictim percurram Sempronius Muſca C. Gallium deprehenſum in adulterio flagellis cecidit: C. Meuius L. Octauium ſimiliter deprehēſum neruis contudit: Carbo Actienus à Bibieno, item Pontius à P. Cernio deprehenſi caſtrati ſunt: Cn. etiam Furius Brocchum, quem deprehenderat, familiæ ſtuprandum obiecit: quibus iræ ſuæ indulſiſſe, fraudi non fuit.*

* Cic. pro Mil. Plu. in vita & apoph. vt de hic C. Lucium poſſit legere.

* pro publica.

OLIV. HOc monuit C. Mariū] Hoc legitur in vita Marii. Cicero quoq; in oratione pro Milone huius exempli mētionē facit. Cū Cluſius C. Plotium ſtuprare voluiſſet, ſtā tæ obſcœnitatis ira cōmotus Plotius, Cluſium occidit. Ductus eſt in iudicium Plotius, tum prætor erat Marius, qui Cluſium nepotem ſuum iure cæſum pronunciauit. Plut. dicit. Marij nepotem C. Lucium fuiſse nominatū, adoleſcentem vero Trebonium, quem Marius cognita cauſa nō ſolū abſoluit, ſed admiratione virtutis inſuper coronauit, tanquā pulcherrimū illis tēporibus facinus edidiſset. Cic. in Milonianā pudicitiā inquit, cū eriperet miles tribunus militaris in exercitu C. Marij, propinquus eius imperatoris interfectus eſt ab eo, cui vim afferebat, facere. n. probus adoleſcens periculoſe, q̄ perpeti turpiter maluit atq; hūc illa ſummus vir ſolare ſolutū periculo liberauit. [Manipulario] Qui ſub eodem manipulo cum aliis militabat. [Sed vt eos] Nonnullos per tranſitum tangit, qui ira perciti ſuo dolore vſi ſunt pro lege. In adulterio. ſ. cum vxore. Neruis, vt arbitror melius quā, Pernis. [Stuprandū obiecit] Hic ſcelus ſcelere vindicauit. [Fraudi non fuit] Pœnæ à præcedente q ſequitur.

ASCEN. HOc.] ſ. exemplum ſeueræ vltionis in impudicū monuit C. Marium Imperatorem, tunc, cum pronunciauit Cluſium filium ſororis ſuæ & ſup. tri. mil. cæſum iure à Cœlio Plotio milite manipulario, quia auſus fuerat compellare. i.

ſolicitare

ſollicitare eum de ſtupro.[Sed vt percurram ſtrictim]. i. paucis verbis quoq;.i.ēt eos,qui vlti ſunt dolore ſuo. i. vehementi zelo,pro lege publica.i.loco legis publicæ,in pudicitia vindicandā.i.vlciſcēdo eos,qui pudicitiam violarunt Sempronius Muſca,alij habent Muſica,cecidit flagellis Caium Gallium deprehenſum in adulterio.ſ.cum vxore Sempronij.Caius Menius cōtudit neruis,i.chordis ex neruis,aut vt alij legunt pernis.i. oſſibus pernarum,Luc.Octauium deprehēſum ſimiliter,ſ.in adulterio.Carbo Acienus,item Pontius deprehenſi.ſ. in adulterio caſtrati ſunt.Carbo ſup.caſtratus à Bibieno,& Pontius à Pub.Cernio,alij habent Triuio. [Cn.ēt Furius obiecit Brocchum] Quem deprehenderat,ſ.in adulterio vxoris, ſtuprandum familiæ vnde Horat.in Serm.Hic ſe præcipitem tecto dedit, ille flagellis ad mortem cęſus fugiens , hic decidit acre Prædonum in turbam,dedit hic corpore nummos;Hunc perminxerunt calones,quinetiam illud accidit,vt quidam teſtes caudamq; ſalacem,Demeteret ferro,&c.vbi tangit fere oēs quos, hic auctor. Nam & cæſos flagellis dicit,& ſtupratos cum dicit. Hunc perminxerunt.i.& caſtratos illic,caudamq; ſalacem.i.penē,aut mentulam demeteret ferro,&c.Quibus,ſ.qui deprehēſos propria auctoritate punijuerunt,non fuit fraudi.i.damno, aut detrimento indulſiſſe.i.nimium paruiſſe iræ ſuæ. Vnde leges permittunt deprehenſos in adulterio,ſubito illo calore occidi.

THEO. NEruis contudit]Antiqui libri hñt pernis,vt intelligas calcibus. Furius Brocchum,locus eſt anceps aliquot.n. vetuſta exemplaria contrauerſum ſcribunt Furium Brocchus , vt à Broccho Furius in adulterio deprehēſus, caſtratusq; videatur.

EXTERNA

DE HIPPONE FOEMINA.

ATQVE vt domeſticis externa ſubnectā Græca fęmina nomine Hippo cum hoſtiū claße eßet excepta,in mare ſe , vt pudicitiā morte tueretur, abiecit: cuius corpus Erechtheo littori appulſum proxima vndis humus,ſepulturæ mandatum, ad hoc tēpus tumulo contegit : ſanctitatis verò gloriam æternæ traditam memoriæ Græcia laudibus ſuis celebrando quotidie florentiorem effecit.

OLIV. ATQVE vt externis]Hippo Græca mulier,quibus parētibus incertū eſt,forma præcellens,capta à nautis cū pudicitiā ſuā periclitari ſenſiſſet,noctu , ſe præcipitē dedit in vndas,morique pudica,q̄ impudica viuere maluit,cadauer eius eiectū ab vndis Græci in Erythreo littore haud procul ab vndis ſepulchro condiderunt,& ad hanc vſq; ætatem eius ſanctitas & pudicitia æterna memoria celebratur. Erythreo mari rubro,nam erythron rubrum dicitur. Aeternæ traditam memoriæ.Quia in hiſtorijs celebratur.

ASCEN. ATque vt externa ſubnectā domeſticis]. i Romanis exēplis externa ſubnectā,fęmina Græca nomine Hippo , cū eſſet excepta.i.capta à claſſe hoſtium,abiecit ſe in mare,vt tueret.i.ſeruaret morte pudicitiā:cuius corpus appulſum littori Erechtheo.i.ad littus Erechtheū. Oliu. legit Erythreo.i.maris rubri,quo ſi appelli potuit, viderit ipſe. Humus proxima vndis.i.littoralis ora,contegit tumulo mandatum ſepulturæ ſup.vſque ad hoc tempus.Vero pro ſed , Græcia effecit gloriam ſanctitas traditā æternæ memoriæ florentiorē,quotidie celebrando ſup.eam laudis ſuis.

THEO. ERythreo]Manuſcripti libri habent,Ereteo littori appulſū. Ianus exiſtimabat Aeoio caſtigandū,nec Hippo , ſed Arco legebat.Herodici Teſſalorum,longé principis ea filia fuit, vxor Paridis,q̄ ſe pcipitē dedit in mare ne ſua pudicitia Philippo Demetrij filio Macedonū regi,ludibrio foret.hiſtoriā refert belli Macedonici li.x.Liu.aliter q̄ Val.Græcos & alios ſecut* ē auctores Aenio.Nā res ad Aenum geſta vt Liu.ēt tradit.

DE ORGIAGONTIS Reguli vxore.

*Li.li.38. *VEHEMENTIVS * hoc,illud conſideratius exemplum pudicitiæ.Exercitu & copijs Gallogræcorum à Cn.Manlio Conſule in Olympo monte ex parte deletis,ex parte captis, * Orgiagontis Reguli vxor miræ pulchritudinis à Centurione,cui cuſtodiēda tradita erat, ſtuprum pati coacta:poſtquam ventum eſt in eum locū in quem Conſulis * iußu Centurio miſſo nuncio , neceſſarios mulieris precium, quo eam redimerent,afferre iuſſerat,aurum expendente Centurione, & in eius pondus animo,oculisque intento,Gallogræcis lingua gentis ſuæ imperauit,vt eum occiderent,interfecti deinde caput abſciſſum manibus retinens ad coniugem venit, abiectoq; ante pedes eius,& iniuriæ,& vltionis ſuæ ordinem expoſuit.Huius fęminę quid aliud quiſquam,quàm corpus in poteſtatem hoſtium veniſſe dicat , Namque animus neque vinci,neque pudicitia capi potuit.*

*Oriſgōtis in Liuio. Oriagontis in aliis.

* Iniuſſu fortaſſe melius ex Liuio.

OLIV. VEHEMENTIVS hoc] Gallogræci reliquiæ fuerunt exercitus Brenni Ducis,qui cū deleta Græcia in orientē duceret exercitum in media Aſia conſedit , & permixta lingua vtraq; Gallica & Græca,Gallogræci appellati ſunt:hi aūt dicebantur inter auxilia regis Antiochi fuiſſe,& Cn. Manlius affirmauit à ſe victos eſſe,nam, vt linguæ mixtæ molliores ſunt, ita quoque molliores facti , & inde victi , & fugati,ſed Orgia vxor capta,& cuidā Centurioni tradita in cuſtodiā,cū pp eximiā pulchritudinē per vim eā ſtupraſſet,occaſione vltionis expectata,violentiā ſuā fortiter vlta eſt.Front. Orgiagontis, inquit regis vxor à Centurione ſtuprum paſſa memorabili exemplo cuſtodia euaſit,reuulſumq; militis caput ad maritū ſuum detulit. Pli.de viris illuſtr.inter captiuos,inquit vxor regis Orgiagontis Centurioni cuidā in cuſtodia data eſt, à quo vi ſtuprata,de iniuria tacuit,& poſt impetrata redemptione, marito adulterum interfectū tradidit. [Vehemētius hoc].ſ.de Hippone exēplum. Quia mori voluit.[Illud qđ modo referam de Orgiagontis vxore,conſidaratius] Quia expectauit occaſionē vindictę.[In eum locum]Locus deputatus fuerat quo eius neceſſarij ad redimendam eam venirent . [Huius fœminæ quid aliod]Si quis diligenter inſpexerit,quanto animi robore vlta ſit pudicitiam ſuam Orgiagontis vxor , facile intelliget corpus,non animum capi,nec pudicitiam violari potuiſſe.

ASCEN. VEhementius hoc].i.hoc.ſ.iam dictum exemplum pudicitiæ.ſ.mulieris Græcæ ſup.fuit vehementius,illud.ſ.quod iam dicetur ſup.fuit exemplum pudicitiæ conſideratius.i.temperantiore animo factum [Copiis] i. exercitibus Gallogræcorum.i. illorum populorum à Gallis ortorum,& in Græciæ parte,q̄ Brenno duce olim innaſcerant regnantium,deletis ex parte,& captis ex parte à Cn.Manlio Conſ.ſ.Ro.in Olympo mōte . Vxor Orgiagontis,ſeu Oriagontis vt ſit viri nomen , nam aliter dicam Orgiagontis vxor Reguli ſ.Gallogræcorū miræ pulchritudinis,coacta pati ſtuprum à Centurione.ſ.Romano , cui tradita erat cuſtodienda,poſtquam ventum eſt.ſ.ab ea,& à Centurione,in eum locum,in quem Centurio iuſſu.i. ex mādato Conſulis.ſ.Manlii iuſſerat nuncio miſſo. i. per nuncium ad hoc miſſum,neceſſarios id eſt proximos ſanguine, mulieris afferre precium,quo redimerent eam ; Centurione expēdente.i.pendendo exquirente pondus auri, & integro animo , & oculis,intento.i.ad pondus auri,quod allatum erat;mulier ſup.imperauit lingua gentis ſuæ,Gallogræcis , vt occiderent eum. ſ.Centurionem,deinde ipſa retinens manibus caput interfecti.ſ.Centurionis.[Abſciſſum].ſ.à Gallogræcis,venit ad coniugē.i.maritū ſuum,& ſup.capite abiecto ante pedes eius.ſ.mariti,expoſuit.i.declarauit ordinem.i.ſeriem,& omnem proceſſum,& .i. ſimul iniuriæ ſuæ quā paſſa erat,& vltionis ſuæ,q̄ in Centurionē fecerat.Qui propterea iniurius erat ; quod cuſtodiæ ſuæ datā,& precio ſtatuto redimendam,violauerat,quid aliud huius fęminæ quiſquā dicat.i.dicere merito poſſit,veniſſe in poteſtatem hoſtium,quàm corpus,quaſi dicat nihil. Namq; animus,neq; potuit vinci,nec pudicitia ſup.eius potuit capi , aut potius vtrumq; referatur ad animum iuxta regulā Vallæ , qua præponitur ſequentibus particula,neq; geminata , vt pudicitiæ ſit ablatiui caſus,ſic nec animus potuit capi , id eſt priuari pudicitia,ſicut oculis capti,qui vſu eorum priuati ſunt dſr.

THEO. ORgiagontis lege Plutarch.de claris mulieribus, & Liu.de bello Macedonico libro octauo,quamuis inſcitia librarii poſt tot ēt cenſuras,Orgiſgontis nomē vniuersè ſcriptū eſt.

DE

DE VXORIBVS THEVTONICORVM.

* Florus lib. 1. cap. 3. Plut. in Mario paululum diuerſa ſcribunt.

THEVTONICORVM * verò coniuges Marium victorem orarunt, vt ab eo virginibus veſtalibus dono mitterentur, affirmantes æquè ſe, atq; illas virilis concubitus expertes futuras, eaq; re nõ impetrata, laqueis ſibi nocte proxima ſpiritũ eripuerũt. Dij melius, quod hũc animũ viris earum in acie non dederunt: nã ſi mulierum ſuarum virtutẽ imitari voluiſſent, incerta Theutonicæ victoriæ trophæa reddidiſſent.

OLIV. THEVTONICORVM verò] Cymbri, Theutoni, Senones, ab extremis Galliæ profugi, cũ terras eorũ inundaſſet Oceanus nouas ſedes toto orbe quærebant exclusi, & Gallia, & Hiſpania, cum in Italiam migraſſent, terrã ad habitandum à Senatu populoq; Romano petierunt, qua negata, quod nequiuerunt precibus, armis petere conſtituũt: ſed eorũ primũ impetum Sylanus ſuſtinere non potuit; nec ſecundum Manlius nec tertium Cepio: oẽs fugati, exutiq; caſtris ſunt, actũq; fuiſſet de Imperio Ro. niſi Marius illo ſæculo contigiſſet, qui non auſus congredi ſtatim, militẽ tenuit in caſtris donec inuicta rabies, & impetus quẽ pro virtute barbari habent conſeneſceret; quo facto, illos facilẽ ſuperauit. Nã cũ tripartito agmine illi per alpes ferrentur, Marius mira celeritate occupatis cõpendijs præuenit hoſtẽ, prioresq; Theutonas aggreſſus eſt, cũ quibus tanto ardore pugnatũ eſt, vt ea cædes hoſtiũ magis fuerit, quàm pugna, & victor Ro. è cruento flumine nõ plus aquæ biberit, quàm ſanguinis, ſublatis funditus Theutonicis, in Cymbros cõuertitur, ſed non minor cũ vxorib. illorũ pugna, quã cũ ipſis fuit, cũ obiectis vndiq; plauſtris, etq; carpentis, altæ deſuper quaſi de turrib. lanceis contisq; pugnarent, proinde plus ſpecioſa mors earũ fuit quã pugna, nã cũ miſſa ad Marium legatione libertatem ac ſacerdotium non impetraſſent. Nã viuere, vt Veſtales virgines, pudicitiã perpetuo ſe ſeruaturas profitebant, ſuffocatiue elidiſq; paſſim infantibus ſuis, aut mutuis cõcidere vulneribus, aut vinculo e crinibus ſuis facto, ab arborib. iugisq; plauſtrorũ pependerunt. Virilẽ dixerim, nõ muliebrem hunc animum fuiſſe. Qualem ſi earũ viri de ſe præſtituiſſent, nunquã, Marius de illis triũphare potuiſſet. Theutonicorũ Florus dicte, Cymbrorũ fuiſſe vxores, & nõ Theutonicorum. Plut quoq; in vita Marij, eadẽ dicit fuiſſe Cymbrorũ ſi Theutonicorũ, ſed aliter tradit hiſtoria, nã mulieres inqt, q ad currus magno aio aſtabant, fugientes neci tradebãt, quæ viros, qdam fratres, quædam parentes, & filios infantes manib. ſuffocatos, ſub curribus deijciebant, ſeipſas aũt gladio iugulabent: fama vnã è ſummitate ppugnaculi ſuſpẽſam ligatis laqueo pedib. vtrinq; pepẽdiſſe.

ASCEN. THEVTONICORŨ] Ordo eſt. Verò. i. ſed cõiuges. i. vxores Theutonicorum. ſ. interemptorum à Mario, orarunt Marium victorem, vt mitterentur ab eo virginibus Veſtalib. ſ. Romam, affirmantes, ſe futuras expertes concubitus virilis, æquè. ſ. diligenter, ac illas. i. Veſtales, & ea re. i. petitione honeſtiſſima non impetrata. Miſerunt. n. legatũ ad Mariũ, vt ſalua pudicitia, ſi nõ in patriam redire, ſaltem in Veſte clauſtra includi liceret: Marius aũt ſuperbè rñdit, victoris eſſe pſcribere legem, aut cõditionem deditionis, victis. Eripuerunt petitis nõ ĩpetratis ſibi nocte pxima. ſpiritũ. i. anhelitũ, laqueis, qa ſtrangulauerũt primum filias, iniuriæ magis obnoxias, deinde ſibi matres, aut laqueo, aut gladio vitã pcluſerunt. [Dij] ſup. fecerũt inqt auctor melius. i. benignius cũ Ro. Imperio, q nõ dederunt hunc. i. huiuſmodi, hoc eſt tam fortem aium ẽt viris in prœlio; Nam ſi viri voluiſſent imitari virtutem ſuarũ mulierũ, ipſi reddidiſſent trophea victoriæ Theutonicæ incerta. i. dubia, qa forte Theutonici, aut Cymbri, q re antea vicerãt victores permanſiſſent, q d tñ, ne Romanæ virtuti qdquam deroget, nõ audet aſſerere.

QVAE LIBERE DICTA, AVT Facta ſunt. CAP. II.

LIBERTATEM autem vehementis ſpiritus dictis pariter, & factis teſtatam, vt non inuitauerim, ita vltrò venientẽ, non excluſerim, quæ inter virtutem, vitiumq; poſita ſi ſalubri modo ſe temperauit, laude, ſi quo non debuit, profuderit; reprehenſionem meretur, ac vulgi ſic auribus gratior, quam ſapientiſſimi cuiuſq; animo probabilior eſt, vtpote frequentius, aliena venia, quam ſua prouidentia tuta, ſed quia humanæ vitæ partes proſequi propoſitũ eſt, noſtra fide æſtimatione propria referatur.

OLIV. Libertas dictorum. LIBERTATEM autẽ] Dicturus de libertate loquendi pariter, & agendi, dicit eã non eſſe affectandam, ſed ſi ſe nobis obtulerit, non eſſe reſpuendam. [Spiritus] Magni animi, quia libertas dicendi à magno animo proficiſcitur. [Inter virtutem] Si nimis fuerit. [Et vitium] Si minime. [Noſtra fide] Quia hiſtorici proprium eſt fideliter omnia narrare. [Propria æſtimatione] Vt ſicut eſt, ita æſtimemus.

ASCEN. Libertatem aũt] Prætatio eſt de ijs, quæ liberè dicta, aut facta ſunt, de quibus non audet in vniuerſum pronunciare laudanda ne, an vituperanda ſint, q alia laude, alia vituperio ſit digna. Ordo eſt. autem. i. ſed vt. a. quemadmodum ego non inuitauerim. i. nolim inuitaſſe, vt veniat ad me diſcumbenda, quia anceps eſt eius laus, ita non excluſerim. i. nolim excluſiſſe ab hoc opere libertatem vehementis ſpiritus teſtatam. i. teſtificatam pariter dictis ac factis venientem. ſ. in has partes vltro. i. non requiſita à me. Quæ. ſ. libertas poſita inter virtutem, & vitium, ſi temperauerit ſe modo ſalubriter, meretur laudem, ſi profuderit ſup. ſe eo, quo non debuit, meretur reprehẽſionem, ac ſi gratior eſt. i. plauſibilior eſt auribus vulgi, quàm probabilior. i. probata magis (enim raro ponit pro re exceſſa comparatiuum: nam conſuetius dicitur ſum melior, quàm diues, non quam ditior, aut ditior) animo cuiuſq; ſapientiſſimi, hoc eſt plus gratiæ habet huiuſmodi libertas in animo vulgi, quàm approbationis in animo ſapientis, nam periculoſè ſæpe fit, & irã potius, quàm pacem conciliat: licet interdũ ea fœliciter quidã vſi ſint, vnde addit vtpote tuta frequentius venia aliena. i. eorũ, in quos dicta, aut facta ſunt nimis liberè, quã prouidẽtia ſua. i. propria. [Sed quia propoſitum eſt] ſ. mihi in hoc opere proſequi partes. i. mores humanæ vitæ, referatur. i. recenſeatur huiuſmodi libertas fide. i. fidelitate in vera dicendo noſtra. ſ. qui hæc dicemus & æſtimatione. ſ. de valore eius, an laudabilis, an verò vituperabilis debeat dici proprie i. quàm meruerit.

DE QVODAM PRINCIPE Priuernatum.

PRIVERNO * capto, interfectiſq;, qui id oppidũ ad rebellandum incitauerant, Senatus indignatione accenſus, conſiliũ agitabat, quidnã ſibi de reliquis quoq; Priuernatibus faciẽdũ eſſet. Ancipiti igitur caſu eorũ ſalus fluctuabat eodẽ tẽpore, & victorib. & iratis ſubiecta. Ceterũ cũ auxiliũ vnicũ in precibus reſtare animaduerterent, ingenui & Italici ſanguinis obliuiſci non potuerunt. Princeps. n. eorum in Curia interrogatus, quam pœnã mereretur: reſpondit, quàm merentur qui cum ſe dignos libertate iudicarent, arma ſumpſerant exaſperatos P. conſcriptorũ animos, verbis inflammauerat. Sed Plautius Conſul fauens Priuernatũ cauſæ, regreſſum animoſo eius dicto obtulit, quæſiuitq; qualem cum eis pacẽ habituri Romani eſſent impunitate donata: at is cõſtantiſſimo vultu, Si bonã dederitis, inquit, perpetuã: ſi malam non diuturnã: qua voce perfectũ eſt, vt victis non ſolum venia, ſed etiam ius, & beneficium noſtræ ciuitatis daretur. Sic in Senatu Priuernas loqui auſus eſt. *Liu. li. 8.

OLIV. PRIVERNO capto] C. Plautius ſubegerat totũ Latiũ, & præcipuè Priuernates qui rebellauerant, ſumptuq; de authorib. ſupplicio, de reliquis cõſultabat in Senatu, & cũ ipſa res per ſe anceps eſſet, prout cuiuſq; ingenium eſſet atrocius mitiuſue, ſuadentibus tñ incertiora omnia fecit vnus ex Priuernatibus legatis, magis conditionis in qua natus eſſet quàm præſentis neceſſitatis memor, qui interrogatus à quodã triſtioris ſententiæ auctore, quàm pœnam meritos Priuernates cenſeret, eã inquit, quàm merentur, qui ſe libertate dignos eſſe cenſent, cuius cũ feroci reſponſo infeſtiores factos videret Cõ

ſul,

ſul eos, qui Priuernatiũ cauſam impugnabãt, vt ipſe benigna interrogatione ipſius reſponſum eliceret, quid ſi pœnam, inquit, remiſerimus vobis, qualem pacem vobiſcũ nos habituros ſperamus? ſi bonã, inquit, dederitis, & fidelẽ, perpetuã; ſi malã, haud diuturnã. tũ verò minari, ne id ambigue Priuernatẽ quidam dicebant, & illis vocibus ad rebellandum incitari populos pacatos; pars melior Senatus ad meliora reſponſa trahere, & elicere viri liberè vocem auditam, ac credi poſſe, nullũ populũ, aut hominem denique in ea cõditiõne, cuius eum pœniteat diutius, quàm neceſſe ſit manſurũ, ibi pacem eſſe fidẽ, vbi voluntatè pacati ſunt, neq; eo loco, vbi ſeruitutem eſſe velint, fidem ſperandã eſſe. In hanc ſniam maximè Conſul ipſe inclinauit animos identidẽ iã principis ſententiarum Conſulares, vti exaudiri poſſet à pluribus dicendo, eos demũ, qui nihil præterquam de libertate cogitant dignos eſſe, qui Romani fiant, itaque & in Senatu cauſam obtinere, & ex auctoritate patrum latum eſt ad populum, vt Priuernatibus ciuitas daretur. [Ancipiti caſu] Dubia fortunã, quia alij perdendos, alij ſeruandos eſſe iudicabant, & quia Rom. victores illis erant iraſcuti. [Atma ſũpſerant] Hoc dicit, vt maiorem oſtendat illorum ſuiſſe libertatem. [Regreſſum] Emendationem.

ASCEN. PRiuerno oppido illo in Latio capto. ſ. à C. Plautio, & ſuppliciis, qui incitauerant id oppidum ad rebellandum interfectis; Senatus accenſus indignatione, agitabat conſilium. i. conſultabat, quid nam eſſet faciendum ſibi de reliquis quoq; Priuernatibus. Igitur eorũ ſalus fluctuabat ancipiti caſu, quia in ſententia Senatus, quæ tunc anceps erat, ſubiecta. ſ. ſalus eodẽ tpe & victoribus, qui poterant eos deſtruere, & iratis, qui videbantur id debere velle. Ceterum cum Priuernates animaduerterent. i. conſiderarẽt vnicum auxilium reſtare. ſ. reliquum eſſe, in precibus, non potuerunt obliuiſci ingenui, & Italici ſanguinis. i. non potuerũt, quin vt ingenuos decet liberè loquerentur etiam ſi moriendum eſſet. Princeps enim eorum interrogatus in Curia. i. in Senatu, quã pœnam mererentur. ſ. Priuernates ob defectionem. Reſpondit ſup. eam, quàm merentur ij. ſup. qui cum iudicarent ſe dignos libertate, ſumpſerunt arma. ſ. ad defendendã libertatem, & ita ipſe inflammauerat. ſ. ad iram, animos patrum conſcriptorũ exaſperatos. ſ. prius per iniuriam illatam. Sed Plautius Conſul, fauens cauſæ Priuernatum, (quia ferè eorum quos vicerant Rom. patroni fiebant) obtulit dicto animoſo. i. nimis libero ab animo profectæ rationi, regreſſum. i. quaſi reuocationem, & ita ſi vellet emendationem, per ſecundum reſponſum, quod. i. quia quæſiuit, qualem pacem Rom. habituri eſſent cum eis. ſ. Priuernatib. impunitate donata. i. ſi remiſerit Senatus ei culpam. [At] i. ſed is princeps Priuernatum, inquit, vultu conſtantiſſimo, perpetuam ſup. habituri eſſent pacem, ſi dederint bonam, & non diuturnam ſi dederint malam. [Qua voce]. ſ. tam libera, & quæ Senatum in admirationẽ traxit, profectum eſt, vt non ſolum venia daretur victis, ſed etiam ius, & beneficium noſtræ ciuitatis, quia ciuitate gratis donati ſunt, vt fidelius amicitiam P. R. ſeruarent. [Sic in Senatu, &c.] Particula eſt continuatiua, quæ potius ſequenti connectitur, ne clauſula vna in duo capita ſcindatur. Ordo eſt. [Priuernas] i. princeps Priuernatum auſus eſt loqui ſic in Senatu.

DE L. PHILIPPO, ET L. CRASSO.

*Cic. li. 3. de orat.

L*VCIVS * vero Philippus Conſul aduerſus eundem ordinem libertatem exercere non dubitauit, nam ſegnitiem pro roſtris exprobrans, alio ſibi Senatu opus eſſe dixit: tantumque à pœnitentia dicti abfuit, vt etiam L. Craſſo ſummæ dignitatis, & eloquentiæ viro, id in curia grauiter ferenti, manum iniici iuberet. Ille reiecto lictore, Non es, inquit, mihi Philippe Conſul, quia nec ego tibi Senator ſum.*

LVCIVS verò Philippus] Druſiana ſeditio grauis, & pernicioſa prope ad interitũ Imperij proceſſit. Druſus. n. non Tribunatus modo viribus, ſed ipſius etiam Senatus authoritate, totiusq; Italiæ cõſenſu Gracchanas leges aſſerere conatus, dum aliud capiat ex alio, tantum conflauit incendium, vt ne prima illius flamma poſſet ſubſiſtere. Seruil. Cæpio Equeſtrem ordinem, Liu. Druſus Senatorium tuendum ſuſceperant, nam tum Equites tantum opibus valebant, vt interceptis vectigalibus, depecularentur ſuo more, Remp. Senatus exilio & damnatione Rutilii debilitatus, omne decus maieſtatis amiſerat, nã iudicia à Senatu ad Equites tranſlata fuerant. Signa igitur, & Aquilæ, & vexilla in foro, tanquam in caſtris poſita, & in vna vrbe, quaſi in binis caſtris diſſidebatur, prior Cæpio in Senatũ impetu facto, reos ambitus Scau. & Philipp. principes nobilitatis elegit, his vt motibus reſiſteret Druſus, plebem ad ſe Gracchanis legib. eoſdem ſocios ad plebem ſpe ciuitatis erexit, extat vox ipſius nihil ſe ad largitionẽ vlli reliquiſſe, niſi ſi quis, aut cœnum diuidere vellet, aut cœlum, cum igitur Philip. grauiter inuectus eſſet in Senatũ, quod Druſo pernicioſas leges promulganti non reſiſteret, eouſque progreſſus eſt, vt diceret ſibi opus eſſe alio Senatu, qui Reipub. melius conſuleret: quod dictum cũ L. Craſſus ſummæ dignitatis, & eloquẽtiæ vir grauiter ferret, quaſi inſolens, atq; ſuperbus, oratione inuectus eſt in Phil. qui tantum Senatum vituperaret, tum Philipp. lictorem miſit in eum, quem Craſſus à ſe fortiter reijciens, dixit, mihi Conſul non eſt Philip. quando illi non ſum Senator, nam dixerat Philip. mihi opus eſt alio Senatu, & cum ingens exorta eſſet altercatio inter Craſ. & Philip. iuſſit Philip. domo Craſſi pignora efferri, Craſ. ait ſe pignoribus nõ deterreri, quo minus diceret, quod ẽ Rep. foret, nec prius taciturum, quam ſpiritus deficeret, nam vt inquit Cic. in oratione Craſ. eo die orationem prope diuinã habuit in Senatu contra Philip. tantaq; mentis agitatione concuſſus eſt, vt cum ſe domum recepiſſet, febribus, & dolore laterũ laborare cœperit, & die ſeptimo perierit.

LVcius vero Philippus Conſul non dubitauit exercere libertatem, ſcilicet loquendi aduerſus eundem ordinem. ſ. Senatorium: nam exprobrãs, id eſt probro dans ei, ſegnitiem. i. pigritiam, pro roſtris. i. ante roſtra, hoc eſt in publica concione, dixit opus eſſe ſibi alio Senatu, & abſuit tantum à pœnitentia dicti, vt iuberet ẽt manũ iniici L. Craſſo viro ſummæ dignitatis & eloquentiæ, ferenti id grauiter in curia. [Ille,]. ſ. L. Craſſ. inquit. i. reſpõdit æque liberè, lictore. i. miniſtro Cõſulis miſſo ad eũ conijciendum in vincula, reiecto. i. repulſo, ò Philip. tu non es mihi Cõſul. i. nõ debeo tibi parere vt Cõſuli meo, quia nec ego ſum tibi Senator. i. quia non honoras me, vt Senatorem. ASCEN.

DE P. SCIPIONE AFRICANO.

Q*VID? Philippum * ab incurſu ſuo tutum libertas reliquit, immo & ſimiliter aggreſſa, & æque experta patientia eſt. Cn. Carbo Trib. pleb. nuper ſepultæ Gracchanæ ſeditionis turbulentiſſimus vindex, idemq; orientium ciuilium malorum fax ardentiſſima, P. Aphricanum à Numantiæ ruinis ſummo cum gloriæ fulgore venientem, ab ipſa penè porta in roſtra productum, quid de Tiberij Gracchi morte, cuius ſororem in matrimonio habebat, ſentiret, interrogauit, vt authoritate clariſſimi viri, inchoato iam incendio, multum incrementi adijceret, quia non dubitabat quin propter tam arctam affinitatẽ aliquid pro interfecti neceſſarij memoria miſerabiliter eſſet locuturus. At is iure eum caſum videri reſpondit, cuius dicto cum concio Tribunitio furore inſtincta violenter ſuccclamaſſet, * Taceant inquit, quibus Italia nouerca eſt. Orto deinde murmure, non efficietis ait, vt ſolutos verear, quos alligatos adduxi. Vniuerſus populus iterum ab vno contumelioſè correptus erat. Quantus eſt honos virtutis? tacuit actutum, recens victoria ipſius Numantina, & patris Macedonica, deuictæque Carthaginis ſpolia habita, ac duorum regum Syphacis, & Perſæ ante triumphales currus catenatæ ceruices, tunc totius fori prementes ora, clauſerũt, nec timori datum eſt ſilentium, ſed quia beneficio Aemiliæ, & Corneliæ gentis, multi metus vrbis, atque Italiæ finiti erant. Plebs Romana * libertatis Scipionis libera non fuit. * Quapropter minus mirari debemus, quod ampliſſima Cn. Pompei authoritas toties cum libertate luctata eſt, nec ſine magna laude, quoniam omnis generis hominum licentiæ ludibrio ſe eſſe quieta fronte tulit.*

* Liu. lib. 59. & Paterc. lib. 2.
* Paterc. Plutar. in apoph.
* Libertati.
* Inferin.

Quid

OLIV. QVID Philippum ab incurſu ſuo tantum Cn. Carbo] Hic amiciſſimus fuerat C.Grac. qui cum legem Agrariam ferret a L.Opt.occiſus eſt. Hic ergo cum ſeditionem illam excitaret, quo tempore euerſa Carthag.deleta Numantia P.Scipio Africanus victor redibat in vrbem, illi obuiam proceſſit ad portam, & in forum perduxit, vt eius auctoritate confirmaretur odium in patres, creſceretq; ſeditio, quam ex morte Gracch.concitauerat, nam Semproniam Graccham C.& Tib. Gracch.ſororem Africanus vxorem habebat; ſperabat ergo propter affinitatem grauius aliquid de Grac. morte dicturum, cũ igitur protraxiſſet in forũ, quæſiſſetque ab eo, quid de Gracch. morte ſentiret, iure cæſum reſpondit, tum populus tumultuare cœpit, quod ille ſentiens, taceant inquit, quibus Italia nouerca eſt; quo dicto, cum multo magis tumultus excitaretur, non efficietis, inquit, vt eos ſolutos verear, quos vinctos ſolui. Plin. dicit quos ſub corona vendidi. His verbis populi furorẽ nõ metu quidẽ, ſed partim ſui, partim maiorum ſuorũ gloria, & authoritate repreſſit. [Turbulentiſſimus vindex] Seditioſiſſimus vltor eorum, qui ſeditionem Gracchanam excitauerant. [P. Africanum] Qui propter hanc de Graccho ſententiam proxima nocte fuit interemptus in cubiculo ſuo, vt diximus in capi. de moderatio. [Cuius ſororem] ſ. Semproniam [Incrementi multum] Multum enim auxiſſet populi furorem ſua auctoritate Scip. ſi Gracchum impiè cæſum dixiſſet. [Italia nouerca] Aut qui non veri ciues Itali forent, quippe captiui paulo ante in triumphum adducti, aut certè, qui non aliter Italiam diligerent, ac ſi ſibi nouerca foret, hoc eſt qui nihilo plus amant Italiam, quam priuigni nouercam. [Quos alligatos] Nam multos ex plebe Romana, qui in Carthaginienſium, & Numãtinorum captiuitatẽ venerãt, liberauerat, & libertate donauerat. [Quãtus eſt honos virtutis] Quaſi dicat ingens. [Et tacuit] Adducit rationẽ, quia dignitas fecit, vt ęquo animo paterentur. [Recẽs] Quia paulo ante redierat deleta Numantia. [Patris] Pauli Aemilii qui in familiam Scipionem per adoptionem tranſtulit. [Syphacis] Quem auus eius adoptiuus Africanus ſuperior ceperat. [Perſæ] Quem duxit in triumphum. [Ceruices] Superbia. [Loci] Populi, cõtinens pro contento poſuit. [Quapropter minus mirum] Si populus inquit, vniuerſus, aliquando ceſſit libertati Scipionis clariſſimorumq; virorum, quid mirum ſi Põpeius patienter tulit libertatem loquẽdi contra ſeipſum, quod non ſine eius laude factum eſt, & ita multa exempla ponit eorum, qui contra Pompeium liberè ſunt locuti.

ASCEN. QVid Philippum, &c.] Ordo eſt. Quid? vt ſit modus interrogandi, quid libertas ſup.aut fecit? reliquit Philip.tantum ab incurſu ſuo. i. ne alter æquè liberè in eum inueheretur, q.d. nunquid ideo Philip. quia liberè locutus erat, non audiuit liberius reſpondentem, immo inquit, & i. ſimul aggreſſa eſt. i. inuaſit. ſ. libertas Senatoris ſimiliter. ſ. Phil. Cõſulẽ, & patientia eius ſup.experta. i. probata eſt æqua. i. æqualiter audiendo liberè reſpondentem Conſulem. Sed ſup. aliter factum eſt in liberis dictis Scipionis, nam obmuteſcere fecit populũ. Cn. Carbo Trib.pl. turbulentiſſimus. i. pleniſſimus turbarum, vindex. i. vltor, & innouator ſeditionis Gracchanæ ſepultæ, id eſt ſopitę nuper. i. paulo ante idemq; fax ardentiſſima. i. fax maximè incentiua malorum ciuilium, orientiũ. ſ. per murmus, & ſeditionẽ occultam, interrogauit P.Africanũ. ſ. Scipionem venientẽ cum ſummo fulgore gloriæ, à ruinis. i. euerſione Numantiæ vrbis præclaræ in Hiſpania productum in roſtra. i. locum concionis, penè ab ipſa porta, q.d. priuſquam ſe in ædes proprias recepiſſet. [Quid ſentiret de morte Tiberii Gracchi interrogauit] Cuius ſororem hẽbat in Matrimonio, vt adiiceret incendio iã inchoato multum incrementi. i. ardentiores furores, auctoritate clariſſimi viri, videlicet Scipionis, quia nõ dubitabat, qui. ſ. Scipio eſſet locuturus aliquid miſerabiliter. i. ad cõmiſerationẽ faciens, pro memoria neceſſarii. i. affinis interfecti. ſ. Tiberii Gracchi, ꝓp affinitatem arctã, quia interfecti ſororẽ duxerat ſibi coniugem. [At] i. ſed is. ſ. Scipio, reſpõdit contra ſpem Carbonis, ſup. T. Gracchum videri ſibi cæſum iure. i. merito eius. [Cuius dicto cum concio] i. tota multitudo, quæ conuenerat, inſtincta. i. inſtigata, furore Tribunitio. i. Carbonis Tribuni, ſucclamaſſet. i. ſubſequẽter iclamaſſet violẽter, Scipio ſup, inquit, [Taceant] ſup. ferè omnes illi, qui ſucclamabant, quib. Italia eſt nouerca. i. non vera parens, quia quantum in eis fuit hoſti diripiendã permiſiſſent, aut quia non vt Italicum nomen deceret pro patria libertate, ſed ſeditioſè per fortiũ virorum ſudorẽ partis agris ipſi ignaui certarẽt. [Deinde murmure orto] . i. à concione, negante Italiam ſibi nouercam, ait. ſ. Scipio, vos nõ efficietis, vt verear ſolutos. i. liberos effectos, & quaſi manumiſſos, quos adduxi. ſ. è ſeruitute Hiſpanica, alligatos. ſ. prius ab hoſtibus, aut quos adduxi ligatos. i. cum ligati prius eẽnt timore, parumq; abfuit, quin ab hoſte ligarẽtur, ego hoſtium victor reuerſus, à curis, & ab imminente ſeruitute liberaui; quod iõ dico, quia alligatũ vniuerſum populus, non. n. & vniuerſus, ſed pauci reſpectu aliorum reuera alligati fuerãt, correptus etiam iterum contumelioſè ab vno, vnde exclamat auctor. quantus. i. ò quantus eſt honos virtutis. i. qui virtuti veræ impenditur, quaſi dicat, maximus. Nam ſup. vniuerſus populus tacuit actutum. i. ſtatim, & cauſam addit, quia recẽs victoria Numantina eius. ſ. Scipionis, & victoria Macedonica patris. ſ. eius, & ſpolia Carthaginis deuictæ, habita ſ. à populo per Scipionẽ, ac ceruices duorũ regum, ſ. Syphacis regis Afric, & Perſæ regis Macedonię catenatæ ante currus triũphales, in quibus domus Cornelia triũpharat, prementes tunc ora totius cõcionis ſtantis in foro, clauſerunt ſup. ea. [Nec ſilẽtium] . ſ. totius populi datum eſt. i. aſcriptum timori. ſ. eius, ſed quia multi metum vrbis, atq; Italiæ erãt finiti beneficio gentis Aemiliæ, & Corneliæ quas Scipio attingebat, plebs Romana nõ fuit libera. i. immunis libertatis Scipionis, aut ſi eſt liberatis. i. quãtum ad libertatem, ſeu reſpectu libertatis Scipionis. Non. n. palam mutire auſa eſt. Quapropter nos debemus minus mirari, quod ampliſſima authoritas Cn. Pompeii (eſt autem paraſceue ad ſequentia exempla) ampliſſima, luctata eſt. i. certauit toties, cum libertate. ſ. aliorum in ſe, nec ſine magna laude. ſ. eius, quia tulit. i. paſſus eſt fronte quieta. i. minimè commota, ſe eſſe ludibrio, licentiæ hominum omnis generis, vt in ſequentibus declarat de quibuſdam.

DE CN. PISONE.

CN. Piſo, cum Manlium Criſpum reum ageret, eumque euidenter nocentem, gratia Pompei, videret eripi, iuuenili impetu, ac ſtudio accuſationis prouectus, multa, & grauia crimina præpotenti defenſori obiecit, interrogatus deinde ab eo, cur ſe quoq; non accuſaret? Da inquit, vades Reip. te, ſi poſtulatus fueris, ciuile bellum, non excitaturum, iam de tuo prius, quàm de Manlij capite in conſilium iudices mittam. ita eodem iudicio duos ſuſtinuit, reum accuſatione Manlium, libertate Pompeium: & eorum alterum lege peregit, alterum profeſſione, qua ſolum poterat.

OLIV. CN. Piſo] Piſo Manlium Criſpum adulterii accuſauerat, Criſpus Pompeii amiciſſimus erat, & Pomp. gratia liberatur, quod cum vidiſſet Piſo dixit eripi ſibi reum gratia Pompei, tum Pompeius, cur inquit nõ me quoq, accuſas, at ille; da vades Reip. inquit, non concitaturum te bellum ciuile, & prius de capite tuo, quam de Manlij ſalute agetur. Hunc Manlium Criſpum M. Varro in commentarijs ſuis à T. Annio Milone in adulterio deprehenſum fuiſſe ſcribit, nec prius dimiſſum, quàm grandi pecunia mulctarũ, loriſq; cæſum, quod C. ietiã quoq; teſtimonio confirmatus, qui dicit bis ad iudicum ſubſellia tractũ, extrema fortuna ſtetiſſe, & ita diſceſſiſſe, vt non ipſe innocẽs, ſed iudices peieraſſe exiſtimarentur. [Si poſtulatus] Si accuſatus fueris, nam poſtulari criminis in iudicio, eſt quempiam accuſari. [Lege peregit] Secundum legem accuſando. [Profeſſione] Quia profeſſus eſt ſe accuſaturum.

ASCEN. Criſpus adulterii reus. CN. Piſo, cum ageret Manlium Criſpum reum]. i. cum eius accuſator in iudicio eſſet, & videret eum ſ. Criſpum nocẽtẽ euidenter, eripi. ſ. à condemnatione, gratia. i. per gratiã Pompei, qui defenſor Manlii apud iudices plurimum valebat. ſ. Piſo prouectus ad accuſationẽ impetu, ac ſtudio iuuenili, & ita nimis ardẽti, obiecit defenſori præpotẽti. i. nimis potenti gratiã ſua, multa, & grauia crimina. ſ. rei, deinde interrogatus ab eo. ſ. Pomp. cur non accuſaret, quoq. i. etiam ſe. ſ. Pompeiũ, inquit, da Reip. vades. i. ſpõſores qui ꝓ te periculũ obeãt. ſ. te nõ excitaturũ bellũ ciuile, ſi fueris poſtulatus. i. in ius vocatus, ego iã. ſ. vbi vades dederis, mittam in cõſilium iudices de capite tuo. i. efficiam vt conſilia de te reo agitent priuſq̃ de capite Manlii. Ita Piſo ſuſtinuit eodem iudicio. i. eadẽ lite duos reos. ſ. Mãlium accuſatione, & Pomp. libertate, & peregit. i. ad condemnationem vſq; perduxit, alterum eorum ſ. Manlium, lege. i. per legem, alterum. ſ. Pompeium profeſſione, id eſt proteſtatione ſe id facturum, ſi poſſet, aut auderet, qua. ſ. profeſſione poterat ſolum, id eſt duntaxat Pompeium reum agere.

At qui

THEO. AT qui M. Varrō. vt eſt apud Gellium, non Manlium. Sed hiſtorię auctorem Saluſt. Criſpum ab Annio Milone in adulterio deprehenſum, loriſq; cæſum ſcripſit.

DE CATONE.

* Reum Mimatiū Plancum. Dion. li. 40. & Plutar. in Pōpe. & Ca.

QVID. ergo libertas ſine Catone? nec magis quàm Cato ſine libertate. Nā cum in ſenatorem nocentem, & infamem reum iudex ſediſſet tabellæque Cn. Pompei, laudationem eius cōtinentes, prolatæ eſſent proculdubio efficaces futuræ pro noxio, ſubmouit eas à quæſtione, legem recitando, qua cautum erat, ne ſenatoribus tali auxilio vti liceret. Huic facto perſona admirationem ademit. nam quæ in alio audacia videretur, in Catone fiducia cognoſcitur.

OLIV. QVID ergo Catone?] Cato in ſenatorem reum iudex Pompei tabellas ſummouit, qui illius laudes continebant M. Scaurum ſine dublo fuiſſe intelligimus, ſicut pleniſſime dicetur lib. 9. cap. 1. nam in eo iudicio, in quo repetundarum accuſabantur, laudauerunt Scaurum cōſules nouē quos nominare nō pigeret, ſi res illud deſideraret. laudauerunt omnes per taballam inter eos Cn. Pomp. quoque. nam quia proconſul erat extra vrbem morabatur, hinc illud in epiſtolis Cic. intelligi poteſt recordare, quibus ex vltimis terris laudationem miſeris. [Senatorem nocentem] Intelligimus Scaurum qui à trib pl. accuſabatur, ꝙ pecuniam accepiſſet à Iugurtha, cum princeps legationis eſſet, vel quòd Sardos expuliſſet, & tunc Cato princeps iudicij erat Pompeij. Qui proconſul erat, & ideo venire non poterat in vrbem.

Cic. locus ex epiſt.

ASCEN. QVid ergo libertas. ſup. potuit, quod quidam adiectum volunt, ſine Cato, q. d. nihil, cum Cato fuerit ſummum eius præſidium, nec ſup. potuit magis, quàm Cato ſina libertate, quia ſecluſa libertate Cato aſſe noluiſſet. Nam cum ipſe Cato ſediſſet iudex. ſ. aduerſus ſenatorem nocentem, & infamem videlicet Scaurum, & tabellæ Cn. Pomp. cōtinentes laudationē eius. ſ. ſenatoris infamis, eſſent prolatæ. i. in medium allatæ, vt legerentur, futuræ proculdubio propter auctoritatem Pomp. efficaces pro noxio, ideſt ad abſoluendum reū, Cato ſubmouit eas è quæſtione. i. inquiſitione da reo, recitādo legem, qua cautum erat, ne liceret ſenatoribus vti tali auxilio. ſ. per tabellas abſentibus miſſas. Perſona. ſ. Catonis, quæ quaſi libertas ipſa videbatur, ademit huic facto admirationem, nam quæ audaci videretur in alio, cognoſcitur in Catone fiducia. ſ. de virtute, & innocentia.

DE CN. LENTVLO MARcellino Conſule.

* Dion. lib. 39.

CN. autem* Lentulus Marcellinus conſul, cum in concione de magni Pompeij nimia potentia quereretur, aſſenſusq; illi claræ voce vniuerſus populus eſſet: Acclamate, inquit, acclamate Quirites, dum licet. iam enim vobis impune facere non licebit. Pulſata eſt tunc eximij ciuis potentia, hinc inuidioſa querela, hinc lamentatione miſerabili.

OLIV. CN. Lentulus] Cum inter Pomp. Cæſarem, & Craſ. facta conſpiratio eſſet, vt semp. pro ſua libidine verſarent, Cn. Lentulus, qui tum conſul erat periculum libertatis metuens in concione contra Popeium acriter inuectus eſt, & populus vniuerſus Lentuli conqueſtionem mirifice laudauit, atq; illi aſſenſus eſt, tum ille, acclamare, inquit, dum licet, quia paulo poſt impune non licebit. [Nimia potentia] Quia ciuicam conditionem ſuperabat. [Aſſenſus eſt] Approbaſſet, quæ dixerat Lentulus. [Dum licet] Antequam regnum occupaſſet, quia poſtea non audebitis hiſcere quidquam.

ASCEN. CN. etiam Lentulus Marcellinus conſul, cum quæreretur in, concione] i. oratione ad populum conuocatum, de nimia potentia Cn. Pomp. & vniuerſus populus eſſet aſſenſus illi voce clara, id eſt ab omnibus intelligibili, ſquit, acclamata, acclamate quirites, dum licet Enim pro quia, iam. i. propediè non licebit vobis facere ſup. id. i. acclamate in Pomp. impune. i. ſine punitione, aut pœna. Potentia eximij ciuis vide licet Pom. eſt pulſata, id eſt vehementi iniuria, aut contumelia affecta tunc, hinc. i. à Cn. Lentulo querela inuidoſa, hinc. i. à populo lamentatione miſerabili.

DE FAVONIO.

De faſcijs neſcio quid Cic. epiſ. 3. li. 2. ad Att.

CVI* candida faſcia crus alligatum habenti, Fauonius, non refert, inquit, qua in parte corporis ſit diadema: exigui panni cauillatione regias eius vires exprobrās. At is neutra in parte mutato vultu, vtrunq; cauit, ne aut hilari fronte libenter agnoſcere potentiā aut triſti iram profiteri videretur, eaque patientia inferioris etiam generis, & fortunæ hominibus aditum aduerſus ſe dedit, è quorum turba duos retuliſſe abunde erit.

OLIV. CVI candida] Pomp. crus faſcia alligatum geſtabat, quia ſicut apud Quint. vidimus, non vtebantur caligis, ſed faſcia crus alligabant, ergo cum illum prætereuntem, & deambulantem Fauonius vidiſſet, nihil refert inquit incruere, an in capite diadema ferat, nā res fieri vult, at ille nihil mutato vultu deambulabat, ne intentio ſua cognoſci poſſet. [Fauonius] Qui Catoni æmulari ſemper ſtuduit, atque illi par eſſe voluit. [In neutram partem] Oſtendit patientiam Poupeij, & animi moderationem.

ASCEN. CVi,] Scilicet Cn. Pompeio habenti crus alligatum, faſcia candida, inquit Fauonius, non refert. i. nihil intereſt, in qua parte corporis ſit diadema. i. inſigne regale, vtpote cui corona imponi apud Perſas ſoleat, exprobrans vires regias eius. ſ. Pomp. cauillatione, ideſt calumniatione, & obiectione exigui panni, ſcilicet lintei, quo crus alligarat. at is. ſ. Pomp. vultū in neutram partem mutato cauit vtrunque, ne videretur, aut agnoſcere libenter potentiam. ſ. regiam, quam illi obiecerat Fauonius fronte hilari, aut profiteri ira fronte triſti. Et ipſa dedit ea patientia, id eſt per eiuſmodi patientiam aditum aduerſus ſe etiam hominibus generis, & fortunę inferioris, vtpote libertinæ, quorum turba. i. multitudine confuſa erit abunde retuliſſe. i. recitaſſe duos.

THEO. CAndida faſcia] Ammianus etiam Marcellinus hiſtoriarum xvij. refert ab obtrectatoribus, & hoc in Pompeio notatum.

DE ÆLIO MANTIA FORmiano.

* Helius Helmius Mancia Quidam lib. 2. de orat. Libonē Sexti Pōpeij ſocerū Appian. lib. 5. Li. lib. 89. & Plu. in Pomp. Plut. Oroſ. lib. 5. ca. 22. Li. lib. 89. & Plut. hic lib. 9. cap. 13. & lib. 3. cap. 3. Plut. & Appian. lib. 1.

AELIVS* Mantia Formianus, Libertini filius, vltima ſenectutis L. Libonem apud Cenſores accuſabat, in quo certamine cum Pompeius magnus humilitatem ei, ætatemq; exprobrans, ab inferis illum ad accuſandum remiſſum dixiſſet: Non mentiris, inquit Pompei? venio enim ab inferis L. Libonem accuſaturus, ſed dum illic moror, vidi cruentum Cn. Domitium Aenobarbum deflentem, quòd ſummo genere natus, integerrima vita amantiſſimus patriæ, in ipſo iuuentutis flore, tuo iuſſu eſſet occiſus. Vidi pari claritate conſpicuum Brutum ferro laceratum, querentem, id ſibi prius perfidia, deinde etiam crudelitate tua accidiſſe. Vidi Cn. Carbonem acerrimum pueritiæ tuæ, bonorumq; patris tui defenſorem, in tertio cōſulatu cathenis, quas tu ei inijci iuſſeras, vinctum, obteſtantem, te aduerſus omnes fas, & nefas cum in ſummo eſſet imperio, à te equite Romano trucidatū. Vidi eodem habitu, & quiritatu tuo prætorium virum* Perpennam ſæuitiam tuam execrantem, omneſq; eos vna voce indignantes, quòd indemnati ſub te adoleſcentulo carnifice occidiſſent. Obducta iam vetuſtis cicatricibus bellorum ciuilium vaſtiſſima vulnera, municipali homini ſeruitutem paternam redolenti effrenatæ temeritatis, intolerabilis ſpiritus impune reuocare licuit. Itaq; eo tempore, & fortiſſimum erat Cn. Pompeio maledicere, & tutiſſimum: ſed non patitur

reuocatio legum eſt, aut antiquarum inſtauratio, aut nouarum antiquatio, & ideo apud Vir. Aenei. i. reuocato ſanguine Teucri. Diximus non debere neceſſario dici nomen pro numine poſitum cum ſanguis Teucri reuocetur, & ſanguis Dardani repararetur (hoc ergo loco poteſt tragœdus intelligi reuocatus ab incepto, vt deſiſtat à Pòp. ſugillatione, aut ſæpe vocatus ad eiuſdem verſus pronunciationem, quod magis placet cum propter populi malignitatem, gaudet enim principum virorum criminationibus, tum verò quia dicit aliquoties. Nam non eſt uero ſimile, frequenté reuocatum. i. inhabitú ab incepto, ſed ad eiuſdem pronunciationem uocatum) egit. i. geſtu, & manum indicio notauit illum. ſ. Pomp. reum potentiæ nimiæ, & intolerabilis, & ſine vlla cunctatione. i. hæſitatione, aut formidine. Et ſup. idem vſus eſt eadem petulantia. i. petulanti prouocatione, quoque. i. etiam in ea parte. ſ. tragœdiæ, virtutem iſtam, &c. quaſi dicat populo oſtenſo Pompeio, ò Romanæ veniet tempus, cum grauiter gemas iſtam potentiam. ſ. nimiam Pomp.

DE MARCO CASTRITIO.

Oliv. Carbo, cõſul.

MARCI etiam Caſtritij libertate inflammatus animus, qui dum Placentiæ magiſtratum gereret, Cn. Carbone Conſule iubente decretum fieri quo ſibi obſides à Placentinis darẽtur, nec ſummo eius Imperio obtemperauit, nec maximis viribus ceſsit, atque dicenti multos ſe gladios habere, reſpõdit, & ego annos, Obſtupuerunt tot legiones tam robuſtas ſenectutis reliquias intuentes: Carbonis quoq; ira, quia materiam ſæuiendi per quam exiguam habebat, paruulum uitæ tempus ablatura, in ſe ipſa collapſa eſt.

Ascen. MARCI etiam Caſtritij] Carbone Cõſule prætor erat Placentiæ M. Caſtritius, & Cõſul obſides petebat à Placentinis nam partes Marij ſecuti fuerant: tum Prætor cum Conſuli reſiſteret, & ſibi minaretur Conſul quod multos gladios haberet, quibus illum poſſet occidere, reſpondit, & ſe multos annos habere Itidem Solon reſpondiſſe fertur Piſiſtrato tyranno, cum ex eo quæreret Piſiſtratus, qua tandem ſpe fretus ſibi iam audacter reſiſteret, ſenectute reſpondit, teſte Cice. lib. de ſenectute. [Et ego annos] Ac ſi diceret parui facio uitam meam in tam decrepita ætate.

MARCI, &c.] Ordo eſt. Animus etiã Marci Caſtritij Prætoris Placentiæ inflammatus eſt libertate, qui dũ gereret Placentiæ magiſtratum videlicet præturam. Cn. Carbone Conſule iubente decretum fieri. ſ. ab eo Placentiæ quo obſides ſ. cõſeruandæ darentur ſibi. ſ. Carbnni, nec obtemperauit. i. non obediuit ſummo Imperio eius. ſ. Cõſulis, nec ceſſit maximis viribus eius, atq; reſpondit etiam. i. inſuper dicenti. ſ. Conſuli ſe habere multos gladios. ſ. quos in illum poſſit diſtringere. Et ego ſup. habeo annos. ſ. multos tot legiones. i. quot Conſuli patebãt, obſtupuerunt intuẽtes tam robuſtas reliquias ſenectutis. [Ira quoque Carbonis] Qui habebat perquam. i. ualde exiguam materiam ſæuiendi. i. in quã ſæuitiam ſuam oſtendat, ut pote in tam paucos annos Caſtritij, ablatura. i. quæ eſſet ablatura, aut quæ poſſet auferre, paruulum tempus uitæ. ſ. quod reliquum erat, collapſa eſt ipſa. i. ſua ſpõte in ſe. i. defecit, cum non haberet obiectum, in quod exiret. Sane puto ſe ipſa duas eſſe voces, vt ſe ſit accuſatiui caſus, & ipſa nominatiui. quomodo Cic. ferè loquitur, nam cõpoſitè diceret in ſe ipſam, niſi motum negemus, ut ſit collapſa eſt. i. defecit in ſe ipſa.

DE SERVIO GALBA.

* Cic. ep. 30 lib. 10. fam. * Cic. ep. 18. lib 6. fam. Cic. Phil.

IAM * Seruij Galbæ temeritatis plena poſtulatio, quod diuum Iulium conſummatis victorijs, in foro ius dicentem in hunc modum interpellare ſuſtinuit, C. Iul. * Cæſar pro Cn. Pompeio magno quondam genero tuo in tertio eius Conſulatu pecuniam ſpopondi, quo nomine nunc appellor. Quid agam? dependam? palàm atque apertè ei bonorum Pompeij uenditionem exprobrando. Vt à tribunali ſummoueretur, meruerat, ſed ipſa illud manſuetudine mitius pectus, æs alienum Pompei ex ſuo fiſco ſolui iuſſit.

Oliv. IAM Seruij Galbæ] Seruius Galba ſpoponderat aliquando pro Pomp. cum deinde Cæſar omnia tenẽs Pomp. bona publicaſſet, petijt, nunquid ſibi pendendum eſſet e ſuo, diuẽditis bonis omnibus Pòp. quo dicto, nihil aliud inferre uoluit, quàm illam uenditionem Cæſari exprobrare. [Quo nomine] Qua cauſa [Fiſco] Fiſcus ærariũ vbi publica pecunia ſeruatur.

Ascen. IAM. Continuatiua eſt particula, quaſi dicat iam dicenda, aut notãda eſt, aut occurrit, poſtulatio. i. actio quodammodo iniuriarum Seruij Galbæ plena temeritatis. ſ. cõtra Cæſarem quòd. i. quia ſuſtinuit. i. potis fuit, aut ualuit interpellare. i. ab incepto negocio, Diuum Iulium. ſ. Cæſarem, quem adulatorié diuum dicit, dicẽtem ius. i. diiudicantem in foro, uictorijs conſumatis. i. cum iam monarchia potiretur in hũc modũ. i. formam interrogationis. C. Iulij Cæſ. ego ſpopõdi pecuniam pro Cn. Pomp. magno quondã genero tuo, in tertio Conſulatu eius, ſ. cum tertium Conſulatum gereret, quo nomine. i. gratia cuius debiti, ego nũc appellor. i. vocor in ius, vt creditori ſatiſfaciam. nam cum bona Pomp. ad fiſcum applicuerit Cæſ. non erat, vnde Pomp. hæredes ſatisfacerent. Quid agam. i. agere debeo, dependam. ſ. perſoluam de meo? ipſe ſup. exprobrando. i. opprobrio dando ei. ſ. Cæſ. palam. ſ. coram omnibus, & apertè. i. ſine ambagibus, aut palliatione verborum, venditionem bonorum Pomp. Meruerat, vt ſummoueretur. i. expelleretur à tribunali. i. loco, vbi Cæſar ius dicebat, ſed illud pectus. ſ. Cæſ. mitius ipſa manſuetudine. i. quàm manſuetudo ipſa eſſet, iuſſit æs alienum. i. debitum Pomp. ſolui ex fiſco ſuo, i. ærario proprio.

DE CESELIO VIRO SAPIENTE.

Aul. Ceſellius Horat. in Poet.

AGE Ceſelius vir iuris ciuilis ſcientia clarus, quam periculoſè contumax? nullius enim aut gratia, aut auctoritate compelli potuit, ut de aliqua earum rerum, quas Triumviri dederant, formulam componeret. Hoc animi iudicio victoriæ eorum beneficia extra * omnem ordinem legum ponens. Idem cum multa de temporibus Cæſaris liberius loqueretur, amiciq; ne id faceret, monerent: duas res, quæ hominibus amariſsimè videntur, magnam ſibi licentiam præbere reſpondit, ſenectutem, & orbitatem.

* cõmuni.

Oliv. Ceſelius Iuriſcon. AGE Ceſelius uir] Hic Iuriſconſultus fuit, qui beneficia quædam acceperat à Triumuiris, à quibus nec gratia, nec auctoritate induci potuit, vt de illis beneficiis formulam aliquam componeret, ſunt qui putant, quod voleuãt Triumuiri, vt diuenditis proſcriptorum bonis, eorũ in aliquam formulam ederet Ceſelius, quod vt faceret, nunquam impelli potuit, quod videlicet exiſtimaret cuncta illorum beneficia longe remota eſſe à legum iudicio, rurſus cum liberè nimis de tẽporibus loqueretur, quòd miſera eſſent, & ſub eo imperio calamitoſa, ſine dubio Triumuirorum crudelitatem carpebat, idq; ne faceret cum admoneretur à ſuis, reſpondere ſolebat duo eſſe, quæ dicendi magnam præſtarent audaciam, ſenectutem, & orbitaté. De hoc Ceſelio Horat. in Poet. Rectè concedi, conſultus iuris, & actor Cauſarum mediocris abeſt virtute diſerti, Meſſalæ neſcit quantum Ceſelius Aulus. [Triumuiri] Octaui. Antonius, & Lepidus. [Formulam] Vt probaret improbanda. [Extra ordinem] Remota eſſe à iudicio legum.

Ascen. AGE (Adhortandi vox) Caſellius (ſic veriores codices habẽt, alij tñ Ceſelius, alij quibus nimis accedo. P. Caſelius, nam aliter dictus eſt, alij quoq; quibus minime Paſcelius) vir clarus ſcientia iuris ciuilis quàm i. quantum periculoſe ſup. fuit contumax? q. d. periculoſiſſimè. Enim pro quia, nullius. i. non vllius, non potuit compelli, aut gratia, aut auctoritaté vllius, ut componeret formulam. ſ. inſtrumẽtalem, & ita ſcripto ſuo approbaret, de aliqua ſup. re earũ rerũ, quas triumuiri dederant. i. redigendas in formulã. Ponens hoc iudicio animi, quo recuſauit formulam componere beneficia uictoriæ eorum extra ordinem legum. i. remota ab legitima actione. Idem cum loqueretur multa liberius. ſ. quàm par eſſet de temporibus Cæſaris, quibus. ſ. libertas Romana perierat, & vt Cic. queſtus eſt, Reſp. nulla erat, & amici monerent ſup. eum ne faceret id, reſpondit duas res, quæ videntur hominibus amariſſimæ, præbere ſibi magnam licentiam. ſ. liberè loquendi, videlicet ſenectutem, & orbitatem. i. carentiam liberorum.

EXTERNA.

DE QVADAM MVLIERE.

* De Machæra, & paulò aliter refert Plutar. in apoph. Philip. * mutuatum.

INſerit ſe tantis viris * mulier alienigeni ſanguinis, quæ à Philippo Rege temulento immerentur damnata, prouocarē ad Philippum, inquit, ſed ſobrium. Excuſſi crapulam oſcitanti, ac præſentia animi ebrium reſipiſcere, cauſaque diligentius inſpecta iuſtiorem ſententiam ferre, coegit. Igitur æquitatem, quam impetrare nō potuerat, extorſit: ac potius præſidium à libertate, quàm ab innocentia * meruit.

OLIV. INſerit ſe tantis] Mulier quædā cuius nomen propter ignobilitatem non ponitur, cum iniuſtè damnata eſſet à Philippo Rege, tum forte temulēto, hoc eſt ebrio, prouocarem inquit, ad Philippum Regem ſi ſobrius eſſet, qua voce audita, cū in ſeipſum rediſſet Philippus, diligentiusq; rem conſideraſſet, mulierem liberauit, hoc modo ex libertate loquendi iuſtitiam, quam precibus obtinere nequiuerat, conſecuta eſt. [Oſcitanti] Ex nimia crapula os ſæpius aperienti: nam oſcitare ab ore hiunti dicitur. Ter. Nos inter oſcitantes opprimi. [Excuſſit] Hæc mulieris uerba excuſſere Philip. temulentiam, vt qui crapula erat mente prope alienatus, reſipiſceret, ſeq; ipſum agnoſceret. [Extorſit] Quaſi per vim obtinuit. Ordo eſt. Præſidium à libertate potius, quàm ab innocentia mutuatū extorſit: æquitatem, quam impetrare nō poterat innocentia liberè notando Regem extorſit.

Oſcitare. quid ſit.

ASCEN. INſerit] Affert externa non minus lectu iucunda, dicens. Mulier ſanguinis alienigeni, vt pote Macedonici inſerit ſe tantis viris. i. libertati tātorum uirorum. [Quæ damnata immerenter]. i. iniuſtè à Philippo Rege. ſ. Macedoniæ, temulento, id eſt ebrio, & temeti. i. vini pleno, inquit prouocarem. i. vellem, ſi fas eſſet prouocare. ſ. à ſententia Philippi ebrij, ad Philip. ſ. eundem, ſed ſobrium. i. ſeorſum ab ebrio. Mulier ſup. excuſſit ſup. Philippo oſcitanti. i. nauſeāti, & negligēter agenti crapulam. i. ingurgitationem vini, hoc eſt peruerſum iudicium ſeu prauum vſum rationis ex crapula contractum, ac coegit ſup. eum præſentia animi. i. rationis iam reuerſæ in ſedem ſuam, ipſum ebrium reſipiſcere. i. ſapientiam priſtinam recipere, ac reſpicere. i. iterum cauſam inſpicere (potius tamen legam reſipiſcere propter id, quod ſequitur) & ſup. coegit eum cauſa inſpecta diligentius, ferre ſententiam iuſtiorem. [Igitur mulier extorſit]. i. vi libertatis ſuæ ex Philippo extraxit æquitatem. i. æquam ſententiam, quā nō poterat impetrare per humilem ſupplicationem, ac mutuauit. i. quaſi mutuo accepit, præſidium potius. i. potentius à libertate. ſ. monendi Regē, & arguendi eum ebrietatis, quam ab innocentia ſcilicet ſua.

THEOD. MVlier] Quædam Plut. in Dicterijs aliter cum Philippus inquit Machetæ cuiuſdam cauſam cognoſceret, à ſomno languidus, minus accuratè quid iuris eſſet attendebat, itaque ſecundum eius aduerſarium litem dedit: Tum clara voce Machera. Prouoco inquit, cui Philippus iratus, ad quē? ſubiecit illa Ad te ò Rex, ſi uigilans operam mihi dederis, excuſſit è ſe ſomnum Philippus affectamq; iniuria Machetam cū comperiſſet, acta quidem nō fregit, ſed litis æſtimationem Machetæ perſoluit, hæc ille.

DE QVADAM FOEMINA SYRACVSANA.

* Syracuſanis. Huic mulieri, Himeræ fuit nomen.

IAm illa non ſolum fortis, ſed etiam vrbana libertas ſenectutis vltimæ quædam * Syracuſis omnibus Dionyſij tyranni exitium, propter nimiam morum acerbitatem, & intolerabilia onera votis expetentibus, ſola quotidie matutino tempore Deos, vt incolumis, ac ſibi ſuperſtes eſſet, orabat. Quod vbi is cognouit, non debitam ſibi admiratus beneuolentiam, accerſit eam, & quid ita hoc, aut quo ſuo merito faceret interrogauit. Tum illa certa eſt, inquit, ratio propoſiti mei: puella enim, cum grauem tyrannum haberemus, carere eo cupiebam: quo interfecto aliquanto * tertior uitam occupauit, eius quoque finiri dominationem magni æſtimabam: tertium te ſuperioribus importuniorem habere cœpimus rectorem: Itaque timens, ne ſi tu fueris abſumptus, deterior, in locum tuum ſuccedat, caput meum pro tua ſalute deuoueo. Tam facetam audaciam Dionyſius punire erubuit.

* deterior arcem occup.

OLIV. Mulieris libertas in Dionyſium. IAm illam] Mulier Syracuſana Himera nomine, extremæ ſenectutis, nec humili loco nata Deos pro ſalute, & incolumitate Dionyſij tyranni ſæuiſſimi, cuius necem fermè omnes exoptabant precari quotidie non deſinebat, quod cum audiſſet tyrannus, admiratus, quippe qui ſe omnibus inuiſum eſſe exiſtimabat, mulierem ad ſe iuſſit acciri, à qua cum huius ſuæ deuotionis cauſam diligenter quæſijſſet, illa ſatis facetè reſpōdit, cū paruula eſſet, Syracuſis ſæuum imperitaſſe tyrannū, cuius mortem quotidie videre cupiebat, quo tandem cæſo, alterū aliquanto deteriorem Regnū occupaſſe, cuius Imperiū, cū propediem finiti mirū in modū deſideraret, illi tandem ſucceſſiſſe Dionyſium vtroq; longe deteriorem, timens igitur, ne mortuo Dionyſio multo deterior alter ſuccedat, ſe dicebat pro eius ſalute quotidie caput ſuum deuouere, tam facetam audaciam Diony. punire erubuit. [Syracuſis] Quæ Metropolis erat totius Siciliæ, cuius Rex Diony. erat. [Quo interfecto]. ſ. à Dionyſ.

ASCEN. IAm (continuatiua, ut ſæpe dixi particula eſt) illa libertas. ſ. quam dicturus eſt. (Et ſignandum in hoc auctore per pronomen ille ſignificari, quod dicēdum, ac futurum eſt, per hic quod iam dictum, & quaſi in manibus eſt. Et reuera pronomen, ille ex natura ſua ſignificat lōgius poſitum. i. aut prius dictum, aut poſterius dicendum, cum hic præſens notet) non ſolum ſup. fuit fortis, ſed etiam urbana. Quædam ſup. mulier, aut fœmina, ultimæ. i. ſupremæ ſenectutis, orabat ſola Syracuſis. i. apud Syracuſas omnibus expetentibus uotis. i. per unica. i. cū omnes alij expeterent) niſi fortè ſit Syracuſis pro Syracuſanis expetentibus omnibus uotis] exitium. i. mortem Dionyſij tyranni, propter nimiam acerbitatē morum, & intolerabilia onera, quæ. ſ. ſuis imponebat, orabat dico ſola quotidie tempore matutino (quod ad preces maximè idoneum omnis ætas, & natio ſemper iudicauit) Deos, ut ſup. Dionyſius eſſet incolumis, & ſuperſtes ſibi. ſ. anus oranti. Quod. i. quam rem ubi. i. poſtquam is. ſ. Dionyſius cognouit, admiratus beneuolentiam. ſ. mulieris, non debitam ſibi, acciuit id eſt uocatam, uenire fecit ad ſe, eam. ſ. anum, & interrogauit, quid ita. i. cur faceret, hoc. i. ita precaretur, aut quo merito ſuo. ſ. tyranni, tum. i. tunc illa. ſ. anus inquit. i. reſpondit, ratio propoſiti mei eſt certa. i. firma, & uidens. Enim pro quia, ego puella, i. cum eſſem puella, cum nos. ſ. Syracuſani haberemus tyrannum grauem. i. moleſtum, & intolerabilem, cupiebam carere eo, quo interfecto, tyrannus ſup. nouus t..rior. i. crudelior eo aliquanto, occupauit arcem. ſ. Syrac. i. ut dicunt fortalitiū, quod qui habebat, ciuitatem ſubiectam ſibi tenebat ego æſtimabam magni. i. magno precio, aut magni eſſe precij, dominationem i. tyrannidem eius finiri nos cœpimus. i. poſt mortem patris tui habere te rectorem importuniorem. i. petulatiorem, ac minus conuenientem libertati noſtræ ſuperioribus. i. prioribus duobus [Itaque] id eſt, & ita ego timens, ſi tu fueris abſumptus, ut ſup. aut ne deterior. i. minus bonus, aut (hoc loco) peior ſuccedat in locum tuum, deuoueo. i. dijs uoueo, caput meum. i. ſalutem meam pro ſalute tua. Diony. qui literatus erat, & non inſaceto ingenio, erubuit punire audaciam tam facetam.

DE THEDORO CYRENAEO

* Cic. Tuſcul. 1. & Sen. de tranq. uitæ c. 14. * ſuffigi

INter * has, & Theodorum Cyrenæum quaſi animoſi ſpiritus coniugium eſſe potuit, uirtute par, fœlicitate diſſimile. Is enim Lyſimacho Regi mortem ſibi minitanti, enimuero, inquit, magnifica res tibi contigit, quia cantaridis uim aſſecutus es. Cumque hoc dicto accenſus cruci eum * adfigi iuſſiſſet, terribilis hæc (ait) ſit purpuratis tuis, mea quidem nihil intereſt, humi ne, an ſublime putreſcam

INter has] Lyſimachus Rex Macedoniæ Theodoro philoſopho minitabatur mortem Theodorus reſpōdit, Regem habere vim cantaridis, quia quo animo fuerit affectus, ita facile homini mortem infert, quibus uerbis incenſus Rex, cum illū cruci affigi iuſſiſſet, tuis inquit amicis ſi mors iſta terribilis mea. n. nihil intereſt in terra, an in aere putreſcā. Hoc idē refert Cic. lib. 1. Tuſcul. quæſt. dicit enim quid Cyrenæum Theodorum philoſophum non ignobilem, nonne miramur? cui cum Lyſimachus rerum potitus crucem minitaretur, iſtis quæſo inquit

iſta

iſta horribilla minitare purpuratis tuis, Theodori quidem nihil intereſt humi ne, an ſublime putreſcat. [Coniugium] Copulatio quædam animorum, quia pares animos habuiſſe videtur, ſed impares exitus. [Cantaridis] Cantaris vermis eſt perexiguus ſimilis araneæ, niger, atque terrenus, qui eius dicitur eſſe naturæ, vt in quo affectu quempiam momorderit in eo ſemper perſiſtat, vſq; ad mortem, vt ſi ridentē momorderit, ille ridens moriatur. [Purpuratis] Famulis tuis, nā purpurati ſunt primores ciuitatis, qui purpura induti Regib. aſſiſtere ſolēt. [Sublime] In aere ſublata.

Cantaris.

Ascen. INter has, &c.] Pulchro contextu more ſuo progreditur auctor dicens, Coniugium quaſi animoſi ſpiritus potuit eſſe inter has. ſ. proximè dictas mulieres, & Theod. Cyrenæū, coniugium (dicit) par virtute, ſed ſup. diſſimile felicitate. ſ. exitus, quia ſuperiores abſolutæ ſunt, Theodorus vltimū ſupplicium luit. Enim pro quia. Is. ſ. Theod. inquit Lyſimacho minitanti ſibi. ſ. Theod. mortem. [Enimuero] .i. profecto (& eſt ironicos dictum) res magnifica contigit tibi, quia aſſecutus es vim. i. violentiam & potentiam necandorum hominum, Cantaridis. i. minimi illius vermiculi, ſed venenati, remedium tñ, vt quidam voluot, in alis habeotis, qui in ficubus delitelcare ſoler. [Cumq;] .i. & cum tyrannus accenſus hoc dicto iuſſiſſet eum. ſ. Theodorum, affigi cruci. i. ad crucem, ait, hæc. i. crux, aut mors in cruce, terribilis ſit purpuratis tuis. i. auliculis tuis purpura indutis, alij legunt ſic, vt ſit ordo, hæc crux ſup. ſit terribilis, ſi ſupp. inferatur purpuratis tuis, quidem. i. certe, ut de alijs nihil dicā, nihil intereſt mea. i. ad vtilitatem, aut voluptatem meam, an putreſcam humi, an ſublime, Aut (potius legam) ſublimi. i. in alto, & ſupra humum terræ edito loco. Ideo aūt potius dicā, quia eduerbia in tempore à tertiæ declinationis nominibus in. i. exeunt, & ſi dicas aduerbium eſſe, dicam aduerbia à nobis facta, ſi formam declinationi aptam habent, declinationem recipere, vnde amani (ſecundum Seruium) dixit Plautus.

DE SEVERITATE CAP. III.

IN M. MANLIVM.

ARMET ſe duritia pectus neceſſe eſt, dum horrida, ac triſtis ſeueritatis acta narrantur, vt * omni mitiore cogitatione ſepoſita, rebus auditu aſperis vacet: Ita enim diſtrictæ, & inexorabiles vindictæ, & varia pœnarum genera in medium procurrent, vtilia quidem legū munimenta, ſed minimè in placido, & quieto paginarum numero reponenda * Marcus Manlius, vnde Gallos repulerat, inde ipſe præcipitatus eſt: quia fortiter defenſam libertatem, nefariè opprimere conatus fuerāt. Cuius iuſtæ vltionis nimirum hæc præfatio fuit: Manlius eras mihi, cum præcipites agebas Senones: poſtquam imitari cœpiſti, vnus factus es ex Senonibus: huius ſupplicio æternæ memoriæ * nota inſerta eſt. propter illum enim lege ſanciri placuit, ne quis patritius in arce, aut in Capitolio habitaret qui domum eò loci habuerat, vbi nunc ædem Monetæ videmus.

* Humaniore cog.

* Liu. lib. 6. Cicer. pro dom. & Phil. 1. & 2.

*Nota, & quidē publica. Liu. ibid.

Oliv. ARMET ſe duritia pectus] Hac breui præfatione oſtēdit more ſuo, quibus de rebus in hoc cap. dicturus ſit, da ſeueritate. ſ. hominū, qua in ſuos pariter, & alienos vſi ſunt, vt leges ſeruētur, ſtatusq; confirmentur. eſt. n. ſeueritas medium inter crudelitatem, & animorum remiſſionem; vt nec iniuſtè quidquam faciat, nec vlla ratione à vero deduci poſſit, vnde & ſeueritas dicta eſt quaſi ſequens verum, Seuerus enim eſt, qui nec prece, nec precio, nec gratia moueri poteſt à recto. Eſt igitur ſeueritas rigidiſſima norma iuſtitiæ, qua ſublata tollentur, & leges, hoc eſt euertentur: eſt igitur diligentiſſime ſeruanda. [Diſtrictæ] Rigidæ. [Inexorabiles] Quæ precibus vinci non poſſint. [Manlius] Vnde capta vrbe à Gallis, cum Capitolium obſideretur, nocte quadā Galli per aduerſam partem Capitolij ad ſummum propemodū euaſerant, proditi clangore anſerum M. Manlij, opera è rupe deiecti ſunt, hic poſtea ſeditioſus factus in vrbe, cū aduerſus patres, plebis animos varijs contentionibus irritaret. Dictatoris ad idipſum creati iuſſu, coniectus iñ carcerem, paulo poſt à plebe liberatur, quæ magna ea parte veſte mutata, barba, capilluq; prolixo, obſeruata in veſtibulo carceris refracturam ſe carcerē minitabatur, niſi quāprimū educeretur Manlius, quo facto non ſeditio finita, ſed dux ſeditionis intolerabilior datus, qui cum obſtrictos ære alieno liberaret, nexos ſolueret, venit in ſuſpicionem affectati Regni, quare dies illi dicta eſt à Tribunis, & damnatus, de ſaxo Tarpeio deiectus: locusq; ille in vno homine, & eximiæ gloriæ monumentum, & pœnæ vltimæ fuit: additæ mortuo notæ ſunt, altera publica, quæ cum domus eius fuiſſet, vbi nunc ædes, atq; officina Monetæ eſt, latum ad populum eſt, ne quis patritius in arce aut Capitolio habitaret, gentilia altera, q gentis Maniliæ decreto cautum eſt, ne quis M. Manlius vocaretur. Plin. de vir. illuſtr. Manlius inquit ob defenſum Capitolium Capitolinus dictus avj. annorum voluntarium militem ſe obtulit xxxvij. militaribus donis à ſuis ducibus ornatus xxiij cicatrices in corpore habuit, capta vrbe in Capitolium fugiendi auctor fuit. quadam nocte clāgore anſeris excitatus, Gallos aſcendentes deiecit, patronus à ciuibus appellatur, & frater. Donatus domum etiam in Capitolio publico accepit, qua ſuperbia elatus, cum à Senatu conſumpſiſſe Gallicos theſauros argueretur, & æri alieno aſtrictos propria pecunia liberaret, Regni affectati accuſatus in carcerem cōiectus, populi conſenſu liberatus eſt, rurſus cum in eadem culpa, & grauius perſeueraret, reus factus, & ob conſpectum Capitoliū ampliatus, alio deinde loco damnatus, de ſaxo Tarpeio præcipitatus eſt, domus diruta, bona publicata; gentilitas eius Manlij cognomine iurauit, ne quis poſtea Capitolinus vocaretur. Plin. quoque maior lib. vij nat. hiſt. per tranſitum huius meminit hiſtoriæ. [Nota] Infamia æternæ memoriæ. [Monetę] Iunonis Monetæ, templum fuit in Capitolio ſtructum in area, vbi Manlij domus fuerat, dicta Moneta, quòd ibi vox numinis audita foret, monentis aduentare Gallos. Ouid. Faſt. lib. 6. Arce quoque in ſumma Iunonis, templa Monetæ, Ex voto memorant facta Camille tuo. Ante domus Manli fuerat, qui Gallica quondam, A Capitolino repulit arma Ioue. Quam bene Dij magni pugna ceciſſet in illa. Defenſor ſolij Iupiter alta tui. Vixit vt occideret damnatus crimina regni, Hūc illi titulū lōga ſenecta dabat.

Seuerus.

Ascen. ARmet, &c.] Locuturus de ſeueritate, & rigore iuſtitiæ facetam præponit præfationem dicens. Neceſſe eſt ſup. vt pectus armet ſe duritia, dum. i. donec acta horridæ. i. aſperæ, & triſtis ſeueritatis narrantur, vt vacet rebus aſperis auditu, omni cogitatione mitiore ſepoſita. i. ſecluſa. & ſeorſum poſita. Enim pro quia, vindictæ ita. i. & tam inſigniter diſtrictæ. i. rigidæ, & arctæ, & inexorabiles, & varia genera pœnarum procurrent. i. afferrentur in medium. i. ad conſpectum legentium, quidem. i. certe, vtilia munimenta. i. vtiles protectiones legum, ſed minime. i. nequaquam reponenda in placido, & quieto numero paginarum. i. ſcripturarum. Sunt autem paginæ à pangendo dictæ, quaſi compactę carthæ, aut tabellæ, in quibus ſcriptitabatur. Sanè hac præfatione more ſuo (quē etiam poetæ obſeruāt) auctor futuræ narrationis præſcribit qualitatem. [Manlius] ſ. Capitolinus. (Et eſt primum exemplum) præcipitatus eſt inde, videlicet de rupe, ſeu arce Tarpeia, ſeu Capitolio, vnde depulerat Gallos. ſ. Senones, iam capta reliqua vrbe. ideo autem præcipitatus eſt, quia conatus fuerat opprimere nefariè, libertatem. ſ. publicam, defenſam. ſ. cōtra Gallos fortiter. [Cuius vltionis iuſtę, hæc] .i. huiuſmodi præfatio fuit, nimirum. i. vt facile eſt creditu. Tu (inquit Reſpublica) eras mihi Manlius. i. tunc charus, cum agebas. i. deturbabas, Senones. ſ. Gallos præcipites. i. capite fere anteriore cedentes poſtquam tu cœpiſti imitari. ſ. Senones, hoc eſt inuadere libertatem Romanam, tu factus es mihi. i. reputaris, vnus ex Senonibus. Nota. i. ſignum infamiæ, inſerta eſt memoriæ æternæ ſupplicio. i. de ſupplicio, aut propter ſupplicium huius, ſcilicet Manlij. I. placuit enim, ſcilicet patribus conſcriptis ſanciri. i. ſanctè caueri, lege ſcilicet lata, propter illum, videlicet Māliū. Ne quis patritius habitaret in arce. ſ. Tarpeia. aut iñ Capitolio. Qui ſ. Manlius habuerat domum eo loci, vbi nos videmus nunc ædē, id eſt ſanum Monetæ ſ. Iunonis, à monendo de Gallorum aduentu dictæ.

IN SPVRIVM CASSIVM.

PAR indignatio aduerſus Spurium Caſſium erupit, cui plus ſuſpicio concupitæ dominationis nocuit, quam tres magnifici Conſulatus, ac duo ſpecioſiſſimi triumphi profuerunt: Senatus enim, populusq; R.

*Liui. li. 2: & Dio. li. 8. hic aliter lib. 5. cap. 8.

non contentus capitali eum ſupplicio afficere, interempto domum ſuperiecit, vt Penatum quoque ſtrage puniretur: * Cic. pro dom. *in ſolo autem ædem Telluris fecit. Itaq; quod prius domicilium potentiſſimi viri fuerat, nunc religioſæ ſeueritatis monumentum eſt.*

OLIV. PAR indignatio] De Spurio Caſſio ſatis ſupra in ca. de patrum ſeueritate dictũ eſt, qui affectati regni crimine dãnatus, capitis ſupplicio affectus eſt: nec Senatus hac pena contentus, illius ædes dirui iuſſit, & in area Telluris tẽplũ ædificari: non illi tres Conſulatus, nõ vulnera, nõ duo ſpecioſiſſimi triũphi profuerunt, quo minus ẽt poſt mortẽ hac nota ſignaretur, vt ædes ampliſſimi viri in religionis vſũ cõuerterent. [Erupit] Quaſi p vim egreſſa eſt. [Triũphis] Bis de Samnitibus triumphauit.

ASCEN. PAr]. i. æqualis indignatio ciuitatis erupit aduerſus Spuriũ Caſſium, cui ſuſpicio dominationis. i. tyrannidis concupitæ, nocuit plus, q̃ tres magnifici Conſulatus, & duo ſpecioſiſſimi triumphi profuerunt. Senatus. n. P. Q. R. non contentus afficere eum ſupplicio capitali. i. illi vitam adimere, ſuperiecit interempto domum. i. domus diruptionem, vt puniretur quoque. i. etiam ſtrage. i. euerſione, aut deſtructione Penatum. i. Larium Autem pro ſed, Senatus ſup. P. Q. R. fecit in ſolo. i. fundo, vbi ſteterat domus eius, ædem. i. fanum Veſtæ. [Itaq;]. i. & ita id, quod fuerat prius domicilium viri potentiſſimi, videlicet Spurii Caſſij, eſt nunc monumentum. i. perpetuum teſtimonium ſeueritatis. i. rigoris iuſtitiæ religioſæ. i. anxiẽ obſeruatæ.

IN SPVRIVM MELIVM.

*Li. li. 4. & Cic. p dom. *EADEM * auſum Spurium Melium conſimili exitu patria mulctauit. area verò domus eius, quo iuſtitia ſupplicij notior ad poſteros perueniret, Aequimelij appellationem traxit.*

OLIV. EADEM auſum Spurium] Quomodo Spuriũ Meliũ peſtifera largitione Regnũ affectantẽ occiderit Seruilius Hala diximus in cap. de ingratitudine: tunc Cincinatus Dictator hac ſeueritate vſus eſt, vt bona Melij quæſtoris, q̃ primũ vendere iuſſerit, & in publicũ redigere, ædes ſolo adæquare, qđ vt perpetuum rei monumentum eſſet, locũ voluit Aequimelium appellari, & L. Minutius boue aurata donatus eſt. [Eadẽ auſum Melium] Plin. de viris illuſtr. L. Quintius Cincinnatus inquit Dictator dictus, Spurium Meliũ Regnũ affectantem a Seruilio Hala magiſtro equitum occidi iuſſit, domum eius ſolo adæquauit. Vnde locus Aequimelium dicitur. Cicero quoq; in Catone maiore L. Quinti Cincinnati Dictatoris iuſſu, magiſter equitum C. Seruilius Hala Spurium Regnum appetentem occupatum interemit. [Aequimelij]. i. area domus Melij ſolo adæquata.

ASCEN. EAdem, &c.] Ordo eſt. Patria mulctauit. i. puniuit conſimili exitu. ſ. vitæ Spurium Melium auſum eadem. i. dominationem attentare. [Vero]. i. ſed, area. i. ſpacioſa domus eius. i. vbi ſteterat domus eius, traxit appellationẽ Aequimelij. i. æquorũ, ſeu planicies factæ ex domo Melij, ſolo æquata, quo. i. ideo vt iuſtitia, i. ſeueritas ſupplicij, perueniret notior ad poſteros.

IN M. FLACCVM, ET L. Saturninum.

*Liu. li. 6. & 69. hic li. 9. ca. 5. *QVANTVM * ergo odij aduerſus hoſtes libertatis inſitum animis antiqui haberent, parietum, ac tectorum, in quibus verſati fuerant, ruinis teſtabantur. Ideoq̀ue & M. Flacci, & L. Saturnini ſeditioſiſſimorum ciuium corporibus trucidatis, Penates ab imis fundamentis eruti ſunt. Cęterum Flacciana area, * cum diu Penatibus vacua manſiſſet, à Q. Catulo Cymbricis ſpolijs adornata eſt.* * Cic. pro dom.

OLIV. QVANTVM ergo odij aduerſus hoſtes libertatis, &c.] Qui libertatem opprimere ſtudebant. [Ideoq; & Mar. Flac.] Horum ſeditio diuerſis temporibus fuit, & ſuo loco notata. Nam Caius Gracchus Tiberij frater Trib. pl. eloquentior fratre, poſt aliquot pernicioſas leges, cum Auentinum cum armata multitudine occupaſſet, à Lucio Opimio Conſule è Senatus cõſulto ad arma vocato populo, pulſus, & occiſus eſt, cũ eo Fuluius Cõſularis eiuſdem furoris ſocius, & vt ait Florus, inſultatum quoq; eſt mortis reliquijs, & illud ſacroſanctum tribuni caput percuſſoribus auro penſatum haud ita multo poſt C. Apuleius Saturninus, adiuuante C. Mario, & per milites Annio competitore tribunatus occiſo, tribunus per vim creatus, non minus violẽter tribunatum geſſit, quam petierat, nam vt inquit Plin. de viris illuſtr. L. Apuleius Saturninus Trib. pl. ſeditioſus, vt gratiam Marianorum militum pararet, legem tulit, vt veteranis agri iugera in Africa diuiderentur, intercedentem Bebium collegam: facta per populũ lapidatione, ſummouit Glauciæ Prætori, q̃ is eo die, quo ipſe concionem habebat ius dicendo partẽ populi auocaſſet, ſellam concidit, vtq; magis popularis videretur, quendã Libertini ordinis ſubornauit, qui ſe Tiberij Gracchi filium fingeret, ad hoc teſtimoniũ Sempronia inducta, nec precibus, nec minis adduci potuit, vt dedecus familiæ cognoſceret. Saturninus Annio competitore interfecto Trib. pl. effectus, Siciliam, Achaiam, Macedoniam, nouis colonis deſtinauit, & aurum dolo, ac ſcelere Cępionis partum, ad emptionem agrorũ conuertit: aqua, & igni interdixit ei, qui in leges ſuas non iuraſſet: huic legi multi nobiles abrogantes cum tonuiſſent, clamauit, iam inquit, niſi quieſcitis, grandinabit. Metellus Numidicus exulare q̃ iurare maluit. Saturninus tertio trib. pl. effectus, vt ſatellitem ſuum Glauciam prætorem faceret, Annium competitorem eius in campo Martio necãdum curauit. Marius Senatus conſulto quo cenſeretur, ne quid detrimenti Reſp. caperet armatos, Saturninum, & Glauciam in Capitolium profectos obſedit, maximoq; æſtu, inciſis fiſtulis, in deditionem accepit, nec deditis fides eſt ſeruata, Glauciæ fracta ceruix; Apuleius cum in curiã, fugiſſet, lapidibus, & tegulis deſuper deiectis interfectus eſt caput eius Rubrius quidam Senator per conuiuia in ludibrium circũtulit. Cicero in oratione pro Rabirio A. Q. Catulo. Nam Q. Catulus vna cum Mario Cymbros deuicerat, poſt victoriã in area Flacciana trophæum ſtatuit, & hoſtium ſpolia ſuſpendit.

ASCEN. QVantum, &c.] Paucis tangit conſimilem ſeueritatem in M. Flaccum, & L. Saturninũ Regni affectatores, dicens. [Ergo antiqui]. i. priſci Romani teſtabantur. i. oſtendebant, quantum odij haberent inſitum animis. ſ. ſuis, aduerſus hoſtes. i. inuaſores libertatis, ſ. Romanæ, ruinis. i. diruptionibus & euerſionibus parietum, ac tectorum, in quibus, ſ. hoſtes libertatis fuerant verſati. [Ideoq;]. i. & ideo, corporibus Marc. Flacci, & Lucij Saturnini, ciuium ſeditioſiſſimorum trucidatis. i. truculenter interfectis, Penates ſup. eorũ. i. ædes, & Lares eruti. i. euerſi ſunt ab imis fundamentis. [Cæterum area Flacciana] id eſt in qua ſteterat domus Flacci cum manſiſſet vacua. i. nullo ædificio, aut ornamento occupata, adornata eſt à Q. Catulo ſpolijs Cymbricis. i. ex manubijs ſpoliorũ Cymbris detractorum.

IN TYBERIVM, ET CAIVM Gracchos.

*VIGVIT * in noſtra ciuitate Tyberij, & Caij Gracchorum ſumma nobilitas, ac ſpes ampliſſima, ſed quia ſtatum ciuitatis conati erant conuellere, inſepulta cadauera iacuerunt, ſupremusq; humanæ conditionis honos filiis * Gracchi, & nepotibus Africani defuit: quinetiam familiares eorum, ne quis Reipu. inimicis amicus eſſe vellet, de robore præcipitati ſunt.* *Li. li. 58. & 61. Oroſ. li. 5. c. 9. & 12. Plu. Ap. & alii. * Propter Corneliã li. 4. c. 6. de robore Liuius.

VIGVIT in noſtra [De Gracchis ſeditioſiſſimis viris in c. de ſomnijs diximus, quomodo Remp. pernicioſis legibus perturbantes, varijs tẽpibus cæſi fuerint: alter à Scip. Naſica, alter ab Opimio Cõſule, fuerant autem genere, & opibus nobiles, filij Tyb. Gracchi, viri patritij, & Reip. amantiſſimi, nati ex Cornelia Superioris Scip. filia, ergo ex patre Gracchorũ erant, ex matre ex gente Cornelia, ſed illis, nec ſummi patris auctoritas, nec Scip. gloria profuit, quo minus honore ſepulturæ carerent. [Spes ampliſſima] Quia de his adhuc pueris ſpes maxima fuerat in vrbe non degeneraturos à patre. [Nepotibus Africani] Quia vt dixi Corneliæ filij fuerunt, quæ ſuperioris Africani filia fuerat. [De robore] Robur locus erat in carcere, vnde maleficiorum genus præcipitabatur, ideo de robore præcipitari dicebatur, q̃ ante robuſtis arcis includebantur, ibiq; per aliquot dies ſeruati, atq; inde poſtea deprõpti præcipitabantur. OLIV.

Viguit,

ASCEN. VIguit,&c.]Ordo eſt.Summa nobilitas, ac ſpes ampliſſima Tiberij,& C.Gracchorum, viguit in ciuitate noſtra.ſ.Romana,ſed quia conati erant conuellere.i.labefactare per ſeditionem,& legis agrariæ promulgationẽ, ſtatũ.ſ. tranquillitatem,& incolumitatem ciuitatis.ſ. Romanæ. iacuerunt eorũ ſup.cadauera inſepulta,& ſupremus.i. vltimus honor conditionis humanæ,vtpote ſepulturæ,qui ſit nihil ſentientib. vnde & hoſtibus concedi ſolet,quia odium cum vita finiri dẽt, defuit filijs Grac.ſ.Tib.optimi,& clariſſimi ciuis, & nepotibus Afric. quia filij fuerunt Corneliæ ſuperioris Africani. [Quinetiam].i.inſuper familiares eorum.ſ.Gracchorum, nẽ quis vellet eſſe amicus inimicis Reipubl. præcipitati ſunt de robore.h. præcipitio illo in carcere,vt Oliu.recitat,cũ ſint qui dicant de robore animi.i.vetiti animi ſui robur Gracchis impendere, ſed priorem amplectar explanationem,dicendo, cum auctore ſeueritatem Senatum per familiarium pęnam augere voluiſſe.

DE P. MVTIO TRIB. PLEB.

IDEM ſibi licere tam P.Mutius Trib.pl.quàm Senatui & P.R.credidit:qui omnes collegas ſuos, qui duce Spurio Caſſio id egerant,vt magiſtratibus non ſubrogatis,communis libertas in dubium vocaretur, viuos cremauit. Nihil profectò hac ſeueritate fidentius; vnus enim tribunis eam pęnam nouem collegis inferre auſus eſt,quam nouem tribuni ab vno collega exigere exhorruiſſent.

OLIV. IDEM ſibi licere]Spur.Caſſius,vtpote vir callidus egit, cũ Trib.pl.ne ſubrogarentur magiſtratus,vt Reſp. magiſtratibus orbata,faciliùs opprimeretur,ſed huic tam nefariæ conſultationi reſtitit vnus ex Tribunis, q̃ ſumpto ſupplicio de Caſſio,collegas oẽs ſuos tam impij facinoris auctores,viuos cremari iuſſit,quanta eſſet Trib.poteſtas in vrbe Romana, licet multis in locis,& auctoribus cognoſci poſſit, non minus tñ ex hoc

Trib.pl.viui cremati. exemplo,cũ vno intercedente,cęteri reſiſtere non poſſent, quod & Plu.in vita Grac. teſtatur,dict.n.Eſt autem Trib.pleb. maxima in prohibendo poteſtas,vno etiam prohibente nihil alij, ét ſi complures ſint efficere poſſunt,ergo Mutius Trib.pl non ſibi minus poteſtatis ſumpſit in damnandis, plectendisq; collegis, quàm S.P.Q.R.in puniendis commemoratis ciuibus. Ecce quo modo plus potuit vnus reſiſtens,quàm cęteri volentes. Sciendũ eſt non licuiſſe Trib. pl. per diem integrum abeſſe Rom. [Non ſubrogatis magiſtratibus]Quia comitia impedire nitebantur, ne Conſules,cæterique magiſtratus ſubſtituerentur. [Libertas communis] i.Reſpublica.

ASCEN. IDem,&c.[Recitat ſeueritatẽ vnius Trib.pl.dicens.Tam Publius Mutius Trib.pl.quàm Senatus,& P.R. credidit idẽ.i. eandẽ ſeueritatem in puniendo licere.i.licitũ eſſe ſibi,qui.i. Mutius cremauit viuos omnes collegas ſuos.i reliquos Trib.pl. qui Spurio Caſſio duce.i.principali auctore,egerant id,vt magiſtratibus non ſubrogatis.i.non inſectis,ſeu conſtitutis in locum magiſtratuum defunctorum,libertas cõmunis vocaretur in dubium,quia non eſſet,qui volenti libertatem inuadere, reſiſteret. Profectò nihil ſup. eſt fidentius.i. confidentius, aut fiducialius hac ſeueritate.ſ.Merit.n.pro quia,vnus Trib.ſ.pl.auſus eſt. inferre eam pęnam.ſ.combuſtionis nouem collegis. i. contribunis, quã ipſi nouem Tribuni exhorruiſſent exigere ab vno collega, intellige,niſi in libertatem peccaſſet.Nam cæteris paribus, non minus nouem,quam vni licuiſſet.

IN M. CLODIVM.

LIBERTATIS adhuc cuſtos,& vindex ſeueritas,ſed pro dignitate etiam,ac pro diſciplina æquè grauis. M.enim Clodiũ Senatus Corſis,quia turpẽ cũ his pacem fecerat,dedidit: quem ab hoſtibus non acceptum in publica cuſtodia necari iuſſit. Semel læſa maieſtate Imperij quot modis iræ pertinax vindex? factum eius reſcidit,libertatem ademit,ſpiritum extinxit, corpus contumelia carceris, & deteſtanda ignominia Gemoniarum ſcalarum notà fœdauit:atq; hic quidem Senatus animaduerſionem meruerat.

OLIV. LIBERTATIS adhuc cuſtos]Diximus de ſeueritate, quæ libertatem Rom.& defendit,& vita eſt.Nunc dicẽdum eſt de ea,quæ virorũ diſciplinam in vrbe cõtinuit. [Aeque grauis]non minus ſeuera fuit,quæ in ſeruanda Reipu. auctoritate morumq; diſciplina adhibita eſt.[Marcũ.n.Clodiũ] M.Clod.bellũ geſſit in Corſis turpiter.Sardinia verò,& Corſica inſulæ ſunt inter Siciliam & Hiſpaniã gentilia faciunt Sardos, & Corſos,hoc geſtum fuit primo Punico bello paſſus eſt cladẽ Mancino ſimilem,& cum deditus eſſet, nec receptus ab hoſtib. poſt capitis ſuppliciũ vnco tractus fuit ad Gemonias ſcalas.[Libertatẽ]Dedẽdo eũ hoſtibus.[Spiritũ ademit] in carcere mori cogendo.[Gemoniarum ſcalarum]Locus eſt præcept, ad quem per ſcalas deſcendebatur,ſed qui leſiſſet maieſtatem vnco trahebatur ad eas ſcalas,dictæ ſunt aũt Gemoniæ ſcalæ, à Gemonio quodam auctore,de his,ſcalis. Suet.in morte Tiberij,vbi dixit adeo lætatum fuiſſe populum eius morte, q̃ multi vncum ad Gemonias cadaueri minarentur.vel certè vt alij dicunt duobus modis ſumebatur ſupplicium de nocentibus,aut.n.ad palum nudis corporibus alligatis virgis ad mortem vſq; cædebantur, plerumque ſecuri feriebantur,aut ad ſcalas Gemonias vnco trahebantur,hoc eſt in proprio guttur vnco producebantur in arenã, vbi poſtea pendentium crura frangebantur,& poſtmodum ſubiecto igni ardebantur,quod genus ſupplicij tetigit Iuuen. Quæ ſtantes ardent,& fixo gutture fumant.[Læſa maieſtate]Non ſatis inquit viſum eſt Senatui M.Claudium vno tantum afficere ſupplicio,quamuis ſemel tantum P.R.maieſtatem læſiſſet, nam varijs modis de eo ſumptum eſt ſupplicium.[Læſa]Propter fœdus turpiter ictum cum hoſtibus.[Factum eius reſcidit]Quia irritum fœdus eſſe iuſſit.& pacem non probauit. [Libertatem] Quia vinctum ad hoſtes remiſit. [Corpus ignominiæ] Quia in carcere conſumptus eſt.

Gemoniæ ſcalæ.

ASCEN. LIbertatis,&c.]Seueritas.ſ.iuſtitiæ, fuit adhuc.i.ad hunc vſq; locum in omnibus exemplis,cuſtos & vindex libertatis,ſed ſup.fuit æquè grauis,etiã pro dignitate, ac pro diſciplina,ſup.ſeruanda.Enim pro quia,Senatus dedit.i. ad voluntatem de eo faciendam dedit,Corſis.i.populis Curſicæ regionis inter Italiam & Hiſp.[M.Clodium]Quia fecerat turpem pacem cum hoſtibus:quem.ſ.Clod.non acceptũ ab hoſtibus (quia noluerunt fœdus ſeruatum,non eius qui ipſum percuſſerat necem)Senatus iuſſit necari in publica cuſtodia. Et ita maieſtate Imperij ſemel læſa,quot modis ſup.fuit vindex pertinax iræ.ſ. ſuæ in Clod.q.d.pluribus modis vindictam ſumpſit. Nam primo reſcidit.i.irritum fecit pactum eius.ſ. Clodij, deinde ademit ei libertatem,quia in ſeruitutem aut necem eum miſerat, tum extinxit ſpiritum.ſ.in carcere, & fœdauit.i.deturpauit corpus.ſ.extincti ſpiritus,contumelia.i.ignominia carceris, & deteſtanda nota.ſ.ignominiæ,ſcalarum Gemoniarum, vnde præcipitabantur Regni affectatores ambitus conuicti. Atque, Clauſula eſt continuatiua,quæ ſequenti annecti poſſet) hic.ſ.Clodius,meruerat quidem.ſ. turpem pacem faciendo animaduerſionem.i. iuſtam,licèt ſeueram punitionem Senatus.

IN CORNELIVM SCIPIONEM.

*CN. autem * Cornelius Scipio Hiſpali filius prius quàm mereri poſſet, expertus eſt: nam cum ei Hiſpania prouincia ſorte obueniſſet,ne illuc iret, decreuit,adiecta cauſa q̃ rectè facere neſciret. Itaq; Cornelius propter uitæ inhoneſtum actum ſine vllo prouinciali miniſterio, tamen repetundarum lege damnatus eſt.*

* Lib. 1. cap. 4.

OLIV. CN. autem Cornelius]Hic cum ineptiſſimus eſſet,& flagitioſam duxiſſet adoleſcentiam, Senatus eum in prouinciam,quæ ſibi ſorte obtigerat,ire prohibuit,q̃ tantæ adminiſtrationi minime diderctur idoneus, quippe q̃ nullũ vnquam de ſe uirtutis ſpecimen edidiſſet,ſed turpiter ſemper uixiſſet,& propterea quaſi repetundarum damnatus eſt,de hoc diximus in ca.de his,qui a patribus degenerarunt. Tamen ſcilicet fermè damnatus, eſt.n. græca conſtructio, cum non adminiſtrationem prouinciæ ſuſcepiſſet.

ASCEN. CN. autem Corn.Scipio filius Hiſpali]Expertus eſt.ſ.animaduerſionem Senatus,de qua in ſuperiori clauſula(cui hęc annexa eſt)locutus eſt,prius quàm poſſet mereri ſup. eam. Nam cum Hiſpania prouincia ei obueniſſet ſorte. ſ. ducta cum collega ei.ſ.Corn.Scipioni Senatus ſup. decreuit. i. de-

reto cauit, ne iret illuc.ſ.in Hiſp. cauſa.ſ.decreti adiecta, qđ.ſ. Scip. ille neſciret facere rectè. [Itaq;].i.ꝑ ita Corn. damnatus eſt, propter inhoneſtum actum vitæ, tantum nō.i ferme, aut hoc ſolo dempto, quod repetundarum.ſ.damnatus eſt, quia ſine vllo miniſterio prouinciali, & ideo quia in prouinciam ire non licuit, eam ſpoliare non potuit, quocirca repetundarum eius agi non potuit, & hæc verior eſt expoſitio, quam vt dicamus repetundarum damnatus, aut quaſi damnatum fuiſſe, cum quaſi per iocum dicat auctor hoc ſolum boni aſſecutum, quod repetundarum damnatus non ſit.

DE CAIO VATIENO.

* Vectieno. NE in C. quidem * Vatieno, qui ſiniſtræ manus digitos, ut bello Italico militaret, abſciderat, ſeueritas Senatus ceſſauit: publicatis enim bonis eius, ipſum æternis vinculis puniendum cenſuit: effecitq;, vt quem honeſtè ſpiritum profundere in acie noluerat, turpiter in catenis conſumeret.

OLIV. NE in C. Vatieno] De Italico bello ſæpius dictum eſt, qđ cũ ſocijs Latini nom. geſtum eſt. C. ergo Vatienus, ne cogeretur ad hanc militiam proficiſci, ſiniſtræ manus polli cem, ne arma ſuſtinere poſset abſcidit, quod vbi Senatus reſciuit, illum perpetuis vinculis damnauit, & eius bona publicauit.

ASCEN. NE in Caium quidem, &c.] Ordo eſt. Ne quidem.i. non eſt, aut non ſaltem, cũ exigua videri poſſit culpa, ſeueritas Senatus ceſſauit in C. Vatieno, qui ne militaret bello Italico, abſciderat digitos ſiniſtræ manus: cenſuit n. ipſum puniendum æternis vinculis, bonis.i. diuitijs eius publicatis.i. in fiſcum publicũ redactis, & Senatus ſup. effecit, vt Vatienus conſumeret turpiter in catenis ſpiritũ.ſ. vitalem, quem noluerat profundere in acie, timore.n. mortis ſe inhabilem ad bellũ fecerat.

DE M. CVRIO CONSVLE.

* Liuius lib. 14. ID factum * imitatus M. Curius Cõs. cum delectum ſubitum educere coactus eſſet, & iuniorum nemo reſpondiſſet, coniectis in ſortem omnibus tribubus, Polliæ, quæ proxima exierat, primum nomen vrna extractũ citari iuſſit: neq; eo reſpondente, bona adoleſcentis haſtæ ſubiecit. Quod vt illi nunciatum eſt: ad Conſulum tribunal cucurrit, collegiumq; Tribunorũ appellauit. Tũc M. Curius præfatus non opus eſſe eo ciue * Reipu. qui parere neſciret: & bona eius, & ipſum vendidit.

* Rom. populo.

OLIV. ID factum] Curius, cui Dentato cognomen erat, cum delectum haberet aduerſus Pyrrhũ, quẽ in Italia è Sicilia reuerſum iterũ vicit, & Italia pepulit, eius, qui citatus non reſponderat, bona ſubhaſtauit. nam Pyrrhus, vt ſępe diximus à Tarentinis accitus aduerſus Romanos, cum poſt aliquot clades vltro citroq; datas & acceptas, fuiſset inuitatus à Siculis ad Regnum Siciliæ, quod tum petebatur à Carthag. cum exercitu traiecit in Siciliam ſpe potiũdæ prouinciæ, ſed cũ res aliter ceſſiſset, quàm ille ſperauerat, redijt in Italiam tunc Conſul erat hic M. Curius Dentatus, qui coactus ſubitum habere delectũ, & cum citati iuniores nomina dare recuſarent, ſorte educendos omnes eſse duxit, quare cum Polliam tribum in vrnã coniecisſet, adoleſcens hic, de quo loquitur, primus eductus, & citatus, cũ tacuiſset, eius bona, vt diximus haſtæ ſubiecit, & ipſum pariter adoleſcentem cum bonis omnibus vendidit dicens nõ opus eſse Reipublicæ tali ciue, qui ſuis magiſtratibus parere recuſet. [Omnibus tribubus] Quæ 35. fuerant. De tribu Pollia, diximus ſupra lib. 2. M. Curius is Dentati cognomen habuit. Polliæ nomen tribus.

ASCEN. ID &c.] M. Curius Conſul imitatus id factum, ſ. ſeuerum Senatus, cum coactus eſſet propter tumultum bellicum educere.ſ. in bellum, ſubitum delectum.i. milites per delectũ conſcripſiſset, & nemo iuniorum reſpondiſset.i. nomẽ ſuum ad militiam dediſset, omnibus tribubus coniectis in ſortẽ.i. in vnam ad ſortiendum de eis, iuſſit primum nomen Polliæ.ſ. tribus, quæ exierat proxima.i. prima quia vrna mota, & ſorte ducta, proxima erat extrahenti, hoc eſt ſumma in vrna: extractum.ſ. à puero aliquo, aut rerum ignaro: vrna.i. vaſculum, in quod ſortes.i. ſingularum tribuum nomina æqualibus tabellis, aut chartis inſcripta coniecta erant. Citari.i. nominatim ad dandum nomen vocari, neq; eo.i. & eo non reſpondente, ſubiecit haſtæ.i. ſectioni, aut auctioni, ſeu publicæ venditioni bona adoleſcentis. Quod vt i. poſtquam nunciatum eſt, illi.ſ. adoleſcenti, cucurrit ad tribunal Conſulũ & appellauit collegium Tribunorũ.ſ. contra violẽtiam Conſulis. Tunc M. Curius præfatus non opus eſse eo ciue qui parere neſciret, vendidit, & i. ſimul ipſum, & bona eius.

DE LVCIO DOMITIO PRAETORE.

AEQVE tenax propoſiti L. Domitius. nam cum Siciliam Prætor regeret, & ad eũ eximiæ magnitudinis aper allatus eſſet, adduci ad ſe paſtorem, cuius manu occiſus erat, iuſſit, interrogatumq; quomodo eam beſtiam confeciſſet, poſtquam comperit vſum venabulo, cruci fixit: quia ipſe ad exturbanda latrocinia, quib. prouincia vaſtabatur, ne quis telum haberet, edixerat. hoc aliquis in finem ſeueritatis, & ſæuitię ponendum dixerit: diſputatione enim vtraq; flecti poteſt. Ceterum ratio publici Imperij Prę. nimis aſperum exiſtimari non patitur. Sic ſe in viris puniendis ſeueritas exercuit. Sed ne in fęminis quidẽ ſupplicio afficiendis ſegniorem ſe egit.

OLIV. * Mou * exitiale.

AEQVE tenax] Domitius Siciliæ Prætor erat, & edictũ fecerat ne quis telũ gereret, quia prouincia illa frequentia latronũ vexaretur; forte accidit, vt paſtor immenſæ magnitudinis aprum occiderit, & illum Imperatori deferendũ curauerit, quo viſo Prætor Domitius paſtorem ad ſe iuſſit accerſi, cognitoq; aprum venabulo fuiſſe interfectum, paſtorem etuci iuſſit affigi, quia ſuum non ſeruaſſet edictũ. [Hoc aliquis].i. aliquis diffiniret ſeueritatem eſſe eius, qui ſequitur verũ, aliquis vero ſæuitiam, & i. quod dixit finem. [Hoc aliquis] Factum inquit Domitij ita poſitum inter ſeueritatem, atq; ſæuitiam ve in vtramq; partem trahi poſſit, nam ſi hoc perſona priuata feciſset, ſæuitia exiſtimanda foret. Sed quia ratio publicæ maieſtatis Romanæ, & Imperij non patitur, cum in puniendo videri nimis aſperum, ſeueritas eſt appellanda. [Vtroque] Io vtramque partem. [Segniorem] Tardiorem. [Egit ſe].ſ. ſeueritas.

ASCEN. AEque, &c.] L. Domitius ſup. fuit æquè tenax.ſ. executor propoſiti, nam cum ipſe Pręτor Romanus regeret Siciliam, & aper.i. porcus ſylueſter eximię magnitudinis allatus eſset ad eum, iuſſit paſtorem, cuius manu occiſus erat, adduci ad ſe, & cruci fixit, interrogatum qua vi confeciſset.i. interemiſset eam beſtiam ſ. tam ingentem, poſtquam comperit eum vſum venabulo.i. cuſpide venatoris, cruci fixit inquam, quia ipſe.ſ. Pręτor edixerat.i. publico edicto vetuerat ad latrocinia quibus prouincia.ſ. Sicilia vaſtabatur exturbanda.i. vi pellenda, ne quis haberet telum.i. arma inuaſiua, quibus à longe pręſertim inuadere poſset. Aliquis dixerit.i. dicere poſſit, hoc.ſ. factum Domitij, ponendum ſup. eſſe in fine.i. confinio ſeueritatis, & ſęuitię. Enim pro quia, ipſum poteſt flecti diſputatione.i. argumẽtatione philoſophica, aut probabili vtroq;.i. ad vtrãq; partẽ.ſ. tã ad ſęuitiam, quam ſeueritatem. [Cęterum].i. ſed ratio publici Imperij, quo tunc fungebatur, & quia nõ ad ſui vindictam, ſed ad publicam vtilitatem tale exemplum propoſuit, non patitur exiſtimari.i. iudicari nimis aſperum. Seueritas exercuit ſe ſic in viris puniendis, ſed ne quidem.i. non etiam egit.i. geſsit ſe ſegniorem.ſ. pigriorem in fœminis afficiendis ſupplicio, quibus verbis paraſceuem facit ad ſequentia.

DE HORATIO.

HORATIVS * poſt prælium trium Curiatiũ cõditione pugnę omnium Albanorum victor, cum ex illa clariſſima acie domum repetens ſororem ſuam virginem Curiatij ſponſi mortem profuſius, quàm illa ętas debebat, flentem vidiſſet, gladio, quo patrię rem bene geſſerat, interemit, parum pudicas ratus lachrymas, quę prępropero amori dabantur. Quem hoc nomine reum apud populum actum pater defendit. Ita paulo propenſior animus puellę ad memoriam futuri viri, & fratrem ferocem vindicem, & vindictę tam rigidum aſſenſorem patrem habuit.

* Liuius lib. 1.

Horatius

OLIV. HORATIVS poſt] Tullus Hoſtilius tum C. Cœlio Albanorũ Rege bellum geſſit, in cuius mortui locũ Metius Suffetius ſubſtitutus eſt Dictator, cũ igitur duce Cœlio acies vtrinq; conſtituiſſet, inſtructæ placuit vt vtrinq; deligerentur tergemini fratres, quorum vnius pars ſi viciſſet, eius altera alteri pareret, quo facto, Horat. Rom. cæſis duobus fratribus ſuis, Curiatos ipſe omnes interfecit, cum rediret ouans. trigemina ſpolia præ ſe gerens, ſoror virgo, quæ deſponſata vni ex Curiatis fuerat, illi obuiam ad portam Capenam fuit cognitoque ſuper humeros fratris paludamento ſponſi, quod ipſa fecerat, crines ſoluit, & flebiliter nomine ſponſum mortuum appellat, mouet feroci iuueni animum comploratio ſororis in victoria ſua, tantoq; gaudio publico, ſtricto itaq; gladio ſimul verbis increpans transfigit puellam, abi hinc cum immaturo amore inquit ad ſponſum tuũ, oblita fratrũ mortuorũ, viuiq;, oblita patriæ, ſic eat quicunq; Rom. lugebit hoſtem. hinc deinde lege perduellionis damnatus eſt, erat aũt lex horrendi criminis, Duumuiri perduellionẽ iudicent: Si à Duumuiris prouocauerit, prouocationem certato, ſi vincerent, caput obnubito, infœlici arbori reſte ſuſpendito, verberato vel intra pomerium, vel extra pomeriũ, hac lege damnatus, cum ad populum prouocaſſet, de prouocatione certatum eſt. moti homines in eo iudicio, maxime patre Hor. proclamante ſe filiã iure cæſam iudicare, ni ita eſſet, primo iure in filium ſe animaduerſurum fuiſſe, orabat deinde ne ſe quem paulo ante cum egregia ſtirpe conſpexiſſent, orbum liberis facerent, additis deinde iuuenis laudibus; victoriaq; parta, abſolutus eſt magis admiratione virtutis, q̃ iure cãæ, ſed vt cædes manifeſta aliquo piaculo lueretur, imperatum fuit patri, vt filiũ expiaret publica pecunia, & quibuſdam piacularib. ſacrificiis factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita ſunt, transmiſſo per uiam Tigillo, capite adoperto, velut ſub iugũ miſit iuuenẽ. Id hodie in publico quoq; ſp. refectum manet, ſororium Tigillũ vocant. [Conditione pugnæ] Quamuis tres tantummodo viciſſet, vicerat tñ oẽs Albanos, ſancita inter ſe lege, atq; conditione, vt vtra pars viciſſet, altera illius pareret Imperio. [Præpropero amori] Immaturo, & intẽpeſtiuo, quia ſponſa duntaxat erat. Propenſior procliuior, ſoror inquit quæ nimio plus, q̃ æquum erat in futurum maritum inclinata eſſe videbatur, quippe quæ occiſorum fratrum publica, ſolum, maritum lugeret, & fratrem acerrimum hoſtem vindicem, & patrem rigidum comprobatorem illius cædis experta eſt. [Vindicem] i. crudelem vltorẽ. [Rigidum aſſenſorem] Aſperum comprobatorem eius cędis.

ASCAN. HOratius] ſ. vnus è tergeminis Rom. qui cum totidẽ Curiatiis Albanis certamen inierat, vt Oliuerius ex Liu. lib. 1. recitat, omnium Albanorum, poſt prœlium trium Curiatium, pro Curiatiorum conditione. i. ex conditione pugnæ, quiſ ea conditione certamen inierant, vt vtra pars. trigeminorum fratrum vicerit, ei reliqua pars tota pareret, cum repetens domum ex illa cl ariſſima acie, qua vnus tres interfecerat, & patriæ libertatem pepererat, vidiſſet ſororem ſuam virginẽ flentem profuſius. i. abundantius, q̃ illa. ſ. puellaris ætas debebat. ſ. flere mortem Curiatij. ſ. vnius e tribus, ſponſi ſup. ſui, quia illi deſponſata erat, ſed non decebat tam profuſè ſponſum flere, cũ virgo eſſet. Nec Veneris mores, nec dulcia pignora noſcens, interemit ſup. eam gladio, quo benè geſſerat rem patriæ, quia eius libertatem conſeruauerat, & Albanũ populum eidem ſubiecerat, ratus lachrymas parum pudicas, quæ dabantur amori præpropero. i. nimis feſtino, & nondum maturo. [Quem] ſ. Horatiũ reum hoc nomine. i. hac ratione cędis ſororiæ, pater defendit apud populũ. [Ita] i. & ſic animus puellæ propẽſior. i. procliuior, & inclinatior paulo. i. modico. ſ. q̃ decebat ad memoriam futuri viri, habuit fratrem ferocem vindicem, & patrem tam rigidũ aſſenſorem. i. approbatorem vindictæ. ſ. factæ per fratrem. Verumtamen de patre, facile exiſtimari poteſt eum non ſponte aſſenſum, quia ſi viua adhuc fuiſſet, nunquàm aſſenſum præbuiſſet, vt propter pias licèt importunas lachrymas, occideretur, verũ vi coactum, ne penitus orbus relinqueretur, quàm cauſam etiã præcipuam populo obiecit, vt filio parceret, quia amiſſis duob. fratribus, & interfecta ſorore, vnicus ſupererat.

DE SPVRIO POSTHVMIO ALBINO, & Q. MARTIO PHILIPPO.

* Liu. lib. 39. CONSIMILI * *ſeueritate Senatus poſtea vſus Spurio Poſthumio Albino, & Q. Martio Philippo Cos. mandauit, vt de iis, quæ ſacris Bacchanalium inceſtũ vſæ fuerãt, inquirerent: à quibus cum multæ eſſent damnatæ, in omnes cognatas intra domos animaduerterunt: lateq; patens opprobrii deformitas, ſeueritate ſupplicii emendata eſt: quia quantum ruboris ciuitati noſtrę mulieres turpiter ſe gerendo incuſſerant, tantum laudis grauiter punitę attulerunt.*

OLIV. Bacchanalia. CONSIMILI ſeueritate] Liu. de bello Macedonico ſcribit, q̃uo hæc Bacchanalia, hoc eſt ſacrificia Bacchi in vrbe Romam ſerpſerint; erãt aũt eiuſmodi: mulieres viris permixtæ noctu per vrbem vagabantur furentes, & ſtupra multa committentes, & pp hoc nonnullæ maritos veneno necabant, vt liberius, & ea ſacra facerent, & libidini ſuæ ſatisfacerent, conſpiraſſe q; ſupra ſeptem millia virorũ, fœminarumq; dicebantur. Senatus ergo tantam rei deformitatem, atq; periculum exhorrẽs, decreuit earum inquiſitionem fieri, quæ turpiter his ſacris interfuiſſent, ex quo multę punitæ ſunt, & ciuitatis opprobrium emendatum eſt. [Intra domos] Priuatim matronæ ſunt in ſuis ædibus punitæ, nam mulieres damnatæ, & cognatis, aut in quorũ manu eſſent traditæ ſunt, vt ipſi priuato animaduerterent in eas, ſi nemo erat idoneus ſupplicij exactor, in publico animaduertebatur. [Lateq; patens] Per totam ciuitatem.

ASCAN. COnſimili, &c.] Senatus vſus poſtea conſimili ſeueritate, mandauit Sp. Poſthumio Albino, & Quinto M. Philippo Conſulibus, vt inquirerent de iis quæ vſę fuerant inceſtu. i. coitu vetito, quia in loco, tempore, & officio, quo tunc fungebatur ſacro ſup. in ſacris Bacchanaliũ. i. ſacrificiorum Bacchi. a quibus. ſ. Conſulibus cũ multæ eſſent damnatæ. [animaduerterũt in oẽs cognatas] punierũt, & mulctauerũt morte cognatas ſuas, intra domos. ſ. ſuas, & ita in occulto, & deformitas opprobrij. i. turpitudinis, quę poterat Romanis omnibus opprobrio dari patens latè, quia plurimas attigerat, emendata eſt, id eſt correcta, ſeueritate ſupplicii, quia quantum ruboris. i. verecũdię mulieres incuſſerant noſtrę ciuitati, gerẽdo ſe turpiter, tñ laudis attulerunt ciuitati noſtrę punitę grauiter, non tñ ipſę punitę, ſed earum punitiones, quod reuera crimina priuata non debent communitati, vt dñt vitio dari, niſi diſſimulentur.

DE PVBLICIA ET LICINIA.

* Liu. li. 4. PVBLICIA * *autem, quę Poſthumium Albinũ Conſulem, item Licinia, quę Claudium Aſellum, viros ſuos, veneno necauerant, propinquorum decreto ſtrangulatę ſunt: non enim putauerunt ſeueriſſimi viri in tam euidenti ſcelere longum publicę quęſtionis tempus expectandum. Itaque quarum innocentium defenſores fuiſſent, ſontium maturi vindices extiterunt: magno ſcelere horum ſeueritas ad exigendam vindictam concitata eſt.*

OLIV. PVBLICIA] Oſtendit nonnullas fuiſſe perditę luxuriæ fœminas, quę viros ſuos veneno necarunt, vt liberius ea ſacra pro ſua libidine celebrarẽt, de quib. à propinquis ſumptũ eſt ſuppliciũ, qui noluerũt de illis illud ſpectare iudiciũ, indignũ exiſtimantes, in tã euidenti ſcelere publicã q̃onem deſiderari, quarę indemnatas ſuis manibus ſtrangularunt, iuſta profecto animaduerſio. [Euidenti] Manifeſto ſcelere. [Publicæ q̃onis] i. inquiſitionis forẽſis. [Maturi vindices] Celeres & feſtini.

ASCAN. PVblicia autem] Item Licinia, quę necauerunt viros ſuos veneno, Publica inquã, quę ſup. necauit veneno Poſthumiũ Albinum Conſulem, item Licinia, quæ ſuũ necauit veneno Claudium Aſellum, ſtrangulatę ſunt. i. ſuffocatę domi, decreto propinquorum Enim, pro quia, viri, ſeueriſſimi, videlicet propinqui earum, non putauerunt longum tempus quęſtionis. i. inquiſitionis, & vt dicunt informationis publicę, expectandum ſup. eſſe in ſcelere tam euidenti. [Itaqua ipſi extiterũt vindices] i. vltores, maturi. i. feſtini, aut tempeſtiui, ſontium. i. nocentiũ, quarũ innocentium. i. ſi innocentes fuiſſent, ipſi fuiſſent defenſores. [Magno ſcelere] Tranſeundi ad ſequens exemplum occaſione, prępoſita eſt clauſula, quę vt contextus cohęreat, melius ſequenti annectitur, Ordo enim eſt. Seueritas horum. ſ. iam dictorum tam in Bacchidas, quàm in veneficas, eſt excitata ad exigendam vindictam magno ſcelere. i. ob magnũ ſcelus ſingulare pro plurali videlicet inceſtus, & veneficij.

DE EGNATIO METELLO.

* Egnatiũ Menium Plin. li. 14 cap. 3. & Meceniũ Martium vocat. Tertul. in Apol. c. 6. hic lib. 2.

EGNATII * autem Metelli longe minore de cauſa, qui vxorem, quòd vinum bibiſſet, fuſte percuſſam interemit. Idq; factum non accuſatore tantũ, ſed etiam reprehenſore caruit, vnoquoque exiſtimante optimo illam exemplo violatæ ſobrietatis pœnas pependiſſe: & ſanè quæcunque fœmina vini vſum immoderatè appetit & virtutibus omnibus ianuam claudit, & delictis aperit.

OLIV. Egnatius Metellus.

EGNATII autem] Aul. Gel. de noctibus Atticis dicit nõ minus punitas fuiſſe mulieres à iudicibus, quæ vino vſæ eſſent quaſi adulterium commiſiſſent, vnde ſuperius in ca. de inſtitutis Valer. dixit, olim Romanis fœminis vſus vini fuit ignotus, non eſt igitur accuſatus, ne dum damnatus Metellus, qui vxorem iuſtè necauerat, quod eam vinum bibiſſe deprehenderat. [Ianuam claudit] Nam vbi nimio vino mens hominis oppreſſa fuerit, nihil altum, neque magnificum ſuſcipere poteſt, vinum igitur immoderatè ſumptum, ad vitia præcipitem hominem trahit, retrahitque à virtutibus.

ASCEN.

AVtem pro ſed, ſeueritas ſupp. Egnatij Metelli excitata ſup. eſt ad vindictã exigendam de cauſa longè minore. [Qui interemit vxorẽ percuſſam fuſte] .i. baculo, eo quòd bibiſſet vinum. Et id factum eius non tñ caruit accuſatore, ſed etiam reprehenſore, vnoquoque exiſtimante .i. iudicãte. ſ. illam vxorem eius pependiſſe .i. perſoluiſſe, & luiſſe pœnas ſobrietatis violatæ, exemplo optimo .i. vtiliſſimo alijs mulieribus ad fugiendum vinum. Et ſanè .i. re vera quæcunque fœmina appetit immoderatè vſum vini, & .i. ſimul claudit omnibus virtutibus ianuã .i. aditum ad ſe, & aperit. ſ. ianuam, delictis. ſ. omnibus.

DE C. SVLPITIO GALLO.

HORRIDVM quoq; C. Sulpicij Galli maritale ſupplicium: nã vxorem dimiſit, quòd eam capite aperto foris verſatã cognouerat, abſciſſa ſententia, ſed tamẽ aliqua ratione * munita. Lex. n. inquit, tibi meos tantum præfinit oculos, quibus & formam tuam approbes, & placere deſideres: his decoris inſtrumenta compara, his eſto ſpecioſa, horum te certiori crede notitiæ: vlterior * tuus conſpectus ſuperuacua irritatione acerſitus, in ſuſpicione & crimine hæreat neceſſe eſt.

* nota.

OLIV. Sulpitii Galli ſeueritas in vxorem.

HORRIDVM] Rigida nimis, & aſpera Sulpitij Galli ſeueritas in examinanda vxoris pudicitia fuit, qui nullã aliã ob cãm vxoré velut impudicam repudiauit, quàm quod detecto capite proceſſiſſet in publicum quaſi alijs placitura, non ſibi, eum ſolis viri oculis debeat approbari. [Abſciſſa ſententia] Grecè dixit, ἀποτομος διανοια ſeuera ſententia, vel breuis, & conciſa. [Lex. n. inquit] Verba quibus maritus vti poterat ad vxorem. [Meos tibi præfinit oculos] Lex inquit fœderis noſtri te tantum mihi ſpectandam præbet, formamq; probandam. [His oculis] Meis [Vlterior conſpectus] quàm vir concedat, ſuſpicionis index eſt parum caſti pudoris.

ASCEN.

HOrridum quoque, &c.] Ordo eſt. Supplicium maritale .i. mariti in vxorem tepore, Caii Sulpicii Galli fuit, ſup. quoque .i. etiam horridum .i. aſperum, & horrendũ, Nam ipſe dimiſit vxorem, quòd cognouerat eam verſatam foris .i. extra domum capite aperto .i. nudato, hoc eſt non cooperto. [Sententia] Sup. eius fuit abſciſſa .i. rigida, & dura, & ita breuis, nam res duræ vno ictu abſcinduntur, ſed tamen munita aliqua ratione, inquit enim Sulpitius Gallus ad vxorem lex ſcilicet coniugibus lata præfiniuit .i. præſcripto permiſit tibi tantum meos oculos, quibus approbes formam tuam, & quibus deſideres placere, cõpara his ſcilicet oculis meis inſtrumenta decoris, eſto ſpecioſa, his. ſ. oculis meis crede .i. committe te certiori, & perſpectiori notitiæ, horum. ſ. oculorum meorum, quibus, vt certè noſcant, nudata apparere potes: neceſſe eſt, vt ſup. conſpectus tui .i. de te, ſeu quo tu conſpiciaris vlterior .i. vltra meum, ſeu oculorum meorum acerſitus .i. quæſitus, aut in medium adductus, irritatione, id eſt, tentatione videntium ſuperuacua .i. qua tam videns, quàm viſa melius careat, id eſt, anceps, verſetur in ſuſpicione, & crimine.

DE Q. ANTISTIO VETERE.

NEC aliter ſenſit Q. Antiſtius Vetus repudiando vxorem, quòd illam in publico cum quadam libertina vulgari, ſecreto loquentem viderat: nam, (ut ita dicam) incunabulis culpæ & nutrimentis, non ipſa cõmotus culpa, citeriorem delicto præbuit ultionem, ut potius caueret iniuriam, quàm uindicaret.

OLIV.

NEc aliter] Nihilo remiſſioris ſeueritatis, minoriſque iudicij fuiſſe videtur. Q. Antiſtius qui diuortium dixit vxori, eamque dimiſit, quòd cum impudica libertina clàm fuiſſet locuta, argumentum inde ſumens, nõ honeſtæ pudicitiæ eam eſſe, quæ cum impudica commercium haberet, maluit ergo iniuriam cauere, quàm punire. [Vulgari] Quæ corpus ſuum vulgauerat. [Vt ita dicam] Sic enim dicere ſolemus, cum aliquid in priore dicitur. [Nutrimentis] Quæ ſunt mala colloquia. [Citeriorem] Ante delictum, quare antequam peccaret puniuit, neque enim timebat commiſiſſe culpam, ſed committendi inire rationem.

ASCEN.

NEc Q. Antiſtius Vetus ſenſit aliter. ſ. quàm Sulpitius Gallus repudiando vxorem, quòd viderat illam loquentẽ in publico. ſ. loco, ſecreto .i. quaſi in aurem, cũ quadam libertina vulgari .i. quæ corpus ſuum vulgarat, aut vt lena vulgari libidini inſeruiebat. Nã ipſe Antiſtius cõmotus incunabulis .i. primis originibus, & nutrimentis .i. fomentis culpæ (vt ita dicam .i. vt modo liceat ſeminaria vitiorum vocare eorum incunabula) & non commotus ipſa culpa, quã vxor nõdum admiſerat, præbuit vltionem citeriorem delicto .i. prius quam delictũ, ſeu peccatum conſumatũ eſſet. Citra .n. dicitur non vſq; ad, vt homo magnificus citra arrogantiã .i. non pertingens vſq; ad arrogantiam, vt ipſe caueret .i. præfugeret iniuriã prius quam illata eſſet, potius quàm vindicaret .i. vlciſceretur eam iam illatam, aut cõmiſſam.

DE P. SEMPRONIO SOPHO.

IVNGENDVS eſt his P. Sempronius Sophus, qui coniugẽ repudij nota affecit, nihil aliud, quàm ſe ignorante, ludos auſam ſpectare. Ergo dum ſic olim fœminis occurrebatur: mens earum à delictis aberat. Cæterum, etſi Romanæ ſeueritatis exemplis, totus orbis terrarum inſtrui poteſt: tamen externa ſummatim cognoſcere, faſtidio non ſit.

OLIV.

IVNGENDVS eſt his P. Sem.] Non alterius ſententiæ fuit P. Sẽpronius Sophus, qui leniſſimæ culpæ gratia repudiauit vxorem, quia ſe ignaro ludorũ ſpectaculis interfuiſſet. [Nota] Ignominia, & macula. [Nihil aliud]. ſ. crimine [Dũ ſic]. ſ. ſeueritate puniẽdo. [Cæterũ & ſi Romanæ] quãuis inquit ciuitas Romana adeo exẽplis abundes, vt totum terrarum orbẽ implere poſſit, nõ tñ faſtidire debemus externa ſubiũgere.

ASCEN.

IVngendus, &c.] P. Sempronius Sophus, quo nomine Græcè ſapiens dr, eſt iungendus his. ſ. ſeueris in cõiuges ſuas. [Qui affecit coniugẽ nota] .i. macula repudij: auſam nihil aliud, quã ſpectare ludos ſe. ſ. Semp. marito ignorante. [Ergo dũ olim occurrebatur, ſic] .i. tã ſeuere fœminis. ſ. in matrimonio collocatis, mẽs earũ aberat à delictis [Cæterum] .i. ſed etſi .i. quamquam totus orbis terrarum põt inſtrui exemplis ſeueritatis Romanæ, tñ non ſit faſtidio cognoſcere ſummatim .i. collectim, & breuiter, externa. ſ. exempla ſeueritatis, & ita apto pede ad ea progreditur.

EXTERNA.

DE LACEDAEMONIIS.

LACEDAEMONII * libros Archilochi è ciuitate ſua exportari iuſſerunt, quòd eorum parum uerecundam, ac pudicam lectionem arbitrabantur: noluerunt enim ea liberorum ſuorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quàm ingenijs prodeſſet. Itaque maximum poetam, aut certè ſummo proximum, quia * domum ſibi inuiſam obſcœnis maledictis lacerauerat, carminum exilio mulctarunt.

*Paulò aliter Plu. in apoph. Lacon.

* Lycambem, & filium.

Lacedæ-

Oliv. LACEDÆMONII libros]Primum externæ ſeueritatis exemplum eſt Lacedæmoniorum,qui Archilochi Poetæ libros,vt Val.refert eiecerūt, ꝙ in his ſcriptis obſcœnitas,& turpitudo quædam rerum,verborumq; eſſet Plut. vero dixit non ſolum eius libros,ſed ipſum quoq; eiectum fuiſſe exdé hora quàprimum acceperunt eum poetice ſcripſiſſe, melius eſſe amittere arma,q̃ mori:ſic enim ſcripſerat Aſpida, quæ circū peritæ mihi Callipon alto,in luco Samio poſſidet ille meam. At earoiſſe armis,ꝙ mortem occumbere præſtat. Aſpide pro capta mox melior dabitur.Et cum Lacedæmones bellicoſi eſſent, indignati ſunt,ꝙ ea ſcripſiſſet,quæ contra rei militaris dignitatem eſſe videbantur,eumq; cum libris ſuis ciuitate eiecerunt.[Ea].ſ. lectione.[Aut ſummu proximum] Hoc dixit pp Homerū quē omnium maximum fuiſſe conſtat,hunc veró ſcđm.[Domū ſibi inuiſam]Nā ſicut apud Horat.legimus in poetica ſcripſit in Lycambem ſocerum ſuum iambico carmine,quo tm̃ valuit, vt eū ad laqueum compulerit,vnde ait Archilochum proprio rabies armauit iambo.Ouid.in Ibin,Poſt modo ſi perges in te mihi liber Iambus. Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit.[Domū].ſ. Lycābis,qui filiā Archilocho deſponderat, at eā paulo poſt denegatā alteri dederat,qua iniuria laceſſitus Archilochus, Iambico carmine ſic luſit i eū,vt p̄ dolore vitā laqueo finire coegerit.

Ascan. LAcedæmonij iuſſerunt libros Archilochi].ſ. poetæ Lyrici,& Iambicu præcipuè clari,exportari é ciuitate ſua, ꝙ arbitrabātur lectionē eorum.ſ.librorum parum verecundam, ac pudicam. Noluerunt enim animos liberorum ſuorum imbui.i.primum inſtitui,& infici,ea,ſ.lectione librorum Archilochi,ne noceret plus moribus,q̃ prodeſſet ingeniis,ſ. acuendis, (vt faciūt ſere amaſiorum poëtarum carmina,& Martialis,quātumuis arguta epigrammata, à me propterea intacta, & nulla commentatione dignata,nec dignāda quidem,in quo ſum propoſito, cū etiam Comicos,eo ꝙ ab Auguſtino taxantur parum attigerim,quanquam haud magnoperè videntur repellendi, nā & caſtas habent ſententias quamplurimas, & amores minus tēperatos non proponunt,quos imitemur,ſed quos vitemus, vt ſacra ſcriptura non raro amationum fatuarum meminit.) [Itaq;] .i.& ita Lacedæmonii mulctarunt.[Exilio carminum].i. expellendo,& arcēdo carmina eius,maximum poetam,aut certè proximum ſummo poetarum Homero,aut in Lyrico carmine Pindaro,quia lacerauerat.i.proſciderat maledictis obſcœnis.i. conuitiis obſcœno carmine obiectis,domum,ſcilicet Lycambis inuiſam ſibi propter denegatam filiam ſibi ſemel deſponſatam.

Theo. PLutarchus in Laconicis apophthegmatibus.i.dicteriis,auctor eſt,Archilochum à Sparta ſtatim pulſum quū Lacedæmonii reſciſſent,eū cecinisse ſatius eſſe arma amittere, q̃ in acie occumbere. Archilochi carmen eſt hoc. ἀσπίδι μὲν σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν περὶ θάμνῳ ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων. [illegible] ἐρρέτω· ἐξαῦθις κτήσομαι οὐ κακίω. Parrhaſius ea Latine fecit.Quippe aliquis ſaluum clypei nunc orbe ſuperbit.Quem aliquis nolens in medio fruticum,at quis iam valeat,Clypeus,nam protinus alter,amiſſo nobis partus erit melior.Operæ precium fuerit expendere,quàm Philelphus hunc in Plutarcho locum conuerterit,infęliciter.

DE ATHENIENSIBVS.

* Paulo aliter Plut. in vita Artaxerxis.

*ATHENIENSES * autem Timagoram inter officiū ſalutationis Darium Regem Perſarum more gētis illius adulatum,capitali ſupplicio affecerunt: vnius ciuis humilibus blanditijs, totius vrbis ſuæ decus Perſicæ dominationi ſummiſſum grauiter ferentes.*

Oliv. ATHENIENSES aūt Timagoram]Legatū hūc miſerant ad Darium Perſarum Regem,hic cum ad Regis cōſpectum veniſſet,more illius gentis Regem adorauit,ꝙ vbi ſenſerunt Atheñ illum capitali pęna damnarunt,ꝙ illā adulandi humilitatem,contra Imperii ſui maieſtatē fuiſſe exiſtimarent.[Inter officium ſalutationis]Dum ſalutandi officio fungeretur.[Humilibus]Quia humiliter ſe proſtrauerat.[Adulatum] Adolor,vt vult Priſcianus tam cum accuſatiuo, q̃ cum datiuo conſtruitur,vt adulor te,& tibi,hic cum accuſatiuo poſitum.

Ascan. AThenieſes]Affecerunt ſupplicio capitali.i.mortifero Timagoram.i.legatum ſuum ad Dariū miſſum. Adulatū .i.qui palpauerat,& adulatonē veneratus fuerat, Dariū Regem Perſarum inter officium ſalutationis.i.dum ipſe in primo aggreſſu Regem ſalutaret,[more gentis illius].i. Perſicæ. Ferentes grauiter decus totius vrbis ſuæ ſubmiſſum dominationi Perſicæ blanditiis humilibus,id eſt adulationibus vnius ciuis,ſcilicet ſui,hoc eſt Athen.

DE CAMBYSE REGE.

* Herod. lib. 5.
* Filium, Otonem.

*IAM Cambyſes * inuſitatæ ſeueritatis,qui mali cuiuſdam iudicis è corpore pellem detractam ſellæ intendi, in eaq; * filium eius iudicaturum conſidere iuſſit: Cæterum & Rex,& Barbarus,atroci,ac noua pœna iudicis, ne quis poſtea corrumpi iudex poßet,prouidit.*

Oliv. IAM Cambyſes]Hoc exemplum Herod.tradit vnus ex magis(ſic enim apud Perſas iudices appellantur,nos aūt ſapiētes dicimus)iudicium tulerat iniuſtum, ꝙ vbi Rex cognouit,illi pellem detrimi,& in ſella iudiciaria,vbi cęteri iudices ſederent extendi iuſſit eius exemplo diſcerent rectè iudicare,voluitq; filium ſtatim in patris locum ſubſtitui,vt primus ipſe tam horridi iudicii ſedem occuparet.Hic Cambyſes Cyri Perſarum Regis filius,cum patri ſucceſſiſſet in Regno, vt Iuſtinus tradit, Imperio patris Aegyptum adiecit, offenſusq; ſuperſtitionibus Aegyptiorum,Apis,cęterorumq; Deorum templa dirui iuſſit, ad Hammonis quoq; nobiliſsimum templum exercitum miſit, qui tempeſtatibus,& arenarum molibus oppreſſus interiit. Mergidem deinde fratrem,quem per ſomnium viderat regnaturum occidi iuſsit,& ſacrilegio parricidium adiunxit,quarum rerum paulo poſt pœnas,& ipſe dedit,nam gladio quo Apim vulnerauerat,ſua ſpōte euaginato fęmore ictus interiit.non mirum igitur,ſi ſæuitia potius quam ſeueritate vſus fuerit in hominem, cum in Deos quoq; crudeliſsimus fuerit, de hoc Cambyſe, & Lucanus mentionem facit lib.10.Veſanus inortus Camb.longi populus peruenit ad æui,defectusq; epulis,& paſtus cæde ſuorū, Ignoto Nile redit.[Cæterom & Rex] quia Reges omnia ſibi licere putant. [Barbarus atroci] Nam Barbarorum natura immanis eſt,ergo ſibi ignoſcendum,Romanorum autem minimè.

Ascan. IAm] (continuatiua eſt, vt ſępè dixi particula.) [Cambyſes].ſ.Rex Medorum,& Perſarum,ſup.fuit inuſitatæ ſeueritatis,qui intendit.i.intentam ſuperinduxit ſellæ.i.ſedi iudiciali,pellem cuiuſdam iudicis mali,detractā é corpore.ſ.eius iudicis excoriati,& iuſsit filiū eius iudicaturū.i.cū deret, aut vellet iudicare, cōſidere.i.locū capere in ea,ſ.ſella paterna cuțe tecta [Cęterū].i.ſed & Rex,& Barbarus.i.licet Rex qui omnia ēe iniqua videretur poſſe,& Barbarus,qui omnia crudelia videretur velle,tamen prouidit atroci,ac noua.i.inſolita pœna iudicis,ne quis iudex poſſet corrumpi poſtea.i.deinceps.

GRAVITER DICTA, AVT FACTA. CAP. IIII.

MAGNAM & bonam laudis partem in claris viris etiam illa vendicant, quæ aut ab his grauiter dicta, aut facta, pertinax memoria viribus æternis comprehendit: quorum ex abundanti copia,nec parca nimis, nec rurſus auida manu quo magis deſiderio ſatisfaciat, quàm ſacietati abundet,hauriamus.

Oliv. MAGNAM & bonam laudis]Hæc eadem exempla memoriæ mandanda,quæ cum grauitate, aut dicta, aut facta ſunt,ex quibus vtilitatis plurimum legentibus, auctoribus verò non minus laudis,& gloriæ futurum ſit.[Claris viris]Quia vt Græci dicunt,ſermo qui ex ore proficiſcitur eius de quo magna eſt opinio,& eius de quo nulla eſt opinio, & ſi idem ſit,non tamen idem valet, quia pluris æſtimatur ſermo è clari viri ore prouenienſ,quàm ex ignobili,ergò rectè dixit in claris viris.[Aeternis]Nunquam defuturis.Ex abundanti copia] Quia finis ratio eſt, multa enim multorum grauiter dicta,factaque narrari poſſent,ea tantum referamus, quæ lectoris deſiderium expleant, non autem ſacietatis faſtidium afferant. Omnis enim copia faſtidium,inopia deſiderium ingenerare ſolet.

Magnam

AICEN. MAgnam, &c.]Præfatio eſt de dictis, & factis grauiter in quorũ deſcriptione pollicitur ſe modũ nõ exceſſurũ, dicens. Illa ẽ: vendicant ſibi magnam & bonam.i. multam, aut reuera bonã i. commendabilem partem laudis, in claris viris, quæ dicta, aut facta ab his.ſ. claris viris grauiter.i. cum grauitate, memoria.ſ. hominum pertinax, quaſi multũ, aut perpetuo tenax comprehendit viribus.i. potentijs memorandi æternis, ex quorum copia abundanti hauriamus ſup quædam exempla manu, nec nimis parca, nec rurſus.i. econtrario nimis auida, quo.i. ideo vt ſup. ipſe manus deſcribendo eiuſmodi propoſitiones ſatisfaciant magis deſiderio.ſ. audiẽ legentium, quàm abũdent.i. ſuperflua ſint ſacietati.i. vſq; ad ſacietatem, & nauſeam.

DE MANLIO TORQVATO.

Liu. lib. 22. CIVITATE *noſtra Cannenſi clade perculſa, cũ admodum tenui filio ſuſpenſa Reip. ſalus ex ſociorum fide penderet, vt eorum animi ad Imperium Romanum tuendum conſtantiores eſſent, maiori parti Senatus, principes Latinorum in ordinem ſuum ſublegi placebat.* * Liu. lib. 23. * *Annius autem Campanus etiam Conſulem alterum Capuæ creari debere aſſeuerabat: ſic contuſus, & æger Romani Imperij ſpiritus erat: tunc Manlius Torquatus filius eius, qui Latinos apud Veſerim inclyta pugna fuderat: quàm poterat clara voce denunciauit, ſi quis ſociorum* * Liu. li. 7 cap. 7. & lib. 8. *inter Patres C. ſententiam dicere auſus eſſet, continuo ſe illum interempturum, hæ vnius minæ, & Romanorum languentibus animis calorem priſtinum reddiderunt, & Italiam ad ius ciuitatis nobiſcum exequendum conſurgere paſſæ non ſunt: namque vt patris armis, ita verbis filij fracta, ceſſit.*

OLIV. CIVITATE noſtra]Nota eſt hiſt. cum Hann. ſæpè Romanos exercitus fudiſſet in Italia, & in primis P. Scipionem, deinde ad lacum Ticinium ſiue Traſimenũ T. Flaminium, poſtremo in Appulia apud Cãnas. Terent. Var. & Paulum Aemil. quę clades omnium grauiſſima, ſic vires Romanas concuſſerat, debilitaueratq; vt a nonnullis prope de Rep. deſperatum fuerat, eo igitur tpe tam difficili, tãq; calamitoſo, cum ſociorum animi eſſent quacunque ratione in fide, & officio retinẽdi, in quibus Reip. ſalus poſita eſſe videretur, cenſebat pars maior Senatus, Latinorum principes in ordinẽ Senatorum deligi, atque alterum ex Cãpanis Conſulem creari, tũ Manl. Torq. hoc quaſi indignum, & quaſi ignominioſum tanto Imperio fore ceſſimãs, quod metu territi alienos vellent Senatoria dignitate donare, magna voce minatus eſt, ſe illum ea ſocijs eſſe interfecturum, quicunque primus inter Patres conſcriptos ſniam dicere auſus eſſet, qua voce dignitatem Senatus propè labentẽ reſtituit, & Patres a ſua ſnia reuocauit. Liu. ſe tũ in quibuſdam annalibus inueniſſe dicit, a Campanis cum iam defectionis cõſilium iniiſſent, Ro. fuiſſe miſſos legatos, poſtulantes vt alter Conſul Campanus fieret, ſi rem Romanam adiuuari vellet, indignatione orta ſubmoueri à Curia iuſſos eſſe, miſſumq; lictorẽ, qui ex vrbe educeret eos, atq; eo die manere extra fines Romanos iuberet, quia nimis compar Latinorum quondam poſtulationi erat. [Filius eius]Nota eſt hiſt. apud Liu. lib. 9. Quo pacto Manlius, & Decius qui bello Latino, quod apud Veſuuium* geſtum eſt, Conſules erant, vbi Decius ſe pro Reip. ſalute deuouit, & Latinorũ exercit⁹ fuit ad internicionẽ propè cęſus, vix.n. pars quarta ſuperfuit [Si qs ſocius]Sed amplius dicit Liuius, dicit.n. ſiue Romanus, ſiue peregrino⁹ fuerit ſe minatũ interẽpturũ [Cõtuſus] Colliſus. Veſuuium montẽ in Campania. Plin. tñ de viris Illuſt. dicit Veſuuiũ fluuiũ eſſe. Strab. vero montem celeberrimum, & amœniſsimis habitatum agris, excepto cacumine. *aliàs Veſerim.*

AICEN. CIuitate noſtra].i. Rom. percuſſa. i. attonita, & ſemifracta, clade Cannenſi.i. apud Cannas in Appulia accepta, cum ſalus Reip. penderet ſuſpenſa tenui filio.i. modico ſuſtentaculo, ex fide.ſ. ſociorum: placebat maiori parti Senatus, principes Latinorum ſublegi.i. legẽdo ſufficere, & ſubſtitui, in ordinem ſuũ, id eſt, Senatorũ, vt animi eorũ.ſ. ſociorum eſſent conſtantiores ad tuendum Imperium Rom. aũt pro ſed, Annius Campanus aſſeuerabat.i. affirmabat ſeueris verbis, alterum Conſulem debere creari Capuæ, hoc eſt ciuibus Cãpanis. [Sic].i. vſq; adeo, aut per ea poſtulata, erat ſpiritus Imperii Romani contuſus, & æger. [Tunc Manlius Torq. filius eius].ſ. Torquati, qui fuderat Latinos apud Veſerim.ſ. flu. (alij legũt Veſuuiũ mõtem) acie.ſ. Romana, prius quã ſe Decius deuoueret, inchoata.ſ. ad fugam. aut occiſionem, denunciauit.i. proteſtatus eſt voce quam.i. quãtum poterat clara, ſi quis ſociorũ auſus eſſet dicere ſniam.i. ſedere vt iudex inter Patres Conſcriptos.i. Senatores Rom. ſe interempturũ continuo ipſum. Hæ minæ.i. interminationes vnius.ſ. patricii ordinis viri, reddiderunt & i. ſimul animis Rom. languẽtibus calorem priſtinum, & nõ ſunt paſſæ Italiã.i. ſocios Romani Imperii incolas Italiæ conſurgere ad exequendũ nobiſcũ ius ciuitatis. [Nãq; vt].ſ. Italia reliqua ceſſit.ſ. Imperio Romano fracta armis patris.ſ. huius Mãlii, qui apud Veſerim Latinos ſtrauerat, vt iam dictũ eſt: ita ceſſit ab inuaſione principatus, & Senatorii ordinis, fracta verbis filii.i. huius Manlii Torq. iunioris.

THEO. ALiqua vetuſta exẽplaria illius opuſculi de viris Illuſtribus hñt Veſuuiũ, ſed imperitia librariorũ partim mutauit in Veſerim fluuium, partim in Veſuuium montẽ. Sicut à Parrhaſio certiſsimis argumentis eſt indicatum.

DE MANLIO.

* Plin. de uir. illuſt. *PAR illius* quoque Manlii grauitas: cui cum Conſulatus omnium conſenſu deferretur: eumq; ſub excuſatione aduerſæ valetudinis oculorum recuſaret: inſtãtibus cunctis, alium, inquit, Quirites quærite, ad quem hunc honorem transferatis: nam ſi me gerere eum coegeritis: nec ego mores veſtros ferre; nec vos meum imperiũ perpeti poteritis. priuati tam ponderoſa vox: quàm graues faſces Conſulis extitiſſent?*

OLIV. PAR illius]Non minor verborum grauitas fuit eius patris qua ad populum vſus eſt quo tempore comitia Cõſularia habebantur, cum.n. Tribus omnes Conſulem illum renunciarent, primo negauit ſe ob aduerſam valetudinem ſuſcepturum eſſe magiſtratum, deinde vbi ſenſit populum in demandando pertinacem eſſe, planè dixit, nec ſe illorum mores, nec illos imperia ſua perpeſſuros eſſe, qua voce populũ de conſtanti ſententia deiecit. Illius.ſ. Mãlii Torq. q armis Italiã vicit, nam pater armis, filius verbis Italiã ſuperauit. [Si priuati]Si priuatus inquit Mãlius tam grauiter ad populum locutus eſt, quid illum putamus Conſulem fuiſſe facturum?

AICEN. PAr, &c.[Grauitas quoque illius Manlii.ſ. Torq. par ſupp. fuit.i. æqualis ponderis, cui.ſ. Manlio, cum Cõſulatus.i. magiſtratus ille Conſularis, deferretur.i. pręſentaretur cõſenſu omnium.ſ. tam patrum, q̃ populi, & recuſaret eum ſub excuſatione valetudinis aduerſæ.i. morbi oculorum, cunctis inſtantibus.i. vrgentibus, ut Cõſulatum acceptaret, inquit, ò Quirites.ſ. Rom. quærite aliũ, ad quem transferatis hunc honorem, nam ſi coegeritis me gerere eum, nec ego ſup. potero ferre. i. tolerare mores veſtros, nec uos poteritis perpeti imperium meum.i. imperioſitatem meam. Si (inquit auctor) vox prius.i. non fungentis magiſtratu ſup. fuit, tam ponderoſa. i. grauis. quã m.i. quantum graues extitiſsẽt faſces Conſulis? q.d. nimirum grauiſsimi.

DE SCIPIONE AEMILIANO.

* Plin. de uir. illuſt. *NIHILO ſegnior* Scipionis Aemiliani, aut in Curia, aut in concione grauitas: qui cum haberet conſortem Cenſuræ Mumium, vt nobilem ita eneruis vitæ, pro roſtris dixit: ſe ex maieſtate Reipub. omnia geſturum, ſi ſibi ciues vel dediſſent collegam, vel non dediſſent.*

OLIV. NIHILO ſegnior]Hic fuit Scip. Aemilianus, qui cũ Cẽſor creatus eſſet, & illi collega Mumius datus eſſet, uir mollis, & effœminatus, pro cõcione dixit ſe pro Reip. dignitate oĩa fuiſſe geſturũ, ſi populus ei collegã uel dediſſet, uel non dediſſet. Plin. de uir Illuſt. Scip. inquit Cẽſor Mumio collega ſegniore, Senatui ait, utinam mihi collegam dediſſetis, aut non dediſſetis. [In curia]Vbi ſnia dicebatur. [In concione] Ad populum. [Eneruis]Mollis & effœminatus. [Dediſſent uel non] Nam ita dederunt, ut non dediſſe uideantur, erat.n. hic effœminatus, qui ſibi potius impedimento quàm auxilio futurus eſſet. [Dediſſent]Idoneum. [Non dediſſent]Vt ſui iuris eſſet.

ASCEN. NIhilo, &c.]Grauitas Scipionis Aemiliani, nihilo.i. in nullo fuit ſup. ſegnior.i. minus ſtrenua, aut in Curia coram patribus conſcriptis, aut in concione coram populo.

Qui

Qui cum haberet Mummium conſortem.i.còllegam cēſuræ, hominem ſup. vt nobilem ita vitæ eueruis.i.mollis, & effractæ, dixit pro roſtris.i.ex illo ædito loco ad populum loquēs, ſe geſturum omnia ea maieſtate Reip. ſi ciues, vel dediſſent, ſibi collegā, ideſt, virum dignum, qui Cenſuræ munere fungeretur, vel non dediſſent.ſ. hominem indignum tali munere, qui tameo eo ꝙ collega eſſet, & ſine eo alter non decenter omnia curaret, plus impedimenti, quàm adiumenti erat Scipioni allaturus.

DE EODEM SCIPIONE.

* De Viriato Liu. lib. 52. Oroſ. lib. 5. cap. 4. Eutro. & Florus.

*IDem, cum * Ser. Snlpitius Galba, & Aurelius Conſnles in Senatn contenderet, vter aduerſus Viriatum in Hiſpaniam mitteretur: ac magna inter P. C. diſſenſio eſſet, omnibus quonam eius ſententia inclinaretur expectantibns: Neutrū, inquit, mihi mitti placet; quia alter nihil habet, alteri eſt nihil ſatis: aq; malnm licētis imperij magiſtram iudicans inopiam, atque auaritiam: quo dicto, vt neuter in prouinciam mitteretur, obtinuit.*

OLIV. IDem, eum Ser.] Hic Viriatus, vt Liuius, & Eutropius referunt, de paſtore, venator, de uenatore latro, de latrone iuſti eaercitus dux factus, totam Luſitaniam, quæ magna Hiſpaniæ pars eſt occupauit. M. Metilium Prætorem fuſo eius eaercitu cępit, poſt quem C. Plaut. Prætor nihilo fœlicius rem geſſit, tantumq́; terrorem is hoſtis intulit, vt aduerſus eum Conſulari opus eſſet exercitu, miſſus eſt Q. Fab. Max. Proconſul, exterum de hoc Virato plura dicemns, Lib. vlt. cap. de perfidia, ubi agitur de eius morte, erant aūt eo tempore Conſules Galba, & Aurelius qnorū alter auaritia, alter inopia laborabat, cū igitur diſſentirent iuter ſe de prouincia Hiſpania, q̃ vterque ſibi dari depoſcebat, res In Seuatu relata eſt, vbi cū Scip. ſnīam dicere iuſſus eſſet, neutrum cenſuit eſſe mittendū, ꝙ alter nihil haberet, alteri nihil ſatis eſſe poſſet: dun dixit, quæ ſolēt hamines ad maleficium breui compeodio impellere.ſ. inopiam, & auaritiam. [Alter] Galba. [Alteri] Aurelio, quem auarum fuiſſe conſtat.

ASCEN. IDem.].ſ. Scip. Aemilianus, Cum Seruius Sulpitius Galba, & Aurelius (ſunt qui dicunt Valerius) Conſules contenderēt in Senatu, vter mitteretur in Hiſpaniam aduerſus Viriatū, ac magna diſſenſio eſſet iuter partes conſcriptos, omnibus expectanribus, quonam. i. in vtram partem ſententia eius, videlicet, Scip. iuclinaretur, iuquit placet mihi nentrum mitti, qnia alter.ſ. Galba, nihil.ſ. rerum habet, & nihil eſt ſatis alteri.ſ. Aurelio, qui tam auarus erat, vt eapleri nō poſſet. iudicans inopiā, atque auaritiam æque malam magiſtram.i. gubernatricem imperij licentis.i. licenter, & pro libito agentis, & ita præpotentis. Quo dicto obtinnit ſup. ipſe Scipio Aemilianus, nt neuter mitteretur in prouiuciam, hoc eſt iu Hiſpaniam.

DE POMPILIO LEGATO:

* Cicer. Phil. 8. & Liu. li. 45. C. Octauiū uncat. Plin. lib. 34. cap. 6.

*CN. vero * P pilius à Senatu legatus ad Antiochū miſſus, vt bello ſe, quo Ptolemæū laceſſebat abſtineret: cum ad eum veniſſet, atque is prompto animo, & amiciſſimo vultu dextram ei porrexiſſet, innicem ei ſuam porrigere noluit, ſed tabellas S.C. cōtinentes tradidit: quas vt legit Autiochus, dixit ſe cnm amicis collocuturum: iudignatus Pompilius, quòd aliquam moram interpoſuiſſet, virga ſolum, quo iuſiſtebat, denotauit: Et prius inqnit, qnàm hoc circulo excedas, da reſponſum, quod Senatui referam. Non legatum locutum, ſed ipſam Curiam ante oculos poſitam crederes: continno enim Rex affirmauit fore, ne amplius de ſe Ptolemæus qnæreretur. At tum demum Pompilius manum eius tanquam ſocij apprehendit. Quàm efficax animi, ſermoniſque abſciſa grauitas: eodem momento Syriæ Regnum terruit, Aegypti texit.*

OLIV. CN. vero Pompilius] Antiochus bello infeſtabat Alexandriam Regis Ptolemæi Regnum qui P.R. tunc amiciſſimus erat: Ptolemæus querelas detulit ad Senatum de Antiocho Rege: Senatus cenſuit ad illū mitteudos eſſe legatos, qui iuberēt eū à bello deſiſtere, quod ui feciſſet indicturum ſibi bellum eſſe cognoſceret, miſſus eſt igitur Cn. Pomp. qui cum in Regis conſpectum veniſſet, non prius illi dexteram porrigēti attingere voluit, q̃ illum P.R. amicum eſſe cognouit, cū etiam traditis ei publicis literis eapoſitaq́; legatione, ſe ſuper his amicos ſuos conſulturum reſpondiſſet, ille magnanimitate plenus, locum illi circunſcripſit, atque interdixit, ne prius inde diſcederet, quam reſponſum daret Senatui populoque referendum. Si quis Pompilium loquentem audiuiſſet, non legatum, ſed ipſum Senatum eaiſtimaſſet. Plin. 34. nat. hiſt. aliter ſentit, non Cn. Pomp. ſed C. Octauium legatum fuiſſe dicit, & in ea legatione à Rege occiſum. Non præteribo inquit C. Octanium ob vnum uerbum quo Regem Antiochnm dilaturum ſe reſponſum dicentem, virga, q̃ tenebat ſolum circunſcripſit, & prius quam egrederetur circulo illo, reſponſum dare coegit, in qua legatione iuterfecto, Senatus ſtatuam poni iuſſit, q̃ oculatiſſimo loco in roſtris? [Ptolemæum] Aleaandriæ, & Aegypti Regem [Amiciſſimo vultu] Vt beneuolentiam oſtenderet erga P. R. [Senatuſcnnſultum] Quod erat eiuſmodi, Niſi abſtiueret à bello contra Ptolemæum, bellum à Romanis ſibi indictum eſſe.

ASCEN. CN. vero Pōp. legatus miſſus à Senatu ad Anthiochum]. ſ. Regem Syriæ, vt abſtineret ſe bello, quo laceſſabat.i. vexabat Ptolemæum.ſ. Regē Aegypti cum ueniſſet ad eum atque is.ſ. Antiochus porrexiſſet ei dexteram aio prōpto, & uultu amiciſſimo, noluit inuicē.i. viciſſim, porrigere ei.ſ. Regi ſuam.ſ. dextrā. Sed tradidit tabellas continentes Senatuſconſultum.i. decretum denunciādū Antiocho, quas ut legit Antiochus dixit ſe collocuturum cū amicis Pomp. indignatus, ꝙ interpoſuiſſet aliquam moram, denotauit.i. ducta in circuitū linea, deſignauit virga.ſ. q̃ in manu tenebat, ſolū.i. terrā in qua ambo ſtabāt, & inquit prius quam excedas hoc circulo.ſ. uirga circunſcripto, da reſponſum, quod referā Senatui. Tu crederes (iuquit Val.) non legatū locutum, ſed ipſam Curiam.ſ. Rom.i. Senatum oēm, poſitam, ante oculos.ſ. Antiochi. Enim pro quia, Rex affirmauit cōtinuo fore.i. futurum eſſe, ne Ptol quæreretur amplius de ſe Ac Pomp. apprehendit tum demum primum.ſ. vbi id affirmauerat, manū eius.ſ. Antiochi Regis, tāquā ſocij.ſ. Rom. Imp. Quàm ideſt ó quantum efficax.ſ. eius ꝙ facto opus eſt, effrectria eſt granitas abſciſſa.i. breuis, & eatemporanea, animi, & ſermonis, q. d. maximè efficax: quod probat, quia ipſa terruit eodem momēto, quia vno eodemq́; dicto, & facto, Regnū. i. ipſum Regem Syriæ.ſ. Antiochum, & texit.i. protexit ab iniuria eius Regnum ſup. Aegypti.i. Regem eius Ptolemæum.

DE P. RVTILIO.

*PVblij autem Rutilij nerba prius, an facta exiſtimem, neſcio: nā vtriſque æquè admirabile ineſt robur. Cū amici cuiuſdam iniuſtæ rogationi reſiſteret, atq; is per ſummam indignationē dixiſſet: Quid ergo, inquit, mihi opus eſt amicitia tua, ſi quod rogo non facis? reſpondit, immo quid mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſtè facturus ſum? * Huic uoci cōſentanea illa opera, quod magis ordinum diſſenſione, quam ulla culpa ſua reus factus, nec obſoletā veſtem induit, nec inſignia Senatoris depoſuit, nec ſupplices ad genua iudicū manus tetendit, nec dixit quidquā ſplendore præteritorum annorum humilius, effecitq́;, vt periculū huic non impedimentū grauitatis eius eſſet, * ſed experimentum: atq; etiam cū ei reditū in patriā Syllana victoria præſtaret, in exilio, ne quid contra leges faceret, remanſit. Quapropter fęlicitatis cognomen iuſtius quis moribus grauiſſimi viri, quàm impotentis armis aſſignauerit. Quod quidem Sylla rapuit, Rutilius meruit.*

* Cic. li. 2 de Ora. & in Br. Liu. lib. 70. & Oroſ. lib 5. cap. 17 * Quintil. lib. 11. c. 1

OLIV. PVblij aūt, &c.] hoc P.R. dictum eſt iu c. de maieſtate, & dicetur infra c. 9. li. 6. de mutatione fortunæ: vide Aſconiū, hic inquit eſt P. Rut. qui Quæſtor ea publicano d. Cōſul poſtea decē legatorū ſnīa dē leges Siculis cōſcripſiſſe: hæc Pedianus Aſconius, Quæſtor Rut. Ruti. dānatus eſt, ꝙ cū Prætore cōſēſerat ſuo, nequid agerent publicani, in prouincia ſua. quo cognito, Equites Rom. nā tūc ante Syllana tpa iudicabāt, damnarunt eū, cū ergo poſt victoriā Syllæ aduerſus Mariū redire poſſet in patriā, noluit, ne quid aduerſus leges faceret, dubitat ergo Val. prius ne facta, an illius grauiter dicta cōmemoret, cum utraque ſint commemoratione digniſſima. [Quid mihi tua amicitia]

Cic.in lib.de Amic. Hæc lex in amicitia ſanciatur, vt neq; rogemus res turpes, neque rogati faciamus. [Ordinũ diſſenſione] Quia de iudiciis, Senatorius, & Equeſtris ordo inter ſe diſſidebant. [Obſoletam] Squalidam, & inmũdam, mœroris indicem. [Effecitq; vt periculum] uam & damnatione nihil à grauitate diſceſſit, ſed grauitatem multo magis cõprobauit. [Qua propter ſælicitatis] Multo iuſtius inquit fælix dici potuit, & debuit, Rutilius ſummæ grauitatis, & innocentiæ, quàm Sylla impotentiſſimus homo.

ASCEN. PVALVIT, &c.] Aũt.i.ſed, ego neſcio, verum ſup.æſtimem.i.cenſeam, & pẽſitent prius verb...ſ.grauiter dicta P.R.an facta, ſup.eius, nam robur æque admirabile ineſt vtriuſque. Cum ſup. Rutil. reſiſteret rogationi iniuſtæ cuiuſdã amici.ſ.ſui, atq; is.ſ.amicus dixiſſet per ſummam indignationem. Ergo ſi quæ rogo non facis, quid opus eſt mihi amicitia tua? (Sunt qui addant partienlã inquit, vt ſit, quid ergo inquit, ſed plane ſuperuacua ſit) Rut.ſup.rñdit. Immo quid ſupp opus eſt mihi tua .ſ. amicitia, ſi ego facturus ſum aliquid inhoneſtè ꝓpte? q.d.multo minus. [Illa].ſ. grauitate præclara opera Rut. cõſentanea.i.correſpõdentia, & conformia huic voci.i. dicto tam graui ꝙ.i. quia ipſe factus reus proſtratus in iudiciũ; magis diſſenſione ordinũ i.factione partiũ ciuitatis, quam vlla culpa ſua, nec induit veſtem obſoletã, vt ſolent rei volentes ſqualore & ſitu, tũ vultus tum veſtium miſerationem captare, nec depoſuit inſignia Senatoris, nec tetẽdit manus ſup. ad genua iudicum, nec duxit quidquam humilius ſplendore.i. non minus quam fuerit ſplendor, nec quam conueniret ſplendori præteritorum annorum, & effecit, vt ſup. accuſatio illa eſſet periculũ. i.experimentũ grauitatis eius, & non impedimentum (Non intelligentes periculum capi pro experimento, vt in Terentiano Eunuc. Fac periculum in literis, &c. adiecerunt fruſtra, ſed experimentum, quod ſi addendũ eſt legantur ſuperiora, ſic. Vt non periculum non impedimentum grauitatis eius eſſet, experimentum, vt periculum ſit facultas pereundi.) Atque etiam cum victoria Sylla præſtaret ei reditũ in patriam. (Ergo intelligitur cum ſupplicare noſſet exilio damnatus) remanſit.ſ. in exilio ne faceret quid.i.aliquid contra legẽ. [Qua propter quis] i.aliquis aſſignauerit iuſtius cognomen fælicitatis, quod Sylla ſibi ſumpſit, moribus grauiſſimi viri, videlicet Rutilij, quàm armis impotentis, vtpote Syllæ.i.nequeuntis affectibus ſuis moderari, aut in victoria modum ſeruare, dicitur.n. impotẽs frequenter, qui inſolens eſt & ſibi ꝓp nimiam in alios potentiam imperare nequit. [Quod quidem] ſ. cognomen ſælicitatis Sylla rapuit i.violenter ſibi ſumpſit, & ſup.Rutilius meruit.

DE M. BRVTO.

*Paulo aliter Plut. in Brut.

M. *Brutus * ſuarum prius uirtutũ, quàm patriæ parentis parricida, vno.n. facto, & illas in profundum præcipitauit, & omnem ſui nominis memoriam, inexpiabili deteſtatione perfudit, ultimum prælium initurus, negantibus id quibuſdam committi oportere, Fidenter, inquit, in aciem deſcendo: hodie.n.aut recte erit, aut nihil curabo. præſumpſerat uidelicet, neque vinere ſine victoria, neque mori ſine ſecuritate poſſe.*

Bruti Philippenſi fiducia. OLIV. M. Brutus.] Et illud Bruti dictũ grauitate, & fiducia plenum fuit, diſſuadentibus.n.ſuis vltimũ præliũ ſuſcipiendum eſſe, aut inquit hodie rectè erit, aut nihil curabo, ac ſi diceret, vel vincã, vel moriar: rectè erit ſi vicero; Nihil curabo, ſi moriar. Cic.ad Dolabellã de Bruto multa tradit, maximeq; cõmendat in Epiſt. & ſi contentus eram mi Dolabella.

ASCEN. M. Brutus parricida.i.nefarius tãquã rei neceſſariæ, interemptor prius virtutum ſuarum.i.à quibus quaſi genitus erat, nam parentes dant nobis eſſe, virtutes bene eſſe, & ita erat quaſi genitricum ſuarum interemptor, aut quia virtutes morales quodãmodo noſtræ putantur, & à nobis genitæ, licet uera virtus Deo ſit, ideo ſicut qui filios occiderat, parricida generali appellatione diceretur, vt qui fratrẽ, aut matrem (non n. vt multi audaculi, fratricidam, aut matricidam, debent peritiores) ita uirtutum ſuarum interemptor, quodãmodo earum eſt parricida dicendus, primus ergo parricida virtutũ ſuarum, ꝙ̃ parentis patriæ.ſ. Iulij Cæſ. (Enim pro quia Brutus, &.i. pariter præcipitauit illas.ſ.virtutes ſuas in profundum.ſ. vitiorum, & perfudit omnem memoriam nominis ſui deſtinatione inexpiabili i.non purgabili vno facto) initurus vltimum prœlium. i.cum Auguſto & Antonio quibuſdam.ſ. amicorum eius negãtibus oportere id.ſ.prœlium cõmitti, inquit, ego deſcendo fidenter in aciẽ. Enim pro quia, aut erit.ſ. mihi hodie rectè. i.benè, aut nihil curabo, i.de his, quæ male erunt, cũ ego non ſim. Videlicet.i.uerè licet, quare id dixerit, quia præſumpſerat ſe neque poſſe uiuere ſine victoria, neq; mori ſine ſecuritate. i.ſine amotione curarũ de his, quæ viuentibus cõtingunt. Niſi forte, cum Stoicus eſſet, id Epicurice ſenſit animos cũ corporibus interire, aut quod Cic.interdum innuere vr, animos bonorum corporibus exutos continuo beatos fore, vt in Lælio, vbi dicit, ꝙ Socrates dicebat animos hoĩum eſſe diuinos, iiſq; cũ è corpore exceſſiſſent reditum ad cœlum patere, optimo & iuſtiſſimo cuiq; expeditiſſimum. Et paulo poſt quaſi ea perſona L. Scipionis ſuam confirmãtis, id ſi ita eſt, vt optimi cuiuſq; animus in morte facillimè euolet tanquã e cuſtodia, uinculiſq; corporis, cui cẽſeamus curſum ad deos faciliorem fuiſſe, quàm Scipioni? Sin aũt illa verior vt idẽ interitus ſit animorum & corporum, nec vllus ſenſus maneat, vt nihil boni etiam in morte, ſi certè nihil eſt mali, &c. Ea quibus põt colligi dilemma, quo Brutus uidetur vſus, vt dixerit, nihil mali ſibi futurũ è prælio, nam aut vincat, aut cadat, neceſſe eſt, ſi vincat palã eſt nihil fore mali, ſi cadat, aut animus quoq; & ſẽſus pereat, & ſic nihil reliquũ fuerit, quod curet mali, aut animus (quia ſe bonum putauit, & pro patriam oriturum) ad deos euolabit, & ita nulla cura mortalium afficietur.

EXTERNA.
DE POPVLO CINANIENSI.

*Suadet *De hoc Bru. Liu. lib. 55. Oroſ. lib. 5 cap. 5. & Flor. lib. 2. cap. 3. *Ciraunia

*HVIVS Mentio mihi * ſubijcit, quod aduerſus * D. Brutum in Hiſpania grauiter dictum eſt, referre: nam cum ſe ei tota penè Luſitania dediſſet, ac ſola gentis huius urbs * Cinania pertinaciter arma retineret tentata redemptione propemodum uno ore legatis Bruti reſpondit, ferrum ſibi à maioribus, quo urbẽ tuerentur, non aurum, quo libertatem ab Imperatore auaro emerent, relictum. Melius ſine dubio homines noſtri ſanguinis hæc dixiſſent, quàm audiſſent: ſed illos quidem natura in huius grauitatis veſtigia deduxit.*

OLIV. HVius mentio] Nunc tranſit ad externa, ita tñ ut proximum exemplum cum ſuperiori cõiungat, dicit.n. mentio M. Bruti, facit. quod aduerſus Deciũ Brutũ in Hiſp. grauiter dictum fuit, huic exemplo ſubnectam, nam cũ Decius Brutus M. Bruti patruelis Reſpub. partes defenderet aduerſus Ant. in Hiſpania profectus totam Luſitaniam, quæ pars eſt Hiſpaniæ ſubegerat, ſola reſtabat Cinania urbs munitiſſima, ꝙ̃ cũ obſideret, legatos miſit, qui de redemptione tentarent ciuium animos, qui legatis ita grauiter reſponderunt, accepiſſe à maioribus ſuis ferrum, quo ſe libertatemq; defenderẽt, non aurum, quo libertatem ab auariſſimo imperatore redimerent, hoc dictũ barbaræ gẽtis, melius Romanæ virtuti cõueniſſet, æquiuſq; fuerat Romanos ea uerba proferre, ꝙ̃ à barbaris audire. Subijcit.i. in mentem adducit, & notanda eſt conſtructio ſubijcit referre, ſubijcit ut referam. [Tentata redemptione] Nunquid ſe vellent auro redimere. [Melius ſine].ſ.hoc dictum melius conueniſſet Romanis hominibus, & non vt ab illis audirent, nam Romanum eſt & dura, & fortia pati.

ASCEN. HVius, &c.] Mẽtio huius.ſ. proximè dicti, ſubijcit.i. in memoriam reducit, mihi referre.i.recitare id, quod dictũ eſt grauiter in Hiſpania aduerſum Deciũ Brutũ. [Nã cum penè].i.quaſi tota Luſitania dediſſet ſe ei .ſ Decio Bruto, ac Cinania urbs huius gẽtis.ſ. Luſitaniæ ſola retineret pertinaciter arma tẽtata redẽptione.i. de redẽptione ſui facienda, hoc eſt, an vellet ſe, & ſua auro redimere, rñdit propemodũ. i.quaſi in hunc modũ tota, vno ore legatis Bruti, ferrũ relictum ſibi à maioribus.ſ. ſuis, quo tuerentur vrbem.ſ.ſuam, non autem relictum, quo emerẽt libertatem ab Imperatore auaro. [Homines noſtri] .i.Romani ſanguinis dixiſſent melius.i.aptius, & conſonantius ad cætera, & facta ſua, aut melius fuiſſet eis, ſi hoc dixiſſent ꝙ̃ audiſſent.ſ.ab aliis. Sed uã, quæ eſt Luſitanis bellicoſa, deduxit illos.ſ. Luſitanos, in ueſtigia.i.ſimulachra, ſeu imitamenta quædam grauitatis, quaſi non uera ſit grauitas, niſi in P. R.

THEO. CInania] Ptolemæus in Luſitania, laudat urbem Lucinianam, locumq; in Hiſpania Cyneticum celebrat, Herodotus de rebus Herculis 10. Cinanam, vel ut alii codices habent Ciranam, quod equidem ſciam, nemo.

DE SOCRATE PHILOSOPHO.

* Cic. lib. 1. de or. & Laert. in vita.

*SOCRATES * autem Græcæ doctrinæ clariſſimum columen, cum Athenis cauſam diceret, defenſionemque ei Lyſias à ſe compoſitam, qua in iudicio vteretur, recitaſſet, demiſſam, & ſupplicem, imminentiq; procellæ accommodatam, Aufer, inquit, quæſo iſtam: nam ego ſi adduci poſſem, vt eam in vltima Scythiæ ſolitudine perorarem, tum meipſum morte multandum concederam. Spiritum contẽpſit, ne careret grauitate, maluitq; Socrates extingui, quàm Lyſias ſupereſſe.*

Oliv. SOCRATES quoque] Socrates cum accuſatus eſſet, ꝙ alienos deos introduceret, & puerorum corruptor eſſet, vt vlterius dicemus in 7. de ſapienter dictis. Lyſias eius diſcipulus commiſeratione motus orationem pro eo ſcripſit accõmodatiſſimam ad excuſationem, q̃ cum Socrati recitaſſet cõtinebat ἀπολογίαν .i. defenſionem. bona, inquit Socrates eſt oratio, ſed non mihi conueniens, nam humilioribus verbis ſcripta erat, quàm philoſopho cõueniat, tum ille ſi eſt inquit bona cur non ea vteris? Tum Socrates, nonne veſtis põt eſſe pulchra, & tñ nõ vnicuique conueniens? hanc hiſtoriam ita tradidit Diogenes, quanquam Val. dicat illum aliter reſpondiſſe. Quint. lib. 2. & Socrates, inquit inhoneſtam credidit orationem quã ei Lyſias reo compoſuerat. [Columen] Suſtentaculum. [Imminenti procellæ] Inſtanti periculo. [In vltima Scythiæ] Quæ eſt in ſeptentrione, vbi cõſtat immanes, & efferatas gentes eſſe. [Spiritum] id eſt, vitam ſuam. [Maluitque Socrates] .i. maluit mori tanquam Socrates, quàm viuere tanquam Lyſias.

Aſcen. SOcrates aũt clariſſimum columen] .i. decus doctrinæ græcæ, cum diceret cauſam .i. purgaret & defenderet ſe Athenis & Lyſias orator inſignis recitaſſet ei defenſionem .i. orationẽ defenſiuam cõpoſitam à ſe .ſ. Lyſia demiſſam, & ſupplicem, & accõmodatam procellæ .i. furori populari, imminenti .i. incumbẽti ad perniciem Socratis qua .ſ. defenſione, Socr. vteretur in iudicio, inquit .i. reſpondit Lyſiæ, aufer iſtam .ſ. tam demiſſam defenſionẽ à te compoſitam. Nam ego ſi poſſem adduci .i. ſuaſione, aut ratione, aut voluntate duci ad hoc, vt perorarẽ .i. ad finem vſque haberem, & obtinerem quæ vellẽ, ea .ſ. defenſiua orone, in vltima ſolitudine Scythiæ, vbi nullus præter Deum & conſcientiam, & iudices adeſſent (nam ſi intelligamus perorare pro dũtaxat ad finẽ dicere, nec vincere, facilior erat intellectus, vt dicat ſe ſolam conſcientiã timere, qui .n. demiſſe ſupplicant, etiam quæ non commiſerant purgant, & timiditate, & abiectione animi peccant, vnde addit) tum .i. tunc concederem meipſum mulctandum .i. puniendum morte. Socrates ſup. contempſit ſpiritum .i. vitalem, hoc eſt vitam, ne careret grauitate, & maluit extingui Socrates .i. nõ amiſſa dignitate ſua, quã ſupeſſe Lyſias .i. tã demiſſo animo, vt erat Lyſias, qui ſuaſit eã purgare quæ non admiſit, aut ea ſupplicere, quæ non deteliquit.

DE ALEXANDRO REGE.

* Curt. lib. 4. Arrian. lib. 2. & Plut. in vita.
* nobilem

*QVANTVS * hic in ſapientia, tantus in armis Alexander illam vocem * nobiliter edidit. Dario .n. vno iam & altero prælio virtutem eius experto, atque ideo patrem regni Tauro tenus monte, & filiam in matrimonium cum decies centum millibus talentum pollicente, cum Parmenion dixiſſet: Se, ſi Alexander eſſet, vſurum ea conditione, reſpondit: Et ego vterer, ſi Parmenion eſſem. Vocem duabus victorijs reſpondentem, dignamque cui tertia ſicut euenit, tribueretur.*

Oliv. QVANTVS hic] Tantum bello valuit Alex. quàm philoſophia Socrates, nec ſapientiæ Socratis, Alexand. peritia ceſſit armorum, cuius hoc graue dictum refertur à Val. & confirmatur à Q. Curtio lib. 3. cum Darius duobus prælijs ſuperatus, vt vidimus in cap. de cõſtantia, tertium repararet exercitũ, nam adeo viris, & equis abundat illa prouincia, vt illi facile foret bellum renouare timens eandem ſe belli fortunam habiturum, admirans pariter Macedonicam virtutem, Alexandriq; magnanimitatem, legatos mittit, qui regni partẽ vſq; ad montem tñ, & nuptias filiæ cum decies centenis millibus talẽtorũ. Alexandro pollicerentur, ſi pacem fœduſq; ſecum vellet inire, quas conditiones, cum Alexander recuſaſſet, quippe qui animo ſuo iam totius Aſiæ imperiũ occupauerat, Parmenion eius præfectus, q. apud eum gratia plurimum, & auctoritate valebat, ſi Alex. inquit eſſem, cõditiones acciperem, tum Alex. acciperẽ profecto, ſi eſſem Parmenion, ſed quia ſum Alex. non accipio, huius dicti auctor Q. Curt. Iuſtinus verò nullam prorſus mentionem facit in geſtis Alex. tñ illud refert, ꝙ victus Darius cũ Babiloniam profugiſſet, per epiſtolas Alexandrum deprecatur, vt redimendarum captiuarum ſibi poteſtatem faciat, inq; eam rem magnam pecuniam pollicetur, ſed Alexander in precium captiuarum regnum omne, non pecuniam petit, interiecto tempore aliæ epiſtolæ Darij Alex. redduntur, quibus filiæ matrimonium, & regni portio offertur, ſed Alex. ſua ſibi dari reſcripſit, iuſſitq; ſupplicem venire, & regni arbitria victori permittere. Item paulo inferius ait Darius ſe ratus vere victũ, cũ poſt prælia, & beneficijs ab hoſte ſuperaretur, ſcribit tertias epiſt. & gratias agit, ꝙ nihil in ſuos hoſtile fecerit, offert deinde maiorem partem regni, vſque ad flumen Euphratem, & alteram filiã vxorem, ac pro reliquis captiuis 20 mil. talẽ. ad hoc Alex. gratiarũ actionem ab hoſte ſuperuacaneam eſſe reſpondit, nec à ſe q.d.quam factũ in hoſtes adulatione, nec ꝙ in dubios belli exitus, aut in lege pacis lænocinia quæreret, ſed animi magnitudine, qua didicerit aduerſus vires hoſtium, non aduerſus calamitates contendere, pollicetur q; ſe præſtaturum ea Dario, ſi ſecundus ſibi non par haberi voluerit, cæterum neque mundum poſſe duobus ſolibus regi, neq. orbem ſumma duo regna, ſaluo ſtatu terrarum habere, proinde aut deditionem eadem die, aut in poſteram aciem paret. [Altero prælio] Secundo prælio, quia bis victus fuerat. [Sicut euenit] Quia tertio vicit eum, & regno ſpoliauit. [Hæc quæ] Alex. Parmenioni reſpondit.

Aſcen. QVantus ſup. eos, hic] .ſ. proxime dictus, videlicet Socrates in ſapientia, tantus ſup. ens, aut exiſtens Alexander .ſ. Maced. in armis, ædidit illam .ſ. nobilem vocem, quàm ſtatim recitabit. Enim pro quia, Dario experto .i. cum Darius rex Perſarum expertus eſſet, & cognouiſſet, iam vno, atque altero .i. ſecundo prælio virtutem eius .ſ. Alex. in bello, & pollicente .i. cum pollicitus eſſet, & offeret Alex. filiam .ſ. ſuam in matrimonium cum decies centum millibus talen. Cum Parmenió vnus ex ducibus eius dixiſſet ſe vſurum, ea conditione, ſi eſſet Alex. Alexander ſup. reſpondit, & ego vterer, ſi eſſem Parmenion .i. tam demiſſo animo, vt tu Vocem .i. ò vocem reſpondentem .i. conformem duabus victorijs, & dignam, cui tertia victoria tribueretur, ſicut euenit, quia tertio Darium vincit, & victũ, ac in fuga à ſuis interfecti regno potitus eſt.

DE LACEDÆMONIIS.

ATQVE hæc quidem & animi magnifici, & proſperi ſtatus: illa verò, quæ legati Lacedæmoniorum apud patrem eius miſeram fortunæ ſuæ conditionem teſtati ſunt, glorioſior, quam optabilior. Intollerabilibus enim oneribus ciuitatem eorum implicanti, ſi quid morte grauius imperare perſeueraret, mortem ſe prælaturos reſponderunt.

Oliv. ILLA vero] Philippus pater Alexandri Græciam diu bello inuaſit, & eam tandem oppreſſit, ſed cum deuictis Athen. bellum Laced. intuliſſet, Lacedęmonii, ꝙ ſemper armis victores extitiſſent, aliiſq; imperare conſueuiſſent, non poterant ſubijcere Phil. & cum quidam dixiſſet, multa mala, & extrema perpeſſuros, nihil mali, neq; extremi, vitam aſpernantibus eſſe, rũderunt cũ rurſus grauia multa, & indigna Philippus imperaret, nihil aliud reſcripſerũt, niſi Lacedæmones Philippo ſalutẽ. Non .ſ. volumus imperanti tibi parere cum tñ grauios inſtaret, durioſaq; illis imperaret, dixerunt ſe mortẽ ſubire paratos, ſi quid morte durius imperauerit. [Optabilior] Quia nemo optare debet, vt ad hanc conditionẽ veniat. [Oneribus] Nam tributarios faciebat, & tantã pecuniã impetrabat, quãta exolui nõ poſſet, accuſati .n. fuerant, quod arcem Thebanam, induciarum tempore occupaſſent. [Morte grauius] .ſ. ſeruitutem.

Aſcen. ATque hæc quidem (continuatiua eſt clauſula) .ſ. vox Alex. ſup. ſuis grauiter dicta, aut exemplum, & .i. ſimul animi magnifici, & ſtatus proſperi, vero .i. ſed, illa .ſ. quæ ſequuntur, qua Lacedæmoni teſtati ſunt apud patrem vius .ſ. Alex. videlicet Philippum miſerã conditionẽ fortunę ſuę ſup. fuit glorioſior,

tioſior, plus hſs gloriæ, ꝙ optabillor. i. ꝙ rei optabilis, aut optãdæ. Enim pro quia, ipſi rñderunt Philippo implicãti ciuitatem eorum, hoc eſt Lacedæmona, aut Spartem, oneribus intolerabilibus, ſe prælaturos mortẽ, ſi perſeueraret imperare quid, i. aliquid grauius morte, hoc eſt ſe male mori, quã tã indigna pati.

DE QVODAM SPARTANO.

* It fuit]Pœdacetus, Plut. ſio apoph. Lac.

NEc parum * graue Spartani cuiuſdam dictum, ſi quidem nobilitate, & ſanctitate præſtans, in petitione magiſtratus victus, maxima ſibi eſſe lætitiæ prædicauit, quòd aliquos patria ſua ſe meliores viros haberet, quo ſermone repulſam honori adæquauit.

OLIV. NEc parum graue] Laced. quidam victus à compatitoribus gaudebat, hic Prædaretus fuit, qui cum in trecentorum numero non eſſet electus, qui honor in vrbe ordine præſtabat, hilaris, ſubridensq; abibat. reuocatus autem Ephoris, & quid rideret interrogatus, qm̃, inquit vrbi gratulor quę ma trecentos meliores habet ciues. [In petitione magiſtratus] Erat magiſtratus quidam, qui ex trecentis viris conſtabat, in quo quidem officio boni tm̃ eligebantur. [Honori adæquauit] Quia nõ minus ex hoc dicto gloriæ cõparauit, ꝙ ſi magiſtratũ adeptus eẽt.

ASCEN. NEc]. i. & non, & dictum cuiuſdam Spartani ſup fuit, non parum. i. multum graue. Siquidem, qm̃ is præſtans nobilitate & ſanctitate. ſ. vitæ, & victus. i. poſthabitus in petitione magiſtratus, prædicauit. i. palam dixit, eſſe ſibi maximę lætitiæ. i. ad maximam lætitiam facere, quod patria ſua haberet aliquos meliores ſe, quo ſermone adæquauit honorem. ſ. quem ſibi prælatus adeptus erat, repulſam. ſ. quam ſuſtinuerat, hoc eſt tam glorioſa fuit illi repulſa, quàm alteri adeptio magiſtratus.

DE IVSTITIA. CAP. V.

* Seruatur.

TEMPVS eſt iuſtitiæ quoque ſancta penetralia adire, in quibus ſemper æqui, ac probi facti reſpectus religioſa cum obſeruatione * verſatur: & vbi ſtudium verecundiæ eſt, cupiditas rationi cedit, nihilque vtile, quod parum honeſtum videri poſſit, ducitur: eius autem præcipuum, & certiſſimum inter omnes gentes noſtra ciuitas exemplum eſt.

OLIV. TEMPVS eſt iuſtitiæ] Tranſit ad cap. de iuſt. duplex autem eſt iuſtitia generalis, & ſpecialis, generalis eſt, quę verſatur in hominum ſocietatu tuenda, ſpecialis diuiditur in cõmutatiuam, & diſtributiuam cõmutatiua cõſiſtit in emẽdo, vendẽdo, locando, conducendo, diſtributiua eſt, quæ cõi vtilitate ſeruata, ius ſuum vnicuiq; tribuit ea dignitata cuiuſque de qua nõ dicit, nam in ea probitas, æquitasq; verſatur. [Penetralia] Loca in quibus res ſacræ ſeruantur. [Aequi] Ac probi, æqui iuſti. [Probi] Boni, nam iuſtitiu nihil eſt, niſi bonũ, & æquum, ſimulatq; ab æquo & bono diſceſſerit, deſinit eſſe iuſtitia. [Vbi ſtudiũ verecundiæ] Quia nõ quod volumus, ſequimur, cũ iuſtitiam colimus. verecundia. n. obſtat, & hoc eſt proprium cõtinẽtis, qui abſtinet quidẽ à voluptate, ſed cum difficultate ꝑ verecundiam, tẽperans autẽ abſtinet ſe ſine difficultate, quia iam virtutis habitum fecit. [Cupiditas rationi] Hoc eſt temperatis, qui ſine labore abſtinet. nam ſenſualitati ratio dominatur. [Nihilq; vtile] Sic. n. philoſophi omnes ſentiunt nihil vtile, quod non honeſtum. Cic. lib. 3. offic. Peruertunt homines fundamenta naturæ, cum vtilitatem ab honeſtate ſe iungunt.

ASCEN. Camilli iuſtitia in Phaliſcos. TEmpus eſt adiret (Valla & Seru. diceret adeundi) quoque. i. etiam ſancta penetralia iuſtitiæ, in quibus. ſ. penetralibus iuſtitiæ reſpectus facti æqui, ac probi. i. honeſti, & approbandi verſatur ſemper cum approbatione religioſa, & vbi. i. & in quibus ſtudium. i. vehemens applicatio animi cedit verecundiæ, & cupiditas cedit rationi, & nihil ducitur. i. putatur, aut æſtimatur vtile, quod poſſet videri parum. i. nõ ſatis honeſtũ, vnde Cic. in 3. offi. negat vtile eſſe quidquam quod nõ idẽ honeſtum, aut honeſtum, ꝙ nõ idẽ vtile, cum honeſtas ipſa ſit ſibi vtilitus. Ideoq; vult ea nõ eſſe ſeparãda, quæ. n. vtilia vñr, ſi honeſta non ſunt, vere vtilia eſſe non poſſunt. Aũt pro ſed, noſtra ciuitas. ſ. Rom. eſt exemplum eius. ſ. iuſtitiæ præcipuum, & certiſſimum inter omnes gentes. Sunt tñ quid non admittant.

DE SENATV.

* Paulo aliter Liu. lib. 5. Plu. in Camil. & Front. lib. 4. cap. 4. Strat. & Flor. lib. 1. cap. 12. & Plin. de viris illuſtribus.

CAMILLO * Coſs. Phaliſcos circumcedente, magiſter ludi plurimos, & nobiliſſimos inde pueros velut ambulandi gratia eductos, in caſtra Romanorum perduxit: quibus interceptis, non erat dubium quin Phaliſci depoſita belligerandi pertinacia tradituri ſe noſtro imperatori eſſent: in ea re cognita ſenatus cenſuit, vt pueri vinctum magiſtrum virgis cædentes in patriam remitterentur: qua iuſtitia animi eorum ſunt capti, quorum mœnia expugnari non poterant. namque Phaliſci beneficio magis, quàm armis victi, portas Romanis aperuerunt.

OLIV. CAMILLO conſule]. Liu. ab vrbe cond. lib. 5. Cum obſiderentur Phaliſci, videbatur diuturnus futurus labor, ac Veijs fuiſſet, ni fortuna imperatori Rom. ſimul, ac cognitæ rebus bellicis virtutis ſpecimen, maturam victoriam dediſſet, mos erat Phaliſcis eodem magiſtro liberorum, & comite vti ſimulq; plures pueri, quod hodie quoq; in Græcia manet, vnius curæ demandabantur, hinc principum, liberos, ſicut fere fit, qui ſcientia videbatur præcellere, erudiebat is cum in pace inſtituiſſet pueros ante vrbem luſus exercendiq; cauſa procedere, nihil eo more ꝑ belli tempore intermiſſo, modo breuioribus, modo longioribus ſpacijs trahẽdo eos à porta, luſu, ſermonibusq; variatis longius ſolito, vbi res dedit progreſſus inter ſtationes hoſtium, caſtraq; inde Romana eos in prætoriũ ad Camillum perduxit. Ibi ſceleſto facinori, ſceleſtiorem ſermonem addidit, Phaliſcos ſe i manus tradidiſſe Romanis, qđ uos pueros, quorum parentes capita ibi rerum ſint, in poteſtatum dediderit, quæ vbi Camillus audiuit, nõ ad ſimilem, inquit tui, nec populum, nec imperatorem, ſceleſtus ipſe cum ſceleſto munere veniſti, nobis cum Phaliſcis, quæ pacto ſit humano ſocietas nõ eſt, q̃ ingenerauit natura vtriſque eſt eritq;, ſunt & belli, ſicut & pacis iura iuſteq; ea nõ minus q̃ fortiter didicimus gerere, arma habemus, non aduerſus eam ætatem, cui etiam captis vrbibus parcitur, ſed aduerſus armatos, & ipſos, qui nec læſi, nec laceſſiti à nobis caſtra Rom. ac Veios oppugnauerunt, eos tu, quãtũ in tu fuit, nouo ſcelere, viciſti, ego Romanis artibus virtute, opere armis, ſicut Veios vincam Denudatum deinde eum manibus poſt tergum illigatis, reducendũ ad Phaliſcos pueris tradidit, virgasq; eis, quibus proditorem agerent in vrbẽ verberantes dedit, ad quod ſpectaculum cõcurſu populi primo facto deinde à magiſtratu de re noua vocato ſenatu, tanta mutatio animis eſt iniecta, vt qui modo efferati odio, itaque Veientium exitum penè, quã Capenatium pacẽ mallent, apud eos pace vniuerſa ciuitas poſceret, fide Romana & iuſtitia imperatoris, in foro, & curia celebrantur, conſenſuq; omnium legati ad Camil. in caſtra, atque inde permiſſu Camilli Romam ad ſenatum qui dederam Phaliſcos proficiſcũtur, quibus in ſenatu introductis pax data, & exercitus inde Romam reductus eſt. ſed Valer. diſſentit à Liuio. nam Liu. dicit Camil. non conſulniſſe ſenatũ, ſed id ea ſententia ſua feciſſe, nulla interiecta mora, de hoc Front. lib. 5. cap. 5. Camillo inquit Phaliſcos obſidẽte, ludi magiſter puerorum Phaliſcorum, tanquã ambulandi cauſa vltra murum ductos tradidit dicent, pro repetendis obſidibus neceſſario ciuitatem imperata facturam. Camil. nõ ſolum ſpreuit perfidiam, ſed etiam reſtrictis poſt terga manibus, magiſtrum verberibus agendum ad parentes tradidit pueris, adeptus beneficijs victoriam, quam fraudẽ non cõcupiuerat. Nã Phaliſci ob hanc iuſtitiam ſponte ei ſe dediderunt. Plut. in vita M. Antonij duos commemorat, perfidos pędagogos, alterum in Theodorum, qui Atyllum M. Ant. filium poſt patris mortem Cæſ. necandum prodidit, alterum Rhodonẽ, qui Cæſarionem priores Cæſ. filium, cum magna vi auri, & argenti fugientẽ, per inſidias deduxit ad Cæſ. Octauianum. [Conſulu] Liu. Non conſulem. ſed tribunum militum cõſulari poteſtate fuiſſe tradit, nã ſæpius mutata eſt illis imperij Romani forma, à regibus. n. ad conſules, à cõſulibus ad decem viros, ad decẽuiros ad tribunos militum conſulari poteſtate, à tribunis rurſus ad conſules, poſtremo ad imperatores tranſlatum fuit imperium, hoc igitur tempore tribuni militũ imperabat. [Senatus cenſuit] Et in hoc non ſentit cum Liuio Val. nam hæc omnia inconſulto ſenatu ſpõte ſua feciſſe Camil. dicit, ſicut ſupra vidimus. [Ludi] Quia ludo quodã docendi ſunt pueri, nõ ſeueritate. [Deambulandi]

Laxandi

Laxandi animi gratia [Nanque Phaliſci beneficio] Quia non ſemper gladio, ſed ſæpe beneficio vincitur hoſtis.

ASCEN. CAmillo conſule circunſedente Phaliſcos vrbem, & populum eius in Italia, magiſter Ludi. ſ. literarii. i. ſcholarū publicarum, qui etiā grammaticus dicitur perduxit in caſtra Romanorum plurimos, & nobiliſſimos pueros eductos inde. ſ. ex vrbe Phaliſcorum, velut. i. ſub prætextu deambulandi. quibus. ſ. nobiliſſimis pueris interceptis. i. dolo magiſtri eorum captis, non dubiū erat. ſ. ludi magiſtro, quin Phaliſci. ſ. populi, pertinacia. i. obſtinato propoſito belli gerendi depoſita. i. poſtquam eā depoſuiſſent, eſſent tradituri ſe imperatori noſtro. i. Ro. ſed ea re cognita. i. per Camil. ſenatus cenſuit, vt pueri cædentes virgis magiſtrum. ſ. ſuum vinctum, remitterentur. ſ. cum eo in patria. ſ. Phaliſcos. Qua iuſtitia animi eorū. ſ. Phaliſcorum ſunt capti, quorum mœnia nō poterant expugnari. ſ. vi. Nāq; Phaliſci victi magis bñficio, q̄ armis aperuerūt Romanis portas ſ. ſuas.

DE POPVLO ROMANO.

* Liu. lib. 19. Eutr. lib. 2. & Oroſ. lib. 4. ca. 6. et ſi de cos. diſſentit.

E*ADEM* * *Ciuitas aliquoties rebellando, ſemperque aduerſis contuſa prælijs, tandem ſe Q. Lucta. io Cos. dedere coacta eſt: aduerſus quàm ſæuire cupiens P. R. poſtquam à Papirio, cuius manu iubente Cos. verba deditionis ſcripta erant, doctus eſt Phaliſcos non poteſtati, ſed fidei ſe Romanorum commiſiſſe; omnem iram placida mente depoſuit, pariterq́; & viribus odij nō ſane facile vinci aſſuetis, & victoriæ obſequio, quæ promptiſſime licētiā ſubminiſtrat, ne iuſtitiæ ſuę deeſſet, obſtitit.*

OLIV. EADEM ciuitas] Phaliſci ſæpe à fide, & officio in Romanos defecerant, bellaq́; renouauerāt. Luctatius igitur conſul cum eos tandem rurſus Romano ſubegiſſet imperio, ſæuire in illos mirum in modum cupiebat, vt meritas darent rebellionis pœnas, ſed vbi ſenatus intellexit illos ſe fidei conſulis commiſiſſe, pœnam eis remittendam eſſe cenſuit, maluitq́; iuſtitię habere rationē, q̄ ſuæ obſequi iræ, abbreuiator Liuii Phaliſci cum rebellaſſent, ſexto die domiti in deditionem venerūt. Eutropius de Phaliſcis lib. 2. Q. inquit Luctatius, & A. Mālios conſules creati ſunt, & bellum Phaliſcis intulere, quæ ciuitas Italiæ opulenta eſt, quod ambo conſules intra ſex dies, quam venerant tranſegerunt 15. millibus hominum occiſis, cæteris patria conceſſa, agro tamen ex medietate ſublato. [Papyrio] Scriba conſulis, qui iubente conſule deditionis formulam ſcripſerat Romanis. [Et victoriæ] Quæ facit homines inſolentes, duo ſolent homines à iuſtitia reuocare, odium, & victoria, quæ nunc non reuocarunt Populum Romanum.

ASCEN. EAdem ciuitas] ſ. Phaliſcorum rebellando aliquoties. i. aliquantulum frequēter contuſa ſemper prœlijs aduerſis coacta eſt tandem dedere ſe Q. Luctatio conſuli aduerſus quam ſ. ciuitatem P. R. cupiens ſæuire. i. ſæuiter agere, poſtquam doctus eſt à Papyrio, cuius manu ſcripta erant verba deditionis id eſt. qua ſe prius dediderant Phaliſci, conſule iubente. i. iuſſu conſulis, alioqui poſſet putari fraude in ea formula ſcribenda vſum, Phaliſcos ſe commiſiſſe non poteſtati Romanorum, ſed fidei; depoſuit placida mente omnem iram, quia non vſi erant fidem ſic fregiſſe, ſed à protectione Rom. ſic ſubduxiſſe, & P. R. obſtitit pariter, & i. ſimul viribus odii. i. antiquæ æmulationis aſſuetis vinci non facile. i. difficile, & obſequio. i. ſecūdo ſucceſſu victoriæ, quæ ſubminiſtrat promptiſſime. i. facillime, & expeditiſſime, licentiam. ſ. ſæuiendi, & pluſquam fas ſit agendi obſtitit dico illis facibus irarum ne deeſſet iuſtitiæ ſuæ.

DE EODEM POPVLO ROMANO.

I*DEM, cum P. Claudius Camerinos ductu, atque auſpicijs ſuis captos ſub haſta vendidiſſet, Etſi ærariū, pecunia, fines agris auctos animaduertebat, tamen quia parum liquida fide id geſtum ab imperatore videbatur, maxima cura conquiſitos redemit hisq́; habitandi gratia locum in Auentino aſſignauit, & prædia reſtituit: pecuniam etiam non ad curiam, ſed ad ſacraria ædificāda, ſacrificiaq́; facienda tribuit: iuſtitiaq́; promptiſſimo tenore effecit vt exitio ſuo lætari poſſent, quia ſic renati erant. Mœnibus noſtris, & finitimis regionibus, quæ adhuc retuli, quod ſequitur, per totum terrarum orbem manauit.*

OLIV. IDEM cum P. Claudius] Cōſul Claudius Camerinos à ſe captos haſtæ ſubiecit, quos ſenatus redemit, quia id parum. [Liquida fide geſtum ab imperatore] Parum liquida fide. i. non pura fide, non ſincera, ſiquidem illi ſe in fidem dederant imperatoris, vt arbitrer. [Claudius] Conſul. [Camerinos] De Camertino oppido Picenæ prouinciæ, adhærenti. [Auſpiciis] Poteſtate. Sub haſta publica, tanquā mancipia vendidiſſent. [Fines agri] Quia ager ille venit in poteſtatem P. R. [Parum liquida] Parum ſincera fide, quia cum eos in fidem accepiſſet, vendiderat. [Sacraria] Vbi ſacra continentur [Sacrificia] Vt emerentur victimæ. [Prōptiſſimo tenore] Quia vna eademq́; ſedulitate iuſtitiæ fecerunt, vt prodeſſet Camerinis captos fuiſſe à P. R. nam cum ſemel venditi eſſent, poſtea redēpti à P. R. viſi ſunt renaſci.

ASCEN. IDem] ſ. P. R. cum P. Claudius cōſul vendidiſſet ſub haſta. i. more prædæ militari plurimū offerenti, Camerinos populos illos Italiæ, captos ductu, virtute, atque auſpiciis ſuis. i. quos cępit, cum dux eſſet in eo bello, q. d. virtute, & felicitate ſua, & ſi. i. quāquā animo aduertebat ærarium. i. fiſcum publicum auctum ſup. pecunia, & fines. i. limites imperii ſui, auctos agris. ſ. Camerinorum, tū quia id. ſ. bellum, aut opus vendendi, videbatur geſtum ab imperatore. ſ. P. Claudio fide parum liquida. i. pura, & fraudis experti, qā eos in fidē acceperat, redemit. i. iterum emit, & libertati reſtituit ſup. Camerinos ſic venditos conquiſitos maxima cura, & aſſignauit his. i. ſic redemptis locū in Auentino gratia habitandi, vt illic habitarent, & reſtituit prædia. ſ. imperio applicata, & tribuit etiam pecuniā. ſ. quæ ex præda ſupererat, non ad curiā. i. ad ædificia ſecularia, vt notis verbis loquar, ſed ad ſacraria. i. repoſitoria ſacrorum ædificanda, & ad ſacrificia facienda & effecit iuſtiſſimo tenore. i. perpetuo ductu iuſtitiæ, vt ſup. Camerini poſſent lætari exitio ſuo, qā erāt ſic renati. i. ad meliorē fortunā reſtituti, feliciores. n. deinceps in Auētino, quā in patria prius habita fuerunt. Hoc dicto ſubinfert auctori clauſulam continuatiuam dicens ea ſup. quæ retuli. i. recitaui in adhuc. i. ad hunc vſque locum, manauerunt ſupp. mœnibus noſtris. i. Romanis, & regionibus finitimis, id ſup. quod ſequitur manauit. i. diffuſum eſt per totum orbem terrarum.

DE EODEM SENATV, ET FABRICIO.

* Cic. lib. 3. de offi. Gel. lib. 3. c. 8. Plut. in Pyrrh. Flor. li. 1. cap. 18. & Eutro. lib. 2. quāuis diſſentiāt.

T*IMOCHARES* * *Ambracienſis Fabricio Cos. pollicitus eſt ſe Pyrrhum veneno per filium ſuum, qui potionibus eius præerat, necaturum: ea res cum ad ſenatum delata eſſet, miſſis legatis Pyrrhum monuit, vt aduerſus huius generis inſidias cautius ſe gereret: memor vrbem à filio Martis conditam, armis bella, non venenis gerere debere. Timocharis, autem nomen ſuppreſſit: vtroque modo æquitatem amplexus: quia nec hoſtem malo exemplo tollere, nec eum, qui bene mereri paratus fuerat, prodere voluit.*

OLIV. Fabricii æquitas erga Pyrrhum.

TIMOCHARES Ambracienſis] Hiſtoria hæc diuerſo modo narratur Gel. lib. 3. c. 8. dum Pyrrhus, inquit rex in Italia foret, & ſemel, atque iterum cum Romanis feliciter pugnaſſet ſatisq́; agerentur Romani, quod pleraq; Italia ad regem deſciuiſſet; cum Ambracienſis quiſpiam Timochares Pyrrhi regis, amicus, ad Caium Fabricium cōſulem furtim venit, ac præmium petiit, & ſi de præmio conueniret promiſit regem veniens necare, idq́; ſibi facile factum eſſe dixit qm̄ filii ſui pocula in conuiuio miniſtrarent, eam rem Fabricius ad ſenatum ſcripſit, ſenatus ad regem legatos amiſit, mādauitque, vt de Timoch. nihil proderent, ſed monerent vti rex circunſpectius ageret, atq; à proximorum inſidiis ſalutem tutaretur, hæc, ita ſicut diximus in Valer. Antiatis hiſtoria ſcriptum eſt. Quadrigarius autē lib. 3. non Timocharem, ſed Nicia adiiſſe conſulem ſcribit, neque legatos à ſenatu miſſos, ſed à conſulibus. Pyrrhum vero P. R. laudes, & gratias ſcripſiſſe, captiuosq́; omnes quos tunc habuit reſtituiſſe, & reddidiſſe Romanis, conſules tūc fuere C. Fabr. atque Aemilius literas, quas ad regem Pyrrhum ſuper ea remiſerunt, Claudius quadrigarius ſcripſit fuiſſe has 9. conſules Rom. S. D. Pyrrho regi. Nos pro tuis iniuriis cōtinuo animo ſtrenue commoti, inimiciter tecum bellare ſtudemus.

Cōſulum literæ ad Pyrrhum.

ſed communis exempli,& fidei gratia viſum eſt, vt ſe ſaluũ velimus,vt eſſet,quẽ armis vincere poſſimus,ad nos venit Nitias familiaris tuus,qui ſibi precium à nobis peteret ſi te clam interemiſſet.id nos negauimus velle, ne ve ob eam rem quidquam cõmodi expectaret,& ſimul viſum eſt, vt te certiorẽ faceremus, ne quid eiuſmodi,ſi accidiſſet, noſtro cõſilio ciuitates putarẽt factum,& quod nobis non placet precio,aut præmio, aut dolis pugnare,tu niſi caueas,iacebis.Pyrrhus rex conſulibus,& P.R. laudes,gratiasq; ſcripſit,captiuosq; omnes,quod ſecum habebat,conſulibus reſtituit,redditq; Val. in hac hiſtoria imitatus Val.antiatem.Cic.lib.offic.3.cum inquit rex Pyrrhus P,R.bellum vltro intuliſſet,cumq; de imperio certamen eſſet cum rege generoſo, atque potente, perfugia ab eo venit in caſtra Fab. eiq; pollicitus,ſi præmiũ ei propoſuiſſet, ſe vt clam veniſſet ſic clam in Pyr.caſtra rediturum, & eum veneno necaturum hũc Fabr.reducẽdum curauit ad Pyrrhum,idq; eius factũ a ſenatu laudatũ eſt.Sen.ad Luc.epi.123. Fabr.inquit Pyrrh· regiq aurũ repulit,maiusq; regno regias iudicauit opes poſſe contemnere,idem medico Pyrrhi promittenti, venenum ſe regi daturũ, monuit Pyrrhum cauere inſidias, eiuſdem animi fuit auro nõ vinci, auro non vincere Plut. in vita Pyrrhi hoc modo tradit hiſt.Cum Fab.conſulatum iniiſſet, veniens quidam ad eum in caſtra epiſtolam detulit à medico regis perſcriptam,in qua pollicebatur ſe Pyrrhum veneno necaturum, ſi præmium ſibi traderetur,abſque vllo diſcrimine bellum pro Rom. conficiens. At Fab.iniuriã hominis deteſtatus, & collega in eandem ſententiam adducto, Pyrrhum ſtatim per literas monuit, vt inſidias medici caueret,literæ huiuſmodi fuere C.Fab.& Q.Aemil.cõſules Pyrrho regi ſalutem. Neque amicorum, neque hoſtiũ fortunarum æſtimatores nos eſſe videris, cognoſces.n.cum hanc epiſt.ad nos miſſã perlegeris,te bonis quidẽ,ac iuſtis viris bellũ inferre,malis vero atque iniuſtis confidere, hæc autem non tui gratia nota facimus tibi, ſed ne mors tua nobis calũniam afferat,quaſi virtute nequiremus te ſuperare dolo contendiſſe. Acceptis itaque Pyrrhus Fab. litteris medicoq; conuicto, ac ſupplicio iuſte affecto, ad retributionẽ beneficii captiuos oẽs gratis Fab.Romanisq; reſtituit.[Porionibus]Quia vt diximus Timocharis filii pincernæ Pyrrhi regis erant,hoc eſt vini,& epularum prægustatores.[A filio Matris]Romulo.[Benemeriti præſtare P.R.beneficium,diſſentit à quadrigario Val. ſimiliter,& Eutropius, qui & ipſe hanc narrat hiſtoriam, nam quadrigarius, & Eutropius dicunt proditorem fuiſſe nominatum.Val. non fuiſſe,cuius ſententiæ,& Antias Valer.fuit.

ASCEN. Timochares].ſ.medicus,Ambracienſis.ſ.natione, pollicitus eſt Fab.conſuli ſe necaturum Pyrrhum.ſ. regem Epirotarum, qui tunc pro Tarentinis contra Romanos bellum gerebat,veneno per filium ſuum,qui præerat portionibus.ſ.diluendis Pyrrho ad conſeruandam ſoſpitatem, ea res cum eſſet delata per Fabricium ad ſenatum, legatis miſſis, monuit Pyrrhũ vt gereret ſe cautius aduerſus huiuſmodi inſidias, monuit dico,memor vrbem.ſ.Romã conditã à filio Martis, videlicet Romulo,debere gerere bella armis,non veneno.Aũt pro ſed,Senatus ſuppreſſit nomen Timocharis amplexus æquitatem vtroq; modo, quia nec voluit tollere hoſtẽ exẽplo.i.malo pernicioſo futuro,ſi ſimili modo poſteri vincere tentarent,nec prodere eũ qui paratus erat bene mereri.ſ.de Rom.licet nõ de Pyrrho cui tñ plus debebat,vnde indignus erat,q viueret, nec minus Pyrrho prodendus,quã ludi magiſter Phaliſcis,vnde auctor pro arbitrio ſuo prius laudauit,qui illum prodiderunt,& nũc,qui hũc prodere noluerunt,cum par ſit ratio, & forte iuſtior Ludi magiſter,qui forte vt obſtinatos animo à periculo, arceret potentiſſimorum liberos in hoſtium poteſtatẽ traduxit. Sed nos exitum explanandum,non cenſendum recepimus. Oliu.etiam variationem in hiſtoriis,quoties opus eſt,fideliter adnotat.

DE QVATVOR TRIB. PL.

*Liu. lib. 4. vbi C. nõ L. vocat.

*SVMMA * iuſtitia in quatuor quoque Trib.pl.eodem tempore conſpecta eſt. nam, cum C. Atracino, ſub quo duce aciem noſtram apud Veruginem à Volſcis inclinatam cum ceteris equitibus correxerant, diem ad populum L.Hortenſius collega eorũ dixiſſet, pro roſtris iurauerunt,in ſquallore ſe eſſe, quo ad imperator ipſorũ reus eſſet futurus.nõ ſuſtinuerunt enim egregij iuuenes, cuius armati periculum vulneribus, & ſanguine ſuo defenderant, eius togati vltimum diſcrimen poteſtatis inſignia retinentes,intueri:qua iuſtitia mota cõcio, * actione Hortenſium deſiſtere coẽgit. Nec ſe etiam aliter co facto,quod ſequitur, exhibuit.*

* accuſatione

OLIV. SVMMA iuſtitia in quatuor quoque] Cum Lucius Atracinius eum exercitu miſſus eſſet aduerſus Volſcos, apud Ferruginem caſtra poſuit,deinde cum placuiſſet pugnam cum hoſte conſerere, eductis vtrinque copiis primo congreſſu Rom.pedem retulerunt,deinde cum domum rediiſſent Atracino dies dicta eſt à Luc. Hortenſio eius collega, & tribuni teſtes adducti,quia ea iuſtitia vſi ſunt,vt iurarent ſe triſtes, & in mœrore poſitos eſſe ꝙ imperatorem ſuum reum futurũ viderent. [Ferruginem]lacus eſt in Volſcis.[Inclinatã] in fugam conuerſam, vel quæ pedem retuliſſet. [Inſignia poteſtatis] Tribunitiam poteſtatem gerentes.

ASCEN. SVmma quoque iuſtitia conſpecta eſt vno tẽpore in quatuor trib.pl.Nam cum L.Hortẽſius collega eorum.i.etiam trib. pl.dixiſſet diem ad populum L.Atracino,ſub quo duce ipſi tribuni correxerant cum ceteris equitibus aciem noſtram inclinatam.i.impulſam ad fugã,aut occaſum, à Volſcis apud Ferruginem.ſ.lacum,iurauerunt pro roſtris.i.ante roſtra, ſe eſſe.ſ.futuros in ſquallore,quo ad.i.quãdiu,imperator ipſorum futurus eſſet reus.Enim pro quia, ipſi egregii iuuenes non ſuſtinuerũt, intueri togati.i.domi, & in vrbe retinẽtes inſignia poteſtatis. ſ.tribunitia,diſcrimen.i.periculũ vltimũ,videlicet capitis eius. ſ.ducis ſui, cuius periculum ipſi armati defenderũt vulneribus & ſanguine ſuo, obiiciendo videlicet corpora ſua hoſtibus,pro duce ſuo.[Qua iuſtitia].i.æquitate,cõcio.i. tota multitudo populi commota,coegit Hortenſium deſiſtere ab actione.ſ.cœpta contra L.Atracinum,nec ſup.concio, aut P.R.exhibuit etiam ſe aliter.ſ.quam æquũ erat ſentiendo eo facto,quod ſequitur.

DE TyB. GRACCHO, ET C. CLAVDIO.

*Plin. de vir.illuſt.

*CVM Tyberius * Gracchus, & C.Claudius ob nimis ſeuere geſtam cenſuram, maiorem partem ciuitatis exaſperaſſent, diem his M. Pompilius tribunus pl. perduellionis ad populum dixit, præter communem conſternationem,priuata etiam ira accenſus, quia neceſſarium eius Rutilium ex publico loco parietem demoliri iuſſerant: quo in iudicio primæ claſſis permulta centuriæ Claudium aperte damnabant. de Gracchi abſolutione vniuerſa conſentire videbantur. qui clara voce iurauit, ſi de collega ſuo grauius eſſet iudicatum, in factis ſe paribus eandem cum illo pœnam exilij ſubiturum eaq; iuſtitia tota illa tempeſtas ab vtriſque fortunis, & capite depulſa eſt. Claudium enim populus abſoluit, Graccho cauſa dictionem M.Pompilius remiſit.*

OLIV. CVM Tyb.Grac.]Tyberius Gracchus, & C.Claudius collegæ fuerunt in cenſura quã cũ tetrice non minus exercuiſſent,ſibi populi inuidiam,& odium contraxerant. erantq; iam infenſi populo,cum M.Pompilius Trib.pl.qui præter publicum priuato etiam in cenſores odio tenebatur,quod Rutilii neceſſarii ſui parietes,quos aliorum cenſorum negligentia in publico per aliquot annos habuerat, euerti iuſſerãt,diem illis dixit ad populum,in quo iudicio, cum primæ claſſis centuriæ plane damnarent Claudium,cuius nomen,& gens plebi ſemper inuiſa fuit,& reliquæ Gracchum abſoluerent,Gracchus ſi grauius, inquit in collegam meum quidquam ſtatueris, ſcitote mecum illo voluntarium exilium ſubiturum, neque enim æquum eſt, vt qui in eadem cauſa fuit,non eodem quoque iure cenſeatur quo dicto,populus vtrunque abſoluit.[Exaſperaſſent] Exacerbaſſẽt,irritaſſent [Perduellionis]Erat, vt diximus, lex hoſtilis criminis, & dicebatur perduellio, quod pertinaciter bellum reſiſteret, & erat quaſi capitale iudicium. [Demoliri] Euertere. [Remiſit dictionem cauſæ] Non coegit cauſam dicere, hoc eſt ſe defendere, ſed ab ea re liberauit.

ASCEN. CVm Tyberius Grac.& C.Claudius exaſperaſſent].i. irritaſſent in ſe maiorem partem ciuitatis ob.i.propter cenſuram geſtam nimis ſeuere M. Pompilius Trib.ple. dixit his ad

populum

populum illum diem perduellionis.i.qua ſe purgarent de crimine perduellionis, cuius conuicti, vt hoſtes condemnabantur, dixit inquam Pompilius illi diem accenſus .ſ. præter cõmunem conſternationem .ſ. totius populi, etiã ira priuata.i.ſibi propria, quia cenſores iuſſerant Rutilium neceſſarium eius .ſ. Pompilij demoliri parietem .ſ. domus ſuę de loco publico, in quo iudicium permultæ cenſuræ primæ claſſis .ſ. ex quinque, in quas P.R. diuiſus erat, ſecundum rationem cẽſus, dãnabant aperte Claudium & vniuerſæ .ſ. centuriæ videbantur conſentire de abſolutione Grac. ſ. Tiberij, qui iurauit clara voce, ſi iudicatũ eſſet grauius de collega ſuo, ſe ſubiturum cum illo in factis paribus, eandem pœnam exilij. & tota illa tempeſtas.i. ingruens commotio populi depulſa eſt à capite, & fortunis.i.bonis vtriuſq; .ſ. tam Claudij, quam Gracchi ea iuſtitia .ſ. Grac. Enim pro quia, populus abſoluit Claudium, & M. Põpilius remiſit, Gracchο dictionem cauſæ.i. ſui purgationem.

DE COLLEGIO TRIBVNORVM.

MAGNAM laudem & illud collegium Tribunorũ tulit, quòd cum vnus ex eo L. Cotta fiducia ſacroſanctæ poteſtatis creditoribus ſuis ſatisfacere nollet, decreuit, vt ſi neque ſolueret pecuniam, neque daret, cum quo ſponſio fieret, appellantibus ſe creditoribus auxilio futurum: iniquum ratum maieſtatem publicam priuatæ perfidiæ obtentui eſſe. Itaque Cottam in tribunatu quaſi in aliquo ſacrario latentem, tribunitia inde iuſtitia extraxit.

OLIV. MAGNAM laudem Cotta Trib. pl. creditoribus ſuum debitum repoſcentibus ſoluere recuſabat, quia Trib. pl. in ius cogi poſſe negaret, collegium tribunorum id præter æquitatem eſſe ducens, vt publica maieſtas tribunatus collegæ priuatam perfidiam contegeret, Cottam ſatiſdare creditam pecuniam coegerunt, non illi quidquam veluit ſacroſancta poteſtas aduerſus iuſtitiæ partes [Aliquo ſacrario] In aliquo templo, vbi tutus lateret vnde extrahi non poſſet.

ASCEN. MAgnam, &c.] Ordo eſt. Et .i. etiam illud collegium tribunorum tulit magnam laudem, quod cum L. Cotta vnus ex eo .ſ. collegio nollet ſoluere, id eſt, ſatisfacere creditoribus ſuis fiducia ſacroſanctæ poteſtatis .ſ. tribunitiæ, & decreuit, vt ſi, ſcilicet Cotta, neque ſolueret pecuniam .ſ. debitã, neque daret .i. exhiberet ſe ſup. illi, cum quo ſponſio fieret ſup. ſe, hoc eſt ipſũ collegium futurum auxilio creditoribus appellantibus eum .ſ. collegam ſuũ Cottam in ius, ratum .i. arbitratum .ſ. collegium iniquum ſup. eſſe maieſtatem publicã .i. innentam, vt populum contra potentiam paucorum defendat, eſſe perfidiæ priuatæ obtentui .i. ad obtinendum, quod vellet. [Itaque .i. & ita, iuſtitia tribunitia extraxit Cottam latentem in tribunatu, quaſi in aliquo ſacrario extraxit dico eum inde.

THEO. L. Cotta] Ianus Par. exiſtimabat hunc à Lucil. notari per hæc 11. ſaty. carmina. Cotta ſenex Craſſi pater huius parcere magnus Tricho fuit nummos, ſoluere nulli lentus .i. facilis ex interpretatione Nonij Marc. Nam moroſus, & ad reddendum durus Tricho dicitur.

DE CN. DOMITIO TRIB. PLEB.

* Cice. in orat. pro Deiot. *CVIVS vt ad alium * æque illuſtrem actum tranſgrediar, Cn. Domitius Trib. pl. M. Scaurum principem ciuitatis in iudicium populi deuocauit, vt ſi fortuna aſpiraſſet, ruinam: ſin minus, certe ipſa obtrectatione ampliſſimi viri incrementum claritatis apprehenderet. cuius opprimendi cum ſummo ſtudio flagraret, ſeruus Scauri ad eum noctu peruenit, inſtructurũ ſe eius accuſationẽ multis, & grauibus domini criminibus promittens: erat in eodem pectore inimicus, & Domitius, & dominus, diuerſa æſtimatione nefarium indiciũ perpendens, iuſtitia tamen vicit odium: continuo enim & ſuis auribus obſeratis, & indicis ore clauſo, duci eũ ad Scaurum iuſſit: accuſatorem etiam reo ſuo, ne dicam diligendum, certe laudandum: quem populus tum propter alias virtutes, tum hoc nomine libentius, & Cõs. & Cẽs. & Pont. Max. fecit.*

OLIV. Domitij æquitas erga Scaurũ. CVIVS vt ad alium] Cn. Domitius M. Scaurum accuſauit, hic Domitius fuit, qui quarto conſulatu Marij Pont. Maximus populi ſuffragio creatus eſt. Scaurum autem accuſauit hac de cauſa, conſul eum Caſſio fuit, & cum eſſet trib. pl. iratus Scauro, quod eum in augurum collegio non cooptauerat, diem ei dixit ad populum, & multã irrogauit, quod eius opera ſacra multa P. R. imminuta eſſe diceret, crimini dabat ſacra publica P. R. Deum penatum, quæ Lauini fierent eius opera imperfecte fieri, eo igitur tẽpore, quo illũ accuſaret, ſeruus Scauri ad eũ venerat, promittens ſe domini ſui multa crimina indicaturum, quibus eum facilius poſſet opprimere. Domitius tãta fuit iuſtitia, vt nec illud audire voluerit, ſed vltro, etiã vinctum ad dominũ remiſerit. [Vt ſi fortuna] Duplici cauſa fecit, vt vel ſi fortuna faueret, eum condemnaret, ſin minus ſua ſalute opes augeret. [Incrementum claritatis] Quod auſus eſſet tm̃ virum accuſare, augebat dignitatem, & opes ſuas. [Erat] exaggerat rem Val. [Inimicus, & dominus] Nam in eo quod dicit Domitius virũ maximũ in eſſe voluit, nam magni ſpiritus fuit Domitius, ergo non vnumquenque inimicum eſſe voluit, ſed acerrimum inimicum ſignificat. [Nefarium] Seruus nefarius fuit, qui domini ſui ſecreta prodere voluit. [Pont. Max.] Quia quarto Marij conſulatu Pont. Max. cum Caſſio creatus eſt.

ASCEN. CVius .ſ. collegij Tribunitij (vt tranſgrediar ad alium æque illuſtrem .i. clarum C. Domitius trib. pl deuocauit in iudicium populi M. Scaurum principem ciuitatis, vt ſi fortuna aſpiraſſet ita, vt eum conuincere poſſet, apprehenderet ruinam .ſ. Scauri, ſi minus .i. ſi non aſpiraſſet, apprehenderet .i. aſſequeretur certe .i. ſaltẽ obtrectatione viri clariſſimi incrementum claritatis .i. nobilitatis .i. clarior, & nobilior, fieret, eo quod talem virũ auſus eſſet in ius vocare. [Cuius .ſ. Scauri opprimendi, cum .ſ. C. Domitius flagraret .i. arderet ſummo ſtudio, ſeruus Scauri peruenit ad eum nocte, promittens ſe inſtructurum accuſationẽ .ſ. actiuam eius .ſ. Domitij multis & varijs criminibus, domini .ſ. ſui Scauri. [In eodem pectore] .ſ. Domitij, erat .i. obſeruabat inimicus, & Domitius .i. ex vna parte, qua videlicet Scaurus condẽnetur, & videbantur crimina ſerui admittenda, ſtabat Domitius, vt inimicus, & vt Domitius .i. nõ vulgaris inimicus, ſed acerrimus, ex altera, qua æquitas ſeruetur, videbãtur crimina reijcienda, & ſeruus improbus ad dominum mittẽdus, ſtabat dominus .ſ. Scaurus, hoc nomine cõtra ſeruũ plurimũ faciens, quod dominus eſſet, erat ergo Domitius, & dominus in eodẽ pectore perpendens .i. ponderans, & æſtimans diuerſa æſtimatione indicium nefarium .i. quod ſeruus nefarius facere volebat, quia quã Domitius ad odiũ ſuum reſpiciebat, volebat quauis via Scauro nocere, quã vero animaduertebat, ſe non debere vti iniquitate ſerui in dominum, reiecit indicium eius, & ita tandem, iuſtitia vicit odium. Enim pro quia, Domitius iuſſit continuo eum .ſ. ſeruum duci ad Scaurum .ſ. dominum ſuũ auribus ſuis .ſ. Domitij, qui id iuſſerat obſeratis .i. clauſis, ne audiret delationẽ ſerui contra dominũ, & ore iudicis clauſo, quia non poterat iudicare de criminibus, quę accuſator in reum non intenderat. [Accuſatorem] .i. accuſatorem .ſ. Domitiũ, ne dicam .i. vt non dicã eum diligendum reo ſuo .ſ. Scauro, quia difficile eſt ob talẽ æquitatem inimicũ diligere, certe .i. ſaltem laudandũ. [Quem] .ſ. accuſatorem, hoc eſt Domitium populus fecit, tum .i. pariter propter alias virtutes ſup. eius, tum .i. pariter hoc nomine .i. hac ratione, & hoc merito libentius, & cõſulem, & cenſorem, & Pont. Max.

DE L. CRASSO.

*NEc aliter * ſe L. Craſſus in eodem iuſtitiæ experimento geſſit. Cn. Carbonis nomen infeſto animo vtpote inimiciſſimum ſibi detulerat: ſed tamen ſcrinium eius à ſeruo allatum ad ſe complura continens, quibus facile opprimi poſſet, vt erat ſignatum, cum ſeruo catenato ad eum remiſit. Quo pacto igitur inter amicos viguiſſe tunc iuſtitiam credimus, cum inter accuſatores quoque & reos, tantum virium obtinuiſſe videamus?* Lib. 3. c. 4.

OLIV. NEc aliter] Hoc exemplum ſimile eſt ſuperiori, nam L. Craſſus cum Cn. Carbonem accuſauerat, qui vt lib. 3. dictum eſt, cap. 7. patrem etiam eiuſdem damnauerat, Sylla legatis à ſenatu miſſis reſponderat ſe in ſenatus poteſtatem

futurum, ſi ciues, qui pulſi à ciuitate ad ſe confugerant, reſtituerentur, quæ conditio cum ſenatui iuſta videretur, per Carbonis factionemq; eius, cui bellum vtilius videbatur, effectum eſt, ne conueniret. Item Carb. cum ab Italiæ oppidis omnibus obſides exigere vellet, vt fidem eorum contra Syllam obligaret, cõſenſu ſenatus prohibitus eſt: hic igitur L.Craſ. cum diem Carboni dixiſſet ad populum eadem iuſtitia, qua Domitius vſus eſt, vt ſeruum, qui ad eum cũ ſcrinio venerat, in quo tabellæ continebantur, quibus Carbonem facile potuiſſet opprimere, vinctum cum ſcrinio ſignatu ad Carb. remiſerit. [Quo pacto] Per interrogationem Val. oſtendit magnam vim habere iuſtitiam, & argumentum facit à maiori ad minus.

Craſſi iuſtitia erga Carbonẽ.

ASCAN. NEc alıter, &c.] Ordo eſt. Nec L.Craſſus geſſit ſe aliter in eodem experimento iuſtitiæ, nam ipſe detulerat i. de occulto crimine accuſauerat, nomẽ Cn. Carbonis, aio infeſto. i. inimico, & ei vim parantis, & dãnum inferre volẽti, vtpote inimiciſſimum ſibi, ſed tñ. i. nihilominus remiſit ad eum. ſ. Cn. Carb. ſcrinium. i. arculam eius. ſ. Carb. allatũ ad ſe à ſeruo. ſ. Carb. continẽs cõplura. ſ. ſcripta, quibus. ſ. Carb. poſſet comprimi inarditus. ſ. facile, remiſit dico ſcrinium illud ſignatum, vt erat. ſ. prius, cum ſeruo catenato. i. catenis vincto [Igitur quo pacto credimus]. i. credere debemus iuſtitiã viguiſſe tunc (bene tunc, quia multũ refrixit ardor ille iuſtitiæ) inter amicos, cum videamus. ſ. iuſtitiam obtinuiſſe tantum virum. ſ. quãtum tam oſtenſum quoque. i. etiam inter accuſatores, & reos? q. d. haud dubie maxime viguiſſe credendum eſt.

DE L. SYLLA.

* Liu. lib. 77.

IAM L.Silla * non ſe tam incolumem, quàm Sulpitium Rufum perditum voluit, tribunitio furore eius ſine vllo fine vexatus. Ceterum cum eum proſcriptum, & in villa latentem à ſeruo proditum comperiſſet, manumiſſum parricidam, vt fides edicti ſui extaret præcipitari protinus è ſaxo Tarpeio, cũ illo ſcelere parto Pileo iuſſit: victor alioqui inſolens, hoc imperio iuſtiſſimus.

OLIV. IAm L.Silla] Nota eſt hiſtoria ſupra ſæpe notata, quomodo Sulp. Rufus trib. pl. legem promulgauerat ad populum vt prouincia Ponti quæ ante eemandata fuerat Syllæ, qui conſul erat, Mario traderetur, vnde orta ſunt inter eos bella ciuilia, ſed deuictis Marianis partibus, cũ inter ceteros hic Sulpitius proſcriptus eſſet, & in villa lateret, à quodã ſeruo ſuo proditus eſt. Syla vero ſãctiſſima iuſtitia vſus eſt, vt ſeruum ꝑ edicto ſuo primo libertate donaret, deinde illũ tanquã parricidã è Tarpeio ſaxo præcipitari iuſſit, ſicq; ceteris ſtatuit exẽplũ; nequid tale in dominos ſuos audeãt. laudat ergo hanc iuſtitiam in Sylla Val. conſtat. n. Sillam crudeliſsimũ fuiſſe, in hoc vero iuſtiſsimus fuit. [Tribunitio furore] Hic. n. Sulpitijs Trib. pl inauditæ ſuperbiæ, temeritatis fuit, qui trecentos ſecum milites haberet, quaſi ſatellites, quos vt diximus, Antyſindicos appellabat videlicet cõtra Senatum. [Parto pileo, parta libertate, nam raſo tñ capite pileum ſerui capere ſolebant, cum libertate donarentur.

ASCEN. IAm L.Sylla non voluit]. i. deſiderauit tam. i. tantopere ſe incolumem q̃. i. quantopere voluit Sulp. Rufum perditum, ſup. eſſe vexatus furore Tribunitio eius. ſ. Ruſi, ſine vllo fine. i. modo & rõne, ceterum cum comperiſſet eum proſcriptũ. i. qui proſcriptus erat, & latentẽ in villa. ſ. ſua proditũ à ſeruo, iuſsit parricidam. i. domini, & quaſi patris ſui occiſorem, manumiſſum. i. donatum libertate, vt fides edicti ſui extaret, quia edixerat, quod quicunque ſeruus proſcriptũ indicaret, libertatẽ aſſequeretur, præcipitari protinus. i. ſtatim, vt erat manumiſſus cum pileo parto ſcelere. ſ. proditionis, quia dum manumittebantur raſo capite accipiebant pileum, vt alibi dictũ eſt, exiſtens ſupp. victor inſolens, alioqui. i. in alijs factis ſuis, ſed ſup. iuſtiſsimus hoc imperio, quo ſeruum præcipitari iuſſerat.

EXTERNA.

DE PITTACO MITYLENAEO.

* Laert. in vita.

VERVM ne * alienigenæ iuſtitiæ obliti videamur, Pittacus Mitylenæus, cuius aut meritis tantum ciues debuerunt, aut moribus crediderunt, vt ſuis ſuffragijs tyrannidem deferrent, tandiu illud imperium ſuſtinuit, quamdiu bellum de Sygæo cum Athenienſibus gerendum fuit. poſtquam autem pax victoria parta eſt, cõtinuo reclamantibus Mitilenæis depoſuit, ne dominus ciuiũ vltra, quàm reip. neceſſitas exegerat, permaneret: atque etiam cum recuperati agri dimidia pars conſenſu omniũ offeretur, auertit animũ ab eo munere, deforme iudicans virtutis gloriam, magnitudine prædæ minuere.

OLIV. VERVM ne alienigenæ iuſtitiæ, &c.] Quo Pittacus imperium adeptus fuerit diximus lib. 4 cap. 1. de moderatione. Cum igitur paſſus eſſet ſe tyrannum. i. regem creari à ciuibus ſuis, quod opera ſua opus eſſe ciuitati videret, nã certabant de Aquileiidis agri poſſeſſione vel vt alij dicũt de Sygæo promontorio, Athenienſes & Mytilenæ. i. poſtquã ductu, & auſpicio ſuo Ath. victi ſunt, ſicut ſuo loco diximus, tyrannidẽ depoſuit, præterea cum ex agro bello partu magnũ illi ſpaciũ traderent, poſſidendum, vtpote dimidiam eius partem, ille cõſtanti animo recuſauit, quod exſtimaret magnitudine prædæ, gloriam bello partam minui. [Meritis] Vt ſibi tyrannidem traderent, aut quod de rep. tã bene merebatur, vt tyrannide dignus videretur. [Acclamantibus] Contra clamantibus, & renuentibus. [Vltra quàm neceſſitas exigeret] Nam deuictis hoſtibus, & parta victoria, cum operam patriæ ſuã minime neceſſariam videret, imperium depoſuit.

ASCEN. VEruin ne videamur obliti iuſtitiæ alienigenæ i. externarum gentium: Pittacus Mitilenæus, cuius aut meritis ciues debuerunt tantum, quia eos ab Athen. iugo liberauerat, aut crediderunt tñ moribus, quia inter ſapiẽtes habitus eſt & hõneſte vixit, vt deferrent ſup. ei, ſuis ſuffragijs. i. propria ſpõte, & fauore, tyrannidem. i. imperium vrbis ſuæ, ſuſtinuit. i. ſibi tenuit tandiu illud imperium, quãdiu bellum fuit gerendũ, cũ Athen. de Sygæo. i. de poſſeſſione Sygæi. ſ. promõtorij, aũt. i. ſed poſtquam pax eſt parta. ſ. Mitylenæis, victoria. i. per victoriam habitam contra Athen. ipſe continuo depoſuit. ſ. tyrannidem, aut imperium, Mitylenæis reclamantibus. i. clamore, ſe id nolle atteſtãtibus, ne permaneret dominus ciuium, vltra q̃ neceſſitas reip. exegerat atque etiam cum dimidia pars agri recuperati. ſ. ab Athen. in Sygæo, offerretur ſup. ei. conſenſu omnium. ſ. Mitylenæorum, ipſe Pittacus auertit animũ ab eo munere iudicãs deforme ſup. eſſe, diminuere gloriã virtutis, magnitudine prædæ.

DE ARISTIDE ATHENIENSI.

* Cic. lib. 3. de off. & Plut.

ALTERIVS * nunc mihi prudentia referenda eſt, vt alterius repreſentari iuſtitia poſſit. Cum ſaluberrimo conſilio Themiſtocles migrare Athenienſes in claſſem coegiſſet, Xerxeq; rege, & copijs eius Græcia pulſis, ruinas patriæ in priſtinum habitum reformaret, & opes clandeſtinis molitionibus ad principatum Græciæ capeſſendum nutriret, in concione dixit, habere ſe rem deliberatione ſua prouiſam, quam ſi fortuna ad effectum perduci paſſa eſſet, nihil maius, aut potentius Athenienſi populo futurum, ſed eam vulgari non oportere: poſtulauitq;, vt aliquis ſibi, cui illam tacite exponeret, daretur: datus eſt Ariſtides. Is, poſtquam cognouit eum claſſem illam Lacedæmoniorum, quæ tota apud Gytheũ ſubducta erat uelle incẽdere, vt ea conſumpta, dominatio maris ipſis cederet, proceſſit ad ciues, et ipſis retulit, Themiſtoclem vt vtile conſilium, ita minime iuſtũ animo voluere. eueſtigio vniuerſa concio, quod æquum non videretur, nec expedire quidẽ proclamauit: ac protinus Themiſtoclem incæpto iuſſit deſiſtere.

OLIV. ALTERIVS nunc mihi] De iuſtitia dicit Ariſtidis, quã ſupra tetigimus, ꝙ poſtquam Xerxes è Græcia, pulſus eſt conſilio, & ductu Themiſtoclis, mœnia quoque vrbis Athen. tandem reſtituta ſunt, quæ ſolo fuerant adæquata. Themiſt. illuc toto animo intentus erat, vt totius Græciæ imperiũ Athen. recuperarent, conuocata igitur cõcione dixit ſe habere conſilium reip. ſaluberrimum imperijq; Athẽn. vtiliſsimum, ſed illud ad exitum non deduci niſi occultetur. Athen. rñderũt, vt in conſilium Ariſtidem admitteret, qui ſi probaret, exequeretur, tñ apud Athen. Ariſtidis valebat auctoritas, qui cognito

Themiſto-

Themiſtoclis conſilio in concionem prodijt, & conſilium Themiſtoclis vtile quidem eſſe dixit, ſed minime honeſtũ, erat autem, vt Lacedæmoniorũ claſſem incenderent, quę erat in portu Gytheo. Athen. vbi turpe Themiſtoclis eſſe conſilium viderunt, ſucclamarunt omnes non eſſe admittendũ. tantum iuſtitiæ, & honeſtatis momentum fuit apud populum illum, vt q̃q̃ vtiliſſimum videretur, tamen quia inhoneſtum, reſpueretur, neque.n. dubium erat, quin Lacedæmoniis claſſe priuatis, totius Græciæ imperium Athen. facile occupaſſent. Cic. Offic. lib. 3. Themiſt. inquit, poſt victoriam eius belli, quod cum Perſis fuit, dixit in concione ſe habere conſilium reip. ſalutare, ſed id ſciri non opus eſſe, poſtulauitq́; vt aliquẽ populus daret, qui cum communicaret, datus eſt Ariſtides, huic ille claſſem Laced. quæ ſubducta eſſet ad Gytheũ clam incendi poſſe dixit, quo facto frangi Lacedæmoniorum opes neceſſe eſſet, quod Ariſtides, cũ audiuiſſet, in concionem magna expectatione venit, dixitque perutile eſſe conſilium, quod Themiſt. afferret, ſed minimè honeſtum, itaq; Athen. quod honeſtum non eſſet, id ne vtile quidem putarunt, totamq́; eam rem, quam ne audierant quidem, auctore Ariſtide repudiarunt. [Alterius] ſ. Themiſtoclis, qui vtile conſilium inuenit. [Alterius] ſcilicet Ariſtides, qui faciendum eſſe negauit. [Maius] Quantum ad vtilitatem. [Potentius] Quantum ad imperium. [Deducere] Propriè eſt in mare ducere. [Subducere] In portum trahere.

ASCEN. A Lterius] Ordo eſt. Prudentia alterius. ſ. viri, vtpote Themiſtoclis eſt referenda. i. recenſenda mihi. i. à me, vt iuſtitia alterius. ſ. viri, vtpote Ariſtidis, & totius populi Athen. poſſit repræſentari. ſ. oculis legentium, aut auribus audientium iſta. [Cum Themiſtocles dua Athen. coegiſſet cõſilio ſaluberrimo Athenien. migrare. i. derelicta vrbe in naues, quaſi habitatione transferre, & Xerxe rege, & copiis eius pulſis Græcia. i. poſtquã Xerxem, cum copiis eius pepuliſſet è Græcia, reformaret ruinas patriæ ſ. vrbis Athen. per Xerxem deſtructæ, & quaſi ſolo æquatæ, in habitum priſtinum. i. formam, & ſtatum priorem, & nutriret opes. i. facultates, molitionibus. i. conatibus clandeſtinis. i. occultis, ad principatum Græciæ capeſſendum. i. inuadendum, dixit in cõcione. i. in oratione ad populum ſe habere rem prouiſam. i. excogitatam, ſua deliberatione. i. meditatione animi, q̃. ſ. rem, ſi fortuna paſſa eſſet perduci ad effectum, nihil ſup. eſſe:, aut dixit, nihil eſt futurum maius, aut potentius populo Athen. ſed ſup. [Dixit non oportere. i. non conducere eã. ſ. rem vulgari. i. vulgo indicari, & poſtulauit, vt aliquis daretur ſibi, cui exponeret illã. ſ. rem, tacitè. i. in ſecreto, hoc eſt occultè, non tamen tacẽdo, vnde mirè dixit tacitè exponeret. Ariſtides, vir ille Athen. prudens, & iuſtus, datus eſt Themiſtocli, vt ei conſilium ſuum cõmunicaret. Is. ſ. Ariſtides poſtquã cognouit ſup. Themiſtoclem, velle incendere claſſem illam. ſ. nobilem Lacedæmoniorũ, quæ tota erat ſubducta. tam littus tracta apud Gytheum. ſ. portum, vt ea. ſ. claſſe cõſumpta, dominatio maris cederet ipſis. ſ. Athen. proceſſit ad ciues, & retulit Themiſtoclem voluere animo conſilium vt vtile, ita minimè iuſtum, & ita reuera non erat vtile, quia inhoneſtũ, videbatur tamen quia imperium ſuiſſet aucturum: vniuerſa concio proclamauit e veſtigio. i. priuſquam Ariſtides, aut ipſi veſtigium mutarẽt, id quod non videretur æquum. i. iuſtum, nec quidem. i. non etiã expedire. i. vtile eſſe, ac protinus iuſſit Themiſtoclẽ deſiſtere ab incepto, vnde non minus iuſtus fuit totus populus, quàm Ariſtides.

G Ytheum ſubducta erat] Gytheum maritimum oppidum, naualeque Lacedæmoniorum, de quo Lycophron, Cicer. Pauſan. & Stephanus.

DE ZALEVCO LOCRENSI.

* In Themiſt. Cic. li. 2. de legi. & ep. 1. lib. 1. c. 3. Str. lib. 3. Euſe. Ath. & Laer. in Pith. & Stob. ſermo. 92.
* Zeleuncus

N Ihil *illis* * *etiã iuſtitia exemplis fortius.* * *Zeleucus vrbe Locrenſium à ſe ſaluberrimis, atque vtiliſſimis legibus munita, cum filius eius adulterij crimine damnatus, ſecundũ ius ab ipſo cõſtitutum, vtroq; oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem patris neceſſitatem pœnæ adoleſcentulo remitteret, al. quandiu repugnauit, ad vltimum precibus populi euictus, ſuo prius, deinde filij oculo eruto, vſum vtrique videndi reliquit. Ita debitum ſupplicij modum legi reddidit, æquitatis admirabili temperamento, ſe inter miſericordem patrem, & iuſtum legislatorem partitus.*

OLIV. Zalcucus filio non pepercit. N Ihil illis etiã] Zaleucus Locrenſium princeps fuit, & legumlator, ſicut Solon Athen. Licurgus Laced. hic igitur leges compoſuit, quibus Locrenſes remp. amplam, diuturnamq́; habuere, ſed inter cæteras, & illam tulit contra adulteros, vt qui in adulterio deprehenſus eſſet, is vtroque priuaretur oculo, forte accidit, vt eius filius in hoc crimine deprehenderetur, nam cum quadã matre familias adulterium commiſerat, & cũ ciuitas filium liberare vellet honoris gratia, pater nũquam adduci potuit, vt filio pœnam remitteret, tandem inſtantiu. eiuibus, vt abſolueretur, quandoquidẽ, inquit ita vultis, faciam, vt altero mihi, altero illi eruto oculo lex impleatur, quod etiã factum eſt, quæ profecto magna iuſtitia fuit. [Eruto] Eualſo. [Inter miſericordem] Ne omnino crudelis eſſet in filium.

OLIV. N Ihil etiam] Fortius ſup. eſt illis. ſ. ſequentibus exemplis iuſtitiæ. Seleucus, vel (vt alij ſcripſerunt) Zaleucus (ſed idẽ de eodem lib. 1. de ſimulata religione, quòd caput nuper iouentum eſt. Seleu. ſcripſerunt) vrbe Locren. in Græcia (vt opinor) potius quàm in Brutiis, nam ſunt Locri Ozole apud Epicnemios, & Opuntios, in Græcia, & etiam in Brutiis Italiæ, mũnita à ſe. i. cum ipſam monuiſſet, ſaluberrimis, atque iuſtiſſimis legibus, cum filius eius damnatus crimine adulterij, deberet carere vtroq; oculo, ſecundum ius conſtitutum ab ipſo. ſ. Seleu. ac tota ciuitas remitteret adoleſcẽtulo neceſſitatem pœnæ in honorem patris, ipſe ſup. repugnauit. i. reſtitit votis populi aliquãdiu, ad vltimum euictus precibus populi precantis, ne ſ. filium excæcaret, ſuo. ſ. patris oculo eruto prius, deinde oculo filij eruto, reliquit vtrique. i. & ſibi, & filio vſum videndi, & ſup. ita reddidit legi modum. i. metrum, & menſuram ſupplicij debitum, quia præfinitum, partitus admirabili temperamento æquitatis ſe inter patrem miſericordem, & legislatorem iuſtum.

THEO. Z Aleucus] Is Locrenſis ex Thorio fuit, vt eſt apud Suidam, Pythagoricæ familię philoſophus, & legumlator, qui pro patria pugnans interiit, initio ſeruus, ac paſtor, vbi liberaliter inſtitutus eum ciuib. ſuis leges dedit, in quibus, & hoc ſanxit, vt in publicũ mulieribus egredi liceret, ingenuæ quidem cum vna ancilla in alba veſte, cęteris autẽ in florida, ac verſicolori.

DE CHARONDA TYRIO.

* Cic. lib. 2. de leg. Laert. in Pith. & Egna. Racem. c. 12. ſed vide Stob. ſer. 42.

S Ed *aliquanto* * *Charondæ Tyrij præfractior, & abſciſſior iuſtitia ad vim, & cruorem vſque ſeditioſas conciones ciuium pacauerat, lege cauendo, vt ſi quis eas cum ferro intraſſet continuo interficeretur, interiecto deinde tempore ex longinquo rure gladio accinctus domum repetens, ſubito indicta concione, ſicut erat, in eam proceſſit, ab eoq́;, qui proximè conſtiterat, ſoluta à ſe legis ſuæ monitus: Idem ego illam, inquit, ſanciam: ac protinus ferro, quod habebat, diſtricto incubuit, cumq́; liceret culpam, vel diſſimulare, vel errorẽ defendere, pęnam tamen repræſentare maluit, ne qua fraus iuſtitiæ fieret.*

OLIV. S Ed aliquanto] Hic Charondas ciuitatem Tyrum, cuius princeps erat, cum aſſiduis ſeditionibus laborare videret, vt ſæpiſſime in foro certaretur ad ſanguinem, legem tulit, ne quis cum ferro in concionem prodiret, quod ſiquis feciſſet capitis pęna damnaretur. forte accidit, vt hic in agros proficiſcẽs cinctus gladio eſſet, & cum inde domũ rediret ſubito, indicta concione cũ ferro deſcenderet in concionẽ, non ſtudioſè, ſed oblitus ſe cũ telo eſſe, cũ igitur à proximo eſſet admonitus ſeipſum interfecit, ne quid contra legẽ per ſe factum eſſe videretur, ſed ex omni parte iuſtitia ſeruaretur. [Præfractior.] Aſperior. [Abſciſſior] Seuerior, vel breuiora τετμημένα, dicunt Græci abſciſſum dicitur, quod repente fit ſine vllo reſpectu. [Conciones.] Quia ſpe concionibus irrita, plebs vſq; ad ſanguinẽ certabat.

ASCEN. S Ed iuſtitia Charõdæ] ſ. principis Tyri. i. Tyri vrbis in Phœnicia ſup. fuit præfractior. i. aſperior, & rigidior, quia res rigida prius frangitur, quàm flectitur, & abſciſſior, ideſt breuior, & quaſi minus deliberato animo facta, nam qui aliquid ſubito diſſoluere volunt, abſcindunt illud, vt retinacula nauis, & veſtium ſuturas, vnde Cato potius diſſuendam, q̃ abſcindendam cenſuit non æquã amicitiã, quæ exempla adduco, vt vim metaphoræ, minus periti intelligãt, is ſup. aut qui Charondas pacauerat conciones ciuium ſeditioſas vſq; ad vim, & ad cruorem,

cauendo lege, vt ſi quis intraſſet eas. ſ. cõ ciones, cum ferro. i. armis ſaltem inuaſiuis, interficeretur continuo. deinde tẽpore interiecto, repetens domum ex longinquo rure accinctus gladio cõcione. i. conuocatione populi indicta, ſubito proceſſit in eam, ſicut erat. ſ. accinctus gladio, & monitus ab eo, qui proxime conſtiterat legis ſuæ ſolutæ à ſe. i. quod legem ſuam ſoluiſſet, inquit ego idem ſanciam. i. ſanguine meo firmam, & ſanctã efficiam illam. ſ. legem, ac incubuit protinus ferro, quod habebat. i. gladio ſuo. cumq; liceret ſup. ei, vel diſſimulare culpã. i. negando ſe culpam admiſiſſe, quia lator legis non videtur ſub lege teneri, vel defendere. i. purgare errore. i. propter errorem ſuum, quia non dedita opera è domo accinctus gladio proceſſerat, ſed ruro vt accinctus erat in contionem venerat, maluit tñ repræſentare. i. exhibere populo, & perſoluere pœnam. ſ. transgreſſionis ne qua fraus fieret iuſtitiæ.

THEO. CHarondę Tyrij] Ariſt. Politicorum 2. legumlatores, inquit extiterunt. Zaleucus Locris, Epizephirijs, & Charondas Cataneuſis eius ciuibus, alijsq; Chalcidici generis vrbibus circa Italiã Siciliamq;, Stephanus etiam, qui da gentibus apud græcos ſcripſit. Ex catana fuit Charondas, inquit, vnus ex ijs, qui leges Athenis condiderunt, vt mirum ſit, vnde Val. eum vocet Thurium. niſi memoriola lapſum dicamus, vel quę Zaleuci primo fuit, eam Charondę tribuerit, aut Thurius verbũ librarius ex ſuperiore capite trãſpoſuit huc incommode. Nam Val. ita ſcriptũ relinquere potuit. Zaleucus Turius vrbe Locrenſium. Suidas enim de Zalauco Locrenſis inquit ex Thurio fuit aut certe de Charondæ patria non cõuenit inter auctores, & aliquis Thurium fuiſſe ſcripſit id quod alicubi Parrhaſius legiſſe nõ meminit. Hermippus de legumlatoribus lib. 7. refert apud Athenas Charondæ leges ad menſem canſi ſolitas.

DE FIDE PVBLICA. CAP. VI.

* Fortaſſe Liu. lib. 46. certe de Lepido.

HVIVS * *imagine ante oculos poſita, venerabile fidei numen dextrã ſuam, certiſſimũ ſalutis humanæ pignus oſtentat: quã ſemper in noſtra ciuitate viguiſſe, & omnes gentes ſenſerunt, & nos paucis exemplis recognoſcamus.*

OLIV. HVius imagine] Tranſiturus ad cap. ſeq. Val. ne hoc abrupte facere videatur, quaſi præfatur, dicit enim iuſtitiam fidei dexteram porrigere, vt ſibi ſuccurrat, & recte, nam vt inquit Tullius, fides eſt totius iuſtitiæ fundamentum. [Humanæ ſalutis] Quia ſine fide humani generis ſocietas ſtare non poſſet.

ASCEN. HVius imagine ante oculos poſita] Pręfatio eſt in exempla fidei publicæ. Ordo aũt eſt. Imagine huius. ſ. iam dictæ virtutis, vtpote iuſtitiæ, poſita anta oculos. ſ. legantium, aut contemplantium venerabile numen fidei oſtentat dexteram ſuam. i. ſibi dicatã, appoſitone certiſſimum pignus ſalutis humanæ, ideo aũt oſtentat, quia ſecundum Cic. lib. 1. offi. fides eſt fundamentum iuſtitiæ, & ideo vbi iuſtitia, illic etiam fides eſt, quam. ſ. fidem, & . i. ſimul omnes gentes ſenſerunt, & nos recognoſcamus. i. atteſtemur paucis exemplis viguiſſe. i. quod ipſa viguerit ſemper in ciuitate noſtra. hoc eſt Rom.

DE SENATV POP. Q. ROM.

* Cic. pro dom. & Phil. 18.

CVM * *Ptolemæus rex tutorem populum R. filio reliquiſſet, ſenatus M. Aemilium Lepidum Pont. Max. bis Cos. ad pueri tutelam gerendam Alexandriam miſit, ampliſſimique, & integerrimi viri ſanctitatẽ reip. vſibus, & ſacris comparatam, externæ procurationi vacare voluit, ne fides ciuitatis noſtræ fruſtra petita exiſtimaretur: cuius beneficio regia incunabula cõſeruata pariter, ac decorata, incertum Ptolemæũ reddiderunt, patris ne fortuna magis, an tutoris maieſtate gloriari deberet.*

OLIV. CVm Ptolemæus] De fide pub. P. R. loquitur erga Ptol. regem Aegypti, nam Aegypti reges oẽs Ptolem. ſunt appellati. Ptolem. moriens filium in tutela P. R. reliquit, ꝙ poſtquam ad eorum aures peruenit, ne fides aliqua ex parte deeſſet, Senat. miſit Alexandriam Q. Aemil. Lepidum principem ciuitatis, & eundem optimum virum, qui tunc Pont. Max. qui bis antea conſul, qui princeps ſenatus quinquies fuerat, qui tutos Pop. eſſet, & maluit ſenatus, vt reſp. tanto viro careret, q̃ q̃ eo plurimũ indigeret, q̃ pub. fides deeſſet, tm̃ valuit, apud Pop. ſanctiſſima fides, vt maluerit hoiem, in quo animo ſanctitatis exampla conſpici poſſent, alienam, q̃ ſuæ reip. curam, adminiſtrationẽq; ſuſcipere. Iuſt. qui de hac tutela mentionẽ lib. 33. facit, non à rege tutorem relictum Pop. fuiſſe dicit, ſed poſt regis mortem ab Alexandrinis Rom. miſſos fuiſſe Leg. qui orarent P. R. vt tutelam Pupilli ſuſciperent, regnumq; tuerentur Aegyp. ꝙ iam Philip. & Antioc. facta inter ſe pactione, diuiſiſſe dicebantur, gratam legationem fuiſſe Rom. cauſam belli quęrentibus aduerſus Phil. qui, inſidiatus temporibus pun. bel. fuerat, miſſos igitur fuiſſa legatos dicit, qui nunciarent Anthioco, atque Phil. vt à regno Aegypti abſtinerent, miſſum & M. Aemil. Leg. in Ægyptum, qui tutorio nomine regnum pupilli adminiſtraret, qui ꝑfectus, bello deinde quod aduerſus Anthiocum, duce Scip. geſtum eſt, magnum ad victoriam momentum dediſſe fertur. [Comparatam] Quia reip. vtilitatibus inſeruiabat. [Et ſacris] Quia Pont. Max. ſacra publica faciebat. [Cuius beneficio] Non minorem ſplendorem & gloriam ab hac tutela Ptol. accepit, quàm à genere paterno.

ASCEN. CVm Ptolemęus] ſ. rex Aegypti reliquiſſet P. R. tutorem filio ſuo, Senatus. ſ. Ro. miſit M. Aemil. Leg. Pont. Max. & bis conſulem Alexandriam. i. in eam vrbem Aegypti vbi regia erat ad gerendam tutelam pueri, & voluit ſanctitatem viri ampliſſimi, & integerrimi comparatam. i. acquiſitam vſibus reip. & ſacris, quia etiam Pont. magnus erat vacare. i. operã plenam dare, & intantam eſſe procurationi externæ, ne fides ciuitatis noſtræ, hoc eſt Rom. videretur petita fruſtra. ſ. à Ptol. patre. Cuius. ſ. M. Aemil. beneficio cunabula regia. i. primordia vitæ regis, & filij regis conſeruata pariter, ac decorata, reddiderũt Ptol. ſ. filium incertum, ne. i. an deberet gloriari magis fortuna, id eſt, regno patris, an maieſtate tutoris. ſ. Aemilij.

DE CIVITATE ROMANA

SPECIOSA *quoque illa Romana fides. Ingenti Pœnorum claſſe circa Siciliam deducta, duces eius fractis animis conſilia petendæ pacis agitabant. quorum dux Amilcar ire ſe ad conſules negabat audere, ne eodẽ modo catenę ſibi inijcerentur, quo ab ipſis Cornelio Aſinæ conſuli fuerant iniectæ. Hanno autem certior Romani animi æſtimator, nihil tale timendum ratus, maxima cum fiducia ad colloquium eorum tetẽdit: apud quos cum de belli fine ageret, & tribunus militum ei dixiſſet, poſſe illi merito euenire, quod Cornelio accidiſſet; vterq; cos. tribuno tacere iuſſo, Iſto te, inquit, metu Hãno fides ciuitatis noſtrę liberat. Claros illos fecerat tantũ hoſtiũ ducem * vincere potuiſſe, ſed multo clariores fecit noluiſſe.* * Liu. lib. 17. Eutr. lib. 2. c. 2. & Orſ. lib. 4. c. 7.

* Alij, vincire.

OLIV. SPECIOSA quoque] Cũ primo pun. bel. Corn. Scip. Aſina præfectus claſsis in Sicilia foret, ad colloquium à Carth. vocatus eſt, qui data fide confidenter proceſsit, illi vero ſimulato colloquio milites paratos habuere, qui deprehenſum Scip. in catanis ducerent, poſt aliquod tempus eodem bello, cum in anguſtias deductus eſſet Amilcar Pœnorum dux, & cum Rom. pacem deſideraret, non audebat ſe conſulum fideicommitere, nam veritus ne qua Scip. arte deceperat eadẽ & ipſe caperetur. Sed Hanno alter eorum dux meliori de fide Rom. opinione ductus proceſsit audacius, & cum conſulibus de pace agere cœpit, tunc vnus ex Trib. mil. dixit, non aliam illi fidem eſſe ſeruãdã quàm illi Corn. ſeruauerant, cui conſules indicto ſilentio Hannone m ſecurum eſſe iuſſerunt, mira profecto fides, & omni laude prędicãda. Abbreuiator Liu. de hoc Scip. ſic breuiter tradit. Cn. Corn. conſul à claſſe punica circumuentus, & per fraudem veluti in colloquio vocatus, captus eſt. Corn. Aſin. hic eſt, qui claſſe punica merſa, clariſsimum inde triumphum egit. Corn. Aſin. quare dictus ſit Corn. Aſin. Marc. Sat. lib. 1. facile declarat, dicit enim Aſinæ cognomentum Cornelijs datum eſt, quia princeps Corn. gentis empto fundo, ſeu filia data marito, cum ſponſores ab eo ſolemniter poſcerentur, Aſinam cum pecuniæ onere producit in forum, quaſi pro ſponſoribus pręſens pignus.

[Factis]

[Fractis] Victis. [Claros illo] Ac ſi diceret victoria quidem R. imperatores claros reddiderat, fides verò multo clariores.

ASCEN. SPecioſa, &c.] Illa.ſ.ſequens fides Rom.i. Romanæ ciuitatis eſt ſup. quoque.i. etiam ſpecioſa. [Ingenti].i. valde magna claſſe Pœnorum.i. Carth.deducta circa Siciliam, duces eius.ſ. claſſis animis fractis.i.habentes animos fractos, & deſperantes de victoria, agitabant conſilia pacis petendæ. Quorum.ſ.Pœnorũ Amilcar dux.i.princeps, negabat ſe audere ire ad cõſules.ſ. Rom.ne catenæ iniicerentur ſibi eodẽ modo, quo fuerant iniectæ Corn. Aſinæ cõſoli ſ. Romano, ab ipſis.ſ.Pœnis: Hanno autem certior æſtimator.i.cenſor animi Romani, ratus nihil tale timendum, tetẽdit ad colloquium eorum.ſ.conſulum Rom.cũ maxima fiducia, apud quos.ſ. cõſules, cũ ageret de fine belli.i. de bello finiẽdo, & trib.mil.dixiſſet ei, id ſupp.quod accidiſſet Corn.ſ. Aſinæ poſſe euenire merito illi.ſ.Hannoni, hoc eſt, vt in vincula cõiiceretur, vterq; cõſul tribuno iuſſo tacere.i.poſt quam iuſſerat tribunum tacere, inquit, ô Hanno fides ciuitatis nſæ liberat.i. ſoluit te iſto metu.ſ. quo timebat in vincula cõiici, ob dictum tribuni militũ.nã prius nõ timere dictus eſt Potuiſſe vincere, quia in poteſtatem ſuam habebant, tm̃ ducẽ hoſtium, videlicet Hannonem, fecerat illos.ſ.conſules elatos, ſed noluiſſe vincere, aut vincire eum, fecit illos multo clariores.

THEO. VIncere] Ianus Parrhaſius arbitrabatur à Valerio ſcriptum vincire. Nam voluiſſe vincere Rom. abſurdum foret intelligere, legas igitur vincire .i. catenas iniicere.

DE EODEM SENATV.

*Liu.li.38 vbi cos.C. Flaminiũ vocat. * Clandio Prætore red.

ADVERSVS * *eoſdem hoſtes parem fidem in iure legationis tuendo patres C. exhibuere. M. enim Aemilio Lepido, L. Flaminio Cos. L. Minutium, & L. Manlium Carthaginienſium legatis, quia manus his intulerant, per feciales * reddendos curauerunt. ſe tunc ſenatus, non eos, quibus hoc præſtabatur, aſpexit.*

OLIV. Carth. legati pulſati. ADVERSVS eoſdem hoſtes parem] M. Aemil. Lep. legati Carth. Romam venerant pacem a Senatu, populoque petentes, forte ita accidit, vt altercatio, orta eſſet inter legatos & L. Minutium, ac C. Manilium, & eouſque proceſſit eorum contentio, vt Minutius, & Manlius legatos pulſarent, nam illi pacem petebant, hi dandam eſſe negabant, quippe fœdifragis, quod vbi cognouit ſenatus eos legatis dandos eſſe cenſuit dariq́ue fecit. [Iure legationis] Vt legati tuti ſint, & inuiolati ſecundum ius gentium. [Manus his attulerant] Pulſauerant. [Non eos] q.d. ſenatus non reſpexit, quid mererentur Carthaginienſes, qui toties fœdera frangerent, ſed ius gentium eſſe ſeruandum, fidemq́ue publicam.

ASCEN. ADuerſus, &c.] Patres conſcripti, exhibuere parem, fidem in iure legationis tuendo i.protegendo, aduerſus eoſdem hoſtes, videlicet Pœnos, aut Carth. Enim ideſt quia, M. Aemil. Lep. & L. Flaminio conſulibus .i. quo tempore ij eſſent conſules, ipſi patres conſcripti curauerunt Lucium Minutium, & L. Manlium reddẽdos.i.dãdos, vt re iacet, aut potius legatur dedendos.i.in poteſtatem dãdos, per feciales ſ. ſacerdotes qui fœderibus feriẽdis, & bellis legitime indicendis præerant, legatis Carth. quia ipſi intulerant his. ſ. legatis manus i. eos violenter pulſauerãt Sed ſenatus aſpexit tunc ſe.i.quid ſe deceret, aut fidem ſuam, non eos, videlicet fœdifragos Pœnos. quibus hoc præſtabatur, quia indigni erant, quibus tanta fides ſeruaretur.

DE SVPERIORE AFHRICANO.

* Etſi Liuius. Qui Terentiũ vocat. Vix ſecutus dici poteſt, cum multo ante ille iuſſet imperator.

HVIVS * *exemplum ſuperior Aphricanus ſecutus, cum onuſtam multis, & illuſtribus Carthaginienſium viris nauem in ſuam poteſtatem redegiſſet: inuiolatam dimiſit, quia ſe legatos ad eum miſſos dicebant: tametſi manifeſtum erat, illos vitandi præſentis periculi gratia falſum legationis nomen amplecti, vt Rom. imperatoris potius decepta fides, quàm fruſtra implorata iudicaretur.*

OLIV. HVIVS exemplum] Hoc fuit 2. bel.pun. cum ſuperior Aphricanus fatalis dux, vtramque ſubegiſſet Hiſpaniam, cœpit Carthaginienſium nauem clariſſimorum hominum plenam, illi ne in captiuitatem venirent, legatos publice miſſos ad imperatorem Rom. ſe eſſe ſimularunt, q̃ fidem illis Aphricanus præſtitit, vt omnes incolumes, & inuiolati redirent ad ſuos, maluit imperator Rom. ſuam fidem fraude petitam quàm fruſtra imploratam iudicari.

ASCAN. HVius, &c.] Sic melius, quàm cuius nam de eo, quod in manibus habent loquitur ferè per pronomen hic. Ordo autem eſt. Aphricanus.ſ.Scipio, ſuperior ideſt maior ſecutus exemplum huius.ſ. dicti facti ſenatus cum redigiſſet in ſuam poteſtatem, nauem onuſtam.i.honorifice onuſtam multis & illuſtribus viris Carth. dimiſit ſup. eam inuiolatam quia dicebãt ſe miſſos legatos ad eum tametſi manifeſtũ erat illos amplecti falſum nomen legationis gratia periculi præſentis .ſ. tunc vitandi, vt fides, imperatoris Rom. iudicaretur potius decepta per fraudem Punicam, quàm implorata fruſtra.i.in vanum.

DE SENATV POP. Q. ROM.

REPRAESENTEMVS *etiam illud Senatus nullo modo prætermittendũ opus: legatos ab vrbe Apollonia Romam miſſos, Q. Fabius, Cn. Apronius ædiles orta contentione pulſauerunt: quod vbi comperit, continuo eos per feciales legatis dedit, quæſtoremq́ue cum his Brundusium ire iuſſit, ne quam in itinere à cognatis deditorum iniuriam acciperent. Illam curiam mortaliũ quis concilium, * an non templum fidei dixerit? quam vt ciuitas noſtra ſemper benignam præſtitit, ita etiam in ſociorum quoque animis conſtantem recognouit.* * An tẽp. forte, ac nõ temp.

OLIV. REPRAESENTAMVS] Hoc exemplum pars eſt ſuperioris, nam hi Romani duo, q legatos Apolloniatum, orta inter eos rixa pulſaſſent, dediti ſunt eis, & miſſus eſt quæſtor cum auxilio ne cognati vim aliquam inferrent. [Repræſentemus] In medium proferamus. [Apollonia] Facit ſuum gẽtile hic, & hæc Apolloniatis, vnde abbreuiator, cum legatos Apolloniatum dicit ad ſenatum miſſos quidam iuuenes pulſaſſent, dediti Apolloniatibus ſunt, ſed quidam dicũt, quod latine facit Apollonianus, na, num. [A cognatis] Si forte cognati eorum voluiſſent è manibus legatorum eripere. [Illam curiã] Si quis curiem diligentius conſideret, hoc potius fidei templũ dicet, quàm mortalium refugium.

ASCAN. REpræſentemus etiam illud opus].ſ. factum, aut exemplum ſenatus nullo modo prætermittendum. Q. Fabius, & Cn. Apronius, ſeu vt alij textus hñt Sempronius, ædiles pulſauerũt legatos miſſos Romam ab vrbe Apollonia (quæ eſt aut in Põto, aut in Epiro, aut in Creta, aut in Syria, aut Thracia, in omnibus enim illis regionibus reperitur eo nomine vrbs, ſed putem de Pontica vrbe loqui) contentione orta.ſ.inter ædiles, & legatos, quod.ſ.factum ædilium, vbi.ſ. ſenatus comperit, dedit.i.in poteſtatem dedit continuo legatos per feciales.i.fœderum, vt dixi feriendorum, & bellorũ legitime indicendorum, officiales, & iuſſit queſtorem.ſ.vrbis Romæ, ire cum his.ſ legatis Brundiſium.i.illud vſque oppidũ littorale, ne.ſ.legati acciperent, q̃.i.aliquam iniuriã in itinere à cognatis deditorũ, Dixerit.i. numquid dixerit.ſ.merito, quis .i.aliquis illã .ſ. tam ſœdam curiam ſ.Rom cõcilium.i.coitum mortalium, an non dixerit ſup potius tẽplum fidei, q.d. multo iuſtius templum fidei. Quàm ſup. fidẽ, vt .i. quẽadmodũ ciuitas noſtra.i. Rom. præſtiti: ſemper benignã, ita recognouit eam conſtantem quoque i. etiã in animis ſociorum, vtpote Sagũtinorũ, & Petilinorũ, de quibus ſequẽtia ſunt exẽpla, atque hoc dicto paraſceuem fecit.

EXTERNA.

DE SAGVNTINIS.

POST *duorum * in Hiſpania Scipionum, totidemq́ue Romani ſanguinis exercituum miſerabilem ſtragem, Saguntini victricibus Hannibalis armis intra mœnia vrbis ſuæ compulſi, cum vim Punicam vlterius nequirent arcere, collatis in forum, quæ vnicuique erãt chariſſima, atque vndique circundatis, accenſiſq́ue ignis nutrimentis, ne à ſocietate noſtra deficerent, publico, & communi rogo ſemetipſos ſuperiecerunt.* * Immo ante Polyb.lib. 1. Liu.li. 21. Flor. lib. 2.cap.9.& ceteri omnes.

Crediderim tunc ipſam fidem humana negocia ſpeculantem, mæſtum geſſiſſe vultum, perſeuerantiſſimum ſui cultum iniquæ fortunæ iudicio tam acerbo exitu damnatum cernentem.

OLIV. POST duorum] Nunc ad externa tranſit exempla, & primo de Saguntinis, qui in fide Rom. pertinaciter conſtiterunt. Saguntum oppidum eſt opulentiſſimum in Hiſpaniæ finibus poſitum circa flumen Iberum, quod fuit quondam terminus imperii P.Rom.& Carth.cauſaq; ſecundi pun. bel.nam (Sagũtinorum fides erga P.R.) cum Hann.oppidum illud circũſediſſet, Saguntini Romam legatos auxilia petentes miſerunt, qui cum tardius remitterẽtur, nec ſe diutius defendere poſſẽt, ad eam pertinaciam venerũt, vt in foro cõſtructo ingenti rogo, impoſitisq; rebus ſuis omnibus flammas ſubiicerent, deinde ſeipſos in roguo conijcerent, ne à fide deficerent.[Duorũ Scipionum] Videlicet Cn.& P.Scipionum, quorum alter.ſ.P.Scipio eius Scipionis pater fuit, qui deinde Aphricanus dictus eſt.hi duo, vt ſupra diximus, Hiſpaniã in poteſtatem P.R. diu tenuerant, ſed tandem per Magonem quendam Celtiberi quorum pars maior erat in exercitu Rom. illecebris, & pecunia corrupti defecerũt à Ro.Ro. vero exercitus externis auxilijs deſtituti ſe in tutiora loca receperũt, & clitellis, atque impedimentis vallo facto, à Pœnis, quibus erãt longe viribus inferiores, diu obſeſſi, tandẽ capti, cæſiq; ſunt. Liuio Marci Tribuous milit. collectis reliquijs exercitus, & nocte ſequenti vocatis ad cõcionem militibus, hortatus eſt vt improuiſo inuaderent hoſtes, nihil tale pp victoriam metuẽtes, & inter concionandum ſubita flamma ex eius capitis apice emicuit: quo ſigno motos milites ea nocte duxit ad hoſtium caſtra, quibus ex improuiſo captis cæſisq; hoſtibus maiorem intulit cladem q̃ acceperãt Sed in hiſtoria Valerius diſſentit à Liuio, non enim poſt cæſos in Hiſpania Scipiones, Hãnib.Saguntũ expugnauit, ſed antequam bellum cum Romanis ſuſciperet, vt Liui tradit, & Cic.in Philip.lib. 5 t. Et hoc belli principium, & cauſam fuiſſe dicit, quia cũ iam animo agitaret Hannib. inuadere, nullam aliam violandi fœderis honeſtatiorẽ rationẽ inuenit, q̃ ſi Saguntinos Rom. ſocietate coniunctos adoriretur.[Vim punicam] Cum ui punica coerciti eſsẽt, nec iam cõmeatus venire poſſet.[Cõmuni] Quia ipſis & bonis ſuis communis fuit.[Crediderim] Quaſi per deplorationem hoc dicit Val.nõ dubitauerim fidem tunc, humana facta, conſiderantem, Saguntinorum, caſum fuiſſe miſeratã ꝑ tam cõſtantes ſui numinis cultores, ui quo iudicio, fortuna ad necem adeo crudelẽ impulerit.[Mœſtũ] Cum videret res hominum adeo fidelium male verſari.

ASCEN. POſt miſerabilem ſtragem duorum Scipionum.ſ.Cn. & Publij in Hiſpania, & totidem.i.etiam duorum exercituum Rom. ſanguinis, Saguntini.s.ciues Sagonti vrbis in Hiſpania compulſi ſup. ab armis victricibus Hannib. intra mœnia vrbis ſuæ, cũ nequirent arcere.i. amouere à ſe vlterius vim.ſ. violentiam punicam collatis.i.cõportatis, aut cõgeſtis in forum.ſ. rerum venalium, his ſup.quæ erãt cariſsima vnicuique, atq; nutrimentis.i.fomentis ignis cõbuſtilibus circundatis vndique, & accenſis ſuperiacerũt ipſi ſemet, ſic ſcriptũ reperi, & puto verã eſſe lectionẽ, cum ita ferẽ Cic.loquebatur, licet alij legãt ſemet ipſos.Publico & cõi rogo.i.pyræ ardenti ne deſiſterẽt.ſ.facta defectione, à ſocietate noſtra .i. Romana.[Ego]Inquit auctor in admiratione fidei eorũ, crediderim.ſ.velim credere, ſed mire vtitur ea voce, quaſi in ſignificatione futura, aut ſaltẽ p̃ntl, cum ſit preteriti t pis, vt dubitem, an legẽdum ſit crediderim, aut futuro credidero, aut credidorim, aut ſi fuiſſem credidiſſem ipſã fidẽ ſcilicet deam ſpeculantẽ.ſ.deſuper negocia humana geſſiſſe, tũc vultum mœſtum, cernentem.i. cernere perſeuerantiſsimum cultum ſui damnatum tam acerbo exitu, iudicio fortunæ iniquæ.

DE PETILINIS.

IDEM* præſtando Petilini eundem laudis honorem meruerunt: Ab Hãnibale, quia deficere à noſtra amicitia noluerunt, obſeſſi, legatos ad ſenatum auxilium implorantes miſerunt, quibus propter recentem cladem Cannenſem ſuccurri non potuit. Ceterum permiſſum eſt eis, vt facerent, quod vtiliſſimum incolumitati eorum videretur. Liberum ergo erat Carthaginenſium gratiam amplecti: Illi tamen fœminis, omniq; ætate imbelli vrbe egeſta, quo tutius armati famem traherent, pertinaciſſime in muris conſtiterunt, expirauitq; prius eorum tota ciuitas, quàm vlla ex parte Romanæ ſocietatis reſpectum depoſuerit. itaque Hannibali non Petiliam, ſed fidum Petiliæ ſepulcrum capere contigit.

* Liu.lib. 23.

OLIV. IDEM præſtãdo] Hoc ſimile eſt ſuperiori, q̃ enim fidem Saguntini Romanis præſtiterunt, eandem ſeruauerunt & Petilini, & dux Carth. vtriuſque cauſa fuit. Petilini primo quidem cum obſiderentur ab Hannib. auxilium petierũt, à Romanis, P.R. ꝑ paulo ante Cannenſem cladem accepiſſent præſtare non poſſe reſponderunt, ſed illis permiſerunt, vt facerent, quod ſibi maxime conduceret, illi a Romano præſidio deſtituti oẽm imbellem turbam, & inutilem ciuitate eiecerũt, quo difficilior eſſet per famem obſeſſio, quod illis conſilium parum vel nihil profuit: omnis.n. vis alia oiagis, quã fames illos expugnauit, ab ſumptis.n. frugum alimentis carnisq; omnis generis quadrupedum poſtremo corijs, herbis, & radicibus, corticibusq; tenens, & his quoque ſtrictim veſcebantur: maluerunt ergo fame conſumi, q̃ à Romana fide deficere. Hãnibal igitur non Petiliam, ſed fidum Petiliæ ſepulcrum expugnauit.[Petiliani] Vrbs Calabriæ, de qua meminit Virg. paruo Philoctetæ ſubnixa Petilia muro, in qua Philoctetes Melibeus regnauit, teſte. Seru. At Strab. lib. 6. dicit eſſe Lucanorum Metropolim. [Egeſta] Euacuata vrbe.[Traherent] Producerent, dilatarent. (Petilinorũ fides i Ro.)

ASCEN. IDem, &c.] Petilini .ſ. ciues illi Petiliæ vrbis Calabriæ meruerunt eundem honorem laudis.ſ.obſeruatã fidem præſtando.ſ.Rom.idem.i.eandem fidem, aut eundem exitum pro fide quem Saguntini, qui ſup.obſeſſi ab Hann.quia noluerunt deficere.i.per defectionẽ deſiſtere, & recedere ab amicitia noſtra. i. Rom.miſerunt legatos ad ſenatum implorantes auxilium.ſ.ab eo contra Hannibalem, quibus non potuit ſuccurri.ſ.à ſenatu, & eſt ſuccurri imperſonale verbum, pp cladem recentẽ Cannenſem.i.paulo ante à Rom. apud Cannas acceptam, ceterũ.i. ſed, permiſſum eſt eis.ſ.Petilinis, vt facerẽt, quod videretur vtiliſsimum incolumitati eorũ hoc eſt, ſi ita videretur, ſeſe dederent Hannib.[Ergo liberum erat].i.in libera Petilinorũ poteſtate amplecti gratiã Carth.tum illi fœminis ſup.egeſtis.i. exportatis, & omni ætate.imbelli egeſta.i. exportata vrbe.ſ.ſua Petilia, quo.i. ideo vt ipſi armati.i qui in armis erãt, & arma ferre poterant, traherent.i.protraherent, & ſuſtinerent famẽ ſ.ex penuria cõmeatus, cõſtiterunt pertinaciſsime in muris, & tota ciuitas eorũ expirauit prius.i.ſpiritum emiſit, q̃ depoſuerit ea vlla parte, reſpectum ſocietatis Rom.[Itaque].i.& ita contigit.i. cum difficultate datum eſt Hannib.capere non Petiliam, quia extinctis ciuibus Petilia eſſe, quodãmodo deſierat, ſed ſepulcrũ fidum.i.propter fidem extinctæ Petiliæ.i. ciuitatis Petilinæ.

DE FIDE VXORVM ERGA Viros. CAP. VII.

DE TERTIA AEMILIA.

ATQVE* vt vxoriam quoque fidem attingamus, Tertia Aemilia, Aphricani prioris vxor, mater Corneliæ matris C. & T. Gracchorum, tantæ ſuis comitatis & patientiæ, vt cum ſciret viro ſuo ancillulam ex ſuis gratam eſſe, diſſimulauerit, ne domitorem orbis Aphricanum, fœmina magnũ virũ impatientiæ reum ageret: tantumq; mens eius à vindicta abfuit, vt poſt mortem Aphricani manumiſſam ancillulã in matrimoniũ liberto ſuo daret.

* Plut. in Scip.

OLIV. AQVE vxoriam quoque] Nunc tranſit ad cap. 7. in quo tractat exempla fidei, q̃ vxores præſtitere maritis. Et primo de Tertia Aemilia, cuius tantam fidem fuiſſe dicit, vt cum eius vir Scipio ſuperior ancillæ ſuæ captus eſſet amore cum licentia illa frui permiſerit, ac poſt mortem Scip. ne id matu feciſſe exiſtimaretur, manumiſſam illam liberto ſuo in matrimonium cum magna dote dedit [Mater Corneliæ] Eam nobilem facit, vt rem magis exaggeret, quãuis vxor eſſet Aphricani, & auia tantorũ virorũ, tñ hoc fecit, ſunt qui dicant hanc Pauli Aemilij, q Perſan regẽ ſuperauit fuiſſe filiã, & Africani inferioris (Tertia Scipio. vxor Pellicẽ patians.)

inferioris ſororem, ex qua nata fuit Sempronia Gracchorũ mater, quæ & Cornelia dicta eſt. Plut. tamen dicit P. Aemilium duas tantũ habuiſſe filias, & alteram Tuberoni Aelio, alteram Catoni, Portii Catonis filio in matrimonium dediſſe. [Diſſimulauit] Finxit ſe non cognoſcere. [Impatientiæ] Quod amoris impatiens eſſet. [Tantæ comitatis] Suaui. [Comitas Virtus eſt inter duo extrema, inter ſeueritatem & remiſſionem. [Domitorem] Qui duas Hiſpanias, Sardiniam, Siciliam, & Aphricam ſubegerat. [Manumiſſam] In libertatem aſſertam.

ASCEN. ATque, &c.] Tranſit ad fidem uxorum erga maritos, quæ ſpecies quædam eſt, & quaſi membrum ſuperioris tituli, ſeu capitis, licet hic nouum ferè ſubſtituas, & ideo breuiore ſolito vtitur præfatione ſtatim ſubnectens exemplum. [Tertiæ Aemiliæ dicens] Atq; vt nos attingamus quoq; .i. etiam fidem vxoriam, Tertia Aemilia vxor Aphric. ſ. Scip. prioris .i. ſuperioris, & mater Corn. matris Caij, & Tib. Gracc. fuit tantæ comitatis .i. lenitatis, & patientiæ. ſ. in tolerandis alienis amoribus, vt cum ſciret ancillulam. ſ. vnã e ſuis eſſe gratã viro ſuo, hoc eſt virum cõſueuiſſe cum ancilla, diſſimulauit .i. ſignificauit ſe neſcire, ne ipſa fœmina .i. cum eſſet fœmina, ageret magnum virum. ſ. Aphric. ſuperiorem maritum ſuum domitorem orbis. ſ. pro bona parte, quia Hiſpaniã, Sardiniam, Siciliam, & Aphric. domuerat, reum impatientiæ ſ. amorũ, quia qui orbem ferè vicerat, ab amorib. ancillulæ victus erat, ita vt cum ea libentius, ac cũ vxore rem haberet, & mens eius. ſ. vxoris, vtpote Tertiæ Aem. tantum abfuit à uindicta, vt daret liberto ſuo ancillulã. ſ. illam manumiſſam poſt mortem Aphric. in qua humanitate plus laudis meruit, quàm in criminis mariti ſui diſſimulatione, quia niſi diſſimulaſſet, vir forte errorem correxiſſet.

DE TVRIA VXORE QVINTI Lucretij.

* Appia. lib. 4. QVINTVM * *Lucretium proſcriptum à Triumuiris, vxor Turia inter cameram, & tectum cubiculi abditum, vna conſcia ancillula, ab imminente exitio, non ſine magno periculo ſuo, tutum præſtitit: ſingulariq; fide id egit, vt cum ceteri proſcripti in alienis, & hoſtilibus regionibus per ſummos animi, & corporis cruciatus vix euaderent, illa in cubiculo, & in coniugis ſinu ſalutem retineret.*

OLIV. QVINTVM Lucretium] Nec Turia quidem prætermittenda eſt, quæ Q. Lucretium maritum ſuum a triumuiris proſcriptũ, & inter ipſos penates latentem, non dubitauit cum ſuæ ſalutis diſcrimine, tutum & incolumem ſeruare, lex enim erat, quicumq; proſcriptum occultaret, eadem pœna damnaretur a triumuiris. ſ. Aug. Anto. & Lepido. [Magno periculo] Quia, vt dixi, pœna capitis afficiebatur, qui proſcriptũ texiſſet, aut non indicaſſet. [Camera] Cubile arcuatum. [Proſcripti.] Dicebantur quorũ nomina in publico proſcribebantur, & quicumque ea vidiſſet, ius faſque eorum occidendorum habebat.

Proſcripti

ASCEN. QVintum Lucretium, &c.] Affert alterum exemplũ vxoriæ charitatis, magis laudabile, quia in re magis probanda. Ordo autem eſt. Turia uxor .i. Q. Lucretij, præſtitit Q. Lucr. proſcriptum à triumuiris. ſ. Aug. Ant. & Lepid. abditum .i. abſconſum inter cameram, & teſtud. nem .i. curuaturam ſuperiorem lecti, vulgo cęlum uocant, & tectum ſ. ſummum cubiculi, ideſt loci in quo erat cubile, hoc eſt inter tabulatum ſuperius, & lecti curuamen quod cęlum uocant, una ancilla conſcia, præſtitit dico tutum ab exilio imminente, non ſine magno periculo ſuo (Valla diceret ſui) & egit id, fide ſingulari, vt cum ceteri proſcripti uix euaderent per ſummos cruciatus animi, & corporis, in regionibus alienis, & hoſtilibus ille. ſ. Q. Lucr. retineret ſalutem in cubiculo. ſ. ſuo, & in ſinu coniugis.

DE SVLPITIA VXORE LENTVLI.

* Appia. lib. 4. * Tullia Aemilia. SVLPITIA * *autem cum à matre * Iulia diligentiſſime cuſtodiretur, ne Lentulum Cruſtelionem virum ſuum proſcriptum à triumuiris in Siciliam proſequeretur, nihilo minus familiari veſte ſumpta, cum duabus ancillis, totidemq; ſeruis ad eum clandeſtina fuga peruenit: nec recuſauit ſeipſam proſcribere, vt ei fides ſua in coniuge proſcripto conſtaret.*

OLIV. SVLPITIA] Lentulum Cruſtelionem virum ſuum proſcriptum a triumuiris Ant. Lepido, & Oct. vbi Sicilia exulare percepit, ſeruili ſumpta ueſte, & decepta matre, à qua diligenter ſeruebatur, conſcia quanto viri amore flagraret, deceptisq; cuſtodibus, cum duas tantum ancillas, & paucos ſeruulos ſecum duxiſſet, eueſtigio ſecuta eſt, magnum igitur fidei documentum in virum Sulpitia dedit.

ASCEN. SVlpitia autem] Vxor Lent. cum cuſtodiretur diligentiſſime à Iulia matre. ſ. ſua ne proſequeretur in Siciliam Lent. Cruſtelionem proſcriptum à triumuiris. ſ. iam dictis nihilominus .i. quamuis obſeruata, peruenit ad eum fuga clandeſtina veſte familiari .i. vt quidam dicunt quotidiana, qua domini in re familiari occupati vti ſolebant, cum duabus ancillis, & totidem ſeruis, nec recuſauit proſcribere ſeipſam, ut fides ſua cõſtaret .i. euidens eſſet in coniuge proſcripto .i. in proſcriptione coniugis, alter diceret .i. erga coniugem proſcriptum.

DE FIDE SERVORVM ERGA Dominos. CAP. VIII.

RESTAT *vt ſeruorum etiam erga dominos, quo minus expectatam, hoc laudabiliorem fidem referamus.*

OLIV. RESTAT vt ſeruorum erga] Octauum cap. de fide ſeruorum, quam erga dominos ſuos perſeueráter præſtiterunt, primum autẽ exemplum ſerui cuiuſdam M. Ant. oratoris ætate ſua præſtantiſſimi, quem Cic. in lib. de Orat. mirum in modum laudat, cum igitur inceſti accuſatus eſſet, vt in cap. de fiducia diximus, qui cum in prouinciam quæſtor deſignatus proficiſceretur, & nondum Brunduſium vſq; perueniſſet, certior factus per literas, Romam rediit, & cauſam ſuam egit Seruus eius, qui criminis illius conſcius erat, nam laternam illi dum virginem peteret noctu prætuliſſe conſtabat, nũquam cogi potuit illo tormẽto, vt id fateretur adeo fidelis fuit. [Quo] Quãto. [Hoc tanto] Nam ſerui ſolent eſſe infideles, ſi ergo in eorũ numero aliquis fidelis inueniatur, laudabilior erit, quia non expectatur.

M. Ant. orator inceſti reus.

ASCEN. REſtat] Breuiſſima quoq; præfatione, & paraſceue ad hunc titulum vtitur, eo quod ſpecies, & membrum eſt capitis de fide Nam fides ſeruorum fides eſt. Ordo autem eſt. Reſtat, ideſt reliquum eſt, vt referamus etiam fidem .i. fidelitatem ſeruorum erga dominos, quo .i. quanto minus expectatam, quia ſeruilis amor, coactus eſt, nullum autem uiolentũ perpetuum, hoc .i. tanto laudabiliorem.

DE QVODAM SERVO M. Antonij.

MARCVS * *Antonius, auorum noſtrorum temporibus clariſſimus orator, inceſti reus agebatur, cuius in iudicio accuſatores ſeruum in quæſtione perſeuerantiſſimè poſtulabant, quòd ab eo, cum ad ſtuprum iret, laternam prælatam contenderent: erat autem is etiã tum imberbis, & ſtabat coram, videbatq; rem ad ſuos cruciatus pertinere, nec tamen eos fugitauit. Ille verò, vt domum ventum eſt, Antonium hoc nomine vehementius confuſum, & ſolicitum vltro eſt hortatus, vt ſe iudicibus torquendum traderet, affirmans nullum ore ſuo verbum exiturum, quo cauſa eius læderetur, ac promiſſi fidem mira patientia præſtitit: plurimis enim laceratus verberibus, eculeoq; impoſitus, candentibus etiam laminis vſtus, omnem vim accuſatoris, cuſtodita rei ſalute ſubuertit. Argui fortuna merito poteſt, quòd tam pium, & tam fortem ſpiritum ſeruili nomine incluſit.*

* Lib. 5. c. 7. de ſeruis nulla quæſtio eſt in dñm, niſi de inceſt. Cic. pro Mil.

OLIV. MARCVS Antonius in quæſtione] .i. tormento à præcedente id quod ſequitur, nam quæſtiones inquiſitiones dicuntur, quæ à iudicibus fiunt, & quia præcedunt quæſtiones .i. interrogationes, deinde ſequuntur tormenta, ideo ponũtur pro tormentis. [Laternam] A latendo dictam, quod intus lateat ignis. [Hoc nomine hac cauſa] .i. crimine, eſt autem Metalapſis cum primũ ad vltimum, nomen enim ſignificat cauſam, cauſa verò crimen.

crimen. [Eculeo] tormento. Dicitur enim eculeus, quaſi equi pullus, eſt autem ligneus, & acutiſſimi dorſi. [Candentibus] Igni tis. [Laminis,] Scilicet ferreis. [Argui fortuna merito poteſt] Iure, inquit accuſari fortuna poſſe videtur, quæ tam fortē, conſtantemque animum in ſeruo concluſerit, merebatur enim ingenui corporis ſedem.

ASCEN. MArcus Antonius] Non triumuir, ſed orator clariſſimus, temporibus noſtrorum auorum egebatur reus inceſti. i. ſtupri commiſſi cum veſtali, cuius. ſ. criminis, aut nominis, accuſatores poſtulabant perſeuerantiſſime in iudicio ſeruum. ſ. Antonij, in quæſtione. i. inquiſitione violenta per tormenta facienda, quia. i. quie accuſatores prætenderēt. i. aſſeuerarent, & con uincere cōtenderent, laternam prælatam ab eo. ſ. ſeruo, cum. ſ. dominus eius M. Antonius iret ad ſtuprū. Aūt pro ſed, is. ſ. ſeruus erat tum. i. tunc etiam imberbis, & ſtabat corā. i. in conſpectu iudicum, & accuſatorū, & videbat rem pertinere. i. ſpectare ad cruciatus ſuos. i. quos ſuſtinere deberet, nec tñ fugitauit eos. [Ille vero, vt ventum eſt domū] ſ. à domino, & ſeruo, hortatus eſt vltro Antonium confuſum, & ſolicitum vehementius hoc nomine. i. hac cauſa, quod audiuit ſeruum ad quæſtionem poſtulari, vt traderet iudicibus ſe. ſ. ſeruum torquendū, affirmans nullum verbum exiturū ex ore ſuo quo cauſa eius lęderetur, ac præſtitit mira patiētia. i. tolerantia fidem. i. fidelem exhibitionē promiſſo, laceratus enim plurimis verberibus, & impoſitus eculeo. i. tortorio illi inſtrumento, in quod exīdebantur, quaſi in aſperrimum dorſum equi, qui torquebantur, & vſtus etiam laminis candentibus. i. ignitis, ſubuertit omnem vim accuſatoris, ſalute rei. ſ. domini ſui cuſtodita. [Fortune poteſt argui. i. accuſari, & improbari merito, quòd incluſit. i. obſuſcauit nomine ſeruili, ſpiritum. i. animum tam pium, & tam fortem.

DE QVODAM SERVO C. MARII.

* Liu. lib. 88. Oroſ. li. 5. c. 12. quamuis Plutar. & App. paulo aliter ſcribant.

CONSVLEM autem * *C. Marium Prçneſtinæ obſidionis miſerabilem exitum ſortitum, cuniculi latebris fruſtra euadere conatum, leuique vulnere à Teleſino, cū quo mori deſtinauerat, perſtrictum, ſeruus ſuus vt Syllanæ crudelitatis expertem faceret, gladio traiectum interemit, cum magna præmia ſibi propoſita videret, ſi eum victoribus tradidiſſet. cuius dex eræ tam opportunum miniſterium nihil eorum pietati cedit, à quibus ſalus dominorum protecta eſt: quia eo tempore Mario nō vita, ſed mors in beneficio repoſita erat.*

OLIV. CONSVLEM autem] Hic C. Marius filius fuit eius Marij, qui bella ciuilia geſſit aduerſus Syllam, qui vij. conſulatu ſuo mortuus eſt, deinde in filium bella migrarunt, qui victus à Sylla ſe Præneſte recepit, vbi cum obſideretur, tētauit per cuniculos egredi, quod cū nō poſſet, quia cuſtodiretur à Syllanis militibus, à ſeruo ſuo ſe iuſſit occidi, ne in poteſtatē hoſtium veniret. Plut. vero in vita Marij, illum dicit ſibi mortem intuliſſe. [Sortitum] Quia obſeſſa diu fuiſſet à Syllanis, tandē capta fuit crudeliterq; vexata, nā vt in cap. de crudelitate vidimus quinq; mil. Præneſtinorū crudeliter Sylla iuſſit occidi. [Cuniculi] Subterranei meatus a ſimilitudine animalis, quod cauernis ſubterraneis delectatur. [Cum quo mori] ſic enim inter ſe conuenerant, vt qn effugere non poſſent ſimul morerentur [Perſtrictū] Leuiter vulneratum, ne in hoſtium manus deueniret. [Cum magna] quia occurrebat illud, quæ fides eſt occidere dñm ? reſpōdet, quia magna præmia propoſita luerāt ei, qui Marium viuum victoribus tradidiſſet. [Cedit] Vincitur.

ASCEN. COnſulem autem C. Marium] Sortitū miſerabilem exitum, quia ceptionem Præneſt. obſidionis conatum euadere latebras cubiculi. i. ductus ſubterranei, quo ſub terra exire ſperabat, fruſtra qui agnitus & deprehenſus à Syllanis eſt, & perſtrictum. i. ſauciatum quaſi in ſuperficie corporis, leui i. modico, & non profundo vulnere à Teleſino. ſ. ſocio fugæ, & itidem proſcripto, cum quo deſtinauerat mori. ſ. mutuis vulneribus, quia Marius Teleſinum lętaliter vulnerauerat eo pacto, vt ille ſic vulneratus, Marium quoq; feriret, ille antē, vel nō quod valuit iam deficientibus viribus, aut quod nefas putauit tantū virum occidere leuiter perſtrinxit pectus eius ferro. Seruus ſuus propter hoc relatiuū antecedens obliqui caſus præpoſui in ordine, interemit traiectum gladio, vt faceret expertē. i. immunem crudelitatis Syllanæ, cum videret magna præmia propoſita ſibi, quia libertatē, & æs ingens ſi tradidiſſet victoribus eū. ſ. Marium viuum, quia cadauer nō erat Marius, ſed Marij. Cuius. ſ. ſerui miniſterium dextræ tam opportunum. i. ſuo loco, & tēpore factum nihil cedit pietati eorum, à quibus ſalus dominorum eſt protecta, quia non vita, ſed mors erat Mario repoſita beneficio. i. habita pro beneficio eo tempore.

DE PHILOCRATE SEV EVPORO Seruo Gracchi.

* Oroſ. li. 5. cap. 12. App. li. 1. & Plu. in vita.
* Macro. lib. 1. Sat.

AEQVE illuſtre * *quod ſequitur. C. Gracchus, ne in poteſtatem inimicorum deueniret, Philocrati ſeruo ſuo ceruices incidendas præbuit, quas cum celeri ictu abſcidiſſet,* * *gladium cruore domini madentem per ſua egit præcordia. Euporum alij hunc vocitatum exiſtimant, ego de nomine nihil diſputo, familiaris autem tantum modo fidei robur admiror, cuius ſi præſtantiam animi generoſus iuuenis imitatus foret, ſuo nō ſerui beneficio imminētia ſupplicia vitaſſet; nunc cōmiſit vt Philocratis, q̃ Grac. cadauer ſpecioſius iaceret.*

OLIV. AEQVE illuſtre quod] Mortuo Tyberio, vt in cap. de ſomnijs diximus C. Grac. viſa per quietem fratris imagine dicentis, quantum vellet cunctaretur, omnino ſibi pereundum eſſe eodem quo ipſe exitu perijſſet, cœpit eadem vie graſſari in ſenatū, qua frater per leges. ſ. tribunicias ſeditiones excitare, quare motus ſenatus, quod id ad reip. euerſionem quodāmodo expectare videbatur, decreuit, vt Opimius conſul videret, ne quid reſp. detrimenti caperet, quæ ſumma poteſtas in atroci negocio dabatur magiſtratui more Rom. vt poſſet exercitū parare, bellū gerere, coercere omnibus modis ſocios, atq; ciues domi, militiæq; imperare conſuli ius eſt. Itaq; Opimius conſ. cū armata manu C Gracchū perſequitur, ille ſe in Auentinum montem cum multitudine armata recepit. Contra eum exercitu ducto, cęſoq; Fuluio eius collega, fuga facta, & Grac. ſe in tēplū Dianæ contulit, ibiq; ſibi manus voluit inferre. Sed à Licinio & Pōponio fidiſſimis familiarib. prohibitus eſt, hortatusq; inde quamprimum aufugeret, quem corporibus ſuis tā diu protexerunt fugientē quoad cæſi ſunt, ille vbi vidit ſe inimicorum manus euadere non poſſe, cum Philocrate ſeruo, qui cum eo ſolus fugiebat, in ſacrum deorū nemus ſe proripuerūt, ibiq; Phil. eum occidit & ſuper occiſum ſe quoq; interemptū proiecit. Aliter legitur in uita Gracchorū, nam vtrunq, in manus inimicorū deueniſſe, tradit Plut. & alterū à Scipione Naſica, alterū à L. Opimio fuiſſe cæſos, vt in cap. de ſomnijs, & alibi diximus. Macr. vero de Saturnalibus, hunc ſeruū Euporum nominatū fuiſſe dicit, quandā alij Philocratem. dictū velint, qui dū alique ſpes ſalutis affulſit, fideliſſimus comes dñi quacūque potuit ratione tutatus eſt, vbi vidit iam deſperatum eſſe, & dñm occidiſſe, ſuper caſum ſciſſis proprio vulnere viſceribus, animā effudiſſe dicitur. [Europū] Quem alij Philocratē appellāt. [Familiaris] Quia in eius familia nutritus fuerat, ideo hāc ei fidem præſtitit. [Cuius ſi præſtantiam] Dicit hunc Gracchū laudabiliorem futurum fuiſſe ſi mortem ſibi conſciuiſſet, q̃ ſi à ſeruo beneficiū ſuſcepiſſet. [Robur] Præſentem fortitudinem.

Euporus an Phil. Grac. ceciderit incertū eſt.

ASCEN. AEque, &c.] Exemplum ſupra factum ſerui, quod ſequitur eſt ſup. æque. i. æqualiter illuſtre. ſ. vt iam dictum C. Gracchus, ne deueniret in poteſtatem inimicorum. ſ. L. Opimij & aliorum nobilium præbuit Philocrati, quem Euporum Macr. dictum vult ſeruo ſuo, ceruices. ſ. ſuas incidendas, quas cum ſeruus ille abſcidiſſet ictu celeri, priuſquam inimici aduenißent, egit per ſue præcordia vſq; ad penetralia cordis, gladiū madentem. i. madefactū cruore domini. ſ. ſui Gracch. Alij æſtimant hunc. ſ. ſeruū vocitetū Euporū, ego nihil diſputo de nomine. Aūt pro ſed, admiror robur. i. firmitatem fidei tantūmodo familiaris. i. ſerui in familia eius educati. Cuius. ſ. ſerui prę ſtantiā animi, ſi iuuenis generoſus. ſ. Grac. ipſe foret. i. eſſet imitatus, ipſe vitaſſet ſupplicia imminētia beneficio ſuo, quia ſe ipſum interemiſſet, ſicut ſeruus facit, non ſerui, nunc. i. ex hac puſillanimitate, cōmiſit. ſ. C. Gracchus, vt cadauer Philocratis. ſ. ſerui, iaceret precioſius. i. maioris æſtimationis, q̃ Gracchi. ſ. hominis nobiliſſimi, quia omnes, qui ſeruum inſontem ob amorē domini fortiter in gladiū domini incubuiſſe viderent, generoſitatem animi eius laudauerūt, vituperantes vecordiam Gracchi, qui non à ſe, ſed à ſeruo interfici ſuſtinuit. In qua Gracchi

criminatione

terminatione liberet mihi cum auctore huius operis diſceptare. Quærerem .n. quare non idem dederit vitio Mario tam robuſti animi viro ſemper comperto, & ſexcentis alijs, qui aut ab inimicis, aut à ſeruis id beneficij miſerabilis exegerunt, vt ab illis non à ſe interempti caderent. Certe eam legem præſcripſit in pectoribus noſtris Optimus Maximus conditor noſter, qua cognoſceremus, ſolius naturę iudicio nefas eſſe animam, quã depoſitariam à deo accepimus noſtris manibus non repetitam eijcere, neque eſt ſanus animus cenſendus, qui non abhorreat ſibi manum inferre, cũ tamen tanta poſſit eſſe calamitas, tantumq́; inſtare mali, vt mors ſit vita dulcior. Non eſt ergo tantopere damnandus Gracch. ſibi, ꝙ manum inferre non ſuſtinuerit, ſed quòd à quocunq; occidi meruerit, ſi modo meruerit.

DE PINDARO SERVO CASSII.

* Plut. in Brut. Appian. lib. 4. & Patercu. lib. 2. & Dionyſ. li. 47.

*ALIA * nobilitas, alius furor, ſed fidei par exemplum. Pindarus C. Caſſium Philippenſi prælio uictum nuper ab eo manumiſſus, iuſſu ipſius obtruncatum, inſultationibus hoſtium ſubtraxit; ſeq́; è conſpectu hominum voluntaria morte abſtulit, ita vt ne corpus quidem eius abſumpti inueniretur. Quis deorum grauiſſimi ſceleris vltor illam dexteram, quæ in necem patriæ parentis exarſerat, tanto torpore alligauit, vt ſe tremebundam * Pindari genibus ſubmitteret, ne publici parricidij, quas merebatur pænas arbitrio pij victoris exolueret? tu profecto, tu Diue Iuli cęleſtibus tuis vulneribus debitam exegiſti vindictã, perfidum erga te caput ſordidi auxilij ſupplex fieri cogendo, eo animi æſtu compulſum, ut neq; retinere vitam vellet, neq; finire manu ſua auderet.*

* Lib. 9. cap. 8.

OLIV. ALIA nobilitas, alius furor, ſed fidei par exemplum. Pindarus Caſſium] Hoc idem Pindarus exhibuit Caſſio, quod Europus Grac. nam cum Caſſius, & Brutus contra Antonium arma ſumpſiſſent pro reip. libertate tuenda, quanquam eis aduerſa fortuna contigerit, cumq́; varia victoria pugnaſſent, tandem in campis Philippicis comparatis vtrinq; copijs, extremo prœlio dimicarunt, & in dextro cornu Oct. in ſiniſtro vero Ant. item in dextro Brutus in ſiniſtro Caſſius erant, forte ita accidit, vt conſerta pugna Ceſ. in dextro Caſſius in ſiniſtro cornu vincerentur. Sed nihil aliud Brut. & Caſſij res deduxit in præceps, quàm ꝙ Brutus Caſſio veluti victor non tulit auxilium, nec Caſ. Brut. veluti victum potuit expectare: nam Brut. iam Ceſ. caſtra per milites ſuos capta diripuerat, cædemque ingentem in illis fecerat. ad duo. namlia Laced. qui nuper in auxilium Cæſ. venerãt præter caſtrorum præſidia, cæſa ſunt, Caſ. vero cum ſe in collem quendam recepiſſet, vnum è centurionibus ſuis nomine Titinium exploratum cuncta dimiſit, qui cum tardius rediret, exiſtimans Caſſius fuiſſe illum ab hoſtibus interceptum hoſteſq́, ex omni victores eſſe, ignarus omnium, quæ à Brut. facta fuerant, deſperatis rebus omnibus, in tabernaculum ſeſe cõtulit, ex libertis vnum nomine Pindarum ſecum trahens, quem ad eos caſus ſibi parauerat, obducta veſte caput obtegens iugulũq; enudans ſeſe illi feriendũ præbuit, auulſum ab humeris caput repertum eſt. At Pindarum poſt cædem hanc nemo hominũ vidit, ex quo pleriſq; ſcrupulum dedit, ꝙ iniuſſus virum interfeciſſet. [Quis deorum grauiſſimi] Nihil tanta adulatione putidius, nam ad Tyberij aſſentationem hoc dicit, neſcire ſe quis deorum Caſſij manus alligauerit, quæ paulo ante in Cæſ. necem exarſerant, nũc in ſeipſum tantopere clanguerint, vt ſibi mortẽ inferre trepidarent, maluerit quoq; Caſ. ſerui beneficio, quàm virtute ſua parricidij pęnas euadere. [Tu profecto Iuli] Pergit in aſſentatione ſua eum dicat, Ceſ. numen grauiter vltum cędem, iniuriamq́; ſuam, qui Caſ. ſummæ auctoritatis virum ſordido ſeruo ſupplicem fieri coegerit, ut ſibi mortem inferret, q̃ ipſe ſibi conficere non auderet. Exarſerat] Incitata fuerat. [Torpore] Languore. [Animi æſtu] .i. fluctuatione. [Sordibus] Quia implorauit auxilium ſerui.

ASCEN. ALia nobilitas, &c.] Cum laude ſeruorum taxat puſillanimitatem dominorum, & præcipue C. Caſ. dicens. [Alia nobilitas] Sup. ſequitur ſugillanda, alius furor. ſup. fuit in ea repertus, ſed exemplum fidei, par .i. æqualis roboris. Pindarus ſubtraxit inſultationibus hoſtium. ſ. Aug. & Ant. C. Caſſiũ victũ prælio Philippenſi .i. iuxta Pharſaliam obtruncatũ iuſſu ipſius. ſ. Cæſ. manumiſſus .i. qui Pindarus erat manumiſſus nuper. i. paulo ante illud tempus, & ita libertinę conditionis, non ſeruilis erat, & abſtulit ſe. ſ. ipſum è conſpectu hominũ morte voluntaria, ita ne quidem. i. vt non ſaltem corpus eius abſumptum inueniretur, quia fortaſſis in puteum, aut voraginem aliquam ſe dimiſit. [Quis deorum vltor grauiſſimi ſceleris] . ſ. parricidij, aut necis Cęſ. cui nimis abiecte adulatur in gratiã Tib. Cæſ. cui hoc opus dedicauit, alligauit tanto torpore illã dexteram. ſ. Cęſ. quæ exarſerat in necem parentis patriæ. ſ. Iulij Cæſ. vt ſubmitteret ſe tremebundam genibus Pindari, ne exolueret arbitrio pij victoris videlicet Auguſt. pœnas publici parricidij, quas merebatur. [Reſpondet] Tu profecto Diue Iuli exegiſti vindictam debitam vulneribus tuis cœleſtibus. i. corpore cœlo debito exceptis cogendo caput perfidum erga te. i. à parte totum, Caſ. ipſum fieri ſupplex. i. ſupplicẽ auxilij ſordidi. ſ. à liberto impendendi. Oliu. legit ſordibus auxilij, ſunt qui legant ſordidis auxilijs, quarum lectionum nullam damno, ſed primã amplector, cõpulſum eo æſtu. i. anguſtiatione animi, vt neq; uellet retinere vitam, neq; auderet finire manu ſua, quod certe plus decuiſſet, ſi verum cenſorem nactum fuerit.

DE SERVIS CN. PLOTINI PLANCI, & de Piſo Cneo.

*ADIVNXIT * ſe his cladibus Cn. Plotinus Plancus Munacij Planci conſularis, & Cenſorius frater, qui cum à triumuiris proſcriptus in regione Salernitana lateret, delicatiore vitæ genere, & odore vnguenti, occultam ſalutis cuſtodiam detexit, iſtis enim veſtigijs & eorũ qui miſerum proſequebantur ſagax inducta cura abditũ fugæ eius cubile odorata eſt, à quibus comprehenſi ſerui latentes, multumq́; ac diu torti, negabant ſe ſcire vbi dominus eſſet. Non ſuſtinuit deinde Plancus tam fideles tamq; boni exempli ſeruos ulterius cruciari, ſed proceſſit in medium, iugulumq́; gladijs militum obiecit. Quod certamen mutuę beneuolentię arduum dignoſci facit: vtrum dignior dominus fuerit, qui tam conſtantẽ ſeruorum fidem experiretur, an ſerui, qui tam iuſta domini miſericordia quęſtionis ſęuitia liberarẽtur.*

* Plin. li. [illegible] cap. [illegible] Plot[illegible] vocat.

OLIV. ADIVNXIT ſe cladibus Cn. Plotinus] Hic Plot. à triumuiris proſcriptus, cum in Salernitano agro delitеſceret triumuirorum carnifices miſſi, qui diligenter illum inueſtigarent, & occiderent, latentes ſeruos deprehenderunt quos tormentis adactos cogere non potuerunt, vt dominum indicerent, ſed ille miſeratione motus, ꝙ tam crudeliter lacerarentur, proceſſit in publicum, & ſe iugulandum præbuit. ſerui igitur quantum in ipſis fuit dominum ſuũ ab inimicis fideliter tutum præbuerunt. dicit tñ hunc ex delitijs fuiſſe detectum, nam quia delicatiore genere vitæ ſemper fuerat abuſus, vt corpus precioſiſsimis vnguentis quotidie perfunderet, tunc perſecutores veluti canes ſagaces vnguentorũ odore, qui ad nares peruenerat tractos ad locum mirifice ſpirantem perueniſſe, & latentes ſeruos inueniſſe Plin. lib. 13. nat. hiſt. C. inquit 1 lot. L. Plotini bis cõſulis, cenſoriſue fratrem proſcriptum è triumuiris Salernitana latebra vnguenti odore proditũ conſtat quòd dedecore tota abſoluta proſcriptio eſt. [Salernitana] De Salerno. [Eſt aũt] Salernum ciuitas Lucaniæ. [Et odore vnguenti] Quo ſe perfũdebat. [Sagax] Solers & callida, & aſtuta. ſagaces canes odorẽ ſequi dicuntur. [Odorata eſt] Odore perſenſit, more canum, qui ſagaces. i. boni ferarum indagatores naſci ſolent. Ordo autem eſt. Sagax cura eorum, qui miſeros proſequebantur, inducta iſtis veſtigiis, & odorata abditum cubile fugę eius [Torti cruciati] Tormento affecti. [Multũ] Quantum ad magnitudinem ſupplicij. [Diu] Quantum ad temporis longitudinem. [Quod certamen mutuæ beneuolẽtiæ] Dominus inquit, & ſerui de mutua beneuolentia inter ſe certaſſe videntur, vter vtros magis diligeret, ſed cum eorum fides miris laudibus efferenda ſit, non facile diiudicari poteſt feliciores ne fuerint ſerui qui tam pium, & miſericordem dominum nacti ſunt, vt eorũ ſupplicijs vitam poſtponere non dubitauerit moriq; maluerit, quam eos diutius torqueri, an dominus, qui tã conſtantem ſeruorum fidem in ſua ſalute fuerit expertus. [Arduum] Difficile.

Adiunxit.

ASCEN. ADiunxit, &c.] Cn. Plot. Plancus frater Munatij Planci conſularis, & cenſorij ſup. viri, adiunxit, ſe his .i. ſimilibus cladibus. [Qui ſ. Cn. Plot. cum .i. qñ ipſe proſcriptus à triumuiris .ſ. Aug. & Ant. & Lep. lateret in regione Salernitana detexit .i. reuelauit cuſtodiam ſalutis ſuæ occultam .i. latentem genere vitæ delicatiore, & odore vnguenti, quia tanta calamitata ſe vnguẽtis delibuere miſer non deſtitit. Enim .i. quia cura ſagax .i. ſolertis naſi, & odoriſequi, quaſi canum venaticorum eorum qui ſequebãtur miſerum odorata eſt .i. odore perſenſit iſtis veſtigijs .i. indicijs vnguẽti, cubile eius fugæ abditum .i. latebras eius à quibus ſ. perſecutoribus, ſerui latentes cõprehenſi, torti multũ, ac diu negabant ſe ſcire, vbi dominus .ſ. ſuus eſſet. Plancus non ſuſtinuit deinde ſeruos, tam fideles, & tam boni exempli cruciari vlterius, ſed proceſſit in medium, & obiecit iugulum .ſ. ſuum gladijs militũ. Quod certamen mutuæ beneuolentiæ facit arduũ, id eſt difficile dignoſci vtrum dominus fuerit dignior, qui experiretur tam conſtantem fidem ſeruorum, an ſerui ſup. fuerint digniores, qui liberarentur ſæuitia quæſtionis .i. inueſtigationis domini per tormenta, & cruciatus maximos, tam iuſta miſericordia domini.

DE QVODAM SERVO Panopionis.

* Vrbini à Macro. lib. 1. & Ap. & ab Appi. lib. 4.
* Cognouiſſe.

QVID *Vrbani* * *Panopionis ſeruus, quàm admirabilis fidei? qui cum ad dominum proſcriptum occidendum domeſticorum indicio certiores factos milites in Reatinam villam veniſſe* * *cognoſceret, commutata cum eo veſte, permutato etiam annulo, illum poſtico clàm emiſit, ſe autem in cubiculum, ac lectulum recepit, & vt Panopionem occidiſſe paſſus eſt. Breuis huius facti narratio, ſed non parua materia laudationis: nam ſi quis oculos ponere velit ſubitum militũ accurſum, conuulſa ianuæ clauſtra, minacem vocem, truces vultus, fulgentia arma, rem vera æſtimatione proſequetur, nec quam cito dicitur aliquem pro alio mori voluiſſe tam id ex facili etiam fieri potuiſſe arbitrabitur. Panopion autem quantum ſeruo deberet, amplũ ei faciendo monimentum, ac teſtimonium pietatis grato titulo reddendo, confeſſus eſt. Contentus eſſem huius exemplis generis, niſi vnum me dicere admiratio facti cogeret.*

OLIV. QVID Vrbani Panopionis] Macrobium Saturnalium lib. 1. hoc idem refert exemplum. Panopion proſcriptus cum in reatinam villã delatus forte lateret, & milites ad eum occidendum miſſi ſunt, quod cum ſeruus comperiſſet, & veſtem cum domino commutauit, & annulum accepit in cubiculum, ac lectum aſcendit, ac pro eo mortem ſubire non dubitauit. [Poſtico] Poſticum latens, oſtium in poſteriori parte domus poſitum. Horat. poſtico falle clientem. [Nec quàm cito dicitur] Non ita eſt, inquit, vt quàm facile dicitur pro alio quiſpiã mori voluiſſet, tam facile etiam potuiſſe creditur, nam niſi ſumma, & inæſtimabili fide præditus ſeruus iſte fuiſſet, poterat militum impetu, minisq; deterreri, vt fugientem dominũ indicaret. [Titulo] Nam in ſepulchro iuſſit inſcribi titulum, hic poſitus ſeruus qui pro domino mori non dubitauit.

ASCEN. QVid] Modus eſt interrogandi, q. d. quid dicit lector, vel auditor, ſeruum Panop. Vrbani .ſ. dicti, quàm .i. quantum admirabilis fidei .i. fidelitatis in dominum ſup. fuit, q. d. pluſimum, vt pote, qui cum cognoſceret milites .ſ. proſcrib. factos certiores .i. edoctos indicio domeſticorum .i. familiarũ Panop. qui indicarant ipſum eſſe in villa ſua, veniſſe in villã reatinam ad occidendum dominum .ſ. Panop. proſcriptum, veſta cõmutata cum eo .ſ. domino ſuo, & annulo etiam permutato emiſit illum .ſ. dominum ſuũ, clam .ſ. militibus. [Poſtico] .i. per oſtium poſterius, cum milites anterius pulſarent. Autẽ pro ſed, ſeruus recepit ſe .ſ. ipſum in cubiculum, ac lectulum .ſ. domini ſui tãquam in locũ tutum, & paſſus eſt ſe occidi, vt Panop. Narratio huius facti eſt breuis, ſed materia laudationis eſt parua .i. magna. [Nam ſi quis velit ponere ante oculos] .ſ. mentis, accurſum militum .ſ. terribilẽ, vt pote animo interficiẽdi, clauſtra ianuæ conuulſa .ſ. à cardine ſuo, vocem .ſ. militũ minacem, vultus truces .i. truculentos, arma .ſ. diſtricta, fulgentia, tunc ſup. aut talis proſequeretur rẽ æſtimatione .i. ponderatione vera .i. iuſta, nec arbitrabitur, quàm .i. quãtum cito dicitur aliquẽ voluiſſe mori pro alio, id potuiſſe fieri etiam ex tam facili. Autem pro ſed, Panop. confeſſus quantũ deberet ſeruo, quia ſalutem ſuam, faciendo ei monumentũ amplum, ac reddendo titulo grato .i. inſcriptione grati animi indice teſtimoniũ pietatis, quia inſcripſit in monumento. Hic poſitus, qui pro dño ſeſe obtulit hoſti. Sanè, quia tale monumẽtũ extruxit, certũ eſt in vrbem ad priſtinam dignitatẽ rediſſe, vnde nõ dicam à triumuiris proſcriptum, ſed aut à Sylla, aut à Mario, aut ab alio cuius factio non diu ſtetit. Auctor autẽ ad ſequens exemplũ apte inferendũ ſubdit. Ego eſſem contentus exemplis huius generis ſ. ſeruorũ niſi admiratio facti cogeret me dicere vnũ .ſ. exemplũ qđ ſequitur.

DE SERVO ANTII RESTIONIS.

* Macro lib. 1. Sat. & Appia. lib. 4.

ANTIVS *Reſtio* * *proſcriptus à triumuiris, cum omnes domeſticos circa rapinam, & prædam occupatos videret, quàm maximè poterat diſſimulata fuga ſe penatibus ſuis intempeſta nocte ſubduxit, cuius furtiuum egreſſum ſeruus ab eo vinculorum pœna coercitus, inexpiabiliq; literarũ nota per ſummam oris contumeliam inuſtus, curioſis ſpeculatus oculis, atq; veſtigia huc, atque illuc errantia beneuolo ſtudio ſubſecutus, lateri voluntarius comes arrepſit. Quod quidem tam exquiſito, tamque ancipiti officio, perfectiſſimum expectatæ pietatis cumulum expleuerat; his enim, quorum felicior in domo ſtatus fuerat, lucro intentis, ipſe, cum nihil aliud, quàm vmbra, & imago ſuppliciorum ſuorũ maximum ſibi eſſet emolumentum eius, à quo tam grauiter punitus erat, ſalutẽ vendicauit; cumq; abunde foret iram remittere, adiecit etiam charitatem, nec haſtenus beneuolentia proceſſit, ſed in eo conſeruando mira quoq; arte vſus eſt: nã vt ſenſit cupidos ſanguinis milites ſuperuenire, amoto domino rogum extruxit, eique egentem à ſe comprehenſum, & occiſum ſenem ſuperiecit, interrogantibus deinde militibus, vbinam eſſet Antius, manum rogo intendẽs, ibi illum datis ſibi crudelitatis piaculis vri reſpondit. quia veriſimilia loquebatur habita eſt voci fides, quo euenit, vt Antius ſtatim quærendæ incolumitatis occaſionem aſſequeretur.*

OLIV. ANTIVS Reſtio] Hoc etiam ſuperiori conferri poteſt. Antius iſte Reſtio proſcriptus, & ipſe à triumuiris, profugerat in villam, ibiq; latebat, & cum omnes eius domeſtici cognita proſcriptione, in diripiẽda illius domo eſſent intenti, vnus tantũmodo ſeruus qui grauibus pœnis, ab ipſo domino fuerat affectus (nam illũ ſæpeſſime verberibus ceciderat, vultum etiam ipſius multis turpibus ſignis notatũ deformem reddiderat) ſe tñ illius fugæ fideliſſimũ comitẽ præbuit, & dominum ab inſtanti morte liberauit, nam vbi ſenſit perſecutores adeſſe, inopem quendam ſenem occidit, & ſtructo rogo pro domino cremauit: quærentibus deinde militibus, vbi nam eſſet Ant. rogum oſtendens illic eſſe dixit, quibus ei credentibus, dominus tam fidelis ſerui beneficio tunc mortem euaſit, quod quidem eo videtur admirabilius, quod de illo tã peſſime meritus fuerat, magnum profecto pietatis, & fidei documentũ hoc vno officio ſeruus ille præſtitit. Macr. Saturn. lib. 1. auctor huius hiſtoriæ multa fidelitatis ſeruorũ exempla commemorat. [Circa rapinam] Id enim ſibi gratũ erat, vt ad prædã intenti non ſibi impedimẽto forent. [Inuſtus] Sugillatus candenti ferro, ne nota facile deleri poſſet. [Ancipiti] Ambiguo, quia in eodẽ ſe periculo exponebat. [Spectatæ] Probatæ. [Quo quidem tam exquiſito] Adimpleuerat, inquit cumulatum pietatis officium, ſe fugæ comitem cum ſalutis diſcrimine præſtando, verum ac re non contentus maiora fecit. [His .n. quorum felicior] Verè inquam pietatis cumulum expleuerat comitando fugientem dominum, nam ceteri qui liberalius habiti fuerãt à domino melioriq; fortuna vſi, ad diripiendas illius opes ſe cõuerterũt. hic qui domini ſuppliciorum erat imago, quippe ab illo ſæpius laceratus, eius ſalutem protexit, eamq; ſuum eſſe emolumẽtum

voluit

volnit. [Emolumentum] Vtilitatem,& lucrum dictum,eo quod mentem molliat. [His enim ceteris].i.ſeruis,qui liberalius habiti fuerant à domino diripiendis illius bonis intentis. [Intendens]Digito demonſtrans rogum. [Piaculis]Pœnis, & notis.

ASCEN. ANtius Reſtio proſcriptus,ideſt ſcripto publice propoſito morti vbicunq; reperiatur addictus à triumuiris .ſ. Auguſt. Ant. & Lep. cum videret omnes domeſticos occupatos circa rapinam & prędam inimici hominis domeſtici eius fuga diſſimulata.i.occulta per diſſimulationem maxime, q̄.i. quantum poterat, ſubduxit.i.clanculum ſubtraxit ſe penatibus ſuis.i.domui ſuæ nocte intempeſta, i. paulo ante mediam, qua nullius agendi opportuna tempeſtas, eſt. Cuius .ſ. Reſtio egreſſum furtiuū.i.occultum,ſeruus coercitus.i. cohibitus ab eo pœna vinculorum .i.qui retentus fuerat in vinculis. [Inuſtus.i.notatus,& defamatus per inuſtionem nota literarū, inexpiabili.i. indebili, nam candenti ferro inſcripſerat fronti eius notā ignominię,vtpote fur,furcifer,fugitiuus,nequam ſeruus,aut quod ſimile per ſummā contumeliam.i.deformitatem oris.i. faciei ſpeculatus oculis curioſis.i.deligentibus,atq; ſubſecutus beneuolo ſtudio veſtigia .ſ. domini errantia, more errantium ex induſtria reflexa huc atq; illuc arrepſit.i. pedetentim aduenit Comes voluntarius lateri.ſ.domini. [Quo quidem officio.i.benigno pluſquam debito obſequio, tam exquiſito.ſ.ſingulari, & tā ancipiti.i.dubij euentus,quia ſi cum domino deprehenſus fuiſſet, cum illo pœnas luiſſet, ipſe ſeruus expleuerat perfectiſſimum cumulum pietatis.Enim pro quia ,his.ſ.domeſticis,& ſeruis alijs,quorum ſtatus fuerat felicior in domo.ſ.Reſtionis intentis. i. cum eſſent intenti lucro,ipſe cum nihil aliud, quàm vmbra,& imago ſuppliciorum ſuorum.i.quæ prętulerat,eſſent ſibi maximū.i. præcipuum Emolumentum .ſ. lucrum, quod à domino fuerat aſſecutus,nihil enim rapere voluit,nec aliud à domino acceptū oſtendere poterat, præter oris deformationem, & vinculorum veſtigia,vendicauit.i.procurauit,& vt ſibi debitā aſſeruit ſalutem eius.ſ. domini ſui à quo punitus erat grauiter. [Cumq;.i. & cum foret abunde.i.pluſquam ſatis remittere iram.ſ. ob contumeliam illatam,adiecit,&.i.etiam,charitatem .i. ſingularem dilectionem. Nec beneuolentia ſup.eius in dominum proceſſit, hactenus ſup.duntaxat.i.ſolum ad hanc vſq; beneficentiam,ſed vſus eſt quoque.i.etiam mira arte in cōſeruando.i.domino ſuo. Nam vt.i.poſtquam ſenſit milites cupidos ſanguinis .ſ. domini ſui ſuperuenire.ſ.ad locum profugij.extraxit rogū.i.Pyram domino amoto ſ.prius.i.in locum aliquem ſecretiorem, obſtruſo, & ſuper iniecit, ei.ſ.in rogo ſenem. ſ.aliquē egentem .i. mendicum, & pauperem comprehenſum,& occiſum à ſe,deinde militibus,qui iam aduenerāt,interrogantibus vbi nam Antius.ſ. dominus eius eſſet,ipſe intendens manum rogo .i. in rogū,aut rogum verſus,reſpondit illum vti ibi.i.illo rogo piaculis.i. pœnis purgatricibus crudelitatis, datis ſibi .ſ. ſeruo crudeli à domino paſſo .Et ſup.quia loquebatur veriſimilia,fides eſt habita voci.i. dicto eius. Quo euenit, ut Antius aſſequeretur.i. obtineret ſtatum .i. paulo poſt cum ſciret ſe non amplius quæri occaſionem incolumitatis.i.ſalutis quærendæ.ſ. per fugam maturam.

DE MVTATIONE MORVM, ET fortunæ. CAP. IX.

MVLTVM animis hominum, & fiduciæ adijcere, & ſolicitudinis detrahere poteſt morum ac fortunæ in claris viris recognita mutatio, ſiue noſtros ſtatus, ſiue proximorum ingenia contemplemur. nam cum aliorum fortunas ſpectando ex conditione abiecta, atque contempta claritatem emerſiſſe videamus: quid aberit, quin & ipſi meliora de nobis ſemper cogitemus, memores ſtultum eſſe perpetuæ infelicitatis ſe damnare, ſpemq́; quæ etiam incerta ratione fouetur, interdum certam in deſperationem conuertere?

OLIV. MVLTVM animis hominum]Val.ſcripturus de mutatione morum,& fortunæ,id agit, vt oſtendat cognitionē morum mutationis, atq; fortunæ nobis vtilem eſſe, & ſic beneuolentiam captat à perſona, cum oſtendat ſe rem vtilē eſſe ſcripturū, & quia occurrebat illud, quod prodeſt ſcire mutationes morū & fortunæ,dicit ex hoc id boni conſequimur,vt cū aliorū fortunas videremus eſſe mutatas vt qui in ſordida, & abiecta conditione poſiti ad celſiorē dignitatis gradum euaſerunt, & nos quoq; de rebus noſtris melius ſperare potuerimus. [Fiducia adijcere] Cum viderimus aliorum fortunas eſſe mutatas,non eſſe deſperandum de nobis,aut de filijs noſtris,quód turpioris vitæ futuri ſint. [Solicitudinis] Vnū ſequitur ex altero,nam quia fiduciā ſumit, ideo ſolicitudinem deponit.[Stultum eſſe] Cum videamus inquit multos abiectæ obſcuræq; conditionis homines,mutata fortuna ad claritatis faſtigium euaſiſſe,ſtultum eſt de humili fortuna noſtra deſperare, & nos quaſi perpetuę infelicitatis damnare. [Spem]Spes eſt bonorum futurorum expectatio.

ASCEN. MVltum, &c.] Præfatio eſt in exempla mutationis morum & fortunæ complectens commoditatem eiuſmodi contemplationis, ac lectionis. Ordo eſt. Mutatio morū,ac fortunæ recognita in claris viris poteſt,& .i. ſimul adijcere animis hominum multum fiduciæ, & detrahere multū ſolicitudinis, ſiue contemplemur ſtatus noſtros .i. pręſentis vitæ, hoc eſt tempore, quo hæc ſcripta ſunt, ſiue ingenia proximorum.ſ.ſtatui noſtro,hoc eſt paulo ante defunctorum,nam cum nos ſpectando fortunas aliorum,videamus .ſ. nonnullos emerſiſſe ex conditione.i.ſtatu vitæ abiecta atq; contempta, in claritatem i ſplendorem rerū,& nominis,quid aberit, aut potius oberit,quin &.i.etiam ipſi.i. nos cogitemus ſemper meliora de nobis? memores ſup.entes.i.cum ſimus memores ſtultum eſſe damnare ſe perpetuæ infelicitatis,& conuertere ſpē, quæ fouetur interdum etiam ratione incerta.i.dubia in deſperationem certam.i.non dubiam, quod qui faciunt in ſpem nimirum peccant.Eſt ergo bona ratio ad ſpem nos erigendi.

DE MANLIO TORQVATO FILIO, L.Manli Torquati.

*MANLIVS * autem Torquatus adeo hebetis atq; obtuſi cordis inter initia iuuentæ exiſtimatus,vt à patre Manlio ampliſſimo uiro,quia & domeſticis, & reip. vſibus inutilis videbatur, rus relegatus, agreſti opere fatigaretur * poſtmodum patrem reum iudiciali periculo liberauit: filium victorem, quód aduerſus imperium ſuū cum hoſte manu conſeruerat, ſecuri percuſſit: patriā latino tumultu feſſam ſpecioſiſſimo triūpho recreauit. In hoc credo fortunæ nubilo contemptu adoleſcentiæ perfuſum quo ſenectutis eius decus lucidius eniteſceret.*

* Liuius lib.7.

* Lib.5. ca.2. Liu. 8.c.2. hoc lib. c. 4.

OLIV. MANLIVS Torquatus] De hoc vero multis in locis carptim diximus, qui nunc etiam tota hiſtoria repetenda eſſet, ſed breuitatis gratia dicemus tantum, qui neceſſaria ſunt, hic a pueritia ad adultā ætatem obtuſioris ingenij,tardiorisq; linguæ adeo fuiſſe dicitur, vt à L. patre imperioſo viro,aſperiorisq; naturæ,fuerit ex vrbe quodammodo relegatus,& rure iuſſus habitare,quaſi reipu.ciuis futurus ſemper inutilis.eius vero mores adeo immutati ſunt, vt & patri,& rei pub. vtiliſſimus euaſerit, nam quomodo patri vtilis fuerit diximus in cap.de pietate. Idem mox cum Gallorū exercitus ſuper ripas amnis caſtra poſuiſſet, Romaniq; obuiam exiſſent,& Gallus magnitudine ſolita, ponte occupato prouocaret ad prælium, ſi quis eſſet vir fortis Romanorū, hęſitantibus alijs dictatorem ſuum adijt,& obtenta pugnandi extra ordinē licentia, hoſtem exultantē more gentis, & armis aureis gloriantē, tertis ipſe magis quàm ornatus miles, & vtilibus magis quam fulgētibus armis, exanimi nihil amplius intulit ludibrij,quàm vt torquem aureū vnū duntaxat illi abſtulerit, hinc militari ſuorum gaudio,ac fauore ortū eſt Torquati nomen: coronam præter hæc aureā dictator illi dono dedit ob inſigne virtutis, tantum deniq; momēti in hoc duello fuit, vt nocte proxima clam Gallorū exercitus abſcederet. Virg. hic manus in primis vt ait Cic.& qui indulgens in patrem, Idem acerbe ſeuerus in filium, quem quod contra ſuum edictū prouocatus cum hoſte pugnaſſet, quamuis victorem, iuſſit interfici. Bello latino, quod tertio eius conſulatu geſtū eſt, quo ſuſi cæſiq; latini fuere adeo vt vix pars quarta ſuperfuerit, vbi ea conſulis virtus fuit, vt ei conſtet, quacunq; in parte dux fuiſſet, eo inclinatura fuiſſet victoria. [Hebetis] Rudis negligentis,& prope vecordis. [Obtuſi] tardi. & ſtupidi. [Cordis] Animi, & ingenij. [In hoc fortunæ nubilo] Credo,

Credo, inquit, ideo voluiſſe fortunam huius adoleſcentiã obſcuriorem eſſe, vt ſenectus fieret illuſtrior. [Relegatus] Quaſi exul in agris viuebat, & raro commigrabat in vrbem, ruſtico operi ſemper intentus.

ASCEN. MAnlius autem Torquatus, ſ. filius L. Torquati exiſtimatus inter initia iuuentæ, cordis adeo hebetis, atq; obtuſi, vt relegatus rus. i. ad opus ruſticum, à Manlio patre, ſ. eius viro ampliſſimo, quia videbatur inutilis vſibus domeſticis, & reipub. fatigaretur opera. i. operatione, & exercitio agreſti liberauit poſtmodum patrem reum periculo iudiciali, de quo ſupra habitum eſt, & Olim iterum recitat, percuſſit ſecuri filium victorem, quod conſeruerat manum. i. prælium commiſerat cum hoſte aduerſus. i. cõtra imperium ſuum. Credo (inquit auctor) perſuſum in hoc nubilo fortunæ contemptu adoleſcentiæ. i. quia eius adoleſcentia contemnebatur, & pro inſipienti habebatur quo. i. ideo vt decus, ſenectutis eius eniteſceret lucidius.

DE SCIPIONE APHRICANO Superiore.

* Gel. lib. 6. cap. 8. *SCIPIO * autem Africanus ſuperior, quem dij immortales naſci voluerunt, vt eſſet in quo virtus ſe per omnes numeros omnibus efficaciter oſtenderet, ſolutioris vitæ primos adoleſcentiæ annos egiſſe fertur, remotos, quidem à luxuriæ crimine, ſed tamen Punicis trophæis deuictæ Carthaginis ceruicibus impoſita iuga teneriores.*

OLIV. SCIPIO autem] De Aphricano ſuperiore varia ferunt ſcriptores, nam Val. illum à primis adoleſcentię annis ſolutioris vitæ fuiſſe dicit, quod Au. Gel. ſimiliter ſentire videtur in ea queſtione quam de Alex. & Scip. continentia facit, in qua Scip. oſtendit Alexandro præferendum, in fine tñ ita ſubiungit. Sed hanc vtranq; declamanciunculam ſuper Alexandro, & Scipione celebrauerũt, hi, quibus abunde ingenij, & ocij, & verborum eſt, nos ſatis habebimus, quod ex hiſtoria eſt id dicere. Scipionem iſtum vero ne, an falſo incertum eſt, fama, tñ cum eſſet adoleſcens haud ſyncera fuiſſe, & propemodum conſtitiſſe, hoſce verſus, à Cn. Nævio poeta in eum ſcriptos eſſe, Etiam qui res magnas manu ſæpe geſſit glorioſi, cuius, facta viua nunc vigent, qui apud gentes ſolus præſtat, eum ſuus pater cum pallio vno ab amica abduxit, his ergo verſibus credo adductũ Vale. Antiatem aduerſus omnes ſcriptores, ſic de Scip. moribus ſenſiſſe, & puellam illam captiuam non redditam à Scip. ſed in delitijs, amoribusq; ab eo vſurpatam, alij fermè omnes hunc in omni ętate continentiſſimũ fuiſſe tradunt. Nam & idem Aul. Gel. alio loco dicit hunc eodem quo Alex. oſtento natum diuinæ virtutis fuiſſe, idq; res ab eo clariſſime geſtas plane teſtari, atq; in primis illud vnum quod dum Badiam Hiſpaniæ oppidum munitiſſimũ obſideret, dixit militibus ſuis ſibi in iure audiendo aſſiſtentibus, ac poſcentibus, quem in diẽ, & locũ dari vadimonia iuberet, oppidi arcem oſtendens, illic ſe poſtero die ius eſſe dicturum. Addit præterea illũ ab adoleſcentia noctis extremo, antequam dilucularet in capitolium venitare ſolitũ fuiſſe, & aperiri cellam Iouis fuiſſe, ibiq; ſolũ diu demorari, idq; temporis in capitolium ingredientem, canes ſemper in alio ſęuientes, neq; latrarent in eum, neq; incurrerent. Quid illud quod Liu. Plut. ceteri omnes fermè ſcriptores tradunt, quod ab ipſa adoleſcẽtia ſaucium patrẽ è manibus hoſtium liberauerit, quod in ipſo deinde iuuentutis flore, quo maxime libidinib. feruet ætas, virginem eximia ſpecie, & pulchritudine captam ſponſo cui depacta fuerat, intactam, inuiolatamq; reſtituit, vt in cap. de continẽtia diximus. non igitur eius adoleſcentia videtur aliqua libidine vexata, in qua fuere virtutes prope diuinæ, quod, & Plut. affirmat. [Numeros] Numeri virtutum ſunt quatuor, quæ fundamenta dicuntur, Prudentia, Temperantia, Iuſtitia, Fortitudo. [Solutioris] Incontinentioris. [Teneriores] Effœminatiores, Leuiores eneruatiores, quam cõuenirent victoriis de Carthag. partis, aut quàm victori cõuenirent, q. d. ſi quis vidiſſet teneros adoleſcentiæ Scip. annos nunquam ſpem tantam de ipſo ſumpſiſſet, vt illum Aphricæ domitorem futurum animo præſumeret.

Scip. a Neuio Notatus

ASCEN. SCipio autem Aphricanus ſuperior, quem dij immortales voluerunt naſci, vt eſſet, Sup. aliquis in quo virtus oſtenderet ſe hominibus efficaciter per omnes numeros, id eſt omnes partes eius hoc eſt cõplere, fertur egiſſe primos annos adoleſcentiæ vitæ ſolutioris. i. pluſquam ſatis erat diſſolute, quidẽ certo remotos à crimine luxuriæ, ſed tamen teneriores. i. molliores, & vt alij legũt, leuiores. Trophæis punicis. i. quàm à quibus ſperari deberent Trophęa punica; & hoc iugo impoſito ceruicibus Carthag. deuictæ, hoc eſt licet non fuerit extremæ diſſolutionis in aduleſcentia, mollius tamen & diſſolutius vixit, quàm vt Carth. domitor futurus credi poſſet.

DE C. VALERIO FLACCO.

*CAIUS quoq; * Valerius Flaccus ſecundi Punici belli temporibus luxu perditam adoleſcentiam inchoauit. Ceterum à P. Licinio Pon. Max. flamen factus, quo facilius à vitijs recederet, ad curam ſacrorũ, & cerimoniarum conuerſo animo, vſus duce frugalitatis religione, quantum prius luxuriæ fuerat exemplum, tantum poſtea modeſtiæ, & ſanctitatis ſpeciem euaſit.* * Liuius lib. 22.

CAIUS quoq; Val.] Etiam diſſolutior fuit, quàm Scip. quod luxuriæ atq; libidini deditus fuit, qui ſecundi Pun. bel. temporibus conſul fuit, & Hannib. ab vrbe reiecit, teſte Plin. de viris illuſt. qui ait Hannib. cum ad tertium ab vrbe lapidem caſtra poſuiſſet, tempeſtatibus repulſus, primum à Fabio Max. fruſtratus, deinde à Valer. Flac. repulſus, & à Marc. Marcel. fugatus in Aphricam reuocatus, à Scip. ſuperatus eſt. Liuius tamen dicit non à Valer. ſed a Ful. Flac. ab vrbe fuiſſe repulſum, ſed Pub. Licinius in tam corrupto adoleſcente egregiã indolem contemplatus, eum flaminem dialem creare non dubitauit, ratus id futurũ quod euenit, vt adiecta dignitate, mores, vitamq; mutaret, nam cum primum ad religionem adiecit animum, ſtatim mutatis moribus adeo continens factus eſt, vt modeſtiæ, & ſanctitatis vnicum ſpecimen videretur, nec mirum nam religio omnis eſt continentiæ, virtutiſq; magiſtra. [Duce frugalitatis religione] Nam religio non ſolũ frugalitatis, ſed omnium virtutum dux eſt atq; magiſtra. OLIV.

CAius quoq; Valerius Flaccus inchoauit temporibus ſecundi bel. pun. adoleſcentiam perditam luxu. i. ſuperabundanti vſu in victu, veſtitu, coitu, & ceteris voluptatibus [Ceterum]. i. ſed factus flamen. ſ. ſacerdos. à Pub. Licinio Pontifice maximo quo. i. ideo vt recederet facilius à vitijs animo conuerſo ad curam ſacrorum & ceremoniarũ, vſus religione duca frugalitatis. i. temperantis vſus rerum, quantum exemplum luxuriæ fuerat prius tantum ſpecimen. i. ornamentum, & approbamentum modeſtiæ, & ſanctitatis euaſit poſtea. ASCEN.

DE Q. FABIO MAXIMO.

*NIHIL Q. Fab. * Maximo, qui Gallica victoria cognomen Allobroci ſibimet, ac poſteris peperit, adoleſcente magis infame, nihil eodem ſene ornatius, aut ſpecioſius illo ſeculo noſtra ciuitas habuit.* * Lib. 9. ca. 5. Liu. lib. 61.

NIhil, Q. Fabio Maximo] De hoc viro dictum eſt lib. iiij. in cap. de his, qui à parentibus degenerarunt, fuit autem eius adoleſcentia tam perditæ luxuriæ, vt Quintus Põpeius prætor vrbanus illi bonis paternis interdixerit, ne per luxum, atq; libidinem profunderet. nihil igitur eius adoleſcentia turpius, nihil prouectiori ętate ſpecioſius, ornatius ve fuit ſuo tempore in vrbe Rom. mutatis enim moribus, ſtatuq; vitæ cum ſe ad rempublicam contuliſſet magiſtratibus perfunctus, res clariſſimas geſſit, præſertim aduerſus allobroges, Bituitumq; Auernorum regem, quos cum felici pugna ſuperaſſet, inde ſibi glorioſum, & immortale nomen reportauit, nam poſt illam victoriã allobrogi cognomẽ ſortitus eſt. Præterea tam grata fuit illa victoria P. R. vt quo loco cæſi, capti q; fuiſſent hoſtes ſenatus inſigne Trophęum ſtatui iuſſerit, turremq; ædificari hoſtium ſpolijs ornatam, ad tantum rei memoriam. [Gallica victoria] Quia allobroges, quos deuicit, populi ſunt Galliæ. OLIV.

NIhil Sup. fuit, aut ciuitas noſtra nihil habuit magis infame Q. Fab. Maximo, qui victoria Gallica peperit ſibimet, & poſteris cognomen allobrogi, vt ſit genitiui caſus. Nã allobrox facit huius allobrogos, vnde ſit nominatiuus hic allobrogus, ſicut à genitiuo arabos hic arabus, neſcio tñ an potius legendũ ſit allobrogicí, nã victores, non gentile nomen, ſed denominatiuum aſſumpſerunt vt Africanus, Germanicus, Britannicus, &c. nõ Apher, Germanus, Britãnus, &c. nihil dicit magis ASCEN

gis infame. Q. &c. adoleſcentiæ. i. cum eſſet adoleſcens, & noſtra ciuitas. i. Romana nihil habuit illo ſæculo. i. æuo ornati*, aut ſpecioſius eodem. ſ. Quinto Fabio ſene. i., cum eſſet ſenex.

DE Q. CATVLO.

* Cic. in Piſ. Plin. li. 19. c. 1. Liu. li. 90 & Fl. li. 3. c. 23.

*QVIS ignorat Q. Catuli auctoritatem in maximo clariſſimorū virorū prouentu excelſum gradum obtinuiſſet? * cuius ſi ſuperior ætas reuoluatur, multi luxus, multæ delitiæ reperientur: quæ quidem ei impedimento non fuerunt, quo minus patriæ princeps exiſteret, nomenq; eius in Capitolino faſtigio fulgeret, ac virtute ciuile bellum ingenti motu oriens ſepeliret.*

Oliv. QVIS ignorat Q. Catuli] Q. Catulus, quāuis in adoleſcentia luxurioſus delicatusq; fuerit, grandior tamen factus mutatis moribus, & mala viuendi ratione inter clariſſimos Rom. vrbis principes meruit ſua virtute cenſeri. hic bellum ciuile à Lepido motum pene prius extinxit, quam ſuſcitatum arderet, conſul enim cum Lepido, cum nouarum rerum cupidus per inſolentiam Lepidus Syllæ acta reſcindere vellet ex vrbe illum Catulus eiecit, tanquam ſeditioſiſſimū hominem, qui ſtatum ciuitatis perturbare molireture. nam & inquit Florus, quum iure belli dictator Sylla proſcripſiſſet inimicos qui ſupererant, reuocante Lepido, quid aliud quam ad bellum vocabantur? Cum damnatorum bona, adijciente Sylla quamuis male capta iure tamen repetitio eorum procuidubio labefactabat compoſitū ciuitatē; expediebat ergo quaſi ægrā ſauciaq; remp. requieſcere quocunque, ne vulnera curatione ipſa reſcinderentur. ergo cum turbidis cōcionibus velut claſſico ciuitatem terruiſſet, vrbe pulſus in Hetruriam arma inde, & exercitum vbi admonuerat, ſed iam Miluium pontem, collemq; ianiculū Luctatius Catulus, Cn. Pompeius Syllanæ dominationis duces, atq; ſigniferi, alio exercitu inſederāt; à quibus primo ſtatim impetu retro pulſus, hoſtisq; à ſenatu iudicatus, incruēta fuga Hetruriam inde Sardiniam receſſit ibi quoq; morbo, & pœnitentia interijt. victores, quod non temere alijs ciuilibus bellis cōmittere ſe audebant, pace contenti fuerunt. Ciuile bellō, nam fecit Lepidum ſibi collegam in conſulatu, bella ciuilia ſuſcitantem, dum enim acta Syllę reſcindere tētaret, vt proſcripti omnes, qui ſupereſſent reuocarentur in vrbem, & ſua ſibi bona reſtituerentur, grauiſſimas ſeditiones excitabat, & quietum reipub. ſtatum perturbabat, hunc igitur hoſtē patriæ à ſenatu iudicatum de medio ſuſtulit, moriq; coegit. de quo Lucanus, vt Catulo iacuit Lepidus.

Ascen. QVIS ignorat auctoritatem Q. Catuli Obtinuiſſe excelſum gradum in maximo prouentu. ſ. procreatione, & quaſi ſimul, orto fructu clariſſimorum virorum? q. d. nemo, qui illum norit. Cuius. ſ. Q. Cat. ſi ætas ſuperior. i. prior reuoluatur. i. memoria repetatur, multi luxus, & ſup. multæ delitiæ reperientur ſup. in ea, aut in eo, quæ ſ. delitiæ, & luxus non fuerunt impedimento, quo minus. i. vt non exiſteret princeps patriæ, & nomen eius fulgeret in faſtigio. i. ſummo culmine Capitolij q. ipſius capitolij ſcriptum, ac ſepeliret. i. ſopiret, & opprimeret virtute. ſ. ſua bellum ciuile oriens ingenti motu. ſ. excitato à Lepido, vt Oliuer. recitat.

DE L. SYLLA.

* Plut. in vita.

LVCIVS vero Sylla vſq; ad quæſturæ ſuæ comitia, vitam libidine, vino, ludicræ artis amore, perinquinatam perduxit.* Quapropter C. Marium Cos. moleſte tuliſſe traditur: quòd ſibi aſperrimum in Africa bellum gerenti, tam delicatus quæſtor ſorte obueniſſet, eiuſdem virtus, quaſi preruptis, & diſiectis nequitiæ, qua obſidebatur, clauſtris, cathenas Iugurthæ manibus iniecit,* Mithridatem compeſcuit, ſocialis belli fluctus repreſſit,* Cinnæ dominationem fregit, eumq; in Africa, qui ſe quæſtorem faſtidierat ipſam illam prouinciam proſcriptum, & exulem petere coegit. Quæ tam diuerſa, tamque inter ſe contraria, ſiquis apud animum ſuum attentiore comparatione expendere velit, duos in vno homine Syllas fuiſſe crediderit: turpem adoleſcentulū, & virum dicerē fortē, niſi ipſe ſe Felicē appellari maluiſſet.*

* Sal. de Bel. Iug. Flor. li. 3. c. 5. Plut. & alii.

* Li. li. 95.

* Li. li. 77.

Oliv. Sylla turpem egit adoleſcētiam.

LVCIVS vero Sylla] Plut. in vita Syllæ dicit, illum adeo in exercendis ſalibus natura ſtudioſum fuiſſe, vt ab ineunte ætate plurima cum ignominia, ſodalicia, cum mimis, atque rediculis hominibus petulanter habuerit, poſtea vero quàm in omnium rerum dominatu conſtitutus eſt, è ſcena, ſpectaculisque impudentiſſimos cogens, inter potandum quotidianis concenationibus certabat, quæ cum grandiori iam ætate patraret, & domināti dignitati probrum, & dedecus afferre viderentur, multa negligenter omittebat quæ ſtudio, & induſtria indigebant. Cœnanti ſiquidem Syllæ nullus circa ſeria vſus erat cū alio tempore impiger, & eximia ſeueritate foret, vt cum primū ſolatia, & compotationes abijceret, vno impetu rerum immutationem caperet. Verum ita mimis & ſaltatoribus manſuetus, ad omnem familiaritatem pronum ſe obnoxium ſubijciebat, vt tam ſoluti moribus animi præcipuam ad amores lenitatem, & illecebras ſibi peperit, à quibus nec prouectioribus quidem annis ſeſe reuocauit. Macrobium ſcenicum à iuuenilibus annis magno amore cōplexus, longus proſecutus eſt, eo in dies ſecum floreſcente morbo, cum ab initio publicam quidē, ceterum locupletem mulierem, quam Nicopolim appellabat, deperiret, deinde cōſuetudine, & formæ gratia mirifice adamaſſet ab ea, cum vita excederet, hæres eſt relictus nouercæ quoq; hæreditatem eſt ſortitus, hæc Plut. At Valer. cum ita inquinata, libidine, & vinolentia plena, hiſtrionam quoq: ob quæſtum exercuiſſe, dicit, ſed ea poſtmodū vitia in quæſtura depoſuiſſe, quod Plut negat, qui ad prouectiores annos ea vſq, ſeruaſſe dicit. vtcunq; ſit, cōſtat eum egregia multa facinora ædidiſſe, Iugurtha cōſilio, & prudētia ſua in captiuitatem venit, quanuis ductu, & auſpicio Marij victus fuerit. Mithridatem ſæpius acie ſuperauit ſocialis belli ſollicitudinem reip. ademit, tyrannidem Cynnæ, & factiones cōpeſcuit. Mariū patria eiecit, & proſcriptum in Africam tranſire coegit, quis crediderit tam varia, tamq; contraria ſimul extitiſſe? nam ſi quis diligenter Syllæ adoleſcentiam tot vitiis inquinatam, & illius maturiorē ætatē in quam tam præclara geſſit conſiderare voluerit, duo in vno corpore Syllas fuiſſe comperiet. [Ludicræ artis propter hiſtrionicam, & ioculatoriam] qua gratia quæſtum exercuit. [Præruptis clauſtris nequitiæ] Nam virtus eius indignata, quod à flagitiis occuparetur clauſtra omnia nequitiæ perfregit, vt vires ſuas exerceret. [Expendere] Examinare. [Catenas iniecit] Quia cōſilio ſuo per Bocchum regem proditus Iugurtha, vinctus, catenisq; oneratus in triumphum ductus eſt; Mithridatem compeſcuit, quē Cappadocia, & Aſia pepulit, & ad Tigranem regē Armeniæ confugere coegit. [Socialis belli] Prudentia ſua excitatam ſocialis belli flammam extinxit cum ſocii latini nominis propter negatam ciuitatem à Druſo promiſſam, aduerſus Rom. arma ſumpſiſſent. [Cinnæ dominationem] Qui patria pulſus ab Octauio, cum ſe Mario coniunxiſſet, qui exul iam in Africa exercitum comparauerat non continendum repetiuit vrbem, & eam per principū negligentiam cepit, quam oppreſſam Syllā à Mithridatis victoria rediens, celerius quam credi poteſt liberauit; cæſis multis Cinnæ Mariique exercitibus. [Virum fortem] Appellarem inquit illum virum fortem, niſi felicem appellari maluiſſet, nam in tabellis ad ſenatum ſemper has præſcriptione vti ſolebat. Sylla felix S. P. Q. R. ſalutem. vnde Plin. lib. 7. nat. hiſt. vnus, inquit hominum ad hoc qui felicis ſibi cognomen aſſeruauit L. Syll. ciuili nempe ſanguine ac patriæ oppugnatione adoptatos, & quibuſdam felicitatis inductus argumentis, quod proſcribere tot millia ciuium, ac trucidare potuiſſet. O praua interpretatio, & futuro tempore infelix, non melioris ſortis tunc fuere pereuntes, quam qui miſerentur hodie cum Syllam nemo non oderit, age non exitus vitæ eius omnium proſcriptorum ab illo calamitate crudelior fuit? erodente ſeipſo corpore, & ſupplicia ſibi gignente. quod vt diſſimulauerit, & ſupremo ſomno eius, cui mors quodammodo eſt credatur ab vno illo inuidiam gloria victam, hoc tamen nempe felicitati ſuæ defuiſſe confeſſus eſt, quod capitolium nō dedicauiſſet, li. 11. Sic intra hominem tineæ trecenum pedum aliquando, & plurimum longitudine, iam carne exanimi viuō cinere quoq. hominum capillo, qua fœditate, & Sylla dictator, & Alcmanem ex clariſſimis Græciæ poetis obiere.

Ascen. LVcius vero Sylla perduxit vſque ad comitia. ſ. comitiones populi ad magiſtratus creandos quæſturæ ſuæ, id eſt quibus quæſturam obtinuit, vitam perinquinatam. i. valde inquinatam

natam libidine.ſ.venerea, vino, & amore artis ludicræ.i.hiſtrionicæ, & iocularıæ, in qua quæſtũ fecerat. Quapropter tradit.ſ. in hiſtorijs, aut annalibus Rom. Caium Marium conſulem tuliſſe.i. paſſum eſſe moleſte, ꝙ quæſtor delicatus obueniſſet ſorte ſibi gerenti bellũ aſperrimum in Africa. Virtus eiuſdem. ſ. Syllæ quaſi clauſtris.i.vinculis nequitiæ.i.luxuriæ, & perditæ vitę, qua obſidebatur præruptis, & diiectis, iniecit manibus Iugurthę.ſ.regis Numidiæ, in quem Marius bellum gerebat catenas, quia vinctũ ad cõſulem perduxit, cõpeſcuit Mithridatẽ, repreſſit luctus belli ſocialis .ſ. cum populo latini nominis. fregit dominationem Cinnæ.i.tyrannidem affectatã à Cinna, & coegit eum.ſ. Mariũ, qui faſtidierat.i.ſuperbe cõtempſerat ſe quæſtorem, quia nimis delicatus eſſet, petere illam ipſam prouinciã.ſ. Africam proſcriptũ, & exulem.[Quæ].ſ.facta tam diuerſa, & tam contraria inter ſe, ſi quis velit expendere.i.æſtimare, cõparatione attentiore.i.ſatis attenta apud animũ ſuum crediderit duas Syllas fuiſſe in vno homine, videlicet adoleſcentulũ turpem, & virũ, dicerem fortẽ, niſi ipſe maluiſſet ſe appellari felicẽ.

DE SVBLIMITATE A STATV humili. CAP. X.

* patientia.

ATQVE, *vt nobilitatem beneficio * pęnitentiæ ſeipſam admonuimus reſpicere, ita altiora modo ſuo ſperare auſos ſubtexamus.*

OLIV. ATQVE vt hic vtitur tranſgreſſione breuiter admonendo, quibus de rebus dixerit, & de quibus dicturus ſit.[Beneficio] Quia poſtquam eos penituit ſuorum flagitiorum, meliora ſecuti ſunt modo, ſtatu, & conditione, quia cum in ſtatu humili eſſent, ad altiora vecti ſunt.

ASCEN. AT que vt admonitus nobilitatem.i. nobiles ipſos reſpicere ſeipſam.i.ſeipſos, ne deſperẽt de melioris vitę aſſecutione, quamuis perdita duxerint vitam, beneficio pœnitentiæ .i. per pœnitentiam, & dolore de mala vita ante acta, ita ſubtexamus euſos ſperare altiora ſuo modo, id eſt menſura, aut moderatione debita.

DE TITO AVFIDIO.

*Cice. pro Flacc. & Bruto meminit.

TITVS *Aufidius * cũ Aſiatici publicani exiguam admodum particulã habuiſſet, poſtea totã Aſiam proconſulari imperio obtinuit: nec indignati ſunt ſocij eius parere faſcibus, quem aliena tribunalia adulantẽ viderant. geſſit ſe etiam integerrime, ac ſplendidiſſime: miroque id modo demonſtrauit: priſtinum quæſtum ſuæ fortunæ, præſens vero dignitatis incrementum moribus ſuis imputari debere.*

OLIV. Aufidius ex publicano proconſul Aſia. TITVS Aufidius] Magnæ fortunæ mutatio viſa eſt in T. Aufidio, qui abiectus publicanus.i.vectigalium redemptor, in Aſia paulo poſt creatus proconſul, prouinciam illã adminiſtrauerit, nec erubuerunt, neq; indignati ſunt Aſiatici homines eius parere imperio, quem paulo ante viderant turpem quæſtum facientem, & aliorum magiſtratuum tribunalia cum aſſentatione maxima ambientem, verum prouinciam tanta cum integritate, & ſplendore rexit, vt omnes intelligerent culpa fortunę factum eſſe, vt turpem quæſtũ exerceret, ſua vero virtute ad dignitatẽ perueniſſe.[Publicani].ſ.vectigalis, eſt enim ſubſtantiue.[Adulantem] Cum actio etiã coniunxit, aſſectabatur autem illis in exigendis vectigalibus vt eſſent, eripuit. Splendidiſſime] i. liberaliſſime, periculus maieſtate. [Queſtum] Turpe lucrum publicanorum, quæſtus apud maiores turpis ſemper fuit.[Incremẽtum] Amplitudinem dignitatis qui ex publicano proconſul factus eſſet.

ASCEN. TItus Aufidius] Cum habuiſſet particulã pub.ſ. vectigalis Aſiatici.i.ꝙ P.R. habebat in Aſia admodum.i.valde exiguam.i.modicam, hoc eſt cum eſſet publicanus.i.publicæ pecuniæ, ſeu vectigalis publici Rom. in Aſia debiti exactor pro modica parte, (Sunt qui publicani ſcribunt, ſed eorũ lectio non ſatis quadrat) ipſe obtinuit poſtea tota Aſiam imperio proconſulari. Nec ſocij P. R. Aſiatici indignati ſunt parere faſcibus eius, hoc eſt imperio per faſces, & lictores deſignato, quẽ viderant adulantem.i.palpitantem, & adulatorie ambientem tribunalia aliena.i.ſedentes pro tribunali prętores aut proconſules Romanos in ea prouincia (More ſubdat verbo adulor, & eius participio accuſatiuũ) Ipſe geſſit ſe etiã integerrime, ſine corruptione ac ſplendidiſſime.i.ſine vllis ſordibus, & demõſtrauit miro modo id videlicet, priſtinum.i. priorẽ quæſtum.i.acquiſitionem ſuam, ac lucrũ, debere imputari fortunæ ſuæ .ſ. aduerſæ, vt quæ eum tam pauperem deſtituerat. Vero pro ſed, incrementum præſens. ſ. quod tunc erant præſens, quia proconſ. in Aſia eſſet, dignitatis.i.quam tũc aſſecutus fuerat, vnde legi poſſet præſentis, vbi eſt præſens debere imputari.i. acceptum ferri moribus ſuis. ſ. bonis quatenus per fortunam eos exercere poterat.

DE P. RVTILIO.

* Lib. 2. c. 7. P. Rutiliũ vocat Cic. & Aſcon. ver. 4. Oroſ. li. 5. cap. 9. Lib. 9. ca. 16.

AT P. Rutilius ** non publicanum in Sicilia egit, ſed operam publicanis dedit: idem vltimã inopiam ſuã auctorato ſocijs officio ſuſtentauit ab hoc poſtmodum Cos. leges vniuerſi Siculi acceperunt: acerbiſſimoſq; prædonum, ac fugitiuorum bello liberati ſunt. portus ipſos ſi quis modo mutis rebus ineſt ſenſus, tantam in eodem homine varietatem ſtatus admiratus arbitror. quem enim diurnas capturas exigentem animaduerterant, eundẽ iura dantẽ, claſſeſque, & exercitus regentẽ viderunt.*

AT P. Rutilius] T. Aufidius publicanus in prouincia factus proconſul, eandem poſtmodum rexit. ait P. Rut. non publicanus, ſed quod ſordidus eſt, publicanorum miniſter.i. inopem vitam ſordidiſſimo genere quæſtus ſuſtentauit. eo tñ illum mutata fortuna prouexit, vt primo conſul, deinde legumlator ex conſule fuerit. nam cum Siciliæ præeſſet, ex legatorum ſnia leges dicitur, Siculis conſcripſiſſe, bellum ſeruile ſuſcitatum in Sicilia compeſcuiſſe, prouinciam à ſeruili impetu tutam. pacatamq; reddidiſſe. ſi res mutæ, & inanimatę ſentire poſſent, Siculi portus, vrbiumq; męnia tanta in homine vno ſtatus mutationem, fortunæq; varietatem vehementer admirarentur, vt quem paulo ante vidiſſent, quotidianum victum locata opera miſerabiliter queritantem, nunc claſſis præfectum exercitus imperatorem, & prouinciæ conſulem præeſſe conſpicerent. De hoc Rut. dictũ eſt in cap. de diſciplina militari, rurſus in cap. de maieſtate.[Sed operam] Quia miniſter fuit. [Auctorato] Præſtito ex auctoritate publicanorũ. alij dicunt auctoratum officiũ dici auctoritate ſubſtitutum, vt ſi quis officio priuatus, in idem poſtea ſubſtitueret.[Socijs] Aſiaticis. [Suſtentauit] Quia ex hoc officio quotidianum ſibi victum comparabat.[Prædonum bello].ſ.bellum, quod Craſſus, & Enomaus gladiatores in Sicilia concitarunt, hic perfecit, & Siciliam liberauit, geſtum autem eſt apud Liparas.[Si quis modo mutis] Si res mutæ, & inanimatæ ſentire poſſent. [Capturas] Vt diuitias, nam ſubſtantiue poſitum, ſicut creatura, ita captura.[Exercitus regentẽ] Contra fugitiuos, ex quibus vnus ad pileũ, & libertatẽ ſeruos cõuocauit. OLIV.

AT P. Rutilius non egit.i.ſe geſſit publicanum.i. publici æris redemptorem, aut collectorem, ſed dedit operam.i. inſeruiuit publicanis.i. ſuſtentauit ſummam inopiam ſuam officio auctorato.i. ab auctoritate aliena dependente, ſocijs.ſ. Rom. imperij Aſiaticis videlicet, hoc eſt quia nomine alieno pub. officium exercẽs quotidianam mercedem recipiebat, poſtmodũ.i. deinde vniuerſi Siculi acceperunt leges.ſ. quibus poſtmodum vſi ſunt ab hoc.ſ. Rom. conſule.i. cum eſſet conſul, aut eius imperio parebant, & liberati ſunt acerbiſſimo bello prædonum, ac fugitiuorũ. Ego arbitror portus (ſi modo.i. dũmodo, quis.i. aliquis ſenſus ineſt rebus mutis) admiratos tantam varietatẽ ſtatus in eodem homine. Enim pro quia, portus ſup. viderunt, ſcilicet poſtea eundem, quem animaduerterant.ſ. prius, hoc eſt quem animaduertiſſent, ſi ſenſum habuiſſent, exigentem diurnas.i. quotidianas capturas.i. bucellas, ſicut exigunt ex captura ſua piſcatores, dantem.ſ. poſtea iura.i. leges, vt dictum eſt, & regentem claſſes, & exercitus.ſ. contra fugitiuos, & prædones. ASCAN.

DE P. VENTIDIO.

* Plin. 7. cap. Gell. 14. cap.

HVIC * *tanto incremento maius adiciam. Aſculo capto Cn. Pompeij Magni pater P. Ventidium ætate puberem in triumpho ſuo populi oculis*

ſubiecit

in vita. Flor. lib. 4 c. 9. Oroſ. App. & alij.

ſubiecit. Hic eſt Ventidius, qui poſtea Romæ ex Parthis, & per Parthos de Craſſi manibus in hoſtili ſolo miſerabiliter iacentibus, triumphum duxit: itaq; qui captiuus carcerem exhorruerat, victor capitolium felicitate celebrauit. In eodem etiam illud eximium, quòd eodem anno Prætor & conſul eſt factus.

OLIV. Ventidius fortunę beneficio illuſtris.

HVIC capto] De hoc Ventidio Gel. lib. noctium atticar. xv. ita refert. In ſermonibus nuper fuit ſeniorum hoīum & eruditorum multos in veteri memoria altiſſimum dignitatis gradū aſcendiſſe, ignobiliſſimos prius hoīes, & deſpectiſſimos, nihilq; adeo de quoq. tanta admiratio fuit, quāta fuerūt, quæ de Ventidio Baſſo ſcripta fuerunt. Eum.n. picentem fuiſſe gñe, & loco humili, & matrem eius à Pompeio Str. Pomp. magni patre, bello ſociali, quo Aſculanos ſubegit, captam cū ipſo eſſe. mox triumphante Pomp. Strab. puerum inter cæteros ante currū imperatoris ſinu matris vectum eſſe, poſt cū adoleuiſſet victum ſibi ægre quæſiſſe, eūq; ſordide inueniſſe, cōparandis.n. mulis & vehiculis, magiſtratibus qui ſortiti prouincias, ſolent præbenda pub. cōduxit, iſto quæſtu ſecutū fuiſſe C. Cæſ. & cum eo profectum eſſe in Gallias, tum quin in ea prouincia ſatis grauiter verſatus eſſet, & deinceps ciuili bello mādata ſibi pleraq; impigre, ſtrenueq; feciſſet, non modo in amicitiam Cæſ. ſed ex ea ad ampliſſimum quoq; ordinem perueniſſe, mox tribunum quoq; pleb. ac deinde prætorem creatum, atq; in eo tpe iudicatum eſſe à ſenatu hoſtem cum M. Ant. poſt vero eum victis partibus, non priſtinam tm̄ dignitatem recuperaſſe, ſed pontificatum, ac deinde conſulatū adeptū eſſe, eamq; rem tam intoleranter tuliſſe P. R. qui Ventidiū Baſſum meminerat curandis mulis victitaſſe, vt vulgo per vias vrbis verſiculis perſcriberetur. Concurrite oēs augures aruſpices, portentū inuſitatū conflatū eſt recens, nam mulos qui fricabat conſul factus eſt eundē Baſſum Suet. Tran. præpoſitum à M. Anto. prouincijs orientalibus, Parthosq; in Syriam interrumpētes, tribus ab eo prœlijs fuſos ſcribit, eūq; primū oium de Parthis triūphaſſe, & morte obita publico funere ſepultū eſſe. Manſurius ſcribit, eum bis in triumphum ductū fuiſſe Cic. hunc Mulionem Caſtrenſe ſuffraganeū appellabat, teſte Plin. lib. 7. De quo Iuuen. Si fortuna volet fies de conſule rhetor, Si volet hæc eadē fies de rhetore conſul. Vētidius quid.n. quid Tulius an aliud q̄ Sydus, & occulti mirāda potentia fati. [Miſerabiliter] Nam Arſacide rex Parthorum, Craſſi corpus feris, & alitibus deuorandum iuſſit exponi.

ASCEN.

HVIC, &c.] Ego adijciam huic tanto incremento. ſ. ſtatus maius ſup. incrementum. [Aſculo capto] .i. cum Aſculum oppidum Italiæ eſſet captum, pater Cn. Pom. magni, videlicet Pomp. Str. ſubiecit oculis populi. ſ. R. Pub. Ventidium puberem ætate in triumpho ſuo. ſ. de Aſculanis. [Hic. ſ. qui in triumpho conſpectus erat captus, eſt ſup. ille Ventidius, qui poſtea duxit Romæ triumphum ex partis. ſ. deuictis, & per Parthos .i. per medios Parthorum, aut ſuper ventres, aut dorſa Parthorum, de manibus Craſſi. i. reliquiis animæ ad corpus vſq; ad iuſtā ſedem gentilium perſuaſione, manentibus, & inde ad nos, aut illuc ab inferis, manibus (vnde prima longa eſt) iacentibus miſerabiliter, quia ſine honore ſepulturę, aut iuſtarū exequiarum in ſolo. i. terra hoſtili. [Itaq;] .i. & ita, is ſup. qui captiuus, quia captus Aſculi à Pomp. patre exhorruerat carcerem. ſ. Rom. in quem poterat à victore pertrahi, victor. ſ. Parthorū, calebrauit .i. celebrius fecit capitoliū. i. arcem illam Rom. in quam triumphantes ingrediebantur Ioui ſacrificaturi, felicitate. ſ. victoriæ ſuæ: illud eſt etiam eximium. i. egregium, & non vulgare, in eodem. ſ. Ventidio, q̄ factus eſt conſul, & prætor eodem anno.

DE VARIETATE CASVVM. CAP. IX.

DE L. LENTVLO.

CASVVM nunc cōtemplemur varietatē. L. Lentulus conſularis lege Cæcilia repetundarum crimine oppreſſus, cenſor cum L. Cenſorino creatus eſt: quem quidem fortuna inter ornamēta, & dedecora alterna vice verſauit, conſulatu illius damnationem, damnationi Cenſurā ſubijciendo: & neq; bonis eum perpetuis frui, nec malis æternis ingemiſcere patiendo.

OLIV.

CASVVM nunc] Diximus de fortuna aduerſa mutata in ſecundam, nunc de caſibus dicamus. differt caſus à fortuna, philoſophi ita dicunt, eorū, quæ fiunt, quædā nō, pp hoc q̄ intenta ſint, vt v.g. agricola fodit agrum, vt ſepulchrum faciat, & theſaurum inuenit, non pp hoc, quod intentum ſit, neq;.n. agrum fodit, vt theſaurū inueniat, ſed vt ſepulchrum faciat. Item eorum quæ fiunt pp hoc, q̄ intenta ſint, alia fiunt à propoſito, alia à natura. à propoſito fiūt, quæ ab vſu liberi arbitrij, à natura quæcunq; à quodam in ſeipſis principio continue moto accidunt ad aliquem finem. Rurſus quæ fiunt à natura, quædam ſemper, quædā nō ſemper, ſed plerunq; vt ſol ſemper per obliquum zodiaci tranſit, plerunq; vt pluuiæ ex vapore terræ naſcantur, ſed hoc notandum, eorum quæ fiunt à propoſito, & quæ à natura, propoſitum eſt cauſa per ſe, caſus & fortuna ſunt cauſa per accidens, cauſam aūt per accidens dico caſum, & fortunam, quia accidunt cauſæ per ſe, vt quidam forum petit, vt carnes emat, caſu lapidē offendit, & corruit, hic caſus eſt per accidēs, quia accidit, vt caderet, cauſa per ſe eſt, vt petat forū. Sed differt caſus à fortuna, quia fortuna eſt in habentibus propoſitum, quibus bene, & male cōtingere poteſt, non aūt in re inanimata, vt ferro, & ligno, neq;.n. in his fortuna agit. Caſus vero eſſe poteſt etiam in non habentibus propoſitū, vt in brutis, & inanimatis, vt v.g. Equus celeriter ſuperueniente nocte, ſe domū recipit, & à lupis ſeruatur, non aūt ſe recepit, vt à lupis ſeruaretur, ſed q̄ ita caſus tulit, & hoc in rebus mutis, in reb. aūt inanimatis, vt tripos cecidit, & ſedem fecit, nō ideo cecidit, vt ſedem faceret, ſed caſus ita tulit. [Caſuū nunc contemplemur varietatem L. Lentulus] Hic accuſatus repetundarū fuit. Spartacus, & Chrixus, effracto Lentuli ludo, gladiatores cū triginta aut amplius eiuſdem fortunæ viris erupere Capuā, ſeruiſq; ad vexillū vocatis, iuſtū exercitū fecerant. hi primo ad Veſuuium montē Claudium decepere, deinde conſularis quoq; aggreſſi Lentuli exercitū in Apennino cecidere, hic itaq; Lētulus lege à Cæcilio contra eum lata repetundarum damnatur. poſt damnationem cenſor creatur cū L. Cenſorio. Sed hic fortaſſe Lentulus eſt, ad quē Cic. primi lib. epiſt. ſcribit de reducendo rege Ptolemæo, quē repetundarū ex Cilicia, & Cipro accuſatum intelligimus. Nam Cato promulgationem tulit, vt ei prouincia abrogaretur, vt eſt apud Cic. ad Attic. qua promulgatione facta veſtem mutauit. [Lege Cæcilia] Quā tulerat Cæcilius .. ab auctoribus.n. leges plerunq; nominabantur. [Repetundarū] Et de repetundis dicimus. [Quē quidem] Credo inquit fortunam voluiſſe hūc hoiem alterna vice uerſare, ne ſecūdis nimiū fideret, nec aduerſis oino deſperaret, ſed amaris iocūda pmiſceret.

ASCEN.

CAſuum nūc contemplemur varietatē] Diſputat ſatis philoſophice de cauſis per ſe, & per accidens, itē de fortuna, & caſu Oliu. Sed auctor ita exēpla degeſſiſſe vř, vt in ſuperiorib. cū ſtatu & mores mutatos dignoſcamus, aut fortunā tandem pro moribus arriſiſſe, aut aduerſam fuiſſe, ſub caſuū aūt mutabilitate ea reponat, quæ præter ſpem, licet non ſemper præter meritū acciderunt, verū vnū idemq. exēplum diuerſis reſpectibus, ſub diuerſis titulis reponi pōt, ſed parui refert, dūmodo ex eius recordatione memores ſimus, noſtrū quoq. ſtatū poſſe mutari, q̄ ſi recte fecerimus, Nemo cōfidat nimiū ſecūdis. Nemo deſperet meliora lapſis. Sed ordo eſt. [Contēplemur nunc] ſ. per ſequētia exēpla, varietatē caſuū. ſ. de læta vita in triſtē, aut contra. Incipiēs aūt narrare dicit, Lucius Lētulus cōſularis. ſ. vir. q aliqñ cōſul fuerat (ſic frequentius quāquam etiā dicatur, qui conſulatu dignus eſt) oppreſſus. i. cōdemnatus lege Cęcilia. i. per legem, quā Cæcilius tulerat, crimine .i. ob crimen repetundarum. ſ. rerum, aut pecuniarū ablatarū à prouincialibus, dum prouinciam regeret, creatus eſt. ſ. poſtea cenſor cum L. Cenſorio. i. qui prius cenſuram geſſerat. [Quem quidem. ſ. Lentulū fortuna verſauit. i. agitauit inter ornamenta, & dedecora. i. opprobria, & dehoneſtamenta vice alterna .i. nunc ornamentis, nunc dedecore eū afficiens, ſubijciendo .i. ſtatim addendo, cōſulatui illius, in quo ornamentum cōſiſtebat, damnationē, in qua dedecus patiebatur, & rurſus ſubijciendo dānationi cēſuram, quæ honorificentiſſima erat, & neque patiendo, eum frui perpetuis bonis, nec ingemiſcere malis perpetuis. i. continuis.

DE CN. CORN. SCIP. ASINA.

*ISdem * viribus vti noluit in Cn. Corn. Scipione Aſina, qui Cos. à Pœnis apud Liparas captus, cū belli iure omnia perdidiſſet, lætiore ſubinde vultu eius*

* Liu. lib. 17. Flor. lib. 2. c. 2.

adiut us cunƈta recuperauit. Cos. etiam iterum creatus. Quis crederet illum à duodecim ſecuribus ad Carthagi-nienſium peruenire catenas? quis rurſus exſtimaret à Punicis vinculis ad ſumma imperij peruẽturũ faſtigia? ſed tamẽ ex Cos. Captiuus, & ex captiuo Cos. factus eſt.

Oliv. Iisdem viribus] Scipio Aſina captus à Pœnis hic collega erat duellij conſulis eius, qui apud Liparas, victa merſa, & fugata hoſtium claſſe, primum illud maritimum egit triumphũ. nam multo ante hanc victoriam Cn. Corn. Scipio alter conſulum, vt diximus à claſſe Punica circumuẽtus, & per fraudem velut in colloquiũ vocatus, & captus, primũ fuit perfidiæ punicæ documentũ, poſt captiuitatem vero a collega per victoriam redemptus, cũ omnia iure belli perdidiſſet, tñ aſpirante fortuna, cuncta recuperauit, conſulq; iterũ factus, cũ imperio, & dignitate vixit. [A duodecim ſecuribus] A cõſulatu, eſt n. metonymia.

Ascan. Iiſdem, &c.] Fortuna ſup. voluit vti iiſdem .i. continuilibus viribus in Cn. Corn. Scip. Aſina qui conſul .i. cũ eſſet conſul captus a Pœnis .i. Carth apud Liparas inſulam vnam ex Aeolijs, cũ perdidiſſet omnia iure belli, quia in hoſtium poteſtatẽ venit, deinde adiutus lætiore vultu eius .ſ. fortunę, recuperauit cũcta, quia per collegæ victoriam receptus eſt, erextus etiã iterũ conſul. [Quis crederet illũ .ſ. Aſinam peruenire .ſ. poſſe (vt quidam hñt, ſed vacat, nec verbum ab auctore poſitũ, cũ vtrunq; reſpiciat ad perueturũ, vt ſit, peruenturũ .ſ. fuiſſe priuſquam peruenerat) a duodecim ſecuribus .i. faſcibus, à parte totum, & a faſcibus duodecim eſſent lictores, ac faſces, ad Catenas Carth. q.d. nemo vero ſimiliter, cum tñ Regulo, & quibuſdam alijs idem, aut ſimile euenerit. [Et quis exiſtimaret rurſus .i. è contrario ſup. eum peruenturum ſup. fuiſſe à vinculis Punicis .i. Carthaginienſibus ad ſumma faſtigia imperij? q.d. nemo, cum veriſimilius fuerit eum in carcere periturũ, aut ad ſupplicia educendũ, ſed tñ .i. nihilominus, quanquam non erat veriſimile, ipſe factus eſt ex conſule .i. poſtquam fuerat conſul captiuus, & ex captiuo .ſ. poſtquam fuerat captiuus, ſup. factus eſt conſul.

DE CRASSO DICTO DIVITE.

Quid? Craſſo nonne pecunię magnitudo locupletis nomen dedit? ſed eidem poſtea inopia turpem decoctoris ſuperlationem iniunxit. Siquidem bona eius à creditoribus, quia ſolidum præſtare non poterat, venierunt: itaque amara ſugillatione non caruit, cum egens ambularet, diues ab occurrentibus ſalutabatur.

Oliv. Quid? Craſſo] Hic Craſſus diues appellatus eſt ob æris magnitudinem, redactus poſtea ad inopiam decoctor dictus eſt, hoc eſt deuorator, prodigus, vel vt alij dicunt ſaporũ venditor. [Turpem ſuperlationem] Turpem Hiperbolem. [Decoctoris] Venditoris ſalſamentorũ. [Sugillatione] Nota, & ignominia. [Solidum præſtare] Soluere integrum. [Diues ab occurrentibus] Cum ſubſanatione & deriſione quadam ſalutabant eum dicentes, ſalue Craſſe diues.

Ascan. Quid? nonne magnitudo pecuniæ dedit Craſſo nomen locupletis .i. habentis loculos plenos, hoc eſt diuitis. pecuniarum? ſed inopia immiſit eidem poſtea turpem ſuperlationem .i. ſuper alios, & per excellentiam denominationem decoctoris .i. eius qui in lautitijs, aut gula patrimonium ſuũ abligurierat (in quo vocabulo nullo modo ſequar Oliu. qui putet eum eſſe, qui ſalſamenta vendat, cum proprie ſit, qui coquendo, & vorando patrimonium abſumpſerit.) Siquidem .i. qm̃ bona eius venierunt .i. vendita ſunt à creditoribus, quia non poterat præſtare ſolidum .i. integrum debitum. [Itaq; ipſe non caruit] .i. non immunis fuit à ſugillatione .ſ. irriſione cũ famæ denigratione amara. (Illi, qui eam in ſe dictam audierat, cũ enim ipſa ambularet egens ſalutabatur ab occurrentibus diues dicentibus .ſ. per irriſionem, ſalue Craſſe diues, aut beate.

DE Q. CEPIONE.

*Craſſum * caſus acerbitate Q. Cepio præcurrit: is nanque præturæ ſplendore, triumphi claritatẽ, conſulatus decore, Max. Pont. ſacerdotio, vt ſenatus patronus diceretur, aſſecutus, in publicis vinculis ſpiritũ* | * Liuius lib. 67.

depoſuit: corpuſq; eius funeſti carnificis manibus laceratum, in ſcalis gemonijs iacens, magno cum horrore totius fori Romani conſpectum eſt.

Oliv. Craſſum caſus Q. Cæpio] Capitali iudicio affectus eſt, quia videlicet culpa eius, amiſſis duobus exercitibus ſuo, & collegę Manlij, caſtra etiam capta fuerant à Cimbris Teutoniciſque, aduerſus quos miſſi fuerant imperatores, quæ grauiſſima fuit reip. clades, nam ſupra octoginta Romanorum milia cæſa fuiſſe dicuntur. hic anteã Fabij ignominiam in Hiſpania correxerat, cæſo a proditoribus viriato, vt ante dictũ eſt lib. 4. cap. 7. de amicitia. Cic. Cæpionem etiam quæſtorem fuiſſe, oſtendit in Rhet. lib. 1. cap. 7. de cõſtitutione cõiecturali, vbi dicit, cum Luc. Saturninus legem frumentariam de ſemiſſibus, & tricutibus laturus eſſet. Cępio, qui per id temporis quæſtor vrbanus erat, docuit ſenatũ, &c. [Splendore præturæ] Nam prætor, Fabij errorẽ correxit, quia à viriato deceptus fuerat. [Triũphi claritate] Quẽ de viriato egit, Seruilius Cæpio, vt ait Aſc. bellum in Sicilia geſſit, & de illa triumphauit, capta Olyntho, & Phaſelide, de tribus magnis eius terræ ciuitatibus, ſed Publiũ Seruilium Cępionem dicit, non Quint forſan in prænominib. error eſt, nam aliter videtur à ſeipſo diſſentire Val. ſu cap. enim de amicitia Cęponem dixit à Lucil. Regino trib. pl. carcere fuiſſe liberatum, & eius fugæ comitem factũ, hic vero dicit in carcere fuiſſe conſumptũ, ergo aut hunc intelligimus Q. Cæpionem, illum vero ſuperiorem P. Seruiliũ Cæpionem, bis eundem in vincula fuiſſe coniectum, & poſtremo conſumptum, aut certe error eſt Liu tñ dicit lib. 17. C. Manlium, & Q. Seruilio Cæpio proconſules victi prœlio, caſtriſq; exuti binis ſunt, octoginta millia militum occiſa, calonum, & lixarum quadraginta millia ẽm P.R. tuſſionem, Cępionis cuius temeritatem clades accepta erat? damnati bona publicata ſunt, proximoq; poſt regem Tarquinium imperium ei abrogatum. [Præcurrit] Præuenit, ſuperat. [Claritate triumphi] Quia triumphauit de viriato fugitiuorum duce [Conſulatus decore] Qui cum C. Manlio conſul fuerat, & aduerſus Cimbros miſſos. [Sacerdotio] quia Põt. Max. fuerat. [Senatus patronus] Quia partes ſenatus tuẽdas ſuſceperat. [In ſcalis gemonijs] De his ſcalis dictum eſt ſupra à gemitu, vel à gemonio earum auctore denominatis.

Ascan. Craſſum, &c.] Ordo eſt. Q. Cæpio præcurrit .i. ſuperat acerbitate caſus Craſſum. [Nanq; is .ſ. Cæpio aſſecutus .i. poſtquam obtinuerat ſplendore præturæ, claritate triumphi, decore conſulatus, ſacerdotio Pont. Max. (nam omnes eos magiſtratus honorifice geſſerat) aſſecutus dico. vt diceretur patronus ſenatus, depoſuit ſpiritum .i. expirauit in vinculis publicis, quia male cum cimbris pugnauerat, & corpus eius laceratum funeſtis manibus carnificis .i. tortoris, qui ipſi vncum iniecit, vt ad ſcalas gemonias trahatur, iacens in ſcalis, gemoniis, vnde viui præcipitari ſolebant, conſpectum eſt cum horrore .i. abominatione totius fori Romani .i. omnium, qui in foro erant.

DE C. MARIO CANDIDATO.

*Iam C. Marius * maxime fortunæ luctatio eſt: omnes enim eius impetus tam corporis, quàm animi robore fortiſſime ſuſtinuit. Arpinatibus honoribus iudicatus inferior, quæſturam Romæ petere auſus eſt: patientia deinde repulſarum, irrupit magis in curiam, quàm venit. In tribunatus quoque, & ædilitatis petitione conſimilem campi notam expertus, præturæ candidatus ſupremo loco inhæſit, quam tamen non ſine periculo obtinuit: ambitus enim accuſatus, vix, atq; ægre abſolutionem à iudicibus impetrauit. Ex illo Mario tam humili Arpinate, tam ignobili Romæ, tamq; faſtidiendo candidato, * illi Marius euaſit, qui Aphricam ſubegit, Iugurtam Regem ante currum egit, qui Theutonicorum Cymbrorumq; exercitus deleuit, cuius bina trophæa in vrbe ſpectantur, cuius ſeptem in faſtis cõſulatus leguntur, cui poſt exilium Cos. creari, proſcriptoq; facere proſcriptionem contigit. Quid huius conditione inconſtantius, aut mutabilius? quẽ ſi inter miſeros poſueris, miſerrimus; ſi inter felices, feliciſſimus reperietur.*

* Plut. in vita.

* Saluſt. Flor. & alij.

Iam

OLIV. IAM C. Marius] Hic Marij vita tota eſſet referenda, vt planius cognoſci poſſet, quàm varios caſus, quanta & diſcrimina rerum paſſus fuerit, quanta rurſus fortunæ benignitate, & indulgentia vſus, vt modo felix, modo miſer in magna rerum varietate ludus fortunæ merito dici poſſit, ſed quod ad rē iſtā pertinet Marius ex municipio Arpinati, cum ſe Romam contuliſſet, ſic omnibus primo propter ignobilitatē cōtemptui fuit, vt Arpinatibus honoribus, nedum Romanis indignus haberetur. Sæpius in petitione magiſtratuum eorum illorum quidem minorū repulſam paſſus, in ſenatum irrupiſſe, magis q̄ veniſſe creditur, vixq́. præturā obtinuit, pro qua etiā ambitus accuſatus extrema fortuna ſtetit, legatus Metello in Africā nullus egregie in illa ſe militia geſſit, cui ſacrificanti, cum magna, & alta ſibi portēdi dixiſſet aruſpex, animum ſtatim ad cōſulatū adiecit, ad quē capiendum p̄ter vetuſtatē familiæ, oīa abunde erāt, induſtria, probitas militiæ, magna ſcia, animus belli ingens, domi modicus, libidinis & diuitiarum victor, tātummodo gloriæ auidus, à quo petendo diſſuaſus, primū à Metello deterreri non potuit, quo tandē impetrato, Iugurthinum bellum confecit, de Iugurtha capto triūphauit, Gallos, Cimbros, Senones, qui Romanum nomen extinguere cōſtituerant, ad internitionē vſque deleuit, orta deinde de prouincia Ponti ſeditione, vrbe pulſus à Sylla, vt ſupra diximus, cum fugiēs ſe Minturnas cōtuliſſet, in paludibus delituit, vnde extractus, & in cuſtodiā datus, cum ſeruus Cimber ad eum occidendū miſſus, maieſtate deterritus, occidere nō ſuſtinuiſſet, inde eductus, & in naui poſitus in Africā delatus eſt, vbi varia fortuna vſus, tandē ex Mauruſiis eqtes cōparanis, & exercitum cōlecit no cōtemnendum, ea agris robuſtiſſimum quēq. deligens, impletiſq. lx. nauibus ea ea virorum multitudine, Rom. verſus nauigauit, ſeq. Cinnæ eapulſo coniunxit, qui primo Oſtiā, deinde Ianiculum, poſtremo vrbē ipſam occuparunt, de inimicis ſuis grauiter vlti, proſcriptionē ipſi proſcripti grauiorē exercuerunt, multos Rom. principes de medio tollentes, q̄ vbi Syllæ nunciata fuerunt, cōpoſitis rebus cum Mithridate, properauit ad vrbē cum exercitu, & cæſis aliquot Marij, Cinnæq. exercitibus vrbē cępit. Marius vbi vidit ſe arma Syllę effugere nō poſſe, domi celebrato cum amicis cōuiuio, indicatoq́. animi ſui cōſilio, ſibi mortē cōſciuit, de quo Cic. lib. de nat. deo. Cur Marius, inquit, tam feliciter ſepties cōſul domi ſui mortuus eſt? Liu. lib. lxxx. Marius æditis in vrbe multis ſceleribus, idibus Ianua. deceſſit. [Fortunæ luctatio] Certamen fortunæ, quia viſus eſt in ferēdo fortunæ impetum, certaſſe cum fortuna. [Irrupit] q. d. per vim ingreſſus aſſidua, & importuna efflagitatione magiſtratuum. [Cōſimilem notā] Ignominiam repulſæ. [Ambitus] quod populum prece, & precio corrupiſſet. [Iugurtham] Numidiæ regem quē prodidit Bocchus Marij eloquentia ductus, vt Rom. partes ſequeretur. [Bina trophęa] quæ duas columnas erexerat in vrbe, Cimbrorū, & Theutonicorum ſpoliis ornatas. [Proſcripto] Nā hoſtis patriæ à Sylla iudicatus eſt, vt ſupra vidimus. [Quem ſi inter miſeros] Cic. in Parad. Marius mihi in rebus ſecundis vnus ex fortunatis hominibus, in aduerſis vnus è ſummis videbatur viris, pari ratione. Lucan. lib. 2. Ille fuit Mario vitę mudus omnia paſſo. Quæ peior fortuna poteſt, atq. omnibus vſo, Quę melior.

Marius & felix, & miſer.

ASCEN. IAm (continuatiua eſt particula) Caius Marius. ſ. Arpinas eſt maxima luctatio. i. cōcertatio fortunæ, vtpote, quæ, ſæpe ab eo, & ſæpe contra eum ſtetit, & ita ipſa, quaſi ſecum luctari vidēbatur, ſed tamen etiam cum Mario. (Eſt autē luctatio ſimilis illi in Bucol. Maronis. Et certamen erat Chorydon cum Thyrſi de magnum, vnde potius legam maxima luctatio, quàm luctatio maximæ fortunæ) probat, q̄ maxima fuerat luctatio fortunæ. Enim pro quia, ipſe Marius ſuſtinuit omnes impetus eius. ſ. fortunæ, robore. i. viribus tam corporis, quàm animi. ipſe ſup. Marius. [Iudicatus] ſ. ab Arpinatibus, inferior honoribus. i. magiſtratibus Arpinatibus, quia raro quiſpiam nouus emergit in patria, auſus eſt petere Romæ quęſturam, cum minimus honor Romæ, maior ſit maximo ferè in municipiis, deinde irrupit. i. violenter ſe intruſit magis quàm venit in curiam. ſ. Rom. patiētia. i. tolerantia repulſarum, quia licet frequentes pateretur repulſas, importunis tamen inſtantiis tandem admiſſus eſt, & quęſtor factus, & ipſe expertus quoq. i. etiam conſimilem notam. i. ignominioſam repulſam campi. ſ. Martij, in quo fiebant comitia, in petitione tribunatus, & ædilitatis, candidatus præturæ. i. ad obtinendam præturam inhæſit ſup. illi, ſupremo loco. i. demum poſt plurimas preces, quàm tamen præturam obtinuit nō ſine periculo. ſ. capitis. Enim pro quia, ipſe accuſatus ambitus, i. crimine petiti magiſtratus malis artibus, impetrauit vix, atque ægre abſolui à iudicibus. [Ille]. ſ. nobiliſſimus Marius euaſit. i. effectus eſt ea illo Mario tam humili Arpini. i. cum eſſet in patria ſua, & ita aptior eſt lectio, quàm ſi legatur Arpinate, quæ ſequitur, & tam ignobili Romæ, i. cum eſſet Romæ, tamq́. i. & tantum faſtidiendo. i. ſuperbe contemnendo, & abiecto candidato, i. petitore magiſtratuum, vtpote tot paſſo repulſas, euaſit dico ille Marius, qui ſubegit Africam, ſuffectus. ſ. in locum Metelli, non tamen honeſta ratione, vt Saluſt. recte docet, qui egit Iugurtham regem. ſ. Numidiæ, ante currum, ſcilicet triumphalem ſuum, qui deleuit exercitus Theutonicorum, Cimbrorumq́ cuius bina trophæa. i. inſignia victoriæ, vtpote ſpolia hoſtilia hoſtibus detracta, vt opinor Iugurthæ, & Cimbris, ac Theutonicis, in vrbe ſpectantur, cuius ſeptem conſulatus leguntur in faſtis. i. annalibus ſacris, cui contigit creari conſulem poſt exilium. i. proſcriptionem primam à Sylla, & cui proſcripto. ſ. à Sylla contigit facere proſcriptionem. ſ. Syllæ, & Syllanorum, quid ſup. eſt inconſtantius, aut mutabilius conditione, i. ſtatu vitæ, huius. ſ. Marij? q. d. nihil, vtpote, quem ſi tu poſueris inter miſeros. i. ſi cōſideraueris miſerias, & calamitates eius ſup. ipſe reperietur miſerrimus, & ſi poſueris inter felices. i. cōſideraueris eius felicitatem, ipſe reperietur feliciſſimus, vnde vtraque fortuna illi immodica fuit.

DE C. CAESARE.

*CAIVS * autem Cęſar, cuius virtutes aditum ſibi in cęlum ſtruxerunt, inter primæ iuuentutis initia priuatus Aſiam petens, à maritimis pędonibus circa inſulam Pharmacuſam exceptus, quinquaginta ſe talentis redemit. Parua igitur ſumma clariſſimum mundi ſidus in piratico myoparone rependi fortuna voluit. Quid eſt ergo quod amplius de ea re queramur, ſi ne conſortibus quidem diuinitatis ſuę parcit? ſed celeſte numen ſe ab iniuria vindicauit: continuo enim captos prædones crucibus affixit. Attento ſtudio noſtra commemorauimus, remiſſiore nunc animo aliena narrentur.*

* Suet. Plut. & alii.

OLIV. CAIVS autem Cæſar] Sylla deuictis Marianis partibus, Cæſ. qui per Iuliam eius amicam erat Mario ſumma neceſſitudine coniunctus: mortem machinabatur. Erat. n. Cæſ. minor Marij cōſobrinus, ſed ab ea re ſæpius fuit Sylla prohibitus à multis, qui dicerent, iniquum eſſe tantæ indolis puerū innocenter occidere, quos ille dementes appellabat qui non prouiderent, q̄ puer male præcinctus, mille Marios haberet in corpore. hęc igitur cū ad Cæſ. perlata forent, vrbe clā egreſſus, in Sabinis aliquandiu parum gratus delituit, poſtea à Syllanis militibus, qui per ea loca latitantes diſquirebāt, forte quadam deprehēſus à Corn. eorum duce duobus ſe talentis redemit. mox inde Aſiam petens circa Pharmacuſam inſulā capitur à piratis, quibus ab eo xl. talenta pro redemptione poſcētibus ſubriſit & 50. ſe daturum pollicitus, poſtmodum ſuis ad hanc expediendam pecuniæ quantitatē dimiſſis, apud cilices, duo de quadraginta verſatus dies, illis per iocū ſæpe crucem minatus eſt, cumq; allatis tandē pecuniiſ ab eis liberatus eſſet, paulo poſt inſtructis nauibus, è mileſiorum portu prædones aggreditus, quos captos crucibus omnes affixit. Aditū in cœlū] Aſſentatur Val. more ſuo Conſortibus diuinitatis. Quia Cæſar inter ceteros Deos connumeratus, diuinos honores cōſecutus eſt Cæſ. laudes, Plin. lib. 7. de nat. hiſt. ſummatim perſtringit.

Cæſ. latebræ.

ASCEN. CAius autem Cęſ. Iul. cuius virtutes ſtruxerunt ſibi aditum .i. acceſſum in cœlum, petens Aſiam priuatus. i. ſine magiſtratu inter initia primæ iuuentutis ſup. ſuæ, exceptus. i. dolo captus à prædonibus maritimis. i. piratis circa inſulam Pharmacuſam. ſ. noīe, redemit ſe xl. talentis. Igitur fortuna voluit clariſſimum ſydus mundi, videlicet Iul. cuius ſtella apparuiſſe credebatur, Auguſto facienti ipſi ludos funebres, vnde illud in Buc. Ecce Dionęi proceſſit Cęſ. aſtrū, rependi. i. æſtimari, aut redimi, parua ſumma vtpote quinquaginta talentorū in myoparone. i. nauigio piratico. [Quid eſt ergo quod queramur .i. conqueramur amplius de ea re, ſ. ſ. fortuna, ne quidē. i. nō ſaltem parcit cōſortibus diuinitatis ſuæ. vt Cæſ. in Deū poſtea aſſumpto ſq. d. merito nihil. [Sed numē cęleſte]. ſ. Iul. Deus futurus, vēdicauit. i. protexit ſe ab iniuria. Enī pro quia ipſe affixi

continuo .i. paulo poſt crucibus, prædones.ſ.maritimos captos. Deinde parans tranſitum ad externa dicit. [Nos cōmemoraui mus noſtra.i.Rom.exempla, ſtudio attento.i. diligēti, & quaſi affectuoſo, nunc.i.deinceps narrētur aliena.ſ.exēpla de mutatis moribus, & conditione vitæ, ac caſibus, aio remiſſione.s.minus attento, & magis laxo qui in noſtris narrādis magis afficitur.

THEO. PHarmacuſam Pharmacuſę, nō procul à Salamina duæ ſunt inſulæ, tertia redditur ad Miletū, nobilis Attali cæde quam Valer. & Suet. intelligunt, ſuperiora Stephanus.

EXTERNA.

DE POLEMONE ATHENIENSI Philoſopho.

* Laert. in vita. Hor. Sat. 3. li. 2. & Suid. PERDITAE* *luxuriæ Athenis adoleſcēs Polemon neq; illecebris eius tantummodo, ſed etiam ipſa infamia gaudens, cum è conuiuio non poſt occaſum ſolis, ſed poſt ortum ſurrexiſſet, domumq; rediens Xenocratis philoſophi patentem ianuam vidiſſet, vino grauis, vnguentis delibutus, ſertis capite redimito, perlucida veſte amictus, refertam turba doctorū hominū ſcholam eius intrauit: nec contentus tam deformi introitu, conſedit etiam, vt clariſſimum eloquium, & prudentiſſima præcepta tumulentiæ laſciuys eleuaret. orta deinde, vt par erat, omnium indignatione, Xenocrates vultum in eodem habitu continuit omiſſaq; re, quam diſſerebat, de modeſtia, ac temperantia loqui cœpit. Huius grauitate ſermonis reſipiſcere coactus Polemon, primum coronam capite detractam proiecit, paulo poſt brachium intra pallium reduxit, procedente tempore, oris conuiualis hilaritatem depoſuit, ad vltimum totam luxuriam exuit, vniusq; orationis ſaluberrima medicina ſanatus, ex infami Ganeone maximus philoſophus euaſit. Peregrinatus eſt huius animus in nequitia, non habitauit.*

OLIV. PEROITAE luxuriæ] Polæmon Ath. Philoſtrati filius pago accenſi oriundus fuit, adoleſcens adeo perditæ luxuriæ, vt teſte Laertio pecunias circunſerret, quo etiā ad omnes explendas voluptates paratior, & inſtructior eſſet, eas itidem in vijs, & angiportis occulebat, in academia quoque iuxta columnam quandam pecunia dicitur repta, ab eo illic in vſus ſimiles recondita. igitur cum forte ſuis cum ſodalibus cœnaſſet coronatus, & primo mane vſq; ad ſequentis diei occaſū in cœnando tempus triuiſſet, poſtea ebrius, & coronatus, ſcholā Xeno. irrupit, & legentem philoſophum ſedens, attentis auribus cœpit audire, quod vbi vidit Xenocr. omiſſa oratione, quā cęperat, de pudicitia, & tēperantia diſſerere cœpit, vel vt alij dicunt, tūc forte illi ſermo erat de pudicitia, quem viſo Polęmone ardentius proſecutus eſt, ex quo illud ſecutum eſſe dicūt vt impudens adoleſcēs paulatim ſe colligeret, diligēterq; qualis eſſet cogitaret, & antequam ſchola egrederetur, ſeipſum componeret, ex quo adeo immutatus eſt, vt poſtea ſtudio, & induſtria ceteros anteiret, ſic quoq; cūctos ſuperaret in dies proficiendo, vt tandē Xenocrati in regēda ſchola ſuccederet. [Perditę] Eo ꝙ perdat, qui eam ſequuntur, quaſi deteſtandæ. [Illecebris & infamia] Quæ ſequebantur ex luxuria. nam infamia tota nocte complectebatur. [Non poſt occaſum] Significat ipſum ab oriente ſole vſq; ad occidentem cōtinuaſſe conuiuiū

Xeno. philoſophus. [Xenocratis] Stoicus fuit præſtātiſſimus, vt diximus in cap. de cōtinentia, de quo apud Plut. Cheronenſum legimus, cū eum forte vidiſſet Ageſilaus, diſputantem in gymnaſio, admodū ſenem, dicitur interrogaſſe, quis nam eſſet? Tunc quidā reſpondit, Eſt vnus ex his qui virtutem quærunt. Tum ille. Quando virtute, inquit vtetur, ſi eam nondū inuenit? [Reſipiſcere] Ad ſe redire. [Brachium intra pallium] Fuit iam concepti ſignum pudoris, exertum brachium intra pallium reponere. [Oris conuiualis] Qualis eſſe ſolet conuiuarum, qui vultum exhilaratum vino habere conſueuerunt. [Exuit] Excuſſit, depoſuit. [Ganeone] Continēs pro contento, nam Ganeo locus eſt, vbi lupæ.i.meretrices habitant, q.d. ex infami lenone [Peregrinatus] Differentiam oſtēdit, inter peregrinari, & habitare peregrinatur qui in alieno loco manet, habitat qui eſt in patria.

PErditæ, &c.] Ordo eſt Polemoni (media breui) ens ſup. Athenis, adoleſcens luxuriæ perditæ.i. nihil ſecum boni habentis (nam ſunt qui vitia ad aliquid vtilitatis conuertunt, vt vinoſi ad mœſtitiam animi abijciendā, mulieroſi, niſi penitus modum excedant, ad euacuandam libidinem, aut ne rumpantur tentigine, contra quam tū ſobrietas melius eſſet antidotū, aut ad multiplicationem prolis, auari ad rerum, cumulū & ſuorum ſæpe cōmoda, & ita de reliquis, de quibus Sen. lib. 7. epiſt. Nullum ſine auctoramento malū, auaritia pecuniā promittit, luxuria varias voluptates, ambitio purpurā, & plauſum, & ex hoc potentiā, & quidquid potētia poteſt, mercede te vitia ſolicitant. hæc ille. Qū igitur vitia mercede carent.i. nihil vtilitatis ſecū ferre vñr, ſed à penitus incōſiderato fiunt, tūc dñr perdita (quod prolixius expoſui, vt ſatisfaciam grāmaticis qui dubitant, quomodo luxuria dicatur perdita, cū magis perdat, perdit quidem.i.deſtituit ſubiectū ſuū, ſed tū ſi ad nihil vtilis eſt, ipſa quoq; perdita eſt vt huc loco vnde additur) neq; gaudēs tm illecebris.i.irritamētis, & tētigine eius.ſ.luxurię, ſed ipſa infamia cū ſurrexiſſet è conuiuio, non poſt occasū ſolis, ſed poſt ortum, quia totā noctē in eo cōſumpſerat, & rediens domum vidiſſet ianuam Xenocratis philoſophi patētem.i.apertam, intrauit ſcholā eius.ſ.Xenocr. refertam .i. plenā turba doctorum hominum (ergo turba etiam citra turbationē multitudinem notat) grauis vino delibutus.i.perfuſus vnguentis, capite redimito.i.habēs caput redimitum ſertis, amictus veſte perlucida .i. per cuius mediū membra eius poſſent conſpici, nec cōtētus introitu tam deformi.i.inepto, & indecēti, quia ſic ornatus in lupanar aut ganeam aptius ingreſſus fuiſſet cōſedit.i. ſedē cepit etiā, vt eleuaret.i.diminueret in æſtimatione, aut deprimeret, & impediret clariſſimum eloquium, & prudētiſſima præcepta.ſ.Xenocr. laſciuiis.i.petulātiis, temulentiæ.i.ebrietatis. Deinde indignatione omnium.ſ.auditorum orta, vt erat par.i.iuſtum, & æquum, Xenocr. continuit vultum in eodē habitu, & re, quā diſſerebat omiſſa, cœpit loqui de modeſtia.i.moderato ſumptu faciendo, & de temperantia contra libidinem. [Cuius ſermonis grauitate Polemon coactus reſipiſcere] .i. redire ad ſaniorem mentē, ſunt qui legunt reſpicere ſ vitam ſuā aut mores ſuos, primo.i. pro principio conuerſionis ſuæ proiecit coronam, quam multum potaturi, vt Bacchum imitētur, aſſumere ſolebāt, & ille nō depoſuerat, detractā capite .ſ.ſuo, & eduxit paulo poſt brachium intra pallium, quia, in Græcia res acta eſt, vbi pallio vtebātur, & depoſuit tēpore ꝓcedēte.i.ſucceſſiue, hilaritatem oris cōuiualis.i.vultus, quē in cōuiuio habuerat, & exuit ad vltimum .ſ. orationis Xenocr. totam luxuriā, & ſanatus medicina ſaluberrima vnius orōnis, euaſit maximus philoſophus ex ganeone.i.meretricū conuictore, & lurcone, Animus huius .ſ.Polemonis eſt peregrinatus.i.trāſiuit ī nequitia nō habitauit.i.nō permāſit, nec cōtraxit habitū ſup.i ca.

INfamia gaudens,] Nam rumor ille de ſe, luxuria diffluere, ei pergratus erat. THEO.

DE THEMISTOCLE.

PIGET* *Themiſtoclis adoleſcentiam attingere, ſiue patrem aſpiciam, abdicationis iniungentem notam, ſiue matrem ſuſpendio finire vitam propter filij turpitudinem coactam,* * *cum omnium poſtea Graij ſanguinis virorum clariſſimus extiterit, mediumq; Europæ & Aſiæ vel ſpei, vel deſperationis pignus fuerit. Hæc.n. ſalutis ſuæ patronū habuit: illa vadem victorię aſſumpſit.* * Probus in vita. * Plut. in vita.

PIGET Themiſtoclis] Themiſtocles mater filij turpitudinem non tulit. Themiſtocles Neoclis filius, huius vitia ineuntis adoleſcentiæ magnis fuerunt emendata virtutibus, adeo vt anteferatur: huic nemo, pauci pares putentur, ſed ab initio eſt ordiendum, pater, eius Neocles generoſus fuit, is vxorem Halicarnaſſiam ciuem duxit. e aqua natus Themiſtocles, qui cū minus eſſet probatus parentibus, quòd & liberius iuſto viuebat, & rem familiarem negligebat, à patre exhęredatus eſt, qua re mater percita nimio dolore, laqueo vitam finiuit, quæ contumelia non fregit eum, ſed erexit. nam cum iudicaſſet ſine ſumma induſtria non poſſe eam infamiam extingui, totum ſe dedit reipub. diligentius amicis, fameque ſeruiens multum, in iudiciis priuatis verſabatur, ſæpe in cōcionem populi prodibat, nulla res maior ſine illo gerebatur, celeriter quæ opus erant, reperiebat, neq; minus in rebus gerēdis, quam OLIV. Themiſtoclis mater laqueo ſe ſuſpēdit.

excogitandis erat, & quod promptus de inſtātibus (vt ait Thucidides) veriſſime iudicabat, & de futuris, callidiſſime conicijciebat, quo factū eſt, vt breui tpe illuſtraretur, nā pro patria res maximas, & clariſſimas geſſit, & ī primis aduerſus Xerxem Perſarū regē, qui cū terra, mariq́; vniuerſę Gręciæ bellū inferret, cum tantis copijs eam inuaſit, quātas neq; antea, neq; poſtea habuit quiſquam, non ſolū ſalus patriæ, & totius Græciæ, ſed etiam totius Europæ fuit. Mardoniū quoq; Xerxis imperatorem, qui expugnato Olyntho in Bœotiā ſe contulerat conſilio Themiſtoclis conſtat à Græcis fuiſſe ſuperatū, pari ratione mœnia vrbis Athenarum à Xerxe diruta, inuitis Lacedæmonijs huius prudentia fuiſſe reſtituta. Plut. tū longe aliter tradit, tam de matre, q̄ de eius adoleſcētia, nā matrem eius, alios Threijciam genere Abrotanū nuncupatam, alios Cariam, Euterpem dictā, nōnullos etiam Halicarnaſſiam tradidiſſe ſcr. in eius vita adoleſcentiā quoq; non inter vitia, ſed inter virtutes egiſſe, quæ vero de repudiatione, & exhęredatione patris, deq; voluntario matris interitu dicta sūt, ceteraq; ignominioſa, falſa, & ficta fuiſſe dicit. [Abdicationis] Exhęredationis [Mediū pignus] Cum Exoſtrochizatus fuit à patria, hoc eſt in exilium pulſus. Exoſtrochizatio. n. vt ſupra diximus, erat quoddā exilij genus decennale, nam in oſtraco, hoc eſt teſtula nomē eius ſcribebant, quem exilij damnaſſent Themiſt. ergo cū inuidia eouſque laboraret, vt in exilium mitteret ſupplex confugit ad hoſtem Xerxen Perſarū regem, & ab eo ſpaciū petijt vnius anni, antequam cū eo loqueretur, hoc aūt faciebat, vt Perſicam linguam diſceret, tranſacto vero anno, cōſilia cū rege cōmunicauit, quæ illuc tendebant, vt regi ſpē potiundę Græciæ faceret. [Mediū ergo pignus] Vel ſpei. qñ fortiter pro patria pugnauit. [Vel deſperationis] Qñ fugit ad hoſtem pugnaturus contra patriam. [Patronū] Nam hic vniuerſam Græciam ex ipſis prope manibus hoſtiū redemit, quo tpe ad Salaminam cōtra Xerxem cū exercitu miſſus eſt, nam cū Xerxes Græciam cū innumeroſo atq; incredibili exercitu inuaſiſſet, vt qui diceretur totā fermè Aſiam duxiſſe in Europā, quæ iungeret maria, ſterneret montes, flumina ſicaret, Athen. conſilio Them. qui Apollinis oraculum interpretatus fuerat, nauibus, hoc eſt bello nauali pugnandum eſſe, cū hoſte, vim ſuam oēm in claſſē coniecerunt, eiq; Thē. præfecerūt, qui cū ad Salaminā occurriſſet Xerxi, illū bello nauali ſuperauit, & in Aſiā cū paucis admodū refugere coegit, vt ſuperius monſtratū eſt. [Vadē victoriæ] Cū regi ſpopondit fore vt tōta Græcia ſubigeretur, ſi ſuū vellet conſiliū ſeq.

ASCEN. PIget] Sup. me. i. tædio, aut miſeratione afficior, attingere adoleſcentiam Them. ſ. Athen. viri poſtmodum clariſſimi ſiue aſpiciam patrem ſup. eius iniungentem. i. imprimentem filio, notam. i. infamiam abdicationis. i. excluſionis à cura, & bonis paternis in vitam, & poſt vitam patris, ſiue ſup. aſpiciam matrem ſup. eius, coactam finire vitam ſuſpendio ſui propter turpitudinē filij, cū extiterit. i. euaſerit poſtea clariſſimus omnium virorum (ſanguinis graij. i. græcanici, & fuerit pignus. i. certificamentum vt ita dicam) medium. i. inter poſitū aut medius Europę. i. regno, aut regni Græcorū, & Aſię. i. regni Perſarum vel ſpei. ſ. obtinēdi imperij etiā alieni, vel deſperationis. ſ. conſeruandi imperij ſui, quia tantiſper dū Athenis erat Græcis erat certa ſpes conſeruandi imperii contra Perſas, & Perſis deſperatio eius potiundi, & contra dum in Aſiā erat poſt exiliū, Perſis ſpes erat, & gręcis deſperatio, quæ maior fuiſſet, niſi è poto ſanguine Taurino, ſibi ne patriæ obeſſet, vitā excluſiſſet. Enim pro quia, hæc. ſ. Europa habuit eum. ſ. Themiſtoclem patronum. i. protectorem ſalutis ſuæ, illa. ſ. Aſia, aſſumpſit eū vadem. i. tanquam pignus, & certificatorem victoriæ.

DE CIMONE ATHENIENSI.

* Probus. *CIMONIS * vero incunabula opinione ſtultitiæ fuerunt referta: einſdem ſtultitia imperia ſalutaria Athen. ſenſerunt. itaq; coegit eos ſtuporis ſemetipſos damnare qui eum ſtolidum crediderunt.*

OLIV. Cimonis adoleſcentia hominū opinione ſtulta. CImonis vero] Cimonis incunabula opinione ſtultitiæ fuerunt referta, imperia vero ſalutaria, qui apud Strimonem Thracas fudit, oppidum Amphipolim conſtituit, eo, q; decem millia Ath. in Coloniam miſit, apud Micalem montem Cyprorū, & Phœnicum, ducentarum nauium claſſem deuictam cœpit, eodēq; die pari fortuna in terra vſus eſt, Scyro contaminatiores dolopas expulit, Thaſſos opulentia ſua fretos primo aduentu fregit, & cū Xerxes bellū ex integro aduerſus Athen. inſtituiſſet, vniuerſa græcia hunc Cimonem ducem conſtituit iuuenem, cuius magnitudinem futurā pietatis opera prodiderunt, quippe patrem ob crimen peculatus in carcerem coniectum, ibiq; defunctum; tranſlatis in ſe vinculis ad ſepulturā redemit, vt diximus de ingratitudine, verum nec in bello iudiciū deligentium fefellit, ſiquidem non inferior virtutis patre Xerxem terreſtri, nauali q; prœlio ſuperatum, trepidum ſe recipere ī regnū coegit. [Incunabula] Aetatis principia. [Opinione ſtultitiæ] Quia omnes ſtultum opinabantur. [Imperia ſalutaria] Quia ductu, & auſpiciis ſuis patriam nō ſolū defenderat, ſed etiam auxerat imperio. [Stuporis damnare] Damnabant ſe, & ſtupebant, q; quē in adoleſcentia ſtultū crediderāt, in maturiori ętate tanta prudentia pręditum eſſe viderent.

ASCEN. CImonis, &c.] Ordo eſt. Verum. i. ſed, incunabula. i. primordia vitæ Cimonis, ciuis Athe. fuerūt referta opinione ſtultitiæ, & ſup. Athen. ſenſerunt imperia ſtultitiæ eiuſdem, quæ nō erat habitus, ſed diſpoſitio quædam ad ſtultitiam ſalutaria. i. ad ſalutē reip. facientia. [Itaq;]. i. & ita Cimon coegit eos damnare ſemetipſos ſtuporis. ſ. vitio correptos, qui crediderant eum ſtolidum. i. corrupto ſenſu.

DE ALCIBIADE.

*NANQVE * Alcibiadem quaſi duæ fortunæ partitæ ſunt: altera, quæ ei nobilitatem eximiam, abundantes diuitias, formam præſtantiſſimam fauorem ciuium propenſum, ſumma imperia, precipuas potentias, vires flagrantiſſimum ingenium aſſignaret. altera, quæ damnationem, exilium, venditionem bonorum, inopiam, odium patriæ, violentam mortem infligeret: nec aut hæc, aut illa vniuerſa, ſed varia, perplexa, freto, atq; æſtui ſimillima.* * Probus Plutar. & Iuſtin.

OLIV. NAnqva Alcibiadē] Alcibiades Cliniæ filius Ath. In hoc natura quid efficere poſſet vī experta, vt ait Prob. ſed fortuna non minus, nihil excellentius, vel in vitiis, vel in virtutibus, nihil mirabilius in varia ſorte rerum. bello Peloponneſiaco huius conſilio Ath. bellum Siculis indixerit, ad quod gerendū ipſe inter ceteros dux electus, & cū in ipe eſſet bene adminiſtrandæ prouinciæ, reus violatorū ſacrorū abſens efficitur, q; videlicet eius opera Hermæ Athenis deiectæ eēnt, & domi ſuæ myſteria fierent, reuocatus ad cauſam dicēdū, primo Elidem, deinde Thebas venit, vbi intellexit ſe capitis damnatū, & bona eius publicata eſſe, Olympiadas ſacerdotes ā P. coactos, vt ſe deuouerent, Lacedęmonē demigrauit, huius cōſilio Lacedæmonii cū Perſa rege amicitiam fecerūt, eiuſdēq; opera Ioniam à ſocietate Ath auertunt, quibus rebus factum eſt, vt Lacedæmonii vim tantam ingenii metuentes, de interficiendo viro cōſultarent, ille ad Thiſaphernē præfectū regis ſe contulit, cuius in amicitiam intimā breui peruenit, cum Pyſādro prętore primum per colloquia de reditu mentionē fecit, deinde Thraſibulo ſanciēte ab exercitu recipitur, prætorq; fit apud Samum, poſt ſuffragante Theramene plebiſcito reſtituitur, pariq; abſens imperio præficitur, ſimul cū Thraſibulo, & Theramene, qui Laced. paulo ante victores pacem petere coegerunt, redeuntes magnis rebus geſtis à populo excipiuntur ingenti lętitia, ſed in Alcibiadem conuertuntur omnes, eū intuētur, laudant, admirantur bonis reſtituris, reſacrari iubentur, pilæq; illę, in quibus deuotio inſcripta fuerat, in mare præcipitātur. ſed hæc Alcibiadis lætitia minus diuturna fuit, nā cū Thraſibulo, & Adimanto, quos collegas ſortitus erat, claſſe in Aſiā profectus, q; apud Cymen minus ex ſententia rem geſſerat, in inuidiam cecidit, abſēti ergo magiſtratus abrogatur, ille Patarę caſtelis tribus munitis Thraciam introiuit, & tam præda, q̄ amicitiis regum magnus apud eos factus philodi prætori Ath. pollicetur ſe ſi vellet coacturum Lyſandrum dimicare, qui bellum conſulto trahebat Philodes gloriæ ſuæ potius, q̄ ſaluti patriæ conſulens, poſtulata facere noluit. Diſcedens igitur Alcibiades monuit, vt iuxta hoſtem caſtra nautica haberet, ne immodeſtia militū, Liſandro pugnādi occaſio daretur, quod ille negligens paulo poſt exercitū amiſit victis Ath. Alcib. ſe ſupra propontidem penitus abdidit in Thraciā, Thraces inſidiis factis illum quidem capere non potuerunt, ea vero, quæ apportauerat abſtulerunt, ille ad Pharnabazum in Aſiā tranſit, qui ei primum dedit in Phrygia caſtrum, ex quo xl. talēta vectigalis

cap iebat, qui non patiens victas Athenas ſeruire, cũ amicitiam regis appeteret, gratiã com illo ſe initurũ videbat, ſi aperuiſſet Cyrum fratrem, ei bellum parare Laced. iuuantibus, quod cũ facere molirētur, Critias, cetetiq; Ath. tyranni Lyſandro miſerunt, ſi ſuas res Athenis conſtitutas manere vellet, Alcibiadem tolleret, ꝙ etiam factum eſt, vt diximus in cap. de ſomnijs. ſuit aũt Alcibiades teſte Probo, oĩum ætatis ſuæ multo formoſiſſimus, ad omnes res aptus, conſilijs plenus, terra mariq; ſummus imperator, cuius tanta erat oris, atq; orationis cõmendatio, vt nemo ei dicendo poſſet reſiſtere, diues cũ tēpus poſceret, laborioſus, patiens, liberalis, ſplendidus nõ minus ī vita, q̃ in victu, affabilis, blandus, tēporibus calliđiſſime ſeruiens. idē ſimulatq; ſe remittebat, ita luxurioſus, diſſolutos, libidinoſus, intēperās reperiebatur, vt omnes admirarētur in vno homine tantã eſſe

Alcibiad. vita diſſimilis.

diſſimilitudinem, atq; diuerſam naturam. hic cũ Athenis clariſſima ciuitate natus eſſet, omnes ſplendore, ac dignitate vitę ſuperaſſe certum eſt, poſtquã inde pulſus Thebas venit, adeo ſtudijs eorũ inſeruiſſe dicit vt nemo eũ labore, corporiſq; viribus æquipararet. omnes.n. Bœotij magis firmitati corporis, q̃ ingenij acumini deſeruiunt, eundē apud Laced. quorũ moribus ſumma virtus in patientia ponebatur, vt Cic. Thuſ. oſtendit ſic duritiæ ſe dediſſe ferunt, vt parſimonia victus, atq; cultus omnes Laced. vinceret, fuiſſe apud Thracas homines vinolētos, rebusq; veneris deditos, hos quoq; , cũ apud illos eſſet, in his rebus anteceſſiſſe affirmant. veniſſe deinde ad Perſas, apud quos ſumma laus eſſet, fortiter venari, luxurioſe viuere, horũ ſic imitatum conſuetudinē dicũt, vt illi ipſi cũ in his maxime admirarentur quibus effeciſſet, vt apud quoſcunq; eſſet, princeps haberetur, quæ cum ita ſint, vt ſplendore, & dignitate ciues ſuos, labore & viribus corporis Thebanos, duritia parſimoniaq; viros Lacedæmonias, vinolētia Thracas, venatu Perſas, luxurioſa vita populũ vtrunq; ſuperauerit, nõ facile diſcerni poteſt, maiori ne laude dignus, an reprehenſione fuerit, quantũ.n. admirãdus eſt, ꝙ nulli bono virtute poſterior fuerit, tm̃ etiam deteſtãdus, quod improbis oĩbus malitia ſuperior euaſerit. [Nec aut hæc, aut illa vniuerſa] Nõ inquit aut ſecũdas, aut aduerſas res vno tempore, ſed diuerſis habuit, vt.n. mare, modo fluctib. agitatur, hoc eſt tempeſtate mouetur, modo trãquillitate fruitur, ſic Alcibiades nũc ſecũdas, nunc aduerſas res expertus eſt.

Ascen.

NAmq; (particula eſt, qua in initio noui exempli frequēs vtitur auctor) quaſi duæ fortunæ partitæ ſunt, i. diuiſerunt ſibi Alcibiadem virum illum Ath. altera. ſ. fortuna, quæ aſſignaret ei. ſ. Alcib. nobilitatem eximiã, diuitias abundãtes, formã pręſtantiſſimam, fauorem ciuium propenſũm. i. multum inclinatum in ipſum, imperia ſumma, vires potētię præcipuas, ingenium flagrantiſſimum. i. ardētiſſimum. [Altera]. i. reliqua fortuna, quæ infligeret. ſ. Alcibiadi, damnationem, exilium, vēditionem bonorum, inopiã, odium patriæ. ſ. in eum, mortē violentã. [Nec hæc]. ſ. aduerſa, aut illa. ſ. proſpera ſup. fuit, vniuerſa. i. tota in omnibus, ſed ſup. fuit varia, & ſup. perplexa. i. quod dicunt intricata ſimillima freto. i. feruori, atque æſtui. ſ. maris, nunc affluentis, & nunc refluentis: poteſt etiam perplexa cēſeri participium, vt ſit, nec hęc, nec illa. i. neq; aduerſa, neque proſpera fortuna perplexa ſup. eſt. i. ad finem vſq; complexa, ſed perplexa eſt varia exiſtēs, aut exiſtētia ſimillima freto, & æſtui.

DE POLYCRATE TYRANNO Samiorum.

* Cic. lib. 5. de Fin. Her. lib. 3 Str. li. 14.

*AD inuidiam * vſq; Polycratis Samiorum tyranni abundantiſſimis bonis conſpicuus vitæ fulgor exceſſit, nec ſine cauſa, omnes enim conatus eius placido excipiebantur itinere: ſpes certum cupitæ rei fructum apprehendebat: voto nuncupabantur ſimul, & ſoluebantur: velle ac poſſe in æquo poſitum erat: ſemel duntaxat vultum mutauit per quam breui triſtitiæ ſalebra ſuccuſſum: tunc cum admodum gratum ſibi annulum de induſtria in profundum, ne omnis incommodi expers eſſet, abiecit: quem tamen continuo recuperauit, capto piſce, qui eum deuorauerat. Sed hunc, cuius felicitas ſemper plenis velis proſperum curſum tenuit, Orontes Darij regis præfectus in excelſiſſimo * Micalenſis montis vertice cruci affixit: ex qua putres eius artus, & tepido cruore manantia membra, atque illam læuam, cui Neptunus annulum piſcatoris manu reſtituerat, ſitu marcidam, Samos amara ſeruitute aliquandiu preſſa liberis, ac lætis oculis aſpexit.*

* Michalesij.

ADinuidiam] hic Polycrates Samius tyranni fuit de quo Cic. lib. de Fin. bon. & mal. Plin. etiam & diuerſi Græci ſcriptores meminerunt, hic adeo fortunã habuit obſequioſam, vt omnia optata conſequeretur, & quidquid aggrederetur, efficeret ſœdus forte fecerat cum Xantippo, vel vt Hero. tradit cum Amaſi Aegyptiorum rege cũm audiſſet, nihil vnquã ſibi aduerſi contigiſſe, ad moderandã fortunæ inuidiã. Xantippi regis, ſiue amaſis hortatu, annulum, quem chariſsimũ habebat, in maris profundũ iecit, quē paulo poſt inopinato recuperauit, nam à piſcatoribus piſcis, qui annulũ deuorauerat, paucis poſt diebus captus eſt, & tyranno donatus, in cuius ventre cõpertus annulus, illi veluti a Neptuno reſtitutus traditur, qui ſanè annulus, teſte Plin. lib. 37. de nat. hiſt. Romam elatus dono Aug. in templo concordiæ cum aureis coronis eſt appenſus. Sed hic Polycrates cum aduerſus Darium Perſarum regem exercitum duceret, ab Oronte illius præfecto acie fuſus, vel vt alij dicunt per fraudem interceptus eſt, nam ad fœdus amicitiamque iungēdã inuitatus, nihil doli, aut inſidiarũ ineſſe ſuſpicans, nec filiæ ſomnio deterritus, quæ nocte viderat illũ ſublatũ, roreq; madentem, in die vero ſudantē, cũ ad Orontē veniſſet, captus in ſummo Micalēſis montis vertice ſuſpēdi, & cruci affigi iuſſus eſt, ac relictus auibus dilacerãdus, vt qui vbiq. feliciſsime in terra vixerat, acre miſerrime expiraret, de quo Strab lib. 14. ſed Polycrates, & Siloſon fratres eo tp̃e vixerũt, quorũ alter, & fortuna, & opibus clarus fuit adeo, vt etiam mari dñaretur, maximũ felicitatis argm̃ dicunt, ꝙ annulo de induſtria in pelagus proiecto, gemma, & ſculptura precioſo, paulo poſt piſcator quidam piſcē eduxit, qui eũ deuorauerat, quo cęſo annulus inuentus eſt, quod cũ Aegyptiorũ rex ītellexiſſet diuinitus locutũ ſeruit, ꝙ qui eius proſperitatis vtetue vita, clauderetur fine non fortunato, qđ & ita eſt factũ, nã Perſarũ Satrapæ dolo captus, ſuſpenſusq; eſt. huius aũt annuli gemmã Sardonicē fuiſſe dicit Plin. præfato lib. cuius gēmæ iactu ſe ab inuidia fortunæ redimi poſſe putabat, ſi hoc vnũ doluiſſet [Placido itinere] Secũdo curſu, & fortunæ ſucceſſu. [Velle & poſſe ī æquo] Ac ſi diceret, nõ minus poterat, q̃ volebat. [Salebra] Aſperitate. Nã ſalebroſus loc⁹ aſperior, ſicut ſragroſus aſperitate plen⁹. [Plenis velis] trãſlatio ſũpta à nauigãtib. [Tabido] Marceſcēte, hoc ē Marcido.

Ascen.

AD inuidiã vſq. &c.] Ordo eſt. Fulgor vitæ Polycratis tyrãni Samiorum exceſsit cõſpicuus. i. clarus bonis abundantiſsimis vſq. ad inuidiã, cum tãtum, alta petat liuor. Nec ſine cauſa ſup. inuidiã meruit. Enim pro quia, oẽs conatus eius excipiebantur itinere placido. i. perueniebant ad proſperum euẽtũ, aut effectum, ſpes ſup. eius, apprehendebat, certum fructũ. i. vtilitatē, aut vtilē aſſecutionē rei cupitæ. ſ. ab eo, vota ſup. eius, nũcupabantur. i. noĩatim, & expreſſa voce diis fiebant, & ſoluebãtur. ſ. ab eo ſimul, quia pro quibus votum faciebat, ſtatim aſſequebatur, & ita voti reus, ſtatim vota ſoluebat, velle ac poſſe erat poſitũ in æquo. i. æquali diſcrimine, fortuna ſup. mutauit duntaxat ſemel vultum ſup. ſuum, aut tyranni ſucceſsum ſalebra. i. aſperitate triſtitiæ breuis. i. non diu durantis, tunc. ſ. mutauit vultum, cum ipſe Polycrates abiecit in pfundũ. ſ. maris de induſtria. i. data opera, annulũ gratum ſibi admodũ. i. valde ne eſſet expers oĩs incõmodi, quē. ſ. annulum, tñ. i. nihilominus ipſe recuperauit cõtinuo. i. illico poſt, piſce, qui deuorauerat eũ. ſ. annulum, capto, ſed Orontes præfectus Darij regis affixit cruci in excelſiſsimo vertice Micalenſis mõtis, hunc. ſ. Polycratē. cuius felicitas tenuit ſemper proſperum curſum, plenis velis. i. maximo progreſſu, vt nauis proſpero vento, veliſq. adiuta, ex qua. ſ. cruce. [Samos]. ſ. inſula. i. populus eius, preſſa aliquãdiu amara ſeruitute. ſ. Polycratis, aſpexit oculis liberis, ac lętis, artus eius putres, & mẽbra manãtia cruore tabido corrupta ſole, iuxta inſomniũ filiæ eius, atq. aſpexit illã lęuã. ſ. manũ, in qua annulũ geſtãtur, cui. ſ. læuæ manui Neptunus. i. Deus maris, aut mare ipſum reſtituerat manu. i. per manũ piſcatoris, qui piſcē ad Tyrãnũ attulerat, marcidã. i. corruptã, & marceſcētē ſitu. i. immunda lanugine, & ſqualore ex imbre, & puluere, cõtractã.

Oliv. Polycrates in omni vita fortunatus.

DE DIONYSIO TYRANNO.

* Iuſt. lib 11. Diod. in Phil.

*DIONYSIVS * autem cum hereditatis nomine à patre Syracuſanorum, ac penè totius Siciliæ tyrannidem accepiſſet, maximarum opum dominus,*

exercituum

*exercituum dux, rector claſſiũ, equitatu potens, propter inopiam, literas * puerulos Corinthi docuit: eodemque tempore, t:ta mutatione maiores natu, ne quis nimis fortunæ crederet, magiſter ludi factus ex tyranno, monuit.*

*Cic. Tuſcul. 3. Pro. Dionyſ. Corinthi.

OLIV. Diony. aſtus, & crudelitas. DIONYSIVS, &c.] Hic filius fuit Dion. tyãnni, qui pro ridiculo habuit, Deos contemnere, & ſacrilegia cõmittere, vt in cap. de neg. relig. diximus, cum ergo flagitijs plenus eſſet, & crudelitate pluſquam credi poſſit, Syracuſaoi conſpiratione facta eum a ciuitate eijcere tẽtarunt, qui primo dubitarunt, an ſponte cederet, tandẽ creſcente tumultu inter ciues conuenit, vt legati mitterentur, qui ſecum agerent, vt ſpõte ciuitatem tyranuide liberaret, quos ille ſtatim in carcerem conijci iuſſit, quo facto irati Syracuſani in eũ facto impetu vt be eapulerunt, qui egregio apparatu Locros confugit, Locrenſium arcem occupat, ſolitamq; ſibi ſæuitiã exercet, coniuges, principium ad ſtuprum rapis, aliaq. fœda cõmittit cũ Rheginorum tyranni Leofrontis bello premerentur Locrẽſes, vouerunt, ſi victores forent, vt die feſto Veneris virgines ſuas proſtituerẽt, quo voto intermiſſo, cũ aduerſa bella cũ Lucanis gererent, in concionem eos Diony. vocat, hortatur, vxores, filiaſq; ſuas in tẽplum Veneris quam poſſint ornatiſſimas mittant, ex quib. cẽtum ſorte ductæ voto publico fungantur, religioniſq. gratia vno ſtent io lupanari menſe, oibus antejuratis, ne quis vllã contaminet, quæ res, ne virginibus voto ciuitate eos ſoluentibus, fraudi eſſet, decretũ faceret, ne qua virgo nuberet, prinſquam illæ maritis traderẽtur, probatõ cõſilio, quo ſuperſtitionis, & pudicitiæ virginum cõſulebatur, certatim omnes fœminæ impenſius eaornate in templum Veneris conueniunt, quas omnes immiſſis militibus Dion. ſpoliat, ornamentaq. matronarum in prædam ſuam vertit, quarundam viros ditiores interfecit, quaſdã ad prodendas virorum pecunias torquet, cum his artibus per annos ſex regnaſſet, conſpiratione Locrorum ciuitate pulſus in Siciliam redit. ibi Syracuſas, ſecuris oibus, poſt longam intercapedinem pacis, per cõditionem recepit, qui cũ ab ingenio ſuo diſcedere non poſſet, cũ grauior, crudeliorq. ciuitati eſſet in dies, iterata conſpiratione pellitur, qui demũ Corinthum ſe recepit, ibiq. teſte Cic. lib. 3. Tuſc. quæſtion. aperto ludo pueros docuit, ſicque imperio carere non potuit, de quo Ouid. li. 3. de Ponto. Ille Syracuſa modo formidatus in vrbe, Vix humili duraio repulit arte famem. Cic. quoq. ad Papyriũ pætum Dion. inquit, Tyrannus cum Syracuſis expulſus eſſet, Corinthi dicitur ludum aperuiſſe. Iuſt. tñ dicit, quod hic Corinthi humillima quæq. tutiſſima exiſtimans, in ſordidiſſimũ vitæ genus deſcendit, non contentus in publico vagari, ſed priuate, nec conſpici in popinis, lupanaribuſq., ſed totis dieb. cũ perditiſſimis quoq. de minimis rebus diſceptare, pannoſuſq. & ſqualidus incedere, riſum libentius præbere, quàm captare, in macello perſtare, quæ emere nõ poterat, oculis deuorare, nouiſſime ſe ludi magiſtrum profeſſus, pueros in triuio docebat, vt aut a timẽtib. ſemper in publico videretur, aut nõ à timentibus facilius cõtemneretur. Hæc quãquam io capite de neglecta religione dicta ſint, tñ quia ad eius fortunæ mutationẽ maxime pertinere videbantur, eadem repetere non viſum eſt incongruum neq. ſuperfluum. [Tanta mutatione] Solon vnus è ſeptem, non ſunt diuitiis permutandæ virtutes, ſtabiles enim ſunt, res autem hominum modo hic, modo ille poſſidet.

ASCAN. Dionyſius aũt cum] Accepiſſet à patre noie. i. ſub titulo hæreditatis, Tyrannidem. i. dominationem Syr. ipſe totius Siciliæ exiſtens dñs opum maximarũ, dux exercituum, rector claſſium, potens equitatu. i. habens io poteſtate equitatuut magnum docuit. ſ. tãdem exactus, Corinthi puerulos literas, quia factus eſt ludi magiſter, propter inopiã, ad quã redactus erat, & ipſe factus ludi magiſter, ex tyãno. i. rege monuit tanta mutatione. ſ. ſui maiores natu. i. ſeniores, eodem tempore. ſ. quo puerulos literas docuit, ne quis crederet nimis fortunæ.

DE SYPHACE REGE.

*Lin. li. 4. 19. & 30. SEQVITVR * *hunc Siphax Rex, conſimilem fortunæ iniquitatem expertus, quem amicũ hinc Roma per Scipionem, illinc Carthago per Haſdrubalem vltro petitum ad penates deos eius venerat. Ceterum eò claritatis euectus, vt validiſſimorum populorum non tantum arbiter, ſed & victor victoriæ exiſteret, parui temporis interiecta mora catenatus à Lælio legato ad Scipionem imperatorem pertractus eſt, cuiusq; dexteram regio inſidens ſolio arroganti manu attigerat, eius genibus ſuplex procubuit. Caduca nimirum, & fragilia, puerilibusque conſentanea crepundijs ſunt iſta, quæ vires, atque opes humanæ vocantur. affluunt ſubito, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt: ſed incertiſſimo flatu fortunæ, huc atque illuc acta, quos in ſublime extulerunt, improuiſo recurſu deſtitutos, in profundo cladium miſerabiliter immergunt. itaque neque debent exiſtimari, neq; dici bona, quæ inflictorum malorum amaritudinẽ, deſiderio ſui duplicant.*

SEQVITVR, &c.] Scipio cum agitaret animo Carthaginem inuadere cum exercitu, intelligebat ad victoriã in Syphace Numidiarum rege plurimum momenti eſſe repoſitum. Itaq. optimum ratus, hunc regem amicum facere P.R. cũ aliter non poſſet, magno etiã periculo rem aggreſſus eſt, relictis enim caſtris ipſe cum Lælio duabus quinq. remibus per hoſtilia loca ad regem profectus eſt. forte ita accidit, vt eo ipſo tpe Haſdrubal à Scipione paulo ante pulſus Hiſpania, ſeptem triremibus ad eundem regem ſuum faceret curſum, & eadem horã vterq. imperator portum ingreditur, cum magno tamẽ Scipionis diſcrimine, nã parum abfuit, quin intercipereetur ab hoſtibus, ſed quia priuſ quàm Pœni ancoras molirentur, Rom. ſecundo vento portũ tenuerũt, nõ ſunt auſi hoſtes in regio portu tumultus, aut pugnæ quidquam ciere: ad regem igitur omnes profecti ſunt. magnificũ id Syphaci, nec erat aliter, viſum, duorum potentiſſimorum in terris populorum duces, vno die ſuam pacem, amicitiamq. petẽtes ad ſe veniſſe, & quoniã ſors eos ſub vno tecto eſſe, atq. ad eoſdem penates voluiſſet, cõtrahere eos ad colloquium dirimendarum ſimultum cauſa eſt conatus, Scipione abnuente, nã priuatum ſibi cum Pœno odium non eſſe, quod colloquendo finiret, de rep. vero nihil cũ hoſte, iniuſſu ſenatu, agere poſſe, illud magnopere tentante rege ne alter hoſpitũ exclusus menſa videretur, ad eaſdẽ epulas venire cum Haſdrubale Scipio non recuſauit, cœnatumq. ſimul apud regẽ eſt eodẽ lecto Scipio, atq. Haſdrubal, quia ita cordi erat accubuerunt, tunc Scipio regem eloquẽtia ſua traxit in amicitiam P. R. ſed paulo poſt ſollicitatus à Carthaginienſibus per nuptiarũ occaſionem formoſiſſimæ fœminæ Haſdrubalis filiæ defecit à Romanis, & Carthaginienſium arma ſecutus breui tempore à Lælio, & Maſiniſſa captus ad Scipionem catenatus ductus eſt, quẽ Scipio deuictis Carthaginienſibus poſtea duxit in triumphum, vnde Iuuen. in Sat. Credo pudicitiam dicit. Tolle tuum precor Hannibalem, victumq. Syphacem, In caſtris, & cum tota Carthagine migra. [Caduca nimiũ] Hic Val. diſputat de inanitare rerum humanarum, quas fluxas & labiles dicit nec vere noſtras, appellari poſſe, quæ nobis auferri poſſunt, nã ſub fortunæ poteſtate poſitæ ſunt, ſola vero animi bona noſtra ſunt, quę nobis nec eripi, nec ſubripi poſſunt, neque naufragio, nec incendio amitti, nec vi tempeſtatum, nec temporũ perturbatione mutari, quibus q prædidi ſunt, ſoli ſunt diuites, ſoli. n. poſſidẽt res fructuoſas, & ſempiternas. [Puerilibus Conſentanea crepundijs] Sunt ludibria quædam, quæ pueris dono dari ſolent, tunc cũ nutriuntur ab alumnis, omnia. n. nutrimenta, & munuſcula, quæ dantur pueris blandimẽti, & ludi cauſa dantur, quibus humanę opes cõparantur, quæ hominibus tanquam ad ludũ dari videtur. [Crepidis] Crepidas dicit calceos pueriles, pictos, & ornatos, nã ſpecioſi ſunt, ſed paulo poſt euaneſcont.] In certiſsimos flatu] Ac ſi diceret, ventis ſimilia, duplici ratione bona noſtra dici non debẽt, quia ſi bona noſtra eſſent ꝑpetua, & ſtabilia eſſent, nec vlla ratione nobis eripi poſſent, nam quod noſtrũ eſt, auferre nemo poteſt, præterea ſi bona eſſent, nunquam nocerent, nocent autem non igitur bona, quod autem noceant manifeſtum eſt, nam multos legimus, & vidimus propter diuitias, & imperia crudeliter fuiſſe cæſos.

OLIV. [margin, beside the commentary "SEQVITVR, &c."]

ASCEN. SEquitur, &c.] Syphax Rex. ſ. Numidarum, expertus conſimilem iniquitatem fortunæ (non enim diceret fortunam iniquam, quæ aut tyrannum expulit, aut hoſtem P. R. ſubiugandum dedit alioqui P.R. iniuſtitiæ argueret, vt qui ipſum cepit, & in carcerem coegit. Sed iniquum dicitur, quod non eſt æquum, æquũ autẽ dicitur duplici de cauſa, aut quia planum

eſt hoc eſt ęque demiſſum, & ęque elatum, vt mare nõ tumẽs & cãpus planus, vnde vtrunq; æquor dicitur, & ideo æqua quaſi aqua ablato edicta eſt. Altero modo dicitur æquum reſpectu iuſtitiæ diſtributiuæ, quod æquas.i.æque magnas, ac debet, partes facit & per cõtrariũ dicitur iniquũ, quod ſic nõ eſt æquum, aut quod eſt nimis anguſtum, vt ſpacijs excluſus iniquis, &c.) ſequitur hunc.i.hominis.ſ.iam dicti caſum [Quem].ſ.Syphacẽ Rom.venerat ad deos penates.i. vſq; intima aulæ eius petitum amicũ.i.vt vellet eſſe amicus P.R.hinc.i. ex vna parte per Scipionem, & Carthago venerat petitum vltro amicum.ſ.ſibi, illinc.i.ex altera parte per Haſdrubalem .ſ. ducẽ ſuũ ad Deos penates, quia vno tẽpore duę legationes dictæ in aula eius erãt. [Ceterum].i.ſed ipſe euectus eo claritatis, i.ad eã vſq; claritatem, vt exiſteret non tm̃ arbiter validiſſimorum populorum.ſ. Rom.& Carth.ſed.i.etiam victor, quia ea pars cui ſuppetias tulit, victria ſaltem ad tempus erat, parua mora tẽporis interiecta, pertractus eſt catenatus à l.æl. legato ad Scipionẽ imperatorem, & procubuit ſuplex genibus.i.ad genua eius.ſ.Scipionis, cuius dexterã (cuius.n.in duæ ſunt particulę) ipſe inſidens ſolio regio, attigerat manu arroganti. Ex quibus concludit auctor prudenter dicens.[Iſta] Quæ vocãtur, vires, atq; opes humanæ ſunt caduca nimirũ, & fragilia, & cõſentanea.i. cõſona crepundijs.i.crepitaculis in collo puerorũ ſuſpendi ſolitis, quę bullæ ſimilia nihil præter ventum, & quendam crepitũ facientia includũt, pueris tamen iucundiſſima. Oliu.legit crepidis.i. calceamentis pulchris, quibus infantes delectantur priuſquam vti norint, ſed qa crepidæ philoſophorũ potius, ac ſenum ſunt calceamenta, malim crepundia legere .affluunt.i.affluenter veniũt ſubitu, & dilabuntur repente.i.rapide, & nullo.i.nõ vllo, & ipſa nõ nixa.i.ſtabilita, aut firmata vllis radicibus ſtabilibus & ſup.in nulla perſona cõſiſtunt, hoc eſt neq; nixa ſunt neque cõſiſtunt, agit,n.negatio in vtrunq; ſeqnẽs, ſed acta .i impulſa incertiſſimo, quia incõſtantiſſimo flatu.i.afflatu, & fauore fortunæ, huc atq; illuc.i.modo ad hunc modo ad illũ poſſeſſorẽ, immergunt miſerabiliter in profundo cladiũ.i.calamitatũ deſtitutos improuiſo recurſu.i. reflatu, & tractione fauoris.(Eſt autem metaphora à flatu ventorum ad nauẽ in mari) ſup. eos quos e atulerant.ſ. prius in ſublime.i.in altum ſtatum proſperitatis.[Itaq;.i.& ita ipſa.ſ.fortunæ bona dicta, neq; debent exiſtimari, neque dici bona, quę deſiderio ſui .ſ. cum aufugerint, duplicant amaritudinem malorum inflictorum. lib.7.c.44 Cic.lib.5. de Fin. & Tuſc. li.j.

CRepundijs] Ita qui vetuſti ſunt cod. habent, eaq; proprie infantium ludicra ornamenta. THEO.

VALERII MAXIMI
LIBER SEPTIMVS.

HYPOTHESIS SEQ. EXORDII.

VT incõſtãtis, aduerſæq; fortunę in ſuperiore libro nõ pauca retulit exempla. Ita hac præfatiuncula proſpere perquã pauca narrari poſſe affirmat. Quo liquet fortunã in infligendis quidem malis munificam, in dandis vero bonis perparcã eſſe, atque tenacẽ. Quę ſiquando innatæ oblita fuerit naturæ, atque malignitatis, plurimis, maximis & perpetuis ſuos fouet bonis.

DE FELICITATE. CAP. I.

VOLVBILIS fortunæ complura exempla retulimus: conſtantis & propitiæ admodum pauca narrari poſſunt, quo patet eam aduerſas res cupido animo infligere, ſecundas parco tribuere: eadẽ vbi malignitatis obliuiſci ſibi imperauit, non ſolũ plurima, ac maxima, ſed etiam perpetua bona congerit.

OLIV. VOLVBILIS fortunæ] Hic ſeptimus liber eſt in cuius principio vtitur tranſitione. Multa inquit exẽpla mutatæ fortunæ protulimus. Nunc vero ſtabilis, atq; propitię pauca admodum dici poſſunt, ex quo facile apparet, quàm prodiga ſic in præſtandis aduerſis, quamque tenax, & auara in proſperis erogandis, attamen illa ſuæ nunquam oblita nequitiæ, non modo multa & magna, ſed etiam ſtabilia quibuſdam hominibus bona largitur, ſed id facit admodum paucis, & ita duo tantum narrat exempla vnum domeſticum, & alterũ externum.[Sibi impetrauit] Seipſam vicit, & coegit.

ASCEN. VOlubilis] Optimo pede, quia ex cõſimili ferè argumẽto, tranſit in principio huius vij.lib. ad caput ſeu titulum de felic.de qua ſic præfatur.[Nos retulimus].i.recitauimus & narrauimus complura .i. multa exempla fortunæ volubilis .i. inſtabilis, ſed ſup.pauca admodum.i. valde ſup.exempla fortunæ propitiæ.i.fauentis, & miſericorditer agentis, conſtanter, id eſt ſine intermixtione aduerſorum, poſſunt narrari .ſ. vere, quia pauciſſima ſunt. [Quo.i.per quam diuerſitatem patet eã .ſ.fortunam infligere ſcilicet hominibus res aduerſas, animo cupido.i.affectanti nocere, & tribuere ſup. res, ſecundas.i.proſperas, & lætas ſup animo parco.i.tenaci. [Eadem] .ſ. fortuna, vbi.i.poſtquam, aut in quo homine imperauit ſibi .i. firmiter conſtituit, obliuiſci malignitatis .ſ. ſibi innatæ, congerit.ſ.in eos, in quos vult, nõ ſolum plurima, ac maxima bona, ſed etiã perpetua.i. non interrupta.

DE METELLO

*Paulo aliter Plin. *VIDEAMVS * ergo quot gradibus beneficiorum Q. Metellum à primo originis die, ad vltimum vſq; fati tempus nunquam ceſſante indulgentia, ad ſummum beatæ vitæ cumulũ perduxerit. naſci enim in vrbe terrarum principe voluit: parẽtes ei nobiliſſimos dedit: adiecit animi rariſſimas dotes, & corporis uires, vt ſufficere laboribus poſſet: vxorem pudicitia, & fæcunditate cõſpicuam conciliauit. Conſulatus decus, imperatoriam poteſtatem, ſpecioſiſſimi triumphi prætextam largita eſt: fecit, vt eodem tempore tres filios conſulares, vnum etiam cenſorem, duos triumphales, & quartum prætorium videret: vt tres filias * nuptui daret, earumq; ſobolem ſinu ſuo exciperet. tot partus, tot incunabula, tot viriles togæ, tam multæ nuptiales faces bonorum, imperiorum, omnis deniq; gratulationis ſumma abundantia, cum interim nullum funus, nullus gemitus, nulla cauſa triſtitiæ. Cælum contemplare, vix tamen ibi talem ſtatum reperies: quoniam quidem luctus, & dolores, deorũ quoq; pectoribus à maximis vatibus aſſignari videmus: hunc autem vitæ actum eius conſentaneus finis excepit, nam Q. Metellum vltimæ ſenectutis ſpatio defunctum, leniq; genere mortis inter oſcula, cõplexuſq; chariſſimorum pignorum extinctum, filij & generi humeris ſuis per vrbem latum rogo impoſuerunt.* *Nuptum

VIDEAMVS ergo quot gradibus beneficiorum Q. Metellum] Plin.lib.7.nat.hiſt.contra Valerij ſententiam, nõ ſolidam neq, perfectam fuiſſe huius hominis felicitatem dicit, ſed omnino aliquo mœrore contaminatam, Nam huius quoq. Q Metelli inquit, qui illa de parte dixerat Filius, inter rara felicitatis humanæ exempla numeratur, nam præter honores ampliſſimos, cognomenq, Macedoniæ, à quatuor filiis illatus eſt rogo vno prætore, tribus conſularibus, duobus triumphalibus, vno cenſorino, quę ſingula quoq. paucis contigere, i ipſo tamẽ flore dignitatis ſuæ, ab Catino Labeone, cui cognomen fuit Macerioni tribuno pl.quem è ſenatu cẽſor eiecerat, reuertens e campo meridiano tẽpore, vacuo foro, & Capitolio, ad Tarpeium raptus, vt præcipitaretur conuolante quidem tam numeroſa illa cohorte, quæ patrem eum appellabat, ſed vt neceſſe erat, in ſubito tarda, & tanquã in exequias, dum reſiſtẽdi, ſacroq. ſanctum repellẽdi ius non eſſet, virtutis ſuę opera, & cẽſura aperitura, ægre tribuno, quæ intercideret rece OLIA. Metel. ad mortẽ vſque felix.

pto

pro à limine ipſo mortis reuocatus, alieno beneficio poſtea vixit bonis inde etiam conſecratis à domiuatu ſuo, tanquam parum eſſet ſauciutn certe intortarum, expreſſitq; per aures ſanguinis pœnam exactam eſſe, quæ omnino profecto magna ſunt infelicitatis argumenta. Addit præterea ad hæc mala, Scipionis Aemiliani inimicitiam, quæ nõ parua illi potuit infelicitas eſſe, ꝙ ſceleratam Catini audaciam ſemper fecerit inultã, falſum igitur eſt, ꝙ dicit Val. à primo originis die ad vltimum vſque fati tempus, nunquam ceſſante indulgentia, ad ſummũ beatæ vitæ cumulum perduxerit. fuit autem hic Metellus, quia deuicta Macedonia dictus eſt Macedonicus, cuius patrem fortunam magis indulgentem, & propitiam ſenſiſſe dicit Plin. eodem lib. niſi quod orbam luminibus exegerit ſenectam amiſſis incẽdio, cũ Palladium raperet ex æde Veſtæ memorabili cauſa, ſed euentu miſero, quo fit vt infelix quidem dici nõ debeat, nam illi dicit decem res maximas, optimas obtigiſſe in quibus quærendis ſapientis ætatem exigeret, fuiſſe primariũ bellatorẽ, optimum oratorem, fortiſſimum Imperatorem, eius auſpicio maximas res geſtas maximo honore, vſum ſumma ſapientia, ſummum ſenatorem habitum fuiſſe, pecuniam magnam bono modo inueniſſe, multos liberos reliquiſſe, & clariſſimũ in ciuitate fuiſſe, ea denique contigiſſe, quæ nulli alij poſt conditam Romam. Nam & P.R. ei tribuit, ꝙ nulli condito æuo, vt quoties in ſenatum iret, curru veheretur ad curiam, felicior igitur filio, niſi cæcitas obſtaret. [Naſci in vrbe terrarum principe] Quod non eſt paruæ felicitatis argumentum, quod Seriphius obiecit Themiſtocli clarum. ſ. eſſe propter patriã. [Clariſſimas dotes] Quia ingenio plurimũ valebat, multis & maximis virtutibus præditus erat. [Vxorem] Cæciliam. [Conſulatus decus] Cõſtat cum ſumma modeſtia, & gloria geſſiſſe conſulatum. [Imperatoriam poteſtatem] Quo tempore factus imperator aduerſus Pſeudo Philippũ. [Tres filios] Quinq; filios habuiſſe dicit Valer. At Plin. tantummodo quatuor, quorum tres conſulares, alium triumphantem vidit, quem intelligimus fuiſſe Metellum pium. Idem Cic. ſentit. ſ. quatuor tãtum fuiſſe lib. de finibus bon. & mal. & ex tribus primis, vnum fuiſſe non ſolum conſulem, ſed etiam cenſorem. Item lib. Tuſculanarum quæſtionũ. Metellus inquit ille honoratus quatuor filiis, &c. & paulo infra, Metellum inquit multi filij, & filiæ, & nepotes in rogũ poſuerunt. Beatus Auguſt. Valerij ſequitur opinionem in libro de ciuitate Dei. [Tres liberos] Vnus balearicum bellum confecit, alter Dalmatiam ſubegit, tertius L. Metellus cum Cn. Domitio cenſor 32. Rom. è ſenatu mouit. [Cœlum cõtemplare] Ac ſi diceret. Ne dij quidem cœleſtes ſine aliqua triſtitia eſſe potuerunt ſi poetis credendũ eſt, qui plerunque Deos triſtes, & flentes inducunt Aeneid. primo, Triſtior, & lachrymis, &c. rurſus in decimo, Audit Alcides iuuenem, magnumque ſub imo Corde premit gemitum, lachrymaſq; effudit inanes. Pectoribus dearum, vt Iunonis, primo Aeneid. A maximis vatibus, vt ab Hom. & Marone, quorum auctoritas maxima eſt apud omnes. [Hunc vitæ actũ eius conſentaneus finis] Occurrit quæſtioni, poſſet aliquis dicere, tametſi vitæ curſum felicem habuit, tamen deformi leto conſumptus eſt, non ita eſt inquit Val. quàm enim habuerat in vita fortunæ indulgentiam, eandem expertus eſt in morte. Nam in familiarium ſuorum complexibus extinctus humeris filiorum, & generorum elatus, in rogum quoque ab illis imponitur.

Metellus in liberorum complexibus expirauit.

ASCEN. VIdeamus ergo quod gradibus beneficiorum] Perduxerit Quintum Metellum à primo die originis ſupp. ſuæ, vſque ad vltimum tempus fati, id eſt mortis, ad ſummum cumulum vitæ beatæ indulgẽtia. ſ. ſua, hoc eſt fortunæ in Metellum nunquam ceſſante. [Probat aſſumptum] Enim pro quia, Fortuna voluit eum. ſ. Metellum naſci in vrbe. ſ. Rom. principe terrarum, dedit ei nobiliſſimos parentes adiecit ei dotes animi rariſſimas. i. excellentiſſimas, vtpote viuacitatẽ, & acrimoniã ingenij (per quã, quas accumulauit virtutes, fortunæ nõ erãt) & dedit vires corporis, vt poſſet ſufficere laboribus, & cõciliauit, id eſt, coniunxit illi per charitatem coniugalẽ, vxorẽ cõſpicuam. i. claram pudicitia, & fœcunditate, & largita eſt ei decus conſulatus, poteſtatem imperatoriam prætextam. i. ornamenta, & inſignẽ veſtem triumphi ſpecioſiſſimi fecit. ſ. fortuna vt Metel. videret eodem tempore tres filios conſulares. i. qui conſulatum geſſerant, & vnum. ſ. ex tribus illis (vnde male intelligit Oliu. qui quinque numerat, cum auctor quartũ dicit, etiam cenſorium. i. qui etiam cenſuram geſſerat, & quartum prætorium. i. qui prætor fuerat, & ſupp. fecit, vt daret nuptui, id eſt, in matrimonium tres filias, & exciperet, id eſt, complecteretur ſinu ſuo. i. intra brachia, ſobolem. i. prolem earum. ſ. filiarũ. [Tot partus] Supp. fuerunt ei ex liberis (nam non poteſt conſtrui cũ verbo fecit, quia ſic eſſet accuſatiui caſus) tot incunabula ſupp. fuerunt ei, togæ viriles. ſ. nepotum, qui eas acceperunt anno 14. tam multæ faces nuptiales, quibus neptes nuptui datæ ſunt ſupp. fuerunt, & abundantia honorum, & imperiorum, demum. i. vt vno uerbo dicatur, omnis gratulationis. i. felicitatis ſumma, qua illi gratulari poſſes ſupp. fuit illi, cum interim nullum funus, nullus gemitus, & nulla cauſa triſtitię ſupp. fuerit. [Cõtemplare. ſ. ſuſpice cœlum, vix reperies tum ibi talem ſtatum. i. tam felicem (quod Hyperbolicos dicit, nam aut ſtultis id dicit, aut fidem excedit ſententia, ſed tam innititur argumento, meo quidem iudicio fragili poetico videlicet figmẽto, non quòd poetis fidem detraham, ſed quia nõ ſic intelligẽdos cẽſeam, nam in Deorum dolore, & dearum lachrymis, Homerus, Virg. caeteriq; poetæ principum virorum depingunt miſerias, aut naturales ſiderum influxus, aut certe rem talem eſſe, vt aut dolere, aut fluxus flere poſſent. ſi paſſionibus non ſubiaceret, quomodo in ſacris dictum eſt, angeli pacis amare flebant) quoniam quidem nos videmus luctus & dolores aſſignari à maximis vatibus. i. poetis diuinis, vt Homero, & Virg. pectoribus quoque. i. etiam Deorum. Autem pro ſed, hunc. i. huiuſmodi actum. i. ductum vitæ, excepit finis eius. ſ. vitæ, conſentaneus. i. concors actui eius. ſ. vitæ, aut ſi intelligatur eius Metel. ſit ordo, ſuis Metel. conſentaneus excepit hunc actum vitæ. Nam filij, & generi, id eſt, mariti filiarum, impoſuerunt rogo Quintum Metel. defunctum, ſcilicet vita, ſup. in ſpacio vltimæ ſenectutis, & extinctum leni. i. non aſpero genere mortis, vtpote inter oſcula, & complexus pignorum, id eſt, filiorum, & nepotum chariſſimorum impoſuerunt inquam rogo latum, id eſt, portatum per vrbem humeris ſuis, quia à filiis elatus eſt.

EXTERNA.

DE GYGE.

*CLARA * hac felicitas, obſcurior illa, ſed diuino ſplẽdore præpoſita: cum enim Gyges regno Lydiæ, armis, & diuitijs abundantiſſimo, inflatus animo Apollinem Pythium ſciſcitatum veniſſet, an aliquis mortalium ſe eſſet felicior: deus ex abdito ſacrarij ſpecu, voce miſſa Aglaum Pſophidium ei prætulit. * Is erat Arcadum pauperrimus, ſed ætate iam ſenior terminos agelli ſui nunquam exceſſerat, paruuli ruris fructibus, ac voluptatibus contentus. Verum profecto beatæ vitæ finem Apollo non adumbratum, oraculi ſagacitate cõplexus eſt. Quocirca inſolenter fulgore fortunæ ſuæ glorianti reſpondit, magis ſe probare ſecuritate ridens tugurium, quàm triſtem curis, & ſolicitudinibus aulam: paucaſq. glebas pauoris expertes, quàm pinguiſſima Lydiæ arua metu referta: & vnum aut alterum iugum boum facilis tutelæ, quàm exercitus, & arma, & equitatum voracibus impenſis oneroſum, & vſus neceſſarij horreolum nulli nimis appetendum, quàm theſauros omnium inſidijs, & cupiditatibus expoſitus. Ita Gyges dum adſtipulatorem vanæ opinionis deum habere concupiſcit, vbi nam ſolida, & ſyncera eſſet felicitas, didicit.*

* De Gyge Plat. lib. 2. de Rep. Cic. lib. 3. de offic. & Herodot. lib. 1.

* Plin. lib. 7. cap. 46. & Solin. cap. 6.

OLIV. CLARA hæc felicitas] Res iſta vario modo trahitur, & ſecundum fabulam, & ſecundum hiſtoriam. Nam Cice. inducit hunc paſtorem fuiſſe libro tertio Officiorum, dicit enim hic ille Gyges inducitur à Plat. qui cum terra diſceſſiſſet magnis quibuſdam imbribus in illum hiatum deſcendit, æneumque equum, vt ferunt fabulæ, animaduertit, cuius in lateribus fores eſſent, quibus apertis, hominis mortui vidit corpus magnitudine inuſitata, annulum aureum in digito habens, quem vt detraxit, ipſe induit, erat autem regius paſtor, tum in concilium paſtorum ſe recepit, vbi cum palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipſe autem omnia videbat, idem rurſus videbatur, cum in locum annulum inuerterat, itaque hac opportunitate annuli vſus reginæ ſtuprum intulit.

Gyges opinione ſua felix.

intuſit, eaque adiutrice regem dominum interemi, ſubſtulitque quos ſibi obſtare arbitrabatur, nec in his quiſquam eum facinoribus potuit videre, ſic repente annuli beneficio rex eſt ortus Lydiæ. Hiſtoria verò hoc modo ſe habet. Candaules rex Lydiæ fuit, qui vxorem habuit eximiæ pulchritudinis, quam omnibus prædicare ſolebat, non contentus, voluptatum ſuarum tacita conſcientia, niſi etiam matrimonij reticenda publicaret, quaſi prorſus ſilentium eſſet damnum pulchritudinis, ad poſtremum, vt affirmationis ſuæ fidem faceret, nudam illam ſodali ſuo Gygi oſtendit: quo facto, & amicum ad adulterium vxoris ſollicitauit, & hoſtem ſibi fecit. vxorem ſibi quoque veluti alteri tradito amore à ſe alienauit, uſque breui poſt tempore cædes Candali nuptiarum præmium fuit, & vxor mariti ſanguine dotata regnum viri, & ſe pariter adultero tradidit. Hic igitur per adulterium regno potitus, cum ſuperba quadam gloria ductus, ad Apollinis oraculum veniſſet, à Deo ſciſcitatus eſt, num quiſquam ſe felicior eſſet? qui, Aglauum Sophidium Archadicum multo feliciorem eſſe reſpondit. Solitus, quid inquit ad titulum felicitatis attinet? nec dum repertus eſt, qui felix cenſeri iure debuerit, nam Cornel. Sylla dictus potius felix quàm fuit: ſolum certe beatum Corthiua Aglauũ iudicauit, qui in anguſtiſſimo Archadiæ angulo pauperisioli diues, nunquam paterni ceſpitis terminos inuenitur exceſſiſſe, Plin. duos dicit oraculo Apol. feliciſſimos fuiſſe iudicatos lib. 7. de nat. hiſt. alterum Phedium quendam, qui pro patria fortiter dimicans proxime occubuiſſet, alterum Aglauũ hunc, de quo diximus. [Abdito] Intimo ſpecu. [Verum profecto beatæ] Dicit Apollinem hoc vno reſponſo diſceſſiſſe propoſito ſuo, quia perplexe loqui ſolebat. [Adumbratum] Non apparentem, innolutum cæcum. [Tugurium] Vilem caſam ex ceſpite factam, vnde Virg. pauperis, & tuguri congeſtũ ceſpite culmen. [Curis] Et ſollicitudinibus, vsum eſt expoſito alterius, id eſt, curis, quæ faciũt hominem eſſe ſollicitum. [Paucas glebas] Exigua prædia & iugera. [Pauoris expertes] Securitate plenas. [Theſauros] Vbi Theſaurus fuerit, illuc omnes animum intendunt, ſi forte eum conſequi poſſent. [Adſtipulatorem] Affirmationem, aſſertorem.

ASCEN. Clara] Sup. eſt hæc. ſ. iam dicta Q. Metelli felicitas, illa ſcilicet quæ dicetur vtpote Aglaui Pſophidij obſcurior ſup. eſt, aut fuit, quia agricolæ, ſed præpoſita. ſ. felicitati Gygis, ſplẽdore diuino, id eſt, claritate ex oraculo, & teſtimonio Apollinis. Enim pro quia, cum. i. quando Gyges inflatus animo habens animum inflatum regno. i. propter regnum Lydiæ, abundantiſſimo. i. quod maxime abundat armis, & diuitijs. Veniſſet. ſ. Delphos ſciſcitatum. i. interrogatũ ſciendi gratia, Apollinem Pythium. i. Pythonis interemptorem, an aliquis mortalium eſſet felicior ſe, Deus prætulit ei Aglauum Pſophidiũ, voce miſſa, id eſt, oraculo emiſſo, ea abdito. i. ſecreto, & occulto ſpecu, id eſt, antro ſacrarij, id eſt, repoſitorij ſacrorum, aut loci ſacri. Is ſcilicet Aglauus erat pauperrimus Arcadum, ſed iam ſenior ætate, nunquam exceſſerat terminos agelli ſui. i. nunquã illis quidquam adiecerat, & in illis colendis ſemper verſatus (non tamen putem, eum ſemper in illis fuiſſe, nam ſic, nec in domum quidem ſe recepiſſet, aut in ædem Deorum) contentus fructibus, ac voluptatibus paruuli ruris, profecto, id eſt, certe Apollo complexus eſt ſagacitate oraculi. i. reſponſi dati Gygi, aut Gygæ, verum finem. i. veram diffinitionem vitæ beatæ nõ adumbratum. i. inuolutum erroris nebula. Quocirca Apollo reſpondit, ſcilicet Gygi, glorianti inſolenter, fulgore ſuæ fortunæ, ſe probare. i. approbare magis, tugurium, id eſt, caſam vilem ceſpite, aut ſimili re tectam, ridens. i. lætam & ad riſum inuitantem ſecuritate. i. ob remotionem curarum, quàm aulam. i. regiam Gygis triſtem curis, & ſollicitudinibus, & paucas glebas. i. terræ globulos, aut terras ipſas proſciſſas, expertes. i. immunes pauoris. i. formidinis, quàm pinguiſſima arua Lydię referta metu, & vnum, aut alterum. i. ſecundum, iugum boum facilis tutelę. i. quo facile tueri poſſit, quàm exercitus, & arma, & equitatum oneroſum impenſis voracibus, & horteolum. i. paruum repoſitorium frugum, vſus neceſſarij. i. quantum ſatis ſit ad vſum neceſſarium, quam theſauros expoſitos inſidijs & cupiditatibus omnium. Itaque. i. & ita Gyges, dum cupit habere Deum. ſ. Apollinem adſtipulatorem. i. ſuffragatorem, opinionis. ſ. de beatitudine ſua vanæ. i. inanis, & mendacis didicit, ſcilicet ab eo, vbi nam felicitas ſolida, & ſincera, id eſt, ea omni parte plena eſſet, quæ tamen in terris non eſt.

THEO. SOphidium Pſophidium à Pſophido Arcadię, de quo Pauſanias, Stephanusq́;, & in Thebaide Papinius.

SAPIENTER DICTA, AVT Facta. Cap. II.

NVNC id genus felicitatis explicabo, quod totum in habitu animi eſt, nec votis petitur, ſed in pectoribus ſapientia præditis natum, dictis, factisq́; prudentibus eniteſcit.

NVNC id genus felicitatis] Quod totum in habitu animi. Omnis virtus eſt habitus animi, in naturæ modum rationi conſentaneus, vt iuſtitia habitus animi ſuum vnicuique tribuens pro dignitate cuiuſque. OLIV.

NVnc id genus felicitatis explicabo. i. deinceps, explicabo id genus felicitatis, quod eſt totũ in habitu animi, nec. i. & non petitur votis, ſcilicet externis, ſed natum in pectoribus præditis, id eſt, præter cetera dotatis ſapientia eniteſcit dictis, & factis ſapientibus. ASCEN.

DE APPIO CLAVDIO.

APPIVM Claudium crebro ſolitum dicere accepimus, negocium P. R. melius, quàm ocium committit: non quòd ignoraret quam iucundus tranquillitatis ſtatus eſſet, ſed quod animaduerteret præpotentia imperia agitatione rerum, ad virtutem capeſcendam excitari, nimia quiete in deſidiã reſolui: & ſanè negocium, nomine horridũ ciuitatis noſtræ mores in ſuo ſtatu continuit, blãdæ appellationis quies plurimis vitijs reſperſit.

APPIVM Claudium crebro ſolitum dicere accepimus) Tranſiturus ad cap. de ſapienter dictis, & factis, ſapientiam dicit eſſe veram hominis felicitatem, quæ ceteris omnibus anteponitur, quid. n. felicius homini eſſe poteſt ſapientia? quæ cunctos humanos caſus fortiter ferendos, omnemque fortunam docet eſſe contemnendam, hęc autem ſapientia in homine per ſapienter facta, & dicta eniteſcit, primum autem exẽplum eſt illius Appij Claudij, qui cæcus in Senatum ductus, cũ de pace cum Pyrrho facienda conſultaretur, in ſenatu diſſuaſit, non his eſſe conditionibus faciendam, quibus ille petebat. Hic igitur dictitare ſolitus erat negocium Pop. R. magis conuenire, quàm ocium, cuius rei Valer. rationem ſubiungit, neque enim ignorabat pacem, & ocium hominibus eſſe iucundum, ſed ſummis imperijs ocium eſſe perniciosum, cũ in deſidiam, luxumque ſenſim labuntur homines, qui ea gloria carent, quàm in armis negocium fortibus viris pręſtare cõſueuit, ex ocio nanque opes ex opibus luxus, ex luxu auaritiam voluptates, libidines, & reliqua turpia proueniunt, id ita eſſe re ipſa compertum eſt, nam ocium vires P. R. cõtundit, cuius mores in bene viuendi diſciplina negocium continuerat. [Pręepotentia] Valde potentia, & magna. [Et ſanè negocium] Et re ipſa probatum eſt, ꝙ negocium vrbi noſtræ plurimum contulit. [In ſuo ſtatu] Quia ſemper diſciplina bene viuẽdi ſtabilis fuit, dum ſe negocijs dedidere Rom. Plurimis vitijs] nam euerſa Carthagine, deleta Numantia, domita Aſia, debellatis denique gentibus, quæ Romanos in armis, & negocio continebant, vrbs tota in luxum, & laſciuiam reſoluta eſt, quod teſtatur Iuuen. his verſibus. Nunc patimur longæ pacis mala, ſæuior armis. Luxuria incubuit, victumque vlciſcitur orbem. Nullum crimẽ abeſt, facinusq́; libidinis, ex quo Paupertas Rom. petit. rurſus in 6. Sat. Prębebat caſtas humilis fortuna latinas. OLIV. Negociũ pręſtat ocio.

APpium Claudium crebro ſolitum dicere accepimus] Nos accepimus. i. intelleximus, aut audiuimus Appium Claudium ſolitum dicere crebro, negocium. i. ſollicitam belli occupationem, committi P. R. melius, quàm ocium. i. carentiam negocij. nõ ꝙ ipſe ignoraret, q̃. i. quantum iucundus eſſet ſtatus tranquillus, ſed ꝙ animaduerteret imperia pręepotentia. i. pręe cæteris potẽtia, exercitari ad uirtutem capeſcendam. i. amplexandam agitatione. i. commotione rerum, & ſup. reſolui in deſidiam, nimia quiete. i. per nimiam quietem. Et ſanè i. certe, negocium horridum nomine. i. quod omnes abhorrent, continuit mores ciuitatis nr̃æ, in ſtatu ſuo. ſ. firmo, & ſolido, & quies appellationis blandę. i. quę blanda eſt dum appellatur, & cuius nomen plauſibile eſt reſperſit. ſ. mores ciuitatis noſtræ, plurimis vitiis, vt Iuuen. Sat. ſexta late exequitur. ASCEN.

DE

DE SCIPIONE APHRICANO.

* Sen. lib. 2. cap. 31. de ira Fabia tribuit.

SCIPIO vero Aphricanus turpe eſſe aiebat in re militari dicere, Non putaram: videlicet quia exploratq, & excuſſo conſilio, quæ ferro aguntur, adminiſtrari oportere arbitrabatur ſumma cum ratione. Inemendabilis enim eſt error, qui violentiæ Martis cõmittitur. Idem negabat aliter cum hoſte confligi debere, quàm aut ſi occaſio obueniſſet, aut neceſſitas incidiſſet, æque prudenter, nam & proſperam gerendæ rei facultatem omittere, maxima demẽtia eſt, & in anguſtias vtique pugnandi compulſum abſtinere ſe prælio, peſtiferæ ignauiæ affert exitum: eorumque, qui iſta committunt, alter beneficio fortunæ vti, alter iniuriæ neſcit reſiſtere.*

OLIV. Scipionis non ignare dicta.

SCIPIO verò Aphricanus turpe eſſe aiebat in re militari dicere, &c.] Sapiens dictum quod crebro vſurpatur, ſolebat ſuperior Scipio, dicere turpe eſſe Imperatori dicere, non putaram, ſicut & Vegetius de re militari dicit, prœliorũ delicta emendationem non recipiunt, cum pœna ſtatim ſequatur errorem. [Excuſſo] Diffinitio. Ita Scipio innuebat his verbis, nihil in re militari agi oportere, quod non prius certo cõſilio, & diffinito excogitatum ſit. Inemendabilis, pro ſentẽtia Vegetij, qui dicit, cum primum Imperator errat, ſtatim errorẽ ſequitur pœna, & nullus datur emẽdandi locus. Idem negabat] hoc quoque Scipio dicere ſolebat, non eſſe cum hoſte conferendas manus, niſi vrgente neceſſitate, aut offerente ſe occaſione, quod idem Vegetius affirmat, qui dicit, occaſio plus valet in prælio, quàm virtus: & in re militari, plus habet poteſtatis fortuna, q̃ virtus. Horat. in epiſtolis. Tu quãcunque Deus tibi fortunauerit horam, Grata ſume manu, nec dulcia differt in annum. optimè ergo præcipiebat Scipio. nam qui occaſionem gerendæ rei non expectauerit, demens eſſe comprobatur, arma etiam hoſtibus tradere neceſſitate cogente, ſolet aliquando peſtiferum eſſe.

ASCEN.

SCipio verò Aphricanus] ſ. ſuperior, aiebat eſſe turpe in re militari, præcipue in imperatore, dicere non putaram, videlicet, quia arbitrabatur oportere ea, quæ aguntur ferro, adminiſtrari conſilio explorato, & excuſſo.] prius, i. diligenter examinato. Nam (vt dicit Saluſt.) Priuſquam incipias conſulto, & vbi conſulueris mature opus eſt facto. arbitrabatur, dicit ſumma ratione. i. iuſtiſſima de cauſa. Enim pro quia, error qui committitur. i. creditur, aut obijcitur violentiæ Martis. i. belli, eſt inemendabilis, quia amiſſa vita aut ſua, aut exercitus, fruſtra de ineundo prœlio conſilium quærit. [Idem] ſ. Scipio negabat æque prudenter ſup quempiam debere confligere cum hoſte aliter, ſi aut occaſio. ſ. rei bene gerendæ obueniſſet, aut neceſſitas incidiſſet. a. mea quidem ſentẽtia. (nam aliter capit Oliu.) non minore prudentia vtendum eſſe in prœlio per occaſionem committendo, quàm in neceſſario gerẽdo. Nam maxima dementia eſt cõmittere facultatem rei proſpere gerẽdæ, vnde illud tritum. Fronte capillata poſt hæc occaſio calua eſt. Et ideo Luc. Tolle moras, nocuit ſemper differre paratis, & cõpulſum vtique in anguſtias. i. arctiſſimam neceſſitatem pugnandi, abſtinere ſe prœlio, vtpote quando hoſtis caſtra, aut vrbem oppugnat, aut quando, commeatus penuria per medios hoſtes frumẽtatum ire coegit, aut obſidionem diſſoluere, aut vbi victis nulla ſpes eſſet veniæ, affert ignauiæ peſtiferæ. i. pernicioſiſſime exitium. i. exterminium. [Et eorum, qui committunt iſta. ſ. vitia non prudenter pugnandi. alter. ſ. qui occaſionem rei bene gerendæ prætermittit, neſcit vti beneficio fortunæ, & alter. ſ. qui neceſſitate cõpulſus non pugnat, & reſiſtit fortiter, & prudenter, neſcit reſiſtere iniuriæ. ſ. fortunæ, aut hoſtili, ſed potius fortunæ, nequit cæteri quæramus vbi plena eſt locutio.

DE Q. METELLO.

QVINTI quoque Metelli tum grauis, tum etiam alia in ſenatu ſententia: qui deuicta Carthagine neſcire ſe illa victoria boni ne plus an mali reip. attuliſſet, aſſeuerauit: quoniam vt pacem reſtituendo profuiſſet, ita Annibalem ſubmouendo, non nihil nocuiſſet: eius enim tranſitu in Italiam, dormientem P.R. virtutem excitatam dicebat, metuique debere, ne acri æmulo liberata, in eũdem ſomnum reuolueretur. in æquo igitur malorum poſuit, vri tecta, vaſtari agros, exhauriri ærarium, & priſci roboris hebetari neruos.

OLIV. Metelli grauis ſententia.

QVINTI quoque Metelli] Q. Metellus poſt Hannib. ex Italia pulſum, debellatamque Carthaginem dicere ſolitus erat, neſcire ſe plus ne boni, an mali victoria illa reip. attuliſſet. nam virtus Romanorum, quã ſuo tranſitu in Italiã Hannibal prope dormientem excitauerat, rurſus omnia quiete ad priſtinum torporẽ redigeretur. exiſtimabat .n. nihilominus mali prouenturũ P.R. q̃ in ocio viueret, q̃ ſi ferro, & flamma vaſtaretur Italia. [Grauis auctoritate] Alta ſapiẽtiæ plena. [In eundem ſomnum] In priſtinum torporẽ. [In æquo igitur malorum] Exiſtimat non minus detrimenti ex ocio naſciturum, ſi virtus Rom. langueſceret, quàm ſi flamma, aut bello Italia vaſtaretur. [In æquo] In equitate, & in pari malo.

ASCEN.

QVinti quoque Metelli tum grauis, &c.] Sententia quoque Q. Metelli in Senatu eſt ſup. aut fuit, tum. i. pariter grauis tum. i. pariter, alta. i. altiſona, qui Carthagine deuicta, aſſeuerauerit ſe neſcire, ne ideſt an illa victoria eſſet allatura reip. ſ. Romanæ plus boni. i. commodi, an mali. i. incommodi, quoniam vt ſ. victoria illa profuiſſet reſtituendo pacem, ita nocuiſſet non nihil ſubmouendo. ſ. ab Italia Hannibalem. Enim pro quia, Metellus ſup. dicebat, virtutem P.R. excitatam tranſitu eius. ſ. Hannibalis ex Hiſpania per Alpes in Italiam dormientem. i. torpentem ocio, & dicebat debere metui ne. ſ. Italia liberata æmulo. ſ. eiuſdẽ rei, vtpote gloriæ, aut ſummi imperij ſtudioſo acri. i. ſtrenuo, vtpote Hannib. [Reſolueretur in eũdem ſomnum. [In quem. ſ. ante trãſitum eius inciderat. [Igitur Metellus poſuit in æquo] i. æquali põdere, aut diſcrimine malorum. i. incommodorũ, tecta vri. ſ. ab hoſte, agros vaſtari. i. vacuos cultoribus, & rebus ac villis, hoc eſt vaſtos fieri, ærariũ, i. repoſitoriũ pecuniæ pub. exhauriri. i. euacuari expromendo omnẽ pecuniam ad vſum belli, hoc eſt pati omnia mala belli, & neruos roboris priſci. i. antiquæ virtutis hebetari. i. obtundi.

DE *LICINIO FIMBRIA CONSVLARI.

* L.

* Cic. li. 3. de offic.

*QVID * illud factum Licinij Fimbriæ conſularis, quàm ſapiens? à M. Luctatio Pinthia ſplendido equite Rom. iudex aditus de ſpõſione, quam is cum aduerſario, quod vir bonus eſſet, fecerat, numquam id iudicium pronunciatione ſua finire voluit: ne aut probatum virum, ſi contra eum iudicaſſet, fama ſpoliaret: aut iuraret eum virum bonum eſſe, cum ea res innumerabilibus laudibus contineatur. Forenſibus hac, illa militaribus ſtipendijs prudentia exhibita eſt.*

OLIV.

QVid illud factum] M. Luctatius Eques Rom. cum aduerſario ſpoponderat, ſe virum bonum eſſe, tantęque rei Licinium Fimbriam iudicem dederat. Fimbria noluit vnquã de re tanta proferre ſententiam, ne aut probati viri famam offenderet, aut falſo iuraret virum bonum eſſe, cui aliquid deeſt, cum ad hoc, aut aliquis ſit bonus vir tam multa requirantur, vt difficile ſit bonum virũ inuenire. Cic. de hoc Fimbria lib. 3. de offic. Fimbriam inquit, conſularem audiebam à patre noſtro iudicem M. Luctatio fuiſſe equiti Romano ſane honeſto cum ſponſionem feciſſet, quod vir bonus eſſet. Itaque ei dixiſſe Fimbriam ſe illam rem nunquã iudicaturum, ne aut ſpoliaret fama probatum hominem, ſi contra iudicaſſet, aut ſtatuiſſe videretur virum bonum aliquẽ eſſe, cum ea res innumerabilibus officijs contineatur, & laudibus, ſi. n. virum bonũ ſm Stoicos diffiniamus eſſe ſapiẽtem, ſapientem aũt in quo nulla prorſus cadit ægritudo, nuſquam illum. [Innumerabilibus laudibus] Nõ parum eſt virum bonum eſſe, neceſſe eſt cunctis illum virtutum numeris præditum eſſe, in quo ſi vna ſola virtus defuerit, vir bonus non erit, nec dici poterit, vel certe debebit.

ASCEN.

QVid illud factum Licinij Fimbriæ conſularis] Sup. viri quàm. i. quantum ſapiens ſup. fuit? q.d. ſapientiſſimũ. Nam ipſe aditus iudex. i. vt eſſet iudex de ſponſione. i. depoſitione à M. Luctatio Pinthia equite Rom. ſplendido, ideſt clari nominis, q̃. ſ. ſponſionem. i. depoſitionem ſt. ſ. Luctatius fecerat cum aduerſario, q̃ eſſet vir bonus. i. quod Luctatius depoſuerat, q̃ iudicaretur vir bonus eſſe, & aduerſarius, q̃ nõ, & de ea

contro-

controuerſia ſponſionem vterque alteri fecerat, nunquam voluit. ſ. Fimbria finire id iudicium. ſ. arbitrarium pronunciatione ſua. i. pronunciando, quòd aut vir bonus dicendus eſſet, aut quòd non eſſet: ne aut ſpoliaret fama virum probatum. i. approbatum, & habitum virum bonum, ſi iudicaſſet contra eum, aut ſup. ne iuraret eum. ſ. Lutatium eſſe virum bonum, cum ea res contineatur laudibus innumerabilibus. Quia multa illi conſtare debét, qui vir bonus merebitur dici. Faciẽs aũt paraſceuẽ ad ſequentia dicit, Hæc. ſ. iam dicta prudentiã, aut ſapientia in dictis, & factis exhibita eſt ſtipẽdijs forẽſibus. i. viris in foro iudiciali verſari ſolitis, & ibidẽ ſtipendia facere, illa. ſ. quæ ſequitur prudentia, eſt exhibita ſtipendijs militantibus. i. in caſtris.

DE PAPYRIO CVRSORE COS.

* Liu.lib. 12.

Papyrivs * *Curſor conſul cum Aquiloniam oppugnans prælium vellet cõmittere, Pullariusque non proſperantibus auibus optimum ei auſpicium renũciaſſet: de fallacia illius factus certior, ſibi quidem, & exercitu bonum omen datum credidit, ac pugnam iniJt. Ceterum mendacem ante ipſam aciem conſtituit: vt haberent dij, cuius capite, ſiquid ira concepiſſent expiarent. directum eſt autem ſiue caſu ſiue cœleſtis numinis prouidentia, quod primum è contraria parte miſſum erat telum, in ipſum pullarij pectus, eumq; exanimem proſtrauit. id vt cognouit conſul, fidenti animo & inuaſit Aquiloniam, & cepit. Tam cito animaduertit, quo pacto iniuria imperatoris vindicari deberet, & quemadmodum violata religio expianda foret: qua ratione victoria apprehendi poſſet, egit virum ſeuerum, conſulem religioſum, imperatorem ſtrenuum, timoris modum, pœnæ genus, ſpei viam, vno mentis impetu rapiendo. Nunc ad ſenatus acta tranſgrediar.*

Oliv. Papyrivs] Papyrius bellum contra Samnites gerebat, & cum acies inſtructæ ſteriſſent, iuſſit auſpicia capi: pulli reſpuerunt eſcas. pullarius, ne imperatorem perturbaret, auſpicium ſoliſtimum. i. optimum eſſe reſpondit, cui Papyrius credens, prœlium committi iuſſit, interea quidam monuit imperatorem, vt videret quid ageret, quia ſoliſtimũ nunciatũ à pullario falſum fuerit, tũ Papyrius, pro bono inquit habeo, & pullarium in prima acie cõſtituit, vbi cæſus mendacij pęnas dedit, nã quia prudẽs, & ſciens mẽtitus fuerat, cæſus eſt, vel caſu, vel diuina prouidẽtia, & ſic imperator potitus eſt victoria. [Tã cito animaduertit] Laudat huius hominis prudentiã, atq; iudiciũ.

Ascen. Papyrius curſor conſul] ſ. Rom. cum oppugnans Aquiloniam. ſ. vrbem Sãnitum, vellet committere prœlium. i. facere aſſaltum in vrbem illam, & pullarius. i. auſpex obſeruator pullorum ad hoc nutritorum, renunciaſſet. i. perinde ac ſi dijs nunciatum per pullos, iterum illi nunciaſſet, auſpicium optimum, exitum, auibus non proſperantibus. i. nihil proſperi promittẽtibus, vnde falſus eſt renũciator, factus certior. ſ. per alios qui aderant, de fallacia illius. ſ. pullarii, credidit bonum omẽ datum quidem. i. ſaltẽ ſibi, & exercitui licet non pullario, ex eo enim quòd oportuit petentem auſpicia credere pronũciãti ea potauie ea, quæ dixerat pullarius eſſe facienda, licet mentitus fuerat, & mendacium non exequenti, ſed inuenienti obfuturum, ac iniJt pugnam. [Ceterum]. i. ſed, ipſe conſtituit mendacem. ſ. pullarium ante ipſam aciem, vt dij haberent ſup. aliquem cuius capite. i. capitali punitione, expiarent. i. purgarent, & euacuarent ſup. iram ſuam, ſi cõceperant quid. i. aliquid iræ. Autẽ pro ſed, primum telum, quod miſſum erat è parte contraria. i. hoſtili directum eſt in ipſum pectus pullarii ſiue caſu ſiue prouidentia numinis cœleſtis. Vt. i. poſtquã conſul. ſ. Papyrius cognouit, id ſ. pullariũ luiſſe pœnas mendacii, & . i. ſimul inuaſit Aquiloniam. ſ. vrbem hoſtilem, animo fidenti. i. fiduciæ pleno, & cepit ſup. eam. [Et ita ſup. ipſe animaduertit. i. conſiderauit, tam cito, quo pacto iniuria imperatoris. i. commiſſa in ſe imperatorem ob falſam proſperi euentus renonciationem, quã niſi morte pullarii purgaſſet, in perniciẽ ſuã, exercitusq; ſui (vt illorum tũ erat fides) ſenſiſſet, deberet uindicari. i. puniri, & quẽadmodum religio violata per mẽdacium foret, id eſt eſſet expianda, & qua ratione. i. quo facto piaculo deorum reconciliatione, victoria poſſet apprehendi. Ipſe ſup. Papyrius egit virum ſeuerum, quia mendaci non pepercit, egit conſulem religioſum, aut quia renunciationem licet falſam ſequi voluit, aut quia tam religioſe, & diis placitum erant expiauit, & egit imperatorem ſtrenuum, quia Aquloniã cepit, rapiendo. i. celeriter amplexãdo modum. i. moderationem timoris, quia timuit mendacem pullarium ſequi, donec eum puniendum conſtitueret, & genus pœnę, quia in deorum arbitrio poſitum, vt ſi innocentem cenſerent, ipſum à telis hoſtilibus defenderent, ſi nocentem, occidi permitterẽt, & viam ſpei, quia cognito, quòd dii iram ſuã in pullarium conuertiſſent, ſpei plenus vrbem expugnauit, vno impetu. i. impulſo mentis. i. rationis ea omnia decernentis. Facit aũt breuem paraſceuem auctor addens, ego tranſgrediar nunc. i. deinceps ad acta Senatus.

Theo. Aquiloniam oppidum Lucaniæ ex Ptolemæo, quod hodie quoque paululum mutatis vt vulgo ſolet, Syllabis, appellatur Lacydonia.

DE SENATV.

* Liu.4.c. Liu.li.27.

Cvm * *aduerſus Hannibalem ſenatus Claudium Neronem & L. Salinatorem conſules mitteret, eoſque vt virtutibus pares, ita inimicitijs acerrime inter ſe diſſidentes videret, ſummo ſtudio in gratiam reduxit, ne propter priuatas diſſenſiones, remp. parum vtiliter adminiſtrarent. quia conſimili imperio vbi concordia non ineſt, maior aliena opera interpellandi, quàm ſua edendi cupiditas naſcitur: vbi verò pertinax intercedit odium, alter alteri, quàm vterque contrarijs caſtris certior hoſtis proficiſcitur.* * *Eoſdem ſenatus, cum ob nimis aſperè actam cenſuram à Cn. Bæbio Trib. pleb. pro roſtris agerentur rei, cauſæ dictione decreto ſuo liberauit, vacuum omnis iudicij metu eum honorem reddendo, qui exigere deberet rationem, non reddere.* * *Par illa ſapientia ſenatus, Tyberium Gracchum Trib. pleb. Agrariam legem promulgare auſum morte mulctauit. Idem, vt ſecundum legem eius per triumuiros ager populo viritim diuideretur, egregię cenſuit. Siquidem grauiſſimę ſeditionis eodem tempore & auctorem, & cauſam ſuſtulit.* * *Quam deinde ſe prudenter in rege Maſiniſſa geſſit? nam eum promptiſſima, & fideliſſima eius opera aduerſus Carthaginienſes vſus eſſet, eumque in dilatando regno auidiorem cerneret, legem ferri iuſſit, qua Maſiniſſæ ab imperio P. R. ſolutam libertatem tribueret: quo facto tum optime meriti beneuolentiam retinuit, tum Mauritaniæ, & Numidiæ, ceterarumque illius tractus gentium nunquam fida pace quieſcentem feritatem, à valuis ſuis repulit. Tempus deficiet domeſtica narrantem: quoniam imperium noſtrum non tam robore corporum, quàm animorum vigore, incrementum, ac tutelam ſui comprehendit. maiori itaque ex parte Romana prudentia in admiratione tacita reponatur, alienigeniſque huius generis exemplis detur aditus.*

*Liu.li.29

*Liu.li.58 Plut. App. & alii.

* Atqui multo ante deceſſerat Liu. lib.50.

Oliv. Nero Claudius & Salinator ſimultates depoſuerunt.

Cvm ad ſenatus] Hoc exemplum poſitum eſt ſupra in cap. de cenſura, & in cap. de reconciliatis, vbi graues inter Salinatorem, & Neronem inimicitias fuiſſe diximus, quod Liu. accuſante Nerone damnatus eſſet à populo, quos deinde ſenatus octauo poſt damnationem anno tempore ſecundi Punici belli, cum iiſdem comitiis conſul vterque creatus eſſet, in gratiam ſummo ſtudio, & diligẽtia reduxit, ne illorũ diſſenſione reſp. detrimenti quidquam caperet ſapiens profecto factũ, niſi enim depoſitis ſimultatibus communi conſilio rempublicam adminiſtraſſent, nunquam parta fuiſſet illa victoria prope incredibilis, qua cæſo Hãnibalis fratre & 56. millibus hoſtiũ non modo Cannenſis clades, ſed etiam maior hoſtibus reddita fuit. [Conſimili imperio] Optima ratio, cur diſſidentes inter ſe duces rem bene gerere nullo modo poſſent. Nã qui inter ſe odio laborant, magis ſtudent alter alterius interpellere facta, quàm

præclarum

præclarum quidquam edere, & ſe inuicem magis inſectātur q̃ remp. hoſtes. [Euidem] Et hoc quoque factum laude dignum, qui eoſdem à cauſę dictione liberauit, cum a Trib. pl. accuſati eſſent, q̃ cenſuram inter ſe rigidam nimis exercuiſſent, nam ſe inuicē cenſoria nota ſignarāt, Nero Liuiū, quod a populo fuiſſet aliqñ damnatus, Liuius Neronem, q̃ non vere in gratiā ſecum rediiſſet, ſicut in cap. de cenſoria nota diximus, hāc igitur accuſationem ſenatus diſſoluit auctoritate ſua. [Vacuū omnis iudicij metu] Nā ſenatus decretum factum eſt, ne iudicio aliquo timerent ſe damnari poſſe cēſores, quo minus aliorum delicta punirent, nam ſi damnati fuiſſent, ceteri quidem ſegniores facti eſſent, iudiciū metuentes, ex quo illud ſecutū eſſet, vt maior in vrbe peccādi licentia naſceretur, præter ea iniquum eſſe videbatur, vt qui aliorum vitæ rationem exigerent, ſuæ ipſi vitæ rationē reddere cogerentur. [Par illa ſapientia] Quō Tyberius Grac. à Scipione Naſica adhortante ſenatum, vt ſi rempublicam ſaluam eſſe vellet, ſecum iret in capitoliū ſubſelliorum fragmentis cæſus fuerit, vidimus in cap. de ſomnijs, poſt huius vero mortem, vt plebis dolor leniretur, quæ grauiter, & periniquo animo Tyberij mortem ferebat agrariam legem, per quā

Tib. Gracchi interitus.

cæſus fuerat, nō impugnauit, ſed permiſit vt loco Tyberij aliū eligerent ad agros diuidendos, electus aūt Pub. Craſ. Gracchorum affinis, filiam enim Craſſi, Cn. Grac. vxorem habebat, q̃q̃ tradit Cornelius nepos non Craſſi, ſed Bruti, qui de Luſitanis triumphauit filiam C. Grac, nupsam fuiſſe, plures tñ ita tradūt, vt modo diximus, per hūc igitur plebi diuiſi ſunt agri, q̃q̃ Valerius per triumuiros diuiſos fuiſſe dicat, ſed Plutarchus in vita Gracchorum ita refert. [Auctorē] Gracchorum occidēdorū. [Cauſam] Vt agri diuiderentur æqualiter cenſendo. [Quā deinde ſe prudenter] Negari non pōt, hanc ſenatus prudentiam fuiſſe ſingularem, nam vt diximus ſupra in cap. de gratitudine tempore ſecundi Pun. bel. Scipio Aphricanus opera Maſiniſſæ fuerat in eo bello maxime vſus. Cum igitur ſenatus æquū eſſe iudicaret, vt tam benemerito regi beneficium aliquod præſtaret ſine incommodo, nō ſolum ſociū Maſin. retinuit, ſed etiam maiorem ab eo gratiā iniuit. Cum enim ſenatus intelligeret, cupidum illum eſſe imperij dilatādi, decretum fecit, vt qui neque vlli bellum inferret, nec eū vllo fœdus inire poterat iniuſſu ſenatus, is ab hoc iure fœderis abſolueretur, liberéq; poſſet cum quibus vellet bellū gerere, quo facto gratiā benemerito regi non paruam retuliſſe videtur. [Solutam] vt eſſet in poteſtate, & arbitrio Maſiniſſæ quibus cū vellet belli pacis'ue gerēdæ. [Tempus deficiet] Si voluero, inquit, cuncta ſenatus facta ſapienter enarrare, tempus non ſufficeret, cum igitur tantum imperium non viribus ſolū, ſed cōſilio, & ratione pepererit, partum auxerit, auctum conſeruauerit, ſatius eſt illius prudentiam tacita admiratione inuolui.

ASCENS. CVm ſenatus mitteret] .i. mittere vellet aduerſus Haſdrubalem in Italiam aduenientem, Claudium Neronem, & Liuium Salinat. conſules, & videret eos, vt pares ſup. maxime virtutibus ita diſſidentes inter ſe acerrime inimicitijs, reduxit ſup. eos in gratiam .i. mutuam beneuolentiam ſummo ſtudio .i. conatu, ne adminiſtrarent partum vtiliter remp. pp priuatas diſſenſiones. [Quia maior cupiditas interpellādi .i. impediēdi, aliena opera .ſ. præclara, quam edendi .i. mittendi & producēdi in lucem ſua .ſ. opera, naſcitur imperio conſimili .i. pari, vbi cōcordia non ineſt, vero .i. ſed, vbi odium pertinax .i. perpetuum in malitia perſeuerans, illic ſup. aut tunc alter (dixiſſet vt opinor vterque alteri, niſi additurus fuiſſet rurſus vterque) proficiſcitur .i. in militiam, certior hoſtis alteri, quā vterque ſupp. proficiſcatur hoſtis caſtris contrariis. Quā rē graphice depinxit fabulator ille Phrygius Aeſopus in apologo de inuido, & auaro, vbi cū auarus petiſſet ab Ioue duplum ſibi dari quidquid inuidus petierit, inuidus magis vt alteri incōmodet q̃ ſibi proſit, alterum oculorū ſibi erui orauit. Addit ſm ſenatus prudens factum dicens. [Senatus liberauit eoſdem] .ſ. iam dictos cōſules decreto ſuo .i. interponēdo decretū, dictione cauſæ .i. defenſione ſui, cum agerētur rei .i. cū dies illis dicta à Cn. Bebio Trib. pl. pro roſtris .i. ante roſtra, hoc eſt ad populum ob cenſuram actam omnis aſpere, liberauit dico reddendo eū honorē .ſ. cenſorium, liberū metu omnis iudicii, qui deberet exigere rationem .ſ. geſtorum ab aliis, nō reddere rationem geſtorum .ſ. à ſe. [Par, &c.] Affert tertium exēplum eiuſdem dicens. [Illa ſapiētia ſenatus par .i. æqualis illi, quæ ſupiora fecit, mulctauit morte Tyberium Grac. Trib. Plebem auſum promulgare .i. executioni mandare, legem agrariā .i. de diuidēdis agris militia partis, æquis portionibus, & idē .ſ. ſenatus cenſuit egregie .i. excellenti prudētia, vt ager eius .ſ. Trib. Gracchi, diuideretur populo viritim .i. æquis portionibus in ſingula capita, hoc eſt precium eius per triūuiros .i. rei iudicatæ executores, ſm legē q̃ Gracchus promulgare voluit, probat q̃ egregie id cenſuit. [Siquidem] .i. qm̃ ipſe ſenatus ſuſtulit .i. de medio tulit eodē tēpore, auctorē ſeditionis grauiſſimæ videlicet Gracchum, & cauſam, quia vt agri portionē haberet, populus ſeditionē mouit, & eā habuit. Secundum Oliuerū tñ ordo erit, vt ager .ſ. bello quæſitus diuideretur ſm legem eius .ſ. Gracchi, ſed id difficile ſit creditu. [Quam deinde, &c.] Affert quartū eiuſdem prudentiæ facinus dicens, deinde q̃ .i. quantum putas prudenter ſenatus ſupp. geſſit ſe in Maſiniſſa rege .ſ. Numidiæ? q. d. prudētiſſime, nam cum ſenatus vſus eſſet opera .i. auxilio eius .ſ. Maſiniſſæ, prōptiſſima, & fideliſſima aduerſus Carth. & cerneret eū .ſ. Maſiniſſam auidiorem .i. nimis auidum in dilatando .i. extēdendo regno .ſ. ſuo, iuſſit legē ferri, quæ tribueret .ſ. pro muneratione Maſiniſſæ libertatem ſolutā ab imperio P. R. Quo facto ſenatus tum .i. ſimul retinuit beneuolentiā .ſ. Maſiniſſæ optime meriti, tū .i. ſimul repulit à valuis ſuis .i. oſtiis, quæ quotidiæ, aut iudicum, aut opem poſtulantes, pulſitare ſolebāt, feritatē Mauritaniæ & Numidiæ, & ceterarū gentiū illius tractus nūquam quieſcentem pace fida, quia .n. non amplius habuerunt prouocationem ad ſenatum P. Q. R. non amplius moleſtiā attulerūt. Tranſiturus aūt ad externa vtitur tali paraſceue. [Tēpus deficiet] .i. non ſatis erit mihi narrandi domeſtica .ſ. exempla, qm̃ imperium noſtrum .i. Rom. cōprehendit incrementum, ac tutelam conſeruationem ſui non tam robore corporum, q̃ vigore animorum. [Itaque prudētia Romana ponatur ex maiori parte in admiratione tacita] .i. in pectore, nō in ſcripto, aut voce poſita, & adiutus detur exemplis alienigenis huius generis.

EXTERNA.

DE SOCRATE PHILOSOPHO.

SOCRATES *humanæ ſapientiæ quaſi quoddam terreſtre oraculum, nihil vltra petendum à dijs immortalibus arbitrabatur, quàm vt bona tribuerent, quia ij demum ſcirent quid vnicuique eſſet vtile. Nos autem plerunque id votis expetere, quod non impetraſſe melius foret. Etenim denſiſſimis tenebris inuoluta mortaliū mens, in quam late patentem errorem cæcas precationes tuas ſpargis? diuitias appetis, quæ multis exitio fuerūt; honores concupiſcis, qui cōplures peſſundederūt: regna tecum ipſa voluis, quorū exitus ſæpenumero miſerabiles cernuntur. ſplendidis coniugijs inijcis manus, at hæc vt aliquando illuſtrant, ita nonnumquam funditus domos euertunt. deſine igitur ſtulta futuris malorū tuorum cauſis quaſi feliciſſimis rebus inhiare, teq́; totā cæleſtium arbitrio permitte: quia qui tribuere bona ex facili ſolent, etiam eligere aptiſſima poſſunt. Idem expedita & compendiaria via eos ad gloriam peruenire dicebat, qui id agerent, vt quales videri vellent, tales etiā eſſent, qua quidem prædicatione aperte monebat, vt* homines ipſam potius virtutem haurirent, quàm vmbram eius conſectarentur. Idem ab adoleſcentulo quodam cōſultus vtrum vxorem duceret, an ſe omnino matrimonio abſtineret: reſpondit vtrum horum feciſſet, acturū pænitentiam. Hinc te, inquit, ſolitudo, hinc orbitas, generis interitus, hinc hæres alienus excipiet: illinc perpetua ſolicitudo, contextus querelarum, dotis exprobratio, affinium graue ſupercilium, garrula ſocrus lingua, ſubſeſſor alieni matrimonij, incertus liberorum euentus. Non paſſus eſt iuuenem in contextu rerum aſperarum, quaſi lætæ materiæ facere delectum.* Idem cum Athenienſium ſcelerata dementia triſtem de capite eius ſententiam tuliſſet, fortiq́; animo, & conſtanti vultu potionem veneni è manu carnificis accepiſſet, admoto iam*

* Laert. in Socr.

* Laert. in Socr.

labris

labris poculo, vxori Xantippæ inter fletum, & lamentationem vociferanti innocentem eum perimi, quid ergo, inquit, nocenti mihi mori ſatius eſſe duxiſti? O immenſam illam ſapientiam, quæ ne ipſo quidem vitæ exceſſu obliuiſci ſui potuit.

Q L IV.

Socratis dictum ſapiêtia plenum.

SOCRATES] Valerius Socratem quoddam quaſi terreſtre appellat oraculum, ad illud reſpiciens, q cum têplum Apollinis ingreſſus eſſet, ſic exceptus eſt à ſacerdote, vt diceret, Salue ſapientiſſime omnium. Solinus in cap. de homina perfectam ſapientiam ſoli Socrati Delphicum oraculum adiudicauit. Cic. quoque, Socrates inquit, omnium ſapientiſſimus oraculo Apollinis adiudicatus, hic igitur dicere ſolitus erat nô debere homines præcipuum quidquã a dijs immortalibus petere, niſi quæ illi nobis expedire putant. ſciunt.n. ipſi quid nobis vtile ſit. multis rationibus probat homines plerũque ea petere quæ noxia ſunt, vt opes, honores, imperia, hæc omnia cum plerunque poſſidentibus obſint, in bonorum numero non ſunt ponêda, bonum.n. id ſolũ dicitur, quod nemini nocet, quodq́; nullo fortunæ impetu commouetur. [Melius foret] Cuius deinde pœniteat cum impetraueris. [Etenim] Probat ita eſſe, q. d. præcipites in multos errores tuæ præces incurrũt, cũ ea plerũq; petas, quæ tibi nocitura ſunt. [Cæcas] Temerarias, & inconſideratas. [Diuitias appetis] Quaſi bona ex hoc probatur non eſſe bona, q multis exitio fuerint. [Inijcis manus] Appetis, & vendicas tibi. [Illuſtrant] Si ſummo loco nata fuerint, & eius acceſſerint dotes bona animi illuſtrant. [Inhiare] Auidiorem eſſe, & admirari à præcedente id quod ſequitur, nam qui admirantur ſolẽt ea quæ admirantur, aperto ore, fixiſq; oculis intueri. [Teq; totum cœleſtium arbitrio permitte] Sine, inquit deos, quid ſit vtile ſine voto tribuere hæc ſtulta, & cetera vota Iuue. his verſibus carpit. Si côſiliũ vis: Permittas ipſis expêdere numinibus. Quid côueniat nobis, rebuſq; ſit vtile noſtris. Nã pro iocũdis altiſſima quæq; dabũt dij. Carior eſt illis homo, q̃ ſibi nos animorũ, impulſu & cæca, magna cupidine ducti Côiugium petimus, partumq́, vxoris, at illis Notum, qui pueri, qualiſq́, futura ſit vxor. [Idem expedita, & compêdiaria] Breuiori. Cic. in offic. Socr. inquit præclare hanc viam ad gloriam proximam, & quaſi côpendiariam dicebat eſſe, ſi quis id ageret, vt qualis haberi vellet, talis eſſet. [Idem ab adoleſcentulo]

Vxor an ducenda.

Socrates cum ex eo quæreret quidã adoleſcens, nunquid vxorem duceret, ita reſpondit, vt illum ambiguum relinqueret, ſicut in litera patet, ſed aliter reſpôdiſſe, dicitur Diogenes vſus dilêmate .i. complectione, quæ ex vtraque parte concludit, ſi inquit, pulchram communem, ſin autem turpem duxens pœnam. Theophraſtus quoque idẽ ſenſiſſe videtur, pulchra inquit cito adamatur, fœda facile contemnitur, difficile cuſtoditur, quod plures amãt, moleſtum poſſidere quod nemo habere dignatur. minori tñ miſeria deformis habetur, q̃ formoſa ſeruatur, quia nihil tutum, in quod totius populi vota ſuſpirant. [Orbitas] Sine filijs nullos hæredes relinquês. Perpetua ſolicitudo parãdi .ſ. ea, quæ vxori, & liberis neceſſaria ſunt, & teſte Theophraſto multa ſunt matronarum vſibus neceſſaria, quæ ab illis ſemper expetũtur, precioſæ veſtes, aurum gemmæ, ſumptus, ancillæ, ſupellex, varia lauticia. Exedra deaurata, aliæq; ſunt ſolicitudines, quæ ab vxoribus capiuntur, quas ille commemorat, vt per totam noctem garrulæ conqueſtiones, illa ornatior procedit in publicum, hæc honoratur ob omnibus, ego in conſpectu fœminarum miſella deſpicior, cur aſpiciebas vicinã? quid cum ancilla loquebaris? de foro adueniens, quid attuliſti? & mille alia eiuſmodi. Itẽ pauperem alere difficile eſt, diuitem ferre tormentum. vnde ait Socrates, côtextus querelarum. [Affinium graue ſupercilium] Superba vxor, ſuperbos daret affines, ſuũq; nobile genus tibi ſemper exprobrare ſolet. Iuuẽ. Tolle tuũ precor numã victumq́; Siphacem. In caſtris, & cum tôta Carthagine migra, de matrona loquitur, quæ ſuã marito generoſitatẽ iactare ſolet. [Dotis exprobratio] Vt illud Iuue. Intolerabilius nil eſt q̃ fœmina diues. [Garrula] Socrus, rara erit inter virum vxoremq́; concordia viuente ſocru, quæ filiam docet quõ virum ſibi reddat obnoxium. Iuuen. Deſperanda tibi ſalua concordia ſocru. [Subſeſſor] Inſidiator, vt Virg. Subſcedit adulter,

Subſeſſor alicui matrimonii.

& deniq. illud euenit in ducêda vxore, quod Theophraſtus dicit, quod nulla .ſ. eſt vxoris electio, ſed qualiſcunque euenerit habenda eſt, ſi iracũda, ſi fatua, ſi deformis, ſi ſuperba, ſi fœtida, ſi impudica, quodcũque vitij eſt, poſt nuptias diſcimus. [Incertus liberorum euẽtus] Quia, vt quidam ait, beatus eſt ille, qui felix fuerit in filios, incertum.n. eſt, an filij tui probi, & virtutis amãtes pariter, & imitãtes futuri ſint. [Côtextu rerum] Ordinarerum. [Idem cum Athenienſium] Diximus ſupra quod Socrates, q alienos deos introduceret, & q adoleſcentes corrũperet, in carcerum coniectus s t. iudicum ſentẽtijs, vt legitur in Phedone Platonis damnatus fuerit, & eum ei poculũ venenatũ (nã illum Athen. honoris gratia, eo mortis genere honeſtiori necari voluerunt) poculum inquam eſſet oblatum, & coniunx eius Xantippe vociſararet, ac diceret, innocens moriturus es mi vir. tum ille, ſatius ne putaſti me mori nocentẽ? Socrates in articulo mortis philoſophiæ memor, vxoris ſuæ demẽtiam notauit, quæ quaſi doloris argumentum rem quæ ſibi conſolatiônẽ debebat afferre, lamentaretur. legitur in vita Socratis non Xantippem eius vxorem, ſed Apollodorum ea dixiſſe, quæ Valerius aſcribit vxori. De morte Socratis hæc habẽtur, Anitus quidam Athenis ſepe denſus à Socrate p p eius ineptias, côtra Socratem cũ multos alios, tum Ariſtophanem poetam côcitauit, qui grandi pecunia corruptus comœdiam ſcripſit in Socratem, in qua illũ notabat quod nebulas coleret, & Athenienſiũ religionibus detrectaret, & quod præterea iuuenum mentes ſic imbueret, vt parentibus manus inferre pie, & officioſa poſſent, quæ cũ ad vulgi aures peruenerunt (nam in ſcena recitata eſt comœdia illa) ſic omnes in Socratem ira accenſi ſunt, vt poſtero die in iudicium tractus fuerit, & eum accuſauerunt tres. Anitus, Lycon, & Melytus, quod .ſ. iura violaret, quæ ciuitas hẽret, deus eſſe nô exiſtimãs, & alienos deos induceret, & q côtra ius, & fas iuuenes corrumperet, pro quo Plato orationem habuiſſe dicitur ad præceptoris ſui defenſionem, qui non eſt auditus, quare Socrates non iudicio, ſed furore quodam damnatus, & in carcerẽ côiectus, paulo poſt publico veneno necatus eſt. ſed poſt paucos dies pœnitentia ductus populus quãuis ſero, interfectum lugẽt, prædicant omnes illum ſanctitate piũ, ac clariſſimarum omnium virtutum venerabilem extitiſſe. indicitur publicus mœror, clauduntur officinæ, & gymnaſia, fit impetus in accuſatores, qui omnes ſupplicio affecti, & fugati fuerũt. Socrati verò ab Athen. ærea ſtatua Lyſippi opus, in celeberrimo loco poſita fuit, ſtetit Socrates in carcere 30. dies teſte Senec. epiſtola ad Luciliũ 71. potuit, inquit, Socrates abſtinẽtia finire vitam, & inedia potius, quã veneno mori. 30. tamẽ diãt in carcere, & expectatione mortis exegit. Scelerata] impia ad eum, qui omnia de ſe pietatis documenta dederat. [Immenſam] .ſ. dixerim. [Sui] .i. ſuæ ſapientiæ & fortitudinis.

SOcrates quaſi quoddam oraculum] .i. promptuarium proui- Asc. xx.
dentiæ, & cognitionis diuinæ ad danda reſponſa de futuris, & rebus occultis, ac de vitæ ratione terreſtre .i. in terra conuerſatum (cum oraculum Apollinis cœleſte putetur) ſapiẽtiæ humanæ .i. quatenus homini côtingere põt, arbitrabatur nihil petẽdum à dijs immortalibus vltra .i. vlterius quã vt tribuerẽt, bona .i. vera; quia hi .ſ. Dij demum .i. ſolummodo, (tracta metaphora ab his, qui aliquid quærunt, quod ſi vno duntaxat in loco inuenerint, dicunt, illic demum repertum, quod idem eſt, ac ſi dicant ſolummodo) ſcirent quid eſſet vtile vnicuique. Autẽ pro ſed, dicebat, aut arbitratur nos expetere plerũque .i. frequẽter aut ferè votis .ſ. noſtris, id, quod foret melius non impetraſſe. Etenim .i. nam certe ſup. dicebat, ò mens mortalium inuoluta denſiſſimis tenebris in quam .i. in quãtum late patentem errorem, tu ſpargis preces tuas cæcas .i. improuidas? tu appetis diuitias, quæ fuerunt multis exitio. Tu concupiſcis honores, qui pellundederunt complures. [Ipſa .i. tu voluis tecum .i. meditaris, & amplecteris regna, quorum exitus cernuntur ſæpe numero miſerabiles. [Tu iniicis manus] .i. affectãter inhias côiugiis ſplendidis .i. ſplẽdidarum fœminarum. at .i. ſed hæc .ſ. ſplẽdida côiugia, vt .i. quemadmodum illuſtrant aliqñ, ita euertũt, nonnumquam domos funditus. Igitur ò mens ſtulta deſine inhiare .i. hiãter intendere cauſis futuris tuorum malorũ, quaſi .i. tanquã rebus feliciſſimis, & permitte totum arbitrio cœleſtiũ hoceſt Dei, quia .ſ. Dii, qui ſolent tribuare bona ex facili .i. ſine grauamine, aut ſine difficultate poſſunt etiã eligere aptiſſimo ſup. ea quæ ſunt tribuenda. [Idem] .ſ. Socrates, dicebat eos peruenire via expedita .i. à nullo impedita, ac ita facili, & compẽdiaria .i. breui qui agerent id, vt quales vellẽt videri tales etiã eſſent. Qua quidẽ prædicatione monebat aperte, vt homines haurirent potius ipſam virtutẽ, quã conſectarentur vmbram .i. apparentiam eius. [Idem] .ſ. Socrates conſultus .i. petitus conſilium (vnde ſciendum etiam paſſiue ſignificare) ab adoleſcentulo, vtrũ duceret vxorem, an abſtineret ſe omni matrimonio, Reſpondit ſup. adoleſcẽtem illum acturum pœnitentiã vtrum

vtrum

vtrum:i.vtrumcunque (Sunt qui legant vtrum, ſed meo iudicio non recte, nam ſicut de tribus vtpote, an vnam vxorem tibi, an plures, an nullam duceret, non recte dixeris, quod horum ſeciſſet, ſed quodcũque, &c. ita in hoc loco non recte dicatur vtrũ horum, vtrum vtrum, aut vtrũcunque ſi ſit in vſu, horũ ſ. duorum) nam inquit ſolitudo accipiat te hinc ea cęlibatu. [Et orbitas] .i. priuatio prolis legitimæ excipiet te hinc.i. ex eodẽ, & interitus generis tui excipiet te hinc.i. ex eodem & hæres alienus, qui tuis potietur, excipiet te hinc.i.e a eodem cælibatu. Et ſup. ſolicitudo perpetua.ſ. pro vxore, liberis, & re domeſtica. cõtextus.i. cumulus congeſtus, hoc eſt continua materia querelarum cum ſemper aliquid ſit, quod diſpliceat in familia, exprobratio dotis.ſ. per vxorem, aut affines tuos, quę & quidquid poſſederis doti acceptum ferent graue ſupercilium affinium putantium te indignum tali vxore, lingua ſocrus i. matris vxoris tuæ garrula, quia vt dicit Iuuen. Deſperanda tibi ſalua concordia ſocru: poteſt etiam dici ſocrus garrulã lingua.i. habens garrulã linguam, ſubſeſſor alieni matrimonij.i. qui ſolicitet vxorẽ tuam de ſtupro, incertus euentus liberorum, quia neque ſcit, qui vxorem ducit, an habiturus ſit liberos, nec ſi habuerit, quales futuri ſint, hæc inquit omnia excipiẽt te illinc.i.e a matrimonio, ſi contraxeris ipſum. Metellus aũt apud Gel. lib. r. docet, in matrimonio nõ poſſe iucunde, & ſine malo viuere, ſed ſine matrimonio nequaquam, neceſſe eſt igitur pro honeſta cõſeruatione generis humani matrimonium contrahi, ſed nulli nunc ea lex ſingulariter perfixa eſt. Ideo aũt Socrates vtriuſque ſtatus miſerias iuueni illi propoſuit, vt reuocaret à falſa opinione Credebat.n. eo q̃ eſſet liber, & diues, vtrunque læte à ſe fieri poſſe. vnde addit auctor. Socrates ſup. non eſt paſſus, iuuenẽ facere delectũ, id eſt, electionem, quaſi materiæ lætæ in contextu.i. ab vtraque parte propoſitione, rerum aſperarum, quia aſperum eſt, & ducere, & non ducere vxorẽ, ſed nõ eſt domus ſine malo. Tẽtatio enim eſt vita hominis ſuper terram. [Idem. ſ. Socrates, cũ dementia ſcelerata Athen. tuliſſet triſtem ſententiam de capite eius.ſ. cum eum morti adiudicaſſet, & accepiſſet forti animo & vultu conſtanti potionem veneni à manu carnificis, poculo admoto iam labris, inquit Xantippe vxori vociferanti inter fletum, & lamentationem, enim.ſ. Socratem maritum ſuum perimi innocentem, quid ergo.i. ſi ideo fles, q̃ innocẽs pereo, duxiſti.s. exiſtimaſti ſatius.i. melius, & eligibilius eſſe mihi mori nocenti. O (inquit Valerius) immẽſa ſapiẽtia, quæ ne ipſo quidem exceſſu vitæ potuit obliuiſci ſui.

DE SOLONE.

* Plut. in vita.

*A*GE quàm prudenter * Solon neminem, dum adhuc viueret, beatũ dici debere arbitrabatur: quod ad vltimum vſque fati diem ancipiti fortunæ ſubiecti eſſemus. Felicitatis igitur humanæ appellationem rogus conſumat, qui ſe in curſu malorum obijcit. Idem cum ex amicis quendam grauiter mærentem videret, in arcem perduxit, hortatusque eſt, vt per omnes ſubiectorum ædificiorũ partes oculos circunferret: quod vt factum animaduertit, cogita nunc tecum, inquit, quàm multi luctus ſub his tectis & olim fuerint, hodiéque verſentur, inſequentibusque ſæculis ſint habituri, ac mitte mortalium incommoda tamquam propria deflere. qua conſolatione demonſtrauit vrbes eſſe humanarum cladium conſepta miſeranda. Idem aiebat, ſi in vnum locum cuncti mala ſua contuliſſent, futurum, vt propria deportare domum, quàm ex omni miſeriarum acerno portionem ſuam ferre mallent. quo colligebat non oportere nos, quæ fortuito patiamur, præcipua, & intollerabilis amaritudinis iudicare.

OLIV. AGE quàm prudenter] Hoc in vita Solonis apud Plut. legitur, cum in Lydiam Sardos Crœſi regis rogatu Solon ſe recepiſſet, illi aurum & argentum, omniaque precioſiſſima, quibus rex ille abundabat, cum ambitione quadam oſtentauit, ſperans eo modo apud Solonem felicitatis nomen cõſequutum. Cum igitur per multos dies apud Crœſum moratus eſſet, eiusq; diuitiis, & precioſa quæq; luſtraſſet, ac felicitatem cognouiſſet, Crœſus interrogauit, num quemplam ſe feliciorem vnquã vidiſſet? cui Solon reſpondit. Talem fuiſſe Tellũ quendam Athen. qui cum filijs pro patria fortiter pugnans interierat. tum Crœſus vbi ſe opinione fruſtratum eſſe cognouit q̃ primum felicitatis locum non obtineret, rurſus quæſiuit ex eo, quis poſt Tellum ſe beatior eſſet, Cleobin & Bytonem Solon eſſe dixit, qui cum graui peſtilentia omnia ferme iumenta periſſẽt & eorum mater ad ſacra facienda curru vehenda foret, quia pedibus irẽ omnino religione prohibebatur, matris pietate, & pariter religione moti, collum ſubiecere iugo, & matrem ad templum ceruice traxerũt, illa deinde peractis ſacrificijs Iunonem orauit, vt filijs daret, quod optimũ iudicaſſet, & ita ſequẽti die mortui in cubiculo inuenti ſunt, è a quo iudicatũ eſt, mortem optimum eſſe omnium. Tum Crœſus indignabundus, nonne beatus tibi videor, inquit? cui reſpondit Solon. Immo felicem te iudico, beatũ omnino negauerim, nam beatum dicimus, qui ad extremum diem in felicitate permanſerit. ita eſſe Crœſus ipſe documento maximo fuit, nam paulo poſt hic bellum cum Cyro Perſarum rege forte gerẽs, prima pugna victus, atque fugatus in Sardorum ciuitatem confugit. Cyrus perſecutus, expugnata vrbe, eum viuum cepit, & ingenti rogo impoſitum cremari volebat, qui cum palo ſtaret alligatus, lignaque circumponerentur magna voce ter Solonem vocaſſe dicitur, quod cum Cyro delatũ eſſet ab eo percunctari iuſſit, quid ita Solonem inuocaret, qui cum rem omnem explicaſſet, Cyrus ad ſe rediens, humanamq; conditionem excogitans, intellexit tale quiddam ſibi quoque accidere poſſe, quia ſub eiuſdẽ fortunæ poteſtate poſitus eſſet, & ppea illum liberare cõſtituit, itaque iuſſit inde quamprimum amoueri, nec eum ſolum vita donauit, verum etiam ſummo honore quoad vixit apud ſe habuit. hoc modo Solon viſus eſt hac ſapienti oratione alterũ ſeruaſſe e a regibus, alterum cautiorem, prudẽtioremq; a reddidiſſe. [Neminem beatum. Multi quidem felices ſunt, ſed nõ beati, beatos dicimus, qui ad extremum vſque vitæ ſuæ diem in felicitate permanſerint. [Ad vltimum vſque fati diem] Vnde Ouid. Sed vltima ſemper, Expectãda dies homini eſt, diciq; beatus, Ante obitum nemo ſupremaq; funera debet. [Rogus] Mors, & reſpicit ad hiſtoriã ſupradictam, rogum dixit mortẽ, à præcedente, quod ſequitur, nam rogis ſemper imponebantur mortui apud maiores. [Idem, cum ex amicis quendam grauiter mœrentem] hoc idem in eius vita continetur. Adoleſcens quidam familiaris Solonis, triſtis admodum erat, q̃ ei multa aduerſa contigiſſent, quod cum ſenſiſſet Solon conſolaturus adoleſcentem in eminentiorem vrbis locum eduxit, iubetq; cunctas ſubiectas oculis domos percurrere, ſecumq; cogitare, quod malorum genera, quantiq; luctus ſub illis tectis eſſent, ac futura eſſent, nec exiſtimare vellet ſibi incommoda ſoli tãquã propria accidiſſe. Incommoda tanquã propria, Ouid. neq; .n. fortuna querenda ſola tua eſt, Similes aliorum reſpice caſus. Mitius iſta feres Incõmoda humanos caſus. [Conſepta] Quaſi quædã ouilia, & clauſtra. [Idem aiebat ſi in vnum locum] Hoc cum ſuperiori coniungit Plut. quod ſeparatim narrat Val. cũ enim Solonis quidam familiaris admodum triſtis cõſolationẽ non admitteret, Solon ne deſperatione grauius quidquam conſuleret, amicum ille, hoc conſolationis genus attulit finge, inquit, animo omnia omnium mala in vnum cumulum eſſe cõgeſta, nunquid tuam potius q̃ æquam illorum malorum partẽ in domũ deportabis? & hæc verba cũ diligentius conſideraſſet adoleſcẽs deſperatione depoſita, conſolationem admiſit, ſignificabat autẽ Solon, non quæ nobis accidunt propria iudicare, nec ea debere nos inconſolabiliter ferre. [Contuliſſent] Congeſſiſſent in cumulum. [Fortuito] Sequiente fortuna.

AGe (adhortandi vox, q.d. diiudica mecum) q̃.i. quantum prudenter Solon Athen. legumlator, arbitrabatur, neminem debere dici beatum, dum adhuc viueret, quod.i. quia ſubiecti eſſemus fortunæ ancipiti vſque ad vltimum diem fati, id eſt, mortis. [Ergo rogus.ſ. quo mortuorum cadauera vrebãtur, aut ſepulchrum, conſumat.i. perficit appellationem felicitatis humanæ, qui.ſ. rogus, hoc eſt finis vitæ ſiue per rogũ, ſiue per ſepulcurã ſignificandus, obiicit ſe incurſu pro incurſui, aut legas incurſui malorum.i. ne mala aliqua incurrant, quia mors vltima linea rerum eſt. [Idem.ſ. Solon, cum videret quendam ex amicis mœrentem grauiter, perduxit ſup. eum in arcem.i. vt dicunt in turrim, aut ſummam domũ vrbis, & hortatus eſt ſup. eum, vt circunferret oculos per omnes partes ædificiorũ ſubiectorum.i. viſui, quod vt.i. poſtquam Solon animaduertit factũ, ſcilicet ab amico ſuo, inquit cogita nunc tecũ, q̃ multi luctus, ASCEN.

& .i.

&.i.ſimul fuerint olim, & verſentur hodie ſub his tectis,& habituri.i.manſuri ſint in ſæculis ſequẽtibus,ac mitte.i.omitte deflerẽ incõmoda mortaliũ.i. quæ omnibus cõia ſunt,tãquã propria.i. tanquã eſſent tua vnius, aut tibi ſoli. Qua cõſultatione Solon ſup.demõſtrauit vrbes eſſe conſepta.i.quaſi clauſtra quædam miſerãda cladium humanarũ.i.in quibus cum hominibus clades humanæ includãtur,vt oues noctu in ſeptis ſuis cum paſtoribus. Idem.ſ. Solon aiebat, ſi cuncti cõtuliſſent ſua mala.i. incommoda in vnum locum,futurũ ſup.eſſe, vt ſinguli mallẽt deportare domũ propria.ſ.mala,hoc eſt incõmoda,& miſerias, quàm ferre domũ ſup.ſuam portionẽ.i.quæ cuique cõtingeret, ſi æqualibus portionibus mala cõdiuiderẽtur ex omni aceruo miſeriarum.(Quod vt de multis verũ eſſet,ita de omnibus verum fore difficile eſt intelligere,nam qui grauiſſimum põdus miſeriarum afferret minus facta tali partitione referret,veruntamẽ fortaſſe nõ multo tolerabilius,nã licet multũ de miſeriis ſuis remitteret, & parũ alienæ miſeriæ, reſpectu dimiſſæ aſſumeret,tũ quia iã nota mala mitius ferrentur,q̃ noua,& quibus nullã dedimus cauſam, tollerabilius forte multas miſerias noſtras quã paucas alienas nobis inditas ferremus.) [Quo.ſ.dicto Solõ colligebat.i.cõcludebat,nos nõ oportere iudicare,ea quæ patiamur fortuito ſup.eẽ amaritudinis pcipuæ,& intolerabilis.

DE BIA PRIENENSI.

* Cic. Parad.1. Senec. vero lib.1. c.5. de tranquil. & epiſt. 9. de Stilpone refert.

*B*IAS * *autem cum patriam eius Prienem hoſtes inuaſiſſent, omnibus, quos modo ſæuitia belli incolumes abire paſſa fuerat, precioſarum rerum pondere honuſtis fugientibus, interrogatus quid ita nihil ex bonis ſuis ſecum ferret, Ego, inquit, vero bona mea mecum porto. pectore enim illa geſtabat, non humeris, non oculis viſenda, ſed æſtimanda animo: quæ domicilio mentis incluſa, nec mortalium, nec deorum manibus labefactari queunt: & vt manentibus præſto ſunt, ita fugientes non deſerunt.*

OLIV. BIAS autem] Hoc exemplũ & Cic. ponit prima Parad. vbi arguit ab auctoritate, diuitias appellari non debere, nec eſſe bona, quod cum aliorum, tum Biantis maxime teſtimonio probat,cum dicit, nec non ſæpe illum laudabo ſapientem Biantem, vt opinor,hoc ideo dixit, quia ſunt nonnulli,qui dicunt non Biantem, ſed Pittacum fuiſſe, qui nominatur inter ſeptem ſapientes, cuius cum patriam Prienem cepiſſet hoſtis, ceterique ita fugerent, vt multa de ſuis bonis aſportarent, cumq́; eſſet admonitus à quodam, vt idẽ ipſe faceret, ego vero,inquit facio, nam omnia mea mecum porto. Ille hæc ludibria fortunæ, ne ſua quidem putauit, quæ & nos etiã appellamus bona. [Honuſtis] Preſſis,& oneratis, ſed inter oneratum & honuſtum hoc intereſt, quod oneratus pro qualicunque põdere preſſus, onuſtus, cui onus ipſum honori eſt,& alterũ quidẽ aſpiratur, videlicet honuſtus, alterũ.ſ. oneratus ſina aſpiratione exaratur. Omnia mea.ſ. virtutes quæ ſola bona ſunt,& ſua cuiusq; vere dici poſſunt,quæ nulla ratione poſſunt amitti, vt ſæpe dictum eſt.[Labefactari]Conquaſſari,corrũpi,ſubduci.

ASCEN. Bias autem cum hoſtes inuaſiſſent] Prienen patriam eius, omnibus (quos modo ſæuitia belli paſſa fuerat abire, incolumes.i. ſaluos) fugientibus honuſtis pondere rerum precioſarum. interrogatus quid ita.i. cur nil ferret ſecum ex bonis ſuis,inquit. ego vero i.pro certo, porto mecum bona mea. Enim pro quia,ipſe geſtabat ſup.bona ſua pectore nõ humeris, & nõ viſenda oculis,ſed æſtimanda.i.appretianda animo, quæ incluſa domicilio mentis,nec queũt labefactari manibus mortalium, nec Deorum propter liberum arbitrium. (de potentia tñ abſoluta, Deus bona animi auferre poſſet, ſed nollet, quia natura ipſius eſt boni augmẽtatiua) & vt.i.quẽadmodum bona animi, hoc eſt virtutes præſto.i. præſentes, & paratæ ſunt, manentibus, id eſt, perſiſtentibus in patria ſua: ita non deſerũt fugiẽtes.ſ. iuſta de cauſa,quia alioqui virtus cedere neſcit.

DE PLATONE PHILOSOPHO.

* Plat. ipſe epiſt. 7. Cic. epiſt. 1. ad Q. Fr.

*I*AM *Platonis* * *verbis abſtricta, ſed ſenſu præualens ſententia, qui tum demum beatum terrarum orbem futurum prædicauit, cum aut ſapientes regnare, aut reges ſapere cœpiſſent.*

IAM Platonis] Breue Platonis dictum,ſed ſapientia plenum qui tum res humanas ſtabiles fore dixit,mundumque beatũ, ſi aut ſapientes regerent, aut regentes ſaperent, quod Lactantius diu. in inſtit. confirmat, dicit.n. Plato dixit beatas ciuitates fuiſſe futuras, ſi aut philoſophi regnarent, aut reges philoſopharentur. [Abſtricta]Breuis, & præciſa. OLIV.

IAm (continuatiue eſt, vt iam ſæpe admonuimus particula) ſententia Plat. abſtricta i. abbreuiata verbis, ſed præualens ſenſu. [Qui] .ſ. Plato prædicauit orbem terrarum .i.mundum hunc futurum,tum demum beatum, cum aut ſapientes cœpiſſent regnare,aut reges ſapere. ASCEN.

DE QVODAM REGE.

* Stob. ſer. 36. tale qd tribuit Antigono.

*R*EX * *etiam ille ſubtilis iudicij, quem ferunt traditum ſibi diadema priuſquam capiti imponeret, retentum diu conſideraſſe, ac dixiſſe: O nobilem magis, quàm felicem pannum, quem ſiquis penitus cognoſcat, quàm multis ſolicitudinibus, & periculis, & miſerijs ſit refertus; ne humi quidem iacentem tollere vellet.*

REx etiam ille]De huius regis nomine nulla fit apud Plut. mentio,nec apud alios quos ipſe legerim. [Diadema]Honor,& redimiculum capitis eſt, à ligando dictum. [Nobilem] Quia reddit homines claros. [Quam felicem]Quia plus amaritudinis ſentiat, quàm felicitatis. [Humi tollere] Ne dum cum labore, & periculis. OLIV.

REx,&c.]Ordo, ille etiam rex,cuius nomen ignoratur,ſup. fuit ſubtilis iudicij,quem ferunt conſideraſſe, diadema.i. inſigne capitis regij traditum ſibi inſigne, videlicet regiæ potentiæ retentum diu .ſ. in manibus, priuſquam imponeret capiti.ſ. ſuo,ac dixiſſe. O pannum. (Eſt.n faſcia quędam,cui corona ſuperimponebatur apud Perſas) nobilem magis, q̃ felicẽ.i. facientem potius hominem nobilem q̃ felicem, quẽ ſiquis cognoſcat penitus, q̃ multis ſolicitudinibus, & periculis, & miſerijs ſit refertus,ne quidem.i.non ſaltem,aut non etiam vellet tollere.i.efferre eum iacentem humi.i.ſuper terram. ASCEN.

DE XENOCRATE PHILOSOPHO.

* Simonidi tribuit Plut. in tra. da bonis valet. & Stob. ſer. 31.

*Q*VID * *Xenocratis reſponſum, quàm laudabile? cum maledico ſermoni quorundam ſummo ſilentio intereſſet, vno ex his quærente, cur ſolus linguam ſuam cohiberet, quia dixiſſe me, inquit, aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam.*

QVid Xenocratis] Huius philoſophi & alia, præter hoc reſponſum,dicta ſapienter,multa leguntur, nam hoc in primis quaſi ſimile ſuperiori dictitare ſolebat, multa quidem audienda, pauca vero dicenda, qm̃ hominibus os vnum & aures duas natura dediſſet, rurſus iniuriam illatam, inſaniem eſſe inferenti, non patienti. Item cum incidiſſet in obtrectatorem, & maledicentem ab eo quamprimum fugiens ait. tu linguæ tuæ ſeruus es,ego vero mearum aurium dominus ſum,pari ratione, cum vidiſſet duci furem ad ſupplicium dixit,fures maiores trahunt ad ſupplicium minores. OLIV.

QVid Xenocratis, &c.] Ad leuandum faſtidium legenti, varia vtitur ratione dicendi, nunc interrogatiue, nunc admiratiue, nunc continuatiue, nunc ex abrupto, nunc citra omnem figuram rem explicans. Hoc itaque loco vtitur modo interrogandi. [Quid]Sup. dices, aut cenſebis reſponſum Xenocratis.ſ. Philoſophi. [Quàm].i. quantum laudabile ſup. eſt? q.d. maxime laudabile eſſe. Cum Xenocrates intereſſet ſup. cum ſummo ſilentio ſermoni quorundam maledico.i.diffamatorio, aut detractorio, vno ex his.ſ.maledicis,quærẽte.i.cũ vnus,quæreret, cur ſolus cohiberet linguam ſuã, inquit.i.reſpõdit, quia pœnituit aliqñ me dixiſſe.i. locutũ fuiſſe, & nunquam pœnituit tacuiſſe. Quod quidem recte dixiſſe potuit, ſi nunquã tacuerit,vbi loquendum fuit. Non.n.aſtipulor illi verſiculo hinc fortaſſis tracto. Nam nulli tacuiſſe,nocet,nocet eſſe locutum. cum canes muti tam acriter arguantur à propheta Domini. ASCEN.

DE ARISTOPHANE.

* Dictũ de Alcibiade refert plut.

*A*RISTOPHANIS * *quoque altioris eſt prudentiæ præceptum, qui in comœdia introduxit remiſſum ab inferis Athenienſem Periclem, vati-*

cinantem, non oportere in vrbe nutriri Leonem ſin autem ſit alitus, obſequi ei conuenire. Monet enim, vt præcipua nobilitatis, & concitati ingenij iuuenes refrenentur, nimio vero fauore, ac profuſa indulgentia paſti, quo minus potentiam obtineant, ne impediantur, quod ſtultũ, & inutile ſit eas obtrectare uires, quas ipſe foueris.

OLIV. ARISTOPHANIS] Hic ſcriptor comœdiarum, qui in comœdia quadam Periclem Athen. ducem ex inferis excitatum ita loquentem introducit, non oportere in urbe nutriri Leonem, ſin autem ſit alitus, obſequi ei conuenire, hīc ſapienter monuit Athenien. in comœdia, coercendos ſ. eſſe nobiliſſimos adoleſcentes, ne nimia indulgentia inſolentiores facti, poſtmodum fiant intolerabiles, quia ſtultum, & inutile ſit quas uires ipſe nutrieris, eas non uelle pati, [Obtrectare] reſiſtere.

ASCEN. ARiſtophanis, &c.] Præceptum quoque Ariſtophanis antiquæ comœdiæ ſcriptoris. eſt prudẽtiæ altioris. i. præ ceteris altæ. Qui introduxit in comœdia ſ. ueteris, Periclem Athen. remiſſum ab inferis uaticinantem, non oportere Leonem. i. uirum ferocis ingenij, & præpotentem nutriri in urbe. ſ. Athen. ſin autem. i. ſed ſi ſup. Leo ſit alitus. i. educatus, & nutritus conuenire. i. conueniens, & utile eſſe obſequi. inſeruire. Enim pro quia Ariſtophanes ſup. monet hoc dicto allegorico, ut iuuenes præcipuæ nobilitatis, & ingenij concitati. i. acris & ardentis, refrenentur. ſ. ab ineunte ætate eorum, uero. i. ſed ne iuuenes ſupple paſti. i. educati, & aliti, nimio fauore, ac indulgentia. i. facilitate, & permiſſione (ut dicunt) propriæ uoluntatis, profuſa, id eſt, nimia, impediantur, quo minus. i. ut non obtineat potentiam, quod. i. quia ſit ſtultum, & inutile, immo perniciofum obtrectare eas uires quas ipſe foueris.

DE THALETE PHILOSOPHO.

* Laert. in uita.

MIRIFICE * *etiam Thales, nam interrogatus, an facta hominum deos fallerent, Nec cogitata, inquit, vt nõ ſolum manus,* ſed etiam mentes puras habere vellemus, cum ſecretis cogitationibus noſtris cœleſte numen adeſſe credidiſſemus.*

*καρδίῳ ναίοιεν *[margin, partly illegible]*

OLIV. MIRIFICE] Thaletis ſententia non modo ſapiẽs, ſed etiam religioſa, & Chriſtiana, quòd homines non facere, ſed ne cogitare quidem turpe quicquam debeant, nam interrogatus, an Deum fallerent facta mortalium, ſed nec cogitata quidem reſpondit, quia Deus omnia nouit, & humanæ mentis arcana, unde uerſus extant in hanc ſentẽtiam. Cum quid turpe facis ſi me præſente rubeſcis, Cur præſente Deo, nõ magis ipſe rubes? Pacu. idem ſenſiſſe uidetur, qui ait, Iouis oculum omnia cernens, uidit & quæ ciuitates interius gerunt. [Manus] Quantum ad facta. [Mentes] Quantum ad cogitata.

ASCEN. MIrifice etiam Thales] ſ. philoſophus Mileſius unus è ſeptem ſup. rñdit. Nam interrogatus, an facta hominum fallerent. i. laterẽt deos, inquit. i. rñdit, ne cogitata. i. ne cogitata, quidem hominum fallũt deos, quia Deus ſcrutator eſt cordium, hoc autem dixit, ut uellemus habere non ſolum manus puras à turpi, & iniquo facto, ſed etiam mentes. ſ. puras à turpi, ac iniqua cogitatione, cũ. ſ. ita ſit, q credidiſſemus. i. perſuaſum habuiſſemus, numen cœleſte. i. Deum adeſſe ſecretis cogitationibus noſtris. [Ac ne quidem]. i. non etiam, quod ſequitur ſupple dictum eſt minus ſapiens, cum tamen hoc ſit uerè ſapientiſſimum, & quod magnam etiam metum mortalibus injiciat, non ſolum purè uiuendi, ſed etiam caſte cogitandi.

DE THEMISTOCLE.

*Cic. li. 2. de off. de ſua filia dixiſſe, refert Plut. in vita, & apoph.

AC ne * *quod ſequitur quidem minus ſapiens, vnicæ filiæ pater Themiſtoclem conſulebat, vtrum eam pauperi, ſed ornato; an locupleti, ſed parum probato collocaret. Cui is, Malo, inquit, virum pecunia, quàm pecuniam viro indigentem. Quo dicto ſtultum monuit, vt generum potius, quàm diuitias generi legeret.*

OLIV. VNICAE filiæ] Sapienter hoc Themiſtoclis dictũ fuit, qui cũ à uiro quodam cõſuleretur, nunquid filiã ſuã pauperi, ſed probato, an diuiti, ſed inornato uiro locaret, rñdit, ſe malle virũ pecunia, q pecuniã viro indigentem, voluit hominis notare ſtultitiam, qui dubitaret virtutẽ præferre diuitijs, hoc idẽ Cic. lib. 2. offic. teſtatur, dicit. n. ſi res in cõtentionẽ veniet, nimirũ Themiſtocles auctor adhibẽdus, qui cũ conſuleretur, vtrũ bono viro pauperi, an minime probato diuiti filiã collocaret, ego, inquit malo virum, qui pecunia egeat, q pecuniam quæ viro. [Collocaret] nuptui daret. [Legeret] Pro eligeret.

ASCEN. VNicæ, &c.] Pater vnicæ filiæ conſulebat. i. petebat conſilium Themiſtoclis vtrum collocaret. i. matrimonio coniungeret, eam. ſ. filiam unicam pauperi. ſ. viro, ſed ornato. ſ. prudentia, & ceteris uirtutibus, an locupleti, ſed parũ probato, cui is. ſ. Themiſt. inquit. i. reſpondit, Ego malo. i. magis volo uirum indigentem pecunia, quæ pecuniam indigentem viro. [Quo dicto Themiſt. monuit ſtultum. i. imprudentem patrem vt legeret. i. eligeret potius generum, q diuitias generi. Ceterũ quia hoc conſilium ad mundanam pertinere putabitur ſapientiam, & ſuperius ad cœleſtem, videatur hoc illo minus ſapiens, niſi hoc etiam ad cœleſtem faciat. Nam non parum comperit ad cœlos aditum qui virtutem præfert diuitijs, quas qui cõtemnit, ſe deo dignum gerit. iuxta illud Maronis, quod magni æſtimabat Seneca, Aude hoſpes contemnere opes, & te quoque dignum finge deo. Et reuera, ſi liceat ſanctis ſtabilire, (vt certe licet) Saluator noſter inter præcipua ad cœlum compendia, & re & verbo paupertatem docuit amplexandam.

DE REGE PHILOSOPHO PATRE ALEXANDRI.

*Cic. li. 2. de off.

AGE **Philippi quã probabilis epiſtola, in qua Alexandrum quorundam Macedonũ beneuolentiam largitione ad ſe attrahere conatũ, ſic increpuit, Quæ te fili ratio in hãc tã vanã ſpẽ induxit, vt eos fideles tibi futuros exiſtimares, quos pecunia ad amorem tui *compuliſſes? à caritate iſtud *præſtatur. At vero ante Philippus maiore ex parte mercator Græciæ, quàm victor.*

*cõpuliſſet? * probatur.

OLIV. AGE Philippi] Hoc etiã in uita Alex. legitur, q cum eſſet adoleſcens liberalitate quadam ductus, at popularem factionẽ acquireret, muneribus ad ſe trahere conabatur princeps Maced. quod vbi intellexit pater, per literas admonuit filium, amicos pecunia cõparatos, nunquam fideles eſſe conſueuiſſe, ponis aũt ipſius verba, quibus vſus eſt ad filium ſapienter quidem Philip. nam ſi amoris cauſam pecunia faceret, deficiente pecunia, in qua beneuolẽtia conſiſtit, amor eſſe deſiſteret. Cic. offic. lib. 2. præclare, inquit in epiſt. quadam Alex. filium Philip. accuſat, q largitione beneuolẽtiam Macedonum conſectetur. [Quæ te Mala inquid, ratio in iſtam ſpeciem induxit, vt eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupiſſes? tu id agis, vt Maced. non te regem ſuum, ſed miniſtrum, & præbitorem putent, quod ſordidum regi melius etiam, q largitionem corruptelam dixit eſſe, fit enim deterior qui accipit, atque ad idem ſemper expectandum paratior, & ita quamuis Phil. ſentiret, Auus tamen Alex. & ipſe Phil. non bello, ſed largitione magnam Græciæ partem obtinuit.

ASCEN. AGe (adhortandi uox) Quàm. i. quantum probabilis id eſt commendabilis ſup. eſt aut fuit, epiſt. Phil. ſ. regis Macedoniæ patris Alexãdri magni in qua. ſ. epiſt. Phil. ſup. increpuit. i. reprehendit Alex. ſ. filium ſuum conatum attrahere ad ſe largitione. i. larga munerum, & pecuniarum collatione, beneuolentiam quorundam Maced. ſic. i. hic verbis. O fili quæ ratio induxit te in hanc tam vanam ſpem, ut exiſtimares eos futuros tibi fideles, quos compuliſſes pecunia ad amorem tui. i. ut te ament? iſtud. ſ. amari præſtatur à charitate. i. beneuola dilectione At vero. i. ſed certe, aut pro vero Phil. auus. ſ. Alex. & ita pater Phil. ſup. fuit ea maiore parte mercator græciæ, q victor, quia plus acquiſiuit per largitionẽ, quàm per bella. Multi textus habent ante, ubi nos Oliuerium ſecuti auus legimus.

DE ARISTOTELE PHILOSOPHO.

*Plu. in Alexan. Laert. in Ariſtot.

ARISTOTELES * *autem Calliſthenem auditorem ſuum ad Alexandrum mittens monuit, vt cum eo, aut quàm rariſſime, aut quàm iucun-*

Curt. li. 8 Arria. li.4. Iuſt. lib. 15. hic li.9. cap.3.

diſſime loqueretur, quo ſcilicet apud regias aures, vel ſilentio tutior, vel ſermone eſſet acceptior. At ille dum Alexandrum Macedonem Perſica ſalutatione gaudentem obiurgat, & ad Macedonicos mores inuitum reuocare beneuole perſeuerat, ſpiritu carere iuſſus, ſeram neglecti ſalubris conſilij pœnitentiam egit. Idem Ariſtoteles de ſemetipſo in neutram partem loqui debere prædicabat, quoniam laudare ſe, vani, vituperare, ſtulti eſſet. Eiuſdem eſt utiliſſimum præceptum, ut voluptates abeuntes conſideremus, quas quidẽ ſic oſtendendo minuit. fesſas enim, pœnitentięq; plenas animis noſtris ſubiecit, quo minus cupide repetantur.

a

Oliv.

ARISTOTELES] Hæc verba ſunt Ariſt. admonentis Calliſt. quem ad Alex. mittebat cum illum ipſe ſequi non poſſet, diſce in auribus regum, aut iucunde dicere, aut ſilentium ſeruare, nam ſilentium te tutiorem, iucũditas gratiorem faciet, quod tñ Calliſthenes non ſeruauit, nam cũ Alex. Perſas uiciſſet, & more gentis illius Maced. ſuæ iam libertatis obliti Alex. adorare cœpiſſent. Calliſth. id vt faceret, nunquam adduci potuit, ſed cum in conuiuio Alex. omnibus odorantibus porrexiſſet, Calliſtheni quia non adorauerat non porrexit, quod grauiter ferens tacitus non tulit, ſed Alex. ultro vehementius reprehẽdit, quod omiſſis Maced. moribus ſe Perſarum delitijs, laſciuijsque dediſſet, quo indignatus Alex. obiecto illi falſo crimine, quod Hermolai coniurationis auctor extitiſſet, in carcerem conijci iuſſit, ubi pediculari morbo conſumptus eſt, alij cauei affixum fuiſſe tradunt Cares vero refert 7. mẽſes in compedibus ſeruatum ob nimiam ærinam concreto pedore, ac ſordibus ſupremum diem obijſſe. Iuſt. vero dicit, quod cum truncatis crudeliter manibus, abſciſſisq; auribus, ac naſo labijsque, deforme, ac miſerandum ſpectaculum omnibus reddidiſſet, inſuper iuſſit eum cum cane in cauea clauſum ad metum cęterorum circumferri, & tunc Lyſimachum miſeratione commotum uenenum ei remedium calamitatum dediſſe, ob quàm rem indignatum Alex. iuſſiſſe Lyſimachum obijci ferociſſimo Leoni deuorandum, quem Lyſimachum manu manipulo inuoluta, & in os eius immiſſa, ereptaq; lingua necaſſe, cuius rei admiratione motum Alex. cum liberaſſe ferunt. Sero pœnituit Calliſthenem, ſaluberrimi præceptoris ſui præcepta contempſiſſet, nam ſi morem geſſiſſet Alexand. nunquam tam crudeles pœnas dediſſet, Idem de ſemetipſo. [Negabat Ariſt.] Quenquam de ſemetipſo laudando, aut uituperando loqui debere, cum alterum uani, alterum diceret ſtulti hominis eſſe. [Eiuſdem utiliſſimum præceptum] Pari ratione dicebat uoluptatis tunc fines diligenter conſiderandos, ut cum turpiſſimos, amariſſimosq; nouerimus, non eas tantopere expetemus, ſunt enim uoluptatum fines amaritudine, pœnitentiaq; referti.

Ascen.

ARiſtoteles autem, &c.] Monuit ut loqueretur cum eo, ſcilicet Alex. aut quàm rariſſime, aut quàm iucundiſſime. ſ. id eſt, ſcire licet, cur id fecerit, quia quo. i. ideo ut uel eſſet tutior apud regias aures ſilentio, & ita nihil dicẽdo, quo regem offendat, uel eſſet acceptior ſermone. i. propter ſermonẽ iucundum. [At. i. ſed ille Calliſthenes dum obiurgat Alex. Maced. i. qui eſſet Maced. & ita longe abeſſe deberet ab adulatione Perſica, tamen gaudentem ſalutatione Perſica. i. quæ fieret cum adoratione more Perſarum, & perſeuerat reuocare inuitum. ſ. Alexand. beneuole ad mores Maced. iuſſus carere ſpiritu. i. necatus, egit pœnitentiam ſeram. i. nimis tardam conſilij ſalubris, quòd Ariſt. dederat neglecti. ſ. à ſe. [Idem Ariſtot. Prædicabat in neutram. i. non in alteram, hoc eſt non debere ſupp. quenquam loqui de ſeipſo in alteram partem, hoc eſt neque bonam, neque malam, quoniam laudare ſe eſſet uani, & uituperare ſe ſtulti. [Eiuſdem. ſ. Ariſt. præceptum utiliſſimum eſt, ut conſideremus uoluptates abeuntes. i. quales ſint, dum abeunt à nobis ſatietate, & nauſea captis. [Quas. ſ. uoluptates quidem. i. certe, ipſe minuit. i. parui, aut minoris æſtimandas docuit, oſtẽdendo ſic. ſ. in profectu earum. Enim pro quia, ipſe ſubiecit animis noſtris. i. contemplandas obiecit, uoluptates feſſas. i. nos amplius afficere ualentes, & plenas pœnitentiæ. Trahit enim omnis uolupas ſecum pœnitentiam comitem, unde Flac. in epiſt. Sperne uoluptatem, nocet empta dolore uoluptas, & de Venere ſolitum aiunt Ariſt. dicere, quod omnis anima triſtetur poſt eam. Ideo autem hoc monuit, quò. i. ut uoluptates repetantur. i. iterum petantur minus cupide.

DE ANAXAGORA PHILOSOPHO.

*NEC parum prudenter Anaxagoras interroganti cuidam quiſnam eſſet beatus, Nemo, inquit, ex ijs quos tu felices exiſtimas, ſed eum in eo numero reperies qui à te ex miſerijs conſtare creditur. non erit ille diuitijs, & honoribus abundans, ſed aut exigui ruris, aut non ambitioſæ doctrinę fidelis, ac pertinax cultor, in * ſeceſſu, quàm in fronte beatior.*

* Senſu q̃ facto bea.

Oliv.

NEc parum] Interrogatus Anaxagoras, quiſnam beatus eſſet, ſapienter reſpondit, neminem ex ijs quos felices eſſe putant homines, ſed hi, qui parũ cõcordes ſunt, quos volgus miſeros & putat, & dicit, & felicitatem mentis intelligebat, non eam, quæ in operibus, aut dignitatibus falſo putabat. [Non ambitioſæ] Vt qui doctrinæ ſtudet, non ambitionis, ſed uirtutis conſequendæ ſcientiæ gratia ſtudet. [In ſeceſſu] Hoc eſt in pectore, & ſui ipſius conſcientia.

Asce.

NEc] i. & non, & Anaxagoras. ſ. philoſophus, inquit, non parum. i. multum prudenter cuidam interroganti quiſnam eſſet beatus. Nemo ex ijs, quos tu exiſtimas eſſe felices, ſed tu reperies in eo numero. ſ. beatorum, eum qui creditur ſe conſtare ex miſerijs. [Ille] . ſ. uere beatus. non erit abundãs diuitijs, & honoribus, ſed erit fidelis, ac pertinax. i. aſſiduus cultor, aut exigui ruris, aut doctrinæ non ambitioſæ. i. nõ quærentis honores populares aut ſup. aut exiſtens beatior in ſeceſſu. i. mentis. ſ. tacite, & apud ſe, q̃ in fronte. i. apparitione, & oſtẽtatione exteriori, aut in ſeceſſu, i. fine uitæ, q̃ in fronte. i. principio, quia uirtutis merces in fine eſt, uoluptatis in principio, ut in litera Pythagoræ belliſſime deſcribit Maro.

DE DEMADE.

DEMADIS quoque dictum ſapiens, nolentibus enim Athenienſibus diuinos honores Alexandro decernere, videte, inquit, nedum cœlum cuſtoditis, terram amittatis.

Oliv.

DEMADIS] Hic orator fuit præſtantiſſimus tpe Demoſthenis, qui pro Neptune orauit, & cum Athenis eſſet atque in ſenatu promulgatum foret ut Alex. in numero deorũ, & pro filio Iouis haberetur, idq; Athenienſes ægre ferrent, & omnino recuſarent, in medium proceſſit, & dixit, uidete Athen. nedum cœlum cuſtoditis terrã amittatis. i. Alex. iratus, nos perdat hic, ut legitur in uita Demoſth. orator fuit Demoſthenes maior. hũc Aul. Gel. lib. 9. cap. dixit, accepiſſe à rege 10. talenta, ut taceret, quo tempore, inquit tragœdus ſibi gloriæ ducebat, talentum magnũ ſibi ob unam fabulam datũ eſſe, homo hic eloquentiſſimus ſuæ ciuitatis Demades ei reſpondiſſe dicitur, mirum tibi uidetur, ut facerem decem talẽta à rege accepi.

Ascen.

DEmadis, &c.] Dictum quoque Demadis ſup. eſt ſapiens. Enim pro quia, inquit Ath nolentibus decernere, id eſt decreto attribuere, Alexand. ſ. magno, honores diuinos, uidete. i. proſpicite, ne dum uos cuſtoditis cœlum. i. latriam deorum immortalium, q̃ non uultis decernere Alex. uiro mortali, amittatis terrã. i. urbem, & ditionem in terris, Quod dictũ auctore quidem ſapiens uidetur, ſe chriſtiano homine penitus indignum eſſet, qui potius uitam ne dum terras ſuas amitteret, q̃ diuinos honores homini decerneret, niſi ad honorem dei referret, quomodo dictum eſt, nimis honorati ſunt amici tui deus, &c.

DE ANACHARSI.

*QVAM porrò * ſubtiliter Anacharſis leges aranearum telis comparabat, nam ut illis infirmiora animalia retineri, valentiora tranſmitti, ita his humiles, & pauperes conſtringi, diuites & prępotentes non alligari.*

* Plut. in Solõ. Zaleuco tribuit Stob. ſer. 43.

Olav.

QVAM porrò] Hic Anacharſis, ut refert Ariſt. philoſophus fuit ex Scytharum genere, ſapientiæ admirandæ, ut Cic. meminit lib. ult. Tuſc. quo, immo affirmat Herod. lib. 3 hiſt. neminem è Scythis ſapientem audiſſe præter hũc unum, quem ſapientiſſimum fuiſſe teſtatur, ſed teſte Ioſepho lib. 2. ad grammaticum, cũ è Græcia reuerteretur ad ſuos, & conaretur ſuis inducere Græcorum leges, à fratre in uenatione

ſagitta

ſagitta percuſſus interijt dicens, ſe gratia eloquij & diſciplinæ in Græcia ſeruatũ, ob illa in patria periret, cum igitur hic ex eo quæreretur, cur non eſſent tibicines in Thracia, reſpondit, quia nec uites, hoc eſt vinum. [Comparabat Hic leges telis aranearum, quia quemadmodum aranearum telæ minuta animalia detinent, à maioribus dilacerantur, ita quoque leges homines pauperes, & miſeros deterrent, magnos, & præpotentes nõ ita. [Infirmiora] Vt fucos. [Præpotentes] Valde potentes, qui ciuicam conditionem excedunt.

Ascan. QVam, &c.] Porrò.i.ſed quàm.i.quantum ſubtiliter Anachar. philoſophus è Scythia, comparabat telis aranearum.i.quas araneæ texunt. (Eſt enim telis datiuus à nominatiuo telæ telarum) leges. Nam ſup.ait, uidemus, ut animalia infirmiora, vt muſcas, & culices retineri illis.ſ.telis, & valentia.ſ.animalia, vt veſpas, ſtelliones, mures, &c. tranſmitti illis.i. mitti trans illas. ita ſup. aiebat humiles, & pauperes conſtringi his.ſ.legibus, & diuites, ne præpotentes non alligari.

DE AGESILAO.

*Multo aliter Plu. I apoph. Ageſil. *NIHIL etiam * Ageſilai facto ſapientius. ſiquidem cum aduerſus remp. Lacedæmoniorum conſpirationem ortam noctu cõperiſſet, leges Lycurgi continuo abrogauit, quæ de indemnatis ſupplicium ſumi uetabant. comprehenſis autem, & interfectis ſontibus, eaſdem eueſtigio reſtituit, atque utrunque ſimul prouidit, ne ſalutaris animaduerſio vel iniuſta eſſet, vel iure impediretur. itaque ut ſemper eſſe poſſent, aliquando non fuerunt.*

Oliv. NIHIL etiam Ageſilai facto ſapientius] Multũ diſſentit à Plut. Valer. non, n. cõiuratores deprehendiſſe Ageſilaum, ſed fugitiuos ex acie à capitis pœna liberaſſe dicit Plut. ſublatis tantiſper Licurgi legibus, dum abſoluerẽtur, quod uidetur veriſimile eſſe, lex enim erat, vt ex acie fugientes capite punirentur. Cum igitur apud leuectras, pugnatum eſſet acri certamine, hinc à Thebanis, inde à Lacedæmonijs, & Thebani duce Epaminunda Lacedemoniorum exercitũ fudiſſent, atque fugaſſent, omnes, qui ex acie fugerãt in iudicium protrahuntur per legemq; capitis Pœnæ videbãtur obnoxij, tunc Euphori timentes ne ſi ſumpto his omnibus ſupplicio, non eſſent, qui deinde patriam armis tutarentur conſumpta .ſ. ex maiori partem iuuentute, Ageſilai ſuper hac re ſententiã, iudiciumque expectabant, qui ſapienter, & legibus, & ſaluti patriæ cõſuluit, non enim inquit lator ero aliarum legum, cum his nec abrogare quidquam, nec addere, nec diminuere poſſim, ſed bene res ſe habebit, ſi omiſſis hodie Lycurgi legibus, etas illas ſeruauerimus. [Conſpirationem] Conſpiratio malorũ coniuratio. [Abrogauit] Emouit, ſubuertit. [Vel iniuſta] Si contra leges facta. [Vel iure impediretur] Si lege perfici non poſſet.

Ascan. NIhil etiam] Sup. eſt, aut fuit, ſapientius facto Ageſilai regis, ſeu principis Laced. ſiquidem .i. qm̃ cum compertiſſet conſpirationẽ ortam aduerſus remp. Laced. abrogauit continuo leges Lycurgi, quæ.ſ.leges vetabant ſupplicium ſumi de indemnatis.i. de quibus nõ eſſet ſolẽniter lata ſententia, q̃ in tali diſcrimine præſertim vbi iudices in crimine ſunt, difficile eſſet ferre. Aũt pro ſed, ſontibus cõprehenſis, & interfectis.i. poſtquã fecerat eos cõprehenſos occidi, reſtituit.i. promulgauit eueſtigio.i. ſtatim eaſdem leges Lycurgi. atque prouidit vtrunque ſimul, ne animaduerſio ſalutaris.i. ad ſalutẽ reip. ſpectans, eſſet vel iniuſta, ſi ſemper de indẽnatis fieret, vel impediretur iure, ſi ſemper leges ſeruaſſet. [Itaque].i.& ita ſupp. leges Lycurgi aliqũ non fuerunt.ſ.modico illo tempore, quo fuerant abrogatæ, vt poſſent eſſe ſemper, ne penitus cũ rep. interirẽt per coniurationẽ, quæ ſtantibus legibus facile opprimi nõ poterat.

DE HANNONE,

*Liu. li. 23. *SED neſcio * an Hannonis excellentiſſima prudentia conſilium, Magone enim Cannenſis pugnę exitum ſenatui Pœnorum nunciante, inq; tanti ſucceſſus fidem annulos aureos trium modiorum menſuram explentes fundente, qui interfectis noſtris ciuibus detracti erant, quæſiuit, an aliquis ſociorum poſt tantam cladem à Romanis defeciſſes, atque vt audiuit, neminem ad Hannibalem tranſiſſe, ſuaſi, vt protinus legati Romam per quos de pace ageretur, mitterentur.* *Liu. li. 30. & 31 * *cuius ſi ſententia valuiſſet, neque ſecundo Punico bello deuicta Carthago, neque tertio deleta foret.*

Oliv. SED neſcio] Poſt Cannenſem pugnã cum Hannibal nuncium Carthaginem miſiſſet de rebus in Italia proſpere geſtis, atque is omnia diligenter, & accurate expoſuiſſet in ſenatu, Hannibalem.ſ.cum ſex imperatoribus, quorũ quatuor cõſules, duo dictatores, ac magiſtri equitũ fuerant, cum ſex conſularibus exercitibus acie cõflixiſſe, occidiſſeq́, ſupra 100. millia, cepiſſe ſupra 50. millia hoſtiũ, ex quatuor, conſulibus duos occidiſſe, ex duobus, ſaucium alterum toto amiſſo exercitu cum 50. hominibus effugiſſe. Magiſtrum equitum, qui cõſularis poteſtatis ſit, fuſum, fugatumq; Dictatorẽ, quia ſe in acie nunquã commiſerit, vnicum haberi imperatorem, Brutios, Apulos, Sãnium, & Lucanorum partem defeciſſe ad pœnos. Capuam, quæ campaniæ caput eſt, Hãnib. eſſe, ad quarum rerum fidẽ maioremq; lætitiã effundi iuſſiſſe in veſtibulo curiæ annulos aureos quos tantũmodo ciuium Romanorum fuiſſe dicebat, tantus aũt erat aceruus, vt modios tres expleſſe dicatur, tum interrogatus eſt Hanno Barchinę factioni ſemper aduerſus num demũ pœniteret belli ſuſcepti aduerſus Rom. quod Hannib. iuberet, nunquã ſe pœnituiſſe rñdit, neque deſiturũ pœnitere, atq; ſuum imperatorem accuſare, donec viderit bellum illud aliqua tolerabili cõditione finitum, deinde cum interrogaſſet ex nuncio, qui apud Cannas ad internitionem imperij Rom pugnatũ eſſe dicebat, totamq; Italiam à Rom. defeciſſe, & nũquis ex latini nominis populus defeciſſet, & ſiquis homo ex quinque & 30. tribubus ad Hannib transfugiſſet, an Rom. legatos ad Hannib. de pace miſiſſent, aut nullã pacis mentionẽ feciſſent, cũ hæc omnia negaſſet nuncius eſſe facta. bellum inquit, tam integrum habemus, q̃ habuimus, qua die Hannib. Italiam eſt ingreſſus, quare cenſeo legatos de pace quãprimum mittendos, cũ eam habituri ſimus cõditionibus nobis honeſtioribus q̃ illis, quod ſi feciſſet, nec eo bello tributaria Pop. R. facta fuiſſet, nec tertio funditus euerſa. [Trium modiorum menſuram] Liu. lib. 3 decados ſecũdi Pun. bel. ad fidem inquit, deinde lætam rerum effundi iuſſit in veſtibulo curiæ annulos aureos, qui tantus aceruus fuit, vt metientibus viſum fuerit, ſupra tres modios expleſſe, ſunt quidam auctores fama tenui, quæ proprior eſt vero, haud plus fuiſſe modio. Plin. nat. hiſt lib. 33. promiſcui ſexus alterum ſecundo Pun. bel. neque enim aliter potuiſſent trimodia illa annulorum Carthaginem ad Hannib. mitti, vnde extat planiſſimum exemplum dici hic modius, & hoc modium cum Liu. dixerit tres modios. Plin. vero trimodia. [Suaſit protinus] Vt legati de pace. Nouerat iſte Romanorum ingenia, quia excitabantur cladibus.

Ascan. SEd neſcio] An conſilium Hannonis.ſ. principis Carth. ſup. fuerit prudentiæ excellentiſſimæ, quia ſi ei obtemperatum fuiſſet, Carthago libera manſiſſet. Enim pro quia, Magone fautore Hann. nunciante ſenatui Pœnorum exitũ pugnæ Cannenſis.i. q̃ cladem illic Rom. accepiſſent, & fundente in fidem.i. credulitatẽ, aut approbationem tanti ſucceſſus annulos aureos explentes menſuram trium modiorũ, qui detracti erant ciuibus noſtris i. Rom. interfectis, quęſiuit, an aliquis ſociorum defeciſſet à Rom poſt tantam cladem, atque, vt.i. poſtquã audiuit, neminem tranſiuiſſe ad Han. ſuaſit, vt legati mitterentur protinus Romam, per quos ageretur de pace. [Cuius ſi ſententia valuiſſet.i. approbata fuiſſet, Carthago neque foret victa. ſecundo bel. Pun. in quo tributaria facta eſt à Scipione maiore, neq; deleta. ſ. à Scipione Aphricano minore tertio.ſ. bel. Pun.

DE HERENNIO PONTIO SAMNITE.

*NE Samnites * quidem paruas pœnas conſimilis erroris pependerunt, quod Herennij Pontij ſalutare conſilium neglexerunt, quia auctoritate, & prudentia ceteros præſtans, ab exercitu, & duce eius filio ſuo conſultus, quidnã fieri de legionibus Romanis apud furcas caudinas incluſis deberet, inuiolatas dimittendas reſpondit. Poſtero die eadem de re interrogatus, deleri eas oportere dixit, vt aut maximo beneficio gratia hoſtiũ emeretur, aut grauiſſima iactura vires cõfrigerentur, ſed improuidia temeritas victorũ dum vtrãque* *Liu. li. 9.

partem ſpernit utilitatis, ſub iugum miſſas in perniciem ſuam accendit. Multis, & magnis ſapientię exemplis paruulum adyciam.

OLIV. NE Samnites] Bello Samnitico T. Veturius, & Aulus Poſthumius conſules cum exercitum duxiſſent in Samnium, Pontius Herennius Samnitũ imperator milites decem paſtorum habitu mittit, pecoraq; diuerſos aliũ alibi paſcere iubet, haud procul à Romanis præſidijs. & cum inciderēt in prędatores, vt idem omnibus ſermo cōſtet legiones Sãnitum in Apulia eſſe, Lucerinam omnibus copijs circũſedere, nec procul abeſſe, quin vi capiant, iam etiam rumor iſte antea de induſtria vulgatus venerat ad Romanos, ſed fidē auxere captiui eo maxime, q̧ ſermo inter omnes congruebat, non erat dubium, quin Romanus opem ferret Lucerinis bonis & fidelibus ſocijs, ne ſimul Apulia, omnis ad præſentem terrorē deficeret, ea modo qua irent conſultatio fuit, nam duæ erant viæ altera præter oram maris ſuperi longior, ſed tutior, altera per caudinas furculas breuior, ſed anguſtior, & periculoſior. Conſules vt maturius opem ferre poſſent ſocijs per caudinas furculas iter faciētes in locum periniquum lapſi ſunt, unde nec progredi, nec egredi poſſent. Samnites igitur cum exercitum Romanum inter montes incluſum haberent, neſciebant in tam lætis rebus inire cõſiliũ quid de Rom. incluſis faciendũ eſſet. Itaq; vniuerſi Herēnium Pontium imperatoris patrem per literas conſulendum cenſuerunt. Iam is grauior annis non militaribus ſolum, ſed ciuilibus quoq; oliſceſſerat muneribus, in corpore tũ affecto vigebat vis animi, & conſilij. Is vbi accepit ad furculas caudinas, inter duos ſaltus clauſos exercitus Romanos, cõſultus ab nuncio filij cenſuit, omnes inde quamprimum inuiolatos dimittēdos, quæ vbi ſpreta ſententia eſt, remiſſo nuncio, iterum cõſultus cenſuit, ad vnum omnes interficiendos, quæ vbi iam diſcordia inter ſe velutiex ancipiti oraculo data reſpõſa ſunt, placuit ſenē in caſtra duci, & in conſilium admitti, qui adductus, uocatusq; in conſilium, ita fermè locutus eſt ut nihil de ſentētia ſua mutaret, cauſas tñ adduceret priore ſe cõſilio uſurum, q̧ optimum duceret, cũ potētiſſimo populo per ingens beneficium perpetuã firmare pacē amicitiamq;, altero cõſilio, quod in multas ætates, quibus amiſſis duobus exercitibus, haud facile uires Rom. bellũ inſtaurare poſſe, tertiũ nullum cõſiliũ eſſe. Cum filius, alijq; principes percũctando exquirerent, quid ſi media uia conſiliũ caperetur? ut dimitterētur incolumes, & ut leges iure belli uictis imponerentur, iſta, quidē ſententia, inquit ea eſt, quæ neque amicos parat, neque inimicos tollit. Seruate modo, quos ignomia irritaueritis, ea eſt Romana gēs, quæ victa quieſcere neſciat, uiuet ſemper in pectoribus illorũ quidquid iſtuc præſens neceſſitas inuuaerit, neque eos ante multiplices pœnas expertas à nobis quieſcere ſinet. [Furculas caudina] A caudino oppido dictas ſibi propinquo. [In perniciē ſuam] Quia vt dictũ eſt in cap. de Hu. Rom. ſub iugum, & cũ ſingulis ueſtimentis abire permiſſi, turpi fœdere icto, ſic irritati ſunt hac ignominia, ut deditis fœderis auctoribus, & ab hoſte nõ receptis, reparatoq; exercitu, multo grauiorem quàm acceperant, hoſtibus cladem intulerint.

ASCEN. NEc quidem] .i. & non etiã, & Samnites. ſ. populi Italiæ pependerunt .i. perſoluerunt etiã non paruas, immo magnas pœnas cõſimilis erroris, quod .i. quia neglexerunt conſilium ſalutare Herēnij Põtij principis ſui, ſicut Carth. Hãnonis qui. ſ. Herēnios pręſtãs .i. exuperãs cęteros .i. Sãnites auctoritate & prudētia, conſultus ab exercitu, & filio ſuo duce eius. ſ. exercitus Sãnitum, quid nã deberet fieri de legionibus Rom. incluſis apud furcas caudinas .i. anguſtias montiũ, quæ inde exire nõ poterãt, rñdit dimittēdas inuiolatas. Interrogatus poſtero die de eadē re (nã primũ conſiliũ non placuit exercitui) dixit oportere .i. utile eſſe, ſup. eas deleri, ut aut gratia hoſtium emeretur maximo beneficio, ſi ſalui dimitterētur, aut uires hoſtiũ confringerētur grauiſſima iactura .i. amiſſione tot legionum. Sed temeritas uictorũ improuida. ſ. nõ prouidens futura, dũ ſpernit utrãq; partem utilis conſilij, accendit in perniciem ſuam, ſup. legiones Rom. miſſas ſub iugũ .i. haſtas treis, duas erectas & unã tranſuerſam informã patibuli. Ego adijciã, inqt auctor, multis & magnis exēplis ſapiētiæ, paruulũ ſup. exemplũ .i. minoris prudētię.

DE CRETENSIBVS.

CRETENSES *cum acerbiſſima execratione aduerſus eos, quos vehementer oderunt, uti volunt, vt mala conſuetudine delectentur, optant, modeſtoq; voti genere efficaciſſimum ultionis euentum reperiunt. inutiliter enim aliquid concupiſcere, & in eo perſeuerãter morari, exitio ea dulcedo vicina eſt.*

CRETENSES cum] Cretenſes optare, & imprecari ſolebãt his, quos maxime oderant, ut mala cõſuetudine delectarentur, & quotieſcunque grauem ab aliquo populo iniuriã accepiſſet dicebant, utinã mala conſuetudine delectemini, & ſub hac tam dulci, & leni imprecatione, ingens malũ latebat, nã qui voluptate delectantur, ſeipſos conficiunt. [Oderãt] Capitales hoſtes habebant. [Inutiliter enim] Mala cõſuetudo nihil aliud eſt, niſi cum aliquid inutiliter cõcupiſcimus, & in eo perſeueranter immoramur. [Efficaciſſimum] Validiſſimum. OLIV.

CRetenſes cum volunt uti acerbiſſima execratione idest maledictione aduerſus eos, quos oderant uehementer, optant .i. imprecantur in eos, ut delectentur mala conſuetudine, non ſunt tamen laudandi, q̧ tali execratione orantur, ſed q̧ agnoſcunt id, quod imprecantur, uidelicet delectari mala conſuetudine, unde ſequitur peccatum irremiſſibile, unde licet finalis impœnitentia, eſſe grauiſſimum malorum, unde auctor & reperiunt efficaciſſimum euentum ultionis modeſto genere uoti .i. imprecationis. Enim pro quia, concupiſcere aliquid inutiliter .i. pernicioſe, & morari, in eo perſeuerãter, ea dulcedo eſt uicina exitio, quia ad exitium perducens. ASCEN.

VAFRE DICTA, AVT FACTA. CAP. III.

E*ST aliud factorum, dictorumq; genus à ſapientia proximo deflexu, ad vafre nomen progreſſum, quod niſi fallacia vires aſſumpſerit, fidem propoſiti non inuenit, laudemq; occulto magis tramite, quàm aperta via petit.*

EST aliud] Nunc de uafre dictis, aut factis, dicere incipit, & dicit hoc cum ſuperiore iungendum eſſe, ſed in hoc differre, q̧ hæc non ſine dolo fieri poſſunt, eſt enim uafre dictum cum aliud dicimus, & aliud innuimus. [A ſapientia proximo] Quia à ſapientia procedit, ſed ſapientiæ coniuncta eſt fallacia. [Vafre] Quaſi ualde afrum dicitur, nam cõſtat Afros callidiſſimos fuiſſe. [Occulto] Verſutia. [Aperta uia] Simplici uia, ac ſi diceret uirtute. OLIV.

ESt aliud genus factorum, & dictorum progreſſum proximo deflexu .i. prima declinatione à ſapientia, ad nomen uafri .i. aſtuti, aut uafre ſup. facti, aut dicti, quod. ſ. genus niſi aſſumpſerit uires fallaciæ .i. deceptionis, non inuenit fidē .i. credulitatem, & propter fidem adhibitam, aſſecutionem propoſiti. ſ. ſui, hoc eſt non aſſequitur, quod prætēdit, & petit laudem magis occulto tramite .i. dolo, q̃ aperta uia .i. integra uirtute. ASCEN.

DE QVODAM ANTISTITE ROMANO.

SERVIO *Tullo regnante cuidam patriſamilias in agro Sabino præcipuæ magnitudinis, & eximiæ formæ uaccanata eſt, quàm oraculorũ certiſſimi auctores in hoc à Dijs immortalibus editam reſponderunt, vt quiſquis eam Auentinenſi Dianę immolaſſet, eius patria totius terrarum orbis imperiũ obtineret. Lętus eo dominus, bouem cum ſumma feſtinatione Romã actam, mactandam in Auentino ante aram Dianæ conſtituit, ſacrificio Sabinis regimen humani generis daturus. De qua re Antiſtes templi certior factus, religionem hoſpiti intulit, ne prius victimam cæderet, quàm proxima ſe aqua abluiſſet, eoq; alueum Tyberis petente, vaccam ipſe immolauit, & vrbem noſtram tot ciuitatũ, tot gentium dominam, pio ſacrificij furto reddidit.* *Liu. li. 1. *ſe proximi amnis aqua abluiſſet.

SERVIO Tullo regnante] Liu. ab urbe cond. Bos inquit in Sabinis nata cuidam patrifam. dicitur miranda magnitudine, ac ſpecie. Fixaq; per multas ætates cornua in ueſtibulo templi Dianæ, monumentum ei fuere miraculo habita, ut OLIV.

erat,

erat, res prodigij loco eſt, & cecinere vates, cuius ciuitatis eam ciues Dianæ immolaſſent, ibi fore imperium. id carmē peruenerat ad Antiſtitem fani Dianæ. Sabinus vt primum apta ſacrificio dies viſa eſt, bouem Romam actam deducit ad fanum Dianæ, & ante aram ſtatuit. Ibi Antiſtes Rom. cū eum magnitudo victimæ celebrata fama mouiſſet, memor reſponſi, Sabinum ita alloquitur. Quidnam tu hoſpes paras inceſtum ſacrificiū Dianæ facere? quin tu ante viuo perfundens flumine, quod infima valle profluit Tyb religione tactus hoſpes, qui omnia, vt prodigio rnderet euētus, cuperet rite facta, ex templo deſcēdit ad Tyberim. Interea Rom. immolat Dianæ bouem, id mire gratū regi, ac ciuitati fuit. [Editam] natam. Auentinenſi Dianæ,] cuius templum erat in Auenti mōte. [Religionem] Metum religionis, ne Deam offenderet, ſi eam illotis manibus immolaret.

Ascan SEruio Tullo regnante] .ſ. Rom. uaca præcipuæ magnitudinis, & eximiæ formæ eſt nata in agro Sab. cuidam patrifamilia, q̃ certiſſimi auctores. i. interpretes oraculorum reſponderunt editam à Dijs immortalibus in hoc. i. ad hūc finem aut hoc fato, & portento vt quiſquis. i. quicunque immolaſſet eam Dianæ Auent. i. quæ Romæ in Auent. colle ædem habebat eius patria obtineret imperium totius orbis terrarum. [Dominus]. i. pater ille familias poſſeſſor vaccę, lætus eo. ſ. oraculo, cōſtituit bouem. i. vaccam illam actam cum ſumma feſtiuatione, aut quia cupidus erat talis euentus, aut ne oraculum alijs innoteſceret, & vacca ſibi præriperetur, Rom. mactādam ante aram Dianæ in Auent. ſ. colle daturus. i. eo animo, vt daret Sab. regimen generis humani ſacrificio. ſ. talis vaccæ, de qua re Antiſtes templi. i. primarius ſacerdos, factus certior. i. edoctus intulit hoſpiti. i. homini peregrino, religionem, metum, & ſcrupulum, ne cæderet. i. mactaret prius victimam, q̃ abluiſſet ſe aqua amnis proximi, videlicet Tyb. (quia putabant aquam fluentem habere vim purgatiuam, unde Aeneas Aeneid. 2. Tu genitor cape ſacra manu, patrioſq; penates. Me bello ex tāto digreſſum, & cæde recenti Attractare nefas, donec me flumine viuo Abluero) & eo. i. hoſpite, aut patrefam. petente alueum Tyb. ipſe immolauit vaccam, & reddidit. i. effecit pro furto ſacrificij, urbem noſtram dominam tot ciuitatum, & tot gentium.

DE IVNIO BRVTO

*Liu. li. 1. *QVO in * genere acuminis in primis Iunius Brutus referendus, nam cū à rege Tarquinio auunculo ſuo omnem nobilitatis indolem excerpi, interq; ceteros etiam fratrē ſuum, quòd vegetioris ingenij erat, interfectum animaduerteret, obtuſi ſe cordis eſſe ſimulauit, eaq; fallacia maximas virtutes ſuas texit. Profectus etiam Delphos cum Tarquinij filijs, quos is ad Apollinem Pythium muneribus, ſacrificijsq; honorandum miſerat, aurū deo, nomine doni clam cauato baculo incluſum tulit, quia timebat, ne ſibi cæleſte numen aperta liberalitate venerari tutum non eſſet. Peractis deinde mandatis patris, Apollinē iuuenes conſuluerunt quiſnam ex ipſis Romæ regnaturus videretur, at is, penes eum ſummam orbis noſtri poteſtatem futuram reſpondit, qui ante omnes matri oſculū dediſſet. Tunc Brutus, perinde atque caſu prolapſus, de induſtria ſe abiecit * terramq; communem omniū matrem exiſtimans, oſculatus eſt, quod tā vafre telluri impreſſum oſculum, vrbi libertatem, Bruto primum in faſtis locum tribuit.*

* Terrā Italicam inquit Dion. li. 4.

Oliv. QVo in genere] Liu. lib. 1. portentum inquit, terribile uiſum in regia, anguis ex columna lignea elapſus, cum terrorem, ac fugam feciſſet, in regiam ipſius regis non tam ſubito pauore perculit pectus, q̃ anxijs impleuit curis. Itaque cum ad pub. prodigia Hetruſci tm̄ uates adhiberentur, hoc veluti domeſtico exterritus viſo, Delphos ad maxime inclytū in terris oraculum mittere ſtatuit, neque reſponſa ſortium ulli alij committere auſus, duos filios per ignotas ea tempeſtate terras ignotiora maria in Græciam miſit. Titus, & Aruns profecti, comunis his additus L. Iunius Brut. Tarquinia ſorore regis natus iuuenis alius ingenio, q̃ cuius ſimulationem induerat. Is cum primores ciuitatis, in quibus fratrem ſuum ab auunculo interfectum audiſſet, neque animo ſuo quidquam Regi timēdū, neque in fortuna concupiſcendum relinquere ſtatuit, contemptuq; tutum eſſe, vbi in iure parum præſidij eſſet iudicauit, ergo ex induſtria factus ad imitationem ſtultitiæ, cum ſe ſuaq; prædæ eſſe regi ſineret; Bruti quoque haud abnuit cognomen, vt ſub eius obtentu cognominis liberator ille P. R. animus latens aperiretur tempore ſuo. Is cum à Tarquinijs ductus Delphos ludibrium uerius, q̃ comes, aurum incluſum corneo cauato ad id baculo, tuliſſe donum Apollini dicitur per ambages effigiem ingenij ſui ſimulans, quo poſtquam uentum eſt perfectis patris mandatis, cupido inceſſit animos iuuenum ſciſcitandi, ad quem eorum regnum Romanum eſſet uenturum, ex infimo ſpecu vocem redditam ferunt. Imperium ſummum Romæ habebit, qui veſtrum primus ô iuuenes oſculum matri tulerit. Tarquinij, vt Sextus, qui Romæ relictus fuerat ignarus reſpōſi, expersq; imperij eſſet, rē ſumma ope taceri iubent, ipſi inter ſe uter prior cum Romā rediſſent matri oſculum daret, ſorti permittunt. Brutus alio ratus ſpectare Pythicam uocem, uelut ſi prolapſus cecidiſſet, terram oſculo contingit. ſ. q ea communis mater omnium mortalium eſſet. [Indolem excerpi] Incrementum uirtutis, hoc eſt omnes nobiles, uirtutis ſpecimen, & incrementum præ ſe ferentes carpi, & ex alijs deligi ad mortem. [Vegetioris ingenij] Magis uiuidi, & acutioris ingenij. [Qui ante omnes matri oſculum] De Ouid. Faſt. lib. 2. Conſulitur Phœbus ſors eſt ita reddita, matri Qui dederit primus oſcula, uictor erit. [Perinde, atque caſu prolapſus]. i. tanquam ſi pede offenſo lapſus eſſet.] In faſtis] In quibus annua geſta deſcribebantur, & omnes magiſtratus.

QVo, &c.] In quo genere acuminis. i. callidæ ſagacitatis, & naſtamenti, Iun. Brut. exactor regum, & primus conſul eſt referendus. i. recenſendus in primis. i. inter primos. Nam cum animaduerteret omnem indolem. i. florem ingeniorum nobilitatis. i. nobilium puerorum, excerpi. i. paulatim ad necem dari: & è numero uiuentium tolli à Tarquinio ſ. ſuperbo rege. ſ. Romanorum auunculo ſuo, quia matris frater, & animaduerteret etiam fratrem ſuum interfectum ſ. à Tarquinio inter ceteros, eo q erat ingenij uegetioris. i. minus torpentis, ſimulauit ſe eſſe cordis obtuſi. i. ingenij hebetis, & texit ea fallacia maximas uirtutes ſuas. Profectus etiā Delphos cum filijs Tarquinij & Arontes quos idem. ſ. Tarquinius miſerat ad honorandum Apollinem Pythiū muneribus, & ſacrificijs, ipſe Brut. tulit deo nomine. i. ratione doni, aurū incluſum baculo cauato clam. i. occulte, neſciētibus id filijs regis, quia timebat, ne tutum nō eſſet ſibi uenerari numen cæleſte. i. Apollinis quem cæleſtium deorum unum putabant, liberalitate aperta. i. manifeſta. [Deinde iuuenes]. ſ. filij regis, mandatis patris peractis. i. poſtquam peregerant mandata patris ſui Tarquinij cōſuluerunt Apollinem quis. ſ. ex ipſis eſſet regnaturus Romæ. [At. i. ſed is. i. Apollo reſpondit ſummam poteſtatē urbis noſtræ futuram penes eū. i. in poteſtate eius, qui dediſſet matri oſculum ante omnes. i. primus omnium. [Tūc Brutus perinde, atque caſu prolapſus, abiecit ſe in terram, de induſtria. i. data opera, & oſculatus eſt terrā exiſtimans ſup. eam communem matrem omnium [Quod. ſ. oſculum, impreſſum telluri. i. terræ tam vafre. i. tam callide, ut nemo perciperet, tribuit vrbi. ſ. Romæ, libertatem, & Bruto primum locum in faſtis. i. libris, in quorum capite cōſulum nomina ſcribebantur, ipſe autem primus conſulum fuit. Ascan.

DE SCIPIONE SVPERIORE.

*SCIPIO * quoq; ſuperior præſidium calliditatis amplexus eſt. ex Sicilia n. petens Aphricam, cū ex fortiſſimis peditibus Romanis trecētorum equitum numerum implere vellet, neque tā ſubito poſſet eos inſtruere, quod temporis anguſtia negabant, ſagacitate conſilij aſſecutus eſt, namque ex ijs iuuenibus, quos ſecum ex tota Sicilia nobiliſſimos, & ditiſſimos, ſed inermes habebat, ad ſe vocatos trecentos ſpecioſa arma, & electos equos quā celerrime expedire iuſſit, velut eos cōtinuo ſecū ad oppugnandū Carthaginē aducturus. qui cū imperio tā celeriter, ita lōginqui, & periculoſi belli reſpectu ſollicitis animis paruiſſent, remittere ſeſe Scipio illā expeditionem, ſi arma, & equos militibus ſuis tradere uoluiſſent, edixit. rapuit conditionem imbelliſ, ac timida* *Liu. li. 29. & Plut. in Scip.

iuuentus, inſtrumentoq; ſuo cupide noſtris ceſſit. Ergo calliditas ducis prouidit, vt quod ſi protinus imperaretur, graue prius, deinde remiſſo militia metu maximum beneficium fieret. Quod ſequitur narrãdum quoq; eſt.

Oliv. Scip. trecentos equites Ro. ſine publica impenſa armauit

SCIPIO vero] Scip. poſtquam in Siciliam venit traiecturus in Aphric. voluntarios milites ordinauit, centuriauitq; ex his, 300. iuuenes florentes ætate, & virium robore inermes circa ſe habebat ignorantes, quem ad vſum neque cẽturiati, neque armati ſeruarẽtur, tum ex totius Siciliæ vniuerſorum numero principes genere, & fortunis 300. equites, qui ſecum in Aphric. traijcerẽt, elegit. diẽq; his, qua equis, armiſq; inſtructi, atque armati adeſſent, edixit. Grauis ea militia procul domo, terra, mariq;, multos labores, magna pericula allatura videbatur, neque ipſos modo, ſed parẽtes, & cognatos eorũ ea cura angebat, vbi dies, quæ dicta erat, aduenit, arma equosq; oſtenderunt. Tum Scip. renunciari ſibi dixit quoſdam equites Siculorũ tanquam grauem, & duram horrere eam militiam. Si qui ita animati eſſent, malle eos ſe iam tum fateri, q̃ poſtmodum querentes ſegnes, atque inutiles reip. eſſe, expromerent, quid ſentirent cum bona venia, ſe auditurum, tunc ex his vnus auſus eſt dicere ſe prorſus, ſi ſibi utrum velit, liberum eſſet, nolle militare, tum Scip. & q̃n inquit adoleſcens, quid ſentires non diſſimulaſti, vicarium tibi expediõ iam, cui cum arma, & equum, cæteraq; inſtrumenta militiæ tradas. & tecum hinc ex templo domum ducas, exerceas docendo. cures equo, armiſq;. læto conditionẽ accipiẽti, vnum ex 300. quos inermes habebat, tradit, vbi hoc modo exauctoratum equitem cum gratia imperatoris viderunt, ſe quiſque excuſare, & uicarium accipere, ita 300. ſiculis Romani equites ſubſtituti ſunt ſine publica impenſa. [Expeditionem] Illam militiam, ad quam expediti milites ducebãtur. [Ergo calliditas] Laudat Scip. callidum cõſilium, qui ſine ſociorum querela exercitum inſtruxit opibus illorum, tanta calliditate, vt illi ſe beneficium recepiſſe exiſtimarent, quod imperatum fuiſſet, grauiſſimum exiſtimaſſent. [Quod ſequitur] Hoc exemplum Cic. poſuit lib. 1. de offic. vbi dicit, Nec noſter quidem probandus eſt, ſi verum eſt.

Ascen. SCipio quoque ſuperior amplexus eſt præſidium. i. protectionem, & ſubſidium calliditatis [Enim. i. quia, ipſe petens. i. petere volens Aphricam ex Sicilia, cũ vellet implere numerũ 300. equitum ex fortiſſimis peditibus Romanis, neque poſſet inſtruere eos tam ſubito, aſſecutus eſt. i. obtinuit ſagacitate cõſilij ſup id, quod anguſtiæ tẽporis negabãt. Nãque iuſſit 300. ex his iuuenibus, quos habebat ſecũ ex tota Sicilia nobiliſſimos, & ditiſſimos, ſed inermes, quia nõ aderant cauſa belli gerendi vocatos ad ſe expedire. i. acquirere, q̃ celerrime. ſ. poſſent arma ſpecioſa, & equos electos velut euecturus ſup. eſſet eos cõtinuo ſecum ad oppugnandũ Carth. Qui. ſ. 300. iuuenes cũ. i. poſtquam paruiſſent imperio. ſ. Scip. vt celeriter, ita animis ſolicitis reſpectu. i. ex cõſideratione belli lõginqui, & periculoſi, Scip. edixit. i. palã per præconem dixit, ſe remittere ſup. illis. Illam expeditionem. i. profectionem militarem in Aphricã, ſi voluiſſent tradere militibus ſuis, hoc eſt Romanis arma, & equos, iuuẽtus. ſ. Sicula imbellis. i. non aſſueta bello, ac timida, rapuit. i. celeriter accepit conditionẽ. i. oblationem illam ſub conditione, & ceſſit cupide noſtris. i. Romanis militibus ſup. inſtrumento ſuo. i. quo bellum gerere poſſent, videlicet armis, & equis. [Ergo calliditas ducis prouidit, ut ſi quod imperaretur protinus, prius graue fieret, deinde maximũ beneficiũ. i. haberetur loco maximi beneficij remiſſo (quod vulgo dicerẽt) relaxato metu militiæ, hoc eſt ſi Scip. ſtatim exigiſſet ab illis nobilib⁹, vt ſinguli arma, & equũ talẽ militi Romano tribuerẽt uiſum fuiſſet per graue illis, præſertim cum ſibi chariſſimos equos, & aptiſſima uirium arma delegerint, ſed nunc, cum viderent per ornamenta ſua, ſe à militiæ onere abſolui, loco maximi beneficij habuerũt ea dare. [Qd ſequitur eſt quoque. i. & narrandum licet non ſatis honeſtum.

DE Q. FABIO LABEONE.

*Cic. li. 1. de off.

*Q. Fabius * Labeo arbiter à ſenatu finium conſtituendorum inter Nolanos, & Neapolitanos datus, cum in rem præſentem veniſſet, vtroſq; ſeparatim monuit, ut omiſſa cupiditate, regredi a cõtrouerſia, quàm progredi mallent, idq; cũ vtraque pars auctoritate viri mota feciſſet, aliquantũ vacui in medio agri relictum eſt, conſtitutis deinde finibus vt ipſi terminauerant, quidquid relicti ſoli fuit, P. R. adiudicauit. Ceterum etſi ſic circumuenti Nolani, ac Neapolitani queri nihil potuerunt, ſecundum ipſorum demonſtrationem, dicta ſentẽtia, improbo tamen præſtigiorum genere, nouum ciuitati noſtræ vectigal acceſſit. Eundem ferunt eum à rege Antioco, quem bello ſuperauerat, ex fœdere illo, dimidiam partem nauium accipere deberet, medias omnes ſecuiſſe, vt eum tota claſſe priuaret.*

Oliv. Q. Fabium Labeonem] Seu quem alium nihil enim habeo præter auditum, arbitrum Nolanis, & Neapolitanis, de finibus agri à ſenatu datum, cum ad locum veniſſet, cum utriſque ſeparatim locutum, ne cupide quid agerent, nec appeterent, atque vt regredi, q̃ progredi mallent. Id cum vtrique feciſſent aliquantulum agri in medio relictum eſt. Itaque illorũ fines ſicut ipſi dixerant terminauit, quod erat in medio relictum, P. R. adiudicauit. Narrandum, ſed non imitandum, quia vt inquit Cic. hoc eſt decipere, nõ iudicare, quo circa in omni re fugienda eſt talis ſolertia. [Regredi, q̃ progredi mallent] Citra fines ſe continere, q̃ vltra fines procedere. [Præſtigiorum genere]. i. illuſionum, & deceptionum genere. [Eundem ferunt] Nec illud minori calliditate fuit, q cum Anthiocum bello ſuperaſſet, & coegiſſet pacem petere, inter cæteras pacis conditiones, illud adiecit, ut ſibi dimidias, quaſcunq; haberet naues, ex fœdere daret, quod ille non recuſauit, ſperans mediam totius claſſis partem integram ibi ſibi relictum. Fabius vero nõ medium nauium numerum, ſed ipſa corpora ſecari iuſſit, vt eum penitus claſſe priuaret.

Ascen. Q. Fabius Labeo Datus arbiter à ſenatu finium conſtituendorũ inter Nolanos, & Neapolitanos cum veniſſet in rem præſentem. i. ad locũ ipſum; de quo controuerſia erat, monuit, utroſque ſeparatim, ut mallent regredi. i. diſcedere à controuerſia. i. lite, q̃ progredi ſup. in eam, & hoc cupiditate habendi omiſſa, & cũ utraque pars mota auctoritate viri feciſſet id, aliquãtulum agri uacui. i. carentis poſſeſſore relictũ eſt in medio, deinde finibus. i. limitibus conſtitutis, vt. i. quẽadmodum ipſi. ſ. de vtraque parte commiſſi terminauerant. i. adiudicauit P. R. quidquid ſoli fuit reliqui. Cæterũ. i. ſed, & ſi. i. q̃ q̃ Nolani, ac Neapolitani circumuenti. i. decepti fraude arbitri nihil potuerunt queri. i. conqueri, ſententia dicta. i. eo q ſentẽtia eſſet dicta ſecundum demonſtrationem ipſorum, tũ nouum. i. inuſitatum uectigal. i. pecuniæ acquiſitio ex agro alieno. acceſſit ciuitati noſtræ genere præſtigiorum. i. cautelæ deceptorix more præſtigiatorum factæ improbo. i. improbando, & deteſtando. [Eundem, & c. Ferunt. i. dicũt. ſ. vulgo, aut hiſtorici eundem. ſ. Q. Fabium Labeonem cum deberet accipere à rege Anthioco, quem ſuperauerat bello dimidiũ partem nauium ex fœdere icto. ſ. cum eo ſecuiſſe omnes. ſ. naues medias, ut priuaret eum tota claſſe, quia dimidiatæ naues inutiles erant.

DE MARCO ANTONIO.

*Cic. pro Cluẽtio.

*Actum eſſet, qđ ci.

*NAM * M. Antonio remittendum conuitium eſt, qui iccirco ſe aiebat nullã orationẽ ſcripſiſſe, vt ſi quid ſuperiore iudicio * actum, ei quem poſtea defenſurus eſſet, nociturum foret, nõ dictum à ſe affirmare poſſet, qui facti vix prudentis, tolerabilem cauſam habuit, pro periclitantiũ enim capite, nõ ſolum eloquentia ſua vti, ſed etiam verecundia abuti erat paratus.*

Oliv. NAM M. Antonio] Hic fuit M. Ant. orator, qui in cauſis dicendis nõ maiori eloquentia, q̃ prudentia vti conſueuerat, nullam. o. vnquã è ſuis orationẽ ſcriptã edere uoluit, vt ſi qd forte dixiſſet in aliquo iudicio, quod in altera actione cõtradicendum eſſet, id ſibi ſemper integrũ foret, quo poſſet obijcientibus negare illud dixiſſe. Periclitantium] Reorum.

Ascen. NAm, & c.] Conuitiũ eſt remittendum M. Ant. ſ. oratori iam, uel quia morte ſatis ſupplicij luit, aut quia gratiã meruit Labeo, qui aiebat ſe nullã orõnẽ ſcripſiſſe, iccirco, vt ſi qd actũ ſuperiore iudicio foret. id eſſet nociturũ, ei quẽ defenſurus eſſet poſtea, poſſet firmare nõ dictũ ſup. eſſe à ſe. Qui vix. i. quaſi nullã habuit cauſam tolerabilem facti pudentis, ſ. impudentis.

impudentis,ſunt tñ qui prudentis legant. Enim pro quia, ipſe erat paratus,non ſolum vti ſua eloquentia,ſed etiam abuti verecundia ſua (vnde impudenter egit) pro capite periclitãtiom, ita cum inter oratores clariſſimos reponatur,ſi orator ſit vir bonus dicẽdi peritus diffiniendus,ne orator quidẽ dicẽdus fuerit.

DE SERTORIO.

*Front. lib. 1.& 10.Stra.

SERTORIVS *vero corboris robore,atque animi conſilio,parem naturæ indulgentiam expertus, proſcriptione Syllana dux Luſitanorũ fieri coactus cum eos oratione flectere non poſſet, ne cum Romanis vniuerſa acie confligere vellent,vafro conſilio ad ſuam ſententiam perduxit,duos enim in conſpectu eorum conſtituit equos,alterum validiſſimum, alterum infirmiſſimum,ac deinde validi caudam ab imbecillo ſene paulatim carpi,infirmi à iuuene eximiarũ virium vniuerſam conuelli iuſſit,obtemperatum imperio eſt. ſed dum adoleſcentis dextra irrito ſe labore fatigabat,ſenio confecta manus miſterium executa eſt, tunc barbaræ concioni, quorſum ea res tenderet cognoſcere cupienti, ſubiecit, equi caudæ cõſimilem eſſe noſtrum exercitum,cuius partes aliquis aggrediens opprimere poſſit, vniuerſum conatus proſternere,celerius tradiderit victoriam, quam occupauerit,Ita gens barbara,& aſpera,& regi difficilis,in exitium ſuum ruens,quàm vtilitatem auribus reſpuerat,oculis *peruidit.

*Prouidit.

Oliu. SERTORIVS vero]Hic tantis animi corporiſq; viribus excelluit,vt eum cuiuis,& illis, qui clariſſimi hñt bellorum duces,non ſolum conferre,ſed etiã præferre merito poſſis. Nam Philippo continentiorem in mulieres. Antigono fideliorem in ſuos,Hannib.placabiliorẽ in hoſtes fuiſſe certiſſimi auctores ſunt,ingenio aũt nulli eorum inferiorem,ſed fortuna omnibus ipſis,quæ ſemper infeſta magiſquam hoſtibus vſus,ſe peritia Metello,audacia Pomp.fortuna Syllæ,potentia P.R.exul & barbaris imperitãs adęquauit. Cum alterum oculum amiſiſſet in bello,dictitare ſolebat,alios non ſemper virtutis ſuæ teſtimonia ſecum habere ſed torques,& haſtas,& coronas,domi ſępius relinquere, Sibi vero bellicę laudis inſignia cõtinuo adeſſe. Poſt multa & præclara pro rep.bello domiq; geſta facinora. Cinnanes tandem partes ſecutus ab Opimio conſule pulſus, eſt cum Cinna qui deinde Mario cõiuncti,& cũ vrbe captæ Marius,& Cinna omnia crudelitatis exempla proderẽt, Sert.ipſe nec trucidaſſe quenquam ob iram, nec cõtumeliam intuliſſe cuiquam dicitur,ſed ea continuo improbaſſe,quæ illi fœde,crudeliterq; exercebant, quinetiam ad quatuor ſeruorum millia in ciuitate præter modum ſæuientium ipſe trucidauit,pulſus iterũ à Sylla, profligatis Marianis partibus in Hiberiam cum ſe recepiſſet variis caſibus agitatus extrema plerunque fortuna ſtetit. Ad Maruſios deinde delatus eo conſilio,vt ad fortunatas inſulas uſque profectus quietam ageret uitam,præter opinionẽ incidit in bellum, Cilicibus tum forte Aſcalium in Maruſiorum regnum reducere conantibus,quorum hoſtibus cum auxilio fuiſſet,ducto & auſpicio ſuo pulſis Cilicibus,obſeſſoq; Aſcalin,& Cæſo Paeciano, qui ad liberandum Aſcalium miſſus fuerat à Sylla,multis deinde oppidis partim capitis, partim in deditionẽ acceptis magnum apud omnes Sertorij nomen,& gloria fuit,adeo ut à Luſitanis vltro acciretur ad regnum,quo quidem accepto parato q; pro tempore & illorum opibus exercitu ſatis exiguo,quippe 12.millium militum,aduerſus quatuor Rom. duces, & centum ac 30.hominũ millia bene feliciterq; pugnauit Nam Cottam apud Mellariam nauali prælio ſuperauit. Phidium prætorem in Hiberia profligauit,& occidit. Domitium proconſulem cum magna exercitus parte deleuit. Metellum denique ipſum ætatis ſuę uirum ampliſſimum ad eam neceſſitatem redegit,ut L.Lolium ea prouincia Narbonẽſi auxilium ſibi ferre coegerit. Et Pomp. Mag.ex urbe cum ſumma feſtinantia & exercitu mitteretur,quẽ ingenti arte ſæpe deluſum,& acie cum Afranio aliquoties deuictũ, Sertorius demũ contriuiſſet,niſi à M.Perpẽna, qui ſecum arma coniunxerat, per inuidiam coniuratione facta in cœna fuiſſet interemptus.hic igitur cum Luſitanos, quibus imperitabat,oratione inducere non poſſet,ne uellent cũ Rom. vniuerſa acie decernere,contumaces.n.imperatoris iuſſum non expectabant,ſed temere ferebãtur in hoſtes,id calliditate,& vafro conſilio perfecit,nam adducta concione cũ duos equos in medium iuſſiſſet adduci, Alterum macie,ſenioq; confectum,alterum fortem,& nitidum,macilento validum iuuenem,forti ſenem imbecillem,& huic carptim illi vno impetu equorum caudas euellere iuſſit,quod cum adoleſcens totis viribus annixus fruſtra tentaſſet,ſenex paulatim ſetas euellendo caudam nudauit. Tum Sertorius Videtis,inquit cõmilitones ingenium plus poſſe ꝗ vires,omnia namque vincit ſtudioſa ſedulitas,quo facto barbara gens feroc,& contumax imperatori facilis,& dicto parens facta eſt. A.Gel.hunc alio vafro conſilio vſum fuiſſe dicit, lib. 15.cap.22.quod & Plut.affirmat in vita Sertorij,illũ.ſ.candidam ceruam eximiæ pulchritudinis, & viuaciſſimæ celeritatis à Luſitan. quodam ſibi dono datam ita manſuefeciſſe, vt & vocãtem exaudiret,& vadentem ſequeretur, aſſuetum quoque os auribus eius interdum admouere, quaſi cum eo loquentem, & arcani aliquid à numine nunciantem. Nam illam ſibi à Diana dono datã ſimulabat, à qua tanquam ab ipſo numine doceretur,quid faciendum,aut non faciendum eſſet,quotieſcunque hoſtes fines ingreſſos,aut urbem aliquam cœpiſſe occulte præſenſerat.dictum ſibi à cerua ſimulabat, vt copias in armis haberet rurſus ſi victoria aliqua ſuorum ducum occulta nũciabatur, ceruam coronabat, & ab ea ſibi victoriam denunciatam fuiſſe dicebat,hac ſimulatione barbaros feroc,& indomitos facile dicto parentes eſſe fecit, literas quoque compoſitas pro veris legebat,ſomnium ſimulabat,& falſas religiones conferebat.[Robore corporis & animi conſilio] Quia pares illi natura corporis, & animi dotes conceſſerat, vt & corporis viribus,& animi cõſilio plurimum valeret. [Comfecta] Conſumpta. [Miniſterium executa] Opus perfecit. [Quorſum tenderet] Ad quem finem id feciſſet imperator. [Oculis peruidit]Subiecta ſimilitudine.

SErtorius uero] Expertus parem, quia utrobique ingentem indulgentiam .i. conceſſionem, & in ſe beneuolentiam naturæ ſup.in robore corporis, atque conſilio animi, coactus fieri dux Luſitanorum in Hiſpaniis,proſcriptione Syllana,cum non poſſet flectere oratione.i.inducere eos.ſ. Luſitanos, ne.i. ut non uellent cõfligere cum Rom.uniuerſa acie(quia proſcriptus contra Rom.ſaltem cum Syllanos pugnauit,neque auſus eſt cũ uniuerſis confligere,aut ſaltem non uiſum eſt commodum) perduxit ſup.eos ad ſuam ſententiam conſilio uafro .i. inuentione aſtuta. Enim pro quia,conſtituit in conſpectu eorũ duos equos alterum ualidum,& alterum infirmiſſimũ, ac deinde iuſſit caudam ualidi carpi.i.extrahi paulatim ab ſene.ſ.uiro,imbecillo.i. fragili,& iuſſit caudam infirmi,ſup.equi,conuelli à iuuene eximiarum uirium,uniuerſam.i.ſimul totam,obtẽperatum eſt.ſ.à ſene,& à iuuene imperio.i.mandato Sertorij in cõuellenda cauda equina,modo quo iuſſerat, ſed dũ dextra.ſ.manus adoleſcentis.ſ.robuſti,fatigat ſe labore irrito,quia non potuit caudã equi quantumuis fragilis uno tractu euellere,manus, cõfecta ſenio.i.ipſius ſenis,executa eſt.ſ.paulatim,hoc eſt ſingulos pilos extrahendo,miniſterium.ſ.quod iuſſa fuerat exequi.[Tũc Sertorius ſubiecit.i.continuo dixit cõcioni barbaræ.i.multitudini barbarorum conuocatorum ad audiendum uerbum imperatoris, cognoſcere quorſum.i.ad quem finem ea res tenderet,dixit inquã exercitum noſtrũ.i.Rom.eſſe ſimilem caudæ equi,cuius.ſ.exercitus Rom.aliqui aggrediens.i.inuadens partes poſſit opprimere ſup.eas,ſed ſup conatus.i.qui conaretur proſternere uniuerſum.i.ſimul totum exercitum.ſ.Rom.tradiderit.ſ.hoſti.celerius uictoriam,quàm occupauerit ſup.eam. Ita.i. & ſic gens barbara.i.incultis moribus aſpera,& difficilis regi.i.ut regatur,ruens, id eſt,lata circumſpectione in exitium ſuum peruidit.i. uidendo cognouit oculis utilitatem quàm reſpuerat auribus.i.dum uerbis duntaxat illi diſſuadebatur. Ascen.

DE FABIO MAXIMO.

*Plut.in uita.

FABIVS *autem Maximus,cuius non dimicare, vincere fuit,cum præcipuæ fortitudinis Nolanum peditem dubia fide ſuſpectum,& ſtrenuæ operæ Lucanũ equitem amore ſcorti deperditum in caſtris haberet,vt vtroque potius bono milite vteretur,quàm in vtrumque animaduerteret,alteri ſuſpicionẽ ſuam diſſimulauit, in alterũ diſciplinã paulum à recto tenore deflexit,nanque illum plene pro tribunali laudando, omniq; genere

honoris proſequendo, animum ſuum à Pœnis ad Romanos coegit reuocare, & hunc clam meretricem redimere paſſus, paratiſſimum pro nobis excurſorem reddidit.

Oliv. Fa. Max. Nolanũ militem qua atte in fide retinuit.

FABIVS Maximus] Hic cum animaduertiſſet Nolanum quendam fortiſſimum militem, & genere præſtantem defectionis à quibuſdam accuſari, non animaduerſione, ſed vaſro conſilio ſibi fidiſſimum, & Rom. patris propugnatorem acerrimum reddidit, accito enim illo nunc inquit res eo malignitatis peruenit, vt duces ad gratiam futuram ineũdam potius accuſentur, quã pro eorum virtute honores impartiantur, deinde illum accuſauit, quod nulla in re officiũ eius ea poſceret, hæc cum dixiſſet acerrimo equo, alijſq; muneribus illũ ornauit, elleciq; vt qui antea ſuſpectus eſſet, nunc fideliſſimos & P. R. ſtudioſiſſimus efficeretur, abſurdum enim eſſe dicebat, equos, & canes uenaticos cura hominum, & familiaritate, & victu manſueſcere, feritatemq; deponere, hominibus vero imperantes, non gratia, & manſuetudine rebelles animos ſibi conciliare; aſperiora profecto, violentioraq; reſſe, quę agricolę faciũt de caprifico, ac pyraſtro oleaſtroque, nam has arbores in oleas, ficuſq;, ac piros domeſticas fouendo, blandiendoq; conuertant. Alterum militem genere Lucanum cohortium principes accuſauerãt, quod e caſtris ſe ſurripiens ſæpius ex ordine diſceſſerat, hos Fab. interrogat qualem hunc hominem eſſe animaduertiſſent, approbantibus cunctis & eius res geſtas, ac virtutes extollentibus. Fab. diligenter ſciſcitatus, diſceſſus & erroris cauſam, ubi cõperit hominem ſcorti cuiuſdam amore correptũ, ſtatim curauit clam meretriculam illam comprehend. & ad ſe in caſtra perduci, quo facto iuuenem ad ſe accitum benigne compellat, non te fugit inquit, quod præter leges, & mores Rom. è caſtris noctu ſæpe diſceſſis, ſed ante bonum te fuiſſe virũ haud oblitus ſum, errores igitur tui cum rebus à te bene geſtis recompenſentur, poſt hac vero te in alijs rebus obſeruabo, educta deinde è tentorio muliercula, hæc inquit te in caſtris retinebit, niſi propter aliam improbitatem diſceſſeris nam te huius amore è caſtris diſcedere ferebatur, eam deinde iuueni tradidit, & illum fortiſſimum ſibi retinuit, & reip. vtilem. [Cuius non dimicare, vincere] Eſt infinitius ſæpe pro re uerbi ponitur, vt hoc loco non dimicare eſt vincere nulla dimicatio eſt victoria. Contra vero etiam res uerbi ponitur pro infinito, vt conſulto pro conſulere facto pro facere. [Diſciplinam deflexit] Quia propter diſciplinam militiæ Romanæ permiſit hunc in caſtris ſcortum habere. [Paratiſſimum excurſorem] Expeditiſſimum bellatorem, nam excurſores dicuntur, qui in expeditionem aduerſus hoſtes ducuntur.

Ascan.

FAbius aũt Maximus cuius non dimicare .i. abſtinere à pugna eſt vincere, ſic n. hoc eſt cunctando Hanib. fregit, cum haberet in caſtris. ſ. ſuis peditem .i. militem pedeſtrem. Nolanum .i. è Nola oppido fortitudinis præcipuæ .i. egregiæ ſuſpectũ dubia fide, quia videbatur ad Hannib. velle tranſire, & equitem Lucanum .i. è Lucania opere. i. operationis, militatis ſtrenuæ .i. acris, & diligentis, deperditum amore ſcorti .i. meretriculæ, vt vteretur vtroq; potius bono milite, quã animaduerteret in vtrunque .i. iuſte puniret vtrunque diſſimulauit .i. diſſimulãdo abſcondit alteri ſ. Nolano ſuſpicionem ſuam de perfidia illius, & deflexit in alterum .i. ad complacendum alteri videlicet Lucano diſciplinam ſ. militarem paululum à recto tenore .i. à rigore ſuo. [Nanque laudando illum. ſ. Nolanũ, ſuſpectæ fidei, plenè .i. tanquam minime ſuſpectum, pro tribunali .i. cathedra imperatoria & proſequendo .i. afficiendo eum omni genere honoris coegit ſup. eum reuocare animum ſuum à Pœnis .i. Carth. ad Rom. & paſſus hunc. ſ. equitem Lucanum redimere. ſ. à Lenone, clam .i. in occulto meretricẽ, reddidit ſup. excurſorem. ſ. in hoſtiles terras, aut caſtra paratiſſimum .i. promptiſſimum pro nobis.

Thao.

AT qui Liuius, Equitem non peditem Nolanum, nec à Fab. Max. ſed à Marcello reuocatum ſcribit ad ſanitatem.

DE MARCO VOLVSIO ÆDILE.

*App. li. 4. ſed ad Pomp. Frõt. præueniſſe ſcribit.

VENIAM * *nunc ad eos, quibus ſalus aſtutia quæſita eſt. M. Voluſius ædilis plebis proſcriptus aſſumpto Iſiaci habitu, per itinera, uiaſq; publicas ſtipem petens, quiſnam reuera eſſet, occurrentes dignoſcere paſſus non eſt, eoq; fallaciæ genere tectus, in M. Bruti caſtra peruenit. Quid illa neceſſitate miſerius, quæ magiſtratum Pop. Rom. abiecto honoris prætextu, alienigenę religionis obſcuratum inſignibus, per vrbem iuſſit incedere? Omnes autem hi, ſuæ vitæ, aut illi alienæ mortis cupidi, qui talia vel ipſi ſuſtinuerũt, vel alios perpeti coegerunt.*

Oliv.

VENIAM nunc ad eos] De his qui aſtutia ſibi ſalutẽ parauerant. M. Voluſius à triũuiris proſcriptus, vaſro conſilio & calliditate ingenij ſalutem ſuam protexit, nam ſumpto Iſiaci habitu mendicus factus incognitum ſe omnibus præbuit, quacunque iter fecit, donec in caſtra Brutiana peruenit ſaluus, & incolumis. [Aedilis] Trib. pl. Hic locus corruptus eſſe ſolet, neque n. tribunus & ædilis quiſque vno tempore eſſe poterat, ſed ita credendum eſt vt littera ſit ædilis pleb. erant n. ædiles pleb. & curules, quod inter vtroſque intereſſet, oſtendit idem Val. 1. lib. de neglecta relig. vbi de Vat. loquitur. [Aſſumpto Iſiaci habitu] Sumpto habitu ſacerdotis Iſidis, erat aũt habitus mendicantis, nam Iſiaci ſacerdotes mendicantes per vrbes, & uicos vagabantur, polliccentes de futura prædictiones ſi daretur aſſis, & inde quæſtum faciebãt, hi valgo nunc dicũtur Cingani, ſunt autem Aegyptij, ergo habitu Iſiaci .i. habitu pauperrimi ſacerdotis. [Stipem] Pecuniam mendicans. [Quid illa neceſſitate]. Hanc fortunam uel potius Voluſij neceſſitatem deplorat, quæ nihil fermè triſtius inueniri poſſit, quæ Voluſium coegit depoſitis Rom. magiſtratus inſignibus Iſiaci, hoc eſt pauperrimi ſacerdotis, & mendicantis ſumere habitum. [Abiecto honoris prætextu] Depoſito magiſtratus inſigni. [Omnes autem hi] Damnat Voluſium & eos, qui vitæ nimium cupidi, omnem indignitatem, & turpitudinem vitandæ mortis gratia ſubire nõ dubitant, & eos qui alienæ mortis auidi homines ad eã neceſſitatem impellunt, vt ea ſuſtinere cogãtur. [Suſtinuerunt] Vitæ cupidi. [Perpeti coegerunt] Alienæ mortis auidi.

Isiaci ſacerdotes apud R. apud nos Cingari.

Ascen.

VEniam nunc ad eos quibus ſalus] .i. conſeruatio vitæ quæſita, inuenta eſt aſtutia .i. per aſtutiam. M. Voluſius ædilis plebeius, & ita non curulis, proſcriptus. ſ. à triumuiris, petens ſtipem .i. elemoſynam habitu Iſiaci .i. ſacerdotis Iſidis per itinera, & vias, non eſt paſſus occurrentes dignoſcere reuera quiſnam eſſet, & tectus .i. protectus eo genere fallaciæ peruenit in caſtra M. Bruti. [Quid miſerius fuit illa neceſſitate?] Quæ ſ. neceſſitas, iuſſit .i. voluit, aut impulit, magiſtratum P. R. quia ædilem, prætextu honoris .i. inſigni magiſtratus abiecto, incedere obſcuratum inſignibus religionis alienigenæ quia Aegyptiacæ? q. d. nihil & ita tacite dãnat Voluſium Brutianus partes ſecutum. [Omnes autem hi, qui ipſi .i. in ſe ſuſtinuerunt talia .i. tam miſerum ſubterfugium, cupidi ſup. fuerunt ſuæ vitæ. ſ. conſeruandæ plus, quàm honoris, aut illi, qui alios coegerunt perpeti talia, fuerunt cupidi mortis alienæ.

DE SENTIO SATVRNINO VATVLIONA.

*Pompeium uocat Appia. li. 4.

ALIQVANTO * *ſpecioſius Sentij Saturnini Vetulionis in eodem genere caſus, vltimæ, ſortis auxilium, qui cum à triumuiris inter proſcriptos nomen ſuum propoſitum audiſſet, continuo prętur ę inſignia inuaſit, prę cedentibuſq; in modum lictorum, & apparitorum publicorum ſeruis ſubornatis, vehicula comprehendit, hoſpitia occupauit, obuios ſummouit, ac tam audaci vſurpatione imperij, in maxima luce denſiſſimas hoſtilibus oculis tenebras effudit. Idem vt Puteolos venit, perinde vt publicum miniſterium agens, ſumma cũ licentia correptis nauibus in Siciliam certiſſimum tũc proſcriptorum profugium penetrauit. His uno adiecto leuioris notæ exemplo ad externa reuertar.*

Oliv.

ALIQVANTO ſpecioſius] Hic Saturninus Vetulio honeſtiori ratione, longeq; à ſuperiori diuerſa ſuæ ſaluti conſuluit, proſcriptus. n. à triumuiris cum ſe quæri ab interfectoribus audiſſet, nõ mendicis habitum, ſed magiſtratus inſignia audacter ſuſcepit, ſubornatiſq; ſeruis, eos tanquam apparitores, & lictores præcedere iuſſit, ea quo factum eſt, vt per omnes colonias, & municipia Romana publice ſuſceptus, vehicula publica, hoſpitia honorifica vbiq; conſequeretur. Puteolos quoque delatus, non aliter ea Romana claſſe, quæ tum ibi erat, ſibi neceſſarias naues delegit, quã ſi prætor, aut alius publicus magiſtratus ea iuſſiſſet, qua audacia in Siciliam tutus peruenit, quo cæteri proſcripti confugiebant. [Vetulionis] Ad differentiam

Saturnius

Saturnini Apulei de quo ſupra dictum eſt. [Perinde ut publicum miniſterium] Tanquam publico officio fungens. [Certiſſimum profugium] Nam ibi tuti eſſe poterant proſcripti. [Leuioris notæ] Ignobilitatis conditionis.

ASCEN. ALiquanto ſpecioſius Sentij] Aut ut alij legunt ſenſeris, quod ſi eſt legendū. Ordo eſt. Tu ſenſeris auxiliū Saturnini aliquanto ſpecioſius, &c. [Sin ſententijs ſic] Auxilium Saturnini Vetulionis in eodem genere caſus extremæ ſortis. i. mortis euitandæ ſup. fuit ſpecioſius aliquanto. i. aliqua ex parte ſup. quā Voluſij ſententijs. i. ſm ſententias, & iudicia hominū. [Qui cū audiſſet nomen ſuum ꝓpoſitū inter ꝓſcriptos à triūuiris, inuaſit. i. violenter accepit cōtinuo inſignia præturæ, & ſeruis ſubornatis in modū lictorū, & apparitorū. i. ſatellitum publicorum præcedentibus, comprehendit. ſ. vbicunq; uenerat, quaſi nomine publico vehicula, quibus ſarcinas ſuas euexit, & forte ſe, & ſuos, occupauit hoſpitia. ſ. publica, ſummouit. i. de via cedere fecit obuios, ac effudit tam audaci vſurpatione imperij oculis hoſtilibus, tenebras denſiſſimas, in maxima luce. i. cū incenderet maxime conſpicuus, & tanquā prætor Romanus ab inimicis eum quærentibus nō eſt agnitus. [Idem]. ſ. Saturninus. Vt venit Puteolos, perinde ac. i. tanquam agens publicū miniſteriū. i. ad remp. pertinens nauibus correptis cū ſumma licētia. i. pro libidine, quas vellet inuitis dominis, penetrauit in Siciliam certiſſimum tunc profugium proſcriptorū. Quia autem multa domeſtica ſubiecit exempla, ne multitudo faſtidium, pariat, dicit. Vno exemplo notæ leuioris. i. minoris æſtimationis, ſicut æs minore nota percuſſum adiecto his. ſ. iā dictis reuertar, pro eo, quod eſt uertam me ad extrema.

THSO. SEntentijs] Parthaſius exiſtimabat incōmode ſententijs imperitia librarij ſcriptū ꝓ Sentij. Nā Sentij prænomē in vſu ueterū fuiſſe ſatis indicāt, Sētius Gallus, & Sētius Augurinus.

DE AMORE CVIVSDAM PATRIS IN FILIVM.

*AMANTISSIMVS quidam filij, cū eū incōceſſis, ac periculoſis facibus accenſum, ac inſana cupiditate pater inhibere vellet, ſalubri conſilio patriam indulgētiam temperauit, petijt enim, ut prius, quam ad eam, quam diligebat, iret, *uulgari ac permiſſa Venere uteretur. cuius precibus obſecutus adoleſcēs, infelicis animi impetum ſacietate licentis cōcubitus repreſſum, ad id, quod non licebat, tardiorem pigrioremq; afferens, paulatim depoſuit.*

*Ineas quilibet ante velim Ouid. li. 2. de Remed.

OLIV. AMANTISSIMVS quidam] Pater quidam cuius ꝓpter ignobilitatem nomen nō ponitur, cum ſenſiſſet filium inſano matronæ cuiuſdam amore detineri, vaſro conſilio ab eo quaſi furore reuocauit, nā quoties ad matronā erat iturus, ab eo petebat, vt prius vulgari, & publico ſcorto uteretur qd cū feciſſet adoleſcens extincta eius libido, nō facile matronæ blanditijs poſtea intendebatur, & ita filiū à periculoſo amore liberauit. [Periculoſis facibus] Quia matronā amabat ad quam non ſine periculo accedere poterat. [Inhibere] Coercere. [Reſolutum] Quaſi obtuſum, refrenatum.

ASCEN. AMantiſſimus, &c. [Ordo eſt. Quidam pater amantiſſimus filij. ſ. ſui, cū vellet inhibere. i. retrahere eum accēſū facibus. i. amorū inconceſſis, & periculoſis, quia cuiuſdam matronæ cupiditate] inſana. i. temeraria, aut uehementi vſq; ad inſaniam, temperauit indulgentiam patriā cōſilio ſalubri, quantum ad illius ſæculi errorem. quo minorē fornicationem, capitalem non ſenſerunt culpam. Enim pro qa, pater petijt à filio, vt priuſquam iret ad eam quā diligebat, vteretur venere vulgari, ac permiſſa. i. coitu meretricio, cuius precibus adoleſcens obſecutus, afferēs impetū animi infelicis. i. infeliciter amātis reſolutū. i. retuſum & laxatum ſacietate cōcubitus licentis. i. tunc permiſſi, & nunc quoq; ad euitandū maius malum à ſeculari iudice raro puniti, afferens dico tardiorē, & pigriorem ad id, quod non licebat, depoſuit ſup. eum paulatim.

EXTERNA.
DE QVODAM ASINARIO.

CVM Alexander Macedonum Rex ſorte monitus, vt eū qui ſibi porta egreſſo primus occurriſſet interfici iuberet, Aſinarium forte ſibi obuiam factum ad mortem abripi imperauit. eoq; quærente quidnam ſe immerentē capitali ſupplicio innocentemq; addiceret, cum ad excuſandum factum ſuum oraculi præceptū retuliſſet, Aſinarius, ita eſt, inquit, rex, alium ſors huic morti deſtinauit, nam aſellus, quem ego ante agebam, prior tibi occurrit. Delectatus Alexander & illius tā callido dicto, & qd ab errore ipſo reuocatus erat, occaſionem in aliquanto viliore animali expiādæ religionis rapuit. ſumma in hoc cum calliditate manſuetudo, ſumma quoq; in alterius regis Equiſone calliditas.

OLIV. CVM Alex.] Cum Alexander ducturus eſſet exercitum in Perſas conſuluit oraculum, quem ſuſcepti belli euentum eſſet habiturus, felicē reſpondit Apollo, ſi eum, qui primus ſibi porta egreſſo occurriſſet, occidi iuſſiſſet, forte ita accidit vt Aſinarius quidam occurreret, quem cū ad cædē rapi imperaſſet, admiratus Aſinarius, qui ſe innocentē ſciret, & rei cauſam nō intelligeret, quæſiuit ex Alex. qua gratia id faceret. quī cū Alex. Apollinis reſponſum, & fati neceſſitatem aperuiſſet, nō tibi prior inquit occurri ò rex, ſed Aſinus, qui ante me actus præcedebat, quo callido reſponſo ſe ab imminenti morte liberauit, nam hoc dicto delectatus Alex. Aſinum occidi, & hominem ſeruari iuſſit. [Sorte monitus] i. oraculo. nam dupliciter dabantur reſponſa, aut uerbis, cum Phœbus loquebatur, & futura prædicebat, aut in folijs palmæ, in quibus dicit Var. interdum notis, interdum ſcribebant ſermonibus. Vnde Virgil. Folijs ne tantum carmina mandes. Ipſa canas oro, finem dedit ore loquendi. [Addiceret] Aſtringeret, deſtinaret. [Oraculi præceptum] Reſponſum Apol. qui ſuæ ſalutis cauſa id facere iuſſiſſet. [Summa in hoc] In hoc inquit exemplo calliditas, & manſuetudo apparuit, in ſequenti vero, ſola Agaſonis regis Darij calliditas cognoſcitur. [Equiſone] Agaſone, & equorū miniſtro, ſiue ſtabulario.

ASCEN. CVm Alexander rex Macedonū monitus ſorte] i. vaticinio ſortilegorū. vt iuberet interfici eū q occurriſſet primus ſibi egreſſo porta, imperaſſet Aſinarium: i. actorem Aſini factum obuiā ſorte. i. à caſu ante omnes. i. homines arripi ad mortem, & eo quærente quidnam addiceret capitali ſupplicio, id eſt morti ſe immerentem, & innocentem. Cumque ſup. Alexan. retuliſſet præceptum oraculi ad excuſandum factum ſuum, Aſinarius inquit, ò rex ſi ita eſt, ſors deſtinauit al. ſi. huic morti. Nam Aſellus. quem ego agebam, ante me occurrit tibi prior, ſcilicet quàm ego. Alexand. delectatus & illius dicto tam callido, & quod ipſe reuocatus erat ab errore, ſcilicet quo humanam hoſtiam immolare conſtituerat, rapuit occaſionem religionis expiādæ. i. placādæ, aut exoluendæ, in animali viliori aliquanto [immo infinito, ſi precium animæ humanæ æſtimes ualere] Summa mā ſuetudo. ſ. regis cum calliditate, ſcilicet Aſinarij, fuit in hoc. ſ. exemplo, ſumma quoq; calliditas fuit in Equiſone alterius regis. ſ. Darij.

DE DARIO REGE.

*SORDIDA *magnorum dominatione Perſide oppreſſa, Darius Rex adiutoribus eiuſdem dignitatis aſſumptis pactum cum præclari operis conſortibus fecit, vt equis inſidentes, Solis ortu, curſum in quendam locum dirigerent, isq; regno potiretur, cuius equus in eo primus hinniuiſſet. ceterum maximæ mercedis competitoribus fortunæ beneficium expectantibus, ſolus *acumine Equiſonis ſui Ebaris proſperum exoptatæ rei effectum aſſecutus eſt, qui in equæ genitalem partem demiſſa manum, cum ad eum locum uentum eſſet, naribus equi admouit, quo odore irritatus, ante omnes hinnitum edidit, auditoque eo, ſex reliqui ſummæ poteſtatis continuo equis delapſi, candidati (vt eſt mos Perſarum) humi proſtratis corporibus, Darium regem ſalutauerunt. Quantum imperium, quàm paruo intercceptum eſt vaframento.*

*Iuſt. li. 1. aliter.

*Herod li. 3. hoc etiam refert.

Sordida

OLIV. SORDIDA magorum] Occiſis magis, qui Perſarum regnum per dolum occupauerant, ut dictũ eſt in cap. de fortitudine, magna quidem gloria recuperati regni principum fuit, ſed multo maior in eo, quod eũ de regno ambigerent, concordare potuerunt, erãt enim virtute, & nobilitate tã pares, vt difficilem populo electionem æqualitas faceret, ipſi igitur viam inuenerunt, qua de ſe iudicium religioni, & fortunæ committerẽt, pactiq; inter ſe ſunt, vt die ſtatuto omnes equos ante regiã primo mane perducerent, & cuius equus inter ſolis ortum hinnitum primus edidiſſet, is rex eſſet, nam & ſolem Perſæ vnum Deum eſſe credunt, & equos eidem deo ſacratos eſſe ferunt, & erat inter cõiuratos Darius hidaſpi filius, cui de regno ſolicito, equi cuſtos ait, Si ea res victoriam moderetur nihil negotij ſuperesse, per noctem deinde equum pridie conſtitutam diem, ad eundẽ locũ duxit, ibiq; equæ admouit, vel ut dicit Val. in equæ genitalem partem demiſſam manum cum ad eum locum ventum eſſet, equi naribus admouit, quo odore, vel voluptate Veneris irritatus equus, hinnitum ſtatim dedit, & inſignibus alijs felix auſpicium domino primus emiſit, tanta moderatio cæteris fuit, vt audito auſpicio, confeſtim equis diſiluerint & Dariũ regem ſalutauerint. In expoſitione huius hiſtoriæ Iuſtinũ ſolum modo ſum ſecutus, in cap de fortitudine aliorum quoq; ſententiam inferui. [Perſide oppreſſa] Perſarum regno occupato. [Candidati] Vtpote competitores eiuſdem magiſtratus, & imperij [Paruo vaframento] Parua calliditate.

ASCEN. SOrdida dominatione magorum] .ſ. ignobilium quorundam, qui regnum occupauerant oppreſſa. ſ. à Dario, & quibuſdam alijs nobilibus ſup. in Perſide. ſ. regione Perſarum, aut dominatione Perſide (à nominatiuo Perſida, qui factus ſit ab accuſatiuo Perſida, à nominatiuo Perſis Perſidos deflexo) oppreſſa (non tamen dicam cum Oliuerio, Perſide oppreſſa, qui deliberata loquitur) Darius rex. ſ. futurus aſſumptis adiutoribus eiuſdem dignitatis. i. alijs nobilibus, qui ſecum magos oppreſſerant, fecit cum conſortibus præclari operis. i. tyrãnicidij, pactum ſ. de regis noui creatione, ut ipſi inſidentes equis, ſup. in ortu ſolis, dirigerent curſum in quendam. i. certam locum, & is potiretur regno, cuius equus hinniſſet. i. hinnitum emiſiſſet primus in eo. ſ. loco. [Cæteris. i. ſed competitoribus maximæ mercedis, hoc eſt tanti regni, expectantibus beneficium fortunæ, vt forte fortuna equus ſuus hinniret, nulla induſtria adhibita ſolus, ſcilicet Darius aſſecutus eſt proſperum affectũ rei optatæ. i. adoptionem regni propter hinnitum equi acumine, id eſt ſolerti induſtria, Ebaris Equiſonis ſui. i. actoris equorum ſuorum, qui admouit naribus equi. ſ. Darij, manum, ſcilicet ſuam demiſſam. i. paulo ante in partem genitalem. i. qua concipere ſolent equæ, quo odore equus Darij irritatus. i. prouocatus ad Venerem, & ita exhilaratus, edidit hinnitum ante omnes, ſcilicet alios, & eo. ſ. hinnitu audito reliqui ſex candidati. i. cõpetitores ſummæ poteſtatis delapſi. i. ibi celeriter deſcendentes, continuo equis ſalutauerunt Darium regem corporibus proſtratis humi, ut eſt mos Perſarũ. ſ. adorandi regem. (Quantũ) i. ò quantũ imperium, quàm. i. quam ſi paruo uaframẽto. i. calliditate eſt interceptum. i. alijs præreptum, aut inceptum. i. initium primo à Dario? q. d. maximum minimo.

DE BIANTE PRIENENSI.

Ariſt. li. 2. Rhet. alij alijs tribuit.

*BIAS *autem, cuius ſapientia diuturnior inter homines eſt quàm patria Priene fuit, (ſi quidem hic etiam nunc ſpirat, illius perinde atq; extincta veſtigia tantummodo extant) ita aiebat, oportere homines in vſu amicitiæ verſari, vt meminiſſent eam ad grauiſſimas inimicitias poſſe conuerti. quod quidem præceptum prima ſpecie nimis fortaſſe callidum videatur inimicumque ſimplicitati, quæ præcipue familiaritas gaudet, ſed ſi altioribus animi cogitatio demiſſa fuerit, *perquam vtile reperietur.*

*Immo nihil magis inimi‍cum. Cic. in Lælio.

OLIV. Bias Prienenſis. BIAS autem] Quod Bianti Val. attribuit, Chiloni Plut. aſcribit. Chilon enim vt tradit Plut. dicere ſolebat, ames caute, quaſi aliquã ſis oditurus forte habiturus. item hactenus oderis tanquam fortaſſe ſis amaturus, ac ſi diceret, non debemus eo vſq; amicum amare, vt ſi quid indignũ, & turpe fecerit, vel tulerit, odiſſe nequeamus, & è cõtra, nec tantopere odiſſe, ut eum in amicitiam noſtram, ſi neceſſe fuerit, recipere non poſſimus, nõ mirum hoc à Biante dictum, nam & Scipio teſte Cic. lib. de amicitia dicere ſolebat, nihil difficilius eſſe q̃ amicitiam uſq; ad extremum vitæ diem permanere. Laertius quoq; hoc Biantis dictũ non Chilonis fuiſſe affirmat. [Cuius ſapientia diuturnior] Quia euerſa, & extincta patria, eius ſapientiæ nomine gloria ſicut immortalis, quæ ad noſtram uſq; ætatem peruenit, quamuis ergo patria perierit, non tamen eius ſapientia potuit intercipi, aut aliquo modo perire. [Inimicumq; ſimplici] Quia qui ſimpliciter, amat amat vſq; in finem. [Quæ præcipue familiaritas gaudet] Nam vera amicitia ſimplicitate lætatur, & nulla ſimulatione, aut diſſimulatione eſt inuoluta, quales eſſe ſolent eorum, qui amicitias, & inimicitias non ex re, ſed commodo ſuo metiuntur. [Altior animus cogitatio] Si diligentius hoc edictum ea cogitare voluerit quiſpiam. [Perquam utile] i. ualde utile, ne. ſ. tantum in amore progrediatur, ut ſi neceſſe fuerit gradum reuocare nequeamus.

ASCEN. BIas aũt, cuius ſapientia fuit diuturnior inter homines] Quàm Priene patria ſup. eius [Si quidem, hic ſ. Bias, aut hæc. ſ. fama Biantis, aut Biæ utrumque. n. repert, ſpirat. i. ſpiritum vitalem ducit, hoc eſt durat etiam nunc. i. adhuc veſtigia extant, tantum modo illius. ſ. patriæ eius perinde atq; extinctæ) aiebat homines oportere verſari in uſu amicitiæ ita ut meminiſſent. i. memores ſint eã poſſe cõuerti ad grauiſſimas inimicitias Quod quidem præceptũ uidetur fortaſſe prima ſpecie. i. inſpectione nimis callidum, & inimicum ſimplicitati, qua familiaritas gaudet præcipue, ſi cogitatio demiſſa fuerit animus altioribus, præceptum ſup. reperietur perquam. i. ualde utile.

DE ANAXIMENE PRÆCEPTORE ALEXANDRI.

*LAMPSACENAE *vero vrbis ſalus vnius vaframenti beneficio conſtitit, nam cum ad excidium eius ſummo ſtudio Alexander ferretur, progreſſumq; extra mœnia Anaximenem præceptorem ſuum vidiſſet, quia manifeſtum erat, futurum, vt preces ſuas iræ eius opponeret non ſ. facturum, ſe quod petiſſet, iurauit, tunc Anaximenes peto (inquit) vt Lampſacũ diruas. Hæc velocitas ſagacitatis oppidum vetuſta nobilitate inclytum exitio, cui deſtinatum erat, ſubtraxit.*

*Suidas & Pauſa. nias, lib. 6.

OLIV. LAMPSACENAE urbis] Hic quod Val. Anaximeni attribuit nonnulli Ariſt. tradunt, uterque enim præceptore Alexander eſt uſus. Anaximenes, ut inquit Val. vel Ariſt. ut alij volunt legatus Alex pro patria quam euertere Alexãder conſtituerat, cũ ueniſſet ad eũ ſupplicaturus erat ꝓ patria, Sed Alex. ratus id, quod erat ſupplicarũ eum ueniſſe pro patria, ne precibus à propoſito ſuo reuocari poſſet, iurauit illi ſe negaturũ quidquid peteret Anaximenes. ſiue Ariſtoteles perijt vt patriã perderet, quo dicto grauiter doluit Alexander, q̃ animũ ſui ꝓpoſitũ exequi ſalua fide non poſſet, nam cũ illi iuraſſet, omnia ſe negaturum ſalua fide non poſſet, nam cũ illi iuraſſet, omnia ſe negaturum, iuſiurandum uiolare, & dictum reuocare non poterat [Lampſacenæ] Lampſa cum proprium nomen eſt urbis, quod uero in cũ deſinunt propria ita formant poſſeſſiua, ut Lema cum Lemacenus, Leonicum Leonicenus. Lampſacum Lampſacenus. [Iræ eius opponeret] Precibus obſiſteret iræ ſuæ.

Anaximenis uafre dictum.

ASCEN. LAmpſacenæ, &c.] Vero. i. ſed ſalus urbi Lampſacenæ. i. Lampſaci, (nueut iſti ſcriptum Lampſacenæ) conſtitit. i. conſeruata eſt beneficio, unius uaframenti. i. callidi inuenti, nam cũ Alexander, ſ. magnus ferretur ſummo ſtudio, ad excidium. i. euerſionem eius. ſ. urbis, & uidiſſet Anaximenẽ præceptorum ſuum progreſſum extra mœnia, quia manifeſtum erat futurũ ut Anaximenes opponeret iræ eius. ſ. Alex preces ſuas. Alex. iurauit, ſe non facturũ, quod ſ. Anaximenes petijſſet, tũc Anaximenes inquit, peto vt diruas Lamſacũ. Hæc uelocitas. i. ſolers inuentio ſagacitatis. i. ſagacis medij ſubtraxit oppidũ inclytum uetuſta nobilitate exitio, cui erat deſtinatum. Si pro patria interceſſurum putauit Alexander nõ recte Ariſtoteli id attribuas, cui patria, non Lampſacum, ſed Stagyra fuit.

THEO. LAmpſacenæ] Non dubium, quin Anaximenes is fuerit, non ut alij ſuſpicantur, Ariſtoteles. Alexander enim cum Lampſacum, quia Perſarum rebus ſtuderet, obſeſſam funditus exſcindere ſtatuiſſet, ab Anaximene hac arte, quã Valerius refert, eluſus eſt, Aeliacorum ſecundo Pauſanias auctor eſt, & latina epiſtola quadam repetit.

DE DEMOSTHENE.

DEMOSTHENIS quoq; aſtutia mirifice cuidam ancillæ ſuccurſum eſt, quæ pecuniam depoſiti nomine à duobus hoſpitibus acceperat ea conditione, ut illum ſimul vtriſque redderet, quorum alter interiecto tempore tanquã mortuo ſocio ſquallore obſitus decepta omnes nummos abſtulit, ſuperuenit deinde alter, & depoſitum petere cœpit, hærebat miſera in maxima pariter & pecuniæ, & defenſionis penuria, iamque dellaqueo, & ſuſpendio cogitabat, ſed opportune Demoſthenes ei patronus affuit, qui vt in adoptionem uenit, mulier (inquit) parata eſt depoſiti ſe fidem ſoluere, ſed niſi ſocium adduxeris, id facere non poteſt, quoniam vt ipſe uociferaris, hæc dicta eſt lex, ne pecunia alteri ſine altero numeretur.

Oliv. Demoſth, aſtuta defenſio. DEMOSTHENIS) Hic auctor inſignis iniuriæ cuiuſdam mulieris cũ maxima calliditate ſuccurrit, cum. n. hoſpites duo certã pecuniæ quantitatem apud eam certa lege depoſuiſſet, ut non alteri ſine altero redderet, & cum alter ſimulata alterius morte rediſſet, omnemque pecuniam inſtuliſſet, ſuperuenit paulo poſt alter pecuniam repetens, mulier incerta quid ageret, cum non haberet, vnde redderet, eo, deſperationis redigitur, ut de laqueo cogitaret. Demoſthenes hac eã calliditate liberauit, ut diceret, parata eſt mulier reddere depoſitũ ea, qua lege recepit, ut utriſq; pariter reddat, niſi alter affuerit, ex lege reſtituere non poteſt. [Squallare obſitus] Immundus, & atra ueſte indutus, barba capilloq; promiſſo. [Hærebat] Incerta erat, & fluctuabat. Iuuen. hæres & Chionem dubia] alta deducere ſella. [Affulſit] Apparuit.

Aſcen. DEmoſthenes, &c.] Ordo eſt. Succurſum eſt quoq; mirifice cuidam ancillæ aſtutia. i. callido conſilio Demoſthenis. ſ. oratoris clariſſimi in Græcia, quæ acceperat pecuniã à duobus hoſpitibus nomine, id eſt ſub ratione depoſiti, ea conditione, ut redderet illam. ſ. pecuniam ſimul utriſque quorũ alter tempore interiecto obſitus ſquallore tãquam ſocio mortuo, abſtulit. ſ. ancillæ deceptæ omnes nummos. ſ. depoſitos ab utriſque, deinde alter ſuperuenit, & cœpit petere depoſitũ. Miſera, ſ. ancilla, hæreret. i. perplexa, & ſuſpẽſa erat in maxima penuria. i. catentia, pariter, & pecuniæ, quia omnem acceperat, alteri reddiderat, & propriam nõ habebat, & defenſoris, quia pauper cula erat, & ancilla, & cogitabat iam de laqueo, & ſuſpẽdio id eſt de ſuſpendenda, & ſtrangulanda laqueo, ſed Demoſthenes aſtuit opportune ei patronus. i. defenſor, qui ut. i. poſtquã venit in aduocationem. i. defenſionẽ ancillæ, inquit, mulier eſt parata ſe ſoluere fidem. i. fidelem promiſſionem depoſiti (forte melius legatur fide, vt ſit ſoluere) ſed non poteſt facere id, niſi adduxeris ſocium, quoniam ut ipſe. i. vociferaris. i. calamitas, hęc lex eſt dicta, ſcilicet à uobis in deponenda pecunia, ne pecunia numeretur alteri ſine altero.

DE QVODAM VIRO ATHANIENSI.

AC ne illud quidem parum prudenter, quidam Athenis uniuerſo populo inuiſus cauſam apud eum capitali crimine dicturus, maximum honorem ſubito petere cœpit, non quod ſperaret ſe illũ conſequi poſſe, ſed vt haberent homines, ubi procurſum iræ, qui acerrimus eſſe ſolet, effunderent, neq; eum tam callidi cõſilij ratio fefellit, comitij enim clamore infeſto, & crebris totius cõcionis ſibilis uexatus, nota etiam denegati honoris perſtrictus, eiuſdem plebis paulo poſt in diſcrimine vita clemẽtiſſima ſuffragia expertus eſt. Quod ſi adhuc ei ultionem ſitienti capitis ſui periculum obiciſſet, nullam partẽ defenſionis odio obſerata aures reciperent. Huic vaframento conſimilis illa calliditas.

Oliv. AC ne illud quidem] Vafra ignoti cuiuſdam hominis in diſcrimine vitæ cogitatio, hic accuſatus in capitali crimine ſibi cauſa dicenda foret, magiſtratum peteret maximum tanquam prœmium non pœnam meruiſſet, hoc autẽ fecit, nõ quia ſperaret ſe potiturum magiſtratum, ſed ut populus haberet, vbi cõcitatæ in ſe iracundiæ impetũ effunderet, quod etiam factum eſt, nam imprudentiam eius omnes admirati cõuitijs, & clamoribus exiulilarunt, exploſeruntq; turpiter è foro, deinde cum ad dictionem cauſæ deſcendiſſet, populus qui tam turpiter illũ è foro eieciſſet, miſericordia commotus, à capitali crimine liberauit [Nota etiam denegati] Infamia, & repulſæ ignominia affectus. [Vltionem ſitienti] Damnationem eius cupienti in vltionem acceptæ iniuriæ.

A C ne illud quidem] Sup. factum eſt parum prudenter. Quidam Athenis. ſ. vir, inuiſus vniuerſo populo, dicturus apud eum, ſcilicet, populum, cauſam, id eſt, defenſurus ſe, aut purgaturus ſup. de crimine capitali, cœpit ſubito petere maximum honorem non ſup. ideo quod ſperaret ſe poſſe cõſequi illum, ſcilicet honorem, ſed ut homines haberent ſup. materiã, ubi. i. in qua, effunderent. i. euacuarent procurſum, id eſt primũ excurſũ iræ, qui ſolet eſſe acerrimus, & ideo ſi illi de capite ſuo ſententiam primũ obieciſſent, male de ſe actum ſenſiſſet. Neque ratio tam callidi conſilij fefellit eum. Enim pro quia, ipſe uexatus infeſto. i. moleſto, & iam inferenti clamore comitij. i. qui fiebat in comitio, hoc eſt ut uulgo dñr in conuocatione ad magiſtratus eligendos, & crebris ſibilis, id eſt caibilationibus, & irriſionibus quas pleræque nationes ſibilando faciunt, totius concionis. i. populi conuocati perſtrictus, id eſt cõtractus [nam honore dilatamus animum & inceſſum, contumelia perſtringimus & coarctamus] nota honoris denegati, vt plebs in repulſa tali omnem iram ſuam effutiret, expertus eſt paulo poſt clementiſſima ſuffragia eiuſdem plebis in diſcrimine, id eſt periculo uitę. ſ. ſuæ, qui iam exaturata erat vindicta repulſę. Quod ſi obieciſſet ei. ſ. plebi ſitienti, adhuc vltionẽm, periculum capitis ſui aures, ſcilicet plebis obſeratæ. i. clauſæ odio, id eſt ꝓpter odium. nullam. i. non ullam reciperent ullam partem defenſionis. i. purgationis. [Illa. ſ. quæ ſequitur calliditas eſt ſimilis huic vaframento. i. callido facto iam dicto. Aſcen

DE HANNIBALE SPVRIORE.

*SVPERIOR *Hannibal à Duillio conſule naua li prælio victus, timensq; claſſis amiſſę pœnas dare offenſam aſtutia mire auertit, nam ex illa infelici pugna priuſquam cladis nuncius domũ perueniret, quendam ex amicis compoſitum, & ornatum, Carthaginem miſit, qui poſtquam ciuitatis eius curiam intrauit, cõſuli, inquit, vos Hannibal, cum dux Romanorum magnas ſecum maritimas trahens copias aduenires, an cũ eo cõfligere debeat, acclamauit uniuerſus ſenatus non eſſe dubium quin oporteret. tum ille conflixit, inquit, & ſuperatus eſt. Ita liberum bis non reliquit id factum damnare, quod ipſi fieri debuiſſe iudicauerant.*

*Sic vocat Oroſ. li. 4. c. 7. Plin. de uir. illuſt. Himilconẽ, quem Carthaginẽ. fugiſſe, & nullũ miſiſſe ſcribit.

Oliv. SVPERIOR Hannibal] Plin. de uiris illuſtr. diſſentit à Valer. & nomine, & tempore, non enim Hannibalem ſed Giſgonẽ, nec ſecundo, ſed primo Pun. bel. fuiſſe dicit, hęc ſunt Plinij verba. Duellius primo Pun bel dux contra Carth. miſſus, vbi uidit eos multum mari poſſe, claſſem magis ualidã, quàm decoram fabrefecit, & manus ferreas in uſu habuit, quibus hoſtium naues apprehendit, qui uicti, & capti ſunt, Himoclcodus claſſis Carthaginem fugit, & à ſenatu quæſiuit, quid faciẽdum cenſerent, omnibus pugnaret clamantibus, feci, inquit, & victus ſum, & ſic pœnam crucis effugit, nam apud Pœnos dux re male geſta puniebatur. Duellio conceſſum eſt ut prælucẽte funali, & præcinente tibicine à cœna publice rediret. [Superior Hannibal] Fuerunt ſecundum Valerium ſuperior, & inferior. Superior, qui primo Pun. bel à Duellio conſule nauali prælio ſuperatus eſt, inferior, qui ſecundo grauiſſimã Romanis, & Italiæ cladem, ac penè ruinam rerum omniũ intulit, ſed tandem à Scipione Aphricano ſuperiore, & Italia pulſus, & acie, & Aphrica ſuperatus. [Amiſſæ claſſis pœnas] Quia capitale erat apud Pœnos, ſi quis iniuſſu ſenatus infeliciter pugnaſſet [Quendam ex amicis compoſitum [Vide quantum diſſentiat à Plinio, nam Plinius non miſiſſe quempiã, ſed ipſum profugiſſe ducem, Carthaginemq; petijſſe, & à ſenatu quæſiſſe dicit, quid ſibi faciendum eſſet. [Liberum non reliquit]. i. integrum illi damnare factum, quod faciendum iudicarant.

ASCEN. HAnnibal] Carthag. dux uictus à Duellio cõſule. ſ. roma no, prælio nauali. xxx nauibus commiſſo, & timẽs damno, ie. i. perſoluere populo Carthaginienſi pœnas claſſis amiſſæ. i. ob claſſem Carth amiſſã aucxit. i. amouit à ſe offenſam. i. indignationẽ & irã Carthag. oſtenſorũ mire. i. mire ut ſcietis. Nam priuſquã nuncius cladis perueniret domũ ex illa infelici pugna. i. poſt illam infelicem pugnã, miſit Carthi. quẽdam ex amicis compoſitum, & ornatum. i. inſtructũ tali caute la, qualem iam dicet, qui poſtquam intrauit curiam. i. cõgregationem ſenatus, & conſiliariorũ ciuitatis eius, hoc eſt Carthaginis inquit, Hannibal conſulit. i. conſilium petit vos eſt. i. quõ ita ſit, quod dux Romanorum videlicet Duellius aduenerit, trahens ſecum magna copias maritimas, an deberet cõfligere cũ eo. Vniuerſus ſenatus acclamauit nõ eſſe dubium, quin oporteret. ſ. eum confligere cũ Romanis. [Tum ille. ſ. ſubornatus, & inſtructus ad hoc inquit, ipſe cõflexit, & ſuperatus eſt, ita. i. & ſic Hann. non reliquit iis. ſ. Carthag. ſenatoribus dãnare id factum, quod ipſi iudicarant, debuiſſe fieri.

DE HANNIBALE POSTERIORE.

*Liu. li. 22. Plut. in Fab. Frõt, quoque li. 1. c. 8. ITIDEM * *Hannibal Fabium Maximum inuictã armorum ſuorum uim ſaluberrimis cunctationibus pugnę ludificantẽ, ut aliqua ſuſpicione trahẽdi belli reſpergeret, totius Italiæ agros ferro, atq; igni vaſtãdo, vnius eius fundum immunem ab hoc iniuria genere reliquit. Profeciſſet aliquid tanti beneficij inſidioſa adumbratio eius. niſi Romanæ urbi, & Fabij pietas, & Hannibalis vafri mores fuiſſent notiſſimi.*

OLIV. ITIDEM Hannibal Fabium] Liu. ſecundi Pun. bel. lib. 2. Acceſſerant, inquit dux, res ad augendã dictatoris inuidiã vna fraude, ac dolo Hannibalis, qui cum à perfugis ei mõſtratus ager dictatoris eſſet, omnibus circa ſolo æquatis, ab eo uno, ferro, igneq;, & uim omnem hoſtium abſtineri iuſſit, ut occulti alicuius pacti ea merces uideri poſſet, altera ipſius, facto primo fortaſſe dubio, quia nõ expectata in eo ſenatus auctoritas eſt, ad extremũ aut ambigue in maximam laudem verſo in permutandis captiuis, quod ſicut primo Pun. bel factũ erat conuenerat inter duces Romanum, Pœnumq;, ut quę pars plus reciperet, quã daret argenti põdo bina, & ſelibras in milite pręſtaret ccxlvii. cũ plures Romanus, quàm Pœnus recepiſſet, argentumq; pro eis debitum, ſæpe iactata in ſenatu re. quoniã non conſuluiſſet patres tardius erogaretur, inuiolatum ab hoſte agrum miſſo Roma filio uendidit, fidemq; publicã impendio priuato exoluit. Frontinus vero Hannibal Fabium, cui

Fab. cunctione ſua reip. ſeruauit neq; uirtute, nec arte bellandi par erat, ut infamia reſpergeret agris eius abſtinuit, ceterosq; populatus. Cõtra ille, ne ſuſpecta ciuibus fides eſſet, magnitudine animi effecit, publicatis poſſeſſionibus ſuis, hoc idem feciſſe Periclem tradit Iuſtinus. [Item Hãnibal]. ſ. inferior iste, de quo ſupra dictũ eſt. [Saluberrimis cũctationibus] Vt Ennius, Vnus qui nobis cunctãdo reſtituit rẽ [Immunem] Intactum, & expertam. [Inſidioſa adumbratio] Bene adumbratio, non enim erat beneficium, ſed umbra quædam beneficiis, in quo latebant inſidiæ, ut videlicet dictatorẽ populo ſuſpectum redderet. [Et Fabij pietas] Qua uſus eſt in captiuos Romanos, ut agrum ſuum venderet, aliosq; redimeret.

ASCAN. ITidem]. i. cõſimiliter, aut idem. ſ. Hannibal, ut reſpergeret aliqua ſuſpicione. i. mala occaſione] tanquam corruptus ſit ab hoſtibus] belli trahendi. i. protrahendi. & dilatandi, Fab. Maximum ludificantem. i. fruſtrantem ſaluberrimis cunctationibus i. dilationibus. & immorationibus pugnę, inuictã vim armorum ſuorũ, vaſtando. i. dũ vaſtaret ferro, atq; igni agros totius Italiæ, reliquit fundũ eius unius. i. ſolius, videlicet Fabij immunem ad hoc genere iniuriæ. [Inſidioſa adumbatio] i. ſimulatio recta tanti beneficij eius. ſ. Hannibalis in Fabium profeciſſet aliquid. ſ. ad adimendum Fabio imperium, aut ad cogẽdum eum committere prœlium, niſi & pietas. i. charitas in patriam, & in captiuos redimendos, & vafri. i. aſtuti mores Hãnibalis, fuiſſent notiſſimi, vrbi hoc eſt Romæ.

DE TVSCVLANIS.

*Liu li. 6 L. Plu. in Cam. TVSCVLANIS * *etiam acumine conſilij incolumitas parta eſt, cum enim crebris rebellationibus meruiſſent, ut eorum urbem funditus Romani euertere vellent, atq; ad id exequendum Furius Camillus, maximus dux, validiſſimo inſtructus exercitu veniſſet, vniuerſi ei togati obuiam proceſſerunt, commeatusque, & cetera pacis munia benigniſſime præſtiterunt, armatũ etiam intrare mœnia paſſi sũt, nec uultu nec habitu mutato: qua conſtantia tranquillitatis non ſolum ad amicitiæ noſtræ ius, ſed etiam ad communionem vſque ciuitatis penetrauerunt, ſagaci hercule vſi ſimplicitate, quoniam * aptius eſſe intellexerant, metum officijs diſſimulare, quàm armis protegere.* *Aptius

OLIV. TVSCVLANIS etiam] Tuſculani ſæpe defecerãt à Romanis hanc iniuria cum Romanis ferre nõ poſſent, Camillum cum exercitu miſerũt, qui agros vaſtaret, urbẽ funditus euerteret. Sed Tuſculani calliditate cõſilij vim Romanã exuerunt, intrantibus enim eorum fines Rom. nõ demigratum eſt à propinquis itineris locis, non cultus agrorum intermiſſus, patentibus urbis portis, togati obuiam frequẽtes imperatoribus Romanis proceſſere, cõmeatus exercitui comiter in caſtris ex urbe, & ex agris deuehitur. Tum Camil. caſtris ante portas poſitis, eadem ne forma pacis, quæ in agris oſtẽtatur, etiã intra mœnia eſſet ſcire cupiens, ingreſſus urbẽ, vbi patentes ianuas, & tabernis apertis propoſita omnia in medio vidit, intẽtosq; opifices ſuo quenq; operi, & ludos literarũ ſtrepere diſcentium vocibus, & repletas ſemitas inter vulgus puerorum, & mulierum huc, & illuc euntium, qua quenq; ſuoſ uſuum cauſa ferret, nihil vſquã non pauidis modo, ſed mirantibus quidẽ ſimiles circunſpiciebat omnia inquirẽs oculis, vbi nam bellum fuiſſet, adeo, nec amotę rei uſquam, nec ablatę ad tempus ueſtigium ullum erat, ſed ita omnia conſtanti tranquillaq; pace, ut eo vix fama belli perlata videri poſſet. Victus patientia hoſtiũ Camillus, vbi omnia vidit eſſe pacata, & in agris & in urbe, Tuſculanos ad ſenatũ ire iubet, ſenatui deinde ſcribit, quæ uiderat. ſenatus Tuſculanos nõ ſolum amicitia, & pace dignos iudicauit, ſed inſuper etiã ciuitate donauit. [Tuſculanis] Hoc oppidũ à Tuſcis occupatum nomen accepit, vnde originem habuere Catones, vbi & Cicero prædia habuiſſe fertur, à quibus Tuſculanæ quæſtiones dictæ ſunt. [Cõmeatus] Cibaria, & alimenta. [Munia] Officia.

ASCEN. TVſculanis, &c, [Incolumitas .i. conſeruatio vitæ, & parta eſt parta, id eſt acquiſita etiã Tuſculanis, & Tuſculi incolis, ac ciuibus, & acumine. i. ſubtilitate conſilij, cũ enim meruiſſent crebris rebellationibus, vt Romani vellent euertere funditus. i. à fundo vſq; urbem eorum, Atq; Furius Camil. max. dux inſtructus exercitu validiſſimo veniſſet ad id. i. ad euertendum funditus eorum vrbẽ, ipſi Tuſculani proceſſerunt obuiam, ſcilicet Camil. & exercitu eius, togati in ſignum pacis, & oeij, uniuerſi. i. ſimul omnes, & præſtiterũt ei commeatus. i. (vt dicũt) victualia, & munia, id eſt officia, & obſequia pacis, & paſſi ſunt etiam armatum intrare mœnia ſup. ſua, nec vultu, nec habitu mutato. [Qua conſtantia]. i. conſtanti pię ſe latione, & oſtẽtatione tranquillitatis, ipſi Tuſculani penetrauerunt, non ſolum ad ius amicitiæ noſtræ, ſed etiam uſq; ad cõmunionem ciuitatis noſtræ, quia tandem ciuitate donati ſunt Hercule, ſ. ita me iuuẽt. vt quod dico ſentio, ipſi vſi ſup. ſunt, aut penetrauerunt vſi ſimplicitate. ſ. in facto, ſagaci. ſ. in conſilio. [Quoniam intellexerant eſſe apertius]. i. paratius, & facilius, aut legamus aptius. i. conuenientius diſſimulare metũ. i. ſignificare ſe nihil de Ro metuere officijs. i. per officia & obſequia, quàm protegere. ſ. ſe armis.

THEO. TVſculanus] Tuſculum Verius autumat inditum Tuſculo nomen ab aditu difficili, non à Tuſcis.

DE TVLLO DVCE VOLSCORVM.

*Liu. li. 2. ſed aliter Diõ. lib. 8. & Plut. in Coriol. AT Volſcorum * ducis Tulli execrabile conſilium. qui ad bellum inferendum Romanis maxima cupiditate accenſus, cum aliquod aduerſis prælijs contuſos animos ſuorum, & ob id paci proniores animaduerteret, inſidioſa ratione quo uolebat cõpulit. nam, cum ſpectandorum ludorum gratia, magna Volſcorum multitudo Romam conueniſſet, Coſſ dixit, vehementer.*

menter ſe timere, nequid hoſtile ſubito molirentur, monuitq́; , vt eſſent cautiores, & protinus ipſe vrbe egreſſus eſt. Quam rem Coſ. ad ſenatum retulerunt, qui tametſi nulla ſuſpicio ſuberat, auctoritate tamen Tulli commotus, ut ante noctem Volſci abirent, decreuit. qua contumelia irritati, facile impelli potuerunt ad rebellandum. Ita mendacium verſuti ducis, ſimulatione beneuolentiæ inuolutum, duos ſimul populos fefellit, Romanum ut inſontes notaret, Volſcum, vt decepti ſ. iraſceretur.

OLIV. AT Volſcorum ducis] Marius Coriolanus, vrbe pulſus vt dictum eſt, exulatum in Volſcos abijt, hoſpicio vtebatur acq; Tulli Volſcorum principis, & Romanis ſemper infeſti, hi duo cõſilia cõferunt de Ro. bello, ad quod haud facile credebãt plebem ſuam impelli poſſe, ut toties infeliciter tẽtata arma caperẽt multis ſæpe bellis, peſtilentia, poſtremo amiſſa iuuentute fractos ſpiritus eſſe, arte agendum, in exoleto iam vetuſtate odio, vt recẽtes aliqua ira exacerbarẽtur animi. ludi forte ex inſtauratione magni Romæ parabãtur, ad eos auctore Accio Tullo vis magna Volſcorum venit, priuſquam committerentur, Tullus, ut domi compoſitum cum Martio fuerat, ad cõſules venit, dicit eſſe, quæ ſecreto, agere de rep. velit remotis arbitris, inuitus inquit, quod iniquius ſit de meis ciuibus loquor non tamen admiſſum quidquam ab his criminatum venio, ſe cautum ne admittant, nimio pluſquam velim noſtrorum ingenia ſunt mobilia, multis id cladibus ſenſimus, quippe qui nõ noſtro merito, ſed veſtra patiẽtia ſumus incolumes, magna hic Volſcorum multitudo eſt, ludi ſunt, ſpectaculo intenta ciuitas erit, memini quid per eandem occaſionem à Sabinorum iuuentute in urbe commiſſum ſit, horret animus, ne quid incõſulte, aut temere fiat, hæc veſtra noſtraq́; cauſa, primum dicenda vobis cõſulibus ratus ſum, quod ad me attinet ex tẽplo hinc domum abire in animo eſt, ne cuius facti, dictique cogitatione præſens violet, hæc locutus abijt. Conſules cum ad patres rem dubiam ſub auctore certo detuliſſent, auctor magis, vt fit, quàm res ad præcauendum, vel ex ſuperuacuo monit, factoque ſenatuſc. vt vrbe excederent Volſci præcones dimittuntur, qui omnes proficiſci ante noctem iuberent, ingens pauor primo diſcurrentes ad ſua res tollendas in hoſpitia pertulit, proficiſcentibus deinde indignatio oborta, ve conſceleratos, contaminatosq́; ab ludis feſtis diebus cœtu quodammodo hominum, deorumq́; abactos cum ad propria continuato agmine irent, progreſſus Tullus ad caput Ferentium, ut quiſq; veniret, priores eorum excipiens querendo indignandoque, & eos ipſos ſedulo audientes ſe cũ dare verba, & per eos multitudinem aliã in ſubiectum vix campum deduxit, ibi in cõcionis modum orationem exorſus, omnes ad bellum, & arma concitauit, & quod ratione nonquam obtinuiſſet, arte & calliditate conſecutus eſt. [Spectandorum ludorum gratia] Qui inſtaurabantur. cauſa vero renouandorum ludorum dicta eſt in cap. de ſomnijs [Inſontes notaret] Innocẽtes Volſcos ignominia afficeret. [Deceptis], i. Rom. qui à Tullo fuerant decepti.

Accius Tullus aſtu Volſcos ad arma cõcitauit Ludi inſtaurati.

ASCAN. AT conſiliũ Tulli ducis Volſcorũ] Sup. fuit execrabile. Quia accenſus maxima cupiditate ad inferendũ Rom. bellum cum animaduerteret animos ſuorum contuſos, id eſt hebetatos, & confractos, aliquot prœlijs aduerſis. i. infeliciter cõmiſſis, & ob id proniores, id eſt inclinatiores paci. i. ad pacem ſup. quam ad bellum, compulit ſup. eos ratione inſidioſa eo, quo uolebat, id eſt ad bellum gerendum. Nam cũ magna multitudo Volſcorum conueniſſet Rom. gratia ludorum, ſ. publicorum ſpectandorum, Tul. ſup. dixit conſulibus ſe timere vehementer ne. ſ. Volſci molirentur. i. cum molimine attentarent ſubito quid. i. aliquid hoſtile, & monuit. ſ. conſules, vt eſſent cautiores & ipſe egreſſus eſt protinus. ſ. poſtquam id dixerat vrbe. ſ. Rom. Quam rem conſules retulerunt. i. vt dicunt, reportauerunt ad ſenatum. i. in conſultationem ſenatus qui. ſ. ſenatus tametſi nulla ſuſpicio ſuberat, tamen commotus auctoritate Tulli, decreuit, ut Volſci abirent ante noctem. Qua contumelia Volſci irati, potuerunt impelli facile ad rebellandum. Ita. i. & ſic mendacium ducis verſuti inuolutum ſimulatione beneuolentiæ fefellit ſimul duos populos. ſ. Rom. vt notaret. ſ. nota infidelitatis, & ignominiæ innocentes. ſ. Volſcos, & Volſcum. ſ. populum. vt iraſceretur deceptus. ſ. Rom. præſertim ſenatu, fraude Tulli decepto.

DE STRATAGEMATIS. CAP. IIII.

*ILLA vero * pars calliditatis egregia, & ab omni prorſus reprehenſione procul remota, cuius opera, quia appellatione noſtra vix apte exprimi poſſunt, græca pronunciatione Strategemata dicantur.*

*Hac de re Polyænus, & Frõt. plora ſcripſere.

OLIV. ILLA vero calliditatis] ſ. quam dicturus de aſtutia militari, quæ à ſapientia profecta omni prorſus reprehenſione uacat, dicit, hoc nomen multo melius græco quàm latino ſermone exprimi poſſe, & Stratagema appellari, quaſi conſiliũ militare, στράτος enim græce exercitus ἄγω duco. [Ab omni reprehenſione procul remota] Hoc ideo dicit, quia in ſuperiori narramento & calliditate non nihil fraudis ineſſe videtur. [Stratagemata] Conſilia vel aſtutiæ militares.

ASCAN. ILla vero calliditatis ſupple quã dicturus eſt egregia ſup. eſt, & remota procul ab oĩ reprehẽſione, cuius opera, quia vix. i. cũ difficultate poſſunt exprimi apte. i. cõuenientet appellatione noſtra. i. uocabulo Ro. dicãtur Stratagemata. i. geſta, & cõſilia militaria, græce aũt ſcribit στρατηγήματα, ſed quia noſtri ſecũdã corripiũt, proferũt, pro η e dicẽs Stratagemata. Alij uero Stratagemata στράτος qđ eſt exercitus στράτεια vero expeditio.

DE TVLLO HOSTILIO.

*OMNIBVS * militaribus copijs Tullo Hoſtilio Fidenas aggreſſo, quæ ſurgentis imperij noſtri incunabula crebris rebellationibus torpere paſſæ non ſunt, finitimisq́; trophæis, ac triumphis alitam virtutem eius ſpes ſuas promouere vlterius docuerunt Metius Suffetius dux Albanorum, dubiã, & ſuſpectam ſemper ſocietatis ſuæ fidem repente in ipſa acie detexit, detecto enim Romani exercitus latere, in proximo colle conſedit, pro adiutore ſpeculatore pugnæ futurus, vt aut victis inſultaret, aut victores feſſos aggrederetur. Non erat dubium, quin ea res militum noſtrorum animos debilitatura eſſet, cum eodem tempore & hoſtes confligere, & auxilia deficere cerneret. itaq; ne id fieret, Tullus prouidit. concitato enim equo, pugnantium globos * præcurrit, prædicans ſuo iuſſu ſeceſſiſſe Metium, cumque, cum ipſe ſignum dediſſet, inuaſurum Fidenatium terga. quo imperatoriæ artis conſilio metum fiducia mutauit, proq; trepidatione, alacritate ſuorum pectora repleuit.*

*Liu. li. 1. & Diony. li. 3.

*percurrit.

OLIV. OMNIBVS copijs militaribus] Liuius Fidenates in qua colonia Rom. Veientibus ſocijs conſilij aſſumptis, pacto tranſitionis Albanorum ad bellũ atq; arma concitantur, cũ Fidenæ aperte diſceſſent. Tullus Metio exercituq; eius ab Alba accito contra hoſtes ducit, ubi anienem tranſit ad confluentis collocat caſtra, inter eum locũ, & Fidenas Veientium exercitus tyberim tranſierat, hi & in acie prope flumen tenuere dextrum cornu in ſiniſtro Fidenates propius montes conſiſtunt. Tullus aduerſus Veientem hoſtem dirigit ſuos. Albanos contra legionem Fidenatum collocat. Albano non plus animi erat quàm fidei, neq; manere, neq; trãſire aperte auſus ſenſim ad montes ſuccedit. Inde vbi ſatis ſubijſſe ſeſe ratus eſt, erigi totã aciem fluctuansq; animo, ut tereret, tempus, explicat ordines. Conſilium erat, qua fortuna rem daret, eo inclinare uires, miraculo primo eſſe Rom. qui proximi ſteterant, ut nodati latera ſua ſociorum digreſſu ſenſerũt, inde eques citato equo nunciat regi abire Albanos. Tul. re trepida aij uouit Salios, fanaq; palloris ac pauoris, equitem clara increpans uoce, ut hoſtes exaudirent redire in prelũ iubet, nihil trepidatione opus eſſe, ſuo iuſſu circunduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda terga inuadant. idem imperat, ut haſtas equites erigere iubeat. id factũ magnæ parti peditum Rom. conſpectũ abeuntes Albani exercitus interſepſit, qui uiderat id quod ab rege auditum erat, tanto actius pugnant, terror ad hoſtes tranſit, & audiuerant claraq; uoce dictum, & magna pars Fidenatum, ut qui coloni additi Rom. eſſent, latinæ ſciebãt. itaq; ſolliciti ne ex collibus decurſu

Albanorum

Albanorum intercluderentur ab oppido, terga vertunt, inſtat, Tullus, fuſoq; Fidenatum cornu, in Veientem alieno pauore percuſſum ferociter redit, oce illi tulere impetum ſed ab ea flumen obiectum à tergo arcebat, quo poſtquam fuga inclinauit alij arma fœde iactantes in aquam cæci ruebant, alij dum cunctantur in ripis inter fugæ, pugnæque conſilium oppreſſi, non alias ante Rom. pugna atrocior fuit. Tũ albanus exercitus ſpectator certaminis deductus in campos eſt, de Metio uero Suffetio eius duce crudele ſumptum eſt ſupplicium, vt duabus quadrigis alligatus dilaceraretur. [Torpere] Pigreſcere, & languere, nam crebro Fidenates aduerſus Rom. rebellantes Romanã iuuẽtutem otio torpeſcere nõ permittebãt. [Metius Suffesius] Qui tunc erat dictator Albanorum, de quo ſumptum fuit, os dixi crudele ſupplicium, cuius meminis Virg. haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ Diſtulerant. [Detecto latere] Nam Albani relictis Romanorum lateribus ſe in collem recepere. [Vti victis inſultarent] Vt victos Romanos per deriſionẽ inuaderent. [Concitato enim equo] Liu. dicit, eum prius vouiſſe duodecim ſalios, fanaq; pallori, & pauori. [Omnes Globos] Omnem multitudinem, & ordinem pugnantium.

ASCEN. OMnibus, &c.] Tul. Hoſt. rege illo Rom. aggreſſo. i. cum eſſet aggreſſus Fidenas oppidum Italiæ omnibus copijs, ſcilicet militaribus, quæ. l. Fidenæ, paſſæ non ſunt. i. impediuerũt crebris repellationibus incunabula, id eſt primordia imperij noſtri ſurgẽtis torpere. i. pigraſſe, & ocio frigere, & docuerũt virtutem eius, ſcilicet imperij Rom. alitam trophæis ac triumphis finitimis. i. ex proximo loco patris, promouere. i. extendere ſpes ſuas vlterius. Metius Suffetius dux Albanorum detexit, id eſt manifeſtauit repente in ipſa acie fidem ſocietatis ſuæ cum Rom. initæ, ſemper dubiam & ſuſpectam. Enim pro quia, latere exercitus Rom. detecto, id eſt nudato, conſedit. i. ſolo cum cœpit in colle proximo, futurus ſpeculator. i. obſeruator & ſpectator pugnæ. pro adiutore, id eſt ubi deberet eſſe adiutor quia ſocius, vt inſultaret uictis. ſ. Rom. ſi forte uincerentur, aut aggrederẽtur, ſcilicet eoſdem victores, ſi forte uincerent, feſſos. ſ. ex pugna Non erat dubiũ quin ea res eſſet debilitatura animos noſtrorum. i. Rom. militum cum cernerent eodem tempore, & hoſtes confligere. ſ. ſecum, & auxilia deficere. Itaq; Tullus prouidet, ne id fieret, id eſt ne animi ſuorũ debilitarentur. i. Enim pro quia, ipſe præcurrit. i. antequam defectionẽ animaduerterent, percurrit equo concitato. ſ. ad curſum [Globos]. id eſt cuneos, aut cumulorum ſuorum pugnantium ſ. cum hoſte, prædicans Metium ſeceſſiſſe. ſcilicet in collẽ illum ſuo iuſſu, & cũ ipſe dediſſet ſignum inuaſurum ſup. eſſe terga Fidenatiũ. [Quo conſilio imperatoriæ artis. i. quo ſtratagemate, mutauit metum fiducia. i. conuertit metum in fiduciam, & repleuit pectora ſuorum alacritate ſ. inuadendi hoſtem pro trepidatione, quæ prius inerat, aut quæ in fuiſſet. More autẽ ſuo narrat rem duntaxat, quatenus ad præſentem locum pertineat, nam quomodo Metius defectionis reus poſtea Hippolytus factus ſit. i. ab equis diſtractus non proſequitus.

DE SEXTO TARQVINIO.

*Liu. li. 1. & Dionyſ. li. 4.

*AT ne * continuo à noſtris regibus recedeamus, Sextus tarquinius Tarquinij filius indigne ferens quòd patris viribus expugnari Gabij nequirent, valentiorem armis excogitauit rationem, qua interceptum id oppidum Romano imperio adijceret ſubito namque ſe ad Gabios contulit, tanquam parentis ſæuitiam, & verbera, quæ voluntate ſua perpeſſus erat, fugiens, ac paulatim vniuſcuiuſque fictis, & compoſitis blanditijs alliciendo beneuolentiam, ut apud omnes plurimum poſſet, conſecutus, familiarem ſuum ad patrem miſit, indicaturum quemadmodum cuncta in ſua manu haberet, & quæſiturum quidnam fieri vellet, iuuenili calliditati ſenilis aſtutia reſpondit. ſiquidem re eximia delectatus Tarquinius, fidei autem nuncij parum credens, nihil reſpondit, ſed ducto eo in hortum, maxima, & altiſſima papauerum capita baculo decuſſit. cognito adoleſcens ſilentio patris, ſimul ac facto, cauſam altius argumenti peruidit, nec ignorauit præcipi ſibi, vt excellentiſſimum quenque Gabinorum, aut exilio ſummoueret, aut morte conſumeret, ergo ſpoliatam bonis propugnatoribus ciuitatem tantum non vinctis manibus ei tradidit.*

OLIV. AT ne continuo Tarquinius Superbus cum Gabios, vrbem propinquam, & ualidam ſæpius aggreſſus, uirtute expugnare non poſſet, ad fraudes, & dolos conuerſus eſt, nam cum uelut depoſito bello, fundamentis templi faciendis, alijsq; urbanis operibus intentum ſe eſſe ſimularet. Sextus Tarq. filius eius qui minor ex tribus erat transfugit ex compoſito ad Gabios, patris in ſe ſæuitiam intolerabilem conquerens, iam ab alienis in ſuos vertiſſe ſuperbiam, & liberorum quoque eum frequentiæ, tædere, ut quam in curia ſolitudinem fecerit, domi quoque faciat, nequam ſtirpem, ne quem hæredem relinqueret ſe quidem inter tela & gladios patris elapſum, nihil uſquam ſibi tutum niſi apud hoſtem L. Tarquinij credidiſſe, nam errarent manere ijs bellum, quod depoſitum ſimulet, & per occaſionem eum in cautos inuaſurum. quod ſi apud eos ſupplicationibus locus non ſit, per erraturum omne latium, Volſcos quoq; ſe inde equos, & hernicos petiturum, donec ad eos perueniat, qui à patrũ crudeliſſimis, atque impijs ſupplicijs tegere liberos ſciant, forſitam etiã ardoris aliquid ab bellum, armaque ſe aduerſus ſuperbiſſimam regem ac ferociſſimum populum inuenturum, cum ſi nihil mouerentur, incenſis ira porro inde habiturus videretur, benigne à Gabinis, excipitur, quos, paulo poſt ad rebellandum incitat, ipſe cum promptiſſimis iuuenum prædatũ, atq; in expeditiones uadit, vt dictis, factisq; omnibus ad fallendum inſtructis, uana expreſſa eſt fides. Dux ad ultimum belli eligitur, ubi cũ inſcia multitudine, q agerentur prœlia parua inter Romanos, Gabiosq; fierent, quibus plerunque Gabina res ſuperior eſſet, tum certatim ſummi, infimiq; Gabinorum, & Sext. Tarq. dono deum ſibi ducem credere, apud milites uero obeundo pericula, & labores, pariter prædam munificè largiendo, tanta caritate eſſe, ut non pater Tarquinius potentior Romæ quàm filius Gabijs eſſet, ita poſtquam ſatis uirium collectũ ad omnes conatus uidebat, tum ex ſuis unum ſciſcitatum. Rom. ad patrem mittit, quidnam ſe facere uellet, quandoquidem, ut omnia unus Gabijs poſſet, ei dij dediſſent, huic nuncio qa credo dubiæ fidei uidebatur, nihil uoce reſponſum eſt. Rex uelut deliberaturus in hortum ædium tranſit ſequente nuncio filij, vbi inambulans tacitus ſumma papauerũ capita dicitur baculo decuſſiſſe, interrogando, expectandoque reſponſum, ira ſeu odio ſeu ſuperbia inſita ingenio, nullam eum uocem emiſiſſe. Sexto vbi quidquid vellet pater quidue præciperet tacitus ambagibus patuit, priores ciuitatis criminando alios apud populũ alios ſua ipſorum inuidia importunos interemit, multi palam, quidnã in quibus minus ſpecioſa criminatio erat futura, clam interfecti, patuit quibuſdam volẽtibus fuga, aut in exiliũ acti ſunt, abſentiumq; bona inata inter emptorum diuiſa fuere, largitionis, inde prædæq; dulcedine priuati commodi ſẽſus malorũ publicorum adimi, donec orba conſilio, auxilioq; Gabina res regi Romano ſine ulla dimicatione in manu traditur. [Interceptum] Fraude captum. [Verberaque] Quia ſeipſum dedita opera iuſſerat verberari, cuius rei nullam prorſus mentionis facit Liu. Iuſt. vero hac eadem ſimulatione uſum fuiſſe Zopyrum vnum de interfectoribus magorum, & principibus Darij Perſarum regis dicit, qui ut Babyloniam Perſarũ imperio ſubijceret, domi ſe verberibus lacerari toto corpore iuſſit, & titulo tranſfuge Babyloniam profectus, hac eadem arte urbis imperiũ Dario prodidit. [Iuuenili calliditati ſenilis aſtutia reſpõdit] Patris ſenis calliditas iuuenis filij aſtutiam adæquauit, nam pater tacens, quid ſibi uellet filio callide ſatis iudicauit. [Fidei autem nuncij parum credens] Frontinus Tarq. inquit ſuperbus Gabinos interficiendos arbitratus, quia hoc nemini uolebat cõmiſſum, nihil nuncio reſpondit, qui ad eum à filio miſſus erat, tantam virga eminentia papauerũ capita cum forte in horto ambularet decuſſit, nuncius ſine reſponſo reuerſus renunciauit adoleſcenti Tarq. quid agentem patrem uidiſſet intellexit, idem eſſe eminentibus faciendum. [Cognito ſilentio patris] Cum intellexiſſet. quid ſibi uellet pater ſilendo, quidue innueret decutiendo papauerum capita. Cauſã] altius argumenti præuidit rẽ illam, quam præſente nuncio pater fecerat ad illud ſpectare, neque id fruſtra eum feciſſe, ſed latentem in eo cauſam exiſtere.

Zopyrũ Perſarũ

ASCEN. AT ne recedamus continuo à regibus noſtris]. i. Stratagematis eorum. (Sextus Tarquinius]. ſ. Superbi ultimi regum Rom. ferens indigne, quod Gabij nequirent

expugnari

expugnari.i.pugna vinci, & capi viribus patris.ſ.ſui, excogitauit.rat onem.i.ſubtilem viam valentiorē.ſ.ad expugnationē Gabinorū armis, id eſt paternis, qua.ſ.ratione adijceret imp. Rom. id oppidum interceptum .i. dolo captum. [Vbi ſignandum eſt auctorem in eam ire ſententiam quam Maro Aeneid.2 ſic à iuuentute, vt minus imitandum, dictam affert. Dolus an virtus, quis in hoſte requirat? Nam in præfatione dixit huiuſmodi calliditatem ab omni reprehenſione procul remotam, quod ſi verum eſt, hic etiam ſine reprehenſione inimicos ſimulata amicitia dolo vincere potuit, magna eſt adhibēda cautio, inimico cōſiliario, antequām hoſti amicitiam ſimulanti fidem habeamus, ſic enim Babylonij, ſic Troiani, ſic Gabij capti ſunt, quia hoſti crediderunt] namq; ipſe Sextus cōtulit ſe ſubito ad Gabios tanquam.ſ.eſſet fugiens ſæuitiam parentis.i.patris omnibus notā, & verbera.i. verberationes, aut inſtrumenta ipſa verberādi, quæ perpeſſus erat ſua voluntate, quia vibices, aut veſtigia verberū oſtendit Gabijs, ac alliciendo paulatim beneuolentiam vniuſcuiuſque, ſcilicet Gabinorū blanditijs fictis & compoſitis.i.ſubornatis ad fraudem conſecutus.i. vbi obtinuit vt poſſet plurimū apud omnes, miſit familiarem ſuum .i. à ſecretis ad patrem indicaturum, quemadmodum haberet cuncta in ſua manu.i. poteſtate, & quæſiturum.ſ.à patre, quidnam vellet fieri.ſ.ad expugnandos, commode Gabios, aſtutia ſenilis.i.ipſius Tarq. patris, reſpondit.i.conſona fuit calliditati iuuenili.i.ipſius filij, Siquidem.i.quoniam Tarq. ſcilicet pater delectatus re eximia.i.quā maxime exoptabat, Autem pro ſed, parum credens fidei nuncij, nihil reſpondit, ſed eo ſeducto in hortum.i. poſtquam eum ſeduxerat in hortum, decuſſit.i.in terrā percutiendo deiecit, baculo.ſ.quem manu tenebat, Maxima, & altiſſima capita papauerum .i. illarum herbarum alte creſcentium, & quarum fructus ſoporem inducit. [Adoleſcens.ſ. filius Tarq. ſilentio patris.ſ.ſui, ſimul ac facto cognito.ſ.ea nuncio, perſpexit.i.perſpexit altius.i.profundius cauſā argumenti.i.rationis vtriuſq;.ſ. tam ſilentij, quām facti, hoc eſt decuſſionis capitum ſummorum papauerū, nec ignorauit præcipi ſ.à patre per tale factum ſibi, vt ſummoueret exilio .i. expelleret occulte Gabios, aut conſumeret.i.exterminaret morte excellentiſſimum quemque Gabinorum.[Ergo quia hoc intellexit, & fecit, tradidit ei .ſ. patri ſuo ciuitatem ſpoliatam bonis propugnatoribus.i. defenſoribus tantum non manibus vinctis.i. hoc ſolo dempto, quod non erat illi manus vinctæ, aut vt Oliuerius hoc vocabulum interpretatur manibus ſcp. ciuitatis tantummodo, id eſt ferme vinctis, quæ ſententia ferme in vnum recidit, quia quod tantūmodo.i. vno, duntaxat dempto fit, fermè fit.

DE ROMANIS.

*Liuius lib. 5.

I L L V D *quoque à maioribus, & cōſilio prudenter, & exitu feliciter prouiſum, cum enim vrbe capta Galli capitolium obſiderent, ſolamque potiendi eius ſpē in fame eorum repoſitam animaduerterēt, per quam callido genere conſilij Romani vſi, vnico perſeuerantiæ irritamento victores ſpoliauerunt, panes enim iacere compluribus ex locis cæperunt. Quo ſpectaculo *obſtupefacti, infinitamque frumenti abundatiam noſtris ſupereſſe credentes, ad pactionem omittendæ obſidionis compulerunt. Miſertus eſt tunc profecto Iupiter Romanæ uirtutis, præſidium ab aſtutia mutuantis, cum ſumma alimentorum inopia, proijci præſidia inopiæ cerneret .igitur vt uafro, ita periculoſo conſilio ſalutarem exitum dedit.*

*obſtupefactos

OLIV.

I L L V D quoq; Cum vrbe à Gallis, capta obſideretur capitolium ante omnia obſidionis belliq; mala fames vtrunque exercitum vrgebat, Gallos etiam peſtilentiā vexabat, induciæ cum Rom. factæ, & colloquia permiſſu imperatorum habita, in quibus cum identidem Galli famem obijcerent, eaq; neceſſitate ad deditionem vocarent, dicitur auertēdæ eius opinionis cauſa moltis locis panes de capitolio iactatos eſſe in hoſtiū ſtationes. [Vnico perſeuerantiæ irritamento] Vnū erat inquit, quod Gallos in obſidendis Rom. perſeuerare incitaret, quòd eos fame vincere poſſe ſperabāt, nam armis, aut vi aliqua capi poſſe capitoliū deſperabant, quòd locus natura munitiſſimus eſſet. [Miſertus eſt tunc] Iupiter. Lactan. firmianus diuinarum inſtitutionum lib. 1 eodem, inquit tempore Ioui piſtori ara poſita eſt, quòd eos in quiete monuiſſet, vt ex omni frumēto, quòd habebant panem conficerent, & in hoſtium caſtra iactarent, eoq; facto ſoluta eſt, obſidio, deſperantibus Gallis inopia ſubigi poſſe Rom. Vnde quoq; Faſt. lib. 8. Poſſe fame vinci ſpes excidit, hoſte repulſo. Candida piſtori, ponitur ara Ioui. [Præſidia inopiæ].ſ. panes, quæ præſidia erant inopiæ.

ASCAN

I Llud quoque] .i. etiam quod ſequitur eſt prouiſum à maioribus, id eſt progenitoribus Rom. & .i. ſimul prudenter conſilio .i. quantum ad conſilium, & feliciter, exitu .i. quantū euento rei. [Cum enim vrbe capta Galli, Scilicet Senones ad obſiderent Capitolium, & ipſi animaduerterent ſpem potiundi eius.ſ. Capitolij, repoſitam ſolam, aut ſolum in fame eorum, ſcilicet maiorum Rom. illic incluſorum, Rom. vſi perquam callido genere conſilij, ſpoliauerunt victores.i. Gallos vrbis, præter capitolium expugnatores, vnico i. vno ſolo, irritamento, id eſt prouocamento perſeuerantiæ, cæperunt, enim iacere.i. deijcere panes ex compluribus locis .ſ. Capitolij. Quo ſpectaculo Rom. compulerunt Gallos, obſtupefactos, & credentes infinitā abundantiam frumenti ſupereſſe noſtris.i. Rom. ad pactionem.i. ad faciendum pactum, pro certo pondere auri, obſidionis omittendæ. Iupiter profecto eſt miſertus tunc virtutis Rom. mutuantis.i. mutuo accipientis, & quaſi mendicantis, præſidium .i. protectionem, & auxiliū ſalutis ab aſtutia.i. calliditate, cum.ſ. Iupiter cerneret, præſidia, id eſt remedia, aut ſuſtentacula, inopiæ alimentorum hoc eſt panem proijci in ſumma inopia alimentorum. Igitur Iupiter dedit obſeſſis in Capitolio, exitum.i. finem obſeſſionis ſalutarem, conſilio vt vafro, id eſt aſtuto, & callido, ita periculoſo, quia ſic quod habuerunt alimenta diminuerunt, & ſi tunc Galli tam periti rei militaris fuiſſent, vt nunc ſunt, facilè cautelam intellexiſſent, cum tamen Gandauenſes, & alij conſimili longe poſt vſi dicantur.

DE CLAVDIO NERONE, ET LIVIO SALINATORE.

*Liuius lib. 27. & Frōt. lib. 1. cap. 1.

I D E M *Iupiter *poſtea præſtantiſſimorum ducum noſtrorū ſagacibus conſilijs propitius aſpirauit, nam cum alterum Italiæ latus Hannibal laceraret, alterum inuaſiſſet Aſdrubal, ne duorum fratrum iuncta copia intolerabili onere feſſas ſimul res noſtras, vrgerent hinc Claudij Neronis vegetum conſilium, illinc Liuij Salinatoris inclita prouidentiam effecit. Nero, enim compreſſo à ſe in Lucanis Hannibalis, præſentiam ſuam quoniam ita ratio belli deſiderabat, mentitus hoſti, ad opem ferendam collegæ per longum iter celeritate mira tetendit. Salinator in Vmbria apud Metaurum flumen proximo die dimicaturus, ſumma cū diſſimulatione Neronem caſtris noctu recepit, tribunos enim à tribunis, centuriones à centurionibus, equites ab equitibus, pedites à peditibus, excipi iuſſit, ac ſine vlla tumultuatione, ſolo vix unum exercitum capiente, alterū inſeruit. quo euenit, ne Aſdrubal cum duobus ſe conſulibus præliaturum prius ſciret, quàm vtriuſq; virtute proſterneretur. Ita illa toto terrarum orbe infamis Punica calliditas, Romana eluſa prudentia, Hannibalem Neroni, Aſdrubalem Salinatori decipiendum tradit.*

OLIV.

I D E M Iupiter.] Bel. Pun. ſecundo Liuio, & Nerone conſulibus, cum Hann. Punicis armis magnam Italiæ partem occupaſſet, ac vires Rom. multis cladibus attriuiſſet, iamq; appareret paruis auctum copijs poſſe Rom. imperium opprimere. Aſdrubal eius frater in Italia cum ingentibus copijs deſcenderat vt ſe fratri coniungeret. Nero qui Hannib. erat oppoſitus, vbi conſilium cognouit Aſdr. interceptis his, qui ad Hann. literas ferebant, non id tempus eſſe ratus, conſilijs ordinarijs prouinciæ ſuæ quiſq; finibus per exercitus ſuos cum hoſte deſtinato, à ſenatu bellum gereret, audendum, atq; nouandum aliquid improuiſum, inopinatumq; quod cœptum non minorem apud ciues, quam apud hoſtes terrorem faceret, perpetratum, in magnam lætitiam, ex magno metu verteretur. Cum igitur cuperet Aſdrubalem eiuſque copias antequam Hannibali fratri iungeret

Nero oppreſſit Adrub.

Curt. li. 8. Arria. li. 4. Iuſt. lib. 15. hic li. 9. cap. 3.

diſſime loqueretur, quo ſcilicet apud regias aures, vel ſilentio tutior, vel ſermone eſſet acceptior. At ille dum Alexandrum Macedonem Perſica ſalutatione gaudentem obiurgat, & ad Macedonicos mores inuitum reuocare beneuole perſeuerat, ſpiritu carere iuſſus, ſeram neglecti ſalubris conſilij pœnitentiam egit. Idem Ariſtoteles de ſemetipſo in neutram partem loqui debere prædicabat, quoniam laudare ſe, vani, vituperare, ſtulti eſſet. Eiuſdem eſt vtiliſſimum præceptum, vt voluptates abeuntes conſideremus, quas quidē ſic oſtendendo minuit. feſſas enim, pœnitentięq; plenas animis noſtris ſubiecit, quo minus cupide repetantur.

OLIV. ARISTOTELES] Hæc verba ſunt Ariſt. admonentis Calliſt. quem ad Alex. mittebat cum illum ipſe ſequi non poſſet, diſce in auribus regum, aut iucundá dicere, aut ſilentium ſeruare, nam ſilentium te tutiorem, iucūditas gratiorem faciet, quod tñ Calliſthenes non ſeruauit. nam cū Alex. Perſas vicisſet, & more gentis illius Maced. ſuæ iam libertatis obliti Alex. adorare cœpiſſent. Calliſth. id vt faceret, nunquam adduci potuit, ſed cum in conuiuio Alex. omnibus odorantibus porrexiſſet, Calliſtheni quia non adorauerat non porrexit, quod grauiter ferens tacitus non tulit, ſed Alex. viuo vehementius reprehēdit, quod omiſſis Maced. moribus ſe Perſarum delitijs, laſciuijsque dediſſet, qum indignatus Alex. obiecto illi falſo crimine, quod Hermolai coniurationis auctor extitiſſet, in carcerem conijci iuſſit, ubi pediculari morbo conſumptus eſt, alij cruci affixum fuiſſe tradunt Cares vero refert 7. mēſes in compedibus ſeruatum ob nimiam utinam concreto pedore, ac ſordibus ſupremum diem obiſſe. Iuſt. vero dicit, quod cum truncatis crudeliter manibus, abſciſſisq; auribus, ac naſo labijsque, deforme, ac miſerandum ſpectaculum omnibus reddidiſſet, inſuperq; iuſſit eum cum cane in cauea clauſum ad metum ceterorum circumferri, & tunc Lyſimachum miſeratione commotum uenenum ei remedium calamitatum dediſſe, ob quàm rem indignatum Alex. iuſſiſſe Lymacum obijci ferociſſimo Leoni deuorandum. quem Lyſimachum manu manipulo inuoluta, & in os eius immiſſa, ereptaq; lingua necaſſe, cuius rei admiratione motum Alex. cum liberaſſe ferunt. Sero pœnituit Calliſthenem, ſaluberrima præceptoris ſui præcepta contempſiſſet, nam ſi morem geſſiſſet Alexand. nunquam tam crudeles pœnas dediſſet. Idem de ſemetipſo. [Negabat Ariſt.] Quenquam de ſemetipſo laudando, aut uituperando loqui debere; cum alterum uani, alterum diceret ſtulti hominis eſſe. [Eiuſdem utiliſſimum præceptum] Pari ratione dicebat uoluptatis tunc fines diligenter conſiderandos, ut cum turpiſſimos, amariſſimosq; nouerimus, non eas tantopere expetemus, ſunt enim uoluptatum fines amaritudine, pœnitentiaq; referti.

ASCEN. ARiſtoteles autem, &c.] Monuit ut loqueretur cum eo, ſcilicet Alex. aut quàm rariſſime, aut quàm iocundiſſime. ſ. id eſt, ſcire licet, cur id fecerit, quia quo. i. ideo ut uel eſſet tutior apud regias aures ſilētio, & ita nihil dicēdo, quo regem offendat, uel eſſet acceptior ſermone. i. propter ſermonē iucundum. [At. i. ſed ille Calliſthenes dum obiurgat Alex. Maced. i. qui eſſet Maced. & ita longe abeſſe deberet ab adulatione Perſica, tamen gaudentem ſalutatione Perſica. i. quæ fieret cum adoratione more Perſarum, & perſeuerat reuocare inuitum. ſ. Alexand. beneuole ad mores Maced. iuſſus carere ſpiritu. i. necatus, egit pœnitentiam ſeram. i. nimis tardam conſilij ſalubris, quòd Ariſt. dederat neglecti. ſ. à ſe. [Idem Ariſtot. Prædicabat in neutram. i. non in alteram, hoc eſt non debere ſupp. quenquam loqui de ſeipſo in alteram partem, hoc eſt neque bonam, neque malam, quoniam laudare ſe eſſet uani, & uituperare ſe ſtulti. [Eiuſdem. ſ. Ariſt. præceptum utiliſſimum eſt, ut conſideremus uoluptates abeuntes. i. quales ſint, dum abeunt à nobis ſatietate, & nauſea captis. [Quas. ſ. uoluptates quidem. i. certe, ipſe minuit. i. paruas, aut minoris æſtimandas docuit, oſtēdendo ſic. i. in profectu earum. Enim pro quia, ipſe ſubiecit animis noſtris. i. contemplandas obiecit, uoluptates feſſas. i. nos amplius afficere ualentes, & plenas pœnitentiæ. Trahit enim omnis uolupas ſecum pœnitentiam comitem, unde Flac. in epiſt. Sperne uoluptatem, nocet empta dolore uolupras, & de Venere ſolutum aiunt Ariſt. dicere, quod omnis anima triſtetur poſt eam. Ideo autem hoc monuit, quo. i. ut uoluptates repetantur. i. iterum petantur minus cupide.

DE ANAXAGORA PHILOSOPHO.

*NEC parum prudenter Anaxagoras interroganti cuidam quiſnam eſſet beatus, Nemo, inquit, ex ijs quos tu felices exiſtimas, ſed eum in eo numero reperies qui à te ex miſerijs conſtare creditur. non erit ille diuitijs, & honoribus abundans, ſed aut exigui ruris, aut non ambitioſæ doctrinæ fidelis, ac pertinax cultor, in * ſeceſſu, quàm in fronte beatior.* * Senſu q̄ facto bea.

OLIV. NEc parum] Interrogatus Anaxagoras, quiſnam beatus eſſet, ſapienter reſpondit, neminem ex ijs quos felices eſſe putant homines, ſed hi, qui paruo cōtenti ſunt, quos volgus miſeros & putat, & dicit, & felicitatem mentis intelligebat, non eam, quæ in opibus, aut dignitatibus falſo putabat. [Non ambitioſæ] Vt qui doctrinæ ſtudet, non ambitionis, ſed uirtutis conſequendæ ſcientiæ gratia ſtudet. [In ſeceſſu] Hoc eſt in pectore, & ſui ipſius conſcientia.

ASCE. NEc]. i. & non, & Anaxagoras. i. philoſophus, inquit, non parum. i. multum prudenter cuidam interroganti quiſnam eſſet beatus. Nemo ex ijs, quos tu exiſtimas eſſe felices, ſed tu reperies in eo numero ſ. beatorum, eum qui creditur ſe conſtare ex miſerijs. [Ille]. ſ. vere beatus, non erit abundās diuitijs, & honoribus, ſed erit fidelis, ac pertinax. i. aſſiduus cultor, aut exigui ruris, aut doctrinæ non ambitioſæ. i. nō quærentis honores populares erit ſup. aut exiſtens beatior in ſeceſſu. i. mentis. ſ. tacite, & apud ſe, q̄ in fronte. i. apparitione, & oſtētatione exteriori, aut in ſeceſſu. i. fine uitæ, q̄ in fronte. i. principio, quia uirtutis merces in fine eſt, voluptatis in principio, ut in litera Pythagoræ belliſſime deſcribit Maro.

DE DEMADE.

DEMADIS quoque dictum ſapiens, nolentibus enim Athenienſibus diuinos honores Alexandro decernere, videte, inquit, nedum cœlum cuſtoditis, terram amittatis.

OLIV. DEMADIS] Hic orator fuit præſtantiſſimus tpe Demoſthenis, qui pro Neptune orauit, & cum Athenis eſſet atque in ſenatu promulgatum foret ut Alex. in numero deorū, & pro filio Iouis haberetur, idq; Athenienſes ægre ferrent, & omnino recuſarent, in medium proceſſit, & dixit, uidete Athen. nedum cœlum cuſtoditis terrā amittatis. i. Alex. iratus, uos perdat hic, ut legitur in uita Demoſth. orator fuit Demoſthenes maior. hūc Aul. Gel. lib. 9. cap. dixit, accepiſſe à rege 10. talenta, ut taceret, quo tempore, inquit tragœdus ſibi gloriæ ducebat, talentum magnū ſibi ob unam fabulam datū eſſe, homo hic eloquentiſſimus ſuæ ciuitatis Demades ei reſpondiſſe dicitur, mirum tibi uidetur, ut facerem decem talēta à rege accepi.

ASCEN. DEmadis, &c.] Dictum quoque Demadis ſup. eſt ſapiens. Enim pro quia, inquit Ath. nolentibus decernere, id eſt decreto attribuere, Alexand. ſ. magno, honores diuinos, uidete. i. proſpicite, ne dum uos cuſtoditis cœlum. i. latriam deorum immortalium, q̄ non uultis decernere Alex. uiro mortali, amittatis terrā. i. urbem, & ditionem in terris, Quod dictū auctores quidem ſapiens uidetur, ſed chriſtiano homine penitus indignum eſſet, qui potius uitam ne dum terras ſuas amitteret, q̄ diuinos honores homini decerneret, niſi ad honorem dei referret, quomodo dictum eſt, nimis honorati ſunt amici tui deus, &c.

DE ANACHARSI.

*QVAM porrò * ſubtiliter Anacharſis leges aranearum telis comparabat, nam ut illis infirmiora animalia retineri, valentiora transmitti, ita his humiles, & pauperes conſtringi, diuites & præpotentes non alligari.* * Plut. in Solō. Zaleuco tribuit Stob. ſer. 43.

OLIV. QVAM porrò] Hic Anacharſis, ut refert Ariſt. philoſophus fuit ex Scytharum gente, ſapientiæ admirandæ, ut Cic. meminit lib. ult. Tuſc. q̄uo, immo affirmat Herod. lib. 3. hiſt. neminem è Scythis ſapientem audiſſe præter hūc unum, quem ſapientiſſimum fuiſſe teſtatur, ſed teſte Ioſepho lib. 2. ad grammaticum, cū è Græcia reuerteretur ad ſuos, & conaretur ſuis inducere Græcorum leges, à fratre in uenatione

ſagitta

ſagitta percuſſus interijt dicens, ſe gratia eloquij & diſciplinæ in Græcia ſeruatũ, ob illa in patria perire, cum igitur hic ea eo quæreretur, cur non eſſent tibicines in Thracia, reſpondit, quia nec uites, hoc eſt vinum. [Comparabat Hic leges telis aranea rum, quia quemadmodum aranearum telæ minuta animalia detinent, à maioribus dilacerantur, ita quoque leges homines pauperes, & miſeros deterrent, magnos, & præpotentes nõ ita. [Infirmiora] Vt fucos. [Præpotentes] Valde potentes, qui ciuicam conditionem excedunt.

ASCAN. QVam, &c.] Porrò.i.ſed quàm.i.quantum ſubtiliter Anachar. philoſophus è Scythia, comparabat telis aranearum.i.quas araneæ texunt. (Eſt enim telis datiuus à nominatiuo telæ telarum) leges. Nam ſup.ait, uidemus, ut animalia infirmiora, vt muſcas, & culices retineri illis.ſ.telis, & valentia.ſ.animalia, vt veſpas, ſtelliones, mures, &c. tranſmitti illis.i. mitti trans illas.ita ſup.aiebat humiles, & pauperes conſtringi his.ſ.legibus, & diuites, ac præpotentes non alligari.

DE AGESILAO.

*Multo aliter Plu. in apoph. Ageſil.

NIHIL etiam * *Ageſilai facto ſapientius. ſiquidem cum aduerſus remp. Lacedæmoniorum conſpirationem ortam noctu cõperiſſet, leges Lycurgi continuo abrogauit, quæ de indemnatis ſupplicium ſumi uetabant. comprehenſis autem, & interfectis ſontibus, eaſdem eueſtigio reſtituit, atque utrunque ſimul prouidit, ne ſalutaris animaduerſio vel iniuſta eſſet, vel iure impediretur. itaque ut ſemper eſſe poſſent, aliquando non fuerunt.*

OLIV. NIHIL etiam Ageſilai facto ſapientius] Multũ diſſentit à Plut. Valer.non.n.cõiuratores deprehendiſſe Ageſilaum, ſed fugitiuos ea acie à capitis pœna liberaſſe dicit Plut. ſublatis tantiſper Licurgi legibus, dum abſoluerẽtur, quod uidetur veriſimile eſſe, ita enim erat, vt ex acie fugientes capite punirentur. Cum igitur apud leuectras, pugnatum eſſet acri certamine, hinc à Thebanis, inde à Lacedæmonijs, & Thebani duce Epaminund. Lacedæmoniorum exercitũ fudiſſent, atque fugaſſent, omnes, qui ea acie fugerãt in iudicium protrahuntur per legemq; capitis Pœnæ videbãtur obnoxij, tunc Enphori timentes ne ſi ſumpto his omnibus ſupplicio, non eſſent, qui deinde patriam armis tuerentur conſumpta .ſ. ea maiori partem iuuentute, Ageſilai ſuper hac re ſententiã, iudiciumque expectabant, qui ſapienter, & legibus, & ſaluti patriæ cõſuluit, non enim inquit lator ero aliarum legum, cum his nec abrogare quidquam, nec addere, nec diminuere poſſim, ſed bene res ſe habebit, ſi omiſſis hodie Lycurgi legibus, cras illas ſeruauerimus. [Conſpirationem] Conſpiratio malorũ coniuratio. [Abrogauit] Emouit, ſubuertit. [Vel iniuſta] Si contra leges facta. [Vel iure impediretur] Si lege perfici non poſſet.

ASCAN. NIbil etiam] Sup. eſt, aut fuit, ſapientius facto Ageſilai regis, ſeu principis Laced. ſiquidem .i. qm̃ cum comperiſſet conſpirationẽ ortam aduerſus remp. Laced. abrogauit continuo leges Lycurgi, quæ.ſ.leges vetabant ſupplicium ſumi de indemnatis.i. de quibus nõ eſſet ſolẽniter lata ſententia, q̃ in tali diſcrimine præſertim vbi iudices in crimine ſunt, difficile eſſet ferre. Aũt pro ſed, ſontibus cõprehenſis, & interfectis.i. poſtquã fecerat eos cõprehenſos occidi, reſtituit.i.promulgauit eueſtigio.i. ſtatim eaſdem leges Lycurgi. atque prouidit vtrunque ſimul, ne animaduerſio ſalutaris.i. ad ſalutẽ reip. ſpectans, eſſet vel iniuſta, ſi ſemper de indẽnatis fieret, vel impediretur iure, ſi ſemper leges ſeruaſſet. [Itaque].i.& ita ſupp. leges Lycurgi aliqñ non fuerunt.ſ.modico illo tempore, quo fuerant abrogatæ, vt poſſent eſſe ſemper, ne penitus cũ rep. interirẽt per coniurationẽ, quæ ſtantibus legibus facile opprimi nõ poterat.

DE HANNONE.

*Liu.li. 23.

SED *neſcio * an Hannonis excellentiſſima prudentia conſilium, Magone enim Cannenſis pugnæ exitum ſenatui Pœnorum nunciante, inq; tanti ſucceſſus fidem annulos aureos trium modiorum menſuram explentes fundente, qui interfectis noſtris ciuibus detracti erant, quæſiuit, an aliquis ſociorum poſt tantam cladem à Romanis defeciſſet, atque vt audiuit, neminem ad Hannibalem tranſiſſe, ſuaſit, vt protinus legati Romam per quos de pace ageretur, mitterentur. * cuius ſi ſententia valuiſſet, neque ſecundo Punico bello deuicta Carthago, neque tertio deleta foret.* *Liu.li. 30.& 31

OLIV. SED neſcio] Poſt Cannenſem pugnã cum Hannibal nuncium Carthaginem miſiſſet de rebus in Italia proſpere geſtis, atque is omnia diligenter, & accurate expoſuiſſet in ſenatu, Hannibalem.ſ.cum ſex imperatoribus, quorũ quatuor cõſules, duo dictatores, ac magiſtri equitũ fuerant, cum ſex conſularibus exercitibus acie cõflixiſſe, occidiſſeq; ſupra 100.millia, cepiſſe ſupra 50.millia hoſtiũ, ex quatuor, cõſulibus duos occidiſſe, ex duobus, ſaucium alterum toto amiſſo exercitu cum 50. hominibus effugiſſe. Magiſtrum equitum, qui cõſularis poteſtatis ſit, fuſum, fugatumq; Dictatorẽ, quia ſe in acie nunquã commiſerit, vnicum haberi imperatorem, Brutios, Apulos, Sãnium, & Lucanorum partem defeciſſe ad pœnos. Capuam, quæ campaniæ caput eſt, Hãnib. eſſe, ad quarum rerum fidẽ maioremq; lætitiã effundi iuſſiſſe in veſtibulo curiæ annulos aureos quos tantũmodo ciuium Romanorum fuiſſe dicebat, tantus aũt erat aceruus, vt modios tres expleſſe dicatur, tum interrogatus eſt Hanno Barcbinæ factioni ſemper aduerſus num demũ pœniteret belli ſuſcepti aduerſus Rom. quod Hannib. iuberet, nunquã ſe pœnituiſſe rñdit, neque deſiturũ pœnitere, atq; ſuum imperatorem accuſare, donec viderit bellum illud aliqua tolerabili cõditione finitum, deinde cum interrogaſſet ex nuncio, qui apud Cannas ad internitionem imperij Rom pugnarũ eſſe dicebat, totamq; Italiam à Rom. defeciſſe, & nũquis ex latini nominis populus defeciſſet, & ſiquis homo ex quioque & 30.tribubus ad Hannib transfugiſſet, an Rom legatos ad Hannib. de pace miſiſſent, aut nullã pacis mentionẽ feciſſent, cũ hæc omnia negaſſet nuncius eſſe facta. bellum inquit, tam integrum habemus, q̃ habuimus, qua die Hannib. Italiam eſt ingreſſus, quare cenſeo legatos de pace quãprimum mittendos, cũ eam habituri ſimus cõditionibus nobis honeſtioribus q̃ illis, quod ſi feciſſet, nec eo bello tributaria Pop. R. facta fuiſſet, nec tertio funditus euerſa. [Trium modiorum menſuram] Liu.lib. 3 decados ſecũdi Pun. bel. ad fidem inquit, deinde lætam rerum effundi iuſſit in veſtibulo curiæ annulos aureos, qui tantus aceruus fuit, vt metientibus viſum fuerit, ſupra tres modios expleſſe, ſunt quidam auctores fama tenui, quæ propior eſt vero, haud plus fuiſſe modio. Plin.nat.hiſt lib. 33. promiſcui ſeaus alterum ſecundo Pun.bel. neque enim aliter potuiſſent trimodia illa annulorum Carthaginem ad Hannib. mitti, vnde extat planiſſimum exemplum diei hic modius, & hoc modium cum Liu. dixerit tres modios. Plin. vero trimodia. [Suaſit protinus] Vt legati de pace. Nouerat iſte Romanorum ingenia, quia exercitabantur cladibus.

ASCAN. SEd neſcio] An conſilium Hannonis.ſ. principis Carth.ſup. fuerit prudentiæ excellentiſſimæ, quia ſi ei obtemperatum fuiſſet, Carthago libera manſiſſet. Enim pro quia, Magone fautore Hann. nunciante ſenatui Pœnorum exitũ pugnæ Cannenſis.i.q̃ cladem illic Rom. accepiſſent, & fundente in fidem.i. credulitatẽ, aut approbationem tanti ſucceſſus annulos aureos explentes menſuram trium modiorũ, qui detracti erant ciuibus noſtris.i. Rom. interfectis, quæſiuit, an aliquis ſociorum defeciſſet à Rom. poſt tantam cladem, atque, vt.i. poſtquã audiuit, neminem tranſiuiſſe ad Han. ſuaſit, vt legati mitterentur protinus Romam, per quos ageretur de pace. [Cuius ſi ſententia valuiſſet.i.approbata fuiſſet, Carthago neque foret victa. ſecundo bel. Pun. in quo tributaria facta eſt à Scipione maiore, neq; deleta.ſ.à Scipione Aphricano minore tertio.ſ.bel. Pun.

DE HERENNIO PONTIO SAMNITE.

*Liu.li. 9.

NE *Samnites * quidem paruas pœnas conſimilis erroris pependerunt, quod Herennij Pontij ſalutare conſilium neglexerunt, quia auctoritate, & prudentia ceteros præſtans, ab exercitu, & duce eius filio ſuo conſultus, quidnã fieri de legionibus Romanis apud furcas caudinas incluſis deberet, inuiolatas dimittendas reſpondit. Poſtero die eadem de re interrogatus, deleri eas oportere dixit, vt aut maximo beneficio gratia hoſtiũ emeretur, aut grauiſſima iactura vires cõfrigerentur, ſed improuida temeritas victorũ dum vtraque*

partem ſpernit utilitatis, ſub iugum miſſas in perniciem ſuam accendit. Multis, & magnis ſapientię exemplis paruulum adyciam.

OLIV. NE Samnites] Bello Samnitico T. Veturius, & Aulus Poſthumius conſules cum exercitum duxiſſent in Samnium, Pontius Herennius Samnitū imperator milites decem paſtorum habitu mittit, pecoraq; diuerſos aliū alibi paſcere iubet, haud procul à Romanis præſidijs. & cum inciderēt in prędatores, vt idem omnibus ſermo cōſtet legiones Sānitum in Apulia eſſe, Luceriam omnibus copijs circūſedere, nec procul abeſſe, quin vi capiant, iam etiam rumor iſte antea de induſtria vulgatus venerat ad Romanos, ſed fidē auxere captiui eo maxime, quod ſermo inter omnes congruebat, non erat dubium, quin Romanus opem ferret Lucerijs bonis & fidelibus ſocijs, ne ſimul Apulia, omnis ad præſentem terrorē deficeret, ea modo qua irent conſultatio fuit, nam duæ erant viæ altera præter oram maris ſuperi longior, ſed tutior, altera per caudinas furculas breuior, ſed anguſtior, & periculoſior. Conſules vt maturius opem ferre poſſent ſocijs per caudinas furculas iter facientes in locum periniquum lapſi ſunt, unde nec progredi, nec egredi poſſent. Samnites igitur cum exercitum Romanum inter montes incluſum haberent, neſciebant in tam lætis rebus inire cōſiliū quid de Rom. incluſis faciendū eſſet. Itaq, vniuerſi Herēnium Pontium imperatoris patrem per literas conſulendum cenſuerunt. Iam is grauior annis non militaribus ſolum. ſed ciuilibus quoq; obſceſſerat muneribus, in corpore tñ affecto vigebat vis animi, & conſilij. Is vbi accepit ad furculas caudinas, inter duos ſaltus clauſos exercitus Romanos, cōſultus ab nuncio filij cenſuit, omnes inde quamprimum inuiolatos dimittēdos, quæ vbi ſpreta ſententia eſt, remiſſo nuncio, iterum cōſultus cenſuit, ad vnum omnes interficiendos, quæ vbi iam diſcordia inter ſe velut ex ancipiti oraculo data reſpōſa ſunt, placuit ſenē in caſtra duci, & in conſilium admitti, qui adductus, uocatusq; in conſilium, ita fermè locutus eſt ut nihil de ſentētia ſua mutaret, cauſas tñ adduceret priore ſe cōſilio uſurum, quod optimum duceret. cū potētiſſimo populo per ingens beneficium perpetuā firmare pacē amicitiamq;, altero cōſilio, quod in multas ætates, quibus amiſſis duobus exercitibus, haud facile uires Rom. bellū inſtaurare poſſe, tertiū nullum cōſiliū eſſe. Cum filius, alijq; principes percūctando exquirerent, quid ſi media uia conſiliū caperetur? ut dimitterētur incolumes, & ut leges iure belli uictis imponerentur, iſta, quidē ſententia, inquit ea eſt, quæ neque amicos parat, neque inimicos tollit. Seruate modo, quos ignominia irritaueritis, ea eſt Romana gēs, quæ victa quieſcere neſciat, uiuet ſemper in pectoribus illorū quidquid iſtuc præſens neceſſitas inuſſerit, neque eos ante multiplices pœnas expetitas à uobis quieſcere ſinet. [Furculas caudina] A caudino oppido dictas ſibi propinquo. [In perniciē ſuam] Quia vt dictū eſt in cap. de Hu. Rom. ſub iugum, & cū ſingulis ueſtimentis abire permiſſi, turpi fœdere icto, ſic irritati ſunt hac ignominia, ut deditis fędetis auctoribus, & ab hoſte nō receptis, reparatoq; exercitu, multo grauiorem quàm acceperant, hoſtibus cladem intulerint.

ASCEN. NEc quidem]. i. & non etiā, & Samnites. ſ. populi Italiæ pependerunt. i. perſoluerunt etiā non paruas, immo magnas pœnas cōſimilis erroris, quod. i. quia neglexerunt conſilium ſalutare Herēnij Pōtij principis ſui, ſicut Carth. Hānonis qui. ſ. Herēnius pręſtās. i. exuperās cęteros. i. Sānites auctoritate & prudētia, conſultus ab exercitu, & filio ſuo duce eius. ſ. exercitus Sānitum, quid nā deberet fieri de legionibus Rom. incluſis apud furcas caudinas. i. anguſtias montiū, quæ inde exire nō poterāt, cēſuit dimittēdas inuiolatas. Interrogatus poſtero die de eadē re (quia prius conſiliū non placuit exercitui) dixit oportere. i. utile eſſe, ſup. eas deleri, ut aut gratia hoſtium emeretur maximo beneficio, ſi ſalui dimitterētur, aut uires hoſtiū confringerētur grauiſſima iactura. i. amiſſione tot legionum. Sed temeritas uictorū improuida. ſ. nō prouidens futura, dū ſpernit utrāq; partem utilis conſilij, accendit in perniciem ſuam, ſup. legiones Rom. miſſas ſub iugū. i. haſtas treis, duas erectas & unā tranſuerſam informā patibuli. Ego adijciā, inqt auctor, multis & magnis exēplis ſapiētiæ, paruulū ſup. exemplū. i. minoris prudētię.

DE CRETENSIBVS.

CRETENSES *cum acerbiſſima execratione aduerſus eos, quos vehementer oderunt, vti volunt, vt mala conſuetudine delectentur, optant, modeſtoq; voti genere efficaciſſimum ultionis euentum reperiunt. inutiliter enim aliquid concupiſcere, & in eo perſeuerāter morari, exitio ea dulcedo vicina eſt.*

OLIV. CRETENSES cum] Cretenſes optabāt, & imprecabāt ſolebāt his, quos maxime oderant, ut mala cōſuetudine delectarentur, & quotieſcunque grauem ab aliquo populo inimicā accepiſſet dicebant, utinā mala conſuetudine delectemini, & ſub hac tam dulci, & leni imprecatione, ingens malū latebat, nā qui uoluptate delectantur, ſeipſos conficiunt. [Oderāt] Capitales hoſtes habebant. [Inutiliter enim] Mala cōſuetudo nihil aliud eſt, niſi cum aliquid inutiliter cōcupiſcimus, & in eo perſeuerantes immoramur. [Efficaciſſimum] Validiſſimum.

ASCEN. CRetenſes cum volunt uti acerbiſſima execratione idest maledictione aduerſus eos, quos oderant uehementer, optant. i. imprecantur in eos, ut delectentur mala conſuetudine, non ſunt tamen laudandi, quod tali execratione utantur, ſed quod agnoſcunt id, quod imprecantur, uidelicet delectari mala conſuetudine, unde ſequitur peccatum irremiſſibile, quidlicet finalis impœnitentia, eſſe grauiſſimum malorum, unde auctor & reperiunt efficaciſſimum euentum ultionis modeſto genere uoti. i. imprecationis. Enim pro quia, concupiſcere aliquid inutiliter. i. pernicioſe, & morari, in eo perſeuerāter, ea dulcedo eſt uicina exitio, quia ad exitium perducens.

VAFRE DICTA, AVT FACTA.
CAP. III.

EST aliud factorum, dictorumq; genus à ſapientia proximo deflexu, ad vafre nomen progreſſum, quod niſi fallacia vires aſſumpſerit, fidem propoſiti non inuenit, laudemq; occulto magis tramite, quàm aperta via petit.

OLIV. EST aliud] Nunc de uafre dictis, aut factis, dicere incipit, & dicit hoc cum ſuperiore iungendum eſſe, ſed in hoc differre, quod hæc non ſine dolo fieri poſſunt, eſt enim uafre dictum cum aliud dicimus, & aliud innuimus. [A ſapientia proximo] Quia à ſapientia procedit, ſed ſapientiæ coniuncta eſt fallacia. [Vafre] Quaſi ualde afrum dicitur, nam cōſtat Afros callidiſſimos fuiſſe. [Occulto] Verſutia. [Aperta uia] Simplici uia, ac ſi diceret uirtute.

ASCEN. EStaliud genus factorum, & dictorum progreſſum proximo deflexu. i. prima declinatione à ſapientia, ad nomen uafri. i. aſtuti, aut uafre ſup. facti, aut dicti, quod. ſ. genus niſi aſſumpſerit uires fallaciæ. i. deceptionis, non inuenit fidē. i. credulitatem, & propter fidem adhibitam, aſſecutionem propoſiti. ſ. ſui, hoc eſt non aſſequitur, quod prætēdit, & petit laudem magis occulto tramite. i. dolo, quàm aperta uia. i. integra uirtute.

DE QVODAM ANTISTITE ROMANO.

SERVIO * *Tullo regnante cuidam patrifamiliæ in agro Sabino præcipuæ magnitudinis, & eximiæ formæ uaccanata eſt, quàm oraculorū certiſſimi auctores in hoc à Dijs immortalibus editam reſponderunt, vt quiſquis eam Auentinenſi Dianę immolaſſet, eius patria totius terrarum orbis imperiū obtineret. Lętus eo dominus, bouem cum ſumma feſtinatione Romā actam, mactandam in Auentino ante aram Dianæ conſtituit, ſacrificio Sabinis regimen humani generis daturus. Ea qua re Antiſtes templi certior factus, religionem hoſpiti intulit, ne prius victimam cæderet, quàm proxima ſe * aqua abluiſſet, eoq; alueum Tyberis petente, vaccam ipſe immolauit, & vrbem noſtram tot ciuitatū, tot gentium dominam, pio ſacrificij furto reddidit.*

*Liu. li. 1.

*ſe proximi amnis aqua abluiſſet.

SERVIO Tullo regnante] Liu. ab urbe cond. Bos inquit in Sabinis nata cuidam patrifam. dicitur miranda magnitudine, ac ſpecie. Fixaq; per multas ætates cornua in ueſtibulo templi Dianæ, monumentum ei fuere miraculo habita, ut OLIV.

erat,

erat, res prodigij loco eſt, & cecinere vates, cuius ciuitatis eam ciues Dianæ immolaſſent, ibi fore imperium. id certamẽ peruenerat ad Antiſtitem fani Dianæ. Sabinus vt primum apta ſacrificio dies viſa eſt, bouem Romam actam deducit ad fanum Dianæ, & ante aram ſtatuit. Ibi Antiſtes Rom. cũ eum magnitudo victimæ celebrata fama mouiſſet, memor reſponſi, Sabinum ita alloquitur. Quidnam tu hoſpes paras inceſtum ſacrificiũ Dianæ facere? quin tu ante viuo perfundens flumine, quod infima valle profluit Tyb. religione tactus hoſpes, qui omnia, vt prodigio rõderet euẽtus, cuperet rite facta, ex templo deſcẽdit ad Tyberim. Interea Rom. immolat Dianæ bouem, id mire gratũ regi, ac ciuitati fuit. [Editam] natam. Auentinenſi Dianæ,] cuius templum erat in Auenti mõte. [Religionem] Metum religionis, ne Deam offenderet, ſi eam illotis manibus immolaret.

ASCAN. SErnio Tullo regnante] .ſ. Rom. uaca præcipuæ magnitudinis, & eximiæ formæ eſt nata in agro Sab. cuidam patrifamilia, q̃ certiſſimi auctores. i. interpretes oraculorum reſponderunt editam à Dijs immortalibus in hoc. i. ad hũc finem aut hoc fato, & portento vt quiſquis. i. quicunque immolaſſet eam Dianæ Auent. i. quæ Romæ in Auent. colle ædem habebat eius patria obtineret imperium totius orbis terrarum. [Dominus]. i. pater ille familias poſſeſſor vaccæ, lætus eo. ſ. oraculo, cõſtituit bouem. i. vaccam illam actam cum ſumma feſtinatione, aut quia cupidus erat talis euentus, aut ne oraculum alijs innoteſceret, & vacca ſibi præriperetur, Rom. mactãdam ante aram Dianæ in Auent. ſ. colle daturus. i. eo animo, vt daret Sab. regimen generis humani ſacrificio. ſ. talis vaccæ, de qua re Antiſtes templi. i. primarius ſacerdos, factus certior. i. edoctus intulit hoſpiti. i. homini peregrino, religionem, metum, & ſcrupulum, ne cæderet. i. mactaret prius victimam, q̃ abluiſſet ſe aqua amnis proximi, videlicet Tyb. (quia putabant aquam fluentem habere vim purgatiuam, unde Aeneas Aeneid. 2. Tu genitor cape ſacra manu, patrioſq; penates. Me bello ex tãto digreſſum, & cæde recenti Attrectare nefas, donec me flumine viuo Abluero) & eo. ſ. hoſpite, aut patrefam. petente alueum Tyb. ipſe immolauit vaccam, & reddidit. i. effecit pio furto ſacrificij, urbem noſtram dominam tot ciuitatum, & tot gentium.

DE IVNIO BRVTO

*Liu. li. 1. QVo in * genere acuminis in primis Iunius Brutus referendus, nam cũ à rege Tarquinio auunculo ſuo omnem nobilitatis indolem excerpi, interq; ceteros etiam fratrẽ ſuum, quòd vegetioris ingenij erat, interfectum animaduerteret, obtuſi ſe cordis eſſe ſimulauit, eaq; fallacia maximas virtutes ſuas texit. Profectus etiam Delphos cum Tarquinij filijs, quos is ad Apollinem Pythium muneribus, ſacrificijsq; honorandum miſerat, aurũ deo, nomine doni clam cauato baculo incluſum tulit, quia timebat, ne ſibi cæleſte numen aperta liberalitate venerari tutum non eſſet. Peractis deinde mandatis patris, Apollinẽ iuuenes conſuluerunt quiſnam ex ipſis Romæ regnaturus videretur, at is, penes eum ſummam orbis noſtræ poteſtatem futuram, reſpondit, qui ante omnes matri oſculũ dediſſet. Tunc Brutus, perinde atque caſu prolapſus, de induſtria ſe abiecit * terramq; communem omniũ matrem exiſtimans, oſculatus eſt, quod tã vafre telluri impreſſum oſculum, vrbi libertatem, Bruto primum in faſtis locum tribuit.

* Terrã Italicam inquit Dion. li. 4.

OLIV. QVo in genere] Liu. lib. 1. portentum inquit, terribile uiſum in regia, anguis ex columna lignea elapſus, cum terrorem, ac fugam feciſſet, in regiam ipſius regis non tam ſubito pauore perculit pectus, q̃ anxijs impleuit curis. Itaque cum ad pub. prodigia Hetruſci tm̃ vates adhiberentur, hoc ueluti domeſtico exterritus uiſo, Delphos ad maxime inclytũ in terris oraculum mittere ſtatuit, neque reſponſa ſortium ulli alij committere auſus, duos filios per ignotas ea tempeſtate terras ignotiora maria in Græciam miſit. Titus, & Aruns profecti, communis his additus L. Iunius Brut. Tarquinia ſorore regis natus iuuenis alius ingenio, q̃ cuius ſimulationem induerat. Is cum priores ciuitatis, in quibus fratrem ſuum ab auunculo interfectum audiſſet, neque animo ſuo quidquam Regi timẽdũ, neque in fortuna concupiſcendum relinquere ſtatuit, contemptuq; tutum eſſe, vbi in iure parum præſidij eſſet iudicauit, ergo ex induſtria factus ad imitationem ſtultitiæ, cum ſe ſuaq; prædæ eſſe regi ſineret, Bruti quoque haud abnuit cognomen, vt ſub eius obtentu cognominis liberator ille P. R. animus latens aperiretur tempore ſuo. Is cum à Tarquinijs ductus Delphos ludibrium uerius, q̃ comes, aurum incluſum corneo cauato ad id baculo, tuliſſe donum Apollini dicitur per ambages effigiem ingenij ſui ſimulans, quo poſtquam uentum eſt perfectis patris mandatis, cupido inceſſit animos iuuenum ſciſcitandi, ad quem eorum regnum Romanum eſſet uenturum, ex infimo ſpecu vocem redditam ferunt. Imperium ſummum Romæ habebit, qui veſtrum primus ò iuuenes oſculum matri tulerit. Tarquinij, vt Sextus, qui Romæ relictus fuerat ignarus reſpõſi, expersq; imperij eſſet, rẽ ſumma ope taceri iubent, ipſi inter ſe uter prior cum Romã rediſſent matri oſculum daret, ſorti permittunt. Brutus alio ratus ſpectare Pythicam uocem, uelut ſi prolapſus cecidiſſet, terram oſculo contingit. ſ. q̃ ea communis mater omnium mortalium eſſet. [Indolem excerpi] Incrementum uirtutis, hoc eſt omnes nobiles, uirtutis ſpecimen, & incrementum præ ſe ferentes carpi, & ea alijs deligi ad mortem. [Vegetioris ingenij] Magis uiuidi, & acutioris ingenij. [Qui ante omnes matri oſculum] De Ouid. Faſt. lib. 2. Conſulitur Phœbus ſors eſt ita reddita, matri Qui dederit primus oſcula, uictor erit. [Perinde, atque caſu prolapſus]. i. tanquam ſi pede offenſo lapſus eſſet.] In faſtis] In quibus annua geſta deſcribebantur, & omnes magiſtratus.

ASCAN. QVo, &c.] In quo genere acuminis. i. callidæ ſagacitatis, & uaframenti, Iun. Brut. exactor regum, & primus conſul eſt referendus. i. recenſendus in primis. i. inter primos. Nam cum animaduerteret omnem indolem. i. florem ingeniorum nobilitatis. i. nobilium puerorum, excerpi. i. paulatim ad necem dari & è numero uiuentium tolli à Tarquinio ſ. ſuperbo rege. ſ. Romanorum auunculo ſuo, quia matris frater, & animaduerteret etiam fratrem ſuum interfectum ſ. à Tarquinio inter ceteros, eo q̃ erat ingenij uegetioris. i. minus torpentis, ſimulauit ſe eſſe cordis obtuſi. i. ingenij hebetis, & texit ea fallacia maximas uirtutes ſuas. Profectus etiã Delphos cum filijs Tarquinij & Aruntes quos idem. ſ. Tarquinius miſerat ad honorandum Apollinem Pythiũ muneribus, & ſacrificijs, ipſe Brut. tulit deo nomine. i. ratione doni, aurũ incluſum baculo cauato clam. i. occulte, neſciẽtibus id filijs regis, quia timebat, ne tutum nõ eſſet ſibi uenerari numen cœleſte. i. Apollinis quem cœleſtium deorum unum putabant, liberalitate aperta. i. manifeſta. [Deinde iuuenes]. ſ. filij regis, mandatis patris peractis. i. poſtquam peregerant mandata patris ſui Tarquinij cõſuluerunt Apollinem quis. ſ. ex ipſis eſſet regnaturus Romæ. [At. i. ſed is. ſ. Apollo reſpondit ſummam poteſtatẽ urbis noſtræ futuram penes eũ. i. in poteſtate eius, qui dediſſet matri oſculum ante omnes. i. primus omnium. [Tũc Brutus perinde, atque caſu prolapſus, abiecit ſe in terram, de induſtria. i. data opera, & oſculatus eſt terrã exiſtimans ſcil. eam communem matrem omnium [Quod. ſ. oſculum, impreſſum telluri. i. terræ tam vafre. i. tam callide, ut nemo perciperet, tribuit vrbi. ſ. Romæ, libertatem, & Bruto primum locum in faſtis. i. libris, in quorum capite cõſulum nomina ſcribebantur, ipſe autem primus conſulum fuit.

DE SCIPIONE SVPERIORE.

SCIPIO * quoq; ſuperior præſidium calliditatis amplexus eſt. ex Sicilia. n. petens Aphricam, cũ ex fortiſſimis peditibus Romanis trecẽtorum equitum numerum implere vellet, neque tã ſubito poſſet eos inſtruere, quod temporis anguſtiæ negabant, ſagacitate conſilij aſſecutus eſt, nanque ex ijs iuuenibus, quos ſecum ex tota Sicilia nobiliſſimos, & ditiſſimos, ſed inermes habebat, ad ſe vocatos trecentos ſpecioſa arma, & electos equos quã celerrime expedire iuſſit, velut eos cõtinuo ſecũ ad oppugnandũ Carthaginẽ aduecturus, qui cũ imperio ot celeriter, ita lõginqui, & periculoſi belli reſpectu ſolicitis animis paruiſſent, remittere ſeſe Scipio illã expeditionem, ſi arma, & equos militibus ſuis tradere uoluiſſent, edixit. rapuit conditionem imbellis, ac timida

*Liu. li. 29. & Plut. in Scip.

iuuentus,inſtrumentoq; ſuo cupide noſtris ceſſit. Ergo calliditas ducis prouidit, ut quod ſi protinus imperaretur,graue prius,deinde remiſſo militiæ metu maximum beneficium fieret.Quod ſequitur narrãdum quoq; eſt.

Oliv. Scip. trecentos equites Ro. ſine publica impenſa armauit

SCIPIO vero] Scip.poſtquam in Siciliam venit traiecturus in Aphric. voluntarios milites ordinauit, centuriauitq; ex his,300. iuuenes florentes ætate, & virium robore inermes circa ſe habebat ignorantes, quem ad vſum neque centuriati,neque armati ſeruarẽtur,tum ex totius Siciliæ vniuerſorum numero principes genere,& formis 300.equites,qui ſecum in Aphric.traijcerẽt,elegit.diẽq; his,qua equis,armisq; inſtructi, atque armati adeſſent, edixit. Grauis ea militia procul domo, terra,mariq;,multos labores, magna pericula allatura videbatur,neque ipſos modo,ſed parẽtes,& cognatos eorũ ea cura augebat, vbi dies,quæ dicta erat,aduenit, arma equosq; oſtenderunt. Tum Scip.renunciatã ſibi dixit quoſdam equites Siculorũ tanquam grauem,& duram horrere eam militiam. Si qui ita animati eſſent,malle eos ſe iam tum fateri,q̃ poſtmodum querentes ſegnes,atque inutiles reip.eſſe,ea promerent,quid ſentirent cum bona uenia,ſe auditurum,tunc ex his vnus auſus eſt dicere ſe prorſus,ſi ſibi uerum uelit,liberum eſſet, nolle militare, tum Scip.& qñ inquit adoleſcens,quid ſentires non diſſimulaſti, vicarium tibi expedio iam,cui cum arma,& equum,cæteraq; inſtrumenta militiæ tradas.& tecum hinc ex templo domum ducas,exerceas docendo.cures equo,armisq;. læto conditionẽ accipiẽti,vnum ex 300.quos inermes habebat,tradit,vbi hoc modo exauctoratum equitem cum gratia imperatoris viderunt,ſe quiſque excuſare,& uicarium accipere,ita 300.ſiculis Romani equites ſubſtituti ſunt ſine publica impenſa. [Expeditionem] Illam militiam,ad quam expediti milites ducebãtur.[Ergo calliditas] Laudat Scip.callidum cõſilium,qui ſine ſociorum querela exercitum inſtruxit opibus illorum,tanta calliditate,ut illi ſe beneficium recepiſſe exiſtimarent,quod imperatum fuiſſet, grauiſſimum exiſtimaſſent. [Quod ſequitur] Hoc exemplum Cic.poſuit lib. 1.de offic.vbi dicit, Nec noſter quidem probandus eſt,ſi verum eſt.

Ascen. SCipio quoque ſuperior ampleans eſt præſidium.i.protectionem,& ſubſidium calliditatis [Enim.i.quia,ipſe petens.i. petere volens Aphricam ex Sicilia, cũ vellet implere numerũ 300.equitum ex fortiſſimis peditibus Romanis, neque poſſet inſtruere eos tam ſubito,aſſecutus eſt.i.obtinuit ſagacitate cõſilij ſup.id,quod anguſtiæ tẽporis negabãt.Nãque iuſſit 300. ex his iuuenibus,quos habebat ſecũ ex tota Sicilia nobiliſſimos,& ditiſſimos,ſed inermes, quia nõ aderant cauſa belli gerendi vocatos ad ſe expedire.i.acquirere,q̃ celerrime.ſ.poſſent arma ſpecioſa,& equos electos velut euecturus ſup. eſſet eos cõtinuo ſecum ad oppugnandã Carth. Qui.ſ.300.iuuenes cũ i.poſtquam paruiſſent imperio.ſ.Scip.vt celeriter,ita animis ſolicitis reſpectu.i.ex cõſideratione belli lõginqui,& periculoſi, Scip.edixit. .i.palã per præconem dixit,ſe remittere ſup.illis.Illam expeditionem.i.profectionem militarem in Aphricã,ſi voluiſſent tradere militibus ſuis,hoc eſt Romanis arma,& equos, iuuẽtus.ſ. Siculæ imbellis.i.non aſſueta bello,ac timidæ,rapuit.i.celeriter accepit conditionẽ.i.oblationem illam ſub conditione,& ceſſit cupide noſtris.i.Romanis militibus ſup.inſtrumento ſuo.i. quo bellum gerere poſſent,videlicet armis,& equis.[Ergo calliditas ducis prouidit,ut ſi quod imperaretur protinus,prius graue fieret,deinde maximũ beneficiũ.i.haberetur loco maximi beneficij remiſſu (quod vulgo dicerẽt) relaxato metu militiæ,hoc eſt ſi Scip.ſtatim exegiſſet ab illis nobilib9,vt ſinguli arma,& equũ talẽ militi Romano tribuerẽt uiſum fuiſſet per graue illis,præſertim cum ſibi chariſſimos equos,& aptiſſima nimirum arma delegerint,ſed nunc,cum viderent per ornamenta ſua,ſe à militiæ onere abſolui,loco maximi beneficij habuerũt ea dare.[Qđ ſequitur eſt quoque.i.& narrandum licet non ſatis honeſtum.

DE Q. FABIO LABEONE.

*Cic.li.1.de off.

Q. *Fabius * Labeo arbiter à ſenatu finium conſtituendorum inter Nolanos, & Neapolitanos datus,cum in rem præſentem veniſſet,vtroſq; ſeparatim monuit,ut omiſſa cupiditate, regredi a cõtrouerſia,quàm progredi mallent,idq; cũ vtraque pars auctoritate viri mota feciſſet,aliquantũ vacui in medio agri relictum eſt,conſtitutis deinde finibus vt ipſi terminauerant,quidquid relicti ſoli fuit, P. R. adiudicauit.Ceterum etſi ſic circumuenti Nolani,ac Neapolitani queri nihil potuerunt,ſecundum ipſorum demonſtrationem,dicta ſentẽtia,improbo tamen præſtigiorum genere,nouum ciuitati noſtræ vectigal acceſſit Eundem ferunt cum à rege Antioco,quem bello ſuperauerat,ex fœdere icto,dimidiam partem nauium accipere deberet, medias omnes ſecuiſſe,vt eum tota claſſe priuaret.*

Oliv.

Q. Fabium Labeonem] Seu quem alium nihil enim habeo præter auditum, arbitrum Nolanis, & Neapolitanis,de finibus agri à ſenatu datum,cum ad locum veniſſet,cum utriſque ſeparatim locutum,ne cupide quid agerent, nec appeterent,atque vt regredi, q̃ progredi mallent. Id cum utrique feciſſent aliquantulum agri in medio relictum eſt. Itaque illorũ fines ſicut ipſi dixerant terminauit,quod erat in medio relictum, P.R.adiudicauit. Narrandum,ſed non imitandum,quia vt inquit Cic.hoc eſt decipere,nõ iudicare.quo circa in omni re fugienda eſt talis ſolertia.[Regredi,q̃ progredi mallent] Citra fines ſe continere, q̃ vltra fines procedere. [Præſtigiorum genere].i.illuſionum,& deceptionum genere.[Eundem ferunt] Nec illud minori calliditate fuit, q cum Anthiocum bello ſuperaſſet,& coegiſſet pacem petere, inter cæteras pacis conditiones,illud adiecit, ut ſibi dimidias, quaſcunq; haberet naues,ex fœdere daret,quod ille non recuſauit,ſperans mediam totius claſſis partem integram iri ſibi relictum. Fabius vero nõ medium nauium numerum, ſed ipſa corpora ſecari iuſſit, vt eum penitus claſſe priuaret.

Ascen. Q. Fabius Labeo Datus arbiter à ſenatu finium conſtituendorũ inter Nolanos, & Neapolitanos cum veniſſet in rem præſentem.i. adlocũ ipſum, de quo controuerſia erat,monuit,utroſque ſeparatim,ut mallent regredi.i.diſcedere à controuerſia.i.lite,q̃ progredi ſup. in eam,& hoc cupiditate habendi omiſſa,& cũ utraque pars mota auctoritate viri feciſſet id,aliquãtulum agri uacui.i.carentis poſſeſſore relictũ eſt in medio,deinde finibus.i.limitibus conſtitutis, vt.i.quẽadmodum ipſi.ſ.de vtraque parte commiſſi terminauerant.i.adiudicauit P.R.quidquid ſoli fuit reliqui. Cæterũ.i ſed,& ſi.i.q̃q̃ Nolani,ac Neapolitani circumuenti.i.decepti fraude arbitri nihil potuerunt queri.i.conqueri,ſententia dicta.i.eo q ſentẽtia eſſet dicta ſecundum demonſtrationem ipſorum,tñ nouum.i. inuſitatum uectigal .i. pecuniæ acquiſitio ex agro alieno. acceſſit ciuitati noſtræ genere præſtigiorum .i. cautelæ deceptoriæ more præſtigiatorum factæ improbo.i.improbando,& deteſtando.[Eundem,&c. Ferunt.i.dicũt.ſ. vulgo,aut hiſtorici eundem.ſ Q Fabium Labeonem cum deberet accipere à rege Anthioco,quem ſuperauerat bello dimidiũ partem nauium ex fœdere icto.ſ.cum eo ſecuiſſe omnes.ſ.naues medias, ut priuaret eum tota claſſe,quia dimidiatæ naues inutiles erant.

DE MARCO ANTONIO.

*Cic. pro Cluẽtio.

*Actum eſſet,qđ ci.

NAM * *M.Antonio remittendum conuitium eſt, qui iccirco ſe aiebat nullã orationẽ ſcripſiſſe, vt ſi quid ſuperiore iudicio * actum, ei quem poſtea defenſurus eſſet,nociturum foret,nõ dictum à ſe affirmare poſſet, qui facti vix prudentis, tolerabilem cauſam habuit,pro periclitantiũ enim capite,nõ ſolum eloquentia ſua vti,ſed etiam verecundia abuti erat paratus.*

Oliv.

NAM M.Antonio] Hic fuit M.Ant.orator,qui in cauſis dicendis nõ maiori eloquentia,q̃ prudentia vti conſueuerat,nullam.n.vnquã è ſuis orationẽ ſcriptã edere uoluit,vt ſi qd forte dixiſſet in aliquo iudicio,quod in altera actione cõtradicendum eſſet,id ſibi ſemper integrũ foret,quo poſſet obijcientibus negare illud dixiſſe. Periclitantium] Reorum.

Ascen. NAm, &c.] Conuitiũ eſt remittendum M. Ant.ſ. oratori iam,uel quia morte ſatis ſupplicij luit,aut quia gratiã meruit Labeo,qui aiebat ſe nullã orõnẽ ſcripſiſſe, iccirco,vt ſi qd actũ ſuperiore iudicio foret.id eſſet nociturũ,ei quẽ defenſurus eſſet poſtea,poſſet firmare nõ dictũ ſup.eſſe à ſe [illegible] uix,i.quaſi nullã habuit cauſam tolerabilem facti prudentis, [illegible] impudentis,

impudentis,ſunt tñ qui prudentis legant. Enim pro quia, ipſe erat paratus,non ſolum vti ſua eloquentia,ſed etiam abuti verecundia ſua (vnde impudenter egit) pro capite periclitãtium, ita cum inter oratores clariſſimos reponatur,ſi orator ſit vir bonus dicẽdi peritus diffiniendus,ne orator quidẽ dicẽdus fuerit.

DE SERTORIO.

*Front. lib. 1.& 10.Stra. SERTORIVS *vero corboris robore,atque animi conſilio,parem naturæ indulgentiam expertus, proſcriptione Syllana dux Luſitanorũ fieri coactus cum eos oratione flectere non poßet, ne cum Romanis vniuerſa acie confligere vellent,vafro conſilio ad ſuam ſententiam perduxit,duos enim in conſpectu eorum conſtituit equos,alterum validiſſimum, alterum infirmiſſimum,ac deinde validi caudam ab imbecillo ſene paulatim carpi,infirmi à iuuene eximiarũ virium vniuerſam conuelli iuſſit,obtemperatum imperio eſt. ſed dum adoleſcentis dextra irrito ſe labore fatigabat,ſenio confecta manus miſterium executa eſt, tunc barbaræ concioni, quorſum ea res tenderet cognoſcere cupienti, ſubiecit, equi caudæ cõſimilem eſſe noſtrum exercitum,cuius partes aliquis aggrediens opprimere poſſit, vniuerſum conatus proſternere,celerius tradiderit victoriam, quam occupauerit, ita gens barbara,& aſpera,& regi difficilis,in exitium ſuum ruens,quàm vtilitatem auribus reſpuerat,oculis *peruidit. *Prouidit.

OLIV. SERTORIVS vero] Hic tantis animi corporiſq; viribus excelluit,vt eum cuiuis,& illis, qui clariſſimi hñt bellorum duces,non ſolum conferre,ſed etiã præferre merito poſſis. Nam Philippo continentiorem in mulieres. Antigono fidelio rem in ſuos,Hannib.placabiliorẽ in hoſtes fuiſſe certiſſimi auctores ſunt,ingenio aũt nulli eorum inferiorem,ſed fortuna omnibus ipſis,qua ſemper infeſta magiſquam hoſtibus vſus,ſe peritia Metello,audacia Pomp.fortuna Syllæ,potentia P.R.exul & barbaris imperitãs adęquauit. Cum alterum oculum amiſiſſet in bello,dictitare ſolebat,alios non ſemper virtutis ſuæ teſtimonia ſecum habere.ſed torques,& haſtas,& coronas,domi ſępius relinquere,Sibi uero bellicę laudis inſignia cõtinuo adeſſe.Poſt multa & præclara pro rep.bello domiq; geſta facinora.Cinnanes tandem partes ſecutus ab Opimio conſule pulſus, eſt cum Cinna qui deinde Mario cõiuncti,& cũ urbe capta Marius,& Cinna omnia crudelitatis exempla proderẽt, Sert.ipſe nec trucidaſſe quenquam ob iram, nec cõtumeliam intuliſſe cuiquam dicitur,ſed ea continuo improbaſſe,quæ illi fœde,crudeliterq; exercebant, quinetiam ad quatuor ſeruorum millia in ciuitate præter modum ſæuientium ipſe trucidauit,pulſus iterũ à Sylla, profligatis Marianis partibus in Hiberiam cum ſe recepiſſet variis caſibus agitatus extrema plerunque fortuna ſtetit.Ad Maruſios deinde delatus eo conſilio,ut ad fortunatas inſulas uſque profectus quietam ageret uitam,præter opinionẽ incidit in bellum, Cilicibus tum forte Aſcalium in Maruſiorum regnum reducere conantibus,quorum hoſtibus cum auxilio fuiſſet,ductu & auſpicio ſuo pulſis Cilicibus,obſeſſoq; Aſcalio,& Cæſo Pacciano, qui ad liberandum Aſcalium miſſus fuerat à Sylla,multis deinde oppidis partim capitis, partim in deditionẽ acceptis magnum apud omnes Sertorij nomen,& gloria fuit,adeo ut à Luſitanis ultro acciretur ad regnum,quo quidem accepto parato q; pro tempore & illorum opibus exercitu ſatis exiguo,quippe 12.millium militum,aduerſus quatuor Rom. duces, & centum ac 30.hominũ millia bene feliciterq; pugnauit Nam Cottam apud Mellariam nauali pręlio ſuperauit. Phidiam prætorem in Hiberia profligauit,& occidit.Domitium proconſulem cum magna exercitus parte deleuit. Metellum denique ipſum ætatis ſuę uirum ampliſſimum ad eam neceſſitatem redegit,ut L.Lolium ex prouincia Narbonẽſi auxilium ſibi ferre cogeret. Et Pomp.Mag.ex urbe cum ſumma feſtinantia & exercitu mitteretur,quẽ ingenti arte ſæpe deluſum,& acie cum Afranio aliquoties deuictũ,Sertorius demũ contriuiſſet,niſi à M.Perpẽna, qui ſecum arma coniuxerat, per inuidiam coniuratione facta in cœna fuiſſet interemptus.hic igitur cum Luſitanos, quibus imperitabat,u ratione inducere non poſſet,ne uellent cũ Rom. vniuerſa acie decernere,contumaces.n.imperatoris iuſſum non expectabant,ſed temere ferebãtur in hoſtes,id calliditate,& vafro conſilio perfecit,nam adunata concione cũ duos equos in medium iuſſiſſet adduci, Alterum macie,ſenioq; confectum,alterum fortem,& nitidum,macilento validum iuuenem,forti ſenem imbecillem,& huic carptim illi vno impetu equorum caudas euellere iuſſit,quod cum adoleſcens totis viribus annixus fruſtra tentaſſet,ſenex paulatim ſetas euellendo caudam nudauit. Tum Sertorius Videtis,inquit cõmilitones ingenium plus poſſe quam vires,omnia nanque vincit ſtudioſa ſedulitas,quo facto barbara gens ferox,& contumax imperatori facilis,& dicto parens facta eſt.A.Gel.hunc alio vafro conſilio vſum fuiſſe dicit, lib.15.cap.22.quod & Plu.affirmat in vita Sertorij,illũ.ſ.candidam ceruam eximiæ pulchritudinis, & viuaciſſimæ celeritatis à Luſitan. quodam ſibi dono datam ita manſueſeciſſe, vt & vocãtem exaudiret,& vadentem ſequeretur, aſſuetum quoque os auribus eius interdum admouere, quaſi cum eo loquentem, & arcani aliquid à numine nunciantem. Nam illam ſibi à Diana dono datã ſimulabat, à qua tanquam ab ipſo numine doceretur,quid faciendum,aut non faciendum eſſet,quotieſcunque hoſtes fines ingreſſos,aut urbem aliquam cœpiſſe occulte præſenſerat.dictum ſibi à cerua ſimulabat,vt copias in armis haberet rurſus ſi victoria aliqua ſuorum ducum occulta nũciabatur, ceruam coronabat, & ab ea ſibi victoriam denunciatam fuiſſe dicebat,hac ſimulatione barbaros feros,& indomitos facile dicto parentes eſſe fecit, literas quoque compoſitas pro veris legebat,ſomnium ſimulabat,& falſas religiones conferebat.[Robore corporis & animi conſilio] Quia pares illi natura corporis, & animi dotes conceſſerat, vt & corporis viribus,& animi cõſilio plurimum valeret. [Confecta] Conſumpta. [Miniſterium executa] Opus perfecit. [Quorſum tenderet] Ad quem finem id feciſſet imperator. [Oculis peruidit] Subiecta ſimilitudine.

ASCEN. SErtorius uero] Expertus parem, quia utrobique ingentem indulgentiam .i. conceſſionem, & in ſe beneuolentiam naturæ ſup.in robore corporis, atque conſilio animi, coactus fieri dux Luſitanorum in Hiſpanijs,proſcriptione Syllana,cum non poſſet flectere oratione.i.inducere eos.ſ.Luſitanos, ne.i. ut non uellent cõfligere cum Rom.uniuerſa acie(quia proſcriptus contra Rom.ſaltem cum Syllanos pugnauit,neque auſus eſt eis uniuerſis confligere,aut ſaltem non uiſum eſt commodum) perduxit ſup.eos ad ſuam ſententiam conſilio uafro .i. inuentione aſtuta. Enim pro quia,conſtituit in conſpectu eorũ duos equos alterum ualidum,& alterum infirmiſſimũ, ac deinde iuſſit caudam ualidi carpi.i.extrahi paulatim ab ſene.ſ.uiro,imbecillo.i. fragili,& iuſſit caudam infirmi,ſup.equi,conuelli à iuuenę eximiarum uirium,uniuerſam.i.ſimul totam,obtẽperatum eſt.ſ.à ſene,& à iuuene imperio.i.mandato Sertorij to cõuellenda cauda equina,modo quo iuſſerat,ſed dũ dextra.ſ.manus adoleſcentis.ſ.robuſti,fatigat ſe labore irrito,quia non potuit caudã equi quantumuis fragilis uno tractu euellere,manus, cõfecta ſenio.i.ipſius ſenis,executa eſt.ſ.paulatim,hoc eſt ſingulos pilos extrahendo,miniſterium.ſ.quod iuſſa fuerat caequi.[Tũc Sertorius ſubiecit.i.continuo dixit cõcioni barbaræ.i.multitudini barbarorum conuocatorum ad audiendum uerbum imperatoris, cognoſcere quorſum.i.ad quem finem ea res tenderet,dixit aliquã exercitum noſtrũ.ſ.Rom.eſſe ſimilem caudæ equi,cuius.ſ.exercitus Rom.aliqui aggrediens.i.inuadens partes poſſit opprimere ſup.eas,ſed ſup.conatus.i.qui conaretur proſternere uniuerſum.i.ſimul totum exercitum.ſ.Rom.tradiderit.ſ.hoſti.celerius uictoriam,quàm occupauerit ſup.eam.Ita.i. & ſic gens barbara.i.incultis moribus aſpera,& difficilis regi.i.ut regatur,ruens, id eſt,lata circumſpectione in exitium ſuum peruidit.i. uidendo cognouit oculis utilitatem quàm reſpuerat auribus.i.dum uerbis duntaxat illi diſſuadebatur.

DE FABIO MAXIMO.

*Plut.in uita. FABIVS *autem Maximus,cuius non dimicare, vincere fuit,cum præcipuæ fortitudinis Nolanum peditem dubia fide ſuſpectum,& ſtrenuæ operæ Lucanũ equitem amore ſcorti deperditum in caſtris haberet,vt vtroque potius bono milite vteretur,quàm in vtrunque animaduerteret,alteri ſuſpicionẽ ſuam diſſimulauit, in alterũ diſciplinã paululum à recto tenore deflexit,nanque illum plene pro tribunali laudando, omniq; genere

honoris proſequendo, animum ſuum à Pœnis ad Romanos coegit reuocare, & hunc clam meretricem redimere paſſus, paratiſſimum pro nobis excurſorem reddidit.

Oliv. Fa. Max. Nolanũ militem qua atte in fide retinuit.

FABIVS Maximus] Hic cum animaduertiſſet Nolanum quendam fortiſſimum militem, & genere præſtantem defectionis à quibuſdam accuſari, non animaduerſione, ſed vafro conſilio ſibi fidiſſimum, & Rom. patris propugnatorem acerrimum reddidit, accito enim illo nunc inquit res eo malignitatis peruenit, vt duces ad gratiam futuram ineũdam potius accuſentur, q̃ pro eorum virtute honores impartiantur, deinde illum accuſauit, q nulla in re officiũ eius expoſceret, hæc cum dixiſſet acerrimo equo, alijſq; muneribus illũ ornauit, eſſecitq; vt qui antea ſuſpectus eſſet, nunc fideliſſimus & P. R. ſtudioſiſſimus efficeretur, abſurdum enim eſſe dicebat, equos, & canes venaticos cura hominum, & familiaritate, & victu manſueſcere, feritatemq; deponere, hominibus vero imperantes, non gratia, & manſuetudine rebelles animos ſibi conciliare; aſperiora profecto, violẽtioraq; eſſe, quę agricolę faciũt de caprifico, ac piraſtro oleaſtroque, nam has arbores in oleas, ficusq;, ac piros domeſticas fouendo, blandiendoq; conuertunt. Alterum militem genere Lucanum cohortium principes accuſauerũt, quod ea caſtris ſe ſurripiens ſæpius ex ordine diſceſſerat, hos Fab. interrogat qualem hunc hominem eſſe animaduertiſſent, approbantibus cunctis & eius res geſtas, ac virtutes extollentibus. Fab. diligenter ſciſcitatus, diſceſſus & erroris cauſam, ubi cõperit hominem ſcorti cuiuſdam amore correptũ, ſtatim curauit clam meretriculam illam comprehendi, & ad ſe in caſtra perduci, quo facto iuuenem ad ſe accitum benigne compellat, non te fugit inquit, q præter leges, & mores Rom è caſtris noctu ſæpe diſceris, ſed ante bonum te fuiſſe virũ haud oblitus ſum, errores igitur tui cum rebus à te bene geſtis recompenſentur, poſt hac vero te in alijs rebus obſeruabo, educta deinde è tentorio muliercula, hæc inquit te in caſtris retinebit, niſi propter aliam improbitatem diſceſſeris nam te huius amore è caſtris diſcedere ferebatur, eam deinde iuueni tradidit, & illum fortiſſimum ſibi retinuit, & reip. vtilem. [Cuius non dimicare, vincere] Eſt infinitus ſæpe pro re verbi ponitur, vt hoc loco non dimicare eſt vincere nulla dimicatio eſt victoria. Contra vero etiam res verbi ponitur pro infinito, vt conſulto pro conſulere facto pro facere. [Diſciplinam deflexit] Quia propter diſciplinam militiæ Romanæ permiſit hunc in caſtris ſcortum habere. [Paratiſſimum excurſorem] Expeditiſſimum bellatorem, nam excurſores dicuntur, qui in expeditionem aduerſus hoſtes ducuntur.

Ascan. FAbius aũt Maximus cuius non dimicare .i. abſtinere à pugna eſt vincere, ſic in hoc eſt cunctando Hãnib. fregit, cum haberet in caſtris. ſ. ſuis peditem .i. militem pedeſtrem. Nolanum .i. è Nola oppido fortitudinis præcipuæ .i. egregiæ ſuſpectũ dubia fide, quia videbatur ad Hannib. vellet tranſire, & equitem Lucanum .i. è Lucania opere .i. operationis, militaris ſtrenuæ .i. acris, & diligentis, deperditum amore ſcorti .i. meretriculæ, vt vteretur vtroq; potius bono milite, q̃ animaduerteret in vtrunque .i. iuſte puniret vtrunque diſſimulauit .i. diſſimulãdo abſcondit alteri ſ. Nolano ſuſpicionem ſuam de perfidia illius, & deflexit in alterum .i. ad complacendum alteri videlicet Lucano diſciplinam ſ. militarem paululum à recto tenore .i. à rigore ſuo. [Nanque laudando illum. ſ. Nolanũ, ſuſpectæ fidei, plenè .i. tanquam minime ſuſpectum, pro tribunali .i. cathedra imperatoria & proſequendo .i. afficiendo eum omni genere honoris coegit ſup. eum reuocare animum ſuum à Pœnis .i. Carth. ad Rom. & paſſus hunc. ſ. equitem Lucanum redimere. ſ. à Lenone, clam .i. in occulto meretricẽ, reddidit ſup. excurſorem. ſ. in hoſtiles terras, aut caſtra paratiſſimum .i. promptiſſimum pro nobis.

Theo. AT qui Liuius, Equitem non peditem Nolanum, nec à Fab. Max. ſed à Marcello reuocatum ſcribit ad ſanitatem.

DE MARCO VOLVSIO ÆDILE.

*App. li. 4. ſed ad Pomp. Frõt. pręuenisse ſcribit.

*VENIAM * nunc ad eos, quibus ſalus aſtutia quæſita eſt. M. Voluſius ædilis plebis proſcriptus aſſumpto Iſiaci habitu, per itinera, viaſq; publicas ſtipem petens, quiſnam reuera eſſet, occurrentes dignoſcere paſſus non eſt, eoq; fallaciæ genere tectus, in M. Bruti caſtra peruenit. Quid illa neceſſitate miſerius, quæ magiſtratum Pop. Rom. abiecto honoris prætextu, alienigenę religionis obſcuratum inſignibus, per vrbem iuſſit incedere? Omnes autem hi, ſuæ vitæ, aut illi alienæ mortis cupidi, qui talia vel ipſi ſuſtinuerũt, vel alios perpeti coegerunt.*

Oliv. VENIAM nunc ad eos] De his qui aſtutia ſibi ſalutẽ parauerant M. Voluſius à triũuiris proſcriptus, vafro conſilio & calliditate ingenij ſalutem ſuam protexit, nam ſumpto Iſiaci habitu mendicus factus incognitum ſe omnibus præbuit, quacunque iter fecit, donec in caſtra Brutiana peruenit ſaluus, & incolumis. [Aedilis] Trib. pl. Hic locus corruptus eſſe ſolet, neque .n. tribunus & ædilis quiſque vno tempore eſſe poterat, ſed ita credendum eſt vt litera ſit ædilis pleb. erant .n. ædiles pleb. & curules, quod inter vtroſque intereſſet, oſtendit idem Val. 1. lib. de neglecta relig. vbi de Var. loquitur. [Aſſumpto Iſiaci habitu] Sumpto habitu ſacerdotis Iſidis, erat aũt habitus mendicantis, nam Iſiaci ſacerdotes mendicantes per vrbes, & vicos vagabantur, pollicentes de futura prædicturos ſi darentur aſſis, & inde quæſtum faciebãt, hi vulgo nunc dicũtur Cingani, ſunt autem Aegyptij, ergo habitu Iſiaci .i. habitu pauperrimi ſacerdotis. [Stipem] Pecuniam mendicans. [Quid illa neceſſitate]. Hanc fortunam uel potius Voluſij neceſſitatem deplorat, qua nihil ferme triſtius inueniri poſſit, quæ Voluſium coegit depoſitis Rom. magiſtratus inſignibus Iſiaci, hoc eſt pauperrimi ſacerdotis, & mendicantis ſumere habitum. [Abiecto honoris prætextu] Depoſito magiſtratus inſigni. [Omnes autem hi] Damnat Voluſium & eos, qui vitæ nimium cupidi, omnem indignitatem, & turpitudinem vitandæ mortis gratia ſubire nõ dubitant, & eos qui alienæ mortis auidi homines ad eã neceſſitatem impellunt, vt ea ſuſtinere cogãtur. [Suſtinuerunt] Vitæ cupidi. [Perpeti coegerunt] Alienæ mortis auidi.

Iſiaci ſacerdotes apud R. apud nos Cingari.

Ascen. VEniam nunc ad eos quibus ſalus] .i. conſeruatio vitæ quæſita .i. inuenta eſt aſtutia .i. per aſtutiam. M. Voluſius ædilis plebeius, & ita non curulis, proſcriptus. ſ. à triumuiris, petens ſtipem .i. eleemoſynam habitu Iſiaci .i. ſacerdotis Iſidis per itinera, & vias, non eſt paſſus occurrentes dignoſcere reuera quiſnam eſſet, & tectus .i. protectus eo genere fallaciæ peruenit in caſtra M. Bruti. [Quid miſerius fuit illa neceſſitate?] Quæ. ſ. neceſſitas, iuſſit .i. voluit, aut impulit, magiſtratum P. R. quia ędilem, prętextu honoris .i. inſigni magiſtratus abiecto, incedere obſcuratum inſignibus religionis alienigenæ quia Aegyptiacæ? q.d. nihil & ita tacite dãnat Voluſium Brutianus partes ſecutum. [Omnes autem hi qui ipſi .i. in ſe ſuſtinuerunt talia .i. tam miſerum ſubterfugium, cupidi ſup. fuerunt ſuæ vitæ. ſ. conſeruandæ plus, quàm honoris, aut illi, qui alios coegerunt perpeti talia, fuerunt cupidi mortis alienæ.

DE SENTIO SATVRNINO VETVLIONE.

*Pompeium vocat Appia. li. 4.

*ALIQVANTO * ſpecioſius Sentij Saturnini Vetulionis in eodem genere caſus, vltimæ fortis auxilium, qui cum à triumuiris inter proſcriptos nomen ſuum propoſitum audiſſet, continuo pręturę inſignia inuaſit, pręcedentibusq; in modum lictorum, & apparitorum publicorum ſeruis ſubornatis, vehicula comprehendit, hoſpitia occupauit, obuios ſummouit, ac tam audaci vſurpatione imperij, in maxima luce denſiſſimas hoſtilibus oculis tenebras effudit. Idem vt Puteolos venit, perinde vt publicum miniſterium agens, ſumma cũ licentia correptis nauibus in Siciliam certiſſimum tũc proſcriptorum profugium penetrauit. His vno adiecto leuioris notæ exemplo ad externa reuertar.*

Oliv. ALIQVANTO ſpecioſius] Hic Saturninus Vetulio honeſtiori ratione, longeq; à ſuperiori diuerſa ſuæ ſaluti conſuluit, proſcriptus .n. à triumuiris cum ſe quæri ab interfectoribus audiſſet, nõ mendicis habitum, ſed magiſtratus inſignia audacter ſuſcepit, ſubornatiſq; ſeruis, eos tanquam apparitores, & lictores præcedere iuſſit, ex quo factum eſt, vt per omnes colonias, & municipia Romana publice ſuſceptus, vehicula publica, hoſpitia honorifica vbiq; conſequeretur. Puteolos quoque delatus, non aliter ex Romana claſſe, quæ tum ibi erat, ſibi neceſſarias naues delegit, q̃ ſi prætor, aut alius publicus magiſtratus extitiſſet, qua audacia in Siciliam tutus peruenit, quo cæteri proſcripti confugiebant. [Vetulionis] Ad differentiam

Saturnini

Saturnini Apulei de quo ſupra dictum eſt. [Perinde ac publicum miniſterium] Tanquam publico officio fungens. [Certiſſimum profugium] Nam ibi tuti eſſe poterant proſcripti. [Leuiorꝭ notæ] Ignobilitatis conditionis.

ASCAN. A Liquanto ſpecioſius Sentij] Aut vt alij legunt ſenſeris, quod ſi eſt legendũ. Ordo eſt. Tu ſenſeris auxiliũ Saturnini aliquanto ſpecioſius, &c. [Sin ſententijs ſic] Auxilium Saturnini Vetulionis in eodem genere caſus extremę ſortis. i. mortis cauendæ ſup. fuit ſpecioſius aliquanto. i. aliqua ex parte ſup. quã Voluſij ſententijs. i. ſm ſententias, & iudicia hominũ. [Qui cũ audiſſet nomen ſuum ꝑpoſitũ inter ꝓſcriptos à triũuiris, inuaſit. i. violenter accepit cõtinuo inſignia prętureę, & ſeruis ſubornatis in modũ lictorũ, & appzitorũ. i. ſatellitum publicorum præcedentibus, comprehendit. ſ. vbicunq; inueneraт, quaſi nomine publico vehicula, quibus ſarcinas ſuas euexit, & forte ſe, & ſuos, occupauit hoſpitia. ſ. publica, ſummouit. i. de via cedere fecit obuios, ac effudit tam audaci vſurpatione imperij oculis hoſtilibus, tenebras denſiſſimas, in maxima luce. i. cũ incenderet maxime conſpicuus, & tanquã prętor Romanus ab inimicis eum quærentibus nõ eſt agnitus. [Idem]. ſ. Saturninus. Vt venit Puteolos, perinde ac. i. tanquam agens publicũ miniſteriũ. i. ad remp. pertinens nauibus correptis cũ ſumma licẽtia. i. pro libidine, quas vellet inuitis dominis, penetrauit in Siciliam certiſſimum tunc profugium proſcriptorũ. Quia autem multa domeſtica ſubiecit exemplo, ne multitudo faſtidium pariat, dicit. Vno exemplo notæ leuioris. i. minoris æſtimationis, ſicut res minore nota percenſum adiecto his. ſ. iã dictis reuertar, pro eo, quod eſt uertam me ad extrema.

THEO. S Ententijs] Parthaſius exiſtimabat incõmode ſententijs imperitia librarij ſcriptũ ꝑ Sentij. Nã Sentij prænomẽ in vſu veterũ fuiſſe ſatis indicãt, Sẽtius Gallus, & Sẽtius Augurinus.

DE AMORE CVIVSDAM PATRIS, IN FILIVM.

A MANTISSIMVS *quidam filij, cũ eũ incõceſſis, ac periculoſis facibus accenſum, ac inſana cupiditate pater inhibere vellet, ſalubri conſilio patriam indulgẽtiam temperauit, petijt enim, ut prius, quam ad eam, quam diligebat, iret, *uulgari ac permiſſa Venere uteretur. cuius precibus obſecutus adoleſcẽs, infelicis animi impetum ſacietate licentis cõcubitus reſolitum, ad id, quod non licebat, tardiorem pigrioremq; afferens, paulatim depoſuit.*

*Incesſ: ꝗlibet ante venerem Ouid. li. 2. de Remed.

OLIV. A MANTISSIMVS quidam] Pater quidam cuius ꝓpter ignobilitatem nomen nõ ponitur, cum ſenſiſſet filium inſano matronæ cuiuſdam amore detineri, vafro conſilio ab eo quaſi furore reuocauit, nã quoties ad matronã erat iturus, ab eo petebat, vt prius vulgari, & publico ſcorto uteretur qd cũ feciſſet adoleſcens extincta eius libido, nõ facile matronæ blanditijs poſtea intendebatur, & ita filiũ à periculoſo amore liberauit. [Periculoſis facibus] Quia matronã amabat ad quam non ſine periculo accedere poterat. [Inhibere] Coercere. [Reſolutum] Quaſi obtuſum, refrenatum.

ASCEN. A Mantiſſimus, &c. [Ordo eſt. Quidam pater amantiſſimus filij. ſ. ſui, cũ vellet inhibere. i. retrahere eum accẽſũ facibus. i. amorũ inconceſſis, & periculoſis, quia cuiuſdam matronæ cupiditati; inſana. i. temeraria, aut uehementi vſq; ad inſaniam, temperauit indulgentiam patriã cõſilio ſalubri, quantum ad illius ſeculi errorem. quo minorẽ fornicationem, capitalem non ſenſerunt culpam. Enim pro q̃a, pater petijt à filio, vt priuſquam iret ad eam quã diligebat, vteretur venere vulgari, ac permiſſa. i. coitu meretricio, cuius precibus adoleſcens obſecutus, afferẽs impetũ animi infelicis. i. infeliciter amãtis reſolutũ. i. retuſum & laxatum ſacietate cõcubitus licentis. i. tunc permiſſi, & nunc quoq; ad euitandũ maius malum à ſeculari iudice raro puniti, afferens dico tardiorẽ, & pigriorem ad id, quod non licebat, depoſuit ſup. eum paulatim.

EXTERNA.
DE QVODAM ASINARIO.

C*VM Alexander Macedonum Rex ſorte monitus, vt eũ qui ſibi porta egreſſo primus occurriſſet interfici iuberet, Aſinarium forte ſibi obuiam factum ad mortem abduci imperauit. eoq; quærente quidnam ſe immerentẽ capitali ſupplicio innocentemq; addiceret, cum ad excuſandum factum ſuum oraculi præceptũ retuliſſet, Aſinarius, ita eſt, inquit, rex, alium ſors huic morti deſtinauit, nam aſellus, quem ego ante agebam, prior tibi occurrit. Delectatus Alexander & illius tã callido dicto, & qd ab errore ipſo reuocatus erat, occaſionem in aliquanto viliore animali expiãdæ religionis rapuit. ſumma in hoc cum calliditate manſuetudo, ſumma quoq; in alterius regis Equiſone calliditas.*

OLIV. C VM Alex.] Cum Alexander ducturus eſſet exercitum in Perſas conſuluit oraculum, quem ſuſcepti belli euentum eſſet habiturus, felicẽ reſpondit Apollo, ſi eum, qui primus ſibi porta egreſſo occurriſſet, occidi iuſſiſſet, ſorte ita accidit vt Aſinarius quidam occurreret, quem cũ ad cędẽ rapi imperaſſet, admiratus Aſinarius, qui ſe innocentẽ ſciret, & rei cauſam nõ intelligeret, quæſiuit ex Alex. qua gratia id faceret quieũ Alex. Apollinis reſponſum, & fati neceſſitatem aperuiſſet, nõ tibi prior inquit occurri ò rex, ſed Aſinus, qui ante me actus præcedebat, quo callido reſponſo ſe ab imminẽti morte liberauit, nam hoc dicto delectatus Alex. Aſinum occidi, & hominem ſeruari iuſſit. [Sorte monitus] i. oraculo. nam dupliciter dabantur reſponſa, aut uerbis, cum Phœbus loquebatur, & futura prædicebat, aut in folijs palmæ, in quibus dicit Vat. interdum notis, interdum ſcribebant ſermonibus. Vnde Virgil. Folijs ne tantum carmina mandes. Ipſa canas oro, finem dedit ore loquẽdi. [Addiceret] Aſtringeret, deſtinaret. [Oraculi præceptum] Reſponſum Apol. qui ſuę ſalutis cauſa id facere iuſſiſſet. [Summa in hoc] In hoc inquit exemplo calliditas, & manſuetudo apparuit, in ſeqnẽti vero, ſola Agaſonis regis Darij calliditas cognoſcitur. [Equiſone] Agaſone, & equorũ miniſtro, ſiue ſtabulario.

ASCAN. C Vm Alexander rex Macedonũ monitus ſorte] i. vaticinio ſortilegorũ. vt iuberet interfici eũ q occurriſſet primus ſibi egreſſo porta, imperaſſet Aſinarium. i. actorem Aſini factum obuiã forte. i. à caſu ante omnes. i. homines arripi ad mortem, & eo quærente quidnam addiceret capitali ſupplicio, id eſt morti ſe immerentem, & innocentem. Cumque ſup. Alexan. retuliſſet præceptum oraculi ad excuſandum factum ſuum, Aſinarius inquit, ò rex ſi ita eſt, ſors deſtinauit aliũ huic morti. Nam Aſellus, quem ego agebam, ante me occurrit tibi prior, ſcilicet quàm ego. Alexand. delectatus & illius dicto tam callido, & quod ipſe reuocatus erat ab errore, ſcilicet quo humanam hoſtiam immolare conſtituerat, rapuit occaſionem religionis expiãdæ. i. placãdæ, aut cohibendæ, in animali viliori aliquanto [immo infinito, ſi prætium animæ humanę æſtimes ualere] Summa mãſuetudo. ſ. regis cum calliditate, ſcilicet Aſinarij, fuit in hoc. ſ. exemplo, ſumma quoq; calliditas fuit in Equiſone alterius regis. ſ. Darij.

DE DARIO REGE.

S ORDIDA **magnorum dominatione Perſide oppreſſa, Darius Rex adiutoribus eiuſdem dignitatis aſſumptis pactum cum præclari operis conſortibus fecit, vt equis inſidentes, Solis ortu, curſum in quendam locum dirigerent, isq; regno potiretur, cuius equis in eo primus hinnuiſſet. ceterum maximę mercedis competitoribus fortunæ beneficium expectantibus, ſolus *acumine Equiſonis ſui Ebaris proſperum exoptatæ rei effectum aſſecutus eſt, qui in equę genitalem partem demiſſa manum, cum ad eum locum uentum eſſet, naribus equi admouit, quo odore irritatus, ante omnes hinnitum edidit, auditoque eo, ſex reliqui ſummę poteſtatis continuo equis delapſi, candidati (vt eſt mos Perſarum) humi proſtratis corporibus, Darium regem ſalutauerunt. Quantum imperium, quàm paruo interceptum eſt vaframento.*

*Iuſt. li. 1. aliter.

*Herod li. 3. hoc etiam refert.

Sordida

OLIV. SORDIDA magorum] Occiſis magis, qui Perſarum regnum per dolum occupauerant, ut dictũ eſt in cap. de fortitudine, magna quidem gloria recuperati regni principum fuit, ſed multo maior in eo, quod cũ de regno ambigerent, concordare potuerunt, erãt enim virtute, & nobilitate ita pares, vt difficilem populo electionem æqualitas faceret, ipſi igitur viam inuenerunt, qua de ſe iudicium religioni, & fortunæ committerẽt, pactiq; inter ſe ſunt, vt die ſtatuto omnes equos ante regiã primo mane perducerent, & cuius equus inter ſolis ortum hinnitum primus edidiſſet, is rex eſſet, nam & ſolem Perſæ vnum Deum eſſe credunt, & equos eidem deo ſacratos eſſe ferunt, & erat inter cõiuratos Darius hidaſpi filius, cui de regno ſolicito, equi cuſtos ait, Si ea res victoriam moretur nihil negocij ſupereſſe, per noctem deinde equum pridie conſtitutam diem, ad eundẽ locũ duxit, ibiq; equæ admouit, vel ut dicit Val. in equæ genitalem partem demiſſam manum cum ad eum locum ventum eſſet, equi naribus admouit, quo odore, vel voluptate Venerea irritatus equus, hinnitum ſtatim dedit, & inſignibus alijs felia auſpicium domino primus emiſit, tanta moderatio cæteris fuit, vt audito auſpicio, confeſtim equis deſiluerint & Dariũ regem ſalutauerint. In expoſitione huius hiſtoriæ Iuſtinũ ſolum modo ſum ſecutus, in cap. de fortitudine aliorum quoq; ſententiam inſerui. [Perſide oppreſſa] Perſarum regno occupato. [Candidati] Vtpote competitores eiuſdem magiſtratus, & imperij. [Paruo vafreamento] Parua calliditate.

ASCEN. SOrdida dominatione magorum] .ſ. ignobilium quorundam, qui regnum occupauerant oppreſſa .ſ. à Dario, & quibuſdam alijs nobilibus ſup. in Perſide .ſ. regione Perſarum, aut dominatione Perſide (à nominatiuo Perſida, qui factus ſit ab accuſatiuo Perſida, à nominatiuo Perſis Perſidos deflexo) oppreſſa (non tamen dicam cum Oliuario, Perſide oppreſſa, qui deliberata loquitur) Darius rex .ſ. factus aſſumptis adiutoribus eiuſdem dignitatis .i. alijs nobilibus, qui ſecum magos oppreſſerant, fecit cum conſortibus præclari operis .i. tyrannicidij, pactum ſ. de regis noui creatione, ut ipſi inſidentes equis, ſup. in ortu ſolis, dirigerent curſum in quendam .i. certum locum, & is potiretur regno, cuius equus hinniſſet .i. hinnitum emiſiſſet primus in eo .ſ. loco. [Cæteris] .i. ſed competitoribus maximæ mercedis, hoc eſt tanti regni, expectantibus beneficium fortunæ, vt ſorte fortuna equus ſuus hinniret, nulla induſtria adhibita ſolus, ſcilicet Darius aſſecutus eſt proſperum affectũ rei optatæ .i. adoptionem regni propter hinnitum equi acumine, id eſt ſolerti induſtria, Ebaris Equiſonis ſui .i. actoris equorum ſuorum, qui admouit naribus equi .ſ. Darij, manum, ſcilicet ſuam demiſſam .i. paulo ante in partem genitalem .i. qua concipere ſolent equæ, quo odore equus Darij irritatus .i. prouocatus ad Venerem, & ita exhilaratus, ædidit hinnitum ante omnes, ſcilicet alios, & eo .ſ. hinnitu audito reliqui ſex candidati .i. cõpetitores ſummæ poteſtatis delapſi .i. ibi celeriter deſcendentes, continuo equis ſalutauerunt Darium regem corporibus proſtratis humi, ut eſt mos Perſarũ .ſ. adorandi regem. [Quantũ] .i. ô quantũ imperium, quàm .i. quantũ paruo uafiamẽto .i. calliditate eſt interceptum .i. alijs præreptum, aut inceptum .i. initium primo à Dario? q.d. maximum minimo.

DE BIANTE PRIENENSI.

Ariſt. li. 2. Rhet. alij alijs tribuũt. BIAS * autem, cuius ſapientia diuturnior inter homines eſt quàm patria Priene fuit, (ſi quidem hic etiam nunc ſpirat, illius perinde atq; extincta veſtigia tantummodo extant) ita aiebat, oportere homines in vſu amicitiæ verſari, vt meminiſſent eam ad grauiſſimas inimicitias poſſe conuerti. quod quidem præceptum prima ſpecie nimis fortaſſe callidum videatur inimicumque ſimplicitati, qua præcipue familiaritas gaudet, ſed ſi altioribus animus cogitatio demiſſa fuerit, * perquam vtile reperietur.

*Immo nihil magis inutile. Cic. in Lælio.

OLIV. Bias Prienenſis. BIAS autem] Quòd Bianti Val. attribuit, Chiloni Plut. aſcribit. Chilon enim vt tradit Plut. dicere ſolebat, ames cautius, quaſi aliquãdo ſis oſurus forte habiturus. item haſtenus oderis tanquam fortaſſe ſis amaturus, ac ſi diceret, non debemus eo vſq; amicum amare, vt ſi quid indignũ, & turpe fecerit, vel iuſſerit, odiſſe nequeamus, & econtra, nec tantopere odiſſe, ut eum in amicitiam noſtram, ſi neceſſe fuerit, recipere non poſſimus, nõ mirum hoc à Biante dictum, nam & Scipio teſte Cic. lib. de amicitia dicere ſolebat, nihil difficilius eſſe q̃ amicitiam uſq; ad extremum uitæ diem permanere. Laertius quoq; hoc Biantis dictũ non Chilonis fuiſſe affirmat. [Cuius ſapientia diuturnior] Quia euerſa, & extincta patria, eius ſapientiæ nomine gloria fuit immortalis, quæ ad noſtram uſq; ætatem peruenit. quamuis ergo patria perierit, non tamen eius ſapientia potuit interrumpi, aut aliquo modo perire. [Inimicumq; ſimplici] Quia qui ſimpliciter, amicus amat uſq; in finem. [Qua præcipue familiaritas gaudet] Nam vera amicitia ſimplicitate lætatur, & nulla ſimulatione, aut diſſimulatione eſt inuoluta, quales eſſe ſolent eorum, qui amicitias, & inimicitias non ex re, ſed commodo ſuo metiuntur. [Altior animus cogitatio] Si diligentius hoc edictum excogitare uoluerit quiſpiam. [Perquam utile] .i. ualde utile, ne .ſ. tantum in amore progrediatur, ut ſi neceſſe fuerit gradum reuocare nequeamus.

ASCEN. BIas aũt, cuius ſapientia fuit diuturnior inter homines] Quàm Priene patria ſup. eius [Si quidem hic .ſ. Bias, aut hæc .ſ. fama Biantis, aut Biæ nunquam .n. reperi, ſpirat .i. ſpiritum vitalem ducit, hoc eſt durat etiam nunc .i. adhuc veſtigia extant, tantum modo illius .ſ. patriæ eius perinde atq; extinctæ) aiebat homines oportere verſari in uſu amicitiæ ita ut meminiſſent .i. memores ſint eã poſſe cõuerti ad grauiſſimas inimicitias Quod quidem præceptũ uidetur fortaſſe prima ſpecie .i. inſpectione nimis callidum, & inimicum ſimplicitati, qua familiaritas gaudet præcipue, ſi cogitatio demiſſa fuerit animis altioribus, præceptum ſup. reperietur perquam .i. ualde utile.

DE ANAXIMENE PRÆCEPTORE ALEXANDRI.

LAMPSACENÆ * vero vrbis ſalus vnius vaframenti beneficio conſtitit, nam cum ad excidium eius ſummo ſtudio Alexander ferretur, progreſſumq; extra mœnia Anaximenem præceptorem ſuum vidiſſet, quia manifeſtum erat, futurum, vt preces ſuas iræ eius opponeret non facturum, ſe quod petiſſet, iurauit, tunc Anaximenes peto (inquit) vt Lampſacũ diruas. Hæc velocitas ſagacitatis oppidum vetuſta nobilitate inclytum exitio, cui deſtinatum erat, ſubtraxit.

* Suidas & Pauſa. [illegible]

OLIV. LAMPSACENÆ verbis] Hic quod Val. Anaximẽti attribuit nonnulli Ariſt. tradunt, uterque .n. præceptore Alexander eſt uſus. Anaximenes, ut inquit Val. vel Ariſt. ut alij uolunt legatus Alex. pro patria quam euertere Alexãder conſtituerat, cũ ueniſſet ad eũ ſupplicaturus erat pro patria, Sed Alex. ratus id, quod erat ſupplicatũ eum ueniſſe pro patria, ne precibus à propoſito ſuo reuocari poſſit, iurauit illi ſe negaturũ quidquid peteret. Anaximenes, ſiue Ariſtoteles petijt vt patriã perderet, quo dicto grauiter doluit Alexander, quod animũ ſui propoſitũ exequi ſalua fide non poſſet, nam cũ illi iuraſſet, omnia ſe negaturum ſalua fide non poſſet, nam cũ illi iuraſſet, omnia ſe negaturum, iuſiurandum uiolare, & dictum reuocare non poterat. [Lampſacenæ] Lampſa cum proprium nomen eſt urbis, quod uero in cũ deſinunt propria ita formant poſſeſſiua, ut Eema enim Læmacenus, Leonicum Leonicenus. Lampſacum Lampſacenus. [Iræ eius opponeret] Precibus obſiſteret iræ ſuæ.

Anaximenis uaſrũ dictum.

ASCEN. LAmpſacenæ, &c.] Vero .i. ſed ſalus urbi Lampſacenæ .i. Lampſaci, (nomen eſt ſcriptum Lampſacenæ) conſtitit .i. conſeruata eſt beneficio, unius uaframenti .i. callidi inuenti, nam cũ Alexander, ſ. magnus ferretur ſummo ſtudio, ad excidium .i. euerſionem eius .ſ. urbis, & uidiſſet Anaximenũ præceptorum ſuum progreſſum extra mœnia, quia manifeſtum erat futurũ ut Anaximenes opponeret iræ eius .ſ. Alex. preces ſuas. Alex. iurauit, ſe non facturũ, quod ſ. Anaximenes petiſſet, tũc Anaximenes inquit, peto vt diruas Lampſacũ. Hæc uelocitas .i. ſolers inuentio ſagacitatis .i. ſagacis medij ſubtraxit oppidũ inclytum uetuſta nobilitate exitio, cui erat deſtinatum. Si pro patria interceſſorem poſuit Alexander nõ recte Ariſtoteli id attribuas, cui patria, non Lampſacum, ſed Stagyra fuit.

THEO. LAmpſacenæ] Non dubium, quin Anaximenes is fuerit, non ut alij ſuſpicantur, Ariſtoteles. Alexander enim cum Lampſacum, quia Perſarum rebus ſtuderet, obſeſſam funditus excindere ſtatuiſſet, ab Anaximene hac arte, quã Valerius refert, eluſus eſt, Aeliacorum ſecundo Pauſanias auctor eſt, & Iam.s epiſtola quadam reperit.

DE DEMOSTHENE.

DEMOSTHENIS quoq; aſtutia mirifice cuidam ancillæ ſuccurſum eſt, quæ pecuniam depoſiti nomine à duobus hoſpitibus acceperat ea conditione, ut illum ſimul vtriſque redderet, quorum alter interiecto tempore tanquã mortuo ſocio ſquallore obſitus deceptæ omnes nummos abſtulit, ſuperuenit deinde alter, & depoſitum petere cœpit, hærebat miſera in maxima pariter & pecuniæ, & defenſionis penuria, iamque dellaqueo, & ſuſpendio cogitabat, ſed opportune Demoſthenes ei patronus aſſuit, qui vt in adoptionem uenit, mulier (inquit) parata eſt deſpoſiti ſe fidem ſoluere, ſed niſi ſocium adduxeris, id facere non poteſt, quoniam vt ipſe uociferaris, hæc dicta eſt lex, ne pecunia alteri ſine altero numeretur.

Oliv. Demosth. aſtuta defenſio. DEMOSTHENIS) Hic auctor inſignis iniuriæ cuiuſdam mulieris cũ maxima calliditate ſuccurrit, cum. n. hoſpites duo certã pecuniæ quantitatem apud eam certa lege depoſuiſſet, ut non alteri ſine altero redderet, & cum alter ſimulata alterius morte rediſſet, omnemq́ue pecuniam ſuſtuliſſet, ſuperuenit paulo poſt alter pecuniam repetens, mulier incerta quid ageret, cum non haberet, vnde redderet, eo, deſperationis redigitur, ut de laqueo cogitaret. Demoſthenes hac eã calliditate liberauit, ut diceret, parata eſt mulier reddere depoſitũ ea, qua lege recepit, ut utriſq; pariter reddat, niſi alter affuerit, ex lege reſtituere non poteſt. [Squallore obſitus] Immundus, & atra ueſte indutus, barba capilloq; promiſſo. [Hærebat] Incerta erat, & fluctuabat. Iuuen. hæres & Chionem dubita] alta deducere ſella. [Aſſulſit] Apparuit.

Ascen. DEmoſthenes, &c.] Ordo eſt. Succurſum eſt quoq; mirifice cuidam ancillæ aſtutia. i. callido conſilio Demoſthenis. ſ. oratoris clariſſimi in Græcia, quæ acceperat pecuniã à duobus hoſpitibus nomine, id eſt ſub ratione depoſiti, ea conditione, ut redderet illam. ſ. pecuniam ſimul utriſque quorũ alter tempore interiecto obſitus ſqualiore tãquam ſocio mortuo, abſtulit. ſ. ancillæ deceptæ omnes nummos. ſ. depoſitos ab vtriſque, deinde alter ſuperuenit, & cœpit petere depoſitũ. Miſera, ſ. ancilla, hæreret. i. perplexa, & ſuſpẽſa erat in maxima penuria. i. carentia, pariter, & pecuniæ, quia omnem acceperat, alteri reddiderat, & propterea nõ habebat, & defenſoris, quia pan pericula erat, & ancilla, & cogitabat iam de laqueo, & ſuſpẽdio id eſt de ſuſpendenda, & ſtrangulanda laqueo, ſed Demoſthenes aſtute opportune ei patronus. i. defenſor, qui vt. i. poſtquã venit in aduocationem. i. defenſionẽ ancillæ, inquit, mulier eſt parata ſe ſoluere fidem. i. fidelem promiſſionem depoſiti forte melius legatur fide, vt ſit ſoluere) ſed non poteſt facere id, niſi adduxeris ſocium, quoniam ut ipſe. i. vociferaris. i. calamitas, hęc lex eſt dicta, ſcilicet à uobis in deponenda pecunia, ne pecunia numeretur alteri ſine altero.

DE QVODAM VIRO ATHENIENSI.

AC ne illud quidem parum prudenter, quidam Athenis uniuerſo populo inuiſus cauſam apud eum capitali crimine dicturus, maximum honorem ſubito petere cœpit, non quod ſperaret ſe illũ conſequi poſſe, ſed vt haberent homines, vbi procurſum iræ, qui acerrimus eſſe ſolet, effunderent, neq; eum tam callidi cõſilij ratio fefellit, comitij enim clamore infeſto, & crebris totius cõcionis ſibilis uexatus, nota etiam denegati honoris perſtrictus, eiuſdem plebis paulo poſt in diſcrimine vitæ clemẽtiſſima ſuffragia expertus eſt. Quod ſi adhuc ei vltionem ſitienti capitis ſui periculum obiecisſet, nullam partẽ defenſionis odio obſeratæ aures reciperent. Huic vaframento conſimilis illa calliditas.

Oliv. AC ne illud quidem] Vafra ignoti cuiuſdam hominis in diſcrimine vitæ cogitatio, ut accuſatus in capitali crimine ſibi cauſa dicenda foret, magiſtratum peteret maximum tanquam prœmium non pœnam meruiſſet, hoc autẽ fecit, nõ quia ſperaret ſe potiturum magiſtratum, ſed ut populus haberet, vbi cõcitatæ in ſe iracundiæ impetũ effunderet, quod etiam factum eſt, nam imprudentiam eius omnes admirati cõuitijs, & clamoribus exiuilarunt, exploſeruntq; turpiter è foro, deinde cum ad dictionem cauſæ deſcendiſſet, populus qui tam turpiter illũ è foro eieciſſet, miſericordia commotus, à capitali crimine liberauit. [Nota etiam denegati] Infamia, & repulſæ ignominia affectus. [Vltionem ſitienti] Damnationem eius cupienti in vltionem acceptæ iniuriæ.

Ascen. AC ne illud quidem] Sup. factum eſt parum prudenter. Quidam Athenis. ſ. vir, inuiſus vniuerſo populo, dicturus apud eum, ſcilicet, populum, cauſam, id eſt, defenſurus ſe, aut purgaturus ſup. de crimine capitali, cœpit ſubito petere maximum honorem non ſup. ideo quod ſperaret ſe poſſe cõſequi illum, ſcilicet honorem, ſed ut homines haberent ſup. materiã, ubi. i. in qua, effunderent. i. euacuarent procurſum, id eſt primũ excurſũ iræ, qui ſolet eſſe acerrimus, & ideo ſi illi de capite ſuo ſententiam primũ obieciſſent, male de ſe actum ſenſiſſet. Neque ratio tam callidi conſilij fefellit eum. Enim pro quia, ipſe uexatus infeſto. i. moleſto, & tum inferenti clamore comitij. i. qui fiebat in comitio, hoc eſt ut uulgo dñr in conuocatione ad magiſtratus eligendos, & crebris ſibilis, id eſt exſibilationibus, & irriſionibus quas pleræque nationes ſibilando faciunt, totius concionis. i. populi conuocati perſtrictus, id eſt cõtractus [nam honore dilatamus animum & inceſſum, contumelia perſtringimus & coarctamus] nota honoris denegati, vt plebs in repulſa tali omnem iram ſuam effunderet, expertus eſt paulo poſt clementiſſima ſuffragia eiuſdem plebis in diſcrimine, id eſt periculo vitę. ſ. ſuæ, qui iam exaturata erat vindicta repulſę. Quod ſi obieciſſet ei. ſ. plebi ſitienti, adhuc vltionem, periculum capitis ſui aures, ſcilicet plebis obſeratæ. i. clauſæ odio, id eſt ꝓpter odium, nullam. i. non ullam reciperent ullam partem defenſionis. i. purgationis. [Illa. ſ. quæ ſequitur calliditas eſt ſimilis huic vaframento. i. callido facto iam dicto.

DE HANNIBALE SPVRIORE.

SVPERIOR *Hannibal à Duillio conſule nauali prælio victus, timensq; claſſis amiſſæ pœnas dare offenſam aſtutia mire auertit, nam ex illa infelici pugna priuſquam cladis nuncius domũ perueniret, quendam ex amicis compoſitum, & ornatum, Carthaginem miſit, qui poſtquam ciuitatis eius curiam intrauit, cõſuli, inquit, vos Hannibal, cum dux Romanorum magnas ſecum maritimas trahens copias aduenirer, an cũ eo cõfligere debeat, acclamauit uniuerſus ſenatus non eſſe dubium quin oporteret. tum ille conflixit, inquit, & ſuperatus eſt. Ita liberum bis non reliquit id factum damnare, quod ipſi fieri debuiſſe iudicauerant.

*Sic vocat Oroſ. li. 4. c. 7. Plin. de uir. illuſt. Himilconẽ, quem Carthaginẽ fugiſſe, & nullũ miſiſſe ſcribit.

Oliv. SVPERIOR Hannibal] Plin. de uiris illuſtr. diſſentit à Valer. & nomine, & tempore, non enim Hannibalem ſed Giſgonẽ, nec ſecundo, ſed primo Pun. bel. fuiſſe dicit, hęc ſunt Plinij verba. Duellius primo Pun bel dux contra Carth. miſſus, vbi uidit eos multum mari poſſe, claſſem magis ualidã, quàm decoram fabrefecit, & manus ferreas in uſu habuit, quibus hoſtium naues apprehendit, qui uicti, & capti ſunt, Himocleo dux claſſis Carthaginem fugit, & à ſenatu quæſiuit, quid faciẽdum cenſerent, omnibus pugnaret clamantibus, feci, inquit, & victus ſum, & ſic pœnam crucis effugit, nam apud Pœnos dux re male geſta puniebatur. Duellio conceſſum eſt ut prælucẽte funali, & præcinente tibicine à cœna publice rediret. [Superior Hannibal] Fuerunt ſecundum Valerium ſuperior, & inferior. Superior, qui primo Pun. bel à Duellio conſule nauali prœlio ſuperatus eſt, inferior, qui ſecundo grauiſſimã Romanis, & Italiæ cladem, ac penè ruinam rerum omniũ intulit, ſed tandem à Scipione Aphricano ſuperiore, & Italia pulſus, & uicte, & Aphrica ſuperatus. [Amiſſæ claſſis pœnas] Quia capitale erat apud Pœnos, ſi quis iniuſſu ſenatus infeliciter pugnaſſet [Quendam ex amicis compoſitum [Vide quantum diſſentiat à Plinio, nam Plinius non miſiſſe quempiã, ſed ipſum profugiſſe ducem, Carthaginemq; petiſſe, & à ſenatu quæſiſſe dicit, quid ſibi faciendum eſſet. [Liberum non reliquit]. i. integrum illi damnare factum, quod faciendum iudicarant.

Ascen. HAnnibal] Carthag. dux victus à Duellio cõſule. ſ. romano, prœlio nauali. i. in nauibus commiſſo, & timẽs dare. i. perſoluere populo Carthaginienſi pœnas claſſis amiſſæ. i. ob claſſem Carth. amiſſā aueꝛtit. i. amouit à ſe offenſam. i. indignationẽ & irā Carthag. offenſorū mire. i. mire ut ſicio. Nam priuſquā nuncius cladis perueniret domū ex illa infelici pugna. i. poſt illam infelicem pugnā, miſit Carth. quẽdam ex amicis compoſitum, & ornatum. i. inſtructū tali cautela, qualem iam dicet, qui poſtquam intrauit curiam. i. cõgregationem ſenatus, & conſiliariorū ciuitatis eius, hoc eſt Carthaginis inquit, Hannibal conſulit. i. conſilium petit vos eſt. i. quõ ita ſit, quod dux Romanorum videlicet Duellius aduenerat, trahens ſecum magnas copias maritimas, an deberet cõfligere cū eo. Vniuerſus ſenatus acclamauit nõ eſſe dubium, quin oportere. ſ. eum confligere cū Romanis. [Tum ille. ſ. ſubornatus, & inſtructus ad hoc inq́, ipſe cõflexit, & ſuperatus eſt, ita. i. & ſic Hann. non reliquit ijs. ſ. Carthag. ſenatoribus dānare id ſactum, quod ipſi iudicarant, debuiſſe fieri.

DE HANNIBALE POSTERIORE.

*Liu. li. 22. Plut. in Fab. Fróti, quoque li. 1. c. 8.

ITIDEM* *Hannibal Fabium Maximum inuictā armorum ſuorum uim ſaluberrimis cunctationibus pugnę ludificantē, vt aliqua ſuſpicione trahēdi belli reſpergeret, totius Italiæ agros ferro, atq; igni vaſtādo, vnius eius fundum immunem ab hoc iniuriæ genere reliquit. Profeciſſet aliquid tanti beneficij inſidioſa adumbratio eius, niſi Romanæ urbi, & Fabij pietas, & Hannibalis vafri mores fuiſſent notiſſimi.*

Oliv. ITIDEM Hannibal Fabium] Liu. ſecundi Pun. bel. lib. 2. Acceſſerant, inquit duæ, res ad augendū dictatoris inuidiā vna fraude, ac dolo Hannibalis, qui cum à perfugis ei mõſtratus ager dictatoris eſſet, omnibus circa ſolo æquatis, ab eo vno, ferrū, ignemq́, & uim omnem hoſtium abſtineri iuſſit, vt occulti alicuius pacti ea merces uideri poſſet, altera ipſius, facto primo forſitā dubio, q̄a nõ expectata in eo ſenatus auctoritas eſt, ad extremū aut ambigue in maximam laudem verſo in permutandis captiuis, q ſicut primo Pun. bel factū erat conuenerat inter duces Romanum, Pœnumq́, vt quę pars plus reciperet, quā daret argenti põdo bina, & ſe lebras in milite pręſtaret ecalvij. cū plures Romanus, quàm Pœnus recepiſſet, argentumq́; pro eis debitum, ſæpe iactata in ſenatu re. quoniā non conſuluiſſet patres tardius erogaretur, Inuiolatum ab hoſte agrum miſſo Roma filio uendidit, fidemq́; publicā impendio priuato exoluit. Frontinus vero Hannibal Fabium, cui neq; uirtute, nec arte bellandi par erat, ut infamia reſpergeret agris eius abſtinuit, ceteroſq́; populatus. Cõtra ille, ne ſuſpecta ciuibus fides eſſet, magnitudine animi effecit, publicatis poſſeſſionibus ſuis, hoc idem feciſſe Periclem tradit Iuſtinus. [Item Hānibal]. ſ. inferiori, de quo ſupra dictū eſt. [Saluberrimis cūctationibus] Vt Ennius, Vnus q̄ nobis cunctādo reſtituit rē [Immunem] Intactum, & apertam. [Inſidioſa adumbratio] Bene adumbratio, non enim erat beneficium, ſed umbra quædam beneficij, in quo latebant inſidiæ, vt u delicet dictatorē populo ſuſpectum redderet. [Et Fabij pietas] Qua uſus eſt in captiuos Romanos, vt agrum ſuum venderet, alioſq́; redimeret.

Fab. cunctatione ſua reip. ſeruauit

Ascen. ITidem]. i. cõſimiliter, aut idem. ſ. Hannibal, ut reſpergeret aliqua ſuſpicione. i. mala occaſione] tanquam corruptus ſit ab hoſtibus] belli trahendi. i. protrahendi. & dilatand., Fab. Maximum ludificantem. i. fruſtrantem ſaluberrimis cunctationibus. i. dilationibus. & immorationibus pugnę, inuictā vim armorum ſuorū, vaſtando. i. dū ueſtaret ferro, atq; igni agros totius Italiæ, reliquit fundū eius unius. i. ſolius, videlicet Fabij immunem ad hoc genere iniuriæ. [Inſidioſa adumbatio] . i. ſimulatio recta tanti beneficij eius. ſ. Hannibalis in Fabium profeciſſet aliquid. ſ. ad adimendum Fabio imperium, aut ad cogēdum eum committere prœlium, niſi & pietas. i. charitas in patriam, & in captiuos redimendos, & vafri. i. aſtuti mores Hānibalis, fuiſſent notiſſimi, vrbi hoc eſt Romæ.

DE TVSCVLANIS.

*Liu li. 6. L. Plu. in Cam.

TVSCVLANIS* *etiam acumine conſilij incolumitas parta eſt, cum enim crebris rebellationibus meruiſſent, ut eorum urbem funditus Romani euertere vellent, atq; ad id exequendum Furius Camillus, maximus dux, validiſſimo inſtructus exercitu veniſſet, vniuerſi ei togati obuiam proceſſerunt, commeatusque, & cetera pacis munia benigniſſime præſtiterunt, armatū etiam intrare mœnia paſſi sūt, nec uultu nec habitu mutato: qua conſtantia tranquillitatis non ſolum ad amicitiæ noſtræ ius, ſed etiam ad communionem vſque ciuitatis penetrauerunt. ſagaci hercule vſi ſimplicitate, quoniam * aptius eſſe intellixerant, metum officijs diſſimulare, quàm armis protegere.*

*aptius

Oliv. TVSCVLANIS etiam] Tuſculani ſæpe defecerāt à Romanis hanc iniuriā cum Romanis ferre nõ poſſent, Camillum cum exercitu miſerūt, qui agros vaſtaret, urbē funditus euerteret. Sed Tuſculani calliditate cõſilij vim Romanā eruerunt, intrantibus enim eorum fines Rom. nō demigratum eſt à propinquis itineris locis, non cultus agrorum intermiſſus, patentibus urbis portis, togati obuiam frequētes imperatoribus Romanis proceſſere, cõmeatus exercitui comiter in caſtra ex urbe, & ex agris deuehitur. Tum Camil. caſtris ante portas poſitis, eadem ne forma pacis, quæ in agris oſtētaretur, etiā intra mœnia eſſet ſcire cupiens, ingreſſus urbē, vbi patentes ianuas, & tabernis apertis propoſita omnia in medio vidit, intētoſq́; opifices ſuo quenq; operi, & ludos literarū ſtrepere diſcentium vocibus, & repletas ſemitas inter uulgus puerorum, & mulierum huc, & illuc euntium, qua quenq́; ſuorū vſuum cauſa ferret, nihil vſquā non pauidis modo, ſed mirantibus quidē ſimiles circunſpiciebat omnia inquirēs oculis, vbi nam bellum fuiſſet, adeo, nec amotę rei uſquam, nec ablatę ad tempus veſtigium ullum erat, ſed ita omnia conſtanti tranquillaq; pace, vt eo via fama belli perlata videri poſſet. Victus patientia hoſtiū Camillus, vbi omnia vidit eſſe pacata, & in agris & in urbe, Tuſculanos ad ſenatū ire iubet, ſenatui deinde ſeribit, quæ uiderat. ſenatus Tuſculanos nõ ſolum amicitia, & pace dignus iudicauit, ſed inſuper etiā ciuitate donauit. [Tuſculanis] Hoc oppidū à Tuſcis occupatum nomen accepit, vnde originem habuere Catones, vbi & Cicero prædia habuiſſe fertur, à quibus Tuſculanæ quæſtiones dictæ ſunt. [Cõmeatus] Cibaria, & alimenta. [Munia] Officia.

Ascen. TVſculanis, &c. [Incolumitas . i. conſeruatio vitæ, & patriæ eſt parta, id eſt acquiſita etiā Tuſculanis, & Tuſculi incolis, ac ciuibus, & acumine. i. ſubtilitate conſilij, cū enim meruiſſent crebris rebellationibus, vt Romani uellent euertere funditus. i. à fundo vſq; urbem eorum, Atq; Furius Camil. max. dux inſtructus exercitu validiſſimo veniſſet ad id. i. ad euertendum funditus eorum vrbē, ipſi Tuſculani proceſſerunt obuiam, ſcilicet Camil. & exercitu eius, togati in ſignum pacis, & ocij, uniuerſi. i. ſimul omnes, & præſtiterūt ei commeatus. i. (vt dicūt) victualia, & munia, id eſt officia, & obſequia pacis, & paſſi ſunt etiam armatum intrare męnia ſup. ſua, nec vultu, nec habitu mutato. [Qua conſtantia]. i. conſtanti pęr ſe latione, & oſtētatione tranquillitatis, ipſi Tuſculani penetrauerunt, non ſolum ad ius amicitiæ noſtræ, ſed etiam uſq́; ad cõmunionem ciuitatis noſtræ, quia tandem ciuitate donati ſunt Hercule, ſ. ita me iuuāte. vt quod dico ſentio, ipſi vſi ſup. ſunt, aut penetrauerunt vſi ſimplicitate. ſ. in facto, ſagaci. ſ. in conſilio. [Quoniam intellexerant eſſe apertius]. i. paratius, & facilius, aut legamus aptius. i. conuenientius diſſimulare metū. i. ſignificare ſe nihil de Ro metuere officijs. i. per officia & obſequia, quàm protegere. ſ. ſe armis.

Theo. TVſculanus] Tuſculum Verius autumat indium Tuſculo nomen ab aditu difficili, non à Tuſcis.

DE TVLLO DVCE VOLSCORVM.

*Liu. li. 2. ſed aliter Dió. lib. 8. & Plut. in Coriol.

AT *Volſcorum * ducis Tulli execrabile conſilium. qui ad bellum inferendum Romanis maxima cupiditate accenſus, cum aliquod aduerſis prœlijs contuſos animos ſuorum, & ob id paci promiores animaduerteret, inſidioſa ratione quo uolebat cõpulit. nam, cum ſpectandorum ludorum gratia, magna Volſcorum multitudo Romam conueniſſet, Coſſ dixit, vehementer.*

menter ſe timere, ne quid hoſtile ſubito molirentur, monuitq́; , vt eſſent cautiores, & protinus ipſe vrbe egreſſus eſt. Quam rem Coſs. ad ſenatum retulerunt, qui tametſi nulla ſuſpicio ſuberat, auctoritate tamen Tulli commotus, ut ante noctem Volſci abirent, decreuit. qua contumelia irritati, facile impelli potuerunt ad rebellandum. Ita mendacium verſuti ducis, ſimulatione beneuolentiæ inuolutum, duos ſimul populos fefellit, Romanum ut inſontes notaret, Volſcum, vt decepti s. iraſceretur.

Oliv. AT Volſcorum ducis] Marius Coriolanus, vrbe pulſus, vt dictum eſt, exulatum in Volſcos abijt, hoſpicio vtebatur acij. Tulli Volſcorum principis, & Romanis ſemper infeſti, hi duo cõſilia cõferunt de Ro. bello, ad quod haud facile credebãt plebem ſuam impelli poſſe, ut toties infeliciter tẽtata arma caperẽt multis ſæpe bellis, peſtilentia, poſtremo amiſſa iuuentute fractos ſpiritus eſſe, arte agendum, in exoleto iam vetuſtate odio, vt recẽtes aliqua ita exacerbarẽtur animi. ludi forte ex inſtauratione magni Romæ parabãtur, ad eos auctore Accio Tullo vis magna Volſcorum venit, priuſquam committerentur, Tullus, ut domi compoſitum cum Martio fuerat, ad cõſules uenit, dicit eſſe, quæ ſecreto, agere de rep. velit remotis arbitris, inuitus inquit, quod iniquius ſit de meis ciuibus loquor non tamen admiſſum quidquam ab his criminatum venio, ſe cautum ne admittant, nimio pluſquam velim noſtrorum ingenia ſunt mobilia, multis id cladibus ſenſimus, quippe qui nõ noſtro merito, ſed veſtra patiẽtia ſumus incolumes, magna hic Volſcorum multitudo eſt, ludi ſunt, ſpectaculo intenta ciuitas erit, memini quid per eandem occaſionem à Sabinorum iuuentute in urbe commiſſum ſit, horret animus, ne quid incõſulte, aut temere fiat, hæc veſtra noſtraq́; cauſa, primum dicenda vobis cõſulibus ratus ſum, quod ad me attinet ex tẽplo hinc domum abire in animo eſt, ne cuius facti, dictiq́ue cogitatione præſens violet, hæc locutus abijt. Conſules cum ad patres rem dubiam ſub auctore certo detuliſſent, auctor magis, ut fit, quàm res ad præcauendum, vel ex ſuperuacuo mouit, factoque ſenatuſc. vt vrbe excederent Volſci præcones dimittuntur, qui omnes proficiſci ante noctem iuberent, ingens pauor primo diſcurrentes ad ſua res tollendas in hoſpitia pertulit, proficiſcentibus deinde indignatio oborta, vt conſceleratos, contaminatosq́; ab ludis feſtis diebus cœtu quodammodo hominum, deorumq́; abactos cum ad propria continuato agmine irent, progreſſus Tullus ad caput Ferentinum, ut quiſq; veniret, priores eorum excipiens querendo indignandoque, & eos ipſos ſedulo audientes ſe cũ dare verba, & per eos multitudinem aliã in ſubiectum viæ campum deduxit, ibi in cõcionis modum orationem exorſus, omnes ad bellum, & arma concitauit, & quod ratione nunquam obtinuiſſet, arte & calliditate conſecutus eſt. [Spectandorum ludorum gratia] Qui inſtaurabantur. cauſa vero renouandorum ludorum dicta eſt in cap. de ſomnijs [Inſontes notaret] Innocẽtes Volſcos ignominia afficeret. [Deceptis] .i. Rom. qui à Tullo fuerant decepti.

Accius Tullus aſtu Volſcos ad arma cõcitauit Ludi inſtaurati.

Ascen. AT conſiliũ Tulli ducis Volſcorũ] Sup. fuit execrabile. Quia accenſus maxima cupiditate ad inferendũ Rom. bellum cum animaduerteret animos ſuorum contuſos, id eſt hebetatos, & confractos, aliquot prœlijs aduerſis .i. infeliciter cõmiſſis, & ob id promores. id eſt inclinatiores paci. i. ad pacem ſup. quam ad bellum, compulit ſup. eos ratione inſidioſa eo, quo volebat, id eſt ad bellum gerendum. Nam cũ magna multitudo Volſcorum conueniſſet Rom. gratia ludorum, .ſ. publicorum ſpectandorum, Tul. ſup. dixit conſulibus ſe timere vehementer ne .ſ. Volſci molirentur .i. cum molimine attentarent ſubito quid .i. aliquid hoſtile, & monuit .ſ. conſules, vt eſſent cautiores & ipſe egreſſus eſt protinus. ſ. poſtquam id dixerat vrbe .ſ. Rom. Quam rem conſules retulerunt .i. vt dicunt, reportauerunt ad ſenatum .i. in conſultationem ſenatus qui .ſ. ſenatus tametſi nulla ſuſpicio ſuberat, tamen commotus auctoritate Tulli, decreuit, ut Volſci abirent ante noctem. Qua contumelia Volſci irati, potuerunt impelli facile ad rebellandum. Ita .i. & ſic mendacium ducis verſuti inuolutum ſimulatione beneuolentiæ fefellit ſimul duos populos .ſ. Rom. vt notaret .ſ. nota infidelitatis, & ignominiæ innocentes .ſ. Volſcos, & Volſcum .ſ. populum vt iraſceretur deceptus .ſ. Rom. præſertim ſenatu, fraude Tulli decepto.

DE STRATAGEMATIS.
CAP. IIII.

ILLA vero * pars calliditatis egregia, & ab omni prorſus reprehenſione procul remota, cuius opera, quia appellatione noſtra vix apte exprimi poſſunt, græca pronunciatione Strategemata dicantur.

* Hac de re Polyænus, & Frõt. plura ſcripſere.

Oliv. ILLA vero calliditatis] .ſ. quam dicturus de aſtutia militari, quæ à ſapientia profecta omni prorſus reprehenſione vacat, dicit, hoc nomen multo melius græco quàm latino ſermone exprimi poſſe, & Stratagema appellari, quaſi conſiliũ militare, στρατος enim græce exercitus ἄγω duco. [Ab omni reprehenſione procul remota] Hoc ideo dicit, quia in ſuperiori vafrarmento & calliditate non nihil fraudis ineſſe videtur; [Stratagemata] Conſilia vel aſtutiæ militares.

Ascen. ILla vero calliditatis ſupple quã dicturus eſt egregia ſup. eſt, & remota procul ab oĩ reprehẽſione, cuius opera, quia vix .i. cũ difficultate poſſunt exprimi apte .i. cõuenienter appellatione noſtra .i. vocabulo Ro. dicãtur Stratagemata .i. geſta, & cõſilia militaria, græce aũt ſcribit στρατηγήματα, ſed quia noſtri ſecũdã corripiũt, proferũt, pro a e dicẽs Strategemata. Alij vero Stratagemata στράτος qđ eſt exercitus στρατεία vero expeditio.

DE TVLLO HOSTILIO.

OMNIBVS * militaribus copijs Tullo Hoſtilio Fidenas aggreſſo, quæ ſurgentis imperij noſtri incunabula crebris rebellationibus torpere paſſæ non ſunt, finitimisq́; trophæis, ac triumphis alitam virtutem eius ſpes ſuas promouere vlterius docuerunt Metius Suffetius dux Albanorum, dubiã, & ſuſpectam ſemper ſocietatis ſuæ fidem repente in ipſa acie detexit, detecto enim Romani exercitus latere, in proximo colle conſedit, pro adiutore ſpeculatore pugnæ futurus, vt aut victis inſultaret, aut victores feſſos aggrederetur. Non erat dubium, quin ea res militum noſtrorum animos debilitatura eſſet, cum eodem tempore & hoſtes confligere, & auxilia deficere cerneret. itaq; ne id fieret, Tullus prouidit. concitato enim equo, pugnantium globos * præcurrit, prædicans ſuo iuſſu receſſiſſe Metium, eumque, cum ipſe ſignum dediſſet, inuaſurum Fidenatium terga. quo imperatoriæ artis conſilio metum fiducia mutauit, proq; trepidatione, alacritate ſuorum pectora repleuit.

* Liu. li. 1. & Dionỹ. li. 3.

* percurrit.

Oliv. OMNIBVS copijs militaribus] Liuius Fidenates inquit colonia Rom. Veientibus ſocijs conſilij aſſumptis, pacto tranſitionis Albanorum ad bellũ atq; arma concitantur, cũ Fidenæ aperte deſciſſent. Tullus Metio exercituq; eius ab Alba accito contra hoſtes ducit, ubi Anienem tranſit ad confluentis collocat caſtra, inter eum locũ, & Fidenas Veientium exercitus Tyberim tranſierat, hi & in acie prope flumen tenuere dextrum cornu in ſiniſtro Fidenates propius montes conſiſtunt. Tullus aduerſus Veientem hoſtem dirigit ſuos. Albanos contra regionem Fidenatum collocat. Albano non plus animi erat quàm fidei, neq; manere, neq; trãſire aperte auſus ſenſim ad montes ſuccedit. Inde vbi ſatis ſubijſſe ſeſe ratus eſt, erigi totã aciem fluctuansq́; animo, ut tereret, tempus, explicat ordines. Conſilium erat, qua fortuna rem daret, eo inclinare vires, miraculo primo eſſe Rom. qui proximi ſteterant, ut nudati latera ſua ſociorum digreſſu ſenſerũt, inde eques citato equo nunciat regi abire Albanos. Tul. re trepida xij vouit Salios, fanaq; pallori ac pauori, equitem clara increpans voce, ut hoſtes exaudirent redire in prœliũ iubet, nihil trepidatione opus eſſe, ſuo iuſſu circunduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda terga inuadant. idem imperat, ut haſtas equites erigere iubeat. id factũ magnæ parti peditum Rom. conſpectũ abeuntes Albani exercitus interſepſit, qui viderat id quod ab rege auditum erat, tanto acrius pugnant, terror ad hoſtes tranſit, & audiuerant clara voce dictum, & magna pars Fidenatum, ut qui coloni additi Rom. eſſent, latine ſciebãt. itaq; ſolliciti ne ex collibus decurſu

Albanorum

expugnari.i.pugna vinci,& capi viribus patris.ſ.ſui,excogitauit.rat onem.i.ſubtilem viam valentiorē.ſ.ad expugnationē Gabinorū armis,id eſt paternis,qua.ſ.ratione adijceret imp Rom. id oppidum interceptum .i. dolo,captum . ſ Vbi ſignandum eſt auctorem in eam ire ſententiam quam Maro Aeneid.2.ſic à iuuentute, vt minus imitandum, dictam affert. Dolus an virtus, quis in hoſte requirat? Nam in præfatione dixit huiuſmodi calliditatem ab omni reprehenſione procul remotam,quod ſi verum eſt,hic etiam ſine reprehenſione inimicos ſimulata amicitia dolo vincere potuit,magna eſt adhibēda cautio,inimico cōciliato,antequam hoſti amicitiam ſimulanti fidem habeamus, ſic enim Babylonij,ſic Troiani,ſic Gabij capti ſunt , quia hoſti crediderunt) itaq; ipſe Sextus cōtulit ſe ſubito ad Gabios tanquam,ſ.ſcilicet fugiens ſæuitiam parentis.i.patris omnibus notā, & verbera,i. verberationes,aut inſtrumenta ipſa verberādi,quę perpeſſus erat ſua voluntate,quia vibices , aut veſtigia verberū oſtendit Gabijs, ac alliciendo paulatim beneuolentiam vniuſcuiuſque,ſcilicet Gabinorū blanditijs fictis & compoſitis.i.ſub ornatis ad fraudem conſecutus.i vbi obtinuit vt poſſet plurimū apud omnes,miſit familiarem ſuum.i. à ſecretis ad patrem indicaturum,quemadmodum haberet cuncta in ſua manu.i. poteſtate, & quæſiturum.ſ. à patre,quidnam vellet fieri.ſ.ad expugnandos,commode Gabios,aſtutia ſenilis.i.ipſius Tarq.patris, reſpondit.i.conſona fuit calliditati iuuenili.i.ipſius filij, Siquidem.i.quoniam Tarq. ſcilicet pater delectatus re eximia,i.quā maxime exoptabat , Autem pro ſed , parum credens fidei nuncij,nihil reſpondit, ſed eo ſeducto in hortum.i. poſtquam eum ſeduxerat in hortum,decuſſit.i.in terrā percutiendo deiecit,baculo.ſ.quem manu tenebat, Maxima, & altiſſima capita papauerum .i. illarum herbarum alte creſcentium , & quarum fructus ſoporem inducit. [Adoleſcens .ſ. filius Tarq. ſilentio patris.ſ.ſui,ſimul ac facto cognito.ſ.ex nuncio,peruidit.i.perſpexit altius.i.profundius cauſā argumenti.i.rationis vtriuſq; .ſ. tam ſilentij,quàm facti,hoc eſt decuſſionis capitum ſummorum papauerū,nec ignorauit præcipi ſ.à patre per tale factum ſibi, vt ſummoueret exilio .i. expelleret occulte Gabios, aut conſumeret.i.exterminaret morte excellentiſſimum quemque Gabinorum.[Ergo quia hoc intellexit, & fecit, tradidit ei .ſ. patri ſuo ciuitatem ſpoliatam bonis propugnatoribus.i.defenſoribus tantum non manibus vinctis.i.hoc ſolo dempto,quod non erat illi manus vinctæ , aut vt Olinetius hoc vocabulum interpretatur manibus ſup. ciuitatis tantummodo,id eſt ferme vinctis , quæ ſententia ferme in vnum recidit,quia quod tantūmodo.i. vno duntaxat dempto fit,fermè fit.

DE ROMANIS.

* Liuius lib.5.

ILLVD *quoque à maioribus, & cōſilio prudenter, & exitu feliciter promiſum, cum enim vrbe capta Galli capitolium obſiderent,ſolamque potiendi eius ſpē in fame eorum repoſitam animaduertere̅t, per quam callido genere conſilij Romani vſi,vnico perſeuerantiæ irritamento victores ſpoliauerunt, panes enim iacere compluribus ex locis cœperunt.Quo ſpectaculo* *obſtupefacti* *, infinitamque frumenti abundatiam noſtris ſupereſſe credentes, ad pactionem omittendæ obſidionis compulerunt. Miſertus eſt tunc profecto Iupiter Romanæ uirtutis,præſidium ab aſtutia mutuantis, cum ſumma alimentorum inopia, proijci præſidia inopiæ cerneret .igitur vt uafro,, ita perieuloſo conſilio ſalutarem exitum dedit.*

*obſtupefactos

OLIV.

ILLVD quoq; Cum vrbe à Gallis, capta obſideretur capitolium ante omnia obſidionis belliq; mala fames vtrunque exercitum vrgebat, Gallos etiam peſtilentiā vexabat , induciæ cum Rom. factæ,& colloquia permiſſu imperatorum habita,in quibus cum identidem Galli famem obijcerent,eaq; necesſitate ad deditionem vocarent, dicitur auertēdæ eius opinionis cauſa multis locis panes de capitolio iactatos eſſe in hoſtiū ſtationes.[Vnico perſeuerantiæ irritamento] Vnū erat inquit, quod Gallos in obſidendis Rom. perſeuerare incitaret, q eos fame vincere poſſe ſperabāt,nam armis, aut vi aliqua capi poſſe capitoliū deſperabant,quòd locus natura munitiſſimus eſſet. [Miſertus eſt tunc] Iupiter.Lactan.firmianus diuinarum inſtitutionum lib.1 eodem, inquit tempore Ioui piſtori ara poſita eſt,quòd eos in quiete monuiſſet,vt ex omni frumēto,quòd habebant panem conficerent,& in hoſtium caſtra iactarent,quo; facto ſoluta eſt,obſidio,deſperantibus Gallis inopia ſubigi poſſe Rom. Ouid quoq; Faſt.lib 6. Poſſe fame vinci ſpes excidit, hoſte repulſo,Candida piſtori,ponitur ara Ioui. [Præſidia inopiæ] ſ.panes, quæ præſidia erant inopiæ.

ASCEN.

ILlud quoque]. i.etiam quod ſequitur eſt prouiſum à maioribus,id eſt progenitoribus Rom. & i.ſimul prudenter conſilio .i.quantum ad conſiliū, & feliciter. exitu i. quantū euento rei.[Cum enim vrbe capta Galli, Scilicet Senones ad obſiderent Capitolium, & ipſi animaduerterent ſpem potiundi eius.ſ. Capitolij,repoſitam ſolam,aut ſolum in fame eorum , ſcilicet maiorum Rom.illic incluſorum, Rom. vſi perquam callido genere conſilij, ſpoliauerunt victores.i. Gallos vrbis, præter capitolium expugnatores, vnico i.vno ſolo,irritamento, id eſt prouocamento perſeuerantiæ, cœperunt,enim iacere.i.deijcere panes ex compluribus locis .ſ. Capitolij. Quo ſpectaculo Rom. compulerunt Gallos,obſtupefactos, & credentes infinitā abundantiam frumenti ſupereſſe noſtris,i.Rom.ad pactionem.i. ad faciendum pactum,pro certo pondere auri,obſidionis omittendæ. Iupiter profecto eſt miſertus tunc virtutis Rom. mutuantis.i.mutuo accipientis,& quaſi mendicantis,præſidium i.protectionem,& auxiliū ſalutis ab aſtutia.i.calliditate,cum.ſ.Iupiter cerneret, præſidia,id eſt remedia,aut ſuſtentacula, inopiæ alimentorum hoc eſt panem proijci in ſumma inopia alimentorum.Igitur Iupiter dedit obſeſſis in Capitolio, exitum.i.finem obſeſſionis ſalutarem, conſilio vt vafro, id eſt aſtuto, & callido,ita perieuloſo,quia ſic quod habuerunt alimenta diminuerunt,& ſi tunc Galli tam periti rei militaris fuiſſent , vt nunc ſunt,facile cautelam intellexiſſent, cum tamen Gandauenſes, & alij conſimili longe poſt vſi dicantur.

DE CLAVDIO NERONE,

ET LIVIO SALINATORE.

IDEM *Iupiter* **poſtea præſtantiſſimorum ducum noſtrorū ſagacibus conſilijs propitius aſpirauit,nam cum alterum Italiæ latus Hannibal laceraret , alterum inuaſiſſet Aſdrubal, ne duorum fratrum iuncta copiæ intolerabili onere feſſas ſimul res noſtras,vrgerent hinc Claudij Neronis vegetum conſilium , illinc Liuij Salinatoris inclita prouidentiam effecit. Nero , enim compreſſo à ſe in Lucanis Hannibalis,præſentiam ſuam quoniam ita ratio belli deſiderabat, mentitus hoſti , ad opem ferendam collegæ per longum iter celeritate mira tetendit.Salinator in Vmbria apud Metaurum flumen proximo die dimicaturus,ſumma cū diſſimulatione Neronem caſtris noctu recepit,tribunos enim à tribunis, centuriones à centurionibus,equites ab equitibus,pedites à peditibus,excipi iuſſit,ac ſine vlla tumultuatione, ſolo vix unum exercitum capiente,alterū inſeruit. quo euenit,ne Aſdrubal cum duobus ſe conſulibus præliaturum prius ſciret , quàm vtriuſq; virtute proſterneretur. Ita illa toto terrarum orbe infamis Punica calliditas, Romana eluſa prudentia, Hannibalem Neroni, Aſdrubalem Salinatori decipiendum tradit.*

* Liuius lib.27.& Frōt. lib. 1.cap.1.

IDEM Iupiter.] Bel. Pun.ſecundo Liuio, & Nerone conſulibus,cum Hann. Punicis armis magnam Italiæ partem occupaſſet,ac vires Rom.multis cladibus attriuiſſet, iamq; appareret paruis auctum copijs poſſe Rom. imperium opprimere. Aſdrubal eius frater in Italia cum ingentibus copijs deſcenderat vt ſe fratri coniungeret . Nero qui Hannib. erat oppoſitus,vbi conſilium cognouit Aſdr.interceptis his, qui ad Hann. literas ferebant , non id tempus eſſe ratus , conſilijs ordinarijs prouinciæ ſuæ quiſq; finibus per exercitus ſuos cum hoſte deſtinato,à ſenatu bellum gereret, audendum , atq; nouandum aliquid improuiſum, inopinatumq; quod cœptum non minorem apud ciues,quam apud hoſtes terrorem faceret,perpetratum, in magnam lætitiam,ex magno metu verteretur . Cum igitur cuperet Aſdrubalem eiuſque copias antequam Hannibali fratri

OLIV.

Nero oppreſſit Adrub,

iungeret

iungeretur excludi, iecisſet feſtinaret ſe Liuio Salinatori colle gæ ſuo, cui bellum illud mandatum fuerat, parum fidens viribus, quæ ſub ipſo erãt, adiungere, neque tamẽ diſceſſum ſuum ad Hannib. cui oppoſitus erat intelligi vellet, mille equites de legit, præceptiq́; legatis, quod relinquebat, vt eædem ſtationes, & vigiliæ quæ agerentur, totidem ignes arderẽt, eandẽ facies caſtrorum ſeruaretur, ne quid Hann. ſuſpicatus, audere aduerſus paucitatem relictorum, pronunciat occupare ſe in Lucanis proximam vrbem, Punicumq́; præſidium velle, vt ad iter parati eſſent, nocte profectus, flexit in Picenum, deinde cum in Vmbriam occultis itineribus veniſſet, nuncios præmiſſit ad collegam, qui nunciarent eius aduentum, percunctarenturq́; eũ, an palam, interdiu an noctu venire ſe vellet, iiſdem, an alijs, conſidere caſtris, nocte eũ ingredi melius eſſe iudicauit. Theſſera pro caſtris à Liu. conſule data erat vt tribunus tribunũ, centurio centurionẽ eques equitẽ, pedes peditẽ acciperet, neq; enim dilatari caſtra opus eſſe, ne hoſtis aduentu alterius cõſulis ſentiret, detractaturus pugnã, ſi conſulum iunctas uires intelligeret. Igitur inſciũ duplicatis aggreſſus copijs, Claudius Nero ſuperauit, & velocius omni nuncio rediit ad Hann. Ita ex duobus callidiſſimis Pœnorum ducibus eodem conſilio alterum elauit, alterum oppreſſit. [Alterum Italię latus] Lucaniam regionem. [Alterum] Brutios in Vmbria. [Intollerabili onere feſſas] Nam Hannibal vires Rom. multis cladibus attribuerat, remp. longo bello laſſauerat. [Compreſſo Hannibale coercito, & in arctum deducto, præſentiam ſuã mentitus, nam adeo occulte caſtris diſceſſiſſet, vt nõ ſentiretur, & idem illum in caſtris Hannibal ſemper eſſe credidit. [Longum iter] Nam longum erat interuallũ è Lucania in Brutios. [In Vmbria] Quæ regio nunc patrimonium dicit. Apud flumen Metaurum. Metaurus fluuius eſt Vmbriæ defluens in Adriaticum ſinum haud longe à Fanenſi Colonia ſeno Galliam verſus, clarus, & nobilitatus, hac Liuij, & Neronis victoria. [Quo euenit] Non prius Hannibal ſenſit Neronem è caſtris diſceſſiſſe ad opem collegę ferendam, quàm nero caput, Aſdrubalis in caſtra fratris conijci iuſſit. quo viſo dixiſſe fertur tum demũ cognoſcere, ſe, Deos iratos Carthag. eſſe.

ASCEN. IDem Iupiter] Qui ſic Rom. miſeratus eſt tempore obſidionis Capitolinæ aſpirauit poſtea cristẽs propitius, ſagacibus conſilijs præſtantiſſimorum ducum noſtrorũ, videlicet Claudij Neronis, & Liuij Salinatoris. [Nam cum Hannibal laceraret] .i. vaſtaret alterũ latus Italiæ videlicet Lucanicũ, & Aſdrubal frater inuaſiſſet. [Alterũ] .ſ. latus Italiæ, videlicet Brutium, aut Brutios ipſos, cõſilium vegetũ .i. viuacis ingenij Claudij Neronis, effecit hic .i. ex vna parte, vtpote Lucana, & iuncta prouidentia Liuij Salinatoris effecit illinc .i. ex altera parte vtpote Brutia, ne copiæ duorum fratrũ .ſ. Hannibalis, & Aſdrubalis, vrgerent ſimul noſtras .i. Rom. feſſas intolerabile onere. Nero enim Hannibale compreſſo à ſe in Lucanis, mẽtitus .i. fingens, & oſtentãs hoſti præſentiã ſuam .i. ſe non abijſſe ab exercitu, quem ductitabat in Lucania. [Tetendit mira celeritate ad ferendam opem] .i. ſuppetias collegæ .ſ. ſuo Salinatori. Salinator dimicaturus cũ Aſdrubale apud Metaurum flumen in Vmbria recepit noctu Neronem caſtris, .i. in caſtra ſua, ſup. cũ ſumma diſſimulatione, iuſſit .n. Tribunos .ſ. Neronis excipi à Tribunis .ſ. ſuis, Centuriones Neronis à Centurionibus ſuis, equites ab equitibus, & pedites à peditibus, ac inſerunt alterũ .i. ſecundum exercitum, ſolo via capienti vnũ exercitum. [Quo euenit ne] .i. vt non, vt Hannibal non ſciret prius, ſe dimicaturum cũ duobus conſulibus quàm proſterneretur virtute vtriuſque. [Ita] .i. ſic illa calliditas Punica infamis toto orbe terrarum, eluſa prudentia Rom. tradidit Hann. decipiendum Neroni .i. à Nerone, & Aſdrubalem decipiẽdum Salinatori, aut tradidit Neroni, & Salinatori ſuum vtrumq́; decipiendum.

DE QVINTO METELLO CONSVLE.

*Lib. 1. c. 1. & li. 3. cap. 1. *Côtrebiam nocent Pli. de uir. illuſtr.

MEMORABILIS *etiam conſilij Q. Metellus, qui cum proconſul bellum in Hiſpania aduerſus Celtiberos gereret, vrbemque * Trebiam caput eius gentis viribus expugnare non poßet, intra pectus ſuum multum, ad diu conſiliis agitatis, uiam reperit, qua propoſitum ad exitum perduceret. itinera magno impetu ingrediebatur, deinde alias, atque alias regiones petebat, modo hos obſidebat montes paulo poſt ad illos tranſgrediebatur, cum interim tam ſuis omnibus, quàm ipſis hoſtibus ignota erat cauſa inopinatæ eius, ac ſubitæ fluctuationis. Interrogatus quoq; à quodam amiciſſimo ſibi, quid ita ſparſum, & incertum militiæ genus ſequeretur abſiſte, inquit, iſtud quærere: nam ſi huius conſilii mei interiorem tunicam conſciam eſſe ſenſero, continuo eam cremari iubebo. Quorſum igitur ea diſſimulatio erupit? aut quem finem habuit? poſtquam vero, & exercitum ſuum ignorantia, & totam Celtiberiam errore implicauit, cum alio curſum direxiſſet ſubito ad Trebiam reflexit, eamq; inopinatam & attonitam oppreſſit. Ergo niſi mentem ſuam doloſ ſcrutari coegiſſet, ad vltimam ei ſenectutem apud mœnia Trebię armato ſedendum foret.

MEMORABILIS etiam Metellus qui pius cognominatus eſt proconſul in Hiſpania bellum gerebat aduerſus Celtiberos, quorũ vrbem Metropolim, hoc eſt regionis caput Trebiam, cum ſæpius oppugnatam viribus expugnare non poſſet, ad altiora conſilia ſe conuertit, vt quod viribus non poſſet, ingenio & arte cõſequeretur. Itaq; urbem obſidione liberauit tanquã deſperatione ductus rẽ prorſus omittere velle videretur, exercitum per diuerſa loca ducebat, tanquam incertus conſilij quid ageret, modo hanc, modo illã regionem, monteſq́; petebat, nec vllo in loco diutius commorabatur, cuius cõſilij rationem cum nemo intelligeret, vnus è familiaribus ſuis interrogauit, quod ita ſparſum, & incertũ militiæ genus ſequeretur. Cui Metel. ſi meam inquit tunicam interiorem conſilij mei, participem, aut conſciam eſſe intelligerem, igni quamprimum mandarem, hoc ſtratagemate factum eſt, vt cum ſuos rerum ignorantia, & hoſtes ſummo errore implicaret, paulo poſt vrbem incautam, & ſuo clandeſtino, ac inopinato aduentu oppreſſam caperet. [Q. Metellus] Quo pius cognominatus eſt, quia patris exilium longis lacrymis proſecutus fuerit, nec ab his temperari potuerit, priuſquam ſuis in patriam reuocatus. [Viam] Rationem, Virg. Inueni Germana viam gratare ſororis. [Fluctuationis] Erroris, & vagationis. [Interiorem tunicam) Veſtem lineam, quam vulgo camiſiam dicimus. Front. lib. 1. cap. 1. Metel. inquit pius in Hiſpania interrogatus, quid poſtera die facturus eſſet, tunicam meam, ſi hoc eloqui poſſe, comburerem. Ergo niſi mentem ſuam dolos, ſcrutari] .i. Niſi hãc aſtutiam excogitaſſet, in obſidione, apud Trebiam conſenuiſſet. [Scrutari] inquirere. ASCEN.

MEmorabilis, &c. [Ordo eſt. Q. Metellus pius, videlicet ſup. fuit etiam conſilij memorabilis .i. digni memoria. Qui cũ eius ſup. procõſul gereret bellum in Hiſpania aduerſus Celtiberos. & non poſſet expugnare viribus Contrebiam] quanquã ſunt qui Trebiam ſcribant] vrbem caput eius, gentis, conſilijs agitatis, multũ, ac diu intra pectus ſuũ. [Reperit viam] .i. rationem, qui perduceret propoſitum ad exitũ .ſ. qua Contrebiam caperet ipſe ingrediebatur .ſ. faciebat itinera magno impetu, deĩde petebat alias, atq; alias regiones. & obſidebat .i. occupabat modo .i. interdũ hos montes, & tranſgrediebatur paulo poſt ad alios .ſ. montes cum interim cauſa inopinatæ, ac ſubitæ fluctuationis eius erat, ꝑ eſſet, ignota omnibus tã ſuis, quam hoſtibus Interrogatusq́; à quodam amiciſſimo ſibi quid ita, .i. cur ſequeretur genus militiæ ſparſũ, & incertũ, quia nuſquam conſiſtebat, inquit obſiſte .i. deſine quærere .i. percunctari, nam ſi ego ſenſero tunicam meam interiorem, quàm camiſiam vocant, cõſciam eſſe huius conſilij mei, ego iubebo cõtinuo eã cremari, [igitur inquit Valer. quaſi dicat dices forte igitur] quorſum erupit ea diſſimulatio, aut quẽ finem habuit? Reſpondet poſtquam uero implicauit, & .i. pariter exercitum ſuum ignorãtia, & totam celtiberiam errore, quia putabat eũ timore non conſiſtere in aliquo loco, cum direxiſſet curſum alio .ſ. ad alium locum reflexit ſup. eum ſubito, ac contrebiam [ubi proprio nomini oppidi dat præpoſitionẽ] & oppreſſit eã inopinatam, & attonitam. Ergo niſi Metellus coegiſſet mentem ſuã ſcrutari dolos, foret .i. fuiſſet ei armato ſedendũ apud mœnia, Contrebiæ, ſup. uſq; ad ultimam ſenectutem. OLIV.

THEO. TRebiam. Val. alibi uocat Trebiam, hæc autem copioſius, & diſtinctius à Parthaſio dicentur, in eum, qui de uiris illuſtr. opuſculum Suet. tribuit imperitiſſime.

Externa

EXTERNA

DE AGATHOCLE REGE SYRACVSARVM.

*Iuſt. li. 22. & Dio. de rebus geſtis Alc.

*AGATOCLES *autem Syracuſarum rex audactor callidus, cum enim vrbem eius maiore ex parte Carthaginienſes occupaſſent exercitũ ſuũ in Aphricam traiecit, vt metũ metu, vim vi diſcuteret, neq; ſine effectu, nã repentino eius aduentu perculſi Pęni, libenter incolumitatem ſuam ſalute hoſtium redemerunt. pactiq; ſunt vt eodem tempore, & Aphrica Siculis, & Sicilia punicis armis liberaretur. Agathocles autem Syracuſarum mœnia ſi tueri perſeueraſſet, illa belli malis vrgerentur, bona pacis fruenda, ſecure Carthagini reliquiſſet, nunc inferendo, quę patiebatur, dum alienas potius laceſſit opes, quàm ſuas tuetur, quo æquiore animo regnum deſeruit, eo tutius recepit.*

OLIV. AGATHOCLES Syracuſanorum] Rex hic Siciliæ tyrrannus, quem ex humili, & ſordido loco ad regiã maieſtatem fortuna mira indulgentia prouexerat, cum à Pœnis duce Hamilcare duobus prœlijs ſuperatus intra Syracuſas obſideretur, videretq; ſe longe viribus imparem, & ad ferendam obſidionem minime paratum, ſtatuit bellũ in Aphricam transferre, mira prorſus audacia, vt quibus in ſolo vrbis ſuę par non erat eorum vrbi bellum inferret, & qui ſua tueri non poterat, impugnaret aliena, & victusq; victoribus inſultaret. huius conſilij nõ minus admirabile ſilentium quàm commentũ fuit Po. hoc ſolum profeſſus inueniſſe ſe victoriæ uiam animos tantum in breuem obſidionis patientiam firmarent, conſcripto deinde exercitu cum duobus filijs adultis, nullo militum ſciente, quo veheretur, traiecit in Aphricam, expoſito deinde in littore exercitu, conſilium ſuum omnibus aperit. eouſq; ad bellum, & certam victoriã hortatur, facta in agros ſubita excurſione, tunc omnia proſternit, villas caſtellaſq; incendit, cui cũ Hanno dux Pœnorum factus eſſet obuius primo prœlio vincitur, & occiditur, nam duo de ſiculis, tria millia de Pœnis cum ipſo duce cecidere, hac victoria clarus Agathoces, vrbes caſtellaq; expugnat prędas in gentes agit hoſtium multa millia trucidat, caſtra deinde quinto lapide à Carthagine ponit, vt damna clariſſimarũ rerum vaſtitatemq; agrorum, & incendia villarum de muris ipſius vrbis ſpecularẽtur, deniq; breui effecit, vt tota pene prouincia à Pœnis deficeret, iterato cũ Carth. bello duce Bomilcare, graui prœlio ſuperauit, cum magno vtriuſq; exercitus ſanguine, poſt hanc uictoriam, profligatis in Aphrica rebus, nihil actũ eſſe putans. ſi amplius Syracuſæ obſiderentur, tradito exercitu filio ſuo recurrit in Siciliam, cuius aduentum omnes Siciliæ vrbes auditis rebus, quas ĩ Aphrica geſſerat, certatim ei ſe tradũt, atq; ita pulſis à Sicilia Pœnis totius inſulæ imperium occupauit. Reuerſus deinde in Aphricam cum mutata fortuna cuncta aduerſa ſibi eueniſſent, victus, & in Siciliam redire coactus, cũ Pœnis pacem, æquis cõditionibus fecit. [Ex maiore parte] Nã præter Acradinem munitiſſimum urbis locum occupauerunt urbem. [Diſcuteret] Remoueret, euerteret.

ASCEN. AGathocles autem rex Syracuſarum] Supple fuit callidus audacter. i. cum audacia. Cum enim Carthaginien. occupaſſent urbem eius ex maiore parte traiecit exercitum ſuum in Aphricam ut diſcuterent metum, quem patiebatur à Carthag. metu, quem illis inferebat, & uim illatam à Carthag. ſibi in illata à ſe in Carthagine, nec ſup. fuit callidus, aut id fecit ſine effecto. i. conſecutione propoſiti. Nam Pœni perculſi .i. attoniti, repentino, & ita inopinato aduentu eius redemerunt libenter incolumitatem ſuam ſalutem hoſtium (& pacti ſunt ut Aphrica liberaretur armis Siculis, & Sicilia liberaretur armis Punicis). i. Carth. eodem tempore. Notum eſt œ in u mutari, ut pœna punio Pœnus Punicus, mœnia munio) Autem. i. ſed, ſi Agathocles perſeueraſſet tueri mœnia Syracuſarũ illa. ſ. mœnia dicta urgerentur malis. i. incommodis belli, & reliquiſſet Carthag. bona. i. commoda pacis ſecuræ, nunc in ferendo. ſ. mala belli, quæ patiebatur, dum laceſſit. i. uexat, aut lacerat ſum it opes alienas potius, q̃ tuetur ſuas, quo .i. quanto æquiore. i. minus grauato animo deſeruit regnum .ſ. ſuum eo, i. tanto tutius recepit ſup. illud.

DE HANNIBALE.

* Liuius li. 22. & Plutar. I Hãnib. Frõt. li. 2. cap. 2.

*QVID *Hannibal Cannenſem P.R. aciem ſpeculatus? non ne prius, quàm ad dimicandũ deſcenderet, compluribus aſtutiæ complicatam laqueis ad tam miſerabilem perduxit exitũ? ante omnia enim prouidit, vt ſolem, & puluerem, quæ ibi vento multus excitari ſolet, aduerſum haberet, deinde partem copiarum ſuarum, inter ipſum prœlij tempus de induſtria fugere iuſſit, quàm eum à reliquo exercitu abruptam legio Romana ſequeretur, trucidandam eam ab ijs, quos in inſidijs collocauerat, curauit. poſtremo* quadringentos equites ſubornauit, qui ſimulata tranſitione petierunt Conſulem, à quo iuſſi more transfugarũ depoſitis armis in vltimã pugnæ partem ſecedere, diſtrictis gladijs, quos inter tunicas, & loricas abdiderant, poplites pugnantium Romanorum ceciderunt. Hæc fuit Punica fortitudo, dolis, & inſidijs, & fallacia, inſtructa. quæ nunc certiſſima circumuentę virtutis noſtræ excuſatio eſt, quoniam decepti magis; quàm victi ſumus.*

*quingẽtos, Liu. & Plut. ſcribũt Frõt. vero D C. li. 2. c. 5.

OLIV. Vulturni flumẽ natura.

QVID Hannibal Front. lib. 2 cap. 2. Hannibal inquit apud Cannas cũ compeiiſſet Vulturnum amnem ultra reliquorum naturam fluminũ ingentes auras mane proflare, quæ arenarum pulueris uerticem agerent, ſic direxit aciẽ ut tota uis à tergo ſuis, Rom. in ora, & oculos incideret, quibus incommodis mire hoſti aduerſantibus illam memorabilem adeptus eſt uictoriã. Liu. nõ hoc ſolũ ſtratagemate, ſed alijs quoq; uſum Hann. fuiſſe dicit in Cannẽſi pugna, quibus Rom. oppreſſit magis, quam uicit. Nam & ſuis quibuſdã imperauit, ut cũ accenſa pugna uiderentur ſimulata fuga Romanã legionẽ in inſidias deduceret, quæ ab internitionem uſq; deleta fuit. Et in ſiniſtro cornu Rom. vbi ſociorũ equites aduerſus Numidas ſteterant conſertũ prœlium ſegne primo, & à Punica cœptũ fraude, *quingenti fermè equites Numidæ præter cõſueta arma, telaq; gladios occultos ſub loricis hñtes uſi ſunt ſpecie transfugarum ad Rom. tranſire, qui cũ à ſuis parmas poſt terga habentes adequaſſet, repente ex equis deſiliunt, parmiſq; , & in aculis ante pedes hoſtium proiectis in mediã aciem accepti, ductiq; ad ultimos conſidere à tergo iubentur, ac dum prœliũ ab omni parte conſeritur, quieti manſere, poſtquam uero omnium oculos animoſq; occupauerat certamen, tum arreptis ſcutis, quæ paſſim inter aceruos cæſorũ corporũ ſtrata erant uerſam adoriuntur Rom. aciem, tergaq; ferientes, ac poplites, cædẽtes, ſtragẽ ingentem dederunt, ac maiorem aliquanto pauorem, ac tumultum fecerunt. [Cõpluribus aſtutiæ cõplicatam laqueis] Tranſlatio ſumpta à feris, quæ laqueis implicantur, ſic & acies Rom. multis dolis, quaſi laqueis capta, & cæſa fuit. [Vento multus excitare ſolet] Aduerſum hñet, quia Apulia uentis abũdat, & preſertim iapige. [Abruptam legio Romana] Per uim ſeparatam. [Diſtrictis gladijs] Nudatis gladijs [Poplites] Genua, partem pro toto eſt aũt poples flexura genuũ. [Circumuẽte] Deceptæ.

ASCAN. QVid] ſup. fecit Hann. ſpeculatus aciem P.R. Cannenſem .i. quæ erat apud Cannas nomine, perduxit ſup. eam ad tam miſerabilem exitum complicatam compluribus laqueis aſtutiæ priuſquam deſcenderet ad dimicandũ? q. d. utique. Enim pro quia, ipſe prouidit ante omnia ut ſup. acies. Rom. haberet & ſolem & puluerẽ, qui ſolet excitari, ibi multus uentis aduerſum. i. obiectum oculis, & toti faciei, deinde iuſſit partem copiarum ſuarum fugere de induſtria. i. ex compoſito, & data opera, inter ipſum tempus prœlij. i. durante adhuc conflictu, quàm ſ. partem cum legio Rom. ſequeretur, abruptam à reliquo exercitu curauit ſupp. legionem Rom. trucidandam ab his, quos collocauerat in inſidijs Poſtremo ſubornauit quadringentos equites, qui ſimulata tranſitione, ſcilicet ad Rom. petierunt conſulem, ut. ſ. ab eo in fidem reciperentur, à quo. ſ. conſule iuſſi ſecedere in ultimã partem pugnæ, armis depoſitis .ſ. prius, more transfugarũ ceciderunt gladijs diſtrictis. i. nudatis, quos abdiderant inter tunicas, & loricas. ſ. ſuas poplites. i. neruos, qui in aduerſa parte genuũ ſunt Rom. Pugnantiũ ceciderunt. [Hæc] .i. huiuſmodi fuit fortitudo Punica. i. Pœnorũ uidelicet inſtructa dolis, & inſidijs, & fallacia, quæ. ſ. fallacia, aut falſa fortitudo eſt nũc certiſſima excuſatio uirtutis noſtræ. i. R. circumuentæ. i. deceptę per fraudem, qm̃ nos ſumus magis decepti, quàm uicti.

Theo. COmplicatam laqueis antiqui codices habent copulata. Nam copula, canum uinculum propriæ dicitur, ut ex Ouid. didicimus, & Tibul.

DE REPVLSIS. Cap. 5.

CAMPI quoq; repræſentata cõditio, ambitioſam ingredientes viam ad fortius ſuſtinendos parum proſperos comitiorum euentus vtiliter inſtruxerit. quia propoſitis ante oculos clariſſimorum virorum repulſis, vt non minore cum ſpe honoris, ita prudentiore cum animi iudicio peterent, meminerintque, nefas non eſſe, aliquid ab omnibus vni negari, cum ſæpenumero ſinguli cunctorum voluntatibus, reſiſtere fas eſſe duxerint. ſcientes etiam, patientia quæri debere, quod gratia impetrari nequierint.

Oliv. CAMPI quoq;] Dicturus de repulſis Val. breui præfatione docilitatem, & beneuolentiam quodammodo ſibi concilians, cum dicat huius regni cognitionem futuram utilem multis, magiſtratus & dignitates petituris, qui ſi forte repulſam paſſi fuerint clariſſimorum hominum exemplis ſe conſolari, ſummaq; indignitatem æquo animo ferre poterunt, diſcentes patiẽtia quærere, quod gratia obtinere nequiuerunt. [Campi quoq;] In campo Martio P. R. comitia habebantur, creabanturque magiſtratus, in quem candidati deſcendebant. [Cum ſæpenumero ſinguli] Quaſi intendit argumentum, ſi vni licitum eſt cunctorum ſtudijs plerunq; reſiſtere, quanto magis omnibus vnius voluntati refragari?

Ascan. CAmpi, &c.] Conditio quoq; cãpi. ſ. Martij. i. dubius euentus, & periculum repulſæ, quibus ſubiacet petitio honorum in cãpo Mart. repræſentata. i. oculis, aut animis hominũ inſtruxerit. i. poſſit inſtruere ingredientes viam ambitioſam. i. multũ cupidam honorũ, aduentus comitiorũ. i. qui fiunt in comitijs, parum proſperos ſuſtinendos fortius. i. maiore animi fortitudine. [Quia repulſis clariſſimorum virorum propoſitis ante oculos]. ſ. ambitioſorũ, vt. i. quemadmodũ ipſi petent. ſ. magiſtratum (niſi legendum ſit honores ubi eſt honoris) cum ſup. minore ſpe honoris. ſ. obtinendi, ita petent cum maiore iudicio animi. i. cautius, & meminerunt. i. erunt memores nõ eſſe nefas aliquid negari vni ab omnibus. i. toto Pop. cũ ſinguli ſup. viri duxerint ſæpenumero fas eſſe reſiſte voluntatibus cunctorum, ſcientes etiã id debere quæri. i. acquiri patientia. quod nequiuerit. i. non poterit, impetrari gratia. i. cõplacentia populari.

DE QVINTO ÆLIO TVBERONE.

*cic. p Mur. & Sen. ep. 96. & 99. QVINTVS * Aelius Tubero à Q. Fabio Maximo epulũ P. R. nomine P. Aphricani patrui ſui dante, rogatus, vt triclinium ſterneret: Lectulos Punicanos pellibus hœdinis ſtrauit, & pro argẽteis vaſis Samia expoſuit, cuius rei deformitas ſic omnes offendit, vt cum alioqui vir egregius haberetur, comitijsq; Prętorijs candidatus in campum L. Paulo auo, & P. Aphricano auunculo nixus deſcendiſſet, repulſa inde abire notatus, nam vt priuatim ſemper continentiam probabant, ita publice maxima cura ſplendoris habita eſt, quo circa vrbs noſtra non vnius conuiuij numerum, ſed totam ſe in illis pelliculis iacuiſſe credens, ruborem epuli; ſuffragijs ſuis vindicauit.

Oliv. QVINTVS Aelius Tubero] Cic. in orat. pro L. Muræna, fuit inquit eodẽ ſtudio vir eruditus apud patres noſtros, & honeſtius, & nobilis Q. Tubero. is cum epulũ Q. Fab. Max. P. Aphricani patrui ſui nomine P. R. daret, rogatus eſt à maximo, vt tricliniũ ſterneret, cũ eſſet Tubero eiuſdẽ Aphricani ſororis filius, atq; ille homo eruditiſſimus, ac ſtoicus ſtrauit pelliculis hædinis lectulos Punicanos, & expoſuit vaſa ſamia, quaſi vero eſſet Diogenes Cinicus mortuus, & non diuini hominis Aphricani, mors honeſtaretur, quem cum ſupremo eius die maximus laudaret, gratias egit Dijs immortalibus, quod ille vir in hac rep. potiſſimum decus natus eſſet, neceſſe. n. fuiſſe ibi eſſe imperium terrarũ, vbi ille eſſet huius in morte celebranda grauiter tulit. P. R. hanc peruerſam ſapientiam Tubero. Itaq; homo integerrimus ciuis optimus, cum eſſet L. Pauli nepos P. Aphricani, vt dixi ſororis filius his hædinis pelliculis prętura deiectus eſt. Sen. ad Lucil. epiſt. 85. quæ incipit, petis à me, circa finem. Tuberonis inquit ligneos lectos cũ in publicũ ſterneretur, hedinas pro ſtragulis pelles, & ante ipſius Iouis cellam appoſita conuiuijs vaſa fictilia, quid aliud q̃ paupertatẽ in Capitolio conſecratat? & vt nullũ aliud factũ eius habeam, illũ Catonibus inſeram hoc parũ credimus cenſura fuit illa non cęna. O quàm ignorant homines cupidi gloriæ, quid illa ſit, aut quemadmodũ petenda, illo die P. R. multorum ſuppellectilem ſpectauit, vnde miratus eſt oĩum iſtorum aurũ, & argentum fractum eſt, & vile æs cõflatũ, at omnibus ſæculis Tuberonis fictilia durabit. [Triclinium] Cœnaculum & locus, vbi conuiuari antiqui conſueuerunt, à tribus toris ſtratis, vt dictum eſt. [Lectulos punicanos] Paruos & humilea, & ſm Sen. ligneos, nam huiuſmodi lecti ex Aphrica primum aduecti ſunt. [Samia] Terrena à Samo inſula, vbi primũ facta fuerunt eiuſmodi fictilia. [Quo circa, &c.] Hanc inquit dignitatem non nobis tm̃, qui in re fuere cõuiuio, ſed vniuerſæ ciuitati factã exiſtimarũt Rom. & propterea illum proximis comitijs repulſæ nota affecerunt.

Ascan. QVintus Aelius Tubero rogatus à Q. Fab. Max. dante P. R. epulum]. ſ. ſolenne conuiuium, & quaſi parentationem, noĩe. i. nõne P. Aphricani patrui. i. ſui. ſ. defuncti, vt ſterneret. i. ornaret ſtragulis triclinium. i. locũ cõuiuij, ſtrauit lectulos Punicanos. i. traductos à Punicis moribus, vbi ligneos habent, & leues quales ſunt quos campanos, ſeu campeſtres Galli vocãt, pellibus hædinis quibus nihil fędius, & abiectius, & expoſuit. ſ. cõuiuijs, aut in abacco poſuit ſamia ſup. vaſa. i. fictilia, pro argenteis vaſis. [Cuius rei] . i. apparatus deformitas oſtendit. ſ. P. R. ſic, vt cum. i. licet haberetur aliqui. i. alio quouis modo, vir egregius, & deſcendiſſet in campũ. ſ. Martium, candidatus. i. cãdide veſtitus more competitorum, ſup. in comitijs prætoris. i. cõgregationibus Pop pro eligẽdo prętore deſcẽdens dici, nixus. i. confiſus, & fretus L. Paulo auo & P. Aphric. auunculo, quia erat eius ſororis filius tñ ſup abiret inde. i. è comitijs, aut cãpo Mart. notatus repulſa. i. ignominia repulſæ. [Nam vt] . i. quemadmodum Rom. ſup. probabant ſemper continentiam. i. à luxu repreſſionem, priuati. i. inſumpta priuato, ita maxima cura ſplendoris. i. ſplendidi apparatus eſt habita publice. i. inſumptu publice faciendo. [Quo circa] . i. quapropter, vrbs. ſ. Rom credens. i. exiſtimans non numerũ vnius conuiuij. ſ. priuati, ſed ſe totam iacuiſſe in illis pelliculis. ſ. hœdinis, & ita tam ſordidis, vendicauit. i. vita eſt ruborem epuli. ſ. ſordide inſtructi ſuffragijs ſuis Tuberoni. ſ. negatis. Eius tamen modicitas non offendit Senecam.

Lectulos Punicano] vetera exemplaria legunt Punicaros. Theo.

DE P. SCIPIONE NASICA.

P. Autem * Scip. Naſica togata, potentiæ clarum lumen, is, qui Conſul Iugurthæ bellũ indixit, qui matrem Idæam è Phrygijs ſedibus ad noſtras aras focosq; migrantem ſanctiſſimis manibus excepit, qui multas, & peſtiferas ſeditiones auctoritatis ſuæ robore oppreſſit, quo principe ſenatus aliquod annos gloriatus eſt, cũ ædilitatem curulem adoleſcens peteret, manumq; cuiuſdam ruſtico opere duratam, more candidatorum tenacius apprehendiſſet, ioci gratia interrogauit eum, Num manibus ſolitus eſſet ambulare. Quod dictum à circunſtantibus exceptum, ad populum manauit, cauſamq; repulſæ Scipioni attulit, omnes nanq; ruſticæ tribus paupertatem ſibi ab eo exprobatam iudicãtes, iram ſuam aduerſus contumelioſam eius vrbanitatem diſtrinxerunt. Igitur ciuitas noſtra nobilium iuuenum ingenia ab inſolentia reuocando, magnos, & vtiles ciues fecit, honoribusq; non patiendo eos à * ſcurris peti, debitum auctoritatis pondus adiecit.

*cic. p Cn. Pla. I viu tri buit, q plures fecere, ſic penè Pli. li. 7. c. 34. ſed Pater. 2. melius diſtinguit.

*Pli. li. 18. ca. 3.

*ſecuris

P. Autem Scip. Naſica] Laudibus Scipionem extollit, vt magis mirum eſſe uideatur, integerrimum virum totius Senat. iudicio optimum iudicatum, qui peſtifera ſeditiones auctoritate ſua ſæpiſſimę oppreſſiſſet, qui lumẽ, & gloria ſenatus, & totius ciuitatis eſſe diceretur, potuiſſe, eiuſmodi Oliv.

repulſæ

repulſæ infamia notari ob dictum, magis iocoſum, quàm graue, aut iniurioſum, vt calloſam ruſtici manum, candidatus cum penſitaſſet, ea eo quæreret manibus, ne ambularet. De hac repulſa Cic. in oratione pro Plancio, Aulus inquit tuus P. Naſicæ, tibi ædilitiam prædicares repulſam, quo ciue neminem ego ſtatuo in hac rep. fortiorem. Togatæ potentiæ clariſſimum lumen. Totius ſenatus ſplendor eximius. Hic conſul Iugurthæ bellum indixit, Metellus deinde geſſit, Marius confecit. [Seditiones peſtiferas] Nam Tyb. Gracchum ſeditioſiſſimũ hominem, vt ſupra dictũ eſt, propria manu interemit. [Igitur ciuitas noſtra] Vt quorum iuuenum laſciuiam repreſſiſſet, eos ciues reip. vtiles euaderent, magiſtratus etiam ſuum auctoritatis pondus adiecit, non ſuſtinendo ſe à ridiculis peti. [A ſcurris] A ridiculis hominibus.

ASCEN. PVblius autem Scip. Naſica clarum lumen] .i. ſpecimen potentiæ togatæ .i. in toga, & inter mutos exercitæ, is, qui conſul indixit Iugurthæ regi Numidiæ bellũ propter iniquitatẽ eius in fratres, qui excepit ſanctiſſimis manibus, quia optimus ciuis à ſenatu iudicatus erat matrem Idæam .i. Cybelem Phrygiam, migrãtem è ſedibus Phrygijs ad aras noſtras .i. Romanas, & ad focos ſup. noſtros. [Qui oppreſſit robore ſuæ auctoritatis multas, & peſtiferas ſeditiones] & præcipuæ Gracchanicam, quo principe .i. in eo q. eſſet princeps ſenatorum, qui talis erat, qualis Paulus primus præſes dictus, ſenatus ſ. Rom. gloriatus eſt .i. ſe iactauit aliquot annos, cum ipſe adoleſcens peteret ædilitatem curulem .i. digniorem, & cui ſella curulis aſſignaretur, & apprehendiſſet tenacius .i. preſſius more candidatorum .i. competitorum, manum cuiuſdam .ſ. ciuis Rom. duratã .i. calloſam factã opere ruſtico, interrogauit eum gratia ioci, num .i. nũquid ſolitus eſſet ambulare manibus .i. ſup. manus [Quod dictum exceptum] .i. captum, & intellectum ab aſtantibus manauit .i. diuulgatum eſt ad populum, & attulit Scip. cauſam repulſæ. Nanq; omnes tribus ruſticæ iudicantes paupertatem exprobatam .i. opprobrio datam ſibi ab eo, diſtinxerunt .i. caeterunt, & vibrauerunt iram ſuam aduerſus vrbanitatẽ eius. [Igitur ciuitas noſtra] .i. Romana reuocando ingenia iuuenum nobilium ab inſolentia .i. ſuperbia proteruia, & petulantia, fecit eiues magnos, & vtiles, & adiecit honoribus .i. magiſtratibus ſuis debitum pondus auctoritatis, non patiendo eos peti ſcurris .i. à ſcurrili dicacitate vtentibus. Verum importune videtur auctor accumulare præconia Scip. eorum honorum, quos poſtea aſſecutus eſt, niſi talem indolem in eo proluxiſſe putemus, aut ſignificare velit, repulſam paſſum talem poſtea euaſiſſe.

THEO. SCVRRIS] Aliquot exemplaria habent à ſecuris.

DE LVCIO AEMILIO PAVLO.

*Plin de vit. illuſt. Liu. li. 44. & Plut. in uita.

*NVLLVS * error talis L. Aemilio Paulo conſpectus eſt, ſed tamen aliquoties fruſtra conſulatũ petijt. Idemq;, cum iam campum repulſis ſuis fatigaſſet, bis cõſul & cenſor factus eſt, ampliſſimũ etiam dignitatis gradum obtinuit, cuius virtutem iniuriæ non fregerunt, ſed acuerunt, quoniam quidem nota ipſa accenſam cupiditatem ſummi honoris ardentiorem, ad comitia detulit, vt populũ, quem nobilitatis ſplendore, & animi bonis mouere non poterat, pertinacia vinceret.*

OLIV. Paul. Aem. aliquoties repulſus. NVLLVS error] Scipionis error totius fuit, quàm iniuria, qui exiſtimauit illa ſe vrbanitate, riſum potius ſe commoturum, quàm iram. At in Paulo Aemilio nullus error, & tñ repulſam ſæpius paſſus eſt, quæ iniuria non illius animũ fregit, vt à rep. deſiſteret, aut à petitione magiſtratuum deterreretur quinetiam multo magis accenſus in ſententia perſtitit, vt conſtantia ſua conſequeretur, quod gratia obtinere nequiuerat, ex quo factum eſt vobis conſulatum, & cenſuram tanquam ab inuitis extorſerit, & ſenatus principatum obtinuerit. [Sed tñ aliquoties fruſtra] Ter. ſ. ſecundum Plin. de vir. illuſt. qui dicit primo cõſulatu, quem poſt tres repulſas adeptus erat, de liguribus triumphauit. [Campum fatigaſſet] Nam adeo inſtans in petendo fuit, vt cum populum fatigaſſet, ipſe tñ in petendo perſiſteret. [Cuius virtutem iniuriæ non fregerunt] Viri fortis eſt non iniuria frãgi, nec de ſentẽtia deijci. [Pertinacia vinceret.] Quẽ virtutibus mouere non poterat pertinacia ſuperaret.

ASCEN. NVllus error talis] Qualis in Tuberone, & Naſica fuit, conſpectus eſt in L. Aem. Paul. ſed tñ petijt aliquoties, quia ter fruſtra cõſulatum. Et idem cũ fatigaſſet iam .i. Paulo ante campum .i. congreſſos in campum martium, repulſis ſuis, & factus eſt bis conſul, & cenſor, & obtinuit etiam ampliſſimum gradũ dignitatis, quia cenſor factus eſt. [Cuius virtutem iniuriæ] .ſ. in repulſa illatæ, non fregerũt, ſed acuerunt, quõ quidem .i. quoniam certe, ipſe nota .i. ſignum infamiæ, (Turpe enim & ignominioſum erat repulſam pati, quia qui eam patitur aut arrogans videtur, ſi quod non meruit petijt, aut ſtultus ſi ſe non nouit) detulit ad comitia cupiditatẽ ſummi honoris, vt conſulatus, accenſam .ſ. prius ardentiorem ſ. poſtea, vt vinceret pertinacia .ſ. perſeuerantia obſtinata, populũ, quem non poterat mouere .ſ. à propoſito denegandi honoris ſplendore nobilitatis .ſ. generis ſui, & bonis .i. dotibus animi, hoc eſt virtutibus.

DE QVINTO CÆLIO METELLO.

*Plin. de vir. illuſt. Flor. li. 2. cp. 14 Li. li. 50. Fl. li. 2. c. 16.

*QVINTVM autem *Cæcilium Metellum, pauci, & mæſti amici conſulatus repulſa afflictũ triſtitia, ac rubore plenum, domum reduxerunt, eundem de Pſeudo Philippo triumphantem vniuerſus ſenatus lætum, & alacrem in Capitolium proſecutus eſt. Achaici etiã belli, cui ſummã manum L. Mumius adiecit, maxima pars ab hoc viro profligata eſt. Ei ne ergo populus conſulatum negare potuit, cui mox duas clariſſimas prouincias, aut daturus erat, aut debiturus, Achaiam & Macedoniam? & quidẽ hoc facto meliore eo ciue vſus eſt, intellexit enim, quàm induſtrie ſibi gerẽdus eſſet conſulatus, quem tanto labore impetrari ſenſerat.*

OLIV. QVINTVS autem, &c.] Pauci & mœſti. De hoc Plin. Q. Met. Cæc à domita Macedonia Macedonicus, prætor, pſeudo Philippum, qui Andriſcus dictus eſt vicit, inuiſus plebi ob nimiam ſeueritatem, & ideo poſt duas repulſas cõſul ægre factus. Arbacos in Hiſpania domuit, &c. hic igitur Macedoniã domuit, & Achaiam oppreſſit, in petitione conſulatus bis repulſus eſt. quod mirum quodãmodo videtur eſſe, vt cui duas clariſſimas prouincias daturus eſſet, ei bis conſulatum denegaret populus, qua tñ repulſa vtilior Reip. factus eſt, quem .n. difficulter conſulatum fuerat conſecutus, eum deinde ſumma diligentia adminiſtrandũ eſſe cenſuit. [De pſeudo Philippo] De falſo Philippo .i. qui ſe falſo Philippi regis filium aſſeuerans ex concubina natum totam ferme Macedoniam multo fauore occupauerat. [Achaici etiã belli] Maxima pars. Quod & Pli. teſtatur, Dicit enim L. Mummius, deleta Achaia, Achaicus aduerſus Corinthios miſſus, victoriam alieno labore quæſitam, intercepit, nam cũ illos Met. Macedonicus apud Heracleam fudiſſet, & duce Critolao priuaſſet, cũ lictoribus, & paucis equitibus in Metelli caſtra properauit. [Hoc facto] Hac repulſa.

ASCEN. QVintum, &c.] Autem .i. ſed amici pauci, & mœſti reduxerunt domum .ſ. eius, Q. Cæcilius, Metellum afflictum triſtitia, ac plenum rubore, repulſa .i. propter repulſam, aut hic afflictum repulſa, & ſup. plenum triſtitia, ac rubore, & ſenatus vniuerſus proſecutus eſt eundem .ſ. Cæcilium Metellum triumphantem pſeudo Philippo .i. de eo qui ſe Philippi Macedonis filiũ diceuitem triumphum ſuum, in Capitolium dico lætum, & alacrem. Maxima etiam pars Achaici belli, cui L. Mumius adiecit ſummam .i. ſupremam manũ, eſt profligata .i. profligando finita, ab hoc viro .ſ. Cæc. hic repulſam paſſo. Potuit ne ergo populus negare conſulatum ei, cui, aut daturus eſt, aut debiturus, mox .i. paulo poſt duas prouincias clariſſimas, videlicet Achaiam, & Macedoniam? Potuit ſup. & quidem .i. certe vſus eſt ſup. eo hoc facto .i. propter hoc factum, meliore ciue. Enim pro quia, ipſe Cæcilius intellexit, quia induſtriæ cõſulatus eſſet gerendus ſibi, quem ſenſerat impetrari, tanto labore.

DE LVCIO SYLLA.

*Plut. in vita.

*QVID tam * excellens, quid tam opulentum quàm L. Sylla? diuitias & imperia largitus, eſt leges vetuſtas abrogauit, nouas tulit. hic quoq; in eodẽ campo, cuius poſtea dominus extitit, repulſa præturæ ſugillatus eſt. omnia loca petiit honoris, ſi quis modo deorum formã, & imaginem futuræ eius potentiæ P. R. repræſentaſſet, impetraturus.*

Oliv. Syllę repulſa. Syllæ dominatus.

QVID tam excellens] Vt ceteris taceam quis præſtantior, quis potentior in vrbe quàm Sylla fuit ? qui remp & imperium occupauit, tamen petitionẽ præturæ hac nota . . pulſæ aliquando ſugillatus fuit à populo. [Diuitias] Et imperia largitus nam occupata repub. proſcriptorũ ciuium bona donauit, magiſtratus, & prouincias, atq; imperia pro ſua libidine dedit. Leges vetuſtas abrogauit. Suſtuli antiquas leges, quæ ſuis rationi obſiſterent, & præſertim cum ciues maxime proſcriptos reuocauit. [Sugillatus] Notatus.

Ascen. QVid tam excellens] .ſ. ingenio, & felicitate ſup. fuit, & quid tam opulentum, quam .i. quantum L. Silla ? q.d. fere nihil in Romana ciuitate. quia largitus eſt, quibus voluit diuitias, & imperia, & abrogauit i. antiquauit leges vetuſtas, & tulit nouas. [Hic quoq;] i. ipſe etiam cum eſſet talis ſugillatus eſt. i. diffamatus repulſa prætura in eodem cãpo .ſ. martio, cuius ipſe carnit poſtea dominus. occupata, ſcilicet perpetua dictatura. ſugillatus dicit eſt, imperatutus. i. cum talis eſſet, qui poſſet imperiare omnia loca honoris petit. ſi modo i. dum modo quis. i aliquis Deorum repræſentaſſet P.R. formam, & imaginem potentiæ eius futuræ.

DE M. PORCIO CATONE.

*Plu in uita.

SED vt comitiorum maximum crimen referam, M. Porcius Cato plus moribus ſuis præturæ decoris adiecturus, quàm prætexta eius ſplendoris ipſe laturus, conſequi illam à populo aliquando non potuit: proxima dementiæ ſuffragia, quæ quidem ſatis graues pœnas erroris ſui pependerunt, quoniam quem honorem Catoni negauerant, Vatinio dare coacti ſunt. Ergo ſi vere æſtimare volumus, non Catoni tunc prætura, ſed præturæ Cato negatus eſt.*

Oliv. SED vt comitiorum] Damnat ſtultitiæ Romanos, qui præturam Catoni vere philoſopho denegauerint, à quo plus ſplendoris ille magiſtratus, quàm à magiſtratu Cato gloriæ fuerat recepturus, ſed ſtultitiæ pœnas dediſſe dicit, cum magiſtratum illum Vatinio poſtea dare coacti fuerit, homini multi flagitijs inuoluto, quia nemo præter hunc imprudentiſſimum Catonis grauitati ſe præferre, aut certe conferre auſus fuiſſet. [Plus decoris] Nam ipſe dignitate ſua plus decoris addiderat patriæ quàm ipſe à patria receperat. [Vatinio] Quem ambitus accuſatum Cic. defendit.

Ascen SEd vt referam] .i. recitem maximum crimen. i. erratum, aut peccatum comitiorum .i. eorum, qui in comitijs magiſtratus elegerant, M. Porcius Cato adiecturus ſuæ præturæ plus decoris. i. honoris moribus ſuis. i. per mores ſuos, q; ipſe laturus. i. aſportaturus ſup. erat prætexta, eius ſplendoris. i. prætoriæ dignitatis inſigni non potuit aliqñ conſequi eam. ſ. præturã à populo Proxima (intelligit ò quod ne excandeſcat ſuppriınit, nam Ordo eſt) à ſuffragia. i. vota, aut voces populi proxima dementiæ, quæ. ſ. ſuffragia quidem. i. certe pependerunt ſatis graues pœnas erroris ſui, quoniam. i. Romani coacti ſunt dare Vatinio homini ambitioſo ſup. eum honorem, quem negauerant Catoni. [Ergo ſi volumus exiſtimare] .i. cenſere rem vere, prætura non eſt negata Catoni, ſed Cato eſt negatus præturæ.

DE NECESSITATE. CAP. VI.

*Liu. li. 22 & Macro. li. 1. Sat. aliter.

* Nã lege mili tari à militia prohibebantur. Seru. li. 9. Aen.

ABOMINANDAE quoq; neceſſitatis amariſſimæ leges, & truculentiſſima imperia tum vrbem noſtram, tum etiam exteras gentes multa non intellectu tantum ſed etiam auditu grauia, perpeti coegerunt. Nam aliquot aduerſus prælijs ſecundo punico bello exhauſta militari iuuentute Romana, ſenatus auctore. Tyb. Graccho conſule cenſuit, vti publice ſerui ad verſus propulſandorum hoſtium impetum emerentur, eaq; de re per Tribunos plebis* apud populũ lata rogatione, tres creati ſunt viri, qui quatuor & viginti millia ſeruorum compararuerunt, adactosq; iureiurãdo, ſtrenuam ſe, fortemq; operam daturos, quoad pœni eſſent in Italia, datis armis in caſtra miſerunt. Ex Apulia etiã, & à Fidiculis ſeptuaginta, atq; ducenti ad ſupplementũ equitatus ſunt empti. Quanta violentia eſt caſus acerbi? Quæ ciuitas ad id tempus ingenuæ quoq; originis capite cenſos habere milites faſtidierat; eadem cellis ſeruilibus extracta corpora, & à paſtoralibus caſis collecta mancipia, velut præcipuum firmamentũ, exercitui ſuo adiecit. Cedit ergo interdum generoſus ſpiritus vtilitati, & fortunæ viribus ſuccumbit, vbi niſi tutiora conſilia legeris, ſpecioſa ſequenti* concedendum eſt.*

Oliv. ABOMINANDAE quoque] Cum ſuperiore coniungitur, non ſolum repulſa viros præſtantes Romanos, ſed etiam neceſſitas, tum Rom. tum cæteras gentes indigna multa, & fœda tam dictu quàm auditu perpetu coegit. [Tum etiam cæteras gentes] Ideo dixit, quia in repulſis domeſtica tantum exempla narrauit [Nam aliquot prœlijs] Cũ aſſiduis cladibus apud Trebiam, lacum Traſimenũ, & Cannas acceptis conſumpta eſſet Rom iuuentus, ad eam neceſſitatẽ redactus eſt ſenatus, Populusq; Romanus vt octo millia ſeruorũ, ex ergaſtulis emerent, cum libera capita deeſſent, nam vt tradit Liu. poſt cladem Cannenſem M. Iunius dictator delectu edicto, iuniores ab annis a. & ſeptem, & quoſdã prætextatos ſcribit, quatuor ex his legiones, & mille equites effecti. Item ad ſocios, latinumq; nomen, ad milites, & formula accipiẽdos mittit. Arma, tela, alia parari iubet. & hoſtium ſpolia vetera detrahit templis, porticibusq; , & aliam formam noui delectus inopia liberorum capitum, ac neceſſitas dedit, octo millia validorum iuuenum ex ſeruitijs prius ſciſcitantes ſingulos vellent, ne militare empta publice arma vere Romani hi omnes, vt paulo infra dicit Volones ſunt appellati, eo q; voluntate pugnarent & non coacti. [Quatuor & viginti millia] Longe diſcrepat à Liuio in numero ſeruorum, nam tantũ octo millia fuiſſe tradit Liu. cui aſſentitur Macrobius Saturnalium lib 1, cum ait, ad Cannas victis Rom, octo millia ſeruorũ empta, militauerunt Addactos iureiurando] Sacramento militiæ aſtrictos, more iuſtæ legitimæq; militiæ. [Strenuam] Promptam, & impigram operam]Quanta violentia eſt caſus acerbi?] Deplorat quodammodo caſum, & neceſſitatem P.R. qui antea capite cenſos milites habere faſtidierant, nunc ex ergaſtulis, & paſtoralibus caſis, ſeruos educere coactus fuerit. [Quanta violentia eſt caſus?] Conqueritur, & deteſtatur tantam neceſſitatem. [Capite cenſos] Capite cenſi dicebantur, ut ſupra, qui nullo cẽſu habebantur, ſed eorum capita ſolum cenſebatur, quia parũ, uel nihil poſſiderent. [Eccelis] In quibus ſerui à dominis ſeruabantur, hos deinde ſex nos Sempronius Gracchus propter egregiam victoriam ex auctoritate ſenatus libertate donauit. [Cedit ergo] Plerunq; nos inquit coegit neceſſitas utilitatem dignitati anteponere, & fortunæ libidini, ac uiribus obtemperare, nam niſi tutiora conſilia uir fortis elegerit, ſpecioſam ſequendo ſæpiſſime corruet [Concidendum] Candendum, & prouendum, nam aliquando urgente fortuna præmittenda eſt dignitas, & tutiora conſilia ſequenda, quod niſi uir fortis fecerit, funditus concidet.

Ascen ABominandæ, &c.] Allaturus exempla de neceſſitate, præfatur ſic. [Leges amariſſimæ, & imperia truculentiſſima] .i. diriſſima, neceſſitas abominandæ .i. quaſi mali hominis execrandæ, id eſt coegerunt quoque tum urbem. i. Romam, tum etiam gentes exteras (quarum non meminit in capite de repulſis) perpeti multa grauia non tantum intellectu, ſed etiam auditu .i. dum intelligantur & audiantur. Nam (probat quod præmiſſerat leges uidelicet neceſſitatis coegiſſe aliquando Romanos [Roma exhauſtam, id eſt euacuata iuuentute militari, aliquot prœlijs aduerſis. i. per aliquot prœlia aduerſa, ſecundo Pun. bel. Senatus Tyberio Graccho patre Caij, & Tyberij Gracchorum conſule, auctore i id approbante auctoritate ſua, cenſuit i decreuit uti i. ut ſerui emerentur publice. i. ęre publico aduerſus, id eſt contra impetum hoſtium propulſandorum. ſ. Pœnorum, & rogatione lata de ea per tribunos plebis apud populum, tres uiri creati ſunt, qui compararuerunt, quatuor, & uiginti millia, ſeruorum (cum alij octo duntaxat miſſo dicant) & armis datis, id eſt poſtquam dederant eis arma, miſerunt in caſtra. ſ. Rom. aduerſus Hannib. ſup. eos ſeruos adactos. i aſtrictos iureiurando ſe daturum operam ſtrenuam i. acrem, & fortem quoad. i. donec Pœni. ſ. Carth. eſſent in Italia. Septuaginta etiam ducenti hoc eſt ſupra ducentos [Secundũ præceptum Laurentij

Val.

Val. poſt centum minor numeros eſſet poſtponendus, vt ſi ducenti & ſeptuaginta) empti ſunt ex Apulia, & à ſiducialis vrbe Italiæ ad ſupplimentū equitatus. [Quanta] .i. ô quanta eſt violentia caſus acerbi. i. q̄ indigna cogit neceſſitas? eadem ciuitas quæ faſtidiebat. i. ſuperbe contempſerat, ſub. vſq; ad id tempus habere milites quoq; .i. etiam originis ingenuæ. i. nulla ſeruitute ſua, nec parentum ſuorū aſtrictę, cenſos capite. i. dummodo eſſent cenſi capite. i. præter caput nihil, quod ad cenſum aſcriberetur attulerunt, & erant pauperrimi, quiq; licet ingenui (quia verebantur eos, qui nihil domi, pro quo dimicarent reliquerāt aut non tam ſtrenuam operam in bello nauaturos, aut etiā precio corrumpi poſſe, vt ad hoſtes tranſirent) adiecit exercitui ſuo velut præcipuum firmamentum mancipia extracta è cellis ſeruilibus. i. ex ergaſtulis, & collecta ex caſis paſtoralibus, ut ex Apulia, & ſiduculis empta. Ergo ſpiritus generoſus, cedit interdum vtilitati, & ſuccumbit viribus fortunæ, videlicet vbi. i. quā aut in quo ſtatu rerum, niſi legeris. i. elegeris, & amplexus fueris conſilia tutiora, ſed minus honeſta, concidendum. i. cum tuis pereundum ſit tibi ſup. ſequenti ſpecioſa. i. honeſta.

DE CIVITATE ROMANA.

*Liuius lib. 22. *Confudit. *Addictorum. *Sedecim.

CANNENSIS * autem clades adeo vrbē noſtram vehementer* contulit, vt opera M. Iunij dictaturam Reip. adminiſtrantis ſpolia hoſtium affixa templis, deorum numini conſecrata, inſtrumenta militiæ futura conuellerentur, ac prætextati pueri arma induerent * adiudicatorum etiam, & capitali crimini damnatorum, * ſex millia conſcriberentur, quæ ſi per ſe aſpiciantur, aliquid ruboris habeant, ſin autem admotis neceſſitatis viribus ponderentur, ſæuitia temporis cōuenientia præſidia videantur.

Oliv. CANNENSIS clades] Magna neceſſitas, quæ nō patitur ætatis, nec religionis hīr rationem, qualis fuit poſt Cannenſem cladem, quæ vt diximus, Romanus coegit, & prætextatos puberes ſcribere, & hoſtiū ſpolia dijs cōſecrata è templis, porticibusq; detrahere, quin etiam nexos cōplures & capitali crimine dānatos, in vſum militiæ recipere. [Et prætextati pueri] prætextati dicebantur, qui nondum ad xvij. annum peruenerant, in quo depoſita prætexta, virilem togam ſumebant [Addictorum] Nexorum. [Ponderentur] Liberentur.

Ascen. CAnnenſis autem clades] Confudit vrbem noſtram adeo vehementer, vt ſpolia hoſtium affixa templis Deorū, & conſecrata numini. i. diuinitati eorum conuellentur. i. abſtraherentur opera. i. operam, & facti Marcum Iunij adminiſtrantis dictaturam. i. ſummam magiſtratum reip. conuellerentur dico futura inſtrumenta militiæ, ac vt ſup. pueri prætextati. i. nobiles, ſed qui nec dum quartum decimo ætatis annū, quo virilem togā acciperent, attigerant. & ſup. vt etiam ſex millia addictorum. ſ. morti. i. adiudicatorum & pro i damnatorum crimine capitali, i. propter crimen capitale, quæ. ſ. ſex millia damnatorum, ſi aſpiciantur. i. æſtimentur per ſe. i ſecluſo neceſſitatis reſpectu, habebunt. i. habitura ſint, aliquid roboris. i. vereeūdię, ſin autem. ſ. ſed ſi ponderentur. i. æſtimentur uiribus neceſſitatis admotis, ipſa videantur, præſidia conuenientia ſæuitiæ temporis.

DE EADEM CIVITATE.

*Liuius lib. 23.

PROPTER * eandem cladem Senatus Octacilio, qui Siciliam, Cornelio Mammulæ, qui Sardiniam proprætores obtinebant, quærentibus quòd neq; ſtipendiū, neq; frumentum claſſibus eorum, & exercitibus ſocii præberent, affirmantibus etiam ne habere quidem eos, vnde id præſtare poſſent, reſcripſit, ærariū longinquis expenſis non ſufficere, proinde, quo pacto tantæ inopiæ ſuccurrendū eſſet, ipſi viderent. His literis quid aliud, quàm imperii ſui gubernacula è manibus abiecit? Siciliamq;, & Sardiniam, benignisſimas vrbis noſtræ nutrices, gradus, & ſtabilimenta bellorum, tam multo ſudore, & ſanguine in poteſtatem redactas, paucis verbis, ita ſcilicet neceſſitate iubente, dimiſit.

Oliv. PROPTER eandem cladem] Liu. decade ſecundi Pun. bel. lib. 3. per idem ferè tempus litteræ è Sicilia Sardiniaq; Romam allatæ priores è Sicilia Octacilij proprætoris in ſenatu recitatæ ſunt. L. Furiū prętorem cū claſſe ex Aphrica Lilybæum veniſſe, ipſum grauiter ictum ſauciū in diſcrimine eſſe vitæ vltimo, militiæ naualibus ſocis, neq; ſtipēdiū, neq; frumētum ad diem dari, neq; unde detur, eſſe magnopere ſuadere, vt quamprimū ea mittantur, ſibi quæ ſi ita videātur ex nouis prætoribus ſucceſſorem amittat, eademq; ferme de ſtipendio frumentoq; ab A. Cor. Mammula proprętore ea Sardinia ſcripta reſponſum vtriſq; nō eſt eſſe vnde mitterētur, iuſſiq; ipſi claſſibus, de exercitibus ſuis cōſulerentur Octacilis ad unicum ſubſidium P. R. Hieronem legatos cū miſiſſet, in ſtipendium quātū argenti opus fuit, & ſex menſium frumentū accepit. Cornelio in Sardinia ciuitates ſociæ benigne cōtulerūt. Et Romæ quoque propter penuriam argenti triumuiri menſarij, rogatione Minutij trib. pl. facti ſunt. [Socij præberent] Diſſentit à Liu. Valer. nā à ſocijs benigniſſime erogatū ſtipēdiū, & frumē ū dicit Liu. vt ſupra oñdimus, nec dimiſiſſet tunc prouincias, ſed obtinuiſſet.

Ascen. PRopter, &c.] Senatus reſcripſit propter eandem cladem. ſ. Cann pugnæ, Octacilio, & Cor. Mammulæ, qui proprætores. i. foris prætoria poteſtate fungētes obtinebant. Octacilio inquam, qui prætor obtinebat Siciliam, & Mammulæ qui prætor obtinebat Sardiniā, quærentibus. i. cōquerentibus, quòd ſocij ſ. quibus præerant neq; præbērēt ſtipendium, neq; frumentum claſibus, & exercitibus eorum, affirmantibus etiam eos. ſ. ſocios, ne quidem. i. nō etiam habere, unde poſſent præſtare id. ſ. ſtipendium, & frumentum, reſcripſit inquam ærarium. ſ. Romanum. i. pecuniam publicā, non ſufficere expenſis longinquis. i. tandiu durantibus, proinde. i. ideoq; ipſi. ſ. proprætores viderent. i. diſpicerent, quo pacto ſuccurrendum eſſet tantæ inopiæ [Quid aliud] Sup. fecit ſenatus his literis, quàm abiecit ex manibus gubernacula ſua imperij? q. d. nihil & dimiſit Siciliam. & Sardiniam benigniſſimas nutrices urbis noſtræ, hoc eſt Romæ & gradus, & ſtabilimenta. i ſuſtentacula bellorū. i. à quibus Romani ad ſuſtendanda onera belli iuuabantur, redactas tam multo ſudore, & ſanguine in poteſtatem ſ. Romanā, & dimiſit dicit paucis verbis [unde Antitheos eſt] in multo ſudore, & paucis verbis. I id eſt ſcire licet, quamobrem id fecerit, quia neceſſitate iubente ita. Neq; tamen amiſſas uult Val. tunc eas prouincias, ſed amitti potuiſſe, quia dimiſſas aualij, & conſilij capertes.

DE CASILINATIBVS.

*Liuius lib. 23.

EADEM * Caſilinantes obſidione Hānibalis clauſos, alimentorumq; facultate defectos, lora neceſſarijs vinculorum uſibus ſubducta, eque ſcutis detractas pelles feruenti reſolutas aqua, mandare voluiſti: Quid illis, ſi acerbitatem caſus intueare, miſerius? ſi conſtantiam reſpicias, fidelius? qui, ne à Romanis deſciſcerent, tali vti cibi genere ſuſtinuerunt, cū pinguiſſima arua ſua, fertiliſſimosq; campos mœnibus ſuis ſubiectos intuerentur. Itaq; campanæ vrbis, quæ Punicam feritatem delitijs ſuis cupida fouit, in propinquo ſitum Caſilinum moderatum virtute, clarum perſeuerantis amicitiæ pignora, impios oculos verberauit.

Oliv. EADEM Caſilinates] Caſilinū eo tpe prænestini habebant, quos apud Cannas in caſtra proficiſcentes nuncius acceptæ cladis Caſilinum conuertit, qui paulo poſt cæſis oppidanis urbem occupauerūt, cū paucis Romanis, latinisq; nominis aditus, & prænestina cohors eodē nuncio. Caſilinū cum pulſi, penuria frumenti, nimium etiā hoīum inuideri faciebat. Ad hanc vrbem, uel ſi fieri poſſet, in deditionem accipiendā, vel uiribus expugnandā. Hannibal patrem exercitus miſit, qui omnes ab oppidanis eruptione facta turpiter fuſi, fugatiq; fuerūt ita primis repulſis dua alter Pœnorum Mahatbal cū maiore robore vitorum miſſus, nec ipſe eruptionem cohortū Rom. ſuſtinuit poſtremo Hann. caſtris ante mœnia poſitis, paruā urbem parumq; præſidium ſumma vi, atq; omnibus copijs oppugnare parat, quod cum ſibi parum proceſſiſſet ad obſidionem conuertens caſtra communiuit, firmiſſimaq; præſidia impoſuit ibi longa obſidio oppidanos prǽſidiumq; ad vltimum inopiæ adducetur, quam tū conſilio, & calliditate Sempronij ducis Romanis, qui haud procul inde aberat aliquam diu tollerarunt, miſſis per

Vulturaum omnem, qui locum illum præter fluebat. dolijs frumento plenis, quæ paulo poſt ab hoſtibus cognita intercepta ſunt dolia, & omnis ſpes erepta. Naces deinde fuiſſe à Romanis caſtris amnis cum medio anne ad Caſilinum deflecrat. Fratribus excipiebantur, poſtremo ad id ventū inopiæ eſt, vt lora detractaſq; ſcutis pelles, vbi feruida molliſſent aqua mādare conarentur, nec muribus, aliove animali abſtinerent, & omne herbarum, radicumq; genus aggeribus muri eruerent, etiā cū hoſtes obaraſſent, quidquid herbidi terrent extra murum erāt apainm ſemen iniecerunt, vt Hann. eo, ne vſq; dum ea naſcantur ad Caſilinum ſeſſurus ſum exclamaret? quidq; nullā antea pactionem auribus admiſerat, tū demum ſecum agi eſt paſſus de redemptione Liberorum capitū ſeptancies aaii in ſingulos precium cōuenit. fide accepta ſeſe tradiderunt. Ste. in fine v. li. huius memiuit obſidionis dicit enim Romam verſus, Caſilinū ſitum eſt ad flumen Vulturnā, in quo prænestini milites al. & quingenti aduerſus Hannibalem varijs inſtructum copijs, tandiu obſidionem pertulere, vt inualeſcente fame. mus dragmis cc. venundarent, & venditor quidem, mortem oppetierit. emptor autem incolumis euaſerit, cum aatē Hanuibal eos rapas Prope murum ſeminaſſe conſpiceret. tantam animorū toleran tiam admiratione proſecutus eſt, ꝙ nomine tandiu obſiſtere poſſe ſperarent, quo ad rapæ maturescerent, itaq; paucia exceptis immortales illi victores exitere omnes, niſi quos aut fames confecit, aut prœlia. [Defecti] Destituti, & exacuati. [Reſolutas aquæ] Mollitas atq; decoctas. [Delitijs ſuis] Conſtat Campanorum delitijs, Pœnorum exercitum ad id tempus inuictū ſic eneruatū eſſe, vt via militiæ labores ſuſtineret, ductus. n. Capuā in hyberna, ſic ſe omnibus uoluptatibus immerſit, vt quos nulla vis mali antea vicerat, poſtmodum nimia bona perdiderit. ſ. voluptates immodicæ, vt ſomnus, vinū epulæ ſcorta, lucræ cōſuetudines, ocium quæ omnia ſic eneruarunt corpora & animos, vt magis deinde victoriæ quàm præſentes tuerentur vires. [Modo ratum] Quaſi deſolatum, atq; deſertum.

ASCEN Eadem, &c. [Apoſtrophen facit ad neceſſitatem dicens. O neceſſitas tu eadem quæ ſic Romana coegiſti vt iam dictum, eſt voluiſti Caſilinates. i. incolas Caſilini oppidi in Campaniæ Italiæ, clauſos poſt Cannenſem cladem obſidione Hanaibalis, & defectos. i. deſtitutos facultate alimentorū, mandere lora. i. corrigias ſubductā. i. ſubtracta neceſſarijs vſib. vinculorum, i. quibus ſcuta vinciebantur, & alligabantur lateribus aut finiſtris bellantiū, & pelles detractas è ſcutis. [Reſoluta]. i. mollificatas aqua feruēti. Si tu lector quicūq; ſis intueare acerbitatē caſus, quid ſup. ſit miſerius illis? q. d. nihil, ſe receptat cōſtantia. ſ. illoriſ, quid ſup. ſit fidelius illis? qui ne deſciſcerent. i. deficerent à Rom. ſubſtinuerunt vti tal genere cibi, cum intuērentur pinguiſſima arua ſua, & fertiliſſimos campos ſubiectos mœnibus ſuis, quæ videlicet. Tā talis videtur pœna. [Itaq;. i. & ita Caſilinum ſitum iu propinquo Campano vrbis moderatum. i. temperatum ne delitijs Campanis aſtineret, virtuta. ſ. abſtinentiæ. ac fortitudinis in perferenda famæ [Oliu. legit modo ratum, ſed non addidiſſet auctor virtute, ſi ſic legendū fuiſſet, verum Oliu. ſubiude laborat falſitatem exemplariorū, quæ interpretis curſum mirum in modū retardant. ideoq; danda eſt venia, ſi quam inuenerint lectionem ſeculi interdū dormiter] & clarū pignore amicitiæ perſeuerantis, verberauit. i. concuſſit dolore aac inuidiæ. aut feræ pœniteatiæ, impios oculos vrbis Campaniæ. i. ipſius Capuæ, quæ cupida fouit delitijs ſuis feritatem Punicam. i. pœnos feroces, qui tamen ab illis fracti ſunt.

DE PRAENESTINIS.

*Nā ex DLXI. qaiu Caſilini tuo pſidio fuerunt, minus dimidium fames ferrūq; abſumpſit. Liu. lib. 23 Frōt li. 4. c. 5. OLIV.

IN illa obſidione, & fide. cum trecenti Prænestini permanerent, euenit, vt ex his, quidam murem captum ducentis potius denarijs vendere, quàm ipſe leniendæ famis gratia conſumere mallet. Sed credo deorū prouidentia effectū, vt & venditori, & emptori, quem vterq; merebatur exitum attribuerit. auaro enim fame conſumpto, manubijs ſordium ſuarū frui non licuit, æqui animi vir, ad ſalutarem impenſam faciendum, care quidem uerum neceſſarie camparato cibo vixit.*

IN illa obſidione] Vis deteſtandæ auaritiæ, ita mentem omnem, & rationem homini plerunq; peruertit, vt pecuniam non dignitati ſolum, ſed ipſi quoq; vitæ præferre nō dubitet qualis hic prænestinus, cui in tanta rerum penuria, ac fame captum murem cc. denarijs vendere maluerit, quàm famem leuire, vitamq; producere. imitatus illū, de quo Lucanus, Nō deeſt prolato ieiunus venditor auro, quo re factum eſt, ut vtrunque pariter, amitteret, vitam & pecuniam. [Sordidum ſuarum]. i. auaritiæ, & rectè quidem ſordes auaritiam appellat, quia nihil hominem ſordidiorē eſſe facit auaritia, quæ malis uenenis imbuta, corpus, animumq; virilem effœminat.

IN illa, &c.] Cū ccc. prænestini. i. prænestis oppidi ciues, qui poſt cladem Cannenſem ſe Caſilinā vt in proximum ſubterfugium receperant permanerent in illa. ſ. iam dicta obſidione, & fide Caſilinatū euenit, vt quidā ex his. ſ. prænistinis mallet potius [vbi alterum aduerbium vacat, aut mallet accipitur pro vellet] vendere cc denarijs murem captum. ſ. à ſe, quàm ipſe conſumere ſup eum gratia famis leniendæ. [Sed credo effectum prouidentia Deorum] Vt. ſ. mus ille attribuerit vtriq; & venditori. ſ. auariſſimo, & emptori minime parco pecuniæ in ſumma fame exitum, quem vterq; merebatur. Enim pro quia, non licuit auaro. ſ. venditori, conſumpto fame ſi ut manubijs. i. precio quaſi ea prædæ portione ad ſe pertinēte ſuarū ſordiū. i. auaritiæ, qui plus pecuniam, quàm vitam amauerat, & ſup. vir animi equi. i. iuſti, & parati ad faciendum impenſam ſalutarē viuit cibo. ſ. murino, comparato quidem care, ſed neceſſarie, vnde damnandi ſunt, qui ad exquiſitam voluptatem res præmaturas, aut raras inuēta, hoc ſolo nomine chariſſime emunt, quòd chariſſimæ ſunt, vt ille qui apud Iuue. mullū ſex millibus emit. ASCEN.

DE CIVITATE ROMANA.

*An ab vrb. 672

CAIO autem Mario & Cn. Carbone Conſulibus, bello ciuili cum L. Sylla diſſidentibus, quo tempore non reip. victoria quærebatur, ſed præmium victoriæ res erat publica, ſenatuſconſulto aurea atq; argentea templorum ornamenta, ne militibus ſtipendia deeſſent, conflata ſunt, digna enim cauſa erat,* bine, an illi crudelitatem ſuam proſcriptione ciuium ſatiarent, vt Dij immortales ſpoliarentur. non ergo P. conſcriptorum uoluntas, ſed teterrima neceſſitatis truculenta manus illi conſulto ſtylum ſuum impreſſit.* ciperrin.

CAIO autem Mario] Hoc legitur in vita Marij, ꝙ cum exhauſtum eſſe ærarium, nec eſſet vnde ſtipendia darentur militibus templorum ornamenta è ſenatuſconſulto fecerunt in pecuniam conflata, quam rem Vale per ironiā quodammodo deteſtatur. cum dicat, dignam cauſam fuiſſe, vt templa Deorum ſpoliarentur, quo ſuam crudelitatem explerent. Marius, atq; Sylla. [Conflata] In numiſma redacta, nam tantummodo penſatur. [Digna. n. cauſa erat]. Ironica eſt ſine dubio. [Non patrum conſcriptorum uoluntate] Oſtendit inuitum id feciſſe ſenatū metu uictoris, qui ita iubebat] Ergo excuſat quodammodo ſenatū, qui neceſſitate cōpulſus ſit ad facere. OLIV. Tēplorū ornamenta cōflata.

CAio autem Mario, & Cn. Carbone conſulibus, bello ciuili diſſidentibus. cum L. Sylla, quo tempore non quærebatur. ſ. à Sylla, vt iactitabat victoria reip quam glorioſæ obtinuit, ſed ea turpiter uſus eſt] i. ut reſp. uinceret ſui oppreſſores, ſed reſp. erat præmium uictoriæ, quia Sylla tyrānidæ remp. occupauit, & perpetuam dictaturam inuaſit, ornamenta aurea, & argentea templorum ſunt conflata, id eſt fuſa, & ſigna ta pecuniæ formam, ſenatoſconſulto. i. decreto ſuper ea re à ſenatu facto, ne ſtipendia deeſſent militibus, Enim pro quia, cauſa erat digna] quod ironicos dicit] vt Dij immortales ſpoliarentur. ſ. ornamentis ſuis, vt. ſ. diſcernerētur ne. i. utrū, aut an hi. ſ. Syllani, An illi. ſ. Mariani ſatiarent crudelitatem ſuam proſcriptione ciuiū, quia is erat exitus belli ab vtrinſque præcētus, ad quem ſenatus non debebat tale ferre præſidium. Non ergo ſui detur quibuſdam tu ironia perſtare, quia ſi acutis opitulandum erat in tam peruerſa uoluntate, nulla erat reuera neceſſitas talis ſenatuſconſulti, quia potius debebant ſaluti ornamentis templorum in manibus Marianæ factionis dimittere, quam in Syllana Tyrannidem eo modo retrahere, ſed latuit cum animas Syllæ, ſperauitque oppreſſis Marianis rempub. liberam fore, quo circa neceſſe uidebatur tunc quidem ſic Syllæ ſuppeſias ferre, & ita in hac parte nulla eſt ironia, quæ ſi admitteretur, non eſſet huius loci exemplum, non enim reuera ASCEN.

coactus eſſet ſenatus neceſſitate] voluntas patrũ conſcriptorũ impreſſit illi conſulto.i.decreto ſtylũ.i.graphium ſuum.hoc eſt non ſcripſit ipſum in tabellã ceratam,in qua olim ſcriptabant, ſed manus truculẽta.i. atrox neceſſitatis teterrimæ, quæ coegit futuro Tyranno ſuppetias ferè,impreſſit ſup. illi ſtylum ſuum.

DE DIVO IVLIO.

*Hirci de bel. Hiſpan. ſed Dio. lib. 43. paulo aliter.

Divi * *Iulij exercitus,id eſt inuicti ducis inuicta dextera cum armis Mundam clauſiſſet, aggeriq; extruendo materia deficeret, cogerie hoſtilium cadauerum,quam deſiderauerat altitudinem, inſtruxit, eamq; tragulis, & pilis,quia roboria ſudes deerant, magiſtra nouæ molitionis neceſſitate vſus vallauit.*

OLIV. Divi Iulij exercitus] Hoc fuit bello, quod in Hiſpania geſſit, Iul. Cæſ. aduerſus Cn.& Sextum Pomp. vbi primum in ipſo Oceani hoſtio Varus, Didiusq; legati conflixere,cum ſubito e tota tempeſtas claſſem vtranq; ſubmerſit, mox ob obſidiones vtrinq; diſcutitur omnium poſtrema circumſedit ut in voda,vbi anceps diu,& triſte prœlium, nouiſſime illud inuſitatum Cæſ. oculis nefas, poſt 14. annos probata veteranorum manus retulit pedem, hic Cæſ. nihil reliquit intentatum in qua perturbatione dicitur de extremis etiam cogitaſſe,cum cohortes,quædam per tranſuerſam aciem actæ,quas periclitantibus caſtris præſidio Labienus mittebat ſpeciem fugæ præbuiſſent,hoc aut ipſe credidit,aut dux callidus attribuit in occaſionem,& quaſi in fugientes, inuectus,ſimul,& ſuorum erexit animos,& hoſtes perculit,hoc prœlio profugi cũ ſe Mundam recepiſſent & Cæſ. ſtatim victor obſideri imperaſſet, ea congeſtis cadaueribus agger factus eſt, quæ pilis, iaculisq; confixa inter ſe tenebant.[Mundam] Oppidum Hiſpaniæ.[Tragulis] Telis Gallicis.[Pilis]Romanis telis. [Sudes] Pali acuti ex vtraq; parte,& in ſummitate cauſti. Virgil. Sudibus ve præuſtis. [Nouæ molitionis] Quaſi inuſitatæ munitionis.

ASCEN. Divi Iulij] Inhumanũ facinũ, ſed quia à Iulio Cæſ. commiſſum neceſſitate purgauit dicẽs. [Exercitus Diui Iulij .i.dextera .ſ. manus,aut fortitudo inuicti ducis inuicta,cũ clauſiſſet Mundũ oppidum Hiſpaniæ,in quo ſe hoſtes receperãt armis.ſ.armatis militibus,& materia deficeret aggere.i. ſepimento alte extruẽdo,inſtruxit altitudinem.ſ.aggeris,quem deſiderauerat congerie.i.ſtrage cõgeſtorum cadauerũ hoſtiliũ, & vallauit .i.quaſi vallis ſepſit,& corroborauerat eam ſ.altitudinem tragulis .i.telis Gallicanis, & pilis.i.telis Rom. quia ſudes roboreæ.i.pali, aut valli quercini deerant. vſus neceſſitate magiſtra,nouæ.i.inſolitæ molitionis.i.laborioſæ circum vallationis.

DE DIVO AVGVSTO.

*De Phraate Dion.li. 49.& Appian. in Parthis.

Atque * *vt diuinam filij mentionem,cæleſtis patris recordationi ſubnectam,cum effuſurus ſe in noſtras prouincias Parthorum rex Phraates videretur, vicinæq; imperio eius regiones ſubita inducti tumultus denunciatione quaterentur, tanta in Boſphorano tractu commeatus penuria inceſſit, vt ſex millibus denarijs ſingula vaſa olei, frumentique modijs totidem mancipia permutarentur, ſed amariſſimam tempeſtatem Auguſti cura, tutela tunc terrarũ vacans, diſpulit.*

OLIV. Atque vt diuinam] Cum Phraates Parthorum rex prouincias Romanas bello petiturus eſſe videretur, tunc Boſphoranam regionem ingens rerum penuria, & fames inceſſit,quæ Romanis quoq; inuaſit, quo tempore Cæſar Auguſtus in ſterilitate magna,ac difficili remedio,cũ Venalitias,& Laniſtarum familias,peregrinosq; omnes, exceptis medicis, & præceptoribus,partemq; ſeruitiorũ vrbe expuliſſet, vt tandem annona conualuit,impetum ſe cepiſſe ſcribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi,quod earũ fiducia agrorũ cultura ceſſaret,neq; tñ perſeueraſſe,quia certũ haberet poſſe per ambitionem quandoq; reſtitui,atq; ita poſt hanc rem tempera uit,ut non minorem aratorum,negociantium quam populi rationem ducerent, hæc Suet. [Diuinam filij mentionem] Non poteſt Val. ab aſſentatione diſcedere. Aug. n.adhuc viuens diuinos honores obtinuit, vt diximus, vnde Hor. Præſentiq; tibi maturos largimur honores, iurandasq; tuum per nomen ponimus aras [Fuit Auguſtus Iulij Cæſaris] Adoptiuus.[In Boſphorano tractu] In religione helleſpontiaca. ſunt autem in Boſphori duo, vnus thracius iuxta Bizantium, hoc eſt Conſtantinopolim, alter in lutro in paludis Meotidos, qui Chimerieus dicitur,de quo Ouid.lib.3. triſtium, Boſphorus.& Tanais ſuperant,Scythiæq; paludes. Viaq; ſatis noui,nomina pauca loci. Boſphorus à ferenda bona dictus,vel à tranſitu bonis,ſiue ab anguſtis meatibus boum peruijs.

ASCEN. Atque vt ſubnectam recordationi patris,] Scilicet adoptiui videlicet Iulij Cæſaris cœleſtis.i. in cœlum ob tyrannidem ſuam, vt miſera mẽtiũ eſt adulatio tranſlati, mentionẽ filij ſ.Auguſti Cæſaris à Iulio adoptati diuinã, quia & ipſe in deorum numerũ relaturus credebatur, Cum Phraates rex Perſarum videretur effuſurus in prouincias noſtras.i. imperio Romano ſubiectas,& regiones vicinæ imperio eius quærerentur.i.conquererentur,inducti ſublata denunciatione tumultus.i.tumultuarij belli, tanta penuria .i. difficultas acquirendi commeatus.i.victualiũ inceſſit ſup.homines in tractu Boſphorano,i.circa Boſphorum.i.mare Auguſtum,ita vt bouem tranantem ferat, vt ſingula vaſa olei permutarentur ſex millibus denariorum pro denariorum,ſunt qui denarijs legunt, quæ ſi vera eſt lectio,tolleranda erit etiam locutio illa, duodecim millia ſignati.&c. Sanè oportet intelligere vaſa olei tunc certe fuiſſe mẽſuræ,nam tam magna poſſent dari, vt non ſit iniuſtum pretium, & mancipia.i ſerui permutarentur totidem modijs, frumenti quot.ſ ipſa erant.i.vt pro modio frumenti daretur ſeruus [Sed cura].i.diligentia Auguſti vacans,i. dans operam tutelæ terrarum, cum nunc ſit in cœlis, diſpulit .i. dimouit tempeſtatem.i. charitatem illam annonæ amariſſimam. Quia vero non dicit quid per famem illam paſſus ſit Auguſtus, aridum ſatis, & vim peruiuens eſt de neceſſitate ſaltem Auguſti exemplum,

EXTERNA
DE CRETENSIBVS.

Cretenſibus * *nihil tale præſidii affulſit, qui obſidione Metelli ad vltimam vſq; penuriam compulſi ſua iumentorumq; ſuorum vrina ſitim torſerunt, iuſtius dixerim, quàm ſuſtentauerunt,quia dum vinci timent, id paſſi ſunt,quod eós ne victor quidem pati coegiſſet.*

*De bel. Cretico Liu. 98. & 96. Fl. li.3.c.7.

OLIV. Cretenſibus] Cretenſes fauiſſe Mitridati videbatur,itaq; placuit iniuriam armis vindicare,prius inuaſit inſulã M.Ant.cum ingenti quidam victoriæ ſpe,atq; fiducia adeo vt plures catenas in nauibus, quàm arma portaret.Dedit itaq; pœnas vecordię ſuæ,nam pleraſq; naues intercepe runt hoſtes,captiuaq; corpora religata velis,ac funibus pependere,ac ſi tu licantes triumphantium in modum Cretenſes portibus ſuis remigrauerũt. Metel.deinde totam inſulam igni, ferroq; populatus,intra caſtella,& urbes redegit,eosque longa obſidione compulit ad eam neceſſitatem,ut ſua iumentorumq; ſuorũ urina ſitim releuare coacti fuerint & grauiora pati, quã victor ſupplicia dediſſet [Obſidione Metelli] Quod Metell. Mac.filius à deuicta Creta Creticus dictus eſt. [Torſerunt] Quaſi cum ſupplicio ſedarunt.

ASCEN. Cretenſibus, &c.] Nihil.i. talis præſidij affulſit Cretenſibus,qui compulſi obſidione.i.per obſidionem Metelli .ſ. Maced.uſq; ad ultimam.i.extremam penuriam.ſ cibi,& potus torſerunt quodam cruciatu ſedauerũt, iuſtius dixerim.i. quod iuſtius dixerim quàm ſuſtentauerunt ſitim urina ſua.i. loſio à ſe facto,& ſuorum iumẽtorum,ideo autem torſiſſe potius dicendi ſunt,quia dum timent uinci,paſſi ſunt ſup.id quod ne victor quidem coegiſſet eos pati.

DE NVMANTINIS.

Numantini * *autem à Scipione vllo, & aggere circundari, cum omnia, quæ famem eorum trahere poterant, conſumpſiſſent, ad vltimum humanorum corporibus dapibus vſi ſunt. quapropter capta iam vrbe complures inuenti ſunt, artus & membra trucidatorum corporum ſinu ſuo geſtantes. Nulla in hac re neceſſitatis excuſatio, nam quibus mori licuit ſic viuere neceſſe non fuit.*

*Liu.li. 59.Fl li. 2.ca.18.

OLIV. NVMANTINI autem] Florus, Numãtia, inquit, quantum Carthaginis, Capuæ, Corinthi opibus inferior, ita virtutis nomine, & honore par omnibus, ſummumq; ſi vires æſtimes, Hiſpaniæ decus, quippe quæ ſine muro, ſine turribus modice edito in tumulo, apud flumen Silata quatuor milium celtiberorum, & la.eacreicum vim per annos xiiij. ſola ſuſtinuit. nec ſuſtinuit modo, ſed ſæuius aliquanto percuſſit, pudendiſq; fœderibus effecit. Nouiſſime cum inuictam eſſe conſtaret, opus quoq; eo fuit qui Carthaginem euerterat ne temere, ſi fateri licet, nam nullius belli cauſa iniuſtior fuit Segidẽſes ſocios, & conſanguineo Romanorũ manibus elapſos exceperant, habita pro eis deprecatio nihil valuit, cum ſe ab omni bellorum contagione remouerent, in legitimi fœderis precium iuſſi arma deponere hoc ſi à barbaris acceptum, quaſi manus abſcinderentur. Itaq; ſtatim magna victo fortiſſimo duce ad arma conuerſi Pompeium prœlio aggreſſi, fœdus tamen maluerunt, cum debellare potuiſſent, hoſtium deinde Mancinum, hunc quoq; aſſiduis cædibus ita ſubegerunt, vt ne oculos quidem, aũt voce Numantini viri quiſquam ſuſtineret, tamen cum hoc quoq; fœdus maluerunt contenti armorum manibus, cum ad internitionem ſæuire potuiſſent. Sed non minus Numantini quam Caudini illius fœderis flagrantes ignominia, ac pudore populi Romani dedecus quidẽ præſentis flagitii, deditione Mancini expiauit ce terum duce Scipione Carthaginis incendijs ad excidia vrbium imbuto, tandem etiam in vltionẽ excãdui t; qui redacto prius in diſciplinam milite, hoſtibus commiſſi aciem, effecit, quod nemo viſurum ſe vnquam ſperauerat, vt fugientes Numantinos quiſquam videret, dedere etiam ſeſe volebant, ſi toleranda viris imperarentur. Sed cum Scipio veram vellet, & ſine exceptione victoriam, eo neceſſitatum compulſi ſunt, primum vt deſtinata morte in prœlium ruerent, cũ ſe prius epulis quaſi inferijs impleuiſſent carnis ſemicrudæ, & Celiæ, ſic vocant indigenæ ex frumento potionem. Intellectum ab Imperatore conſilium, non eſt permiſſa pugna morituris, cum foſſa, atq; lorica, quatuorq; caſtris circundatos fames premeret, ab duce orantes prælium, vt tanquam viros occiderent, ſed vbi non impetrarunt placuit eruptio, ſic conſerta manu plurimi occiſi, & cum vrgeret fames aliquantiſper inde, hoc eſt ex cadaueribus vixere, nouiſſime conſilium fugæ ſedit, ſed hoc quoq; ruptis equorum cingulis, vxores ademere ſummo ſcelere per amorem, itaq; exitu deplorato, in vltimam rabiem, furoremq; conuerſi, poſtremo morti hoc genere deſtinatũ, duces ſuos, ſeq; patriamq; ferro, & veneno ſubiecto vndiq; igne peremerunt. [Trahere] Producere, prolongare. [Artus, & membra] Aut Epexegeſis eſt, vt unum ſit expoſitio alterius, aut artus intelligimus membrorũ coniunctiones, vnde articuli, membra vero corporis partes, vt humeri brachia. [Nulla eſt in hijs neceſſitatis excuſatio] Improbat hoc factũ Valerius, q; dicat crudelitatem potius fuiſſe quàm neceſſitatẽ. Neceſſitas autẽ duplex, aut ſine reſpectu, aut cum reſpectu, vt qui natus eſt, neceſſe eſt, vt moriatur, hic nullum eſt medium, at vero cum reſpectu, ut hoc loco, Numantinis neceſſe fuit humanis carnibus veſci, niſi voluerint in Scipionis uenire poteſtatem.

Numantiæ excidium.

Celia potio ex frumento.

Artus. Membra.

ASCEN. NVmantini autem] Qui populi ſunt in Hiſpania circundati à Scipione, ſcilicet Aphricano poſteriore, euã Numantinu à Numantia deducta, uallo, i. ſepimento ex uallis dicto ſudibus, & aggere. i. aggeſta, & circunducta terra. Et cũ conſumpſiſſent omnia, quæ poterãt trahere. i. protrahere, & extendere famem eorum, uſi ſunt ad ultimum dapibus corporum humanorum. [Quapropter urbe] ſ. eorum Numantia iam capta, compertus ſunt inuenti geſtantes ſinu ſuo artus, & membra corporum trucidatorum. i. truculenter occiſorum. [Nulla excuſatio neceſſitatis eſt] In his. ſ. Numantinis Nam quibus licuit mori ſup. his, non fuit neceſſe ſic uiuere. [Quod quidem uetiſſimum eſt]. Nam ad conſeruandam uitam ne leue quidem peccatum eſt committendum. Et ideo ut mala patiamus, cogi poſſumus, ut culpam incurramus non poſſumus. Nam in morte uiolentia nulla eſt culpa, & ſi ad opus malum peragendũ compellemur, culpa ſit in compellente.

DE CALIGVRITANIS.

*Flor. li. 3. ca. 22. Oroſ. li. 5. ca. 23. *Suſtentantes.

HORVM *trucem pertinaciam in conſimili facinore Caligurritanorum execrabilis impietas ſupergreſſa eſt, qui quo perſeuerantius intercepti Sertorij cineribus, obſidionem Cn. Pompeij *fruſtrantes, fidem præſtarent, quia nullum iam aliud in vrbe eorum ſuperat animal, vxores ſuas natoſq; ad vſum nefariæ dapis verterunt. Quoq; diutius armata iuuentus viſcera ſua viſceribus ſuis aleret, infelices cadauerum reliquias ſalire non dubitauit. En quem aliquis in acie hortaretur, vt pro ſe ſalute coniugum, & liberorũ fortiter dimicare: Ex hoc nimirum hoſte tanto duci pœna magis, quàm victoria petenda fuit, quia plus vindicatus libertatis quàm victus gloriæ afferre potuit, cum omne ſerpentum, ac ferarum genus comparatione ſui titulo feritatis ſuperarit, nam quæ illis dulcia vitæ pignora proprio ſpiritu chariora ſunt, ea Caligurritanis prandia, atq; cœnæ extiterunt.

OLIV. HORVM trucem] Perpenna Sertorium, cui ſe coniunxerat coniuratione facta inter epulas per inuidiam interemerat, ut in eius uita diximus Pomp. deinde facile ſuperato Perpenna, Hiſpaniam totam armis ſubegit. in eo bello Caligurritanos Sertorijs fideliſſimos ſocios, obſidione premebat, qui ut cineri Sertorij fidem ſeruarent, ad eam impietatem deſcenderunt, ut conſumptis omnibus fermè animalibus, liberos, & uxores occiderent, eorumq; carnibus veſcerentur, quas etiam ut ſeruare diutius poſſent, ſale aſperſere, quod non ſolum impiũ, ſed deteſtandum quoq; fuiſſe uidetur. [In conſimili facinore] Veſcendi humanis carnibus [Nefariæ dapis] Deteſtandæ, nefarius dicitur is, qui nec cœtu dignus eſt, nec cui etiam far detur. [Salire non dubitauit] Sale aſpergere, nam carni ne putreſcat, ſalẽ quaſi animam datam dicit eſſe Chryſippus, diutius, enim ſeruatur caro ſalſa. [En quem aliquis in acie hortaretur] Deteſtatur quodammodo rem iſtã Val. cõ dicat, Caligurritanos genus omne ferarum, atq; ſerpentum feritate ſuperaſſe, qui ne in poteſtate Pomp. deuenirent, liberis, & coniugibus veſci maluerunt pro quorum ſalute cæteri omnes populi, & nationes non ſolum fortiter dimicare, ſed extrema quæq; pati non dubitant, nec ulla uehementior ab imperatoribus adhortatio fieri ſolet quã liberos, & coniuges dimicantium oculis ſubijcere [Ex hoc hoſte] Caligurritano [Duci] Cn. Pomp qui ex hoſte non uictoriam, ſed magis pœnam quærere debuit, nam ſi hoſtem illũ ultus fuiſſet, plus libertatis exultione, q̃ gloriæ ex uictoria conſecutus eſſet, neq; eorum tale quidquam in obſidione facere quiſquã auſus fuiſſet, ſi de Caligurritanis ſupplicium ſumptũ fuiſſet. [Cum omnem ferarum] Ac ſerpentem genus, uere inquam ſumendũ fuerat ſupplicium magis, q̃ quærẽda uictoria de his hoſtibus, qui omnem ferarũ, & ſerpentem immanitatem ſuperarunt, cũ natos uentri mandarint pro quibus tutandis, ſerpentes, & feræ ſpiritum effundere non dubitant. [Cõparatione] Siquis ferarũ, & ſerpentem feritatem cu horum immanitate comparauerit. [Proprio ſpiritus chariora] Qui pro filijs mori non dubitat certo tempore.

ASCEN. HOrum, &c.] Impietas execrabilis. i. cum execratione deteſtanda Caligurritanorũ populorũ in Hiſpania ſupergreſſa eſt. i. ſuperauit in cõſimili facinore, trucem. i. atrocem pertinaciam horũ. ſ. iam dictorũ Numantinorũ. [Qui] ſ. Caligurritani quo. i. ut præſtarent perſeuerãtius. i. cũ maiore perſeuerantia, cineribus Sertorij interempti. ſ. à Perpenna fidem. i. fidelitatem fruſtrantes. i. fruſtrando, aut dum fruſtraretur obſidione Cn. Põp. uerterunt uxores ſuas, & natas. i. filios ad uſum nefariæ dapis, quia nullum animal ſuperſtet at. i. manſerat, aut relictum erat in urbe eorũ. [Quoq;]. i. & quo iuuentus armata aleret diutius uiſcera ſua uiſceribus ſuis. i. carnibus ex ſe genitis, ipſa non dubitauit ſalire. i. ſale reſpergere infelices reliquias cadauerum [En]. i. uide ſup. iuuentutem (& eſt figurata adhortatio uim negãdi habens) quàm aliquis hortaretur. i. hortari deberet in acie. i. conſtaret in acie conflictura iam iamq; cum hoſte, ut dimicaret fortiter pro ſalute coniugem & liberorum. q. d. id fruſtra factum, cum ipſa eos aſſumpſerit. [Nimirum]. i. haud dubie pœna. ſ. in pietatis admiſſę in uxores, & liberos fuit magis petenda tanto duci, quãtus erat Cn. Pomp. ex hoc. i. tali hoſte, quàm uictoria hoc eſt ardentius debebat eos oppugnare, ut de impijs ultionem ſumeret, quàm ut de uictis à ſe gloriam ullam obtineret, quia uindicatus. ſ. hoſtis. i. ſumpta de eo uindicta, potuit afferre. ſ. uictori, plus libertatis (cum tali populo. tamq; impio uiuẽte nunquam libertas tuta eſſe poſſit) quàm ipſe uictus poſſit afferre gloriæ, uel quia non homines, ſed monſtra hominum cenſeri debebant, uel quia non uirtute, ſed nefanda fame domiti eſſent, cum ipſe hoſtis ſuperarit titulo feritatis omne genus ſerpentũ ac ferarum comparatione ſui. i. ſi ad factum eorũ

comparetur

comparentur. [Nam pignora vitæ] id eſt, proles, ac propria generatio, quæ dulcia illis, ſcilicet ſerpentibus, & feris, ſunt illis chariora proprio ſpiritu, id eſt, vita ea cauterunt Caliguritanis Prandia, atque cœna, id eſt, aſſiduis cibus.

DE TESTAMENTIS, QVÆ RESCISSA SVNT. CAP. VII.

VACEMVS nunc negocio, quod actorum hominis, & precipue curæ, & ultimi eſt temporis: conſideremusque, quæ teſtamēta, aut reſciſſa ſunt legitime facta, aut cum merito reſcindi poſſent, rata manſerunt, quæ ve ad alios, quā qui expectabant, honorem hæreditatis tranſtulerunt.

OLIV. VACEMVS nunc negocio,] agitur hoc cap. de teſtamentis, quæ cum reſcindi poſſent, remanſerunt, & contra quæ rata viderentur, & legitime condita, reſciſſa fuerūt. [Quod actorum eſt hominis] Teſtamentis non ſolum voluntates, ſed hominum quoque acta multa referuntur. [Ergo actorū hominis] Actuum humanorum. Nam hoc negocium ad acta hominum ſpectat [Vltimi temporis] Quia in exitu vitæ, ut plurimum teſtamenta conduntur. [Quæ ve] Aliud teſtamentorum genus, cum ſpe magna fruſtrati ſunt, qui ſe hæredes conſtituros ſæpe credidere, nam per octo dies teſtamenta occluſa ſeruabantur. [Ordine quo propoſui] Vt teſtamentorum exemplá ponat, eorum primo, quæ legitime facta reſciſſa fuerunt.

Teſtamenta rata, aut reſciſſa.

ASCEN. VAcemus nūc] i. deinceps in proxima narratione negocio, quod eſt, &c. i. ſimul præcipue curæ, & ultimi temporis actorum hominis. i. quæ homo agit in hac uita hoc eſt teſtamento, ſeu ſupremæ voluntati. Et conſideremus, quæ teſtamenta, aut reſciſſa ſunt. i. reuocata, & pro nihilo habita facta legitime. i. quamuis eſſent legitime facta, aut quæ manſerunt rata. i. firma, & ſtabilia cum poſſent reſcindi. i. diſſolui, & pro irritis haberi merito, ve, pro vel, quæ teſtamenta tranſtulerunt honorem hæreditatis ad alios, quàm qui expectabant ſup. eos, atque vt exequar. i. enarrem eam. ſ. genera teſtamentorum, ſup. eo ordine, quo propoſui ſupple ea.

DE QVODAM MILITE.

*ATQVE ita, vt ea ordine, quo propoſui, exequar militantis cuiuſdam pater, cum de morte filij falſum è caſtris nuncium accepiſſet, alijs hæredibus ſcriptis deceſſit, peractis deinde ſtipēdiis, adoleſcens domum petit, errore patris, impudētia amicorum domum ſibi clauſam reperit. Quid enim illis inuerecundius? florem iuuentute pro rep. abſumpſerat maximos labores, et plurima pericula tollerauerat aduerſo corpore exceptas oſtendebat cicatrices & poſtulabat, ne auitos eius lares ocioſa ipſi vrbi * onera poſſiderent. Itaque depoſitis armis, coactus eſt in foro togatam ingredi militiam acerbe, cum improbiſſimis enim hæredibus de paternis bonis apud centumuiros contendit, omnibusq; non ſolum conſiliis, ſed etiam ſententiis ſuperior diſceſſit.*

* Onera ἄχθη.

OLIV. MILITANTIS] In litera per ſe ſatis patet hiſtoria, non. n patris, neque filij pp ignobilitatem nomen imponitur. [Peracti ſtipendijs] Finita militia, hoc eſt confecto bello. [Errore patris] Qui filium in acie occidiſſe credebant. [Impudentia amicorum] Qui bona vſurpauerant, nec pudebat eos excluſiſſe filium. [In aduerſo corpore] ſ. hoſti oppoſito ſignificat illum non aufugiſſe. Cicatrices] Obductorum vulnerum ſigna.] Ocioſa urbi onera [Significat eos ignauos, & inutiles, qui patriæ ſuæ oneri magis, quam honori eſſent. [Togatam militiam [Diſceptationem controuerſiam, ut in foro apud iudices de paternis bonis, & hæreditate diſceptaret. [Apud centum uiros] Erat centumuirale iudicium, nam ex 35 tribubus, quot. ſ. erant in vrbe Rom. terni diligebantur ex vnaquaque iudices, & quamuis plures eſſent centum, tñ centum uirorum nomen retinuerunt horum vnus haſtam tenebant precipuum iudiciorum ſignum, vnde centumuiralis haſta legitur in Suetonio Dict. n. Auguſtus actos, & aliarum rerum fuit in quis ne acta Senatus publicarentur, ne magiſtratus depoſito honore ſtatim in Prouincias mitterentur, vt pro conſulibus ad multos, & tabernacula, quæ publicè locari ſolebant, certa præmia conſtitueſentur, ut cura ærarij à quæſtoribus urbanis ad prætorios prætore ſuę tranſirent, ut centumuiralem haſtam q̄ quæſtura functi ſolebant gerere decemuiri gererent, haſta. n. ut ait Feſtus Pomp ſignum præcipuum eſt, unde & haſtæ ſubijciebant, quæ publice venundabāt centumuiralia iudicia, idē dicit appellata eſſe à centumuiris, qui ex tribubus 30. & quinque, ut diximus, quæ & curiæ ſunt dictæ diligebantur adiudicandum, qui centumuiri ſunt appellati.

ASCEN. MIlitantis, &c.] Pater cuiuſdam militantis. i. in militia actu exiſtenti, cum accepiſſet ex caſtris falſum nūcium de morte filij deceſſit, id eſt mortuus eſt, alijs hæredibus ſcriptis i. poſtquam alios ſcripſerat hæredes. Deinde, ſtipendijs peractis. i. expleto tempore militiæ, unde ſtipendium acceperat, adoleſcens petijt domum, & ſup. reperit domum, quæ patris fuerat, clauſam ſibi errore patris, qui q̄ eum mortuū putarat, alios hæredes ſcripſerat, & ſup. impudentia amicorum. i. eorum, qui ſe patris amicos geſſerant, & propterea ab eo hæredes inſtituti erant, qui in hoc impudentes erant, quod quę pater per errorem fecerat, rata fore volebant. [Quid. n. inuerecundius illis] . ſ. amicis ſaltem nomine? (Quia dicere poterat. Amici mei. & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterūt, &c.) Adoleſcens ſup. abſumpſerat i. attriuerat florem iuuentæ. (Non ergo diſcernit, ut prius monui inter iuuentam, & adoleſcentiam) pro rep & tolerauerat maximos labores, & plurima pericula, & oſtendebat cicatrices. i. veſtigia vulnerum, exceptas ſupp in pectore aduerſo, i. hoſtibus obiecto non in tergo, & poſtulabat. i. equiſſime petijt, ne ipſi onera ocioſa vrbi i. qui homines ocioſi erant onera ipſi urbi (quia abſumebant, & nihil lucrabantur, fruges, ut Flaccus dicit, conſumere nati) poſſiderent lares eius auitos. i. quos pater ab auo iure hæreditario acceperat, & ita maior vis eſt poſtulationis, q̄ auiti erant, q̄ ſi paterni modo fuiſſent, qua. n. lege pater eos acceperat, à patre ſuo debebat eos derelinquere filio, cum maior ſit paternæ libertas legandi á ſe patri. [Itaque] . i. & ita quia maxima illi fiebat iniuria, coactus eſt depoſitis armis quibus accinctus eſt bello, ſedebat, & nefas erat in iudicium prodire armatum, ingredi militiam togatam. i. litem, quę eſt ſpecies militię, & concertatio quędam in foro ſ. iudiciali, & contentioſę acerbe de bonis paternis apud centumuiros. i. iudices talium cauſarum acerbe dicit. Enim pro quia, cum heredibus improbiſſimis, & diſceſſit ſuperior. i. potior in cauſa & victor omnibus non ſolum conſilijs (quia priuſquā ſententiam ferrent monuerāt centūuiri amicos illos paternos, ut ab iniqua uendicatione hęreditatis alienę deſiſterent, ſed noluerunt conſilijs acquieſcere, unde addit) ſed etiam ſententijs iudicum.

DE FILIO M. ANCI CARSEOLANI EQVITIS ROMANI.

*ITEM M. * Anci Carſeolani ſplendidiſſimi equitis Romani filius, à * Suffenate auunculo ſuo adoptatus teſtamentum naturalis patris, quo præteritus erat apud centumuiros reſcidit, cum in eo Tullianus Pompei Magni familiaris, ipſo quidem Pompeio ſignatore, hæres ſcriptus eſſet. itaque illi in iudicio plus cum excellētiſſimi viri gratia, quàm cum parentibus cineribus negocij fuit. cæterum quamuis vtraque hac aduerſus ſe nitebatur, tamen paterna bona obtinuit. nam L. quidem Sextilius & P. Pompilius, quos M Ancus ſanguine ſibi coniunctos eadem ex parte, qua Tullianum hæredes fecerat * ſacramentorum adoleſcentulo contendere auſi non ſunt, tametſi præcipuis eo tempore magni viribus ad defendendas tabulas teſtamenti inuitari poterant, & ſi aliquantulum adiuuabat hæredes, quòd M. Anci filius in Suffenatis familiam, ac * ſacra tranſierat, ſed arctiſſimum inter homines procreationis vinculum, patris ſimul voluntatem, & * principis auctoritatem ſuperauit.*

* Annei cuiuſdā. * Suffenatis meminit Cic. lib. 4. ad Att.

* Sacra, Var. de lingua Latina.

* Sacra, Cic. pro dom.

* Principis Pompeij.

Item

OLIV. M. An. F. teſtamento pterijt.

ITem M. Annei] Reſciſſionem huius teſtamenti difficiliorem faciebat auctoritas Pompeij, qui Tollianum ſibi familiaritate coniunctum, & hæredem teſtamento conſcriptum apud centumuiros, & grana, & opibus atque etiam oratione deſendebat plus ergo laboris fuit legitimo filio hæreditatem petenti, cum Pomp. auctoritate certare, quàm cum patris, qui eſt teſtamento prætarierat voluntate contendere, vtrunque tñ ſua virtute, & audacia ſuperauit. Nam L. Sextilium, & M. Popilium cohæredes conſcriptos coegit, vt vel iurarent verum, vel ſe iuraturum ſalſum, idem probaturum, qui ſacramento cum adoleſcente contendere non ſunt auſi. [Quo prætermiſſus] Pater eum teſtamento prætetierant, quia in aliam familiam tranſierant.

Ad Att. Signator teſtamentorum.

[Ipſo Pomp. ſignatore] Hoc magis mirum fuit teſtamentum fuiſſe reſciſſum, quod eius ſignator fuerat Pompeius. Teſtamenta ſeptem teſtibus præſentibus condebantur, & eorum quiſque ſuum teſtamento ſignum imprimebat. aperiri aũt non licebat niſi octaua poſt mortem teſtatoris die. [Hæc vtraque] Patris voluntas, & Pompeij gratia. [Sacramento contendere non ſunt auſi] Quod iniuria, ea hæredatus eſſet, ſic.n. aſſerebat adoleſcẽs, petebat ergo, vt vel illi iurarent verum, vel ſe iuraturum falſum idq; probaturum. hoc eſt teſtamentum non bene fuiſſe inſtitutum. [Tranſierat in familiam] Per adoptionẽ, [Et ſacra] Quia ſacris eius in quam familiam tranſibant initiabantur.

ASCEN. ITem filius M. Anci (Alij Annei ſcribunt) Carſeolani ſplendidiſſimi equites Rom. adoptatus à Suſſenate auunculo ſuo reſcidit.i. irritum fecit apud centumuiros teſtamẽtum patris naturalis, qui ipſum genuerat (ſed quia fratri adoptãdum dederat ipſum in teſtamento prætererat) quo.ſ. teſtamẽto, erat præteritus .i. prętermiſſurus, & non inſcriptus ſaltem ex legitima portione hęres. Cum Tullianus familiaris Pomp. magni ſcriptus eſſet hęres in eo .ſ. teſtamento paterno, ipſo quidem Pomp. ſignante.i. vt dicunt notario, itaque plus negocij fuit illi.ſ. filio Marci, in iudicio cum gratia viri excellentiſſimi .ſ. Pomp. qui apud iudices, & vniuerſum populum plurimum valebat, q̃ cum cineribus parentis.i. plus illi obſtitit auctoritas, & gratia Pompeij pro Tulliano familiari ſuo aduocantis, q̃ voluntas vltima patris, qui ipſe prętermiſſo alium hęredem inſtituerat. [Ceterum].i. ſed ipſe obtinuit.ſ. in iudicio bona paterna, quãuis vtraque hęc.ſ. gratia Pompeij, & vltima voluntas patris nitebautur, ideſt militabant contra ſe (Si non eſſet contra ſe, ſed contra eum, incipientem ordinem ſic. Cęterum quanquàm hęc, &c. tamen, &c. [Nunc vero cogimur] Illud tamen prętermitterem, quod Valla alias quoque prętermittendum docuit) Nam quidem L. Sextilius, & Publius Popilius (q.d. ut taceam de Tulliano) quos Marcus Ancus (aut ut alij legunt Anneus) coniunctos ſibi ſanguine.i. eo q̃ eſſent coniuncti ſibi ſanguine, fecerat hęredem, hoc eſt ea triente, non ſunt auſi contendere cum adoleſcentulo ſacramento .i. per ſacrę rei inuocationem iuramento, ſe uidelicet legitimè inſtitutos; & filium meritò, aut iuſtè prętertum tametſi ipſi poterant inuitari.i. allici, & incitari ad defendendas tabulas teſtamenti uiribus magni .ſ. Pompeij, pręcipui.i. quę uires magni erant pręcipuè eo tempore, etſi .i. quanquam etiam ſup. illud adiuuabat aliquantulum hęredes, quod filius M. Anci tranſierat in familiam, & ſacra.ſ. familiaria Suffenatis, & ita per adoptionem videbatur à patre alienatus, & ab eo meritò prætetitus. [Sed vinculũ].i. neceſſitudo procreationis .i. generationis arctiſſimum inter homines (quia pater, & filius quodammodo, vnum ſunt vſque adeo, vt poſſeſſio profeſſionem iuris pateruæ in filio non addita, ſed continuata, iuxta illud, Mortuus eſt pater, & nõ eſt mortuus, ſimilem .n. ſui reliquit, &c.) ſuperauit.i. vicit iudicio ſimul voluntatem .ſ. ſupremã patris, & auctoritatẽ principis.ſ. ciuitatis Romanæ, uidelicet ciuitatis Romanæ, videlicet Cn. Pomp. ab aduerſarijs eius ſtãtis.

THEO. SAcra] Gentilicia, quæ ſuæ cuiuſque gentis erant propria quemadmodum Fabiorum de quibus Liuius in obſidione capitolij, ea ſequebantur hæredem, inde illud Plaut. Hæreditate ſine ſacris.

DE TECTIO FILIO TECTII.

CAium autem Tectium infantem à patre exhæredatum, Petronia matre, quàm Tectius quoad vixit in matrimonio habuerat, natum, diuus Auguſtus in bona paterna ire decreto ſuo iuſſit, patris patrię animo vſus. quoniam Tectius in proprio iure procreato filio ſumma cũ iniquitatem paternũ nomen abrogauerat.

OLIV. CAium M. Autem Tectium] Crudelis pater infantem filium legitimè ſuſceptum hæreditate priuauerat, nulla intercedente exhæredandi, honeſta cauſa, neque enim puer infans patrem offendere potuit. Auguſtus hanc patris iniquitatem non tulit nam Tectium filium, ſic.n. appellabatur, ex Petronia matre legitimè procreatum paternis bonis ſuccedere iuſſit, quia Tectius pater animum parentum penitus exuiſſe uidebatur erga filium, quem ex ea uxore procreauerat, quæ fuerat illi, quoad uixit ſemper matrimonio coniuncta. Caium Autem Tectium] Antiqui filios ut plurimum de nomine patrum appellabant. [Patris patriæ animo vſus] Laudat hoc decretum Val animo inquit patre patriæ digno vſus eſt Auguſtus, qui ſe Tectio verum patrem præſtitit, iniquis patris teſtamentum reſcindẽdo.

ASCEN. CAium, &c.] Autem.i. ſed, D. Aug.ſ. Octauius inter deos etiã viuens per adulationem deputatus iuſſit decreto ſuo C. Tectium exhæredatum à patre.ſ. ſuo infantem i. cum adhuc eſſet infans natum Petronia matre, quàm Tectius habuerat in matrimonio, quoad vixit, non habiturus.ſ. eam, ſi adulterio pollutã putaſſet, iuſſit dico ire in bona paterna, vſus ſcilicet in ea re animo.i. affectione patris patriæ, quoniam Tectius abrogauit.i. cauerat nomine paternum, cum ſumma iniquitate in proprio filio procreato iure.i. legitimo matrimonio.

DE FILIIS SEPTITIÆ.

SEPTITIA quoque mater Trachalorum Ariminenſium filijs irata, in cõtumeliam eorum cum iam parere non poſſet, Publio ſeni admodum nupſit. teſtamento etiam vtroq; prçterito: à quibus aditus diuus Auguſtus, & nuptias mulieris, & ſuprema iudicia improbauit. nam hæreditatem maternam filios habere iuſſit: dotem, quia non creandorum liberorum cauſa coniugiũ interceſſerat, virum retinere vetuit. Si ipſa ęquitas hac de re cognoſcere potuiſſet iuſtius ne, aut grauius pronunciaret? ſpernis quos genuiſti, nubis effœta, teſtamenti ordinem uiolento animi confundis, neque erubeſcis ei totum patrimonium addicere, cuius polluto iam corpori marcidam ſene ctutem tuam ſubſtrauiſti, ergo dum ſic te egeris, ad inferos vſque cœleſti fulmine afflata es.

OLIV. SEptitia quoque mater] Septitia duos genuerat filios, quibus irata duplici onerauit iniuria altera, q̃ iam anus Publio ſeni admodum nupſit, illosq; deſtituit, altera, quòd utrunque teſtamento prætęrijt. Auguſtus re cognita, & nuptias improbauit, teſtamentum reſcindit, filios matris hæredes eſſe voluit, quod ęquiſſimum fuit. [Teſtamento prętęrijt] Quantum in ea fuit hæreditate priuauit. [Extrema iudicia] Teſtamentũ in quo vltimum hominis iudicium, & uoluntas cõtinẽtur [Improbauit] Damnauit vituperauit. [Non cauſa liberorũ] Sed iniũ in filios. [Si ipſa æquitas] Laudat hoc iudicium Val. dicens, nec ipſam quidem iuſtitiam. ſi loqui poſſet rectius fuiſſe iudicaturã. [Spernis quos genuiſti] Verba ponit, quibus æquitas vteretur aduerſus hanc mulierem, ſi loqui poſſet, vel ſunt Auguſti verba mulierem, iſtam damnatus. [Effœta] Partu exhauſta. [Polluto corpori] Libidine inquinato, qui alias uxores habuiſſet. [Cœleſti fulmine] Seuero Auguſti iudicio, quod fulmen appellauit, quia in terris, vt ſæpe diximus, pro deo habitus, & cultus eſt.

ASCEN. SEptitia quoque mater Trachalorum Ariminenſium irata filijs] Iam dictis nupſit in contumeliam eorum.i. filiorum ſuorum cum iam non poſſet parere Publio admodum ſeni vtroque etiam prætetito teſtamento, ad quibus.ſ. duobus filijs eius D. Auguſt. aditus.ſ. ad auxilium contra iniuriam maternam ferendum improbauit, &.i. ſimul nuptias mulieri, quia in fraudem filiorum nupſerat, & iudicia ſupremam.i. vltimam uoluntatem eius, cum improbauit, quia inſanã, & delyrantis anus eſſe cenſuit. Nam iuſſit filios habere hæreditatem maternam, & uetuit virum retinere dotem (licet teſtamẽto id voluerat mulier) quia coniugium non interceſſerat cauſa liberorũ creandorum. Si ipſa æquitas potuiſſet cognoſcere.i. habere cognitionem, & ius iudicandi de hac re pronunciaret, ne iuſtius, aut gratius, uel vt alij legunt grauius, q̃ ſup. Aug. q.d. minime. Nam dicere potuit Aug. aut æquitas ipſa. Tu ò mulier ſpernis, quos genuiſti, & nubis effœta.i. exhauſta omni fœcunditate, & confundis animo

uiolente

violento.i. vehementer, in filios, infeſto ordine teſtamenti, in quo filijs merito primi ſcriberentur, à matre, neque erubeſceis adijcere totum patrimonium.ſ. tuũ eis cuius corpori polluto .ſ. à ſitu, & obſcœnitate tua tu ſubtraxiſti ſenectutem tuam .i. ſenium marcidam.i.carioſam & corruptam.[Ergo dum].i.quandoquidem tu egeris.i.geſſeris te ita, hoc eſt tam improbe, tu afflata es.i. proſtrata fulmine cœleſti, aut Auguſti, aut potius (quia Auguſti verba ſunt) Iouis vſque ad inferos.

DE TERENTIO.

EGREGIA quoque C. Calpurnij Piſonis præfecti vrbis conſtitutio, cum.n. ad eum Terentius ex octo filiis, quos in adoleſcentiã perduxerat, ab vno in adoptionem dato exheredatum ſe querelam detuliſſet, bonorũ adoleſcentis poſſeſſionẽ ei dedit, hæredeſque lege agere paſſus non eſt. Monuit profecto Piſonem patria maieſtas, donum vitæ, beneficiũ educationis, ſed aliquid etiã ipſum flexit, circunſtãtiũ liberorum numerus quòd cũ patrẽ ſeptẽ fratres impie inheredatos videbat.

OLIV. EGREGIA C. quoque Calphurnij] Calphurnius prætor impietatem filij cuiuſdam teſtamenti reſciſſione correxit. Cũ.n. pater nomine Terentius, qui filios octo produxerat, ex his vnum in adoptionẽ dediſſet, is patri velut iratus quod abdicaſſet eũ moriens, adhuc ſuperſtite patre, nec ipſum, nec fratrum quenquã reliquit hæredem Calphurnius, prætor audita patris cauſa, qui de impietate filij grauiter cõquerebatur, irritum iuſſit illud eſſe teſtm̃, nam voluit Calphurnius hoc indicio teſtari quantũ parentibus debeãt filij, qui geniti, quiq; educati fuerint. [Egregia cõſtitutio. Nobile indiciũ [Produxerat] Genuerat, & educauerat. [Exheredatum] Hereditate priuatũ, quia moriens filios patrem non ſcripſerat hæredẽ. [Lege agere] hoc loco ſe legibus tueri, & hæreditatem ſm̃ leges adire [Patria maieſtas] Quia filius patri omnia debet, ne igitur paterna violaretur maieſtas, patrem hæredem eſſe iuſſit. [Donum vitæ] Quòd à patre accepiſſet, quo nihil maius hominum eſſe poteſt, niſi bene eſſe, quod niſi naſceretur conſequi non poſſet. [Beneficium educationis] Quod eum adoleſcentium vſque educaſſet

ASCEN. EGregia quoque] Sup. fuit conſtitutio C. Calph. Piſonis præfecti vrbis, hoc eſt Romæ Cum enim Terent. detuliſſet ad eum querelam, quã.ſ.quærebatur ſe inhæredatum ab vno ex octo filijs quos produxerat in adoleſcentiam, dato in adoptionem.ſ. in alienam familiam quæ forte illi eret ratio, quod patrem exheredauerat. (Nam notum eſt ſi filij ſine liberis decedant bona eorum ad parentes peruenire, & ſi parentes non habeant, ad fratres, aut alios hæredes proximos, idq; etiam ab inteſtato) & ideo Piſo dedit ei.ſ. Terentio patri poſſeſſionem bonorum adoleſcentis, & non eſt paſſus heredas agere lege, quæ vult vltimas voluntates debere ratas haberi profecto maieſtas patria.i paterna domum vitæ, quod filij ſecundum Deum à patre accipiunt, beneficium educationis, aut monuit Piſonem ad iudicandum ſecundum patrem. [Sed etiam aliud flexit].ſ. ipſum Piſonem in fauorem patris, videlicet numerus liberorũ circumſtantium, quos.ſ.pater ſecum in iudicium adduxerat, quod videbat ſeptem fratres inheredatos impie cum fratre.

THEO. PIſonis] Ianus Parraſius epiſtola quadam ſcriptũ reliquit, hunc eſſe Piſonem qui Tyberij principatu cuſtos præfectuſq; fuit vrbis, de quo Suetonius in Tyberio. Cũ Pomponio Flac. & L. Piſone noctem continuam, quod biduum epulando, potandoq; conſumpſit. Item Ioſeppus. Quoque ad Piſonem duceretur, qui tum cuſtos erat vrbis. Sen, epiſt. 12. L. Piſo vrbis cuſtos ebrius, ex quo ſemel factus ſuit, maiorem partem noctis in conuiuio exigebat, &c. Plin. nat. hiſt. 13. hunc ipſum Piſonem curatorem vocat vrbis, vnde ſatis conſtat vrbis præfectum cuſtodemq; & curatorem eundem fuiſſe magiſtratum, vt ipſe Parrhaſius affirmauit in Papinij Syluula ad Rutilium Gallicum. proinde pronomen. G. licet emendas L.

DE SVRDINIO QVODAM.

*QVID Mamerci Aemilij Lepidi Cos. quã graue decretum? Genucius quidam matris magnæ Gallus à Cn. Oreſte Prat. vrbis impetrauerat, vt reſtitui ſe in bona Neniani iuberet, quorum poſſeſſionem ſecundum tabulas teſtamenti ab ipſo acceperat. appellatus Mamercus à Surdinio, cuius libertus Genuciũ hæredem fecerat, prætoriam iuriſdictionem abrogauit, quòd diceret Genucium amputatis ſui ipſius ſponte genitalibus corporis partibus, neque virorum, neque mulierum numero haberi debere. Conueniens Mamerco, cõueniens principi ſenatus decretum, quo prouiſum eſt, ne obſcœna Genutij præſentia, inquinataq; voce, tribunalia magiſtratuum ſub ſpecie * petiti iuris polluerentur.*

*Petiti.

OLIV. QVID Nameici] Genutius quidam Cybeles ſacerdos à liberto Surdinij cuiuſdam fuerat hæres teſtamento relictus Cn. Oreſtes prætor vrbis teſtamentum illud probauerat, & Genutium hæredem adire iam iuſſerat, cum Surdinius indignitatem non ferens huius rei querelam ad Mamercum conſulẽ detulit, qui abrogata iuriſdictione prætoria Surdinium hæredem eſſe voluit, indignum & iniquum eſſe exiſtimans hominem, qui neque ſe virum, neque fœminam amputatis virilibus præſtitiſſet, cuiuſpiam bonorum eſſe participem, quinetiam repulit illum à tribunali, ne fracta voce, turpiq; præſentia pollueretur. [Magnæ matris] Cybeles, quæ magna mater, hoc eſt deorum omnium mater dicebatur, cuius ſacerdotes Galli ſunt appellati, qui ſe ipſos euirabant, Ouid Faſt lib. 4. Cur igitur Gallos, qui ſe excidere vocamus, huic etiã ludi erant conſtituti, quæ megaleſia vocabatur. Ouid. in eod. lib. Inſtiteram quare primi magaleſia ludi. Vrbe forent, noſtra, cum dea ſenſit enim. [Gallus] Sacerdos magnæ matris euiratus. [Neque virorum neque mulierum] Galli abſciſſis genitalibus, nec inter fœminas connumerari poſſunt, non igitur hominum heredes eſſe poſſunt, vel certe debent, cum inter homines cenſeri non poſſe videantur. [Conueniens] Laudat Memerei iudicium. [Inquinata uoce eſt] Quia Galli rauca uoce loquebantur. Iuuen. & fracta uoce loquendi.

ASCEN. QVid] Sup. dicis, q̃.i. quantum graue ſup. fuit decretum Mamerci Aemilij Lepidi conſulis? q.d. fuit nimirum grauiſſimum. Nam Genutius quidam Gallus .i. ſacerdos matris magnæ.ſ. Cybeles, impetrauerat à Cn. Oreſte prætore vrbis, ut iuberet reſtitui in bona Neniani, quorum.ſ.bonorum poſſeſſionem acceperat ſecundum tabulas .i. inſtrumenta teſtamenti, ab ipſo.ſ. Neniano. [Mamercus appellatus] .i. per appellationem, ut iudex aditus à Surdinio, cuius libertus fecerat Genutium hæredem, abrogauit.i. reuocauit, & antiquauit, ac improbauit iuriſdictionem prætoriam, quod diceret Genutium amputatis ſponte partibus genitalibus .i. virilibus corporis ſui ipſius, neque debere haberi in numero virorum neque in numero mulierum. [Decretum] Sup illud fuit, conueniens Mamerco, & conueniens fuit principi ſenatus ſ.idẽ Mamerco, quo.ſ.decreto eſt prouiſum.i.cautũ ne tribunalia magiſtratuũ polluerentur ſub ſpecie petiti iuris, obſcœna.i.turpi præſentia, & inquinata uoce, q̃a effœminata, culpa ipſius Genutij q̃ ſeſe caſtrauerat.

DE VITILIO LENONE.

MVLTO Q Metellus Præturem vrbanum ſeueriorem egit, quàm Oreſtes geſſerat, qui Vetilio lenoni Iuuenij bonorum poſſeſſionem ſecũdum tabulas teſtamenti nõ dedit, quia vir nobiliſſimus, & grauiſſimus fori, ac lupanaris ſeparandam conditionem exiſtimauit. Nec aut factum illius comprobare voluit, qui fortunas ſuas in ſtabulum contaminatum proiecerat, aut huic tanquam integro ciui iura reddere, qui ſe ab omni honeſto vitæ genere abruperat.

OLIV. MVLTO Q Metellus] Q. Metel. prætor vrbanus grauiori ſeueritate uſus eſt in teſtamentorum iudicijs, q̃ Oreſtes, nam ille Gallum hæredem comprobauit, hic Lenonem ad hæreditate deiecit, nã iuuenis quidam Vetilium Lenonem hæreditate conſtituerat, Metellus longe differre ſuos eum à Lupanari exiſtimans, ut in foro teſtamentum probaretur, in quo Leno ſcriptus eſſet heres teſtatoris factum improbauit, qui bona ſua uoluiſſet Lenoni relinquere à meretricibus deuoranda,

deuoranda, aut per ſummum luxum, atque libidinem depẽdenda. Itaque noluit Metel. teſtatoris volũtatem comprobare, qui tam temere teſtatus eſſet, nec Lenoni ius reddere, qui ſe ab omni dignitate, & honeſtate abdicaſſet. [Prætorem vrbanum] Nõ eſt ſuperfluum, q̃ dicit vrbanum, quia erant etiã prætores prouinciarum. [Separandam fori, & Lupanaris conditione] Cum enim in foro à prætoribus teſtamenta probarentur, non illi dignum eſſe videbatur, vt de Lenone hærede conſcripto ageretur in foro, cuius nomen in Lupanaribus tantummodo celebraretur, ergo exiſtimauit longe forum Lupanari differre. [Qui fortunas ſuas in ſtabulum] Quia Lenonem reliquerat hæredem, qui viuebat in Lupanari, q̃ reuera ſtabulum dici poteſt, quia loca fœtida, & immunda ſemper ſunt Lupanaria. [Tanquã integro ciui] Non plene ciuis eſſe videtur leno, qui contempto morali & honeſto viuendi genere, ſe turpiſſimæ obſcœnitati, & quaſi ferinæ vitæ ſubiecerat.

Ascen. M Vulto, &c.] Et Q. Metellus egit. i. ſe geſſit prætorem vrbanum multo ſeueriorem, q̃ Oreſtes .ſ. Cu. iam dictus geſſerat, qui non dedit. [Vetito Lenoni]. i. Meretricum inſtitori, & ex eo quæſtu victitanti, poſſeſſionem bonorum iuuenis. ſ. cuiuſdam defuncti, ſm tabulas. i. inſtrumẽta à legitime conſcripta, teſtamenti. ſ. ipſius iuuenis, qui Lenonem hæredem reliquerat. Quia vir nobiliſſimus, & grauiſſimus videlicet Metellus exiſtimauit conditionem fori. ſ. iudicialis & Lupanaris i. domus meretriciæ, ac proſtibuli eſſe ſeparandam, ita vt nõ continuo, qui primas partes in Lupanari habebat, eãdẽ in iudicio haberet, nec voluit, aut comprobare factum illius. ſ. iuuenis defuncti, qui proiecerat fortunas. i. diuitias ſuas in ſtabulum contaminatum. i. proſtibulum, hoc eſt legauerat eas Lenoni, aut ſedere huic. ſ. Lenoni, qui abruperat ſe ab omni genere vitæ honeſto iura. ſ. ciuitatis Rom. per quæ legitime hæredes cõſtituti hæreditatem adhibant, tanquam ciui integro. i. tãquam eſſet ciuis incorruptus, cui hæreditas haud dubij reddenda fuiſſet.

DE TESTAMENTIS, QVAE RATA MANSERVNT. CAP. VIII.

HIS reſciſſorum teſtamentorum exemplis contenti, attingamus ea, quæ rata manſerunt, cum cauſas haberent, propter quas reſcindi poſſent. Quàm certæ, quàm etiam notæ inſaniæ Tuditanus, vt pote qui populo nummos ſparſerit, togamq; velut tragicam veſtem in foro trahens, maximo cum hominum riſu cõſpectus fuerit, ac multa his conſentanea fecerit, teſtamẽto filium inſtituit hæredem, quod T. Longus, ſanguine ei proximus, haſtæ iudicio ſubuertere fruſtra conatus eſt magis. n. centumuiri, quod ſcriptum eſſet in tabulis quã quis eas ſcripſiſſet conſiderandum exiſtimauerunt.

Oliv. HIS reſciſſorum] Narrat nunc Valerius de teſtamentis, quæ rata manſerunt cum legitimas cauſas haberẽt cur ſcindi poſſent. Cum certe ex lege conſtat furioſo, & inſano teſtari non licere. Cic. lib. 1. ad Herennium, lex eſt, inquit, ſi quis furioſus & inſanus extiterit agnatorum, gentilium quæ in eo pecuniaq; eius poteſtas eſto. Tuditanus ciuis Rom. multa furoris, & inſaniæ teſtimonia dederat, quippe qui pecuniam populo diſſeminaſſet, qui togam, vel ſyrma per forum traxiſſet, aliaq; multa dementiæ ſigna feciſſet, eius tñ teſtamentum, quo filium hæredem reliquit, cum iure reſcindi potuerit, ac T. Longus eius agnatus reſcindere tentarit ratum permanſit, iudices. n. non teſtatori, ſed teſtamenti rationem habẽdam cenſuerunt, quod eſſet filius hæres in re conſtitutus.] Populo nummos] .i. pueros cõgerebat & illis nummos colligendos ſpargebat. [Velut tragicam veſtem] Quæ tragico conueniret, nã longũ ſyrma trahebat ab humeris demiſſum. [Haſtæ iudicio] Centumuirali iudicio. Cic. in oratione de lege Agraria contra Rullum dicit, primũ cauſa P. R. hæreditatẽ decemuiri iudicent, cũ vos volueritis de priuatis hæreditatibus centũuiros iudicare. ergo haſtæ iudicio centũuirali iudicio. [Quod ſcriptum eſt] Magis teſtamenti, quàm teſtatoris rationem habere voluerunt.

Ascen. HIs, &c.] Præfatio eſt in alteram ſpecimen teſtamentorũ, vt pote quæ cum reſcindi poſſent, rata manſerunt. Ordo eſt. Nos contenti his .ſ. proxime dictis exemplis teſtamentorum reſciſſorum. i. improbatorum, & pro irritis iudicatorum, attingamus ea. ſ. teſtamenta, quæ manſerunt rata, cũ haberent cauſas, pp quas reſcindi. i. infringi, & irrita eſſe ſeri. [Quàm]. i. quantum, q. d. ò quantum, aut quantum putas certæ, q. i. quantum etiam notæ. i. manifeſtæ inſaniæ. i. dementiæ, erat ſup. Tuditanus vtpote, qui ſparſerit populo nummos, & qui fuerit conſpectus cum maximo riſu hominũ trahens in foro .ſ. rerum venalium togam. ſ. ſuam velut veſtem tragicã. i. ſyrma, ac fecerit multa. ſ. inſaniæ opera, conſentanea. i. conformia, his. ſ. dictis, inſtituit teſtamento filium. ſ. ſuum hæredem, quod. ſ. teſtm̃ Titus Longus proximus ei. ſ. Tuditano ſanguine, conatus eſt fruſtra, quia nihil effecit ſubuertere. i. irritum facere, iudicio haſtæ. i. centũuirali, qui bonorũ poſſeſſiones cognoſcebant, & ſub haſta interdũ vendentes pronunciabant. Enim pro quia, centũuiri exiſtimauerunt, i. cenſuerunt magis inſpiciendum, quod ſcriptum eſſet in tabulis. ſ. teſtamentarijs, quia iuſtum & æquum erat vt filius patri licet furioſo ſuccederet, q̃ quis ſcripſiſſet eas q̃a furioſus, cui teſtamenti faciendi ius nullum erat. Si autem teſtamẽtum reſciſſum fuiſſet filium velut ab inteſtato duntaxat ad patrem hæreditatis admiſſus fuiſſet, & ita Longus cohæres fuiſſet.

DE EBVCIA VXORE L. MENENII AGRIPPAE.

*VITA Tuditani demens, Ebucia autem, quæ L. Menenij Agrippæ vxor fuerat, tabulæ teſtamenti plenæ furoris. nam, cũ haberet duas ſimillimæ probitatis filias Pletoniam, & Aphroniam, animi ſui potius inclinatione prouecta, quàm vllis alterius iniurijs, aut officijs commota, Platoniam tantummodo hæredem inſtituit, filijs *etiam Aphroniæ ex admodum amplo patrimonio viginti nummos legauit. Aphronia tamen cum ſorore ſacramento contendere noluit, teſtamẽtumq; matris, patientia honorare, quàm iudicio conuellere *ſanctius eſſe duxit, eo ſe ipſam indigniore iniuria oſtendens, quo eam æquiore animo ſuſtinebat.* *Autem *Satius

Oliv. VITA Tuditani demens] Ebuciæ autem. Aliud ponit teſtamentum, q̃ reſcindi facile potuit, & tñ ratum permãſit, Ebucia vxor Agrippæ duas filias ea eo matrimonio ſuſceperat, virtute, & probitate pares hæc moriens alteram ex iis teſtamento defraudauit, cum alteri cuncta fermè bona reliquiſſet, hæc Pletonia dicebatur, illa Aphronia, cuius filijs nummos viginti ea amplo patrimonio tantũmmodo legauit, nec voluit Aphronia, cum iure poſſet matris teſtamentum reſcindere, neque n matrem affecerat iniuria vlla, qua merito illam exheredare debuerit, maluit ergo matris iniuriam æquo animo ferre, q̃ lege cum ſorore certare. [Ebuciæ] Quãuis Ebucia, dum viſit nulla dementia damnata fuerit, eius tñ teſtamentum viſum eſt furore repletum cum nulla interueniẽte cauſa filiarum alteri ſuam hæreditatis partem teſtamento negauerit. [Vllis alterius iniurijs] Aut beneficijs, q̃ ab altera iniuria, ab altera beneficia recepiſſet, q. d. quòd Aphronia illi aduerſa contumaxq; fuiſſet Pletonia vero ſemper obſequentiſſima. [Sacramẽto contendere] Nam potuit Aphronia apud centumuiros iurare ſe iniuſte exheredatam à matre.

Ascen. VIta Tuditani] Sup. fuit demens (cuius tamen teſtamentum fuit laudabile) Aũt pro ſed, tabulæ teſtamenti Ebuciæ, quæ fuerat vxor Lucij Menenij Agrippæ ſup. fuerũt plenæ furoris. [Nam cum haberet duas filias ſimillime probitatis]. i. in quibus erat maxima probitas, nec minor in vna q̃ in reliqua, videlicet Pletoniam & Aphroniã, ipſa prouecta potius inclinatione. i. propenſione, ac affectione animi, q̃ commota vllis iniurijs alterius. ſ. Aphroniæ, aut officij alterius .ſ. Pletoniæ inſtituit tantũmodo Pletoniam hæredẽ, & legauit filius Aphroniæ 20. nummos. ſ. tantummodo, ex patrimonio admodũ. i. val de amplo. Aphronia, ſcilicet prætermiſſa, noluit tũc, aut tamen contendere cum ſorore ſacramento, ſcilicet exigendo, & dãdo apud centumuiros, apud quos ſi prætermiſſus iurauerit, ſe nulla culpa ſua prætermiſſum, & ſubſtitutus non auſus ſit contrarium iurare, teſtamentum reſcindebatur. Et duxit eſſe ſanctius, aut ſatius honorare teſtamentum matris patientia, quàm conuellere, id eſt, infringere iudicio, oſtendens ſeipſam eo .i. tanto

indigmo

indigniorem iniuria, ſcilicet à matre illata, quod, id eſt, quanto æquiore animo ſuſtinebat eam.

DE QVINTO METELLO.

OLIV. MINVS *mirandum errorē muliebrem Q. Metellus fecit. Is nanque plurimis, & celeberrimis eiuſdem nominis viris in vrbe noſtra vigētibus Claudiorum, etiam familia, quā arctiſſimo ſanguinis vinculo conſtringebat, florente, Carinatem ſolum hæredem reliquit. nec hoc teſtamentum eius quiſquam attentauit.*

MINVS mirandum errorem muliebrem] Q. Metel. fecit. In quo vir clarus errauit in eo peccare mulierē nō eſt mirum. error igitur Q. Metel. facit errorē Ebuciæ multo leuiorem, nam cum multos viros præſtantes, atque clariſſimos tam Metellorum, q̃ Claudiorū familia ꝓpinquos haberet, Metellus, quo iure, & merito ſibi hæres ſubſtituere debuiſſet, omnibus prætermiſſis ſolum Carinatem ſibi familiaritate coniunctū ſcripſit hæredem, nec quiſquam cognatorū & affinium teſtm̄ illud reſcindere temptauit. [Claudiorum] Nam genus maternū ducebat à gente claudia, Metellus enim ſuperior Claudia uxore vſo erat, ea qua natus eſt Q. Metel.

ASCEN. MInus, &c. [Q. Metel. fecit errorem muliebrem, qui fuit in Ebucia minus mirandum. Namque pro quia, is. ſ. Q. Metellus reliquit ſolum Carinatem hæredem. ſ. bonorum ſuorū & hoc plurimis, & celeberrimis viris eiuſdē nominis, hoc eſt Mete. vigentibus in vrbe noſtra familia etiā claudiorū, quem coniungebat arctiſſimo vinculo ſanguinis, quia maternū genus ex ea traxerat, florente. ſ. in vrbe Rom. nec quiſquam attentauit. ſ. reſcindere, aut oppugnare hoc teſtamentum eius.

THEO. E. Iuſdem nominis Gentilibus & Metellis. Nam gentiles ſunt [vt Verrius ait] qui ſimili nomine appellantur. Cicius Gentiles, inquit mihi ſunt qui meo nomine appellātur.

DE FRATRE POMPEI RHEGINO.

ITEM *Pompeius Rheginus, vir Tranſalpinæ regionis, cum teſtamēto fratris præteritus eſſet, & ad coarguendam iniquitatem eius, binas tabulas teſtamentorum ſuorum in comitio inciſas, habita vtriuſque ordinis maxima frequentia recitaſſet, in quibus magna ex parte hæres frater erat ſcriptus, prælegabanturq; ei centies & quinquagies ſeſtertium, multum ac diu inter aſſentientes indignationi ſuæ amicos queſtus, quod ad haſtæ iudicium attinuit, cineres fratris quietos eſſe paſſus eſt, & erant ab eo inſtituti heredes, neque ſanguine Rhegino pares, neque proximi, ſed & alieni, & humiles, vt non ſolum flagitioſum ſilentium, ſed etiam prælatio contumelioſa videri poſſet. æque felicis impunitatis, ſed neſcio an tetrioris hæc delicti teſtamenta.*

OLIV. ITEM Pomp. Rheginus [Hic ſatis habuit fratris iniquitatē oſtendiſſe iudicibus, cum. n. frater infimæ conditionis homines ſe præterito, ſcripſiſſet hæredem, ipſe vero fratri maximam ſuorum bonorum portionem contra teſtamēto legaſſet in cōcionem prodit, fratris iniuriam expoſtulat, duas teſtamentorum ſuorum tabulas recitat, quibus fratrem ſcripſiſſet hęredem. centumuiralis haſtæ opem implorat, ne tanta à fratre afficiatur iniuria, cumq; iam centumuiri ad reſcindendum teſtamētum parati eſſe viderentur, contentus fratris impietatē deſtrinxiſſe, teſtamentum ratum eſſe permiſit. [Seſtertium] Teſte Varr. duas libras continet, & mediam. qui ita diffinit lib. de lingua latina dipondium & ſemis antiquum eſt ſeſtertius, & veteris conſuetudinis, vt retro aduerſus erāt, ita vt ſemiſquintus, ſemiſquartus ſemiſtertius pronūciaretur, à ſemiſtertius ſextertius dictus, hæc ille, ſed dicitur ſextertius & ſextertiū, ſicut dipondius, & dipondium. [Ad haſtæ iudicium] Ad centumuirale iudicium, ſicut ſupradiximus, noluit fratris teſtm̄ infringi. [Neq; ſanguine pagano pares] Iuſtam oſtendit conqueſtionem fratris, ꝙ non ſolum alienos, ſed nec ruſtico quidem ſanguini comparandos homines fratrum inſtituiſſet hæredes. [Flagitioſum ſilentium] Quod frater cum ſilentio præterierit in teſtamento non mediocre flagitium commiſiſſe videtur, ſed multo grauius fuiſſe contumelia, ꝙ illi ſordidos homines prætulerit. [Aeque felicis] æque rata manſerunt teſtamenta, quæ ſequuntur, quamuis delictum in his grauius commiſſum fuiſſe videretur.

ASCEN. ITem Pompeius Rheginus vir regionis Tranſalpinæ] id eſt, Tranſalpes ortus, cum præteritus eſſet teſtamento fratris, & recitaſſet ad coarguendam. i. reprehendendam, & deteſtādā iniquitatem eius ſ. fratris ſui binas tabulas teſtamētorum ſuorum. i. quæ ipſe Pomp. fecerat [nam viri præſertim alienæ nationis, ne ſi inteſtati morerentur, eorum bona fiſco addicerentur, teſtamenta ſua ſani, & incolumes faciebāt, & ſæpè mutabant] inciſas in comitio. i. populi congregatione habita & maxima frequentia vtriuſque ordinis. ſ. patrum & plebei, in quibus. ſ. tabulas, frater. ſ. eius, à quo præteritus erat, erat ſcriptus hæres ex magna parte, & ſeſtertium centies, & quadragies prælegabatur. i. ante ceteros ei legabatur, hoc eſt antequam alij hęredes quidquam acciperent, fratri centies, & quadragies ſeſtertium habendum [Eſt autem ſeſtertium ſingularis numeri, & accuſatiui caſus. Eaq; forma loquendi, ideo vtitur auctor, ꝙ aliter eo vocabulo difficile fit. Nam centum & quadraginta ſextertia minus latine, licet ſatis grammatice diceret, & centum quadraginta ſextertiorum, vt ſi genitiui caſus minus grammatice dixiſſet ꝙ neutra ſyncopen non admittat] quæſtus. i. cōqueſtus, multum, ac diu inter amicos aſſentientes indignationi ſuę id eſt, aſſerentes ipſum iuſtam habere indignationem in fratris ingratitudinem, quod. i. quātum attinuit. [Ad iudicium haſtæ] id eſt, centumvirale, paſſus eſt cineres fratris eſſe quietos. i. noluit oppugnare voluntatem ſupremam iam defuncti, & . i. & th [unde eleganter vtitur particula] hæredes erant ab eo. ſ. fratre eius inſtituti, neque pares ſanguini Rhegino. i. multo minus generoſi, quàm Rhegini ipſi eſſent] vnde non aſſentior Oliuerio legenti pagano. i. ruſticano] neque proximi ſup. eius, ſed & . i. ſimul alieni, & humiles. i. abiecti, vt non ſolum ſilentium ſup. eius, quo fratrem ſilēnio, præterierant, poſſet videri flagitioſum. i. increpatione dignum, ſed etiam prælatio. ſ. alienorum, & humilium poſſet videri contumelioſa. [Aeque] Paucis aditum munit ad narrationem de teſtamentis, quæ alij, quàm, qui ea ſperauerāt, & meruerant obtinuerūt, quo præfatio ideo perquā breuis, eſt ꝙ ferè non diſtinctus titulus, ſed eiuſdem tituli tertium ſic membrum. Ordo eſt Hæc. ſ. quæ proxime dicam] cum alibi hæc demonſtrare ſolebat præterita, aut ſaltem manibus habita ſup. ſunt, aut fuerunt impunitatis. i. immunitatis, ac reſciſione æque felicis, vt. ſ. prędicta, quia reſciſſa nō ſunt, ſed neſcio aut ſup. fuerint delicti tetriores. i. fœdiores, cum maior fuerit impudentia in ſequentium teſtamentorum conditionibus.

QVIA ADVERSVS OPINIONES HOMINVM HEREDES HABVERVNT. CAP. IX.

DE Q. CAECILIO ET L. LVCVLLO.

QVINTVS * *Cæcilius L. Luculli promptiſſimo ſtudio, maximaq; liberalitate, & honeſtum dignitatis, gradum, & ampliſſimum patrimonium conſecutus cum præ ſe ſemper tuliſſet, unum illum ſibi eſſe hæredem, moriens etiam annulos ei ſuos tradidiſſe, Pomponium Atticum teſtamento adoptauit, omniumq; bonorum reliquit hæredem, ſed fallacis & inſidioſi cadauer P. Rom. ceruicibus reſte circundatum. per viam traxit. itaque nefarius homo filium quidem, & heredem habuit, quem voluit, funus autem, & exequias quales meruit.* *Cic. li. 3. ad Att. Nepos I Att. Var li. 2. c. de re ruſt.

QVINTVS Cæcilius L. Luculli [Q. Cæcilij teſtamenti ſui reſciſſione digniſſimum, ꝙ vir ingratiſſimus duplici Lucullum affeciſſet iniuria, & quod cum teſtamento præteriiſſet, cui meritorum multitudine hereditatem debuerat, & quod ludibrio quodammodo habuiſſet illum ſibi futurum hæredem omnibus prædicando, ſuos inſuper annulos tanquam futuræ hereditatis ſignū offerendo, ac illum OLIV.

Pop. R.

Pop. R. ꝗ quã potuit pœna ingratitudinis affixit, nam eius cadauer unco gutturi infixo ad gemonias ſcalas per ora uulgi protrahi iuſſit, ut qualis meruerat exequias haberet, nam cũ opes, & dignitates omnes Luculli opera, & liberalitate fuiſſet conſecutus moriens de ut de tanta ingratitudine uſus, ut illius oblitus alium ſibi filium teſtamento adoptaſſet, qua non fuit pœnas digniſſimus? Præ ſe tuliſſet oſtendiſſet, eſt uero themenſis, nam ante poſita eſt ſemper.

Ascen. Q Vintus Cecilius] Conſecutus promptiſſimo ſtudio, & maxima liberalitate L. Luculli, & .i. ſimul, honeſtum gradum dignitatis, & ampliſſimum patrimonium, ideſt peculium, & poſſeſſionem rerum, cum ſemper tuliſſet præ ſe.i. geſtu & uultu, & uerbis, ac motibus ſignificaſſet, illum.ſ. Lucullum unum.i. ſolum eſſe ſibi hæredem, & moriens tradidiſſet etiam ei.ſ. Lucullo annullos ſuos quibus ſignare contractus ſuos ſolebat adoptauit teſtamẽto id eſt, in filium, & hæredem aſſumpſit Pomp. Atticum, & reliquit ſup. eum hæredem omnium bonorum.ſ. ſuorum. Sed P. R. traxit cadauer ſup. hominis fallacis, & inſidioſi, circundatum ceruicibus.ſ. eius reſte.i. fune, qua uiliſſima cadauera trahi ſolent, per uiam.ſ. pub. uolens ſignificare occultum fuiſſe finẽ. [Itaque].i. & ita homo nefarius habuit quidem filium, ſcilicet per adoptionem, & hæredem uoluit, quia Pomp. Atticum, autem.i. ſed habuit funus, & exequias quales meruit, hoc eſt ignominioſiſſimas.

DE TITO MARIO VRINATE.

NEQVE alijs dignus fuit T. Marius Vrinas, qui ab infimo militiæ loco, beneficijs diui Auguſti imperatoris, ad ſummos caſtrenſes honores perductus, eorumq; uberrimis quæſtibus locuples factus, non ſolum ceteris vitæ temporibus & ſe fortunas ſuas relinquere, à quo acceperat, prædicauit, ſed etiam pridiè quàm expiraret. idem illud ipſi Auguſto dixit, cum interim ne nomen quidem eius tabulas teſtamenti adiecerit.

Oliv. NEQVE alijs dignus] Qui pari crimine tenetur, dignus pari pœnæ cenſetur. [T. igitur Marius Vrinas] Cum nõ alia ſit ingratitudine uſus erga D. Auguſtum ꝗ Cæcilius ergà Lucullũ, eaſdem exequias meruiſſe uidetur, quas Cæcilius habuit, locupletatus enim & ad militiæ ſummos honores Auguſti beneficio prouectus, Auguſtum tanquã alterum parentem ſibi futurum hæredem prædicabat, morbo quoque implicatus pridie ꝗ expiraret, illud idem affirmauit Auguſto moriens, tamen nullam Auguſti mentionem fecit in teſtamento. [Vrinas] Patrium nomen, ut arpinas, Suſtenas aliaq; multa.

Ascen. NEque T. Marius Vrinas fuit dignus] Alij ſupp. exequijs, quãuis alias forte habuerit qui perductus beneficijs diui Auguſti imperatoris ab infimo loco militiæ.i. militis gregarij ad ſummos honores caſtrenſes.i. quæ in caſtris cõtingere poterat, & factus locuples.i. diues uberrimis quæſtibus.i. lucris eorum.ſ. honorum caſtrenſium non ſolum prædicauit cæteris tẽporibus uitæ ſuæ ſe relinquere fortunas ſuas ſup. ei uidelicet Auguſto, à quo acceperat, ſed etiã dicit illud idem ipſi Auguſto pridie, ꝗ expiraret. Cum interim.i. nihilominus, ne quidem.i. non ſaltem adiecit tabulis teſtamenti nomen eius.ſ. Auguſti.

DE LVCIO VALERIO.

LVCIVS autem Valerius, cui cognomen Heptachordo fuit, togatum hoſtem Cornelium Balbum expertus, vt pote opera eius, & conſilio, compluribus priuatis vexatus litibus, ad vltimumque ſubiecto accuſatore capitali crimine accuſatus, præteritis aduocatis, & patronis ſuis, ſolum hæredem reliquit. nimirum conſternatio animum eius tranſuerſum egit, amauit. n. ſordes ſuas, & dilexis pericula, & damnationem votis expetiuit, auctorem harum rerum beneuolentia, ꝓpulſatorem odio inſecutus.

Oliv. LVCIVS autem Valerius] Hic ſine dubio ni morbi ad inſaniam proxime acceſſerat, qui mentis conſternatione agitatus Cornelium Balbum hoſtem ſibi perpetuum, à quo fuerat à ſæpius dignitate oppugnatus in uitæ diſcrimen adductus moriẽs ſibi ſolum reliquit hæredem, amicis cognatis, patronis, & aduocatis omnibus prætermiſſis, quid aliud de hoc homine iudicãdum eſt, niſi ſumma inſania & furore fuiſſe agitatum quo tempore teſtamentum condidit, qui amaſſe inimicum, odiſſe ſuos uiſus eſt? [Heptachordo] græcũ eſt, habens in facie ſeptem portos. [Togatum] Ac ſi diceret forenſem. [Suas ſordes] Infamiã, ignominiam, & crimina ſua [Damnationem uotis expetiuit] Viſus eſt optaſſe damnationem, ꝗ ope amicorũ ſubterfugerat. [Propulſatorem] Defenſorem & patronum.

Ascen. LVcius autem Valerius cui Heptachordo] .i. ſeptem chordarum cognomen fuit, expertus Cornelium Balbum hoſtem togatum.i. in toga, hoc eſt urbe uerſatum, utpote uexatus opera, & conſilio eius cõpluribus litibus priuatis, & accuſatus ad ultimũ.i. tandẽ crimine capitali, & hoc accuſatore ſubiecto.i. clanculũ immiſſo, reliquit ſupp. eum ſolum hæredem & hoc aduocatis, & patronis ſuis præteritis. [Nimirũ].i. haud dubie id ita egit, quia conſternatio.i. iudicij, & rationis deturbatio egit.i. impulit animum eius tranſuerſum.i. eſt extra rectam uiam æquitatis & honeſti. Enim pro quia, ipſe Luc. amauit ſordes ſuas.i. turpitudinem uitæ, ac auaritiam, & dilexit pericula. [Sed qui amat periculum, peribit in illo] & expetiuit uotis damnationem, hæc autem ad increpationem dicit auctor, non ꝙ ita eſſe ſignificare uelit, nam ſi ita fuiſſet, fruſtra aduocatos, & patronos ſibi quæſiuiſſet, ſed ꝙ uerisimile ſit, & effectu eius eum expetiuiſſe condemnationem utpote inſecutus auctorem harum rerum, uidelicet Bal. beneuolentia, & propulſatores ut aduocatos, & patronos odio, quia eos prætetijt in teſtamento ſuo.

DE TITO BARRVLO.

TITVS Barulus Lentulo Spintheri, cuius amantiſſimum animum, liberaliſſimam ſenſerat amicitiam decedens ſuos, perinde atque unico hæredi tradidit, quem nulla ex parte hæredem relinquebat, quantum illo momento temporis ſcientia, ſi modo vires, quas habere creditur, poſſidet, à termino homine ſupplicium exegit, inter ipſam enim fallacis, & ingrata culpæ cogitationem, ſpiritum poſuit, quaſi tortore aliquo mentem eius interitus cruciãte, quòd animaduertebat à vita ad mortem tranſitum ſuum, & ſuperis dijs inuiſum eſſe, & inferis deteſtabilem futurum.

Oliv. TITVS Barrulus Lentulo eadem ſpei deluſione fruſtratus eſt Lentulus Spinther, qui cum Barrulum ſumma beneuolentia, & præcipua liberalitate dum uixit perpetuo fuiſſet complexus, merito ſperauit illum futurum hæredẽ, cui Barrulus inſuper annulos ſuos decedens, perinde ac unico hæredi tradiderat, & in teſtamento nulla eius mẽtio facta, eiuſmodi homines ueluti iocabundi uita excedere uidebantur. [Spintheri] Cognomen eſt. [Quantum illo momẽto] Inuehitur in hũc teſtatorem ingratum Valer. cum dicat ſuæ ingratitudinis conſcientia, graues dediſſe pœnas in ipſo mortis articulo, cum ante oculos fallaciam ſuam, & ingratitudinem ſibi poſitam uideat, quæ nec à ſuperis probari, nec ab inferis laudari ullo modo poſſit, eius igitur ſpiritus fallax & ingratus ſupplicio afficiatur neceſſe eſt. [Conſcientia] Nullum homini tormentum ꝗ cõſcientia maius. Cic. te tuorum ſcelerum conſcientia torquet. Item alibi à para. quid eum cupiditas dominatus exceſſit, & alius eſt dominos exortus peccatorum conſcientia timor ꝗ eſt illa miſeria, ꝗ dura ſeruitus. Iuuen. Et tacita ſudant precordia culpa. Item alibi. Neque enim conſiſtere mentẽ, crimina ſæua ſinunt, & intus palleat infelix maris habet conſcientia. [Superis dijs] Cœleſtibus quos relinquebat. [Inferis] Quos relinquebat. Cõſciẽtiæ grane tormentũ.

Ascen. TItus Barrulus decedens] .i. moriens tradidit Lẽtulo Spintheri (cuius ſenſerat animum amantiſſimũ.ſ. ſui & amicitiam liberaliſſimam) annulos ſuos perinde atque.i. tanquam unico hæredi, quẽ ex nulla parte relinquebat hæredem. Quantum.i. o quantum ſupplicium conſcientia exegit à teterrimo homine, ſcilicet Barrulo illo momento temporis.ſ. quo deceſſit ſi modo.i. dummodo uerum ſit, ꝙ conſcientia poſſidet uires quas creditur habere. [Certum eſt autem nobis, eam uires ſuas poſſidere, quia uermis damnatorum nõ extinguitur.] Enim pro quia, ipſe poſuit, id eſt, depoſuit ſpiritum. Qualem.

aut ani-

ſui animam ipſam, inter cogitationem culpæ fallacis,& inte gratæ.i.commiſſæ per fallaciam, & ingratitudine,quaſi aliquo tortore.i.carnifice cruciante mētem eius interius,&.i.quia ani maduertebat tranſitum ſuum ex vita ad mortem,&.i. ſimul,eſ ſe inuiſum dijs ſuperis,in quorum tutela erat,dum uiuerent, & futurum deteſtabilem inferis,ſcilicet Dijs.

DE M. POPPLIO.

MARCVS vero Popilius ſenatorij ordinis Oppium Gallum ab ineunte ætate familiariſſimum ſibi, moriens pro vetuſto iure amicitię, & vultu benigno reſpexit, & uerbis magnum præ ſe amorem ferentibus proſecutus eſt,vnum etiam de multis,qui aſſidebat, vltimo complexu, & oſculo dignum indicauit: * ſem-
*Inſuperq;. perq; annulos quoque ſuos ei tradidit, videlicet nequid ex ea hęreditate, quam non erat aditurus, amitteret, quos Oppius vir diligens, ſed morientis amici plenum contumelię ludibrium,in locellū repoſitos,& à pręſentibus aſſignatos,diligētiſſime hæredibus illius, exheres ipſe reddidit.Quid hoc loco inhoneſtius? aut quid intempeſtiuius? ſenator Pop.Rom.curia egreſſus, homo uitæ fructibus continuo cariturus,ſanctiſſima iura familiaritatis morte preſſis oculis,& ſpiritu ſupremos anhelitus reddente,ſcurrili luſu ſugillanda ſibi deſumpſit.

OLIV. MARCVS vero Popilius] Non alio profecto ludibrio deluſus eſt Oppius Gallus à M. Popilio, q̄ omnes quorum ſupra meminimus, nam Popilius ex omnibus, qui ſibi morienti aſſidebant, hunc unum hilari nulru ſemper aſpexit, benigniſſimus verbis appellauit, arte complexus, & oſculatus annulos quaſi futuræ hæreditatis teſtes ei tradidit, & poſtmodum illum teſtamento prætериit.[Oppius]Vero, ubi ſe factum exheredē eſſe cognouit,annulos non hæreditatis,ſed contumeliæ, ſummiq; ludibrij teſtes veris hæredibus diligētiſſime reſtituit. [Ne quid ea ea hæreditate]locatur Val. cum dicat,ut omnia conſequeretur ex ea hæreditate quàm non erat habiturus.[In locellum]In loculum,ac ſi diceret in crumenam diminutiuum a loco loculus, inde locellus,l uncu. Neque enim loculis comitantibus itur ad caſum tabulæ, depoſita luditur arca, [Plenum contumeliæ]Ludibrium, nihil aliud fuit illi annulos tradere,niſi eum ludificare. & afficere contumelia. [Exheres] [Hæreditatis expers.]Quid hoc loco inhoneſtius] Dānat uo te ſuo Valerius huius hominis ludificationem, cum dicat Popilius, qui paulo ante curiam reliquerat, in ſupremo ſuæ uitæ die iura amicitię ſcurrili obſcœnitate polluere non dubitauit, cum intelligeret,ſe paulo poſt uitæ fructibus cariturum. [Inhoneſtius]Turpius propter ingratitudinem, quàm plane moriens declarauit.[Intempeſtiuius] Magis præter tempus, nam tempus illud, quo mortis inſtantis terrore perturbari debuerat,luſus non appetebat.[Scurrili luſus]Ioculario luſo,obſcœna ludificatione turpi loco,à curra dictus,nam ſcurra dicitur,quaſi ſequens curiam,uidelicet,meretricem.

ASCEN. MArcus vero Popilius] Sup. vir ordinis Senat. moriens.& idest, ſimul reſpexit vultu benigno, & proſecutus eſt.i, affatus uerbi, præ ſe ferentibus.i. indicantibus magnum amorem. Oppium Gallum familiariſſimum ſibi ab iuuentute ætate.i.à primordijs uitæ reſpexit dico ſic, pro uetuſto iure amicitiæ,etiam iudicauit unum.i ſolum Oppium dignum vltimo cō plexu,& oſculo de multis,qui aſſidebant.ſ.morienti.[Superq;] ,i.inſuper tradidit quoque ei annulos ſuos,videlicet, ne amitteret quid.i.aliquid ex ea hæreditate quàm non erat aditurus, quia in annulis erant ſignata, vt dicunt, & ita omnia obſignabant illis quibus, traditi eſſent. [Quos].ſ. annulos Oppius vir diligens,ſed ludibrium amici morientis plenum contumeliæ, reddit hæredibus illius. i. quos ille hæredes inſtituerat, exiſtens ipſe exhæres.i.expers hæreditatis. (Quo loco non vere dicatur exhęredatus, cum nunquam fuerit hæres, niſi ſola ſpe) reddidit dico depoſitos in lucellum.i.ſaculum,Galli burſam vocant,& aſſignatos diligentiſſime à præſentibus.ſ.teſtibus ne arguatur,non reddidiſſe. [Quid inhoneſtius) Aut quid intempeſtiuius.i.minus ſuo tempore factum hoc loco.i. exemplo huius loci?q.d.nihil.[Quia Senator P.R.].ſ. Popilius egreſſus.ſ.paulo ante curia,& homo cariturus.i.talis, qui carere debebat,continuo.fructibus.i.dulcedinæ,& vſu uitæ,(Sunt qui legant fluctibus, & reſpiciant ad incertitudinem præſentibus uitæ,ſed quia verbum careo de re amata fere dicitur, & plus facit ad ſententiam,quod iam cariturus erat fructibus.i.vſu vitę,& ita debeat ea bene uti,cum amplius non ſit illi tempus futurum, quo circa etiam recte nihil intempeſtiuius dixit quàm in articulo mortis ſcurrili luſui vacare,legam libentius,neque tamen ſolus fructibus)oculis ſup.eius preſſis.i.oppreſſis, & grauatis morte, & ſpiritu.i anima reddente ſuppremos anhelitus, deſumpſit.i.ex propria petulantia,& malitia animi ſumpſit ſibi ſanctiſſima iura familiaritatis ſugillanda .i. ad irriſionem deformanda luſu ſcurrili, ideſt,ſcurra non ſenatore digno.

VALERII MAXIMI LIBER OCTAVVS.

HYPOTHESIS SEQ. EXORDII.

EOs quoque ad memoriam reuocat, qui quanto odioſus habiti ſunt tanto conſtantius ſuſpectis iudiciorum fluctibus obſtitere.Hoc genus hominum,vel morti addictum, vel abſolutum eſt M.Horatum effrenatæ libidinis cupiditate flagrantem ſororem interfeciſſe aſſerit,& regis Tulli arbitratu damnatus fuiſſe tandem totius populi ſuffragio in priſtinam libertatem reſtitutum, cuius rei factum non minori laudi fore tribuendum cenſuit,qua Curiatiorum rerum potitus erat.Quare populus hanc ipſam pudicitia uirtutis partem diligentiſſi- & acerrime obſeruandam curauit.

INFAMES REI QVIBVS EX CAVSIS ABSOLVTI, AVT DAMNATI SVNT. Cap. I.

DE M. HORATIO.

NVNC quoque, * vt æquiore animo ancipites iudiciorum motus tollerentur, recordemur inuidia laborantes, quibus de cauſis, aut abſoluti ſunt, aut damnati. M. Horatius interfectæ ſororis * crimine à Tullo rege dānatus,ad populum prouocato iudicio abſolutus eſt. quorum alterum atrocitas necis mouit, alterum cauſa flexit, quia immaturum uirginis amorem ſeuere magis; quàm impie punitum exiſtimabat. Itaque forti punitione liberata fratris dextera, tantum conſanguineo, quantum hoſtili cruorem glorię haurire potuit, acrem ſe tunc pudicitiæ cuſtodem * Populus Romanus,poſtea plus iuſto placidum iudicem præſtitit.

*Dion. lib.3. & Liu.li.1.

*A duūuiris nō à rege.

*patet eius, poſt ea.

NVNC quoque,vt æquiore animo] Incipit octauus liber,qui multarum,& variarum rerum exempla cōtinet,memoratu digna,primum autē eorum eſt,qui infames,vel abſoluti,vel damnati fuerūt,& quibus cauſis id factum ſit,præter omnium opinionem,hoc autem ideo facit, ut inuidia laborantes,ſi dānati fuerint,memores id alijs quoq; contigiſſe,damnationē ſuam æquiori animo ferant,[Ancipites motus]Dubios euentus,nam ſemper incertus,& dubius eſt euētus litis,& belli.[Inuidia laborantes]Qui alijs inuiſi ſunt,& odio habētur.[M.Horatius]Hæc hiſt. in cap.4.de ſeueritate dicta eſt, conſtat autem Horat. à duumuiris lege perduellionis damnatum, & auctore OLIV.

Tullo

Tullo rege benigno legis interprete, facta prouocatione ad populum, ab eo fuiſſe abſolutũ, ſed eſt hiſt. tota repetẽda [Ad populum prouocato iudicio] Quia lex erat, horrendi carminis duumuiri per duellionem iudicent, ſi à duumuiris prouocauerit prouocatione certato, ſi vincant, caput obnubito, infelici arbori teſte ſuſpendito, verberato uel intra pomerium, uel extra pomerium, hac igitur lege damnatus Hor. prouocauit ad populum moti homines in eo iudicio maxime. P. Horatio patre proclamante, ſe filiam iure cæſum iudicare, atque ipſo filio parem animum in omni periculo gerente abſoluerunt, & miſericordia patris commoti, ſed magis admiratione virtutis, quàm iure cauſæ. [Forti punitione] Quam meruerat ex cæde ſororis. Tantum conſanguineo] Non minus gloriæ ex cæde ſororis, quàm excutiatiorum uictoria conſequi potuit. [Actem ſe tunc pudicitiæ cuſtodem] In abſoluendo, inquit Horat. populus quanti facienda eſſet pudicitia declarauit, ſed in Galbæ iudicio, quod ſequitur, mitem ſe iudicem plus æquo præbuiſſe videtur. [Pudicitiæ cuſtodem] Quia iure cæſum Horatiam iudicauit, quia impudica videri poterat, cum immaturum ſponſi amorem tanto opere lugeret, vt fratrum, & patriæ obliuiſceretur. [Plus iuſto] In iudicio Galbæ.

Ascen. NVNC quoque, &c. [Quaſi continuam orationis filio à damnatis, & excuſſis præter ſpem ab hæreditate, tranſit ad abſolutos, ac damnatos præter ſpem, concilians in præfactione ſibi beneuolentiam auditoris ex lectionis commoditate, ac dicens. Nunc quoque recordemur. quibus de cauſis 'a borantes in inuidia ſunt, aut abſoluti, aut dãnati, ut motus accipites. i. dubij euentus iudiciorum tolleremur. ſ. à nobis, aut à lectoribus ſic admonitis, animo æquiore q̃ ſiitũ ſine aliorũ exẽplis quodãmodo confirmati. [M. Horatius] Qui Curiatios interemerat dãnatus à Tullo rege crimine ſororis interfectæ, eo ꝙ caſum ſponſi ſui iniquius ferret, abſolutus eſt. ſ. interceſſione paterna, & hoc iudicio prouocatu ad populum. [Quorum alterum]. ſ. regem atrocitas necis. ſ. ſororis, monuit. ſ. ad dãnandum eum, & cauſa flexit alterum. i. populũ abſoluentẽ eum, quia populus exiſtimabat amorem uirginis immaturũ, quia in ſpõſũ nondum maritum punitũ magis ſeuere q̃ impie. [Itaque]. i. & its dextra fratris liberata. i. fratre ipſo liberato forti punitione hoc eſt tali, q̃. meruerat, potuit haurire tm̃ gloriæ. ſup. ex cruore conſanguineo, quantum ex cruore hoſtili, quia non minus glorioſum fuit ob cruorẽ à tali crimine abſolutum euaſiſſe, q̃ hoſtes proſtrauiſſe. faciens autem paraſceuem ad ſequens exẽplum addit, P. R. præſtitit. i. exhibuit tũc ſe cuſtodem pudicitię acrem, quia virginem iuſte cæſam cẽſuit, eo ꝙ immaturę ſponſum impatientius amaſſet, & ſup. præſtitit ſe poſtea iudicem placidum plus iuſto, id eſt, quàm iuſtum fuit.

DE SERGIO GALBA.

*Cic. li. 2. de or. & 1 Brut. Liu. lib. 49 hic li 9. cap. 6.

*CVM * à Libone Trib. pl. Sergius Galba pro roſtris vehementer increparetur, quòd Luſitanorũ magnã manum, interpoſita fide, Prætor in Hiſpania intermiſſet, actioniq; tribunitię M. Cato ultimę ſenectutis, oratione ſua, quã in Originibus retulit ſubſcriberet, reus pro ſe iam nihil recuſãs, partibus liberos ſuos & galli ſanguine coniunctũ filium flens commẽdare cœpit, eoq; facto mitigata concione, qui omnium conſenſu periturus erat, penè nullum triſtè ſuffragium habuit, miſericordia ergo illam queſtionem, non ęquitas texit, quoniam quę innocentię tribui nequierat, abſolutio reſpectui puerorum data eſt. Conſentaneum quod ſequitur.*

Oliv. CVM à Libone, &c. [Sergius Galba Prætor in Hiſpania ſumma perfidia vſus eſt in Luſitanos, nam trium ciuitatum, quas oppugnabat, conuocato populo, tanquam de cõmodis eius acturus, octo millia, in quibus flos iuuentutis cõſiſtebat electa, & armis exuta, partim trucidauit, partem uendidit, cum illis pub. fidem dediſſet, qua freti venerãt in eius poteſtatem, nam Luſitani Sertorianas partes ſecuti fuerant, aduerſus quos miſſus fuit hic Sergius Galba, qui uiolata pub. fide maximam barbarorum cladem magnitudine criminis ſuperauit. reus igitur factus à Libone trib. pl. die dicta venit in iudicium vbi cum à tribuno perfidia damnaretur, eiuſque damnationẽ Cato cum nonagenarius eſſet vehementi oratione iuuaret, ſe reum manifeſte confeſſus eſt, nihil enim pro ſe recuſans ſupplicio dignum ſe iudicans, omiſſa ſui cauſa, paruulos eius filios, & nepotem multis cũ lacrymis populo cõmendabat, quæ res adeo commouit oẽs, vt præter opinionẽ abſolueretur, qui omnium conſenſu periturus eſſe videbatur. [De hoc Galba] Quintilianus de inſt. orat. lib. 2. Seruium inquit, Galbã miſeratione ſola, qua nõ ſuos modo liberos paruulos in cõcione produxerat. ſed Galli etiam Sulpitij filium ſuis ipſe manibus circuntulerat elapſum eſſe aliorum monumentis, tum Catonis oratione teſtatum Cic. lib. 1. de orat. Idem Q. Sergiam Galbam, quem hominem probe meminiſſe ſe aiebat, pergrauiter reprehendere ſolebat, ꝙ is L. Scribonio quæſtionem in eum ferentem populi miſericordiam concitaſſet. cum M. Cat. Galbæ grauiſſimus, atque acerbus inimicus aſpere apud P. R. uehementer eſſe locutus, q̃ orationem in originibus ſuis ipſe expoſuit. Reprehendebat igitur Galbam Rutilius, ꝙ is C. Sulp. Galli ſui ꝓpinqui ſui Q. Pupilium filium ipſe pene in humeros ſuos extuliſſet, qui patris clariſſimi, & recordatione, & memoria fletum populo moueret & duos filios ſuos paruos tutelæ pupilli cõmendaſſet, ac ſe tanquam in promptũ teſtm̃ faceret ſine libera, atque tabulis P. R. tutorem inſtituere dixiſſet illorum vrbitati, itaque cũ inuidia, & odio populi, tum Galba premeretur, bisq; eum tragœdijs liberatum ferebat. Quod item, apud Catonem ſcriptum eſſe video, niſi pueris, & lacrymis vſus eſſet, pœnas eum daturũ fuiſſe. Hæc Rutilius valde uituperabat. & huic humilitati dicebat, vel exilium fuiſſe, uel mortem anteponendam. [Luſitanorum] Luſitania pars eſt Hiſpaniæ, quæ nunc, vt quidam volunt, portugallia dicitur [In origenes retulit] In libro, qui inſcribitur de originibus. [Mitigata concionis] Mitigato populo nam tria ſignificat populum, orationem, & locum.] Illam quæſtionem] Inquiſitionem & cauſam, texit miſericordia, non æquitas.

CVm Sergius Galba increparetur uehementer à Libone trib. pl. pro roſtris] .i. ante roſtra, unde ad populum ſermo fieri ſolebat, ꝙ ipſe Galba prætor cũ eſſet prætor in Hiſpania intermiſſet magnã manum. i. multitudinẽ bellicam. [Luſitanorũ, fide interpoſita]. i. quos in deditionem receperat, data fide de ſalute eorum, & M. Cato vltimæ ſenectutis ſubſcriberet. i. aſtipulatur, & aſſenſum præberet actioni tribunitiæ. i. ipſius tribuni in Galbã. oratione ſua q̃ retulit. i. ſcripſã reliquit in orginem. i. in opere, quod ſcripſit de origine rerum Italicarum, reus ſ. Galba.] Iam nihil]. i. nullum genus ſupplicij recuſans pro ſe flens cœpit commendare. ſ. populo paruulos ſuos, & filium Galli. ſ. Sulpitij, coniunctum. ſ. ſibi ſanguine, quia nepotem ſuum, & concione mitigato ex facto. i. tanta humiliatione Galbæ, is ſ. Galba, qui periturus erat conſẽſu omnium. i. nullũ. i. non vllum, non habuit ullum ſuffragium. i. vocum, populi. triſte. i. faciens contra ſe. [Ergo miſericordia, non æquitas texit illam quæſtionem]. i. actionem per inquiſitionem, q̃m abſolutio quæ nequiuerat tribui innocentiæ data eſt reſpectu piorũ puerorum. Iniq; tamen data videtur, Nam miſericorditer agendo cum pueris impie actum eſt cum Luſitanis tam impie trucidatis, præſertim cum liberos eius alia via iuuare poterant.

Ascen.

DE A. GABINIO.

AVLVS Gabinius in maximo infamię ſuę ardore ſuffragijs populi C. Memmio accuſatore ſubiectus, abruptę eſſe ſpei videbatur, quoniam & accuſatio partes ſuas plene exhibebat, & defenſionis prꝗſidia inualida fide nitebantur, & qui iudicabant ira perciti, pœnam hominis cupide expectabant. Igitur lictor, & carcer ante oculos obuerſabantur, cũ interim omnia iſta propitię fortunę interuentu depulſa ſunt. * filius nanque Gabinij Ciſenna, cõſternationis impulſu, ad pedes ſe Memmij ſupplex proſtrauit, inde aliquod fomẽtum procellę petens, vnde totus impetus tẽpeſtatis eruperat, quem truci vultu à ſe victor inſolens repulſum, excuſſo è manu annulo humi iacere aliquãdiu paſſus eſt Quod ſpectaculum fecit, vt Lęlius trib. pl approbantibus cunctis, Gabinium dimitti iuberet, ac documentum daretur, neque ſecundarum rerum prouentu inſolenter abuti, neque aduerſis propere debilitari oportere. idque proximo exemplo ęque patet.*

* Cic. li. 4 ad At. & li. 3. ad Q. F. ſæpe Dion. li. 39.

* De Siſenna Diõ. lib. 39.

Conſentaneum

Oliv. CONSENTANEVM quod ſequitur A. Gabinius in maximo ardore infamiæ fuit] Corruptos videlicet exercitu vel verius vendito Ariobarzani, quo Ptolemæum reduxerat in regnum, vt ſupradictum eſt, ſed potius pecuniarum repetundarum hoc loco, nam de maieſtate, cuius, cum Lentulus flaminis filius poſtulauerat, abſolutus eſt, vt ait Cic. ad Att. & paulo poſt eſt omnino graui fama hoc iudicium, vt videatur reliquis iudicijs periturus reliquis iudicijs, videlicet de ambitu, cuius eum publium Syllam reum fecit in petitione conſulatus, & repetundarum, de quibus nondum poſtulatus erat, hoc in præfura Syriæ factum intelligamus, Nam de Syrijs eſt ſenatus datus frequens, vt idem Cic. aut frequẽtes quaſi Syriaci publicani vehementer vexatus Gabinius exagitaret, tamẽ à Domitio publicanis, q̃ eum eſſet cum æquis profectum. De Gabinio idẽ Cic. ita ſentit, in ſenatu, cum de prouincijs conſul diceret Syriã ipſe conſul vt Piſo Macedoniam occuparet, inquam eius interfuit huiuſmodi, vt rex Ariobarzanes ipſum ad cædem faciendã conduceret, adueniens in Syriam equitatum admitteret, cohortes poſtea conductæ ſunt, publicanos propè in ſeruitutem Iudæis, & Syrijs traderet nam ius publicanis non dixit, pactiones ſine iniuria facta reſcidit, cuſtodias ſuſtulit, vectigales multos, ac ſtipendiarios liberauit, quo in oppido ipſe eſſet, aut quo veniret publicanum, aut publicani ſeruũ eſſe vetuit Gab. in Syria diutius eſt, Semiramis illa retinenda inquit, cuius nec prouinciam eiuſmodi, vt rex Ariobarzanes conſulem noſtrum ad eandẽ faciendam, tanquam aliquam Thracem conduceret. deinde aduectus in Syriam, primum equitatus habuit interitum poſtea conciſæ ſunt optimæ cohortes. Igitur in Syria imperatore illo nihil aliud videlicet actum eſt, niſi pactiones pecuniarũ, cum tyrannis deciſiones, direptiones, latrocinia, cædes, cum palam P. R. imperator inſtructo exercitu dextram tendens, non ad laudem milites hortaretur, ſed omnia ſibi empta, & emẽda eſſe alamaret infamiæ ardore [Magna illi infamia orta eſt] Quòd prouinciam Syriam expilaſſet vnde Cic. an in Syria, inquit diutius eſt Semiramis illa retinenda? [Abruptæ ſpei] Fractæ, & debilitatæ ſpei neque enim ſpes vlla ſibi ſubeſſe videbatur. [Inualida fide] Infirma fide, quia nulla fides eius defenſoribus dabatur, iudices præterea vehementer irati, cupiebãt eius damnationem. [Conſternationis impulſu] Qui vbi vidit patrẽ damnatũ iri, ſic mente conſternatus eſt, vt amens propemodum videretur. [Aliquod fomentum procellæ] Tranſlatio ſumpta à tempeſtate, vnde totius impetus, quia ipſe actionem vitam ſuſceperat, Gabinij vitam in diſcrimen adduxerat [Eruperat] Quaſi cũ impetu exierat. [Et documentum dareiur] Exemplum inquit ſtatuit Lęlius, ne quis ſe nimium ſecundis extollit, ne ve aduerſis deprimat, nam vt inquit Seneca, nemo confidat nimium ſecundis, nemo deſperet meliora lapſis.

Ascen. CONſentaneum] .i. conforme ſuperiori eſt, quod ſequitur. A. Gab ſubiectus ſuffragijs .i. vocibus ad libitum dandis. P.ſ.R. in maximo ardore infamiæ ſuæ .i. cũ ad infamiam eius ardentiſſime procederetur, Cato Memmio accuſatore, videbatur eſſe ſpei abruptæ .i. deſtitutæ, quoniam, & accuſatio ex habebat plene partes ſuas .i. debitum ſuum, & præſidia defenſionis nitebantur .i. ſuſcipiebantur fide inualida, & ſup. ij. qui iudicabant. expectabãt cupide pœnam .i. punitionem hominis .ſ. de quo loquimur, hoc eſt Gabinij, ita præcipuum .i. vehementi, & ſubito urgenti. [Igitur, lictor] .i. miniſter publicus. & carcer, & ſupplicium obſeruabantur .i. occurrebãt ante oculos .ſ. Gabinij, cum interim omnia iſta. Lictor, carcer ſuppliciũ (quod quidam non habent, ſed quia de tribunis diximus omne, habendum puto) depulſa ſunt interuentu fortunæ propitiæ. Filius namque Gabinij Siſenna .ſ. nomine, impulſu conſternationis .i. ex impetu mentis conſternatæ de patris periculo, proſtrauit ſe ad pedes Memmij .ſ. accuſatoris ſupplex .i. ſe ad genua eius plicans, petẽs aliquid ad fomentum .i. ſuſtentamentum procellæ .i. contra turbationem illam (Cum fomentum ſit, quo res fouetur, & non videtur uelle procellam fouere, obſcura cenſetur locutio, nam aptius quadraret ſopimentum, aut ſeboc illamentum, aut ſedamentum procellæ, niſi ſit fomentum .i. ſuſtentamentum ſalutis paternæ, procellæ .i. contra procellam) petens dico, inde .i. ab eo, uidelicet Memmio, unde totius impetus tempeſtatis .i. uexationis paternæ eruperat, quẽ .ſ. filium uictor inſolens .i. immoderato uictoriã ſuam ferẽs Memmius, paſſus eſt repulſum à ſe uultu .i. truculento iacere humi aliquãdiu, & hoc annulo excuſſo ea manu dubium eſt, an ea manu victoris dum ſic filium repelleret, an ex manu filij, ſed quia addidit ſtatum poſt repulſum uidetur, de filij annulo loqui, cum tñ vero ſimilius ſit accu-

ſatorem, quàm ſupplicem annulis ornatum. vnde Iuuen. oſtendit etiam conductis annulis vt pluris agerent ſua tempeſtate egiſſe dicens, Conducta paulus agebat, Sardonice, &c quo circa malim de accuſatoris annulo intelligere. [Quod ſpectaculũ] .ſ. tam miſerabile, fecit, vt Lęl trib. pl. iuberet, Gab. dimitti .i. abſolui, cunctis .ſ. Rom. qui aderant approbantibus .ſ. iuſta Lęl. ac ſup. fecit, ut ſup. exemplum daretur, neque oportere .i. decere .ſ. quenquam abuti inſolenter .i. ſuperbe prouentu rerum ſecundarum, neque debilitari propere .i. feſtinãter aduerſis ſup. rebus idque, & id. patet æque æqualiter ex emplo proximo

DE APPIO CLAVDIO.

APPIVS *Claudius neſcio religionis maior, an patriæ iniuria, ſiquidem illius vetuſtiſſimum morem neglexit, huius pulcherrimam claſſem amiſit, infeſto populo obiectus, cum effugere debitam pœnam nullo modo poſſe crederetur, ſubito cohorti imbris beneficiorum tutus finit à dãnatione. diſcuſſa enim quæſtione aliam velut dijs interpellantibus, de integro inſtaurari non placuit. Itaque cui maritima tempeſtas cauſæ dictionem contraxerat, cœleſtis ſalutem attulit.

*Li.1.c.4.condẽnatum ſeci. Cic. lib. 2. de nat. deo.

Oliv. APPIVS Claudius] L. Clau. pulcher cõſul. inquit, qui cõtra auſpicia profectus iuſſit immergi pullos, qui cibari nolebant, Infeliciter Carth. Claſſe pugnauit, & reuocatus à ſenatu, iuſſusq; dictatorem C. Glanciam dixit ſordis vltime hominem, qui coactus abdicare ſe magiſtratu, poſtea ludos prætextatus ſpectauit, Suet. in vita Tyb. Claudij. Clau. inquit pulcher apud Siciliam non paſcentibus, non auſpicato pullis, ac per contemptum religionis mari demerſis, quaſi ut biberent, qñ eſſe nolunt, prælium nauale iniji, ſuperatusque, cum dictatorem dicere à ſenatu iuberetur, uelut iterum illudens diſcrimini publico, Glanciam uiatorem ſuum dixit Valer. aliter ſentire uidetur, non ab hoſte ſuperatam fuiſſe claſſem Clau. imperatoris, ſed pp contemptam religionem ſpretis .ſ. auſpicijs, tempeſtate amiſſam itaque cum ei dies dicta eſſet ad populum, quũ religionem cum maxima P.R. clade ſpreuiſſet, & in eo eſſet, ut damnaretur, Subita cœlo demiſſa tempeſtas, damnationẽ illam excuſſit, & Appiũ liberauit. [Maior an iniuria religione] Quod contra omnia nauigauit. [Vetuſtiſſimum morem] Maiores. n. ut ſupra dictum eſt, nihil gerebant, niſi prius captatis auſpicijs. [Obiectus] Ordo eſt. App. Clau. infeſto populo obiectus neſcio maiorem iniuria religionis, an patriæ. [Tutus fuit] Imber enim diuerſum egit populum, ita, ut à damnatione illa amoueretur. [Dijs interpellantibus] Dijs prohibentibus.

Ascen. APpius Claudius neſcio] An ſup. exiſtens maior iniuria religionis, an patriæ. ſiquidẽ ipſe neglexit uetuſtiſſimũ morẽ, illius .ſ. religionis (quæ erat in auſpicijs captandis, & omnibus obſeruãdis, & ad genus miſeris ſuperſtitionibus implicata ipſe aũt contra omnia nauigauerat) & amiſit pulcherrimam claſſem huius .ſ. reip. obiectus .ſ. ab accuſatore populo infeſto, cũ crederetur nullo modo effugere pœnas debitã. [Fuit tutus] .i. protectus à dãnatione, beneficio imbris cohorti ſubito .i. ex improuiſo Enim pro quia, quæſtione .i. diſceptatione de cauſa eius diſcuſſa .i. interrupta, ſemel non placuit, .ſ. populo, aliam ſup. quæſtionẽ inſtaurari .i. inſtar prioris fieri de integro, uelut Dijs interpellãtibus .i. perinde, ac ſi Dij interpellaſſent, & impediuiſſent eius cauſæ peroronem [Itaque cui] .ſ. Appio tẽpeſtas maritima .i. in mari orta, cõtraxerat dictionẽ cauſę .i. neceſſitatem purgãdi ſe in iudicio, & ſup. tẽpeſtas cœleſtis .i. aerea, hoc eſt imber de cœlo ortus attulit, ſalutem .i. euaſionẽ damnationis.

DE TVCIA VIRGINÆ DEÆ VESTÆ.

EODEM *auxilij genere Tuciæ virginis Veſtalis inceſti crimine reæ caſtitatis, infamiæ nube obſcurata emerſit, quæ conſcia certe ſinceritatis ſuæ ſpem ſalutis ancipiti argumento petere auſa eſt. arrepto enim cribro, Veſta, inquit, ſi ſacris tuis caſtas ſemper admoui manus, effice, vt hoc hauriam ex Tyberi aquam, & in ædem tuam perferam audacter, & temere iactatis votis ſacerdoti, rerum ipſa natura ceſſit.

*Plin. li. 28. ca. 2

OLIV. EODEM auxilij genere], Tucia Veſtalis virgo falſo crimine inceſti ſuſpecta, eodem auxilij genere emerſit, quo ſoporius Appius. Nam cum ſuæ ſinceritatis cõſcia foret, nouo auxilij genere ſalutem ſuam tutata eſt ſumpto enim cribro Deam Veſtam propalam præcata eſt, vt ſibi liceret haurire e Tyberi aquam, & eandem ad ſacros ignes perferre, ſi ſibi pudicitia conſtaret, quod etiam factum eſt. Nam vt inquit Vicentinus poeta Tucia caſta fuit, ſed non eſt credita namque, Simul atque ſenſit palmas ad ſydera tollens. Diue diua iam tibi caſta negor. Si rea ſum populo me nunc ſpectãte miniſtra. Signa quibus noſcar ſi tibi caſta fui. Dixit & arrepto Tyberis in litore cribro, ipſa manu pura fluminis hauſit aquam. Quam ſimul immota nullo ve foramine lapſam. Pertulit ad ſanctos virginitate focos, &c. quæ ſequũtur. [Temere] Sine ratione, quia nulla erat ratio vel cauſa, cur aqua per rimas cribri non flueret. [Ipſa rerũ natura] Aquæ natura liquida eſt, & per tenuiſſimas rimas defluens, quod in voto Tuciæ minime factum eſt.

ASCEN. EOdem, &c.] Caſtitas Tuciæ virginis Veſtalis reæ. i. accuſatæ criminis inceſti obſcurata nube infamiæ, emerſit. ſ. de profundo malorum eodem genere auxilij. i. cœleſtis, non tamen per pluuiam, ſed per aquam Tyberinam. [Quæ]. ſ. Tucia conſcia certæ ſinceritatis. i. integritatis ſuæ, aut ſinceritatis. i. puritatis (vnde notum eſt conſcium etiam de bono dici, vt, & mens ſibi conſcia recti) auſa eſt petere ſpem ſalutis argumento. i. approbatione ancipiti. i. dubij euẽtus, ſed mirabilis fidei, vt merito erubeſcamus, qui tam modicæ fidei ſæpe inuenimur (Verum quæſtio oriri poſſet, qua vi ſequens miraculũ contigerit, an diuina, quæ caſtitatis amatrix etiam gentiliũ mercedẽ caſtæ vitæ reprehendere voluerunt, an diabolica, id ob alia, aut aliorum peccata potente vi in ſolita ſuperſtitione diutius detineret. Nam potuit vis illa occulta aquam intra cribrum immo eam continere, quæ nouit ſemen virile ad generationem transferre) Enim pro quia, cribro. i. inſtrumento illo crebris foraminibus, arrepto. ſ. in manus, inquit, ò Veſta, ſi ego admoui ſemper ſacris tuis manus caſtas, efficere, vt hauriã, hoc. ſ. cribro aquam ex Tyberi, qui Romam præterlabitur fluuius, & perferam in ædem. i. fanum tuum. [Votis iactatis] . i. iactantes emiſſis audacter, & temere, ipſa natura rerum, quæ fecit aquam liquidam, ceſſit ſacerdoti, quia ad vota illius aqua in cribro manſit.

DE LVCIO PISONE.

ITEM L. Piſo à L. Claudio Pulchro accuſatus, quòd graues & intollerabiles iniurias ſocijs intuliſſet, haud dubiæ ruinę metum fortuito auxilio vitauit. nanque per idipſum tempus, quo triſtes de eo ſententiæ ferebantur, repentina vis nimbi incidit, cumq; proſtratus humi pedes iudicium oſcularetur, os ſuum cœno repleuit, quòd conſpectum totam quæſtionem à ſeueritatẽ ad clementiã, & manſuetudinem tranſtulit, quia ſatis iam graues eum pęnas ſocijs dediſſe arbitrati ſunt, huc deductum neceſſitatis, vt abijcere ſe tam ſuppliciter, aut attolere tam deformiter cogeretur. Subnectam duos accuſatorum ſuorum culpa abſolutos.*

* Cõcionem.

OLIV. Piſo à Claudio Pulchro accuſatus. ITEM L. Piſo]. L. Piſo accuſatus iniuriarum cõtra ſocios, Macedoniam Piſo conſul occupauerat, in qua ita ſe geſſit vt exercitum amitteret, Barbaris infeſta omnia redderent, Arheos ſibi ingentem pecuniam pendere cogeret, Vectigal, ac portorium dyrrachinorum in quæſtum ſuum verteret, bizantinorum vrbem hoſtilem in modum vexaret nobiliſſimas etiam virgines fama erat ſe in puteos adieciſſe, & morte voluntaria neceſſariam turpitudinem depuliſſe. [Dubiæ ruinæ metũ] Timebat enim quorſum tẽderet populi iudicium. [Nimbi] Nimbus dicitur ventus cum pluuia. [Totam quæſtionem]. i. inquiſitionem. Alij legunt cõcionem. [Huc deductum neceſſitatis]. i. ad neceſſitatem coactum. [Abijcere ſe tam ſuppliciter] Vt humi proſtratus iudicium pedes oſcularetur.

ASCEN. ITem L. Piſo accuſatus à L. Clau. Pulchro, quod, intuliſſet ſocijs. ſ. Romani imperij intollerabiles iniurias vitauit auxilio fortuito. i. à caſu orto, metum ruinæ haud dubiæ. i. certæ. Nanque repentina vis nimbi. i. imbris incidit. ſ. in populum ſtãtem pro roſtris per ipſum tempus, quo triſtes ſententiæ ferebantur de eo, cumq; ipſe proſtratus humi oſcularetur pedes iudicum, ipſe repleuit os ſuum cœno, quod. ſ. factum eius, aut cœnum in ore conſpectum. ſ. à populo, tranſtulit. i. tranſmutauit totam quæſtionem, i. inquiſitionem eius à ſeueritate ad clementiam, & manſuetudinem, quia arbitrati ſunt. ſ. qui id viderant, eum dediſſe iam ſocijs ſatis graues pęnas deductũ huc neceſſitatis. i. ad hanc neceſſitatem, vt cogeretur abijcere ſe tam ſuppliciter, ſcilicet ad pedes iudicum, aut attollere tam deformiter. ſ. deformata facie cœno. [Subnectam]. ſ. ſuperioribus caſu abſolutis, duos abſolutos culpa accuſatorum ſuorum.

DE Q. FLAVIO.

Q. Flauius à C. Valerio ædile apud populum reus actus, cum quatuordecim tribuum ſuffragijs damnatus eſſet, proclamauit ſe innocentem opprimi, cui Valerius æque clara voce reſpondit, nihil ſua intereſſe, nocens ne, an innoxius periret, dum modo periret, qua violentia dicti reliquias tribus aduerſario donauit. Abiecerat inimicum, eundem, dum pro certo peſſundatum credidit, erexit, victoriamq; in ipſa victoria perdidit.

Q. Flauius reus actus] Hunc fimbriam fuiſſe cõijcimus, quem ſæuiſſimum legimus, quippe Cinnæ ſatellite, qui poſtea Val. Flacco conſule, legatus in Aſiam profectus per ſimulationem dimiſſus, corrupto exercitu ducẽ interficiendum curauit. ipſe correptis faſcibus prouinciã ingreſſus, Mithridatum Pergamo expulit Ilion, vbi traditus portæ aperiebantur incendi iuſſit, & populi viſceratio à Mar. Flauio data in funere matris, erant qui per ſpeciẽ honorandæ parentis meritam mercedem populo ſolutam interpretarentur, quod cum die dicta ab ædilibus crimine ſtupratæ matrisfamilias abſoluiſſet. [Tam nocens] Quàm innocens, dicitur, cuius res agitur. [Abiecerat] Dicit quõ abſolutus eſt Flauius accuſatoris culpa. [Reliquas tribus] Quæ vna ex viginti ſtabant. [Perdidit] Qua tanta dicti violentia, reliquas tribus in ſuum odium attraxit. OLIV.

Q. Flauius actus reus]. i. accuſatus à C. Val. ædile apud populum, cum eſſet damnatus ſuffragijs 14. tribuum ex 35. proclamauit ſe opprimi innocentem. Cui Val. reſpondit, voce æque clara, nihil intereſſe ſua, ne pro eo periret nocens, an innoxius dummodo periret, quia violentia dicti, ipſe donauit aduerſario. i. ad defenſionem eius, reliquas. ſ. 21. tribus. Val. ſup. abiecerat. i. vicerat iam inimicum, & erexit eundẽ dum credidit pro certo peſſundatum, & perdidit victoriam in ipſa victoria. i. inſolenter loquendo ob iam ferè partam victoriam. ASCEN.

DE CAIO COSCONIO.

CAIVS etiam Coſconium Seruilia lege reum, propter plurima, & euidentiſſima facinora, ſine vlla dubitatione notem Valerij Valentini accuſatoris eius recitatum in iudicio carmen, quo puerum prętextatum, & ingenuam virginem à ſe corruptam poetico ioco ſignificauerat, contexit, ſiquidem iudices iniquum rati ſunt, eum victorem dimittere, qui palmam non ex alio ferre, ſed de ſe dare merebatur. Magis ergo Valerius in Coſconij abſolutione damnatus, quàm Coſconius in cauſa ſua liberatus eſt.

CAIVM etiam Coſconium] Lege ſeruilia reum repetundarum. Nam apud Aſconium Pedianum, ſic legimus. Q. Seruilius Cæpio cum iudicia penes equeſtrem ordinem eſſent, & P. Rutilio damnato, nemo tam innocens eſſet, vt non illam timeret. Q. Seruilius Cæpio, Scaurũ ob Aſiaticæ legationis inuidiã, & aduerſus legem pecuniarum reũ fecit repetundarum, lege, q̃ tulit Seruilius, ne quis. ſ. legatus pecuniã acciperet, ſicut Scaurus acceperat, & hunc Coſconium accepiſſe intelligimus. Puerũ prætextatum] Puerum nobilẽ, nam prætexta nobiles vtebantur, q̃ teſte Macr. primus T. Hoſtilius rex Rom. tertius debellatis Hetruſcis, vt Romæ haberetur inſtituit, ſed prætextam illo ſæculo puerilis non vſurpabat ætas. At poſtea Tarq. Demarati exulis filius Priſcus, rex Quintus à Romulo de Sabinis triumphans, filium ſuum annos 14. natum, quòd OLIV. Coſconius lego ſeruilia ſe*.

in bello

in bello hoſtem manu percuſſerat, pro cõcione laudauit, & prætexta donauit, hic deductus, mos, vt prætexta in vſum puerorũ nobilium vſurparetur. eſt aũt prætexta toga, cui purpura prætexitur. [Poetico ioco] More poetarum verſibus ludentium. [De ſe dare] quia etiam adoleſcentem flagitijs ſuperabat in ſua cauſa. Nam nunquam abſolutus fuiſſet Coſconius, niſi obſcœnitas accuſatoris iudices perturbaſſet.

Ascen. CAium, &c.] Ordo incipiendus eſt ab obliquo propter relatiuum eius ſic. Caium etiam Coſconium reũ lege ſeruilia i. repetundarum nocentem propter facinora ideſt facta iniqua, plurima, & euidentiſſima ſine vlla dubitatione, carmẽ. ſ. lubricum Valerij Valentini accuſatoris eius recitatum in iudicio, quo. ſ. carmine Valẽtinus ſignificauerat ioco poetico (quia poetæ ſæpe laſciuè ludunt dũ caſtè viuunt, vnde Catullus. Nam caſtum eſſe decet poetam ipſum, Verſiculos nihil neceſſe, &c.] Puerum prætextatum. i. ingenuũ, & nobilem, & virginem ingenuam corruptã à ſe, contexit. i. protexit. Si non eſſet is ordo, eſſet carmen Val. &c. contexit Caium Coſc. &c. Siquidẽ iudices rati ſunt, iniquum ſup. eſſe dimittere eum. ſ. Valeriũ valentem victorem ſ. in lite, qui merebatur non ferre palmã. i. victoriã ex alio, ſed dare ſup. alio de ſe. Ergo Valerius. ſ. accuſator eſt magis damnatus in abſolutione Coſconi q̃ Coſconius liberatus eſt in cauſa ſua. Non enim propter innocentiam ſuam, ſed propter accuſatoris turpitudinis ſuæ confeſſionem abſolutus eſt.

DE A. ATTILIO CALATINO.

ATTINGAM eos quoque, quorũ ſalus proprijs obruta criminibus, proximorũ claritatis donata eſt. A. Attiliũ Calatinum Soranorũ oppidi proditione, reum admodũ infamẽ, imminẽtis damnationis periculo Q. Maximi ſoceri pauca verba ſubtraxerunt, quibus affirmauit, ſi in eo crimine ſontẽ illũ ipſe cõperiſſet, direpturũ ſe fuiſſe affinitatem. continuo enim populus penè iam exploratam ſententiã ſuam vnius iudicio conceſſit, indignum ratus eius teſtimonio non credere, cui difficilis reip. temporibus, bene ſe exercitus crediſſe meminerat.

Oliv. ATTINGAM eos quoque] Dicturus Val. de his qui cũ nocentes eſſent maiorum ſuorum claritate ſeruati ab A. Attilio Calatino ſumpſit exordium, qui cum Soræ oppido præeſſit bel. punico, quo tempore Hannibal Italiam vaſtauit, & illius oppidi ciues ad Hannibalem defeciſſent, ſuſpitio fuit id Calatini conſilio factum, in iudicium itaque Calatinus rapitur, nec dubium erat, quin ab infeſto populo damnaretur, niſi pauca Q. Fabij Maximi verba iudicialem illum impetum propulſaſſent. De hoc autem Attilio ſuperius diximus in cap. de iure triumphandi. [Direpturum] Abrupturum affinitatem per diuortium enim filiam ſuam ei dempſiſſet. [Exploratam ſententiam] Quia propter euidens crimen fuit penè certa ſententia. [Difficillimus reip.] Tẽporibus propter ingentes Rom. clades. [Bene ſe crediſſe] Optime ſe commiſiſſe. hic enim Fabius eſt, de quo Ennius, vnus homo nobis cunctando reſtituit rem, qui trahendo bellum, & exercitum Rom. ſeruauit, & vires Hannibalis debilitauit.

Ascen. ATtingam (Nouam ſpeciem abſolutorum aggreditur, vnde paucis continuationem præmittit) quoque. i. etiam eos quorum ſalus obruta. i. immenſa proprijs criminibus, eſt donata. i. remiſſa claritati. i. ob claritatem proximorũ. ſ. ſanguine, aut affinitate pauca verba Quinti Maximi ſoceri. i. patris vxoris Attilij Calatini. i. ſubtraxerũt periculo damnationis imminentis Aulum Attilium. Calatinum reum proditione oppidi Soranorum infamem admodum. i. valde, aut vſque admodum. i. menſuram, quæ ſatis ſit ad eius condemnationem. Quibus ſup. verbis Q. Maximus affirmauit, ſi ipſe inueniſſet illum, ſcilicet Calatinum ſontem. i. culpabilẽ eo crimine, ſcilicet proditionis ſe fuiſſe direpturum. i. diſſipaturum, aut directurum. i. ſeparaturum affinitatem. ſ. cõtractam cum reo, Enim pro quia, populus conceſſit continuo ſententiam ſuam iam penè exploratam. i. certam, & compertam iudicio vnius. ſ. viri ratus indignum ſup. eſſe nõ credere teſtimonio eius, cui exercitus meminerat, crediſſe. i. protegendum commiſiſſe ſe bene. i. curè temporibus reip. difficillimis.

DE M. ÆMILIO SCAVRO.

*MARCVS quoque * Aemilius Scaurus repetundarum reus, adeo perditam, & comploratam defenſionem in iudicium attulit, vt cum accuſator diceret, lege ſibi centum atque viginti hominibus denunciare teſtimonium licere, ſeq; non recuſare, quo minus abſolueretur, ſi totidem nominaſſet, quibus in prouincia nihil abſtuliſſet, iam bona conditione vti non potuerit, tamen propter vetuſtiſſimam nobilitatem, & recentem memoria * patris, abſolutus eſt.* *Aſcon. in Oratione p M. Scau. *Pli. de viris il.

Oliv. Scaurus repetundarum reus. MARCVS quoque Aemilius Scaurus repetundarum reus] M. Scaurus M. Scauri filius, qui princeps ſenatus fuit vitricum habuit Syllam, quo Victore, & munifico in ſocios victoriæ, ita abſtinẽs fuit, vt nihil donari ſibi voluerit, neque ſub haſta emerit, ædilitatem ſumma magnificẽtia geſſit, Adeo vt in eius impenſas opes ſuas abſumpſerit, magnumq; æs alienum contraxerit, ex prætura prouinciam Sardiniam obtinuit, in qua, nec ſatis continenter ſe geſſiſſe exiſtimatus eſt, & valde arroganter, quod genus morum in eo paternum videbatur. Cum cætera induſtria nequaquam eſſet par, erat tñ aliqñ inter paternas cauſas, hic cum ad conſulatũ ad 3. calendas quintiles Rom. veniſſet, quærẽtibus de eo Sardis à P. Vatinio adoleſcente parato ad dicẽdum, & notæ induſtriæ filio eius, qui in Sardinia contra M. Catonem repetundarum, ut in actis ſcriptũ eſt pridie nonas quintiles defenderunt Scaurum ſex patroni, cũ ad tempus raro quiſquam pluribus uteretur. q̃ quatuor fuerũt aũt hi ſex Clod. pulcher. M. Marcel. M. Claud. M. Cic. M. Meſſala niger Q. Hortenſius, ipſe quoq; Scau. dixit pro ſe, ac magnopere iudices mouit ſqualore, & lacrymis, & ædilitatis effuſæ memoria, & fauore populari, & præcipuæ paternæ auctoritatis recordatione. [Repetundarum] Dicimus. n. repetundarum, & de repetundis [Cõploratam] Tranſlatio ſumpta ab his, qui mortuos lugent, qui cum actum de eis vident, dicunt poſt conclamationem, comploratum eſt.

MArcus quoque Aemilius Scaurus, reus repetundarum] i. pecuniarum à ſocijs in prouincia ablatarum, & ipſi repetitarum, attulit in iudicium defenſionem adeo perditam, & comploratam. i. diſperatam de euaſione (ſicut comploratı homines. nullam ſpem vitæ habet, cum manifeſte ſint mortui) adeo dico, vt cum accuſator diceret, licere ſibi lege. i. per legem denunciare teſtimonium centum, atque 20. hominibus, & ſe ſcilicet accuſatorem non recuſare, quo minus. i. vt non hoc eſt, vt reus non abſolueretur, ſi nominaſſet totidem, quibus nihil abſtuliſſet in prouincia, non potuerit vti tam bona cõditione i. oblata, vt. ſ. centũ, & 20. ſe nullam iniuriã paſſos nominare poſſe, tamen abſolutus eſt, propter vetuſtiſſimam nobilitatem. ſ. maiorum ſuorum, & propter recentem memoriam patris. Ascen.

DE COTTA.

*SED * quemadmodum ſplendor ampliſſimorum virorum in protegendis reis plurimum valuit, ita opprimendis non ſane multum potuit, quinetiam euidenter noxijs, dũ eos acrius impugnauit, profuit: L. Scipio Aemilianus Cottam apud populum accuſauit, cuius cauſa quamuis grauiſſimis criminibus erat confoſſa ſepties ampliata, & ad vltimum octauo iudicio abſoluta eſt, quia homines verebantur, ne præcipue accuſatoris amplitudini damnatio eius donata exiſtimaretur. Quos hæc ſecum locutos crediderim, nolumus caput alterius petentem, in iudicium triumphos, & tropæa, ſpoliaque, ac deuictarum nauium roſtra deferre, terribilis ſit is aduerſus hoſtem, ciuis vero ſalutem; tanto fulgore gloriæ ſubnixus, ne inſequatur. Tam vehementes iudices aduerſus excellentiſſimum accuſatorem, quàm mites in longe inferioris fortunæ reo.* * Cic. Ver. 1. & pro Mur.

Oliv. SED quemadmodum] Ampliſſimorum virorũ, vt Fabij, & Scauri ſuperius commemorati. [Non ſanè multum potuit] Narrat Val. quòd accuſatorum amplitudo peccantiũ

cauſis aliquando poſuerint. Cum enim videret P. R. multos in dies accuſatores inſurgere potentia ſua fretos, nō eſt paſſus imbecilliores à maioribus opprimi L. Scip. Cottam accuſauit hūc Cottam Gracchanæ ſeditionis fautorē intelligimus, cui Scip. acerrime reſtitit, vt apud Plut. in T. & C. Graecorum vita manifeſtiſſime patet. Nā Aurelius Cotta aliquot poſt annus prætor, iudicia ad equites Romanos trāſtulit hunc igitur Cottam, cum L. Scipio infamatum in iudicium pertraxiſſet, & multis in grauiſſimis criminibus afflictum eo perduxiſſet, vt dānaretur, octauo iudicio illum populus liberauit, ne eius damnātio accuſatoris amplitudini donata exiſtimaretur. [Confoſſa] Afflicta, conuicta, tranſlatio à gladiatoribus ſumpta, qui ſibi inuicē vulnera inferunt. [Ampliata] Inter comprehendi nationem, & ampliatam cauſam hoc intereſt. Comperendinatio eſt, cum altera tantum partium petit, vt in alium diem iudicium differatur, eo quod dicat iudices cauſam non probe tenere. Ampliata vero cauſa eſt, cum cauſa intellecta, ſi iuſta eſt, reus confeſtim abſoluitur, ſi mala eſt, non ſtatum damnatus, ſed in aliud tempus defertur, & in tabulis, ſi ſcriptum erat A. Abſolutionem factā eſſe ſignificatur. Si vero D. damnaturum reum eſſe intelligebāt, ſed differebant, in tabulis imprimebantur N & L. id autem ſignificat non liquere. [Triumphos, & Trophæa] Triumphus plenæ victoriæ decernebatur, vtpote debellatis hoſtibus, Trophæū veto ſemiplenæ, vt fuſis, atque fugatis

Scipione Naſica accuſatus.

Ascen. S Ed quemadmodum] Paraſceue eſt ad aliud mēbrum eiuſdem tituli { ſplendor ampliſſimorum virorum valuit plurimum in protegendis reis, ita non ſatie multum. i. parum potuit in opprimendis . ſ. reis , quinetiam. i. inſuper profuit noxijs. i. ſontibus euidēter, dum impugnauit eos acrius. i. ardētius, quàm deceret. Lucio Scipio Aemilianus accuſauit Cottā apud populum cuius]. ſ. Cottæ cauſa quamuis erat confoſſa i. afflicta grauiſſimis criminibus, ampliata ſepties i. dilata in aliud tempus ad dānationem eius magis opportunum, abſolutum eſt ad vltimum iudicio octauo. i. poſt ſeptem ampliationes, quibus tacite damnata fuerat, quia homines vtebantur, ne dānatio eius ſcilicet Cottæ, exiſtimaretur donata præcipue amplitudini accuſatoris. ſ. Lucij. Scip. hoc eſt, ne diceretur, q eum potius damnaſſet ob gratiam accuſatoris, q̄ ob crimen damnati. [Quo]. ſ. homines ego crediderim. i. facile putauerim locutos ſupp. fuiſſe ſecum hæc. Nolumus perentem caput alterius deferre ſecum in iudicium triumphos, & trophæa, & ſpolia, & roſtra. i. ferramēta acuta è proris nauium deuictarum & is. i. talis ſit terribilis aduerſus hoſtes. Vero pro ſed , ne inſequatur. i. nolumus, vt inſequatur ſalutem ciuis. ſ. Rom. ſubnixus. i. ſuffultus, tanto ſplēdore gloriæ. ſ. ſuæ. Locutos, inquit ſic crediderim eos tam vehemētes iudices, aduerſus excellentiſſimum accuſatorem, q̄. i. quantum mites reo. i. in reum fortunæ longe inferioris.

DE CALLIDIO BONONIENSI.

CALLIDIVS Bononienſis in cubiculo mariti nocte deprehenſus cum ob id cauſam adulterij diceret, inter maximos, & grauiſſimos infamiæ fluctus emerſit, tanquam fragmentum naufragij, leue admodum genus defenſionis amplexus, affirmauit enim ſe ob amorem pueri ſui eo eſſe perductum. Suſpectus erat locus, ſuſpectum tempus, ſuſpecta matris familiæ perſona, ſuſpecta etiam adoleſcentia ipſius, ſed crimen libidinis, confeſſio interpretantiæ liberauit.

Oliv. CALLIDIVS Bononienſis] Hic eſt Callidius ille, qui calliditate ſua grauiſſimum iudicium effugit. [Cum] Enim manifeſti, propemodum adulterij accuſatus eſſet hoc leui adminiculo aduerſus validiſſima accuſatoris argumenta ſuſtentatus iudicium ſubterfugit, q affirmaret ſe impatientia libidinis pueri ſerui cuiuſdam illic dormientis, in mariti cubiculum eſſe pertractum. [Mariti] Quē honoris gratia non nominat. [Cauſam adulterij]. Neque etiam negare poterat, vtpote qui deprehenſus fuerat. [Leue fragmentum] Ita euaſit, vel emerſit quemadmodum nonnunquam naufragus euadit paruo nauis fragmento hoc eſt tabula. [Suſpectus] Locus à mariti cubiculum. [Tempus] Nocturnum. [Matrisfamilias] Quæ non ſatis pudica foret, ex quo deprehēdi poterat, eam adulterij cauſa iuſſe. [Adoleſcentia] Quæ procliuior in libidinem eſſe conſuerit. [Confeſſio intemperantiæ] Quia confeſſus eſſe propter puerum ſeruum fuiſſe. nam ſi propter ingenuum iuiſſet, damnatus eſſet.

Ascen. CAllidius Bononienſis deprehēſus nocte in cubiculo mariti]. i. cuiuſdām matronæ, cum diceret ob id. i. ob eam ſuſpicionē cauſam adulterij. i. purgaret ſe de adulterio, emerſit, i. euaſit incolumis, inter maximos, & grauiſſimos fluctus infamiæ, amplexus leue admodum genus defenſionis tanquam fragmentū naufragij. i. nauis fractæ, ad quam alludit auctor. Eñ pro quià (interrogatus. ſ. quid in cubiculo alieno quæreret) affirmauit ſe eſſe perductam eo ob amorē pueri. i. puſionis, qui in cubiculo illius dormitabat, quaſi vero honeſtior eſſet turpitudinis nefandæ, q̄ adulteri culpa, certe illius temporibus, quia minor fiebat ciuibus iniuria, leuior eſt iudicata, cū tū grauior fuerit, quando quidem naturalem ſubuerrit ordinē. (Sunt qui habeant pueri ſui, quod ſi eſt, dicemus puerum adulteri in idem cubiculum callide immiſſum, vt ſi deprehenſus forte fuerit eo excuſationis confugeret: Non enim reciprocatio patitur, vt intelligamus ſui. ſ. mariti.) [Locus erat ſuſpectus] Quia cubiculum viri tempus erat ſuſpectum, quia nocturnum perſona matrisfamiliæ, quæ ſola ſolum admiſerat in cubiculū & quæ forte leuibus erat moribus, & adoleſcentia ipſius. ſ. viri, aut forte mulieris erat ſuſpecta, ſed confeſſio intemperantiæ. i. ardentioris amoris in puerum, liberauit crimē libidinis. ſ. adulterinæ,

DE CÆLIIS FRATRIBVS.

*REMISSIORIS * hoc, illud aliquanto grauioris materiæ exemplū. Cum parricidij cauſam duo fratres Cælij dicerent, ſplendido Terracinæ, loco nati, quorum pater Titus Cælius in cubiculo quieſcens, filijs altero cubantibus lecto, erat interemptus: neque aut ſeruus quiſquam, aut liber inueniretur, ad quem ſuſpicio cædis pertineret, hoc vno nomine abſoluti ſunt, quia iudicibus planum factum eſt, illos aperto hoſtio inuentos eſſe dormientes. ſomnus innoxiæ ſecuritatis certiſſimus index miſeris opem tulit. Iudicatum eſt enim rerum naturam non recipere, vt occiſo patre ſupra vulnera, & cruorem eius quietem capere potuerint.*

* Cotta à T. Cælium vocat. Cic. p Sexto Roſc. Am.

Oliv. CVM paricidij cauſam] An hic fuit Cælius ille Ruffus, ad quem M. Cic. ex Cicilia ſcripſit, non affirmauerim, cū igitur. [T. Cæcilius] Cælij Terracinenſis filius nocte in cubiculo vulneribus confoſſus inuētus fuiſſet, in altero cubili eiuſdem cubiculi cubātibus filijs, neque quiſpiam alius in ſuſpicionem cædis veniret, illi vna tantum cauſa abſoluti fuerunt, q aperto oſtio dormientes iuuēti ſunt, neque. n. veriſimile fiebat, ſi patrem necaſſent, oculos filiorum potuiſſe in ſomnū reſolui. [Quorum pater] Quia vt diximus, de nomine patris, filij apud maiores denominabatur. [Terracinæ] Oppidum eſt in volſcis, quod olim Trachina dicebatur, poſtea anxur dictum quod ibi Iupiter coleretur imberbis. [Altero cubiculo] Proximo lego patris. [Cubiculo] Nam cubiculum cōtinet cubile. [In eodem enim cubiculo duo erant lecti, in altero pater, in altero filij cubabant. [Vno nomine] Hac vna cauſa, quia cubiculum eorum inuentum eſt ipſis dormientibus apertum non. n. exiſtimabant adoleſcentes in tanto diſcrimine potuiſſe ſecuram quietem capere. [Planum factum eſt] Alia. n. ratione iuuenes cædis abſolui non poterant. [Somnus innoxiæ] Somnus inquit effecit, vt innoxij iudicarentur, quod haud quanquam natura paſſa fuiſſet, filios ſomnum capere potuiſſe poſt vulnera patris.

Ascen. HAec] Iā dicta, ſunt teriæ remiſſioris. i. leuioris, & facilioris, quaſi ſi Dijs placet, non grauiſſima ſint in genus flagitia, illud. ſ. quod ſequitur exēplum eſt, ſup. materiæ grauioris aliquanto. [Cum duo fratres Cælij]. ſ. nomine, nati Terracinæ loco ſplendido, diceret cauſam parricidij. i. defenderēt ſe ab accuſatione parricidij. (Nam dicere cauſam, eſt ſe defendere dicere ſententia eſt iudicare) quorū pater Titus Cælius interemptus erat quieſcens in cubiculo, filius ſupp. eius cubantibus in altero lecto. ſ. eiuſdem cubiculi. Neque aut ſeruus quiſquam, aut liber inueniretur, ad quem ſuſpicio, cædis pertineret, abſoluti ſunt hoc vno. i. ſolo nomine. i. hac ſola ratione, quia planū factum eſt iudicibus, inuentos eſſe dormientes oſtio aperto. Somnus certiſſimus index ſecuritatis innoxiæ, (quia cū a criminis conſcij non poſſunt ſecure dormire.) tulit miſeris

Opem

opem .ſ. defenſionis. [Iudicatum eſt.n.naturam rerum non recipere] .i. non pati, vt patre occiſo potuit capere quietem ſupra i.poſt (aut ſuper) vulnera, & cruorem.ſ.patris. Hoc autem dictū tranſiens ad aliud membrum per paraſceuem dicit.

DE LVCIO SCIPIONE.

*Liu.li. 98.

PERCVRREMVS * nunc eos, quibus in cauſæ dictione magis, quæ extra Quæſtionem erant, nocuerunt, quàm ſua innocentia opem tulit L.Scipio poſt ſpecioſiſſimum triumphum de Rege Anthioco ductum, perinde ac ſi pecuniam ab eo accepiſſet, damnatus eſt, non puto quod precio corruptus fuerit, vt illum totius Aſiæ dominum, & iam Europæ victrices manus inijcientem, vltra Taurum montem ſummoueret, ſed alioqui vir ſinceriſſimæ vitæ, & ab hac ſuſpicione procul remotus, inuidiæ,* quæ tunc in duorum fratrum inclytis cognominibus habitabat, reſiſtere non potuit.

* Aphricano & Aſiatico

OLIV. PERCVRRAMVS, &c.] Tranſit ad eos, qui vel inuidia accuſatorum, vel iniquitate iudicum damnationem euitare non potuerunt, nec ſua ipſorū innocentia ſibi opē tulit. L. Scip. Is frater Aphricani fuit, qui ad Sipillum montē legato fratre, Antiochum Regē Syriæ vicit, & Regni parte priuauit, vnde Aſiaticus dictus eſt, poſt reus pecuniæ interceptæ, ne in carcerē duceretur, Gracchus pr̄ Trib pl. prohibuit auctor eſt Plin. orator L.Scip. Qui Aſiaticus dictus eſt. [Et iam Europæ] Anthiocus non contentus Aſia, Europā quoque inuadere properabat. [Vltra montē Taurum] Hoc idem lib 4.dicit, cap.1.exēplo vltimo Anthiochus inquit à L. Scipione vltra Taurū montem imperij finibus ſummotus, cū Aſiam Prouinciā, vicinasq; ei gētes amiſiſſet, gratias agere P.R non diſſimulanter tulit. [Inclytis cognominibus] Nā alter Aphricanus, alter Aſiaticus dictus eſt.

L. Scip. Aſiatic* damnatus.

ASCEN PErcurremus nunc eos, quibus in dictione cauſæ] .i.in defenſione ſua, ea quæ erant extra quæſtionem .i.de quibus, non fiebat quæſtio nocuerunt magiſquam innocentia ſua tulit opem.i opitulata eſt L. Scip. damnatus eſt poſt ſpecioſiſſimum triumphum de Rege Anthioco, perinde, ac ſi accepiſſet pecuniam ab eo .ſ. Anthioco. [Non puto, q̃ precio corruptus fuerat, vt ſubmoueret illum] ſ.Antiochium dominum totius Aſiæ, & inijcientem iam.i, paulò ante etiam Europæ manus victrices; ſubmoueret dico .i. depelleret vltra Taurum montem, ſed vir vitæ ſinceriſſimæ, ideſt integerrimæ, alioqui, ideſt alio quouis modo, & remotus procul ab hac ſuſpicione, non potuit reſiſtere inuidiæ, quæ habitabat tunc in inclytis cognominibus duorum fratrum, ſcilicet Scipionum.

DE PVBLIO FVRIO.

* Cic. p C. Rab.

AT Scipioni * quidē maximus fortunæ fulgor, C. autem Deciano ſpectatæ integritatis viro, vox ſua exitum attulit. Nam cum P. Furium inquinatiſſimæ vitæ pro roſtris accuſaret, quia quadā in parte actionis de morte Lucij Saturnini queri auſus fuerat, nec reū dānauit, & inſuper ei pœnas adiectas pependit.

OLIV. AC Scipionem quidem] Scipio non commiſſa culpa, ſed flagrante inuidia damnatus. Cn. vero Decianus nulla inuidia, ſed errore linguæ factus eſt noxius. [Publium Furium] Hic ſine dubio eſt, quem legimus furoris Catilinæ ſociū, Nam Cic. conuocato Senatu de his primum, qui in cuſtodijs traditi eſſent. Itē de Lucio Caſſio, P.Vmbreno, P.Furio, Q.An. quod legati nominauerant, Retulit quid de his, ſi deprehenſi forent, fieri placeret. Morte Lucij Saturnini ſeditioſiſſimi viri qui Gracchanas leges aſſerere nō deſtitit, fauēte Mario, qui poſtmodum orutata ſiſa illum ex auctoritate ſenatus, qui cōſpirauerat in eum eādem oppreſſit. [Pœnas] Non modo fecit, vt non damnaretur reus, quem accuſauerat, ſed inſuper ipſe damnatus eſt.

Saturnini nomē inuiſum

ASCAN AC maximus fulgor fortunæ attulit quidem Scipio] .ſ. Lucio exitium.i.damnationem. Autem pro ſed, Cn. Deciano viro ſpectatæ integritatis, vox ſua .i. propria, attulit exitium .i. etiam damnationem. [Nam cum accuſaret pro roſtris] .i.ante roſtra, hoc eſt in conſpectu populi, Publiū Furium ſup. hominem vitæ iniquatiſſimæ, quia auſus fuerat queri.i con queri de morte L. Saturnini viri ſeditioſiſſimi, & Gracchos imitati, à Mario autem interfecti, in quadam parte actionis.ſ.contra Furium, nec damnauit.i.non perduxit ad condemnationem vſque reum, & inſuper pependit.i.perſoluit pœnas adiectas, aut additas, aut addictas ei.ſ reo quaſi inique accuſato.

DE TITIO SEXTO.

SEXTVM * quoque Titium ſimilis caſus proſtrauit, erat innocens, erat agraria lege lata, gratioſus apud populum, tamen quia Saturnini imaginem domi habuerat, ſuffragijs eum tota concio oppreſſit. *Cic. p C. Rab.

SEXTVM quoque] Titius quoque Saturninus exitij cauſa fuit, non q̃ eum nominaſſet, vt Decianus, ſed q̃ in eiuſdem domo imago Saturnini eſſet inuenta. OLIV.

SExtum quoque Titium, &c.] Similis quoque caſus proſtrauit Sextum Titium, qui ſupp. Titius erat innocens, & erat gratioſum apud populum Agraria lege lata, tamen quia habuerat domi imaginem Saturnini hominis plebi inuiſi, & ob ſeditionem occiſi, tota concio oppreſſit .i. damnauit eum ſuffragijs, ideſt, ſententia lata ex pluralitate vocum, quæ plures longe erant in eius condemnationem, quàm in abſolutionem. ASCEN

DE CLAVDIA.

ADIICIATVR * his Claudia quàm inſontem crimine quo accuſabatur, votum impium ſubuertit, quia cum à ludis domū rediens turba elideretur optauerat vt frater ſuus maritimarum viriū noſtrarum præcipua iactura reuiuiſceret, ſæpiusq; conſul factus, infelici ductu nimis magnam vrbis frequentiā minueret. * Suet. I Tyb. & Gel. lib. 10.c.6.

ADIICIATVR his Claudia] Hannibale Italiam vaſtante ex reſponſo librorum Sybill. notum mater Deum à Paſſinunte accerſita, cum aduerſo Tyberi veheretur, repente nauis in accerſita, cum moueri nullis viribus poſſet, & libris cognitū caſtiſſimæ demum fœminæ manu moueri poſſet. Tum Claudia virgo veſtalis falſo crimine inceſti ſuſpecta Deā orauit, vt ſi ſe pudicam ſciret ſequeretur, zonaq; impoſita nauē mouit, ſimulacrum matris Deū aduexit. Suet. de duodecim Cæſaribus ait, ea iam t, & fœminarum exempla diuerſa, & ſiquidem euiſdem ſamil æ Claudia fuit, quæ nauē cum ſacris matris Deū Ideæ adhærentem Tyberino vado extraxit, precata propalam, vt ita demū ſe proſequeretur, ſi ſibi pudicitia conſtaret, & quæ nouo more iudicium maieſtatis apud populum mulier ſubit, quod in conferta multitudine ægre procedente carpento palam optauerat, vt frater ſuus Pulcher reuiuiſceret, atque iterū claſſem amitteret, quo minor turba Romæ foret. Sūt & alij auctores huius hiſtoriæ. Liu. matronæ priores ciuitatis, inter quas vnius Claudiæ inſigne nomē eſt Deam accepiſſe. Cui dubia, vt traditur, aurea fama clarior eſt ad poſteros, iam religio miniſterio pudicitiam fecit, & Ouid. lib. Faſt. 4. Supplicis alma tuæ genetrix fœcunda deorum, Accipe ſub certa cōditione preces. Caſta negor, ſi tu damnas meruiſſe fatebor Morte luam pœnas iudice victa Dea. Sed ſi crimen abeſt, noſtræ tu pignora vitæ Reddes, & caſtas caſta ſequetur manus. Dixit & exiguo funē conamine traxit, Mira ſed & ſcena teſtificata loquar. Mota Dea eſt, ſequiturq; ducem, laudatq; ſequendo, Index lætitiæ fertur ad aſtra ſonus. Item paulò inferius dicit, Clau diaptæceder læto celeberrima vultu, Credita via tandem teſte pudica Dea. [Claudia] Virgo veſtalis, cuius ſtatua in templo matris Deū repoſita bis incendio ædę conſumpta, remanſit integra, & inuiolata vt in cap. de miraculis diximus. [Crimine inceſti] Elideretur, excuteretur, offenderetur. [Infęlici ductu] Aduerſa fortuna. OLIV.

ADijciatur his Claudia] .ſ. virgo veſtalis, q̃ inſontem crimine.ſ.inceſti, quo accuſabatur (purgata autem fuit per attractionem matris Deum vt Oliu. late docet) votum.i. deſiderium impium (videlicet de imminuendo P.R. per cladem, vt facilius per medium tranſiret) ſubuertit .i. damnandā curauit, quia cum ipſa rediens domū à ludis, eliderettur.i.preſſa lęderetur, turba.i.multitudine populari, optauerat, vt frater ſuus.ſ. Clau.pulcher, appoſitionę præcipua, iactura, hoc eſt qui quem ASCEN.

factus eſt precipuè iactura uirium noſtrarum .i.Romanarū maritimarum.i.in mari verſantium (quia enim contra omnia mare ingreſſus eſt claſſem amiſit) reuiuiſcet, & factus côſul iterum minueret, infęlici ductu nimis magnam frequentiam vrbis. æ

DE M. MILITIO CN. LOLIO, ET L. SEXTILIO.

POSSVMVS & ad illos breui diuerticulo tranſgredi, quos leues ob cauſas damnationis incurſus abripuit, M.* Militus Cn. Lolius, L. Sextilius triūuiri, quòd ad incendium in ſacra via ortum exinguendum tardius venerant, à trib. pleb. die dicta ad populum damnati ſunt.

*Multis.

OLIV. POSSVMVS ad illos] Non erit inquit abſurdom, de his quoque dicere, qui leui crimine damnati ſunt, vt triumuiri, quos nominat, qui nullā aliam ob cauſam dānati ſunt, niſi q̀ tardios ad extinguendum ortū incendium veniſſent, populus eorum ſecundiam mulctandum eſſe cenſuit. Pari ratione alter triū uir, quod vrbis vigilias negligentius ſeruaſſet damnatus eſt.

ASCEN POſſumus trāſgredi breui diuerticulo, &] .i. etiam ad illos, quos incurſus.i.impetus dānationis abripuit, ob leues cauſas damnationis (his autem verbis tranſit ad alteram ſpeciem iudiciorum) M.Militius, Co.Lolius, L.Sextilius triumuiri damnati ſunt de dicta illis ad populum trib. pleb. quod .i. qoia venerat ardius.i.nimis tarde, aut tardius, quàm decebat ad extinguendum incendium ortum in via ſacra, quæ in vrbe erat.

DE PVB. BILIO TRIVMVIRO.

ITEM P. Bilius triumuir nocturnus à P. Aquilio trib. pleb. accuſatus, populi iudicio concidit: quia vigilias negligentius circumierat.

OLIV. ITEM P. Bilius Triūuir nocturnus] Hic magiſtratus hodie ſeruatur etiam Venetijs. Nam apud Romanos triumuiri nocturni inſtituti ſuoi, qoi coercendis incendijs præeſſent.

ASCEN ITem P Bilius triumuiri nocturnos].i.ad hoc creatus vt curet cum collegis, ne incendia fierent nocte, aut vt facta, quàm ocyſſime extinguantur, concidit, ſcilicet damnatus iudicio populi, quia circumuierat vigilias negligentius .ſ. quàm par erat, aut valde, aut nimis negligenter, hoc eſt non ſatis diligenter circumeundo vrbes viſitauerat vigilias.

DE M. ÆMILIO PORCINA.

ADMODVM ſeueræ notę, & illud populi iudicium, cum M. Aemilium Porcinam à L. Caſſio accuſatum crimine nimis ſublimę extructæ villę in* Alienſi agro, graui multa affecit.

*Alliēſi.

OLIV. ADMODVM] Hoc ſine dubio iudiciū ſeuerum nimium & aſperum fuit, & præter omnem opinionem factum, q̀ M. Æmilius damnaretur, quia villam altam extruxiſſet in agro. [Seueræ notæ] Rigidæ damnationis. [Extructæ villę] Hic manifeſtiſſime patet, villam eſſe domum, quæ ædificatur in agris in vrbe vero domum appellari, vel ædes.

ASCEN ADmodum, &c.] Et.i.etiam illud iudicium populi.ſ.Romani ſup.fuit, notæ ſeueræ.i.dānationis rigidæ admodum.i. valde cum affecit graui multa.i.pœna M. Æmilium Porcinā accuſatū à L.Caſ.crimine villæ .i. domus ruſticæ extructæ nimis ſublime.i.alte in agro Allienſi, ſic à proximo oppido dicto.

THEO. ALLIENSI] Vetuſti codices habent Allienſi.

DE QVODAM INDVLGENTE IN PVERVM.

NON ſupprimenda illius quoque damnatio, qui puerili ſui nimio amore corruptus, rogatus ab eo ruri vt omaſum in * cœnam fieri iuberet, cum bubulę carnis in propinquo emendę nulla facultas eſſet: domito boue occiſo, deſiderium eius expleuit: eoq; nomine publica quęſtione afflictus eſt, innocens, niſi tam priſco ſęculo natus eſſet.

*Cœna.

OLIV. NON ſupprimenda] Non fuit hoc leue crimen, vt Valerio fortaſſe videtur, nam proxime ad amentiam accedit domitum bouem occidere pueri explendæ libidinis gratia, id fortaſſe cuiuſpiā ſacrificij gratia nō feciſſet, dignus profecto damnatione, q̄ ſenſit. [Ruri] Vt omaſum in cœna, & ruri dicimus, & rure. [Omaſum] Pingue bouis inteſtinum. [Bubulæ] A boue dicimus bubulus, nō bouinus. [Publica quæſtione] Publica inquiſitione, & iudicio. [Innocens] Niſi tam priſco ſæculo inſons iudicatus fuiſſet ob id factum, niſi priſcis tēporibus natus eſſet, quibus parſimoniæ, & frugilitati honos habebatur.

ASCEN NOn, &c.] Damnatio quoque illius (non nominat in re turpi, & abiecta auctorē, quod humane, & antiquo more facit (ſicut, & Euangelium diuitem epulonem non nominat, nec iuuenē, qui dimiſſa Syndone aufugit, nec mulierē peccatricē, nec alios multos) qui corruptus nimio amore puerili.i. delicati pueri ſui, forte quo abutebatur, rogatus ab eo ruri.i.cū eſſet in agro (Bene aūt ruri dicit, quia pro aduerbio in loco à tertia declinatione vtimur voce ruri) vt iuberet omaſum .i ferculū ex inteſtinis bubulis fieri in cœnā.i.ad vſum cœnæ, cū nulla facultas carnis bubulæ.i bouis emēdæ .i quæ emi poſſet in propinquo eſſet, expleuit deſideriū eius .ſ. puerulli ſui, boue domito.ſ. ad agriculturā occiſo.ſ.iuſſu eius, & afflictus eſt.i.affectus dānatione eo nomine.i.ea ratione, quæſtione.i.inquiſitione publica innocēs.ſ.inuentus, aut futurus, niſi natus eſſet ſæculo tā priſco, & ita tam ſeuero, quia tēpore, quo Val. hęc ſcripſerat, non erat flagitioſum rebus ſuis abuti, cum tñ interſit reip. vt vnuſquiſque rebus ſuis bene vtatur, neque forſan amoribus puerorū indulgere, quo nil turpius, aut peruerſius, ſi modo turpes ſint.

DE QVADAM MVLIERE, QVÆ MATREM INTERFECIT.

ATQVE vt eos quoq; referamus, qui in diſcrimē capitis adducti, neque damnati, neque abſoluti ſunt: apud M. Popilium Lenatem Prętorē, quędam quòd matrem percuſſam fuſte interemerat, cauſam dixit: de qua neutram in partem latę ſententię ſunt: quia abunde conſtabat, eandem veneno necatorum liberorum dolore commotā, quos auſa filię infenſa ſuſtulerat, parricidium vltam parricidio eſſe, quorū alterum vltione, alterum abſolutione non dignum iudicatum eſt.

OLIV. ATQVE vt eos] De cauſis, quæ poſſent in iuriſdiciali cōſtitutione poni, quāuis in neutram partem iudicatæ, ſunt enim in aſſumptiua, quæ conſtat ex tranſlatione criminis, cū feciſſe nos nō negauimus, ſed aliorum peccatos coactos feciſſe dicimus, vt apud Pōpiliū Lenatem filia, quæ fuſte matrē occiderat, & apud Dolabellā, quędam mater familias, quę virū, & filium interemerat, nā vtręq; defendi poſſe videbantur, quod iure feciſſent transferendo culpā in alios, illa in matrem, hęc in maritum, atque filium, quęſtio.n.eſſet aduerſus filiam occidiſti matrem, occidi, ſed iure, nam illa liberos meos veneno necauerat, orbitatis ergo dolore id facere ſum coacta, pari ratione dicendum eſt de matre familias, cuius filiū ex priore marito ſuſceptum vir alter occiderat. [Quędam quod matrem] Nomen propter ignobilitatem non ponitur. [In neutram partem] Nec in damnationem, nec in abſolutionem. [Veneno necatorum] Mater infenſa filię liberos eius veneno ſuſtulerat, quo dolore perciita matrem interemit. [Infenſa] Rata, quaſi pluſquā inimica. [Suſtulerat] Occiderat. [Quorum alterum vltionem] Prętor exiſtimauit matre fuiſſe morte dignam, quæ nepotes veneno necaſſet, ſed indignam quæ à filia necaretur, alterum igitur parricidium vltione dignum, alterum abſolutione videbatur, & propterea vtrūque indiſcuſſum reliquit, vt nec damnaret filiam, nec abſolueret Gel. lib. 20. ad Cn. Dolabellā proconſulari Imperio Prouinciam Aſiam obtinentem deducta mulier Smyrnæa eſt.

ASCEN ATque vt referamus quoque eos qui adducti in diſcrimen] .i. periculo capitis neque damnati, neque abſoluti ſunt. [Quædam] .ſ. mulier dixit cauſam .i. defendit ſe, apud M. Popilium Lenatem Prętorem, q̀ interemerat matrem percuſſam fuſte.i.baculo forti, & longo, de qua.ſ.muliere ſententiæ in neutram partem.i.neque abſolutionis, neque damnationis latæ ſunt, quia conſtabat.i.manifeſtū erat abunde eandem, ſcilicet mulierem, quę matrem occiderat, commotam dolore liberorum necatorum veneno, quos auia, ſcilicet liberorum, &

mater eius, quæ eam interfecerat, ſuſtulerat.i. de medio viuentium abſtulerat, infenſa.i.multum irata filiæ, vitam eſſe parricidium parricidio.ſ. filiorum hic manifeſte pater de omni neceſſariorum cæde dici, vt hoc loco de cæde nepotum & matris, quorum ſ.parricidiorum, alterum.ſ.commiſſum ab auia in nepotes iudicatum eſt ſ.à prætore dignum .ſ. vltione, quia auia meruerat occidi, ſed non à filia, & alterum commiſſum à filia in matrem iudicatum eſt non dignum abſolutione, quia licet filia iuſtiſſimas habuerat cauſas iratū, non iſi iudicari debuit matrem iuſte interemiſſe, vnde propter parricidium matris nō eſt damnata, & propter parricidium ſuum, non eſt abſoluta.

DE QVADAM MVLIERE, QVÆ VIRVM ET FILIVM INTEREMIT.

*Gel li. 12.ca.7. EADEM *heſitatione* *Publij quoque Dolabellę, pro conſulari imperio Aſiam obtinentis, animus fluctuatus eſt materfamilias Smyrnęa virum, & filium interemit, cum ab ijs optimę indolis iuuenem, quem ex priore viro enixa fuerat, occiſum comperiſſet, quàm rem Dolabella ad ſe delatam, Athenas ad Areopagi cognitionem relegauit quia ipſe neque liberare cædibus duabus contaminatam, neque punire eam iuſto dolore impulſam, ſuſtinebat. Conſideranter, & manſuete P. R. magiſtratus, ſed Areopagitę quoque non minus ſapienter, qui inſpecta cauſa, & accuſatorem, & ream poſt centum annos ad ſe reuerti iuſſerunt, eodem affectu moti, quo Dolabella ſed ille transferendo queſtionē, hi differendo damnandi, atque abſoluendi, inexplicabilem cunctationem mutabant.*

OLIV. EADEM, &c.] Mulier virum, & filiū eodem tempore venenis clam datis irata interfecerat, atque feciſſe ſe confitebatur dicebatq; habuiſſe ſe faciendi cauſam, qm̄ idem maritus, & filius alterum filiū mulieris ex viro priore genitum adoleſcentem optimum, & innocētiſſimum exceptum inſidijs occidiſſent. Idq; ita eſſe factum controuerſa non erat Dolabella retulit ad conſilium, nemo quiſquam ex conſilio ſententiam ferre in cauſa tam ancipiti audebat, ꝙ & cōfeſſam beneficium, & ꝙ maritus & filium necati forent. Non dimittendum impunitum videbatur, & dignata tñ pœna in homines ſceleratos vindicatum fuiſſe. Dolabella eam rem Athenas ad Areopagitas, & ad iudices grauiores, exercitatioresq; reiecit. Areopagitę, cognita cauſa accuſatorum audierat, & ipſam, q̄ accuſabat, ccteſimo anno adeſſe iuſſerunt, ſic neque abſolutum mulieris veneficium eſt, quod per leges non licebat, neque nocens damnata, punitaq; eſt, quæ digna venia fuit. [Animus fluctuatus] Incertitudine animi detentus, ignorabat.n. vtrum damnanda, an abſoluenda eſſet rea. [Smyrnęa] Loco, nam Smyrna vrbs minoris Aſiæ quàm fluuius meles circumfluit, Homeri patria, ſm quoſdam. [Ad Areopagi] Areopagus vicus erat Athenis à templo Martis ſic cognominatus, vel ꝙ ibi habitum eſſet iudicium Martis parricidio accuſati. Nam ibi primum iudicium capitis actū fuiſſe dicit Plin. & inde Areopagitæ dicebantur, qui Athenis in templo Martis iudicabant, quod iudicium exquiſitiſſimum habebatur. [Ille transferendo] Idem affectus mouit vtroſque. Et quāuis alia ratione Dolabella cauſam tranſtulit alia Areopagitæ diſtulerint, tamen eundem exitum habuit controuerſia.

Areopagus Areopagitæ.

ASCEN. EAdem animus quoque Publij Dolabellæ obtinētis. Aſiam proconſulari.] Hoc eſt æquiualenti cōſulari, ſed in prouincia tm̄ fluctuatus.i. agitatus eſt, eadem .i. conſimili hæſitatione, q̄ Popilius, quia etiam neſciebat dānare ne, an abſolue re deberet, mater familias Smyrnæa.i. habitatrix Smyrnæ oppidi in Aſia, & patriæ, vt multi volūt Homeri, interemit virum.i. maritum, & filium, cum competiſſet iuuenem optimæ indolis, quem enixa fuerat ex priore viro occiſum ab ijs.ſ. marito & filio. Quam rem Dolabella delatam ad ſe.i. cum eſſet delata ad ſe relegauit Athenas ad cognitionem Areopagi.i. iudicium in Areopago, vbi ſummi ſedebant viri, quia ipſe, neq; ſuſtinebat.i. valebat animo refragante, liberare, ſub.eam contaminatā duabus cædibus, neque punire eam impulſam iuſto dolore. [Magiſtratu] Videlicet proconſul populi Rom. egit ſupp conſideranter.i prudenter, & manſuete, ſed Areopagitæ.i. iudices in Areopago, ſup. egerunt non minus ſapienter, qui inſpecta cauſa, iuſſerunt & accuſatorē, & ream.i. accuſatum reuerti ad ſe poſt centum annos. moti eodem affectu, quo Dolabella, ſed ille.i. Dolabella transferendo quæſtionē ad alterius ſoni cognitionē, hi.ſ. Areopagitæ differendum.ſ. in centum annos, quo tempore neutram partem futuram nouerunt, mutabant ſi (ſic in omnibus exemplaribus legi) ſed legendum putem mutuabāt.i. quaſi mutuo accipiebant, & vſurpabant cunctationem.i. moram, & dilationem damnandi, atque abſoluendi inexplicabilem, hoc eſt, cuius nullus viuentium viſurus eſſet finem, nemo enim explicare poteſt quidquam, quod ſecum deſierit eſſe.

DE PRIVATIS IVDICIIS. CAP. II.

DE M. PORCIO CATONE.

PVBLICIS iudicijs adijciā priuata quorum magis ęquitas quæſtionū delectare, quā immoderata turba lectorē offendere poterit *Claudius Centumalus ab auguribus iuſſus altitudinē domus ſua, quā in Cælio monte habebat ſummittere, quia his ex arte augurīū capiētibus officiebat, vendidit eam Calpurnio Lanario, nec indicauit, quòd imperatum à collegio augurum erat, à quibus Calpurnius demoliri domum coactus, M. Porcium Catonē inclyti Catonis patrem arbitrum cum Claudio adduxit, *vt formulam daret, quid ſibi de ea re facere oporteret ex fide bona. Cato vt eſt doctus, de induſtria Claudium edictum ſacerdotum ſuppreſſiſſe, continuo illum Calpurnio damnauit, ſumma quidem cum æquitate, quia bonæ fidei venditorem nec commodorum ſpem augere, nec incommodorum cognitionem obſcurare oportet. Notum ſuis temporibus iudicium commemoraui, ſed nec quod relaturus quidem ſum, obliteratum eſt ſilentio.* *Cic.li. 3.de off. *Formulæ receptio quid ſit.

PVBLICIS iudicijs adijciam] Claudius centomalus. Cic lib. de offic. 3. cum in arce augurium capturi eſſent augures iuſſiſſentq; cētumalum, qui ædes in Cœlio monte habebat, demoliri eas, quarum altitudo officeret auſpicijs, Claudius proſcripſit eas, inſulam vendidit, emit P. Calpurnius Lanarius huic ab auguribus illud idem denunciatum. Itaque Calpurnius cum demolitus eſſet, cognouiſſetq; Claudium ædes poſtea proſcripſiſſe, quàm eſſet ab auguribus demoliri iuſſus, arbitrum illum adegit, qui quidquid ſibi dare facere oporteret ex fide bona, M. Cato ſententiam dixit huius noſtri Catonis pater, vt enim cæteri ex patribus, ſic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio eſt nominandus. Is igitur iudex ita pronunciauit, cum in vendendo rem eam ſciſſet, & non pronunciaſſet emptori damnum præſtari oportere. Igitur ad fidē bonam ſtatuit pertinere, notum eſſe emptori vitium, quod noſſet venditor. [Claudius Centumalus] Cognomen eſt ab euentu. [Cœlio monte] Vnus erat ſeptem collibus, quos Roma circūdat. [Officiebat] Nocebat. [Augurium] Augur enim cum capturus erat auſpicia, in ſaxo tarpeio ſedebat, & vt ſupra diximus, quatuor in aere ſpacia deſignabat in oriente, quod anticam appellabat, in occidente poſticam in meridie dextram in ſeptentrione vero ſiniſtram. Et cum hæc deſignaſſet, cōcipiebat animo, quæ ſigna mitti vellet, vel vultures, vel aquilas, vel columbas, inde expectabat, nunquid appareret, ꝙ ſi apparuiſſent exiſtimabat placere dijs ſi, minus non placere. [M. Porcium Catonem arbitrium] Illius Stoici Catonis & declarat Val. quàm ob rem patrem ex filio intelligi voluerit, quemadmodum ex claris patribus dignoſcuntur patres. [Vt formulam daret] Formula propriè regula iuris appellabatur. [Quid ſibi de ea re facere oporteret ex fide bona] Videlicet, ex fide bona iudicaret quidquid oporteret ipſum Claudium ea re facere, atque præſtare ipſi Calpurnio, his verbis vtebantur iuriſconſulti, vnde habetur in libro digeſtorum de verborū ſignificatione, quod facere oportere hanc ſignificationem, vt abſtineat quis ab eo facto, quo contra contentionem fieret, & Iuſt. lib. 4. inſtitutionum, de hoc multa dicit, quæ nunc prætermitto.

Oxxix. PVblicis, &c.] Ego adijciā iudicij publicis.i. à publica perſona, aut toto populo datis ſup. iudicia arbitraria, & priuata, hoc eſt ea iudicia, quorum æquitas quæſtionū.i. ſeruata in quæſtionibus, aut inquirendo, aut ipſa plenitudo, ſiue nõ uehementia quæſtionum poterit magis delectare lectorem, q̄ turba.i. turbatio immoderata poteſt offendere.i. lędere & moleſtia afficere lectorē. Et hæc pro præfatione, deinde ſubdēs primum exemplum dicit. Claudius Centumalus (profertur autem Centumalus) iuſſus ab auguribus ſummittere.i. deponere, & humiliare, hoc eſt demoliri altitudinē domus ſuæ, q̄ habebat in Cœlio mõte quiā.ſ. altitudo domus eius, officiebat.i. nocebat, his.ſ. auguribus, capientibus augurium.i. iudicium rerum futurarum ex auium conſpectarū garritu, geſtu, & aduolatu, ex arce.ſ. Tarpeia, hoc eſt ex capitolio, uēdidit eam.ſ. domum Calpurnio Lanario, nec indicauit emptori id, quod impetratum erat à collegio augurum, à quibus Calpurnius coactus demoliri domum, adduxit eum Claudio.ſ. uenditorē. M. Portium Catonem patrem Catonis inclyti.i. gloria clari arbitrium.i. ut ex arbitrio litem dirimet, hoc eſt, ut daret formulā.i. regulam iuris, quia ſciret, quid oporteret.i. utile eſſet ſibi. (Notandum uerbo oporteret, datiuum additum) facere de ea re ex fide bonā.i. ea mera æquitate ſine ulla cauillatione, Cato ut eſt doctus.i. poſtquam didiſeit Claudium ſuppreſſiſſe.i. tacuiſſe de induſtria.i. ex compoſito, & ad fraudem emptoris edictum.i. imperium illud ſacerdotum.ſ. augurum damnauit illum continuo Calpurnio.i. ad utilitatem Calpurnij, & quidem.i. certe (inquit auctor) cum ſumma æquitate, quia nec oportet uenditorem bona fide, nec augere ſpem commodorum.i. dicere rem meliorem eſſe, q̄ ſit, aut plura commoda allaturam, quàm allatura ſit, nec obſcurare.i. occultare, aut celare cognumen incõmodorum. Ergo (inquit auctor faciens tranſitum ad ſequens exemplum) commemoraui iudicium notum temporibus ſuis.i. quibus datū eſt, ſe nec quidem.i. nõ etiam id, quod ſum relaturus.i. narraturus eſt obliteratum.i. deletum è memoria hominum ſilentio; hoc eſt adhuc in memoria hominum uiget.

DE C. VISELLIO.

* De C. Viſellio Varrone Cicer. in Brut. & de prouincis, conſ.

CAIVS Viſellius * Varro graui morbo correptus, trecenta millia nummum, ab Octacilia Laterenſi, cum qua commercium libidinis habuerat, expenſa ferri ſibi paſſus eſt, eo conſilio, vt ſi deceſſiſſet, ab hæredibus eā ſumma peteret, quàm legati genus eſſe voluit, libidinoſam liberalitatem debiti nomine colorando. euaſit deinde ex illa tempeſtate aduerſus vota Octaciliæ, quæ offenſa, quod ſpem prædæ ſuæ morte uon maturaſſet, ex amica obſequētis, ſubito diſtricta fœneratricem agere cœpit, nummos petendo, quos vt fronte inuerecunda, ita inani ſtipulatione captauerat. de qua re * Caius Aquilius, vir magnæ auctoritatis, & ſcientia iuris ciuilis excellens, iudex adductus, adhibito in conſiliū principibus ciuitatis, prudētia, & religione ſuam mulierem repulit. Quòd ſi eadem formula & Varro damnari, & aduerſaria abſolui potuiſſet, eius quoque nõ dubito quin turpem, & inconceſſum errorem libenter caſtigaturus fuerit, nunc priuatæ actionis calūniam ipſe compeſcuit, adulterij crimen publicæ quæſtioni iudicādum reliquit.

* De C. Aquilio Cic. pro P. Quin. & pro A. Cæc.

Oxxv. CAIVS Viſelius Varro] Hiſtoria hæc ita à Val. copioſe, & aperte narratur, ut nec mea, nec cuiuſquā explicatione indigeat. [Octacilia] Hæc pellex erat Viſelli. [Commercium conſuetudinem. [Expenſa ferri] Expenſum eſt fateri ſibi ab illo expenſum eſſe, referre uero expenſum, eſt rationes de impenſis cõficere, uel exibere, dicemus etiam refero tibi acceptum, pro eo quod eſt fateor me abs te accepiſſe. [Legati] Teſtamenti. [Debiti nomine] Sub uelamento.n. hæredes decipiebantur. nam uidetur tranſlatio ſumpta à pictore. [Ex illa tempeſtate] Tēpeſtatem appellat grauiorem morbum. [Aduerſus uota] Nihil erat, qd minus uellet Octacilia, q̄ ut Viſellius euaderet incolumis. [Ex amica obſequēti] Nam Octacilia ſpe ſua deſtituta, quem prius ſimulauerat amare, odiſſe cœpit, & agere reum. [Diſtrictam] Apertam, nõ diſſimulatam. [Inani ſtipulatione], i. uana promiſſione, neque.n. conſecuta eſt quod optabat. Nam ſtipulari eſt interrogare ſtipulatio aūt teſte Pōponio eſt uerborū cõceptio, quibus is, qui interrogat, daturū, facturūue id, quod interrogatus eſt, reſpondit, & Vulpianus aquilianæ ſtipulationis meminit, nam aquilius iuriſcõſultus periſſimus fuit, qui prius de dolo malo legē tulit, ut Cic refert offic. libro hic igitur ſententiam contra hāc Octaciliam tulit. [Quod ſi eadem] Cõmendat. Val. æquitatē æquilij. [Formula] Hoc eſt ſententia, atque eodem libello, formulæ aūt dicebantur apud antiquos, quos hūc libellos appellamus, unde formularij formularum compoſitores dīt. [Eius quoque] Viſellius.n. merebatur, qui mulctaretur, quippe qui dum inconceſſe libidini indulget, & ſe & hæredes fraudare non dubitauit. [Queſtioni] Inquiſitioni, unde & quæſtores, rerum capitalium iudices dicuntur.

Ascan. CAius Viſellius Varro correptus graui morbo] Ita, ut mori timeret, paſſus eſt trecenta millia nummū ferri ſibi expēſa.i. afferri, & cõputari tāquā expenſa à ſe, hoc eſt ſe cõmodato accepiſſe ab Octacilia laterenſis, cū qua habuerat commerciū libidinis.i. ueterem conſuetudinem rei Venereę, eo cõſilio.ſ. id paſſus eſt. ut ſi deceſſiſſet ipſam peteret eā ſummam ab hęredibus, q̄ uoluit eſſe genus legati.i. cauit in teſtamēto ut illi ſatisfaciāt hæredes antequā hæreditatem condiuiduant, colorando liberalitatem libidinoſam nomine debiti, ut multi concubinarij faciūt etiam hodie. [Viſcellius] Sup. euaſit deinde ex illa tempeſtate.i. periculo mortis aduerſus.i. contra uota Octaciliæ; quæ offenſa.i. irata, quod Viſellius non maturaſſet.i. non acceleraſſet morte.ſ. ſua, ſpē prędę.i. trecentum millia nūmorum quos occulto quodam ſuco hęredibus ſurripuiſſet, quia non licebat nomine conſuetudinis tm̄ nummorum legare cœpit agere.i. gerere ſup. ſe ſubito fœneratricē diſtrictam.i. acrem, & immitem ex amica obſequenti.i. quæ prius uiſe erat amica morigera, & obſequens. petens.ſ. in iudicio nūmos.ſ. trecenties mille, quos captauerat.i. habere affectauerat.i. ueluti fronte inuerecunda.i. impudente, ita ſtipulatione inani, immo uana, & fraudulenta, quia nihil cõmodato Viſellio dederat. [De qua re C Aquilius uir magnę auctoritatis, & excellens ſcientiā iuris ciuilis, & adductus].ſ. ab utriſque litigātiū iudex.ſ. arbitrarius, & principibus ciuitatis adhibitis in conſilium.i. cõſultationem, repulit mulierem, tanquam iniuſte petentem, & prudentia, & religione ſua.i. qua religioſe quod æquū erat, iudicauit. [Quòd ſi] Et.i. ſimul. Var.ſ. Viſellius docuiſſet dānari, & aduerſaria abſolui eadē formula.i. ratione iudicij, aut pronuntiatione ſententiæ, hoc eſt ſi uiſum fuiſſet æquum, ut mulier famoſa eam pecuniam habuiſſet, q̄ Varro amiſiſſe meruerat, non dubito (inquit auctor) quin caſtigaturus fuerit, quoque.i. etiā libenter turpem, & inceſſum errorem eius.ſ. Varronis Viſcellij, qui in fraudē hæredum meretriculæ tm̄ addiaetar, nunc.i. qm̄ ita fuit, q non potuit vtrunque ſimul damnare, ipſe compeſcuit calumniā priuatæ actionis, qua mœcha agebat nomine debiti, quod nullum erat, & reliqui crimen adulterij iudicandum quæſtioni.i. inquiſitioni publicæ.i. ab inquiſitione publica.

DE CAIO MARIO.

MVLTO * animoſius, & vt militari ſpiritu dignum erat, ſe in conſimili genere iudicij C. Marius geſſit, nam cum Caius Ticinius Minturnenſis Fanniam vxorem quàm impudicam de induſtria duxerat, eo crimine repudiata, dote ſpoliare conaretur, ſumptus inter eoꝝ iudex, in conſpectu habita quæſtione, ſeductum Ticinium monuit, vt incepto deſiſteret, ac mulieri dotem redderet. quod cum ſæpius fruſtra feciſſet, coactus ab eo ſententiam pronunciare, mulierem impudicitiæ ſeſtertio nummo, Ticinium ſumma totius dotis damnauit. præfatus ideo ſe hunc iudicandi modum ſecutum, quòd liqueret ū ſibi, Ticini patrimonio Fanniam inſidias ſtruentem, impudicæ coniugium expetiſſe Fannia autem hęc eſt, quę poſtea Marium hoſtem à Senatu iudicatum, cœnoq; paludis, qua extractus erat, oblitum, etiam in domum ſuam cuſtodiendum. Minturnis deductum, ope quantacunque potuit, adiuuit, memor, quod impudica ſuis moribus, quòd dotem ſeruaſſet, illius religioni acceptum ferri debere.

* Plu. in Mario.

Multo

OLIV. MVLTO animoſius] Hoc loco Valerius non minori cum laude C. Marij ducis præſtantiſſimi, quàm, Aquilij iuriſconſulti periſſimi iudicium proſequitur, qui Fabiani muliebrem ob impudicitiam ſextertio nummo, Titi niumuero ad ſummam totius dotis illi reſtituendum damnauit, de hoc autem Mario diximus abunde ſatis in cap. de omnibus, & in cap. de iure triumphandi, & etiā dicturi ſumus in cap. de his, quæ in alijs iudicarunt, ipſi commiſerunt. Laudat inſuper Fanniam, quæ cū à Mario ſeſtertio nummo damnata fuiſſet, & ob eam damnationem ipſum poſtea cum Syllani milites ex Minturnenſi palude extractum in domum ſuam cuſtodiendum dediſſent, non ſolum ipſum carcere liberauit, ſed ope quātacunq; potuit illum adiuuit. [In conſimili genere] Quia meretrice agebatur. [Dote ſpoliare] Per legem, quæ impudicas repudiatas dote perturbat. [Hoſtem] Senatu iudicatum. [Cogente Syl.] Qui armatus urbem oppreſſerat. [Extractus]. ſ. à Syllanis militibus.

ASCAN. MVlto, &c. [C. M. geſſit ſe in cōſimili genere iudicij multo animoſius, & ut dignum erat ſpiritu militari. [Nam cum C. Titinius Minturnenſis conaretur ſpoliare dote Fanniam vxorem, quam duxerat impudicā de induſtria]. i. certa ſcientia, & data opera repudiaiam. ſ. à ſe eò crimine ſ. adulterij, Marius ſumptus iudex inter eos. ſ. maritū & vxorem quæſtione habita in conſpectu. ſ. vtriuſq; aut etiam populi, monuit Titinium ſubductum. i. ſubſtractum, à multitudine, aut conſpectu vxoris, vt deſiſteret incœpto ac redderet mulieri. ſ. repudiatæ merito dotem. [Quod]. i. quam monitionem cū Marius feciſſet ſæpius fruſtra, coactus ab eo. ſ. uiro, qui vrgebat eum pronunciare ſententiam, damnauit mulierem impudicitiæ. ſ. nomine. i. propter impudicitiam nummo ſextertio. i. pendere duabus libris, & ſemis, & damnauit Titinium ſumma totius dotis. i. vt totam dotem reſtitueret, præfatus ſe ſecutum ſup. eſſe hunc. i. talem modum iudicandi, ideo quòd liqueret. i. liquide conſtaret, Titinium ſtruentem inſidias patrimonio Fanniæ, quod nomine dotis ad maritum illatum erat expetiſſe coniugium impudicæ. [Ergo expetimus etiam in honeſta] Fannia autem hæc eſt ſup. ea qua adiuuit, poſtea ope. auxilio quātacunq; potuit, Maritum indicatum hoſte à ſenatu, & oblitum (ab oblinor media breui) inuolutū cœno paludis. ſ. Minturn. qua extractus erat etiam deductum in domum ſuam. ſ. Fanniæ Minturnis. i. quam habebat Minturnis, cuſtodiendum, id eſt ea gratia, vt cuſtodiretur, donec quid de eo fieret, exploratum eſſet. [Adiuuit] Dicit ens, aut exiſtens memor, quod eſſet iudicata. ſ. a mario impudica, debere ferri acceptum. i. imputari, ſuis moribus ſ. laſciuis, & quòd ſeruaſſet dotem religioni. i. integritati iuſtitiæ ob metum deorum illius, ſcilicet Marij.

DE QVODAM DAMNATO FVRTI.

*Qui. *MVLTVS ſermo eo etiam iudicio manauit, in quo quidam furti damnatus eſt, *quòd equo, cuius uſus illi vſq; Ariciam commodatus fuerat vlteriore eius municipij cliuo vectus eſſet. Qui aliud hoc loci quàm verecundiam illius ſæculi laudemus, in quo tam muniti à pudore exceſſus puniebatur.*

OLIV. MVLTVS ſermo, [Hoc exemplum pertinet eò, vt faciſe oſtendat quanta continentia uixerint priſcis temporibus uel minimos. [Multus ſermo] Quia ubique auditum eſt quempiam, quem propter ignobilitatem. Val. non nominat, fuiſſe damnatum furti, quod equo ſibi commendato vltra conſtitutam locum aliquo ſpacio prouectus fuiſſet. ceterum priſci quoq; noſtri conſulti, hoc idem de his ſentiunt, qui vltra quàm dictū eſt, equis commodatis vehuntur. [Ariciam] Vrbs diſtabat ab vrbe decem millibus paſſuum, dicta ab Aricia puella. [Quid aliud] Laudantur priſcorum mores à Val. quia tempore ſuo huiuſmodi exceſſus non puniebantur.

ASCAN. MVltus ſermo manauit] .i. diffuſus eſt etiam ſup. de eo iudicio, in quo quidā damnatus eſt furti. ſ. crimine, aut pœna, qui vectus eſt equo, cuius vſus fuerat commodatus illi vſq; Ariciam oppidum illud, non longe ab vrbe euntibus. Brundiſium, inquit Flaccus in Satyra Egreſſum magna cœpit Aricia Rom. vectus dicto cliuio vlteriore. i. per cliuum vlteriorē municipij. ſ. Ariciæ, quid laudemus hoc loci. i. in hoc loco aliud, quàm verecundiam illius ſæculi. ſ. priſci in quo exceſſus tā muniti. i. protecti à pudore. i. rubore turpis facti [Nam pudor eſt interdum verecundia, interdum effectus eius ploratur? q. d. nihil aliud. Quia nulnim verecundi ſunt dicendi, qui puniebant exceſſus excuſabiles, & minime turpes.

QVAE MVLIERES APVD MAgiſtratus pro ſe, aut alijs cauſas egerunt. CAP. III.

DE AMESIA.

*NE de his quidem fœminis tacendū eſt, quas cōditio naturæ, & verecundiæ ſtola vt in foro, in iudicijs tacerent, cohibere non ualuit *Ameſia prætoris ſententia rea, cauſam ſuā Lucio Titio Prætore iudicium cogente, populi maximo concurſu egit, motusque omnes, * ad neruos defenſionis non ſolum diligenter, ſed etiam fortiter executa, & prima actione, & ferè cunctis ſententijs liberata eſt, quam quia ſub ſpecie fœminæ virile animum gerebat, Androgynem appellabant.* *Ameſia ſenten. *. Ac numeros.

OLIV. NE de his quidem fœminis] Conuenienter annectit his iudicijs mulieres quæ apud magiſtratus pro ſe, & pro alijs cauſas egerūt, & primum de Ameſia loquitur quæ adulterij criminis accuſata, ita cauſam ſuam apud prætorem egit ſine vllo patronorum, aut cauſidicorum patrocinio, vt nullam prætermiſerit in ea defenſione actionis modū. i. quo omnium fermè iudicio, atq; ſuffragijs incolumis euaſit. & inſuper cognomen Androgynes eſt aſſecuta. [In foro, Et iudicijs tacerent, ſicut Lauronia à Iuuenale introducta. Numquid nos agimus cauſas ciuilia iura nouimus, aut ullo ſtrepitu fora noſtra mouemus. [Motus omnes] Vt modo ad iram, modo ad miſericordiam flecteret auditores. [Neruos defenſionis] Ad confutandam aduerſariorum cauſam, & noſtram corroborandam. [Androgynem] Græciæ, latinæ viriginem, ἀνὴρ enim dicitur γυνὴ mulier.

ASCAN. NE quidem]. l. non etiam, cum tamen maxime videatur, tacendum eſt de fœminis, quas conditio naturæ, id eſt ſexus, & ſtola, id eſt veſtis matronalis, verecundiæ, ſcilicet, cuſtos, aut admonitria non valuit cohibere, vt tacerent in foro, ſcilicet iudiciali, & iudicis. Afferens autem cōciouo exemplum dicit, Aemiſia rea ſententia prætore lata egit cauſam ſuā maximo concurſu populi, & hoc L. Titio prætore cogēte, id eſt congregante iudicium, id eſt collegium iudicium, & ipſa executa non ſolum diligenter, ſed etiam fortiter omnes motus, ſcilicet affectionum ad neruos, id eſt vires defenſionis. ſ. ſuæ facientes. [Liberata eſt] Et ideſt ſimul prima actione, vt lis non fuerit ampliata, & ferè cunctis ſententijs, quam quia gerebant animum virilem ſub ſpem fœminæ ſup. homines appellabant Androgynem, id eſt virilem fœminam, aut virum, & fœminam, virum animo, fœminam corpore.

DE AFFRANIA VXORE LICINII BRVCTIONIS.

CAIA Affrania vero Licinij Bructionis vxor prompta ad lites contrahendas, pro ſe ſemper apud prætorem uerba fecit, non quòd aduocatis deficeret, ſed quòd impudencia abundabat, Itaq; inuſitatis foro latratibus aſſidue tribunalia exercendo ad muliebri calumnia notiſſimum exemplum euaſit, adeo vt pro crimine improbis fœminarum moribus C. Affraniæ nomen obijciatur. prorogauit autem ſpiritum ſuum ad *C. Cæſarem Tertium, itemq; M. Seruilium conſulem, tale, enim monſtrū magis, quo tempore extinctum, quā quo ſit ortum memoria tradendum eſt.* *Brutonis ſenatoris vxor Aricia vrbs. *Iulium Cæſarem iterum, & Seruilium coſſ.

OLIV. CAIA Affrania Licinij] Impudentiam ſimul, & audaciam C. Affraniæ potius hoc loco ſugillat, quàm facundiam laudat, quod & præter ſextum, & præter mariti dignitatem per omnē ferè vitā aſſidue tribunalia iudicū exercuerit, veluti tabula quædā impudentiſſima. [Lites]. i. actione cauſarum.

Affra cauſas agebat. cauſarum.[Non]Quòd aduocatis,quippe quæ vxor viri ſenatorij foret.C.Afraniæ nomen,quia fœminas inſolentes.C.Afraniæ nomine appellabant.[Prorogauit ſpiritum ſuum]Quia id potius inter monſtra numerari debuit, quàm inter exempla virtutum, ait ideo ſe noluiſſe tradere memoriæ quo tempore nata ſit Affrania,ſed tantum,quibus cõſulibus vitam finiuerit.

ASCEN. Caia vero Affrania vxor Licinij Bructionis]Prompta ad licet contrahendas, fecit ſemper verba.i.locuta eſt apud prætorem pro ſe,nõ quòd deficeret. i. careret aduocatis ſed quòd.i.quia abundabat impudẽtia.(Itaq; ipſa euaſit]Exercendo aſſidue tribunalia latratibus] i.rixis quaſi caninis inuſitatis foro.ſ.iudiciali,in quo viriles voces non muliebres audiri ſolebant ad notiſſimum.i.uulgatiſſimum exemplum calumniæ muliebris.i.quæ mulieri obijci ſolet,adeo.i.intantũ vt nomen C.Affraniæ obijciatur improbis moribus fœminarum pro crimine i.criminatione. Autem pro,ſed ipſa prorogauit.i.carẽdit ſpiritum ſuum.i.uitam ſup.uſque ad C.Cæſarem,conſulem tertium i.in tertio conſulatu eius, & ad Seruilium conſulem iterum.i.in ſecundo conſulatu eius.Et ſi quis quærat,quare non dicat auctor quo tempore incœpit uiuere,addit ideo enim.i.quia tale monſtrum.i ſœmina monſtroſa contra ſexum ſuum faciens,eſt tradendum memoriæ magis, quo tempore eſt extinctum,quàm quo tempore eſt ortum, quia plus gaudij ex morte,quàm ex ortu vult ſummendum.

DE HORTENSIA FILIA QVINTI HORTENSII.

HORTENSIA * vero Q.Hortenſi filia , cum ordo matronarum grauiter tributo à triumuiris eſſet oneratus, nec quiſquam virorum patrocinium eis accũmodare auderet,cauſam fœminarum apud triumuiros & conſtãter & feliciter egit, repræſentata enim patris facundia,impetrauit,vt maior pars imperatæ pecuniæ bis remitteretur. * reuixit cum muliebri ſtirpe Q.Hortenſius, verbisq; filiæ aſpirauit, cuius ſi uirilis ſexus poſteri uim ſequi uoluiſſent,Hortenſianæ eloquẽtia tantæ hereditas una fœminæ actione abſciſſa nõ eſſe.

*Quint. lib. 1.c. 1, & Appia lib. 4.

*De poſteris.li. 3.cap. 5.

OLIV. Hortensia vero]Hæc Hortenſia modeſtior fuit, quàm Affrania,nam triumuiris iniquam matronis tributum imperantibus,nõum ipſa patrociniũ, ſuſcepit, & ſuſceptã facũdè ſimul,& feliciter executa eſt,& obtinuit vt iniuſtæ pecuniæ pars lõge amplior reliqua demeretur.[Hortenſia] Oratoris eximij filia [A triũuiris]Lepido, M.Antonio, & Auguſto.[Nec quiſquam virorũ]Propter proſcriptionẽ,& in qua triumuiri profuſiores erãt.[Aſpirauit]Fauit, quĩ non aliter illa cauſam egit,q̃ ſi præſens pater ſibi oĩa dictaſſet.Hæreditas,q; filia patris eloquentiam iure hereditario conſecuta videretur.

ASCEN. Hortenſia vero filia Q. Hortenſij cum ordo matronarum eſſet ornatus à triumuiris] Forte ad hoc credatis, vt tributa exigerent,graui tributo, nec quiſquam virorum auderet accommodare eis.ſ.matronis patrocinium.i.officium defenſoris, egit apud triumuiros cauſam matronarum,&.i.pariter conſtanter,& feliciter. Enim.i.quia,facundia patris repræſentata.i.iterum præſentata ab ea impetrauit,vt maior pars pecuniæ impetratæ remittere:ur his. ſ.matronis.[Q.Hortenſius] Orator præclarus reuixit.i. iterũ viuere cœpit cũ muliebri ſtirpe. i. in filia ſua,eius facundiam repræſentante,& aſpirauit.i.vim oratoriã afflauit verbis filiæ,cuius viri,ſi poſteri.i.poſtea nati ſexus virilis voluiſſent ſequi tanta hereditas eloquẽtiæ Hortenſianæ non eſſet abſciſſa.i.finita,& extincta,vt membrũ à corpore ſuo abſciſſum viuum,actione filia quia poſt eam non apparuit.

DE QVESTIONIBVS. CAP. IIII. DE M. AGRII SERVO.

ATQVE,ut omnes iudiciorum numeros exequamur,quæſtiones,quibus aut creditum non eſt, aut temere habita fides eſt,referamus. M Agrij argentarij ſeruus Alexandrũ Titi Fannij ſeruum occidiſſe inſimulatus eſt,eoq; nomine tortus à domino,admiſiſſe id facinus conſtantiſſime aſſeuerauit.Itaque Fannio deditus ſupplicio affectus eſt, paruulo deinde tempore interiecto ille,cuius de nece creditum erat,domum rediji.

OLIV. Atqve,vt omnes iudiciorum] Satis concinne à ſuperioribus tranſit ad quæſtiones. Neque.n.à foro. vel à iudicijs digreditur. nam quæſtiones, vt ait Vlpianus, intelligere debemus. tormentorum corporis dolores ad eruendam veritatem, Marcellus uero accepit quæſtionem, non tormenta tantum,ſed omnem inquiſitionem, & defenſionem mortis. [Numeros] Quia quæſtio pars eſt iudiciorum. [Quibus aut creditum]Vtriuſq; partis ſubijcit, exempla.[M. Agrij Argentarij]Cum ſeruus cuiuſdam argentarij falſo eſſet accuſatus,q; ſeruũ T.Fannij cuiuſdam occidiſſet, ſeruus argentarij deditus eſt ſupplicio afficiendus Fannio, quod habitus in tormentis à domino ſe cædis auctorẽ indubitãter affirmaſſet. Lege.n.cautum erat, vt ſerui noxæ dederentur,erat autem hæc pœna ſeruorum,quos domini malebant ad pænam tradere, q̃ præſtare maleficium, qood illi admiſiſſent. [Eo nomine]Ea cauſa.[Aſſeuerauit]Aſſeuerare eſt vim animi, motumq́, totes probationes admiſcere.[Ille]Seruus Fannij.

ASCEN. Atq; vt exequamur omnes numeros].i.partes, aut ſpecies iudiciorũ referamus quæſtiones.i.inquiſitione per torturas,aut teſtes quibus,aut non eſt creditum,aut fides eſt habita temere.i.incõſiderate nõ habita ratione. [Marcl, &c.]Seruus M.Agrij Arg.inſimulatus. i. accuſatus per delationẽ,occidiſſe ſeruũ T.Fannij Alex.ſ.nomine,& tortus eo nomine i.ea ratione à domino neſcio,an ocioſi,an à ſuo credã potius à domino occiſi aſſeuerauit conſtantiſſime,qui etiã poſtea quàm ſolus eſt.i vinculis ſup.ſe admiſiſſe id facinus.i.occidiſſe, ſeruum Fannij itaque.i ipſe deditus.i.poteſtatem datus Fannio, affectus eſt ſupplicio, deinde paruulo tempore interiecto ille, de cuius nec erat creditum, videlicet Alexand. ſeruus Fannij redijt domum.

DE ALEXANDRO SERVO. FANNIO

CONTRA Fannij Seruus Alexander,cũ in hanc ſuſpicionem C.Fl equitis Romani occiſi veniſſet ſepties tortus,pernegauit es ſe culpæ affinem fuiſſet,ſed perinde,atq; confeſſus & à iudicibus damnatus & à L.Calpurnio triumuiro in crucem actus eſt.

OLIV. Contra Fannij ſeruus]Vide quanta ſit diſſimilitudo morum ille impatientia doloris extra noxam poſitus confeſſus eſt delictum,quo à ſe non erat,admiſſum, hic aut Alex.ſeruus,qui venerat in ſuſpicionem occiſum eſſe à ſeruo Argentarij, nullõ ſupplicio peruinci potuit,vt fateretur delictum, quamuis obſtinatione iudicis mortẽ non effugerit.[Perinde atq;]Tanquàm.[Affinem].ſ.uicinum.

ASCEN. Contra].i econtrario Alex. ſeruus Fannij cum veniſſet in ſuſpicionem C.Flacci equitis Romani occiſi. i.quòd ab eo occiſus eſſet, tortus ſepties pernegauit.i. conſtanter ad finem vſque negauit,ſe fuiſſe affinem.i.vicinum, aut attinentem ei culpæ, ſed perinde atque.i.tanquam eſſet confeſſus &.i.ſimul damnatus eſt à iudicibus, & actus eſt in crucem à Lucio Calpurnio triumuiro.

DE PHILIPPO FVLVIO FLACCHO SERVO.

ITEM Fuluio Flacco cauſam dicente,Philippus ſeruus eius,in quo tota quæſtio nitebatur, octies tortus nullum omnino uerbum, quo dominus perſtringeretur,emiſit,& tamen reus damnatus eſt,cum certius argumentum innocentiæ vnus octies tortus exhiberet, quàm octo ſemel torti prębuiſſent.

OLIV. Item Fuluio Flacco]Lælius accuſauit L.Flac. Cic defendit,capita accuſationis hæc fuerunt. Primo,quòd claſſis nomine pecuniam ciuitatibus imperaſſet.Secundo quòd drachmas cevj. ... monenſes dedidiſſent,id quod Aſclepiades legatos de- aerat.

xerat. Tertio, quòd dragmas xvj. accepiſſet, quas Philip. & Hermolaus ſe dediſſe dicebant. Quartò, quod ab heraclmenſibus pecuniam, quæ apud ſe Flacci patris ſui nomine erat abſtuliſſe. Quinto, quòd aurum Iudæorum nomine quotannis ex Italiæ, & ex omnibus Prouincijs Hieroſolymam exportari ſolitum, in ſe dicto ſanxiſſet, ne ex Aſia exportari liceret. Sexto, quòd falcidius talenta quinquaginta ſe Flacco dediſſe dicebat.

ASCEN. ITem Fuluio Flacco] Cauſam dicente].i. de crimine purgante, Phil. ſeruus eius, in quo tota quæſtio nitebatur, tortus. i. torturæ adhibitus octies, nullum oino verbū emiſit, quo dominus. i. eius perſtringeretur. i. conuinceretur, & tñ reus. ſ. dominus damnatus eſt, cū vnus tortus octies exhiberet certius argumentum innocentiæ, q̄ octo ſimul torti præbuiſſent, quia vero ſimilius eſt octo ſemel torqueri ſine cōfeſſione, q̄ vnum octies.

DE TESTIBVS. CAP. V.

DE CN. ET Q. SERVILIIS, Q. ET L. METELLIS.

Cic. p M. Fonteio. SEQVITVR, vt ad teſtes pertinentia exempla commemorem. Cn. & Q. Seruilijs Cepionibus ijſdem parentibus natis, & per omnes honorum gradus ad ſummam amplitudinem prouectis: item fratribus Metellis Quinto & Lucio conſularibus, & cenſorijs, altero etiam triumphali in Q. Pompeium Aufidium repetundarum rerum acerrimi dicentibus teſtimonium, non abrogata fides abſoluto Pompeio, ſed ne potentia inimicum oppreſſiſſe viderentur, occurſum eſt.

OLIV. SEQVITVR vt ad teſtes] A quæſtionibus reorum tranſit ad teſtes, ſubijciens exempla eorum qui teſtimonium dixere. eſt autem ordo vſque eum locum, non abrogata fides, &c. [Hoc autem exemplum pertinet ad moderationem iudicum, qui abſoluerunt] Q. Pomp. repetundarum rerum optimis, & præſtantiſſimis viris aduerſus illum teſtimonium dicentibus, idq́; fecerunt ne in gratiam inimicorū Pomp. damnatus videretur. [Iiſdem parentibus natis] Et per oēs gradus oſtendit quantę auctoritatis fuerunt teſtes. [Itē fratribus Metellis] Plin. lib. 6. nat. hiſt. pulcherrima ſcribit de Metellis, vbi de fęlicitate loquitur. [Abrogata] Abrogantur, qui cum ſui iuris ſunt in alienam partem ſeſe tradunt, eiusque rei ipſi auctores ſunt, eſt quoque abrogare infirmare. teſte Feſto. [Abſoluto] Non quòd mereretur abſolutionem, ſed ne potentia inimicorū, & teſtium, damnatus videretur. [Occurſum eſt] Raro impersonale verbum paſſiuæ vocis reperitur cum ablatiuo caſu ante ſe præterea maluit dicere, occurſum eſt q̄ obuiatum eſt, nam via apud idoneos inuenio obuio verbum cum alias dicatur, eo obuius obuiamq́; quanquam Lau. Val. aſſerit obuio quoque verbum in vſu eſſe.

Pomp. abſolutus.

Abrogate.

ASCEN. SEquitur, vt commemorem exempla pertinentia ad teſtes] Et hæc pro præfatione mea ſubdens ait exemplum, repetendus eſt autem ordo ab vltimo verbo. [Fides non eſt abrogata, ſed occurſum eſt].i. reſtitutum C. & Q. Seruilis Cœpionibus natis iiſdem parentibus prouectis per omnes gradus honorum ad ſummam amplitudinem. [Item].i. ſimiliter occurſum eſt fratribus Metellis videlicet Q. & Lucio conſularibus, & cenſorijs .i. qui conſulatum, & cenſuram geſſerant, alterum ſup. fratrum videlicet. [Qui triumphali].i qui triumpharat, dicentibus acerrime teſtimonium, in. i. contra. [Q. Pomp. Aufidium rerum repetundarum].i. de repetendis .ſ. pecunijs Prouincialibus ablatis, non inquam fides eſt abrogata, Pomp. ſup. exiſtente abſoluto, quia non eſt abſolutus Pomp. tanquam illorum fides eſſet inualida, ſed occurſum eſt, ipſis ne ipſi viderentur oppreſſiſſe inimicum .ſ. Potentia. ſ. ſua, aut ne potentia eorum videretur oppreſſiſſe inimicum, &c.

DE MARCO ÆMILIO SCAVRO.

*Cic. p M. Fonteio. *Cic. li. 2. de Orat. MARCVS *etiam Aemilius Scaurus Princeps Senatus C. Memium repetundarum reum diſtricto teſtimonio inſecutus eſt. Item C. Flauium eadem lege accuſatum teſtis procidit. nam * C. Norbanum maieſtatis crimine publicæ ſubiectum quæſtioni ex profeſſo opprimere conatus eſt: nec tamen aut auctoritate, qua plurimum pollebat, aut religione, de qua nemo dubitabat, quenquam illorum affligere potuit.

MARCVS etiam Æmilius Scaurus] Memium & Flauium repetundarum reos ex Aſia, ut conijcitur, diuerſis temporibus poſtulauit Scaurus fuit autem, ut Plinius orator tradididit nobilis pauper, patricius quidem, ſed patrem habuerit carbonariam exercentem, poſtea tamen ad ſummum dignitatis faſtigium euaſit. [Diſtricto] i. uehementi, & armato. Tranſlatio eſt ſumpta à gladiatore, qui aduerſarium nudato gladio inuadit. [Eadem lege] Repetundarum. [Nam C. Norbanum maieſtatis reum] Hic miſſos à Sylla legatos, qui de pace agerent, conſul uiolauerat, idem proſcriptus in urbe Rhodo, cum comprehenderetur ſeipſum occidit. OLIV. Scau. teſtis contra Flauium.

MArcus autem Æmilius Scaurus Princeps Senatus, inſecutus eſt diſtricto].i. quaſi nudato gladio uibratio. [C. Memium reum].i. accuſatum ſup. crimine repetundarum .ſ. pecuniarum Prouincialibus ablatarum. [Item] Aut idem teſtis proſcidit. i. quantum in ipſo fuit, conuentium cœtu abſcidit C. Flauium accuſatum eadem lege .ſ. repundarum. [Nam conatus eſt opprimere ex profeſſo C. Norbanum ſubiectum publicæ quæſtioni].i. inquiſitioni crimine. i. ob crimen, aut de crimine maieſtatis. ſ affectatæ, nec tamen potuit affigere .i. ad condemnationem perducere, quenquam illorum, aut auctoritate, qua pollebat. i. poterat plurimum, aut religione. i. integritate cōſcientiæ ob metum Deorum de qua nemo dubitat. Quid ergo inquies obſtitit? quod & alijs nimia videlicet potentia. ASCEN

DE LVCIO CRASSO.

LVCIVS quoque* Craſſus tātus apud iudices, quantus apud P.C. Aemilius Scaurus, nanque eorum ſuffragia robuſtiſſimis, & fęliciſſimis, & eloquentiæ ſtipendijs regebat, eratq́; ſic fori, vt ille curię Princeps, cum vehementiſſimum teſtimonij fulmen in M. Marcellum reū inieciſſet, impetu grauis, exitu vanus apparuit. *Cic. p M. Fonteio.

LVCIVS quoque Craſſus] Non minoris erat L. Craſſus æſtimationis apud iudices, quàm apud Senatores Æmilius Scaurus, ſed eorum poſtulationes parum ualuere, in M. enim Marcellum repetundarum reum ex Græcia uidelicet Achaia, ut conijcitur, L. Craſſus teſtimonium iniecerat, & nihil tamen illi nocere potuit. nam à iudicibus dimiſſus eſt. OLIV.

LVcius quoque Craſſus] Erat ſup. tantus apud iudices .i. in foro iudiciali, quantus ſup. erat. C. Æmilius Scaurus apud patres. i. in curia ſenatoria (nanq; ipſe regebat ſuffragia. i. voces, aut uota eorū. i. iudicium in foro, robuſtiſſimis, & fęliciſſimis ſtipendijs. i. mercede, aut militia, & exercitio eloquentiæ. ſ. ſuæ eratq́; ſic princeps fori ut ille. ſ. Scauri erat princeps curę. ſ. Senatus) cum inieciſſent uehementiſſimū fulmen teſtimonij in M. Marcellum reum. ſ. repetundarum, more ſuperiorem, apparuit grauis impetu. i in primo aſſaltu, ſed ſup. uanus. i. futilis, aut inanis, & mendax exitu, quia ipſo repulſo abſolutus eſt reus. ASCEN.

DE Q. METELLO PIO, L. ET M. LVCVLLIS Q. HORTENSIO, AT M. LAPIDO.

AGE * Q. Metellus pius, L. Marcus Lucullus, Q. Hortenſius, M Lepidus, Cn. Cornelium maieſtatis reum, non modo teſtes onerarunt, ſed etiam ſalutem, negantes illo incolumi ſtare rempub. poſſe, depoſcerunt, quę decora ciuitatis (pudet referre) vmbone iudiciali repulſa ſunt. *Aſc. in oratione pro Cor. ubi Q. Catulum ponit, & L. Lucullū omittit.

AGE Q. Metellus pius] Hic homo non improbus uita habitus eſt, fuerat Quæſtor C. Pompei deinde trib. pl. Cn. Piſone, & Publio C. Conſulibus in eo magiſtratus ita ſe geſſit, ut iuſto pertinacior uideretur. Alienatus autem à Senatu multis ex cauſis, quas nunc referre non attinet, ſed inter cætera promulgauerat legē, qua auctoritate Senatus minuebat, ne quis niſi per populū leg bus ſolueretur, quod antiquo quoq; more erat cautū. Itaq; in omnibus ſenatuſconſultis, quibus aliquem ſolui placebat adiecerat, ſolitum ut ea ad populum ferretur, ſed paulatim ferri eras, deſitum indigne ergo eam Cornelij rogationem OLIV.

tionem tulerant potentiſſimi. Itaq; P. Seruilius globulus trib. pl. inuentus erat, qui L. Corn obſiſteret is vbi legis ferendæ, dies venit, & præco ſubiicienti ſcriba legem recitare populo recepit, & ſcribam ſubijcere, & præconem pronunciare paſſus non eſt, tunc Corn. ipſe codicem recitauit, quod cum improbe fieri Lucius Piſo vehementer quæreretur, contra tribunitiam interceſſionem graui conuicio à populo exceptus eſt. Et cum illum conſul, qui ſibi intercedebat, manus præhendi à lictore iuſſiſſet, fracti eius faſces cuncti, lapideſque etiam, & vltima concione in conſulem iacti, quo tumultu Corn. perturbatus, conſilium dimiſit, hanc deinde legem tametſi temperauit, tñ inuitis optimatibus eam tulit, tulit autem alias leges, quas commemorare neceſſe non eſt ſequenti deinde anno M. Lepido, & Lucio Vulcatio conſulibus reum Cornelium duos fratres Cominij, lege Cornelia de maieſtate fecerunt, apud P Caſſium prætorem, qui cum decimo die, vt mos, eſt non affuiſſet, accuſatores, ante tribunal penè confecti ſunt. Renouata deinde actio eſt, dicentibus in eũ teſtimonia infeſtis principibus ciuitatis, qui ſe vidiſſe dicerent, cum Cornelius codicem in tribunatum pro roſtris recitaret nemo aute Cornelium fuiſſe æſtimaretur, volebant videri ſe iudicare eam rem magnopere ad crimen minuię maieſtatis tribunitię pertinere, cum prope tolleretur interceſſio, ſi id tribunis permitteretur, iudicium id caetcuit, Q. Gallus prætor, Cic. quatriduum defendit, vt ipſe ſignificat [Maieſtatis reum] Quòd legem tuliſſent intercedente tribunitia poteſtas læſa videbatur, [Quæ dedecora ciuitatis] Quòd tantis viris creditum non ſit, [Vmbone iudiciali] Impetu, & violentia iudicij, & eſt tranſlatio ſumpta à militibus, qui pugnantes alius alium vmbone propulſant, eſt autem vmbo media pars ſcuti, quaſi vmbilicus.

Aſcon.

AGe (adhortandi non ad faſtidium mitandum apta) Q. Metellus Pius, & L. Marcus Luculli Q. Hor. & M. Lepidus non oberarunt tantummodo ſ. pondere ſuæ auctoritatis, Cn. Corn, reum maieſtatis. ſ. affectatæ. [Teſtes].i. exiſtentes teſtes contra eum producti, ſed etiam depoſcerunt.i. exegerunt ab eo ſalutem .i. vitam, negantes remp. poſſe ſtare, illo ſup. manente incolumi. [Qua] .i. ò qualia decora, aut qui viri cum eſſent decora.i. culmina, & ornamenta præcipua ciuitas .ſ. Rom. repulſa ſunt.i. reiecta vmbone iudiciali .i. clypeo, & protectione iudicium (pudet referre) .i. quam rem cum pudore refero, quòd.ſ. tanti viri reiecti ſint.

DE M. CICERONE.

*Cic. li. 1. ad At. & Plut. in Cic.

QVID * M. Cicero forenſi militia ſummos honores, ampliſſimumq; dignitatis locum adeptus, nonne in ipſius eloquentiæ ſuæ caſtris teſtis abiectus eſt? dum P. Clodium Romæ apud ſe fuiſſe iurauit, illo ſacrilegium, & flagitium vno argumento abſentiæ tuente, ſiquidem iudices Clodium inceſti crimine, quàm Ciceronem infamia periurij liberare maluerunt.

Oliv.

QVID M. Cicero] Cum in domo Cæſaris eo anno Pontificis Max. bonæ deæ ſacra celebrarentur, quibus nulli viro inter eſſe licebat P. Clodius Appij filius Pomp. Cæſaris vxoris amore correptus, ſub habitu muliebri ædes introiuit, & ſacra violauit, qui cognitus per manus ſeruulæ ſeruatus, & eductus eſt Cic ad Att. lib. 4. epiſt. 7. cuius principiũ eſt, & mea ſponte P. inquit Claudium Appi filiũ te credo audiuiſſe cum veſte muliebri deprehenſum domi C. Cæſaris cum ſacrificium pro populo fieret, cumq; per manus ſeruulæ ſeruatum, & eductum, rem eſſe inſigni infamia, quod te moleſte ferre certo ſcio. Itaq; ſacrilegij poſtulatus vno ſe argumento tuebatur, eo die Rom. non fuiſſe, quo ſacra celebrata fuerant, &c. Cic. aduerſus hunc teſtis adductus iureiurando affirmauit, eo die Clodiũ, & Rom. & apud ſe fuiſſe tanti viri teſtimonium facile reum opprimere poterat, & debebat, niſi iudices pecunia corrupti maluiſſent Cic. infamia, quàm Clodiũ ſacrilegio damnare. De hoc iudices pecunia corruptos fuiſſe, idque multis in locis, ſed ibi in primis, nam & illud nobis non obeſt, videri noſtrum teſtimoniũ non valuiſſe, miſſus eſt ſanguinis inuidię ſine dolore, atq; etiam hoc magis, ꝙ omnes illi fautores illius flagitij, rem manifeſtam illam ademptam eſſe à iudicibus confitentur. aliquanto ſuperius dixerat Cic. Nemo erat, qui illũ reum, ac non millies condemnatum arbitraretur, me vero teſte producto, credo te exclamationem Clodij aduocatorũ audiſſe. rurſus paulò inferius in eadem epiſt. 25. Iudices ita fortes tum fuerunt in ſummo & poſito periculo, ut perire maluerint, quàm perdere omnia axxj. fuerunt, quos fames magis quàm fama commouerit, hic planè corrupto oſtẽdit. [Forenſi militia] Ex exercitatione forenſi. [Summos honore] Præturam conſulatum, auguratũ. hos.n. omnes conſecutus eſt Cic. Seru. ad ipſum Cic in conſolatione de obitu filiæ, illam quandiu opus fuerat vixiſſe, vna cũ rep. fuiſſe te patrem ſuum præturem, conſulem, augurem vidiſſe. [Ampliſſimum dignitatis hoc locum] Senatoriam dignitatem, nam in ſenatu auctoritate plurimũ valuit Cic. [In ipſis caſtris eloquentiæ] .i. in foro vbi cauſæ ſola eloquentiæ defendebantur forum igitur appellat caſtra eloquentiæ, & in tranſlatione perſiſtit, quia dixerat forenſi militia. [Sacrilegiũ] Quia ſacra bonæ deę adire non dubitauit, quibus adeſſe nefas erat viro. [Flagitiũ inceſtum] Nam vt diximus propter Pompeiam Cæſ. vxorem adita ſacra. [Quamobrem] Et à Cæſ. Pompeia repudiata fuit cuius rei meminit Suetonius in vita Cæſ. dicit enim in Corn. locum Pompeiam duxit Q. Pompeij filiam L. Syllæ neptem, cũ qua deinde diuortium fecit, adulteram opinatus à P. Clodium inter publicas ceremonias penetrauiſſe ad eam muliebri veſte tam conſtans fama erat, vt Senatus quæſtionem de pollutis ſacris decreuit. [Inceſti] Recte, quia loco ſacro, vel inceſti etiam de ſororibus poſſumus intelligere, nam duas violaſſe ſuſpicio erat.

Pompeia. Cæſ. uxor.

Aſcon.

QVid P. fecit, aut paſſus eſt (aut potius ſit modus procedendi) M. Cic adeptus militia, & .i. diſceptatione, aut certatione forenſi.i. in foro iudiciali, & ſummos honores, & ampliſſimum locum dignitatis, nonne abiectus eſt.i. reprobatus teſtis in ampliſſimis caſtris eloquentiæ hoc eſt ipſo foro? q.d. etiam vtpote cũ iurauit P. Clodium fuiſſe apud ſe Romæ illo .ſ. Clodio tuente.i. defendente, & inficiente, & ſacrilegium, & flagitium.i. inceſtum, dum ſacra bonæ deæ fierent à ſe tentatũ vno argumento abſentiæ, ſi quidem.i. quõ iudices maluerint (quia corrupti pecunia, quod ideo non dicit, quia eius criminis comprobatio in Cæſaris quodammodo contumeliam redundaret) liberare Clodium crimine inceſti, quàm Ciceronem infamia periurij, quàm reprobando eius iuſiurãdum manifeſte intulere, aliter.n. ipſi peieraſſent iniq; iudicando ſm reum conuictum.

DE P. SERVILIO CONSVLARI.

* De hoc Seruilio Cicer. Ver. 3. & 5. Liu. lib. 90. Flor. li. 3. c. 6. Eutr. li. 5. & Rufus.

TOT eleuatis * teſtibus, vnum, cuius noua ratione iudicium ingreſſa auctoritas confirmata eſt, referam. P. Seruilius conſularis, cenſorius triumphalis, qui maiorum ſuorum titulis Iſaurici cognomen adiecit, cum forum prætericns teſtes in reum dari vidiſſet, loco teſtis conſtitit, ac per ſummam inter patronorum pariter & accuſatorum admirationem ſic orſus: Hunc ego iudices, qui cauſam dicit, cuias ſit, aut quam vitã egerit, quamque merito, vel iniuria accuſetur, ignoro, illud tantum ſcio, cum occurriſſet mihi Laurentina via iter facienti, admodum anguſto loco equo deſcendere noluiſſe. quod an aliquid ad religionẽ noſtram pertineat, ipſi æſtimabitis, ego id ſupprimendum non putaui. Iudices reum, vix auditis cæteris teſtibus, damnauerunt. valuit enim apud eos tum amplitudo viri, tum grauis neglectæ dignitatis eius indignatio, eumq; qui venerari principes neſciret, in quodlibet facinus procurſurum crediderunt.

Oliv.

TOT eleuatis] Seruilius Iſauricus teſtimonium dixit in reum, qui ſibi occurrerat anguſto loco, & honoris gratia equo non deſcenderat, quo nomine damnatus eſt. hic P. Seruilius Iſauricus miſſus aduerſus Piratas, qui proximum mare Cretam inter atq; Cyrenas, Pyreum, & Achaiam, ſinumque maleum latrocinabantur, non incruenta victoria ſuperauit, nec mari ſubmouiſſe contentus, validiſſimas vrbes eorũ, & diutina præda abundantes Phaleſin, & Olympon euertit. Iſauronq; ipſam arcem Ciliciæ, vnde conſecutus eſt ſibi magni laboris Iſauricus cognomen adæquauit. dictus Iſauricus, ꝙ Iſauros in Cilicia domuerit. [Tot eleuatis] Leuibus, & vanis teſtibus factis. [Triumphalis] Quia de Piratis triumphauit. [Per ſummã admiratione] Admirabantur omnes accuſatores, & patroni, ꝙ vir tantus in teſtimoniũ non vocatus, teſtis acceſſiſſet. [Quam uitam] Quàm rationẽ Virg. Inueni germana uiam, gratare ſorori. [Anguſto loco] Arcto loco, qui duos equos non admitteret,

ergo

ergo hic nec de via ceſſit, nec equo deſiluit, nam principibus ciuitatis, qui honore digni cenſebantur honoris gratia ab inferioribus equo deſcēdebatur, caput aperiebatur & de ſemita cedebatur, quod honoris genus ſenectuti in primis dabatur, Sen. epi. lxx. Si conſulem video, aut prætorem, omnia, quibus honor haberi ſolet, faciam, equo deſiliam, caput ad aperiam, ſemita cedā [Religionem] Iuſtitiam, eſt enim religio pars iuſtitiæ.

ASCEN. Tot teſtibus eleuatis].i. non ſat ponderis habuiſſe iudicātis, & ideo reiectis ſicut æs in bilancem eleuatū reijcitur, ego referam, unū.ſ. teſtem tuius auctoritas ingreſſa iudicium.i. concilium iudicium, nouā.i. inſolita rōne.i. uia, & forma eſt confirmaſti.i. comprobata. i. ſtabilita. P. Seru. ſup. uir cōſulatis, cenſorius, triumphalis, quia cōſul cenſor, & triūphator fuerat, qui adiecit cognomen Iſaurici titulis maiorū ſuorum, quia Iſauros in Ticiha deuicit, cum præter eus forum.ſ. iudiciale, iuſſe teſte dari.i. adhiberi.i. contra reum.ſ. quendā ſibi inuiſum conſtitit.i. manſit ſtans loco teſtis, ut etiam in eum quaſi teſtis daretur, ac orſus eſt ſic.i. Incepit ſic loqui inter ſummam admirationem patronum.i. defenſorum, & accuſatorum.ſ. rei. O Iudices (uerba Seruij) ego ignoro cuias ſitis ſup. qui cauſam dicit .i. ſe defendit, aut quam.i. qualem uitam egerit, quamque.i. quā tum merito. uel iniuria accuſetur, ſcio tamē illud, cum ipſe occurtiſſet ſup. eum noluiſſe deſcendere equo. [Quod].i. factum eius an pertineat aliquid ad religionem noſtram. i. obſeruatio maieſtatis noſtræ uos æſtimabitis i. cenſebitis, aut exiſtimabitis .i. iudicabitis, ego putaui, id non ſupprimendum.i. tacendū. Iudices damnauerunt reum, cæteris teſtibus uix auditis. Enim pro quia, tum i. ſimul amplitudo uiri, tum. i. ſimul indignatio dignitati eius, neglectæ ualuit multum apud eos uidelicet iudices, & crediderunt eum, qui neſciret uenerari principes, pro curſurū.i. talem, qui facile procurrat in quolibet facinus.

QVI QVAE IN ALIIS VINDIcarunt, ipſi commiſerunt. CAP. VI.

DE C. LICINIO HOPLOMACHO.

Nec illos quidē latere patiamur, q̄ quę in alijs vindicarunt, ipſi cōmiſerūt. C. Licinius cognomine Hoplomachus, à Prætore poſtulauit, vt patri ſuo bon.s tanq̄ ea diſſipanti interdiceretur: & quidē q̄ petierat impetrauit. ſed ipſe paruo poſtea tēpore mortuo ſane, ampla ab eo relicta latifundia feſtinanter conſumpſit. Dignus hac viciſſitudine pœnæ fuit, quoniam hereditate abſumere, quàm heredem maluit tollere.

OLIV. Nec illos] De his quoq; dicendum eſt, qui quod in alijs damnarunt, ipſi commiſerunt. C. Licinius patrem prodiguum habuit. petijt igitur à iudicibus, vt bonis interdiceretur, quo facto cum bonorum adminiſtrationem ſuſcepiſſet, adeo luxurioſe uiuere cœpit extincto patre, vt patrimonium, quod amplum acceperat, breui conſumpſerit, dignus profecto qui non bonis, ſed ſpiritu interdiceretur, cū patrem herede ſuſtinere noluerit. [Hoplomachus] Interpretatur armis pugnans fuit aūt à nomine longe diſſentiens; quia non armis ſed dentibus pugnauit.) Bonis] Inter uſitata conſtructio huic interdicitur aqua & igni. [Hac uiſſitudine] Alternatione, vt quemadmodū ipſe patrem, ſic eum adminiſtratione rei domeſticæ priuaret. [Heredem tollere] Educare noluit heredem quenquam, quia bona conſumando heredes habere non potuit.

ASCEN. Nec,] Id eſt ne, & ne quidem.i. non etiā, aut non ſaltē patiamur illos latere.i. in occulto eſſe, qui ipſi cōmiſerunt ea, quæ iudicauerunt in alijs. [Tm præfatus addit exemplum C. Lic. [Hoplomachus].i. armis pugnans cognomine poſtulauit à prætore, ut interdiceretur patri ſuo bonis.i. uſu bonorum, tanquā diſſipanti ea, & quidem.i. etiā impetrauit. ſ. à prætore quod petierat, q̄ patri datus eſt curator. ſed ſene paruo tpe poſt mortuo, ipſe feſtinanter cōſumpſit latifundia.i. ampla fundos, & lata, arua, relicta ab eo.i. ſene pre. [Ipſe] Sup. fuit dignus hac uiſſitudine pœnæ, qm̄ maluit abſumere hereditatē, q̄ tolere.i. educare (ut in Adria Terētij. Quidquid peperiſſet decreuerūt tolere) heredes quod ſi habuiſſet forte ab illis ei bonis interdictum fuiſſet, ſed grauius malū paſſus eſt, q a mœdic' mortuus eſt

DE CAIO MARIO.

*Caius * autem Marius, cum magnum & ſalutarem reipu ciuem in L. Saturnino opprimendo egiſſet, à quo in modo uexilli pileum ſeruituti, ad arma capienda oſtentatum erat. L. Syllæ cum exercitu in urbem irrumpente, ad auxilium ſeruorum pileo ſublato confugit. Itaque dum facinus quod punierat, imitatur, *alterium Marium, à quo affligeretur, inuenit.*

*Cic. p C. Rab. & Liu. li. 69.

*Plut. in Mario.

OLIV. Caius autem Marius] Dictum eſt in cap. de fortitudine, quo pacto Marius, qui primò nobilitati vehementer infenſus Appuleium Saturnium Gracchanas leges ſuſcitantem ſuis opibus iuuit, mutata ſententia auctore Scauro illum è foro eiecit, & in capitolium fugere coegit, quē proſecutus cū ille propoſito pileo ſeruos ad arma ſpe libertatis conuocaret, capitolium inuaſit & abruptis fiſtulis illum in deditionem venire coegit, qui cum pœnitentiæ per legatos fidē feciſſet unde digreſſus cum ducibus factionis receptus eſt in curiam, vbi facta in eum eruptione populus eum fuſtibus, ſaxiſq; coope rtum, in ipſa quoq; morte lacerauit. [Marium] Igitur Saturnium oppreſſit, quia ſeruos ad arma vocabat, ipſe vero paulo poſt ad ſui opem ſublato pileo ſpe libertatis ſeruos inuitauit, cum Syllam in vrbem irrumpentem cum exercitu ſenſit, ergo quòd in alijs correxit, ipſe peccauit, & alium ſui quoq; peccati vindicatorē inuenit. Aduertendum eſt, quòd Eutropius de Mario dicit, Sylla Marium de cataprili caſa extractam vinciri iuſſit ductumq; Trans tyberim effoſſis mēbris, minutiſq; cæſis trucidari ibi de M. Mario, loquitur, non de C. Mario. Nam C. Mar. ut Plin. & Cic. & Plut. & multi alij teſtantur uoluntaria morte deceſſit. Nam Cic. lib. de nat. deorū, cur inquit Marius tam infeliciter ſepties conſul domi ſuæ mortuus eſt. [Pileum] Signum libertatis, & dicimus hoc Pileū, & hic Pileus, & magis in uſu eſt in maſculino, quanquam hic neutri inuenitatur.

ASCEN. Caius autem Marius cum egiſſet).i. geſſiſſet ſe ciuem magnum & ſalutarē reip. opprimēdo L. Saturnio, à quo.ſ. Saturnino. [Pileum].i. ſignum libertatis erat oſtentatū ſeruituti.i. ſeruis ad capienda arma.ſ. cōtra dominos ſuos, & potentes ciues, in modum uexilli, confugit.ſ. marius ad auxiliū ſeruorū. [Pileo ſublacto].i. erecto, hoc eſt vocatis eis ad Pileū.i. libertatem. [L. Sylla irrūpententes].i. cum irrumperet in vrbē.ſ. Roma, contra Marium, cum exercitu. [Itaque dum imitatur facinus, quod punierat].ſ. in Saturnio, inuenit alterum Marium.i. Marij imitatorem, Syllam videlicet, à quo affligeretur.

DE M. LICINIO STOLONE.

*Marcus * vero Licinius Stolo, cuius beneficio plebi petenti conſulatum poteſtas facta eſt, cū lege ſanxiſſet, ne quis amplius, quàm quingenta agri iugera poſſideret, ipſe mille comparauit, diſſimulandiq; criminis gratia, dimidiam partem filio emancipauit quam ob cauſam à M. Popillio Lenate accuſatus, primus ſua lege cecidit, ac docuit nihil aliud præcipi debere, niſi quod prius quiſq; ſibi impetrauit.*

*Liu. li. 7 & Plin. de uiris illuſtr.

OLIV. Marcus verò Licinius Stolo] Plin. de viris illuſtribus. Fabius ambuſtus è duabus filiabus altera Licinio Stoloni. Alteram A. Sulp. patricio coniunge dedit, quarum plebeia cum ſororem ſalutarer, cuius vir trib. milita cōſulari poteſtate erat faſces lictorios foribus appoſitos indecēter expiauit à ſorore irriſa marito quæſta eſt, quia adiuuante ſocero, vt primum trib. pl. aggreſſus eſt legem, tulit, vt alter conſul ex plebe crearetur, lex exiſtēte Appio Claudio, tamen lata eſt, & primus Licinius ſtolo conſul factus. Idem legit ſanxit, ne cui viro plebeio pluſquam centum iugera agri habere liceret, & ipſe cum iugera centum quinquaginta haberet, altera emancipati filij nomine poſſideret in iudicium vocatur, primus omnium ſua lege punitus eſt. [Cuius beneficio petendi conſulatum] Eo modo, quo ſupra dictum eſt. [Sanxiſſet] Firmaſſet. [Quingenta agri iugera] Aut diſſentit à Plin. Vul. aut mendoſus eſt codex meus, nam centum tantūmodo legi. [Emancipauit] Per emancipationem dedit finxit, enim à ſe filium emancipaſſe, vt agri iugera poſſet iure poſſideret, nec cōtra quam ipſe tulerat legem feciſſe videretur, quod illi parum ualuit, nam in ius à Popilio

Lenate

Lenate vocatus ſua ipſius lege dānatus eſt. [Ac docuit] Exemplum ſtatuit alijs non eſſe cupiendum. [Præcipiendum] Quod non prius ſeruare intenderit, qui præceperit.

Ascen. M[Arcus vero Licinius Stolo, cuius beneficio poteſtas,] Id eſt facultas petendi conſulatū eſt facta plebi, cum ſanxiſſe.i.ſancta conſtituiſſet. lege.ſ.lata, ne quis poſſideret amplius, q̄ quinquaginta iugera agri, ipſe cōparauit mille.ſ.iugera agri, & emancipauit.i.extra poteſtatem ſuam dedit filio dimidiam partem.i.alteri quingenta iugera, gratia criminis diſſimulandi, ob quam cauſam accuſatus à M. Popilio Lenate, cecidit primus lege ſua.i.à ſe lata, ac docuit.ſ. exemplo de ſumpto, nihil aliud debere præcipi, niſi quod quiſq; imperauit prius ſibi.

DE Q. VARIO TRIBVNO.

*Cic. in Brut. hic li. 3. c. 7. & lib. 9. cap. 2. *QVINTVS * autem Varius, propter obſcurū ius ciuitatis Hybrida cognominatus, trib. pl. legem aduerſus interceſſionem collegarum prorogauit: qua iubebat quæri, quorum dolo malo ſocij ad arma ire coacti eſſent, magna cum clade reip. ſociale enim prius, deinde ciuile bellum excitauit. ſed dum ante peſtiferum trib. pl. quàm certum ciuem agit ſua lex eum domeſticis laqueis conſtrictum abſumpſit.*

Oliv. QVINTVS autem Varius Hybrida] Hic eſt, qui legem tulit, vt quæreretur de his, quorum opere, & conſilio ſocij contra P.R. arma ſumpſiſſen. qua lege Q. Cepioni gratificans, M. Scaurū concitati belli crimine apud ſe adeſſe iuſſit. Hybrida quaſi cōtumelia vocatus, ſua ipſius lege damnatus dum enim ſeuerius agit in eos, qui auctores fuerant concitandi belli, bellum ipſe non modo ſociale, ſed etiam ciuile ſuſcitauit, & hoc modo dum ſeditionem concitat, lege opprimitur. [Hybrida] Cōtumelioſus, ſiue contumelia ſenatus, nam ὕβρις, contumelia dicitur. [Aduerſus collegarum interceſſionem] Interceſſerunt collegæ, hoc eſt alij tribuni, ne reip. pernicioſa lex ferratur, ea tñ tulit aduerſus collegarum interceſſionem, & ita ſeditionem, & bellum excitauit. [Magna cum clade reip.] Quia ſocij rurſus arma ſumpſerunt, & inter ſe ciues peſtifera ſeditione laborarunt. [ſociale] Bellū ſociorum, quod periculoſiſſimum fuit tandem Pompeius Strabo ſedauit. [Quàm certum ciuem] Quia Veronenſis iſte fuit, ideo dicit prius ſe tribunum peſtiferum, quàm certum ciuem egiſſe. [Domeſtici laqueis conſtrictum] Quia ſua lege damnatus, pœnas dedit, quas debuit.

Ascen. QVintus autem Varius cognominatus Hybrida] .i. miſto ſanguine contumelioſe natus, propter obſcurum ius ciuitatis, quia dubium erat, an deberat cenſeri ciuis Rom. trib. pl. i. cum eſſet trib. pl. prorogauit.i. promulgauit, facta prius rogatione legem aduerſus interceſſionem collegarū, hoc eſt licet collegæ intercederent.i. auctoritatem ſuam opponerent, qua.ſ. lege re iubebat, quæ.i. inquiri, quorū dolo malo.i. fraude ſocij.ſ. non ſolum Latini eſſent coacti ire ad arma iubebat dico cum magna clade reip. quia ipſe excitauit prius bellū ſociale, deinde ciuile. [Sed dum agit] .i. gerit ſe ante trib. pl. peſtiferum.i. pernicioſum reip. quā ciuem certū, lex ſua.i. quam ipſe tulit, abſumpſit eū cōſtrictū, laqueis domeſticis.i. domi illi paratis forte ī alios.

Theo. PRopter obſcurum ius ciuitatis] Quia non conſtabat, quo iure ciuis eſſet, inde Valer. infra ſtatim. Ante peſtiferum trib. pl. quàm certum ciuem agit.

DE STVDIO, ET INDVSTRIA.
CAP. VII.

QVID ceſſo vires induſtriæ commemorare? cuius alacri ſpiritu militiæ ſtipēdia roborentur, forenſis gloria accēditur, fido ſinu cuncta ſtudia recepta nutriūtur, quidquid animo, quidquid manu, quidquid lingua admirabile eſt, ad cumulum laudis perducitur, quæ perfectiſſima ſit virtus, duramento ſui confirmatur.

Oliv. QVID ceſſo vires] Dicturus de ſtudio, & induſtria virtutem vtranq; breui præfatione commendat, quòd harum viribus tam militiæ, q̄ fori diſciplina confirmatur, cuncta ſtudia fouentur, & quæ per ſe clara ſunt illuſtriora redduntur, denīq; virtus ex omni parte perfecta comprobatur, inter ſtudiū vero, & induſtria hoc intereſt quòd ſtudio, diſcimus, induſtria exercemus [Militiæ ſtipendia] Sine induſtria militaris diſciplina nihil valet. [Forenſi gloria] Eloquentia quæ cauſæ aguntur in foro [Fido ſinu] Animo, & pectore concepta, & eſt translatio ſumpta à matribus, quæ filiulos ſinu geſtare conſueuerunt. [Animo] Quòd diſcitur, & cogitatur. [Manu] Quo operamur. [Lingua] Qua pronunciamus, & perotamur. [Duramento ſui confirmar] Nam hoc ipſum induſtria vocatur, quia durat, & ſeipſam ſuſtentat, nullius adminiculo indigens. Studium & induſtria differentia.

QVid] .i. ad quid ceſſo commemorare vires induſtriæ i. innatæ grauitatis, & ingenioſitatis, cuius ſpiritu alacri ſtipēdia militiæ roborantur.i. ſtabiliuntur, gloria forenſis.i. ſeſe in foro cauſarum exercitantium accenditur, cuncta ſtudia recepta fido ſinu.ſ. induſtriæ, nutriuntur.i. aluntur ab ea, & quidquid admirabile eſt animo.i. dum ab animo vt quidquid manu, quidquid lingua.i. ſiue in corde, ſiue facto, ſiue in dicto, perducitur ad cumulum laudis, repete alacri ſpiritu induſtriæ, quæ cum ſit virtus perfectiſſima, confirmatur.i. ſtabilitur duramento ſui.i. ſolidamento ſibi à ſe facto.

DE CATONE SVPERIORE.

*CATO * Sextum & octogeſimum annum agens. dum in rep. tuenda iuuenili animo perſtat, ab inimicis capitali crimine accuſatus, cauſam ſuam egit, neque aut memoriam eius quiſquam tardiorem, * aut firmitatem lateris ulla ex parte quaſſatam, aut hos hæſitatione impeditum, animaduertit: quia ſcilicet omnia iſta in ſtatu ſuo æquali, ac perpetua induſtria continebat: * quinetiam in ipſo diutiſſimæ actæ vitæ fine diſertiſſimi oratoris Galbæ accuſationi, defenſionem ſuam pro Hiſpania oppoſuit, * Idem Græcis literis erudiri concupiuit: quàm ſero, inde æſtimemus, quòd etiam Latinas penè iam ſenex didicit: * cumq; eloquētia magnam iam gloriam partam haberet, id egit, vt iuris ciuilis quoque eſſet peritiſſimus.* * Quoties accuſatus. Pli. li. 7. c. 27. *Cic. de ſenect. *Hoc li. 8. cap. 1. *Cic. de ſen. & li. 2. Acad. quæſt. *Cic. li. 1. de or.

Oliv. CATO ſextum] M. Por. Cato capitali crimine accuſatus, hic conſul Celtiberos domuit, & ne rebellare poſſent literas, ad ſingulas ciuitates miſit, vt muros diruerent, cum unaquæq; ſibi ſoli imperari putaret fecerunt, ipſe cum laudem mereretur, vbi inuidis capite poſtulatus eſt. Conſtat quadragies quater fuiſſe accuſatum, & ſemper glorioſe abſolutū, hanc aiūt vltimam cauſam fuiſſe conijciunt, quàm octogenarius dixit. cum ſumma laude, & quaſi admiratione, quod in ætate memoria tanta, laterumque firmitate, & pronunciatione valeret, vt in nulla parte deficeret. cuius oratio tantam vim habuit, vt nonſolum ſe tutaretur, ſed accuſatorem quoq; Galbam reū cum ſummo periculo redderet, eam poſtmodum orationem in annalibus ſuis inſeruit. Plin. nat. hiſt. lib. 7. de Catone. Cæteris inquit virtutum generibus varij, & multi fuere præſtantes, Cato primus Porciæ gentis tres ſummas in homine res præſtitiſſe exiſtimatus eſt, optimus orator, optimus imperator, optimus ſenator, quæ mihi omnia etſi ſi non prius, attamen clarius fuiſſe in Scip. Aemiliano videtur. dempto præterea. plurimorum odiu quo Cato laborauit, itaq; ſi proptium Catonē quater, & quadragies cauſam dixiſſe, neq; quemquam ſæpius poſtulatum, & ſemper abſolutum. [Capitali crimine] Quòd P.R. prouinciam deſeruiſſet, quod erat capitale [Neq; aut memoriam, &c.] In his omnibus vis maxima eloquentiæ conſiſtit. [Memoria] Quæ in ſenibus ſolet eſſe debilior, niſi fuerit longa, & aſſidua exercitatione confirmata, hoc eſt induſtria corroborata. [Firmitate lateris] Vt poſſet clauſulas quātumlibet longas vno ſpiritu pronūciare. [Aut os hæſitatione impeditū] Vt in proferendis verbis nulla tarditate, aut turbatione verteretur. [Quinetiam] Cum L. Scribonius trib. pl. rogationem retuliſſet, vt Luſitani, qui in fide P. R. dedit à Seruilio Galba in Gallia veniſſent, in libertatē reſtituerentur M. Cato acerrime ſuaſit extra orario in annalibus eius incluſa. Q. Fuluius nobilior, & ſæpe ab eo in ſenatu laceratus reſpondit pro Galba, ipſe quoq; Galba cum ſe commēdari videbatur, complexus duos filios prætextatos, & Sulpitij filiū, cuius tutor erat, ita miſerabiliter locutus eſt pro Catonis virtute tres potiſſimæ.

ſe vt rogatio antiquaretur, extra tres orationes eius, duæ aduerſus Libonem trib. pl. rogationesq; eius habitæ de Luſitanis, vna Cõtra L. Corn. cetegum, qui Luſitanos, prope ſe caſtra habentes cæſos fatetur, quod compertum habuit, equo, atq; hominum fine tittu immortalis per ſpẽ pacis adoriri exercitum ſuũ in animo habuiſſe. de Cat. Plu. Galbam inquit, octogenarius accuſauit aſſidus malloru. i. quod ait Val Galbæ actioni defenſionem ſuam pro Hiſpani, oppoſuit defendẽdo Hiſpaniam in qua prętor Galba remp. geſſerat, ipſum Galbã accuſatore reum fecit. [Idem] et illud Cat. induſtriæ exemplum maximum, quod cũ penè ſenex latinas literas didiciſſet, gręcas, iam ſenex diſcerẽ voluerit, nec ſatis habuit, niſi & iuris ciuilis ſcientiam conſecutus eſſet, ita vt nemini *crederet, vnde natum eſt illud uulgare prouerb. Tarde veniſti, cito proficiam.

Ascan. Cato agens annum ſextũ & octogeſſimum, dum perſtat,] Id eſt, ſine intermiſſione ſtat animo iuuenili tuẽda. i. protegenda rep accuſatus ab inimicis crimine capitali, egit cauſam ſuam. i. ſed defendit ꝓpria oratione, neq; quiſquã animaduertit, aut memoriã eius, qua dicenda cõplectebatur tardiorem, aut firmitatem lateris, vnde vox prodit, quaſſam. i. debilitatẽ ex vlla parte aut eos impeditũ hæſitatione. i. dubitatione ob inuidiam inimicorũ, aut cunctatione ob ſenectutem, quia. ſ. Cat. continebat oſa iſta. ſ. tria iam dicta. & eorũ ſimilia in ſtatu ſuo induſtria equali, ac perpetua. Quinetiam oppoſuit defenſionem ſuam pro Hiſpania accuſationi Galbæ oratoris diſertiſſimi in ipſo fine vitæ actæ diutiſſime. Idem. ſ. Cato cupiuit erudiri literis Græcis q̃. i. quantũ ſero. i. tarde æſtimemus. i. coniectemus, inde. i. ex. eo quod didicit etiã latinas. ſ. literas penè iã ſenex. eumq; habet etiam magnum gloriam partam eloquentia, ipſe egit id, vt eſſet quoque. i. etiam peritiſſimus iuris. ſ. ciuilis.

DE INFERIORE CATONE.

*Cic. li. 3. de fin. *Cuius mirifica proles Cato, proprior noſtrę ętati, ita doctrinę cupiditate flagrauit, vt ne in curia quidem, dum ſenatus cogitur, temperaret ſibi, quo minus Græcos libros lectitaret. Qua quidem induſtria, oſtendit, alijs tẽpora deeſſe, alios temporibus ſupereſſe.*

Oliv. Cuius mirifica] Nec minor fuit Vticenſis pronepotis induſtria, qui ne momentũ quidem temporis ſibi dilaberetur ocioſo, Xenophontis aliorumq; græcorum libros continue geſtans lectitare, vel in curia, ſi qn̄ dabatur ociũ, dum. ſ. ſenatus cogeretur ſemper cõſueuerat, ut oſtenderet alijs tempora deeſſe, alios ſupereſſe temporibus, turpiſſimum autem eſſe iacturam, quæ fiat per negligentiam. [Cogitur] Colligitur, cõgregatur, Virg. Tytire coge pecus. [Temperaret] Abſtineret, Virg. Quis temperet a lachrymis. De hoc Catone Cic. in de finibus bonorum & malorum lib. 4. circa principium.

Ascan Cuius]. ſ. Catonis maioris, proles. i. progenies, & propago non tñ filius ſed pronepos, Cato. ſ. Vticẽſis, ꝓprior. i. vicinior noſtræ ætati, flagrauit. i. arſit ita cupiditate doctrinæ, vt ne quidem. i. non ſaltem temperaret, ſibi. i. abſtineret in curia. i. ſenatu, dum. i. donec ſenatus cogitur. i. congregatur, quo minus. i. vt nõ lectitaret libros Græcos. Quia quidem induſtria. i. oſtendit tẽpora deeſſe. i. nõ ſufficeret alijs, videlicet vehementer occupatis ſtudioſis, & alios. ſ. ocioſos, & oſcitantes ſupereſſe. i. ſuperfluos eſſe temporibus, quia de eis tempora nullũ fructum aſſequuntur, nec ipſi de tẽpibus, unde miror, cui non deerit, alijs tempora ſupereſſe. i. pluſquam ſatis ſit eſſe, quia neſciunt quid faciant de tempore. Verũ ſi recte æſtimemus, quia vnicuiq; bene operandũ eſt, dum tempus eſt. & poſt hãc vitam operandi tempus non erit vllum, qui tempus ſuũ debito officio impartiunt, & impartiuerunt, indigent tempore quamuis pro ardenti grauitate ſat ſibi temporis nõ habere videantur, cũ tempore de futura ſint illis, qui male, aut negligentes expenderint.

*Cic. li. 1. Acad. quæſt. & D. Aug. li. 6. c. 1. de ciuit. Dei. Pli. li. 29. c.

DE TERENTIO VARRONE.

*Terentius *autem Varro humanæ vitæ exemplo & ſpatio nominandus, non annis, quibus ſeculi tempus æquauit, quàm ſtylo viuacior fuit, in eodem enim lectulo & ſpiritus eius, & egregiorum operum curſus extinctus eſt.*

Terentius autem Varro] Hic eſt Terent. Var. qui multa volumina ſcripſit, & in primis de lingua latina, quem B. Aug. rerum doctorem appellat. de quo Cic. ad eundem ſcribens inquit, in noſtra vrbe peregrinantes, errantesq; tanquam hoſpites tui libri quaſi domum reduxerunt, ut poſſimus aliqñ qui, & vbi eſſemus cognoſcere. Tu ætatẽ patriæ, tu deſcriptiones tpum tu ſacrorum iura, tu ſacerdotũ, tu domeſticam, tu publ. diſciplinam, tu rerũ ſ ctiuilncorum regionum, tu omnium humanarum diuinarumq; genera, nomina, officia, & cauſas aperuiſti. [Seculi tempus] Quia ad centeſimum peruenit annum, & tñ eius opera viuaciorẽ illam reddiderunt, quàm eo peracti anni, nam ſeculum ſpacium dicitur centum annorum. Oliv. Varronis induſtria.

Ascan Terentius aũt Varro] Doctiſſimus iudicatus, nominandus exemplo, & ſpatio vitæ humanæ. i. quantũ vita humana in tali labore durare poſſet pro exemplo aſſerendus non fuit viuacior. i. diuturnior in vita annis, quibus æquauit tẽpus ſeculi. i. ſpatio centum annorum q̃ ſtylo. i. ſcribẽdo. hoc eſt, qui non diutius vixit, q̃ ſcripſit enim pro quia. ſpiritus eius, & curſus egregiorum operũ extinctus eſt in eodem lectulo, quia decubans in eo vicinus morti ſcriptabat, donec ſpiritus redderet.

DE IVLIO DRVSO.

*Cic. Tuſcul. 5. *Conſimilis *perſeuerantiæ Liuius Druſus, qui & ætatis viribus, & acie oculorum defectus, ius ciuile populo benigniſſime interpretatus eſt, vtiliſſimaq; diſcere id cupientibus monumenta compoſuit, nam vt ſenem illum natura, & cæcum fortuna facere potuit, ita neutra interpretare ualuit, ne non animo & videret, & vigeret.*

Oliv. Conſimilis perſeuerantiæ] Hic Liuius Druſus pater eius, D, uſi fuit, qui trib. pl. Latinis ciuitatem, plebi agros, equitibus curiam ſenatus iudicia promiſit, & tantum in vrbem conflauit incendium, vt ne prima illius flamma poſſet ſuſtineri, ni eſſe ſubita morte correptus, pater igitur, vir eximiæ induſtriæ, quanquam luminibus captus, & ſenio, ac viribus & cõfectus, tñ P. R. quoad vixit, leges expoſuit de iure ciuili monumenta cõpoſuit, vt eſſent illud diſcere volentibus accommodata, non illi fortuna, quæ cæcũ fecerat, non natura, quę ſeni obeſſe potuit, quominus videret, atq; vigeret. [Defectus] Deſtitutus, uel debilitatus. [Interpellare] Impedire. [Videre] Vt mente, & ratione colligeret, & reſpexit ad id quod dixit cæcum [Vigeret] Validus eſſet animo, ad id quod dixit ſenem.

Ascan Conſimilis, &c.] Liuius Durſus ſup. fuit conſimilis perſeuerẽtiæ, quippe qui defectus. i. deſtitutus. uiribus ætatis & acie oculorum, interpretatus eſt benigniſſime populo ius ciuile & cõpoſuit monymẽta. ſ. ſui. i. libros, aut cõmentaria vtiliſſima, cupientibus diſcere id. ſ. ius ciuile. Nã natura potuit facere illũ ſenem, & fortuna cæcũ, ita neutra. i. neq; natura, neq; fortuna valuit interpellare. i. impedire, ne. i. vt nõ, & uigeret contra ſenium. & videret animo, contra cæcitatẽ oculorũ.

DE P. SENATORE, ET LVCIO PONTIO EQVITE ROMANO.

Publius uero Senator, & Lucius Pontius eques Romanus, ſuis temporibus celebres cauſarum actores, luminibus capti, eadem induſtria forenſia ſtipendia executi ſunt, itaq; frequentius etiam audiebantur concurrentibus alijs, quia ingenio eorum delectabantur, alijs quia conſtantiam admirabantur, namq; alij incommodo perculſi receſſum petunt, duplicant tenebras, fomitis uoluntarias adijcientes.

Publius uero Senator, & L. Põtius] Hic duo cauſidici induſtria prope admirãda fuiſſe videntur, vt ſenes & cæci non in lecto, vt Druſus, eſt in foro cauſas frequenter agerent, & ius ciuile cũ magna populi frequentia exercerent. Multi enĩ quibus uis illa ingenij grata, & ſuauis erat nõnulli etiã illorum perſeuerantia moti, ad cauſarum actiones, quas cæci, & ſenes agebant frequentes confluebant. Nec mirum, nam cũ alij cæci receſſus, & latebras quærere ſolebant, & malum audere malo, hi luminibus capti, & in foro, & in concione fermè ſemper erant. Oliv. Pub & Põtius cauſarũ actores.

ctant. [Celebres actores cauſarum] Clari, & illuſtres cauſidici. [Luminibus capti] Oculorum acie priuati, ſiue debiles oculis. Virg. Atque oculis capti fodere cubilia talpe. [Forenſia ſtipendia] Appellat actiones cauſarum. [Alij incommodo iſto perculſi] Lumine priuati, quo quale maius naturæ incommodum ſit, haud facile inueneris. [Fortuitis voluntarias] Cum tenebras, & obſcura loca deligant, in quibus quodammodo deliteſcant, augent tenebras ſibi à fortuna datas.

Ascen. PVblius vero Senator, & L. Pontius eques Romanus celebres actores cauſarum ſuis temporibus, capti] .i. orbati luminibus .i. viſu, exercitium ſuum eadem induſtria. ſ. qua priuſquam cæci facti eſſent, ſtipēdia. i. mercedes, & exercitia forēſia .i. in foro cauſarū. [Itaq;] .i. & ita ipſi audiebantur frequentius, alij concurrentibus. ſ. ad audiendū, quia delectabantur ingenio eorū, alij quia admirabantur conſtantiā. ſ. in agendo. [Nanque alij] Qui perculſi incōmodo, qualis eſt, cæcitas, petunt ſeceſſum .i. ſecreta loca. duplicant tenebras, adijcientes fortuitis. i. à fortuna illatis tenebris voluntarias, ſup. tenebras, præſertim mentis.

DE PVBLIO CRASSO.

*IAM * P. Craſſus, cum in Aſiam ad Ariſtonicū regem debellandum Conſul veniſſet, tanta cura Græcæ linguæ notitiam animo cōprehendit, vt eam in quinque diuiſam genera, per omnes partes, ac numeros penitus cognoſceret. Quæ res maximum ei ſociorum amorem conciliauit, qua quis eorum lingua apud tribunal eius poſtulauerat, eadem decreta reddenti.* * Lib. 5. cap. 1. Quin. li. 11. c. 2.

Oliv. IAM P. Craſſus] Hic P. Craſſus, vt in cap. de fortitudine diximus, aduerſus Ariſtonicum miſſus cum exercitu, & imperator, & Pontifex quod nunquam antea factum fuerat, vt dua ſimul exercitus, & Pontifex mitteretur, ex quo etiam creditum eſt rem male ceſſiſſe, attamen ea fuit induſtria, vt quinq; Græcorum linguas breui comprehenderit, quæ res ſibi plurimū contulit ad conciliandos ſociorum animos. nam gratiſſimum erat illis, cuius dicendū eſſet, nō aliena per interpretes, ſed ſua quiſque lingua ſuum ius audiret. [Ad Ariſtonicum regem debellandum] Attalus rex Pergamenorum, regis Eumenis filius, ſocij quondā, cōmolitionisq; Rom. eiuſmodi teſtamentū reliquit P. R. bonorū meorū heres eſto. [Addita igitur hereditatione] Prouinciam P. R. non quidem bello, nec armis, ſed quod eſt æquius teſtamenti iure retinebat, ſed hanc difficile dictu eſt, verum ſibi filius amiſerit P. R. an recuperauerit. Nam Ariſtonicus regij ſanguinis, ferox iuuenis armis prouinciam inuaſit. aduerſus quem primo quidem miſſus fuit hic P. Craſſus, qui victus, & captus dum duceretur, virgam, qua equum regebat in oculum barbari vnius direxit, qui in doloris accenſus, Craſſi latus ſicca cōfodit. In quinque genera diuiſa, ſatis cōſtat, quinque Græcorum linguas eſſe, Ionicam, Doricam, Atticam, Aeolicam, & communem.

Ascen. IAm cōtinuatiua vox) P. Craſſus cū conſul ueniſſet in Aſiam ad debellandum Ariſtonicum regem, cōprehendit animo notitiam linguæ Græcæ tanta cura, vt cognoſceret penitus per oēs partes ac numeros, eam ſ. Græcam linguā diuiſam in quinque genere. ſ. Ionicū, Doricum, Atticum, Aeolicum, & cōmune. Quæ res conciliauit. i. conglutinauit maximū amorem ſociorū ei reddenti decreta. i. pronuncianti ſententiā eadem lingua, qua quis eorum. ſ. ſociorum poſtulauerat. ſ. ius, apud tribunal eius.

DE ROSCIO.

*NE. * Roſcius quidem ſubtrahatur ſcenicæ induſtriæ notiſſimū exemplum, qui nullū vnquam ſpectanti populo geſtum, niſi quem domi meditatus fuerat, ponere auſus eſt. Quapropter non ludicra ars Roſcium, ſed Roſcius ludicram artem cōmendauit: nec vulgi tantum fauorem uerumetiam principium familiaritates amplexus eſt. Hæc ſunt attenti, & anxij, & nunquā ceſſātis ſtudij præmia, propter quæ tantorum virorū laudibus non impudenter ſe perſona Hiſtrionis inſeruit.* *Ci. pro Roſ. Co. mæ. & p Arc. Macro. li. 3. Saturn.

Oliv. NE Roſcius] Nec Roſcij quidem, prætermittenda eſt induſtria, qui meditatus ſemper in ſcenam venire conſueuerit, vt nihil ſpectante populo gereret, hoc eſt geſtum nullū faceret, quem non prius domi comprobaſſet, ex qua ſumma induſtria factū eſt, cū artem ſcenicam plene tenuerit eam ſit gloriam conſecutus, vt quicunq; in Hiſtrioniā excelleret, is Roſcius diceretur, teſte Cic. lib. 1. de oratore, vbi hunc Roſciū mirifice laudat, hic nō ſolum vulgi fauorem, ſed multorum quoq; principium familiaritatem iniuit, de quo Plin. lib. 7. de nat. hiſt. exceſſere in hoc æuo noſtro, nec modicæ laudis Hiſtriones, ſed libertatem ſuam mercati, quippe, cum iam apud maiores. [Roſcius, &c.] Annuam mercaſſe perditur. [Scenicæ] .i. induſtriæ mimorum, & Hiſtrionum, qui ſe in ſcena exercebant. [Meditatus fuerat] Exercuerat, ne quid inuenuſte, ne quid inepte, ne quid incōpoſite ederet. hinc eius induſtria quanta fuerit, facile conijcitur, quòd nunquam in ſcena fabulam egerit, quam non prius, domi repræſentaſſet. [Ludicra ars] Plus ille artis dignitatis, quā ipſe ea arte honoris ſit conſecutus. [Hæc ſunt attenti] Laudat induſtriam, Valer. dicens non mediocrem ex ea fructum percipi, ſi fuerit, diligentiſſime culta, idq; probat ex Roſcio, qui ſola induſtria meruit. vt cum clariſſimis viris cōmemoraretur, quamuis Hiſtrioniam exercuerit. [Attenti] Et anxij ſtudij. [Diffinitio induſtriæ] Quid enim aliud eſt induſtria, niſi attentum, vehemens, & aſſiduum in re aliqua ſtudium. Roſcius in ſcena clarus.

Ascen. NE quidem] .i. non etiā, aut non ſaltem, cum magis videatur poſſe ſubtrahi Roſc. notiſſimum exemplum induſtriæ ſcenicæ. i. in ſcena, hoc eſt in actione comœdiarū, tragœdiarum, aut ſimilia habitæ, ſubtrahatur. ſ. ab hoc loco, vbi induſtria laudatur, qui nullū. .i. non vllū, non eſt auſus, ponere. i. præſentare vnquam populo ſpectanti vllum geſtū, niſi quē fuerat meditatus. i. expertus domi. Quapropter ars ludicra. i. ſcænica, & quæ ludis publicis opera dabatur, nō cōmendauit Roſcium, ſed Roſcius commendauit. i. comprobauit, & maioris auctoritatis fecit artem ludicram. Nec Roſcius amplexus eſt tantum fauorem vulgi, verum etiam familiaritates principum. Hæc. ſ. placere, & populo, & principibus. ſunt præmia ſtudij attenti, & anxij, & nunquā ceſſantis, hoc eſt ſemper vigilantis. propter quæ perſona Hiſtrionis. i. Ludij, aut Ludionis, & ſcænici hominis, videlicet Roſcij inſeruit ſe non impudenter. i. citra impudentiam [Non tamen id ipſe fecit per ſe. i. per auctorem huius, ſed operis laudibus tantorum, virorum, quanti ſunt ſuperiores.

EXTERNA
DE DEMOSTHENE.

*GRAECA * quoq; induſtria, quoniam noſtræ multum profuit, quem meretur fructum latina lingua recipiat, Demoſthenes, cuius commemoratio nomine, maximæ eloquentiæ conſummatio audientis animo oboritur, * cum inter initia iuuentute, artis, quam affectabat, primam literā dicere non poſſet, oris ſui vitium, tanto ſtudio expugnauit; vt ea à nullo expreſſius referretur. Deinde propter nimiam exilitatem acerbam auditu vocem ſuam exercitatione continua ad maturum, & gratum auribus ſonum perduxit. lateris etiam firmitate defectus, quas corporis habitus uires negauerat, à labore mutuatus eſt. Multos enim verſus vno impetu complectebatur, eosq; aduerſa loca celeri gradu ſcandens, pronunciabat. Ac vadoſis littoribus, inſiſtens declamationes fluctuum fragoribus obluctantibus edebat, vt ad fremitus concitatarum concionum patientia duratis auribus, in actionibus vteretur. Fertur quoq; ore inſertis calculis multum ac diu loqui ſolitus, quo vacuum promptius eſſet, & ſolutius. Præliatus eſt cum rerum natura, & quidem victor abijt, malignitatem eius pertinaciſſimo animi robore ſuperando, itaq; alterum Demoſthenem mater, alterum induſtria enixa eſt.* *Cic. li. 2. de or. *Q. Cic. 2. de Di. *Quint. li. 12. c. 3.

Oliv. GRAECA quoq; induſtria] Latina inquit, lingua Græcorum induſtriam poſteritati commendet, & quem ab eā meruit fructū, recipiat. [Demoſthenes] Hic quanta fuerit induſtria, qui eius vitam legerit, vbi narrationes eius continentur facile cognoſcet, eſt autem à clariſſimo viro Leonardo Aretino in Latinū elegantiſſime traducta, in qua nō nihil à Iuuenale diſſentire videtur, cū dicat patrem in officina gladiatorū fuiſſe, Demoſthenis induſtria.

Iuuen.

Iuuen. vero in Sat. omnibus in textis, ita refert de Demoſthene. Quem pater ardentis maſſæ fuligine lippus, A carbone, & forcipibus, gladioſq; parante. Incude, & luteo Vulcano ad rhetora miſit, quod vltimum non plene cum his, quæ Leonardus ſcripſit concordare videtur, cum longe poſt mortem patris hoc ſibi aſſumpſiſſe officium referat. de hoc Demoſthene à Cic. à Quintiliano, à Gelio multiſq; alijs multa referuntur, de natiuitate, de induſtria, de arte, de tota vita. fuit enim oratorum omnium græcorum facile princeps, qui in pronunciatione ſummũ artificium reponebat, hic multa ſibi à natura denegata ſtudio, & induſtria comparauit. primum rhetoris literam pronunciare non valebat, hanc lapillis ore ſæpius inferendis facillimã expreſſionẽ reddidit, exilitate vocis laborabat, breui effecit, vt auditorum auribus vehementer inſonaret, fieretque grata omnibus, atq; ſuauis, multaque alia naturæ vitia correxit tanto ſtudio, & induſtria, vt cum ipſa natura pugnaſſe quodammodo videri poſſit habuiſſe domi ſpeculum ingens dicitur, ad quod ſeipſum vidẽs geſtum formaret, quid quod ſibi domi locum ſubterraneum conſtruxiſſe ferunt, in quem per ſingulos dies. ille deſcendens geſtum, ac motum corporis fingebat, vocemq; exercitabat, ſæpe etiam duos vel tres menſes, vt refert Plut. continuo domi incluſus, non ceſſabat, Abraſa parte capitis, vt eaeundi facultatem ſibi ipſi præriperet, ſermones inſuper & negocia foris agitata, ad ſtudium referebat, multaq; alia faciebat, cũ quo facile cognoſcebat, ſe non multum natura, & ingenio, ſed ſtudio, & exercitatione valere. [Maximæ eloquentiæ cõſummatio audientis animo oboritur] Si conſumatus orator quiſquam dici poteſt, hic vnus apud Græcos inuentus eſt. Vnde Plin. lib. 33. Demoſthenes inquit, ſummus oratorum Græciæ, annulos, &c. [Artbri] Rhetoricæ, cuius prima litera eſt R. quàm pronunciare ſine difficultate non poterat, eam ſibi ſua induſtria faſillimã reddidit. [Lateris etiam firmitate] Aliud incommodum à natura datũ aſſiduo labore correxit. Latera ſic habebat infirma, vt clauſulas vel breues vno ſpiritu enunciare non valeret, hoc ſi emẽdauit. vt montium, colles arduaq; loca, verſus recitando ſæpius aſcenderet. quo ſtudio, atq; labore ſic latera firmauit, vt omnes clauſulas periodos, ac perfectæ orationis, complexiones quantumlibet longas vno ſpiritu facile enunciaret. [A labore mutuatus] Accepit à labore velut mutuo. [Ac vadoſis littoribus] Emendauit & illud, quod in pronunciatione ſubito ſtrepitu perturbatur, vt plerunq; deſiſtere cogeretur. [Fluctuum fragoribus obluctantibus] Repugnantibus inuicem aquis ſtrepitus creari ſolet, vbi autem anguſtiora ſunt littora ibi cõcitatior ſolet eſſe fluctus. [Fertur quoq; ore inſertis calculis] Ad linguę correptionem lapillis ore inſertis frequenter vtebatur. Itaq; alterum Demoſthenem. Quem mater ineptum produxerat, natura aptiſſimum reddidit. vt alterum à matre, alterum ab natura Demoſthenem natum diceris.

Ascen. Græca quoque, &c.] Breui præfatione ad externa tranſiens dicit. [Græca quoque] .i. etiam induſtria, quoniam profuit multum noſtræ .i. Romanæ induſtriæ, recipiat eum fructũ quem lingua latina meretur, hoc eſt quia latini per Græcos induſtrij facti ſunt, quidquid meruerunt laudis Græcis acceptum ferè debent. & ideo accipiant Græci id laudis, quod Latini eos ſequentes meruerunt. At ſi lingua Latina ſeptimi ſic caſus, recipiat Græca induſtria fructum, quem meruit, lingua Latina. i. per linguam Latinam. i. non taceamus nos Latini qui à Græcis induſtrij facti ſumus eorum laudem. [Demoſthene] Cuius nomine commemorato. i. pronunciatio, & ſic ad memoriam reducto. [Conſumatio]. i. perfectio maximæ eloquentię oboritur. i. etiam non cogitantio occurrit animo audientis, cũ inter initia iuuentute. i. iuuenilis ætatis, non poſſet dicere primam literam artis, quam affectabat, hoc eſt rhetoricęs (cuius prima litera eſt perſch. quæ à paucis teſte pronunciatur cũ aſpiratione. Nam pauci aſites rhetor, quàm ſector pronunciunt) expugnauit, id eſt euicit vitium oris ſui tanto ſtudio, vt ea. ſ. litera à nullo referretur. i. pronunciaretur expreſſius, Deinde perducit exercitatione continua, vocem ſuam acerbam auditu. i. dum audiebatur, propter nimiam exilitatem. i. tenuitatem ad ſonum maturum. i. ſatis grauem, & gratum auribus. ſ. audientium. Ipſe ſup. etiam defectus. i. deſtitutus, & deficiens firmitate lateris. i. partis vnde vox, & anhelitus prodit, mutuatus eſt. i. mutuo accepit à labore ſup. eas vires, quas habitus. i. diſpoſitio corporis negauerat. Enim pro quia, ipſe complectebatur multos verſus vno impetu ſpiritus, & pronunciabat eos ſcandens loca aduerſa. i. in altum tendentia, gradu celeri. i. feſtino, ac inſiſtens. i. inhærens littoribus vadoſis, edebat, i. enũciabat declamationes. i.

ſictas actiones, & orationes pro experiẽtia, aut exercitio aſſumptas fragoribus. i. ſonitibus vehementibus ortis ea re factione fluctum obluctantibus, id eſt contra ſtrepentibus, vt vteretur in actionibus. ſ. veris auribus. ſ. ſuis duratis. i. durioribus factis, patientia. ſ. fragorum fluctuum ad fremitus concionum, ſcilicet plebeium concitatarum. i. commotarum. ipſe fertur quoq; ſolitus loqui multũ ac diu calculis. i. paruis lappillis inſertis ore. i. ingeſtis in os ſuum. quo. i. ideo ſup. vt os vacuum eſſet promptius, & ſolutius. Et ſup. ſic prœliatus eſt. i. luctatus cum natura rerum, & quidem abijt. i. euaſit aut diſceſſit è prœlio, victor. i. voti compos ſuperando malignitatem eius ſ. naturæ. Quæ tamen nulli nouerca eſt, quia quantum poteſt optima quæq; producit, ſed ne diua quidem naturæ Deus culpandus eſt in hoc homine, qui cui ſe naturalis dotis dediſſet minus per induſtriam plus obtinuiſſet robore. i. firmitate animi, pertinaciſſimo. i. perſeuerantiſſimo. Itaq; matre. ſ. Demoſthenes enixa eſt alterum Demoſthenem, videlicet ad Rhetoricem penitus ineptum, & induſtria enixa eſt alterum. ſ. Demoſthenem ad eandem maxima vtilem, & tamen eundem in ſubſtantia.

DE PYTHAGORA PHILOSOPHO.

*ATQVE * vt ad vetuſtiorem induſtria actum tranſgrediar, Pythagoras perfectiſſimum opus ſapientia à iuuenta pariter & omnis honeſtatis percipienda cupiditatem ingreſſus, (nihil enim, quod ad vltimum ſui perventurum eſt finem, non & matura & celeriter incepit) * Aegyptum petit, vbi literis gentis eius aſſuefactus prateritis qui ſacerdotum commentarios ſcrutatus, innumerabilium ſaeculorum obſeruationes cognouit. Inde ad perſas profectus, magnorum exactiſſima prudentia ſe formandum tradidit, à quibus ſiderum motus, curſusq; ſtellarum & vniuſcuiuſq; rei proprietatem, & effectum benigniſſime demonſtratum docili animo ſumpſit Cretam deinde, & Lacedęmona nauigauit, quarum legibus, ac moribus inſpectis, ad olympicum certamen deſcendit. * Cumq; multiplicis ſcientię maximam toti Gręcię admirationem, ac ſpecimen exhibuiſſet, quo cognomine cenſeretur interrogatus; non ſe ſapientem (iam enim illud ſeptem ſapientes viri occupauerant) ſed amatorem ſapiẽtię, id eſt Gręcę φιλόσοφον edidit * In Italię etiam partem, quę tunc maior Gręcia appellabatur, perexit, in qua plurimis, & opulentiſſimis vrbibus effectus ſuorum ſtudiorum approbauit * cuius ardentem rogum plenũ venerationis oculis Metapõtus aſpexit, operum Pythagorae, quàm ſuorum cinerum nobilius clariusque monumentum.*

* Laer. in uita.
*Cic. li. 5. de fi.
* Cic. Tuſcul. 1. & 5.
*Cic. li. 5. de fi.

Oliv. Pythagoræ labor in diſcendo.

ATQVE, &c.] Ionica philoſophia à Thalete initium accepit, quæ vero cognominata eſt Italica, eius princeps, fuit Pythagoras, meſarchi annulorum ſculptoris filius, ut Hermippus ait Samius, ſiue ut Ariſtoxenus ait Tyrenus, ea una inſula, quàm eiectis Tyrrhenis Athenienſes, poſſiderunt, ſunt qui Marmacũ illis patrẽ uocatum auum Hypaſum, Atauum Eutiphonem, abauum Cleonymum, qui ex Philunte profugerit dicant habitaſſeque Marcum Sami, atq; ideo Pythagoram Samium dici, inde migraſſe Lesbum, ibique à Zolio patruo Pherecydi Syro commendatum, tres ſubinde argenteos calices fabricatum, eos ſingulis in Aegypto ſacerdotibus dono dediſſe. Iuſt. tamen in xx. ſuorum Epitomatum Demaratum negociatorẽ diuitem illius patrem uocauit Apul. Veſcatem nominauit, adeo incerta eſt tanti philoſophi origo, uerumque genus habuiſſe dicitur, fratres maiorem quidem natu Eurinomum, medium Tyrrhenum, ſecundum Tymoli, cui Gætæ ſacrificant, Saturnum, ut Herod. aut exiſtimantes. hic ut prædiximus, principio quidem Pherecydem audiuit Syrum, poſt eius obitum profectum Samum, Hermodanti iam ſeni Creaphili nepoti ſe in diſciplinam dedit. Cum autem iuuenis eſſet, ac diſcendi ſtudioſiſſimus patriam liquem cunctis fermè barbaris, græciſque miniſterijs initiatus eſt. Denique Aegyptum petijt quo tempore Polycrates Amaſidi per epi-

ſolam illum commendauit, illorumque linguam, vt Antipho tradit in eo lib. quem de his, qui in virtute participes fuere ſcripſit, atq; apud Caldæos congreſſus eſt cum Magis, deinde apud Cretam vna cũ Epimenide deſcendit in Idæum antrum. in Aegypto quoq; abdita ingreſſus, ibique de his in archano edoctus eſt. Deinde rediit Samum, oſtendensq; patriam à Tyranno incubari Polycrate, Crotonem in Italiam pertexit, ibique reges Italis dedit, atque cum diſcipulis clarus habitus eſt. Qui ferme triceuti remp administrabant, adeo vt merito Ariſtocratia, optimorum .ſ. damnatus nominaretur. Refert Heraclides ponticus hunc de ſe dicere ſolitum. quòd fuiſſet aliquando Aethalides, Mercurijq; filius putatus eſſet. Mercuriumq; monuiſſe illum peteret præter immortalitatem quid vellet, petiſſe igitur, vt & viuens, & vita functus, omnium quæ contingeret memoria haberet. Itaque in vita meminiſſe omnium, eandemque memoriam poſt mortem reſeruaſſe longoque poſt tempore in Euphorbium veniſſe, atque à Menelao fuiſſe vulneratum, Euphorbus autem dixit, ſe aliquando æthalidem fuiſſe, atq; à Mercurio hoc pro munere accepiſſe, vt anima illius nulla viræ circulatione vagaretur, vt in aquas vel in arbores, vel animantes cõmigraret, & quæ in inferno perpeſſa eſſet anima, & ceteræ animæ, quæ nam patiantur, meminiſſe, poſtea vero quam Euphorbus diem obijt, migraſſe in Hermontinum eius animam, quod & ipſe cum fidem vellet facere, Branchidas petijt. ingreſſuſque Apollinis templum oſtendit Clypeũ, quem illic Menelaus affixerat. At enim illum cum ex Troia remeaſſet Apollini conſecraſſe, ſcutum iam iputrefactum, ſoleamq; perdorare Eburneam faciem. vbi antẽ & Hermotinus vita functus eſt, rurſus in Pyrrhum Delium piſcatorem, migraſſe, illumq; omnia memoraſſe, vt. ſ. primum æthalides fuerit, poſtea Euphorbus deinde Hermotinus, ac poſtmodum Pyrrhus effectus ſit. ac deinceps poſt Pyrrhum Pythagoram factum eſſe, omniumq; meminiſſe, quę prædiximus, de quo Heraclitus, vt Pyth. ſe in hiſt. rerum exercuit, & cum de natura adorſus eſſet ſcribere, ita in principio dixit, non per aerem, quem ſpiro, nõ per aquam, quam bibo, non dimittam huius rationis. Sermonem ſcripſit & alia complura, Soc. in ſucceſſoribus, aut ipſum rogatum a Leonte Filiaſiorum tyranno, quis nam eſſet, dixiſſe philoſophus, Moriatur autem Pyth. vt fertur octogeſimo ſuæ ætatis anno. de cuius morte variæ ſunt ſententiæ, ſicut apud Laertium videre poſſumus, quod vero ad eius induſtriam pertinet, de qua hic agitur, magnam orbis partem circuiuit ſcientiæ, & cognitionis cupiditate ductus. [Vetuſtiorem actum] Nam multo antea fuerat Pythagoras, quàm Demoſthenes. [Ad vltimum ſui finem ad ſapientiam] Nam hic erat vltimus eius finis, quo ſua cuncta intenderant. [Maturæ] Compoſitæ, ac ſi diceret ſapienter, [Innumerabiliũ ſeculorum] Recte dixit innumerabilium, quia ſi ſequimur Herodotum, à creatione ſæculi ad ſuum tempus decem myriadas annorum confectus fuiſſe conſtat. Cic. quoque lib. 1. de diuin. Condemnemus inquit hos, aut ſtultitiæ, aut vanitatis, aut imprudentiæ, qui quadraginta ſeptuaginta millia annorũ, vt ipſi dicunt, monumentis comprehenſa contineant, & mentiri iudicemus, nec ſæculorum reliquorum iudicium, quod de ipſis futurum ſit, pertimeſcere. lex vero Chriſtiana ab iis longe diſſentit, nam principio rerum ad incarnationem ſex millia annorũ conſtat. [Siderum motus] Planetarum errores intelligit. [Stellarum curſus] Ortus & occaſus. [Admirationem exhibuit] Admirabantur omnes Pythagoræ ingenium ad omnia ſtudia accommodatum hinc primus arrogantiæ nomen aufugit, vt interrogatus, quo vteretur cognomine, non ſe ſapientem, vt ante ipſum ſeptem excellentiſſimi viri dici voluerunt, ſed ſapientiæ amatorem eſſe reſpondit, hoc eſt philoſophum. Sophos enim ſapiens, philoſophus amator ſapientiæ interpretatur. Lactantius tamen diuinarum inſtitutionum lib. 3. cap. 2. hoc nomen interpretatus eſt ſapientiæ quæſitorem, non amatorem. Dicit enim etenim verecundiæ cauſa ſtudioſa ſapientiæ ſe, nõ ſapientes vocauerunt, immo vero Pythagoras, qui hoc nomen inuenit cũ paulo plus ſaperet, quàm illi priores, qui ſe ſapientes putauerunt, intellexit nullo humano ſtudio poſſe ad ſapientiam perueniri, & ideo non oportere incomprehenſæ, atq; imperfectæ rei, non perfectum nomen imponi, Itaq; cum ab eo quæreretur, quem nam ſe profiteretur, reſpondit philoſophum .i. quæſitorem ſapientiæ, hæc Lactantius. [Septem excellentiſſimi] Parantheſis eſt fuerũt autem hi, Thales Mileſius. Solon Athenienſis Chilon Lacedæmonius Pyttacus Mytilenæus. Bias Prienenſis. Cleobulus Lydius. Periander Corinthius, vt etiam ſupra monſtraui in capite de modeſtia. In Italiæ quoq; partem. Iuſtinus ſuorum Epitomatũ lib. xx. dicit hunc ex Aegypto in Babyloniam ad perdiſcendos ſiderum motus, originemq; mundi ſpectandam ſummam ſcientiam conſecutum, inde regreſſum Cretam, & Lacedæmoniam ad cognoſcenda Minois. & Lycurgi inclytas ea tempeſtate leges contendiſſe, quibus omnibus inſtructum Cronem veniſſe, populumq; in luxuriam lapſum, auctoritate ſua ad vſum frugalitatis reuocaſſe, nam Pythagoras laudabat quotidie virtutem, & vitia luxuriæ contemnebat, caſusq; ciuitatem hac peſte perditarum enumerabat, tantum ſtudiorum ad frugalitatem multitudinis prouocauit, vt aliquò ex iis luxuriatos, in optimam frugem conuerſos incredibile videretur, matronarum quoq; ſeparatam à viris doctrinam, & puerorum à parentibus frequenter habuit. Docebat nunc has pudicitiam, & obſequia in viros, nunc illos modeſtiam, & literarum ſtudium, inter hæc velut genitricem virtutum frugalitatem omnibus ingerebat, conſecutusq; aſſiduitate diſputationum erat, vt matronæ auratas veſtes, ceteraq; dignitatis ſuæ ornamenta, velut inſtrumenta luxuriæ deponerent, eaque omnia delata in Iunonis ædem ipſi Deæ conſecrarent. præferens vera ornamenta matronarum pudicitiam non veſtes eſſe. In Iuuentam quoq; quantum profligatum ſit victi fœminarum contumaces animi manifeſtant, ſed ccc. ex iuuenibus cum ſodalicij iure ſacramento quodam nexi ſeparatam à ciuibus ceteris vitam exercerent, quaſi cœtum clandeſtinæ coniurationis haberent, ciuitatem in ſe conuerterunt, quæ eos cum in vnam domum conueniſſent, cremare voluerit, in quo tumultu lx. ferme homines periere, ceteri in exilium profecti. Pythagoras autem cum annos xx. Crotoni egiſſet, Metapontum migrauit, ibique deceſſit, cuius tanta admiratio fuit, vt ex domo eius templum facerent, eumque pro Deo colerent, hæc Iuſt. Quæ maior appellabatur totus ille Calabriæ tractus, magna Græcia quondam dicta fuit. [Cuius ardentem rogum] De morte, vt diximus variæ ſunt ſententiæ. alij enim dicunt cum in domo quadam fuiſſet, eam ea his vnũ, quos admittere noluerat per inuidiam incendiſſe, ſunt qui Crotoniatas ipſos tyrãnidis ſuſpitione, ac metu, quia in loco Milonis Hermon conſederat hoc perpetraſſe dicant, Pythagoram igitur incendij incommoda vitantem, cum egrederetur comprehenſum eſſe, ac dixiſſe capi præſtat, quàm has dare pœnas, cędiq; ſatius eſt, quàm quidquam loqui, atque ita iugulum perſecutoribus nudaſſe, compluresq; ex diſcipulis (nam ſecum ad xl. erant fuiſſet interemptos ex quibus Architas Tarẽtinus, & Cyſis Dicearcus vero Pythagoram dicit in delubrum muſarum, quod Metaponti eſt confugiſſe, ibiq; cum xl dies abſq; cibo perſtitiſſet defeciſſe. Heraclides vero in Epitomate ſuo dicit illum poſtquam de lib. Pherecide iuſta perſolueret, rediſſe in Italiam, & cum in domo Milonis Crotoniatæ celebritatem offendiſſet, ſubinde Metapontum perrexiſſe, ibiq; cum viuere ulterius nollet, inedia vitam finiſſe. Hermippus bello inter Agrigentinos, & Syracuſanos orto, Pythagoram exiſſe cum ſocijs Agrigentinis ope laturus dicit, verſis autem in fugam, illum fabarum campum circuiſſe, ibique à Syracuſanis fuiſſe interemptum, reliquos vero ad xxxv. Tarenti fuiſſe crematos. Val. autem Heraclidis opinionem ſequitur. [Oppidum Pythagoræ] Plus claritatis Metapontus habuit numine Pythagoræ, quàm ab eius cineribus, ac ſi diceret Metaponto memoriæ æternitatem cineres, & Pythagoræ nomen dedere.

Aristocratia.

Magna Græcia.

Pythagoræ mors.

Atque ot tranſgrediar ad vetuſtiorem actum induſtriæ, Pythagoras ingreſſus à iuuenta] .i. iuuenili ætate, pariter perfectiſſimũ opus ſapientiæ & cupiditatem omnis honeſtatis percipiendę, nihil .n. non incepit, hoc eſt unũ quodq; incepit. (& mature) .i. neq; citius neq; tardius, quàm decuit, & celeriter .i. properãter. (Quęras forte quomodo hæc cohęreant maturę, uidelicet in incipere, & celeriter, ſed ſcies mature fieri, quo non tardius quàm deceat cœptum eſt, celeriter aũt, quod tunc qñ fit, ſiue mature ſatis, ſiue ſero fiat properanter fit, Pythagoras autem, ut primum conuenienter potuit cœpit, & ubi ſemel cœperat celeriter peregit) quod peruenturum eſt ad ultimum finem ſui. i. ad cõſummationẽ beatitudinis aut (ut Oliu. dicit ad ſapientiam) Ipſe petijt Aegyptum, ubi aſſuefactus literis gentis eius. Aegyptiacę, quæ ſe omnium antiquiſſimam gloriari ſolebat, ſcrutatus commentarios .i. breues annales ſacerdotum præteriti ęqui, cognouit obſeruationes .i. annotationes innumerabiliũ ſeculorũ ſuorũ. Inde profectus ad Perſas tradidit ſe prudentiæ exactiſſimæ Magorum formandũ .i. erudiendum, ut uulgus dicit, informandũ, à quibus ſumpſit, animo docili motus ſiderũ .i. planetarum errores, curſus ſtellarũ. Situatũ, & proprietatem, & effectum uniuſcuiuſq; rei, demonſtratum .ſ. ab eis, benigniſſime.

Arcan.

Sapientes ſeptem.

benigniſſime. Bono ordine procedit, nã prius ab Aſtronomia, ortus, & occaſus coniunctiones, & oppoſitiones, varioſq; inter ſe reſpectus ſiderum, didicit, deinde ab Aſtrologia, quid ponderent accepit. Et ipſe nauigauit deinde, Cretam. i. in eam inſulam, & Lacedæmona. i. in eam vrbem, quæ & Sparte dicta eſt, quarum moribus, ac legibus inſpectis deſcendit ad certamen. i. agonem Olympicum, cumq; exhibuiſſet maximam admirationem, & ſpecimen. i. experimentum, aut approbamentum multiplicis ſcientiæ totius Græciæ interrogatus, quo cognomine cenſeretur, nõ edidit ſe ſapientẽ (tam enim ſeptem viri quos Oliu. explicat, occupauerant illud. ſ. cognomen ſapientis, aut dici ſapientem) ſed edidit ſe amatorem ſapientiæ, id eſt græcæ philoſophon. Petrexit etiam in partem Italiæ, quæ appellabatur tunc maior græcia, in qua approbauit plurimis, & opulentiſſimis vrbibus effectus ſuorum ſtudiorum. Cuius rogum ardentem. i. cũ cadauer eius impoſitum eſſet. Metapontus. i. populus eius (Eſt autem oppidũ in ora Italiæ non longe à Tarento dictum à græcis, quòd trans pontum illis ſit) aſpexit oculis pleni veneratione hoc eſt venerabundis. Aſpexit inquã Metapontos exiſtens monumentum nobilius, & clarius operum Pythagoræ, quàm ſuorum. i. propriorum cinerum (aliter enim dixiſſet, quàm eius cinerum) hoc eſt plus claritatis, & famæ obtinuit ex operibus Pythagoræ illic ſepulti, quàm ex eo, quod in cineres redacta eſt Oliu. aut legit oppidum, cuius ſi vera eſt lectio. Ordo eſt. Metapontus opidum eius ſupple monumentum nobilius, & clarius cinerum Pythagoræ quàm ſuorum.

DE PLATONE PHILOSOPHO.

* Laert. in vita. PLATO * *autem patriam. Athenas, præceptorem Socratem ſortitus, & locum, & hominem doctrinæ fertiliſſimum, ingenij quoq; diuina inſtructus abun-*
*Cic. in Brut. *dantia, * cum omnium iam mortalium ſapientiſſimus haberetur, eò quidem vſque, vt ſi ipſe Iupiter cœlo deſcendiſſet, nec elegantiore, nec beatiore facundia vſurus vi-*
*Cic. li. 5. de fin. *deretur, * Aegyptum peragrauit, vbi à ſacerdotibus eius gentis Geometriæ multiplices numeros, cœleſtium obſeruationem rationum percepit. quoq; tempore à ſtudioſis iuuenibus certatim Athenæ Platonem doctorem*
* Cic. lib. 5. de Fin. & de Sen. *quærentibus petebantur, ipſe Nili fluminis inexplicabiles ripas, vaſtiſſimosq; campos effuſam barbariem, & flexuoſos foſſarum ambitus Aegyptiorũ ſenum diſcipulus luſtrabat.*
*Cic. de Seneɛt. Laert. in vita, & Quin. li. 1. ca 17. Plat. reſpõſum Dionyſ. ** Quo minus miror in Italiam tranſgreſſus, vt ab Archyta Tarenti, à Timæo, & Arione, & Ceto Locris Pythagoræ præcepta, & inſtituta acciperet. Tanta enim vis, tanta copia literarum vndiq; colligenda erat, * vt inuicem per totum terrarum orbem diſpergi, & dilatari poſſet, altero etiã, & octogeſimo anno decedens ſub capite Sopronis numeros habuiſſe fertur. ſic ne extrema quidẽ eius hora agitatione ſtudij vacua fuit*

OLIV. PLATO autem patriam] Plato Ariſtone patrone, matre Pictonia, ſiue (vt alij dicũt Petona) Athenis ſimili die natus quo apud Delon Apollo, vt retulit Apollod. mater à Solone genus duxit, Ariſtonem vero patrem à Codro Melanti filio originem ducere tradunt, qui à Neptuno idem ſanguinem trahere Traſillo teſte memoratur, cui Speuſippus ſucceſſit, habuit fratres Plat. adimantem, & Clau & ſororem Petonam, de qua naſcitur Speuſippus. literas didicit Plato apud Dion. grammaticum, exercitatus eſt apud Ariſtonem Argiuũ palæſtritam, à quo Plato pro egregio corporis habitu cognominatus eſt, cũ teſte Alca. prius Ariſt. ex aui paterni nomine diceretur. Studuit picturæ, poemata edidit. primo quidem dithirambos, deinde melos, & tragœdias, & cum tragicum certamen initurus eſſet, ante Dionyſiacum theatrum, audito Socrate, igni poemata exuſſit dicens. Hic Vulcane Plato tua indiget ope. hic annum aa. ætatis agens audiuit Socr. illo mortuo, audiuit Cratilum, & Hermogenem ano. xxviij. teſte Hermo. Megaram ſe ad Euclidem contulit, hinc Cyrenem profectus, Theodorũ mathematicum atq; inde in Italia ad Pythagoræos Philolaum, & Euritum, poſtea in Aegyptum profectus prophetas, ſacerdoteſque audiuit, vbi comitem habuit, Euridem tragicum regreſſus Athenas in academia morabatur. Idem, teſte Ariſtoxeno ter militauit, primo in Tanagoram, ſecundo in Corinthũ, tertio in Delum, vbi victoriam habuit, ter nauigauit, in Siciliam primo, vt inſulam videret, tyranno exiſtente Dionyſ. Hermocratis filio, vbi Plato illi dixit. non id præſtare tyrannum, quod ſibi ſoli eſſent vtile, niſi virtute excelleret. Cui Diony. reſpondit. verba ocioſorum ſenum ſunt, cui Plat. Et tua tyrannidem ſapiunt. Dion. iratus voluit Plat. occidere, ſed à Dione, & Ariſtomene oratus ſe continuit, illum tamen Pollydi Lacedæmonio, qui ad eum legatus venerat, tradidit, polytes vero illum ſecũ ducens in Aeginam vendidit, quo tempore Camander eum reum mortis dicebat, quòd. ſ. capitale eſſet, ſi quis Athen. eam inſulam adijſſet, ſed allegatum eſt eum philoſophum eſſe, quare diſciplinæ gratia abſolutus eſt, hunc anyceris Cyrenaicus emit xx. minis, remiſitque Athenas ad amicos, & ſtatim pecuniæ Anyceridi per amicos reſtituta eſt, alij dicunt miſſam à Dione illam pecuniã, eumq; noluiſſe remiſſam. Polydem in Calabria ſuperatum, & in Elice ſummerſum fuiſſe fama eſt, dæmone teſte Fauorino, illi annunciante propter Plat. talia perpeti, hæc ſciens Diony. ſcripſit ad Plat. ne in ſe maledicta torqueret, cui reſcripſit. Plat. ſibi non tantum ocij ſupereſſe, vt Diony. meminiſſet. Secundo fuit in Siciliam, & à minore Diony. petijt terram, & homines, qui iuxta rempub. ab eo conſtitutam viuerent, non defuit ſuſpicio, illum Dion. & Theote perſuadere tentaſſe, vt inſulã tyranno liberarent, quo tempore Archytas Pythagoreus miſſa ad Dion. epiſtola Plat. purgauit, ereptumq; Athenas remiſit. tertio Siciliam acceſſit vt Dionem reconciliaret Dion. qua re non obtenta redijt in patriam. Cic. in Cat. maiore, Plat. inquit Athenienſem Tarentum veniſſe L. Camil. ac P. Clau. conſulibus reperio Fuit autem Plat. teſte Eutropio, quo tempore Galli vrbem ceperunt, ingenij quoq; diuina inſtructus abundantia, cum omnium iam mortalium patre commoda patriæ, quã omnium doctrinarum matrem dixere maiores, & præceptores, quem tunc omnium ſapientiſſimum eſſe Apollinis dixit oraculum, acceſſit & ingenij bonitas, quæ diuina magis, quàm humana fuiſſe videtur. [Mortaliũ omnium ſapientiſſimus] Sic Apollinis oraculo conſtat fuiſſe iudicatum. [Geometriæ multiplices numeros] i. varias partes geometriæ ſunt autem multæ, & variæ, vt punctus, linea. ſuperficies, deinde triangulus, quadrangulus, &c. circulus, & anguli partes, vt rectus angulus, obliquus angulus, conſiderantur etiam latitudo, amplitudo, & alia huiuſcemodi multa, nam geometria in ſe continet lineamenta, interualla, magnitudines, & in figuris dimẽſiones, & numeros. [Obſeruationem cœleſtium rationum] Geometriæ per hanc ſcientiam curſus ſiderum, ortus & occaſus ſtellarum, quamq; velociter ſydera moueantur, quo inter ſe ſpacio diſtent, longa obſeruatione cognoſcunt. [Nili fluminis inexplicabiles ripas] Bene inexplicabiles, quia ſi Herodoto credimus. [Nili originem inuenire nemo potuit, quanquam id multi reges fruſtra regere tentauerint. Luc. lib. x. Arcanum natura caput non prodidit vlli Plin. lib. 7. Nilus, inquit, incertus ortus fontibus per deſerta, & ardentia, & immenſæ longitudinis ſpacia ambulans, famaq; tãtum inermis quæſitum cognitus ſine bellis, quæ cæteras, omnes terras inuenire originem (vt Iuba rex potuit exquirere) in monte inferioris Mauritaniæ, non procul oceano, habet, lacu protinus ſtagnante quem vocant Hilidem. eſt præterea ſatis ignota Nili natura, quare. ſ. ſingulis annis ſole exiſtente in Cancro. totam inundat Aegyptum. Quanquam Pli. eodem loco dicat, varias eius incrementi cauſas eſſe, modo ſtatum Etheſiarũ, modo æſtiuos imbres Aethiopię, modo alias affert cauſas, quas longũ eſſet referre, ſed euenire vt plurimum eius incrementum à caniculæ ortu per introitũ ſolis in Leonem, & vt ait Virg. in 4. Georg. Per diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora. Vſq; coortis latinis deuexus ab indis. i. Aethiopibus. [Vaſtiſſimoſq; campos] Tractus Aegypti longe, lateque porrigitur. [Effuſam barbariem] Quia vaſtiſſimi ſunt Aegyptiorũ campi, iden per vaſtam regionem ſparſim habitant barbari. [Et flexuoſos foſſarũ ambitus] Conſtat Aegyptum foſſarum plenam Nili ſuperfluas aquarum inundationes recipientium. Iunco Aegyptum, inquit, quæ tot regum tot ſæculorum cura, impenſaque munita ſit, & aduerſus vim decurrentium aquarum tantis inſtructa moribus, tot foſſis concisſa ſunt, cum his arceantur. illis recipiantur aquæ, nihilo minus coli, niſi excluſo Nilo non potuerit. [Minus miror in Italiam tranſgreſſum] Quippe qui in Aegyptũ vſq; penetrarit, vt multo facilius in Italiam tranſire potuerit. [Præcepta & inſtituta] Hæc modo inter ſe differunt, ut præcepta generaliter dicantur omnium philoſophorum, inſtitutæ ſua vniuſcuiuſque,

vt acedemicorum, ſtoicorum, peripateticorum, epicureorum, rurſus præcepta ſunt doctorum, inſtituta ciuitatum. Cic. lib. offic. Quanquam te Marce fili annum iam audientem Cratippum, idque Athenis abundare oportet præceptis, & inſtitutis philoſophiæ, propter doctori auctoritatem, & vrbis. [Et inuicem] Vt viciſſim daret omnibus, quod vndiq; acceperat. [Altero & octogeſimo anno diſpergi] Ne mortis vicinitate quiſquã Platonem crederet literarum oblitum, moriens Sophronis verſus ſub capite habuiſſe fertur, mortuus autẽ eſt teſte Cic. in Catone maiore vno, & octogeſimo anno ſcribens. Numerus Bithmos, & verſus. Virg. Numeros memini, ſi verba tenerem. fuit ergo Plato ad extremam vſq; ſuæ vitæ horam ſtudio ſemper intentus, & induſtriæ plenus.

ANTH. PLato aorẽ ſortitus] .i. adeo quaſi in ſortem nactus, Athenas patriam, quod vulgares dicerent in patriã. & ineptiores pro patria; & Socratem præceptorem, & id eſt ſimul locum.ſ. Athenas, & hominem.ſ. Socratem fertiliſſimum.i. feraciſſimum, & maxime productiuum doctrinæ, & inſtructus quoque.i. ornatus abundantia ingenij diuina.i. tam magna, vt credi poſſet diuina, cum haberetur iam ſapientiſſimus omnium mortalium, quidem.i. certe, adúſque.i. in tantũ, vt ipſe Iupiter.i. ſummus Deus putatus, deſcendiſſe de cœlo, nec videretur vſurus facundia elegantiore, quantum ad ſtylum orationis, nec maiore quantoin ad fœcundam ſententiam, aut perſuadendi felicitatem, peragrauit, id eſt pertranſiuit quaſi per omnes agros Aegyptum, dum.i. quo tempore, (Sunt qui legant vbi, ſed quia additur, quoq; tempore ſecutus ſum lectionem, quam priorem oſtendi) percepit à ſacerdotibus eius gentis, multiplices numeros geometriæ, & ſupple obſeruationem rationum cœleſtium, id eſt rationes cœleſtium curſum obſeruatas, & obſeruando ad notatas à ſacerdotibus Aegyptijs, quoq;, id eſt & quo tempore, Athenæ petebantur certatim.i. cum certamine, & ita magna copia à iuuenibus ſtudioſis quærentibus, ſcilicet ſibi Plat. doctorem.i. præceptore. ipſe diſcipulus ſenum.i. præsbyterorum Aegyptiorum luſtrabat.i. ſcrutabatur ripas Nili fluminis inexplicabiles.i. inenarrabiles, aut propter Nili originem incertam, aut potius propter eius excrementa itidem incerta, & quorum rationem nemo ſatis perſpexit, nam tunc fiunt, cum decrementis locus videretur, & vaſtiſſimos campos, quos Nilus inuidat, aut irrigat quot annis, & barbariem, id eſt barbarorũ accolarũ Nili regionem effuſam.i. dilatam, & ambitus foſſarum, quæ à latere ſunt flexuoſos.i. incuruos, & ſinuoſos. [Quo] .i. quo circa, aut quapropter ego (inquit auctor) miror minus ſup. Platonem trangreſſum ſup. eſſe in Italia (quæ regio non erat barbara, vt Aegyptus) vt acciperet præcepta, & inſtituta Pythagoræ, ab Archyta.ſ. philoſopho Tarẽti, & à Timeo, & Arione, & Ceto (alij legunt Eneto) loeris, id eſt in ea vrbe Italiæ Enim pro quia, tanta vix, & tanta copia literarum erat colligenda vndiq;.i. ex omni parte mũdi, ut poſſet diſpergi, & dilatari inuicem.i. viciſſim, per totum orbem terrarum ipſe etiam decedens.i. moriens, anno altero, id eſt ſecundo, & octogeſimo fertur habuiſſe ſub capite, ut ediſceret numeros, id eſt uerſus Sophronis, qui carmina ſcripſerat. Et ſic ne quidem.i. non etiam extrema hora eius.ſ. uitæ eius, fuit vacua agitatione ſtudij.

DE DEMOCRITO PHILOSOPHO.

AT * Democritus, cum diuitijs cenſeri poſſet, quę tanta fuerunt, vt pater eius Xerxis exercitui epulũ dare facile potuerit, quo magis vacuo animo ſtudijs litterarũ eſſet operatus, parua admodum ſumma retenta, patrimonium ſuum patriæ donauit. * Athenis autem compluribus annis moratus, omnia temporũ momenta ad percipiendam, * & exercendam doctrinam conferens, ignotus illi vrbi vixit, quod ipſe quodam volumine teſtator. Stupet mens admiratione tantæ induſtriæ, & iam tranſit alio.

* Laert. in uita.
*Cic. li. 5. de. fi.
*Laert. in uita.

OLIV. AT Democritus] Hic Abderites, ſiue, ut alij putant Mileſius philoſophus fuit, Egiſtrati filius, uel ut alij dicunt Athenocriti, uel ſecundum alios Damaſippi ſed quiſquis ille fuerit, tanta rerum, & diuitiarũ copia refertus, ut pater eius Xerxem Perſarum regẽ cum exercito hoſpitari potuerit, à quo teſte Herod. magi quidam, & caldæi præceptores, Democrito filio relicta, Theologiam, & Aſtrologiam illum docuere cum adhuc puer eſſet. qui has diſciplinas edoctus in Aegyptum, ſe contulit, ut geometriam perciperet, in perſidem ad rubrumque mare, & Caldæos diuinarum rerum cognitione auidus perrexit, ſunt etiam qui dicant cum Gymnoſophiſtis in India egreſſum eſſe, atq; in Aethiopiam ueniſſe, partitus eſt fratribus ſuis ſubſtantiam. uel ut tradit Valer. patriæ donauit, exigua pro ſe parte retenta, quæ illi peregre proficiſcenti opus erat, adeo ſtudioſum fuiſſe tradit Laer. ut ex uicino ortulo ſibi cellulam ſeligeret, ibiq; ſeipſum includeret, & cum aliquando ipſius pater bouem ad immolandum adduxiſſet, ibiq; alligaſſet, tamdiu hoc ab illo non fuiſſe cognitum, quoad hunc ille ſacrificij obtentu excitauit & boui admouit, conſtat eũ aliquando Athenas ueniſſe, & ob contemptum gloriæ agnoſci noluiſſe, ut cum cognouiſſet ipſe Soc. ab eo ignoratum fuiſſe, laborauit hic plurimum in ſolis rerũ naturis contemplandis (ut quidam ferunt) & quocunq; fortunæ caſu, mutabiliumque rerum audito in riſum ſoluebatur, unde Iuuen. in Sat. Omnibus in terris Perpetuo riſu pulmonem, agitare ſolebat Democritus, &c. hunc aliquando inſaniſſe crediderunt eius ciues, unde ad eius curationem adhibuere Hippocratem, qui cognita viri ſapientia, ciues magis quàm Democritũ inſanire, à quo ſe multa didiciſſe protebatur, nam ut refert Laer. in uita Democriti, cum ad eum ueniſſe Hippocrates maximum diligentiæ ſuæ, & calliditatis teſtimonium dedit Hippocrati, quod puellam Hippocratis comite & integram, & uitiatam cognouit. Nam primo die ſic eam ſalutauit, Salue uirgo, Poſtridie uero, Salue mulier. fuerat enim puella nocte ipſa uiciata, ſunt etiã qui dicant ſeipſum obcecaſſe ad naturæ ſecreta acutius rimanda cuius rei auctores ſunt Cic. lib. 5. Tuſc. q. & Gell. lib. 10. noctium atticarum, de cuius morte uariæ ſunt ſententiæ, ut Laert. tradit. Periit autem centeſimo & nono ſuæ ætatis anno. hic atomis omnia conſtare dicebat, & plures eſſe mundos, & corruptibiles. Multa uolumina reliquit, ut auctor eſt Laert. In eius uita. [Cum diuitijs cenſeri] Magnitudinem diuitiarum æſtimationem apud homines quantalibet ſibi uendicare poterat. Hic enim facile conijci poteſt, patris diuitias fuiſſe propè incredibiles, quod exercitui Xerxis Perſarum regis epulũ dare potuerit, quem conſtat fuiſſe ſupra centum myriades, hoc eſt decies centena millia militum atq; etiã plus, ut quidam tradunt. [Omnia temporum momenta] Mira induſtria hominis, ut ne minimum quidem ſpacium præterſmitteret, quin uel diſceret, uel doceret.

ASCEN. AT Democritus cum poſſet cenſeri] .i. magni æſtimari & in numero prępotentiũ haberi, diuitijs.i. ob diuitias, quæ.ſ. diuitiæ fuerunt tantæ, ut pater eius, uidelicet Aegiſtratus, aut Athenocritus, aut Damaſippus. (Nam de patre eius dubitari aſſerit Tortelius, & eius uerba reperit Olio.) potuerit dare ex facili.i. ſine grauamine, exercitui Xerxis, qui tantus fuit, ut flumina potando exiccarent, unde illud Iuuen. Epotaq; flumina medo, Prandere epulum.i. conuiuium donauit patriæ.ſ. ſuæ, in qua natus erat ſiue ea Abdera, ſiue Miletos fuit patrimonium ſuũ quo.i. ideo ut operatus eſſet.i. operam daret ſtudijs literarum animo magis uacuo.ſ. à curis rerũ exterarũ, ſumma admodum parua retenta.ſ. ad uſum uitæ. Autem pro ſed, ipſe moratus cõpluribus, annis, conferens omnia momenta temporum ad percipiendam, & exercendam doctrinam, uixit ignotus.i. incognitus illi urbi.ſ. clariſſimæ, quod.i. quã rem ipſe teſtatur quodam uolumine.ſ. à ſe ſcripto. Mens (inquit auctor) Subaudi mea, ſtupet admiratione tantæ induſtrię, quãrę eſt clarum opibus ignotum delitescere amore literarij ſtudij, &c.i & iã ipſa tranſit iam alio.i. ad narrationẽ alterius induſtriæ nõ minoris.

DE CARNEADE PHILOSOPHO.

*Cic. li. 2. Aca. q. de annis.
* Zenonis libris ſuſus. Pli. lib. 25 c. 5. nã chryſippus armauit Cic. lib. 2. Acad. queſt. & Laer.

CARNEADES * laborioſus, & diuturnus miles ſapientiæ, ſiquidem nonaginta expletis annis, idem illi viuendi, ac philoſophandi finis fuit, ita ſe mirificum doctrinæ operibus addixerat, vt cum cibi capiendi cauſa recubuiſſet, cogitationibus inhærens, manum ad menſam porrigere obliuiſceretur. Sed eum Meliſſa, quam vxoris loco habebat, temperato inter ſtudia animo non interpellandi, ſed inediæ ſuccurrendi officio, dexteram ſuam neceſſarijs viſibus aptabat. Ergo animo tantummodo vita fruebatur, corpore verò quaſi alieno, & ſuperuacuo circundatus erat. Idem cum Chryſippo

diſputaturus

diſputaturus helleboro ſe ante purgabat, ad exprimendum ingenium ſuum attentius, & illius refellendum acrius, quas potiones induſtria ſolida laudis cupidis appetendas effecit.

Olyv. Carneades ſtudijs inventus.

CARNEADES laborioſus] Hic Philoſophus Cyrenæus fuit Epiconij, vt quidam ferunt, ſiue Alexandri, vt alij dicunt, filius, Stoicorum, & Chryſippi diſcipulus, modice reluctabant, & verecunde, ita vt ſæpe diceret, niſi Chryſippus eſſet, ego non eſſem. Æthicæ ſe magis deuouit, q̃ Phyſicæ, quo circa Cæſariem & vngues nutriebat, præcipua fuit intenſione ſtudiorum adeo, vt leoſis omnes etiam à neceſſatijs vſibus interdum auerteret, mediaq; conſumeretur, niſi Meliſſæ cura, cũ vxoris loco tenebat, ſuſtentaretur, ſæpiusq; reficeretur, ad hunc audiendum oratores vndiq; confluebant. [Diſputaturus cũ Chryſippo, qui acutioris eſſe ingenij, ſuũ ſe prius ingenium purgabat helleboro, mortuus eſt xc. ſuæ ætatis anno, vt Valer. refert. vt Laert. vero octogeſimoquinto, Olympiade centeſima ſexageſima ſecunda. [Laborioſus] Quia iugiter ſtudio incubuit, quo ad vixit. [Addixerat] Aſtrinxerat, deſtinauerat. nam addicere apud Iuriſconſultus ſignificat per licitationem aliquid vendere, hoc eſt in venditione pub. vnde addicti apud veteres dicebantur, qui prætoris iuſſu, cui ſoluendo non eſſet, creditoribus vendebatur. Addictus etiam morti deſtinatus. Cic. & is, qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendatorum luorũ cauſa poſtulaſſet, vas factus eſt alter. [Fruebatur vita] Fructum capiebat ex vita, animo non corpore, nam frui fructum capere ſignificabat. Sal. Vita, qua fruimur breuis eſt. [Helloboro ſe ante purgabat] Hellebori duæ ſunt ſpecies coloris inſignis candidi, & nigri: qui nõ cognoſcuntur niſi ex radice, teſte Pli. lib. 25. de nat. hiſt. vbi multa de eius proprietate, ſed in primis candidum probat, quod cauſas morborum extrahere, & primo fuiſſe terribile, deinde adeo promiſcuum, vt pleriq; ſtudiorum gratia ad prouidenda acrius, quæ cõmentabantur, ſæpius ſumptitauerint, quo & vſum Carneadem reſponſurum Zenonis libris fuiſſe dicit, Aulus quoque Gell. lib. 17 Noctium Atticarum vbi ſpecies Hellebori dicit. [Ad exprimendum ingenium] Ad explicandam vim ingenij. [Quas potiones] Laudis inquit cupidi exẽplo Carneadis Helleboro ſe diſputaturi purgabant prius, quàm ad certamen deſcenderent, quod ante Carneadem facere non ſolebant.

Ascen

CArneades Philoſophus Cyrenæus miles] .i. ſectator ſapientiæ, & laborioſus, & diuturnus, vnde duplex oritur laus, & ex multiplicitate, & ex diuturnitate ſtudij [Siquidem], i. q̃m xc. annis expletis. i. poſtquam expleuerat xc annos, idem fuit illi finis viuendi, & Philoſophandi. i. dandi operã Philoſophiæ, & addixerat ſe operibus doctrinæ, ita. i. in tm̃ muſicẽ, vt cũ recubuiſſet i. ad menſam ſe poſuiſſet, forte more antiquo incubuiſſet cauſa capiẽdi cibi, ipſe inhærens. i. infixus cogitationibus, obliuiſceretur porrigere manũ ad menſam. i. ad cibũ illi appoſitum, ſed Meliſſa. i. mulier, quam habebat loco vxoris, aptabat dexteram vſibus neceſſarijs. i. imponebat illi cibum in os, animo temperato inter ſtudia. i. affectione accõmodata ſtudijs, non officio interpellandi. i. impediendi eum à ſtudio. ſed ſuccurendi inediæ. i. carentiæ eſcis, ſup. eius. Ergo Carneades fruebatur ſup. in vitæ ſua tm̃modo animo, vero. i. ſed circundatus erat corpore quaſi alieno, & ſuperuacuo. i. tanquam re aliena à ſe, & ſupernacanea [Idem diſputaturus cũ Chryſippo præceptore ſuo, purgabat ſe] Hoc eſt cerebrũ ſuum ante. i. prius, Helleboro. ſ. cãdido, quod in Anticyra optimũ naſcitur ad ingenium ſuũ exprimendum. i. defecandũ, & purificandũ, & ita reddendũ illud attẽtius, & acrius, & ad refellendũ ſup. ingeniũ, illius. ſ. Chryſippi. [Quas potiones] . ſ. ex Helloboro diluto, induſtria & ſolertia, fecit. ſ. exẽplo Carneadis, appetendas cupidis laudis ſolidæ. i. integræ,

DE ANAXAGORA PHILOSOPHO.

* Laert. in vita, & Plat. in Hippia ma. ſic pauló aliter

QVALI * porrò ſtudio Anaxagoram flagraſſe credimus? qui cum poſt diutinam peregrinationem patriam repetiſſet, poſſeſſionesque deſertas vidiſſet, non eſſem, inquit, ego ſaluus, niſi iſta periſſent. Vocem petitæ ſapientiæ compotem. Nam ſi prædiorum potius quàm ingenij culturæ vacaſſet, dominus rei familiaris intra penates manſiſſet, non tantus Anaxagoras ad eos rediſſet.

Olyv. Anax. ſcientiæ deditus.

QVALI porrò ſtudio Anaxagoram] De hoc viro dictum eſt in cap. de obitu filiorum, quod ad eius induſtriam pertinet cum admodum diues eſſet, contemptis diuitijs, omne patrimonium ſuis ſponte conceſſit, vel vt alij dicunt, relictis poſſeſſionibus, ſtodij gratia longam peregrinationem ſuſcepit, & cum poſt multa tempora rediſſet in patriam, prædiaq; vidiſſet inculta, atq; deſerta, ſapienter dixit, niſi hæc periſſent, ego ſaluus non eſſem. vox Philoſopho digna, nam ſi colendis agris vacaſſet, tanti nominis, & gloriæ Philoſophus non euaſiſſet, qui omni re publica, atque priuata contempta ad ſpeculationem rerum ſe contulit, & vt ſtudioſiſſimus fuit, ita multa de motu cœli, curſu ſiderum, & natura rerum ſcripſit. vixitq; annis 77. literis ſemper intentus, hic cuidam dicenti, quòd patria ſibi curæ non eſſet, immo cura patriæ mihi maxima eſt, & digitum extendebat in cœlum, oſtendens illam ſibi veram patriam eſſe, impietatis ſemel à Cleomene accuſatus, quòd ſolem, quem Athenienſes colebant, candentem laminam diceret, & penitus ignitam, defenſus à Pericle diſcipulo quinque talentis multatus, exilio damnatus fuit, de cuius morte varias dicit Laertius ſententias eſſe ſcriptorum. [Saluus] Non eſſe, virtutem, & ſapientiam veram hominis ſalutem eſſe dicit.

Ascen

QVali, &c.] Porrò. i. autem quali ſtudio credimus, exercedemus Anaxagoram flagraſſe. i. arſiſſe? qui cum poſt peregrinationem diuturnam repetiſſet patriam, & vidiſſet poſſeſſiones. ſ. ſuas deſertas. Inquit, ego non eſſem ſaluus, niſi iſtæ. ſ. poſſeſſiones periſſent. Vocem. i. ò vocem compotem ſapientiæ petitæ, hoc eſt quæ aſſecuta erat ſapientiam petitam. Nam ſi vacaſſet potius culturæ prædiorum, quàm ingenij, & ſup. manſiſſet dominus rei familiaris intra penates. i. domum ſuam, non rediſſet ad eos. ſ. penates ſuos Anaxagoras tantus. ſ. Philoſophus, aut tam magnus vir cenſendus.

DE ARCHIMEDE PHILOSOPHO.

*Cic. li. 5 de Fin. & Val. 6. Liu. lib. 25. & Plutarch. in Marcel.

ARCHIMEDIS * *quoque fructuoſam, induſtriã fuiſſe dicerem, niſi eadem illi & dediſſet vitam, & abſtuliſſet. captis. n. Syracuſis, Marcellus machinationibus eius multum, ac diu victoriam ſuam inhibitam ſenſerat, eximia tamen hominis prudentia delectatus, vt Capiti illius parceretur edixit, penè tantum gloriæ in Archimede ſeruato, quantum in oppreſſis Syracuſis hoſtis reponens. At is dum animo, & oculis in terram defixis formas deſcribit, militi, qui prædandi gratia domum irruperat, ſtrictoque ſuper caput gladio, quiſnam eſſet, interrogabat; propter nimium cupiditatem inueſtigandi, quod requirebat, nomen ſuum indicare non potuit. ſed, protracto manibus puluere, noli, inquit, obſecro iſtum circulum diſturbare: ac perinde quaſi negligens Imperij victoris, obtruncatus ſanguine ſuo, artis ſuæ lineamenta confudit. Quo accidit, vt propter idem ſtudium modo donaretur vita, modo ſpoliaretur.*

Olyv.

ARCHIMEDIS quoque] Archimedes, vel vt Quint. lib. 1. de inſtitutione oratoria, Archimedes Syracuſanus in omni Geometria ante alios mira ſubtilitate laudatus, erant enim teſte Liu. Decade ſecũdi Pun. belli vnicus ſpectator cœli, ſiderumq;, mirabilior tñ inuentor, ac machinator bellorum tormentorum, operumq; qui ea, quæ hoſtes ingenti mole agerent, ipſe perleui momento ludificaretur, captis deinde Syracuſis per proditionem, quas contra vim Marcelli Rom. ducis diu defenſauerat, cum omnia uerterent hoſtes, ipſe Diametros ſuos in puluere obſignans à prætereunte milite incognitus occiſus eſt. Liu. cum multæ inquit iræ. multa inuidiæ, auaritiæq; fœda exempla ederentur, Archimedem memoriæ proditum eſt in tanto tumultu, quantum captæ urbis in diſcurſu diripientium militum ciere poterant, intentũ formis, quas in puluere ſcripſerat, ab ignaro milite, quis eſſet interfectum, ægre id Marc. tuliſſe, ſepulturæq; curam habitam, & propinquis etiam inquiſitis honori, præſidioque nomen eius, ac memoriam fuiſſe. Plin. lib. 7. nat hiſt. Grande, & Archimedi Geometriæ, & machinalis ſcientiæ teſtimonium M. Marcelli contingit, interdicto, cum Syracuſæ caperentur, ne uiolaretur vnus. niſi fefelliſſet Imperium militaris imprudentia, hic teſte Cic. lib. Tuſcul. quæſt. fuit

primus inuentor ſperæ, & fabricator, quod Laertius Anaximandro attribuit. hic de Clyndaro opus carmium ſcripſit. [Penè tantum gloriæ in Archimede ſeruato] Quanti faceret Archimedē Marcellus, hinc facile declarauit, cū non minorem gloriam ex ſeruato Archimede, quàm ex capta potentiſſima vrbe ſe conſecuturū ſperaret, mira profectò Archimenidis laus, qui nō minoris fieret à Marcello, qui Syracuſæ. [Propter nimiam cupiditatem inueſtigandi quod] Incredibilis hoīs induſtria, quem non captæ vrbis ruina, non propinquæ mortis metus, à ſuis cogitationibus potuit abſterrere. [Protracto puluere] Secto, vel ſciſſo puluere in quo Diametros, & formas ſuas deſignabat. [Lineamenta] Signa. Sunt autem lineamenta extremitates corporū, & imaginum impreſſiones, quæ primo inducūtur à pictoribus; deinde coloribus implētur. [Modo donaretur vita] Quia quantum in Marcello fuit, donatus eſt vita, nam ſtudio, & induſtria eius delectatus; edixerat, vt incolumis ſeruaretur Archimenides. [Modo ſpoliaretur] Quia dum intentus eſſet formis imprimendis multis contempſit Imperiū, à quo trucidatus eſt, quam igitur vitam ſtudium dederat, eadem poſtmodū ſtudiū abſtulit.

Ascen. ARchimedis, &c.] Ego dicerem quoq; .i. etiam induſtriam Archimedis .ſ. Geometræ; & Architecti Syracuſani fuiſſe fructuoſam, quia diu conſeruauit patriam, niſi eadem &.i. pariter dediſſet illi vitam. ſ. Marcello vetante, ne quis eum ob induſtriam occideret, & abſtuliſſet vitam, quia illi intentus quis eſſet explicare nō curauit. Enim proquam, Syracuſis captis; Marcellus ſenſerat victoriam ſuam inhabitā .i. impeditam multum, ac diu machinationibus .i. machinamētis eius .i. ab eo, aut induſtria factit tū ipſe delectatus eximia prudētia hominis, edixit, vt parceretur capiti .i. vitæ illius .ſ. Archimedis reponens .i. collocans hoſtis .i. cum eſſet hoſtis, penè tantū gloriæ in Archimede ſeruato .i. conſeruatione Archimedis, quantum in Syracuſis oppreſſis .i. in oppreſſione Syracuſarum. At is .ſ. Archimedes dum animo ſup. defixo, & oculis defixis in terram deſcribit formas .i. figura quaſdā Geometricas, non potuit propter nimiam cupiditatem inueſtigandi, quod requirebat, ſiue machina, ſiue menſura fuerit, indicare militi .ſ. Romano, qui irruperat domū ſcilicet Archimedis gratia prædandi, & interrogabat quiſnam eſſet, gladio ſtricto .i. euaginato, & vibrato ſuper caput ſup. eius puluere, ſed protracto manibus, inquit obſecro, noli diſturbare iſtum circulum ac perinde .i. ſic quaſi negligēs Imperij victoris, qui iuſſit eum nomen ſuum proferre obtruncatus .ſ. ab eo confudit ſanguine ſuo lineamenta ſuæ artis, quo .i. per quod factum accidit, vt Archimedes donaretur modo .i. paulò ante per edictum Marcelli vita, & ſpoliaretur modo .i. paulò poſt à milite; propter idem ſtudium, quia nimis intentus arti ſuæ contempſit militi nomen exprimere. Scribitur etiam Archimenides.

DE SOCRATE PHILOSOPHO.

* Cōno ſcepto-re, Plato in Euth. & Cice. ad Petū. SOCRATEM * *etiam conſtat ætate prouectum fidibus tractandis operam dare cœpiſſe, ſatius iudicantem, eius artis vſum ſero, quàm nunquam percipere. Et quantula Socrati acceſſio illa futura ſcientia erat? ſed pertinax hominis induſtria, tantis doctrinæ ſua diuitijs etiā muſicę rationis* * *vtiliſſimum elementū accedere voluit. Ergo dum addiſcendum ſemper ſe pauperem credidit, ad docendum fecit ſe locupletiſſimum.*

* Vtiliſſimum.

Oliv. SOCRATEM etiam] Socrates fuit adeo ſtudioſus adeoq; ſcientiæ cupidus, vt nec à mulieribus quidem turpe exiſtimaret diſcere, quod vtile fore videretur. prætetea cum iam omnium pœnè, rerum ſcientiam complexus eſſet, muſicæ quoque operā dare non erubuit in prouectiori iam ætate, vt ad reliquas virtutes ſuas, quæ mirabiles fuiſſe creduntur, hoc etiam quantaluncunq; foret, accederet, ne quid illi vnquā defuiſſe videretur. Itaq; effecit induſtria ſua, vt dum ſemper aliquid ſibi deeſſe exiſtimaret, ad eum ſcientiæ cumulum peruenerit, vt alios locupletiſſime docere poſſet. fuit teſte Gellio tanta temperantia, vt omne ſuæ vitæ tempus valitudine inoffenſa tranſegerit, de cuius morte dictū eſt in cap. de ſapienter dictis. [Fidibus tractandis] Muſicæ arti, vt ſciret fidibus canere, cur autem hic arti iam ſenex operam dare voluerit, hanc cauſam fuiſſe ferunt, quòd in conuiuio inuitatus à quodā vt caneret, ſe fidibus neſcire reſpondit, quod à nonnullis riſu exceptum ad muſicam perdiſcendam illum incitauit, vt ſero potius, quàm nunquam artis illius rationem teneret. fidis corda in Cythara, vel lira aliove inſtrumento extenſa, vnde fidicula diminutiuū tormenti genus. [Acceſſio] Additio incrementum. [Sed pertinax induſtria] Perſeuerās, & in bonam partem accepimus, vt peruicaces dicamus perſeuerantes, interdum contomaces obſtinatos duros. eſt autem peruicax, qui ad victoriā vſq; perſeuerat in propoſito. [Vtiliſſimum elementum] Ideo dicit, quia ſtudia quędam ſunt adoleſcentibus congrua, vt Grammatica, Dialectica, Rhetorica, alia grauioris & maioris exercitationis & ingenij, vt Philoſophia .ſ. Phyſica, at vero Muſica earum rerum eſt, quæ inferioris ſunt, & materiæ leuioris, rectè ergo dixit; vtiliſſimum elementum.

Fidis: Fidicula

Peruicaces.

Ascen. SOcratem, &c.] Conſtat etiam Socratem prouectū ætate .i. grandem nato cœpiſſe .i. incępiſſe dare operam fidibus .i. muſicis inſtrumentis tractandis iudicantem ſatius .i. melius, & eligibilibus, percipere vſum eius artis .ſ. muſicæ, ſero .i. tarde, aut etiam nimis tarde, quàm nunquam. [Et quantula] .i. quàm parua acceſſio .i. incrementum, & augmentum illa ſcientiæ futura erat Socrati .ſ. viro ſcientiſſimo q.d. minima nimium. [Sed induſtria hominis] .ſ. Socratis peruicax .i. quaſi obſtinata, & infrangibilis voluit etiam vtiliſſimum elementum .i. principium muſicæ rationis accedere .i. addi tanti diuitijs ſuæ doctrinæ. Ergo dum Socrates credit, ſe ſemper pauperem .i. indigentem ſcientię ad diſcendum .i. vt poſſit ſemper aliquid diſcere, fecit ſe locupletiſſimum ſup. ſcientiæ ad docendum .i. vt poſſit alios docere.

DE ISOCRATE.

* Cic. de ſeneꝺ. ATQVE * *vt longæ, & felicis induſtriæ quaſi in vnum acervum exempla redigamus, Iſocrates nobiliſſimum librum, qui inſcribitur παναθηναϊκὸς quartum, & nonageſimum annum agens; ita vt ipſe* * *ſignificat, compoſuit, opus ardentis ſpiritus plenum. Ex quo apparet, ſeneſcentibus membris eruditorum, intus animos induſtriæ beneficio florem iuuenta retinere. neque hoc ſtylo terminos vitæ ſua clauſit: nanque admirationis eius fructum quinquennio percepit.*

* Significat, immo ſcribit aperte in ipſa oratione.

Oliv. ATQVE vt Iſocrates nobiliſſimum] Vt omnem induſtrię rationem in vno homine fuiſſe comprehendemus, Iſocratis exemplum lectoribus ſubijciamus, fuit autem Iſocrates Græcus, Orator clariſſimus, Georgiæ auditor, multorum Philoſophorum preceptor eximius, vt Macr. atteſtatur, & teſte Quintiliano, fuit diuerſo dicendi genere nitidus, & comptus, palęſtræ magis, quàm pugnæ accommodatus omnes dicēdi veneres ſectatus, in inuentione facilis, honeſti ſtudioſus, in compoſitione adeo diligens, vt cura eius reprehēdatur, in ætate iam cōfecta, videlicet decrepita, quartum & nonageſimum agēs annū teſte Cic. in Catone maiore librū cōpoſuit, qui παναθηναϊκὸς inſcribitur totius Græciæ, & in primis Athenarū geſta, laudeſq; continens. & ſtudia vrbis, quem tanta ſcientia conſtat fuiſſe refertum, vt admirarentur omnes in ea ætate ingenij vires tantum valuiſſe, ex quo facile comprehendi poteſt, in hominibus corpora quidem ſeneſcere, animos vero nunquam, ſi quis bene diligenterq; coluerit eos. Cicero de Iſocrate, eſt etiam quiete, & pure, atq; elegāter actæ ætatis placida, ac lenis ſenectus, qualem accepimus Platonis, & qui octogeſimo anno ſcribens eſt mortuus, qualemq; Iſocratis, qui eum librū, qui παναθηναϊκὸς inſcribitur, quarto & nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur, vixitq; quinquennium poſtea. Iſocrates, teſte Macr. cum in conuiuio à ſodalibus rogaretur, vt aliquid in medium de ſuæ eloquentiæ forte proferret, reſpondiſſe fertur, quæ locus præſens, & tempus exigit, ego non calleo, quæ vero calleo, nec huic loco, nec tempori ſunt accommodata. [Felicis induſtriæ] Quia ex ea induſtria plurimū fructum conſecutus fuerat. [παναθηναϊκὸς] Qui omnem verbis Athenarum laudem continebat, quod .ſ. in ea vrbe cuncta liberalia ſtudia, ac bonæ artes viderent, omnia beneq; viuendi præcepta inde manerent, & perciperentur, quæ tamen liber hominū negligentia obſoleuit. [Admirationis eius] Appellat librum illum admirationem quandam bonum, quia admirabatur tantum eius ingenij vires in ea ætate valuiſſe, vt librū ſumma ſapientia refertum ædere potuerit, & inde laus illi maxima redundabat, quæ ſuis operis fructus eſſe videbatur, & erat.

Ascen. ATque vt redigamus quaſi in vnum acervum] Ideſt cumulum exempla induſtriæ longæ, ideſt diutinæ, & felicis .i. beatæ, Iſocrates compoſuit (vt ita ipſe ſignificat) librum nobiliſ.

nobiliſſimum, qui inſcribitur, id eſt cui titulus eſt παναθηναϊκὸς panathenaicos, id eſt tota res, aut laus Athenien. agens annum quartum, & octogeſimum. (Non ergo dicemus octuageſimum ſciemuſq; inter viginti, quod centũ minorem numerum, interueniente coniunctione præponi debere) appoſitorie opus plenũ ſpiritus.i.acrimoniæ ardentis. Ex quo apparet animos eruditorum retinere intus florem iuuentæ beneficio induſtriæ.i grauitatis ſolertis membris ſeneſcentibus. [Neq; clauſit].i.finiuit terminos vitæ ſuæ hoc ſtylo, quo panathenaicon ſcripſerat, nanq; percepit quinquennio.i.ſpacio quinq; annorũ fructum admirationis eius.i.laudem, quæ ex eius admiratione illi dabantur. Nam quinquennium poſt vixit.

DE CHRYSIPPO.

* Atqui an. 73. vixiſſe tantum, ſcribunt Laerti*, & Sui.

*Tradẽdis.

Lucian. I Macr. 81.

*CITERIORIS * ætatis metas, ſed non tamen parui ſpatij Chryſippi viuacitas flexit, nam lxxx. anno cæptum ante quadrageſimum λογικῶν exactiſſimæ ſubtilitatis volumen reliquit, cuius ſtudium in * tractandis ingenij ſui munimentis tantum operis laboriſque ſuſtinuit, vt ad ea quæ ſcripſit penitus cognoſcenda, longa vita ſit opus.*

OLIV. chryſip. labor in duſtieus. an. ſcribit.

CITERIORIS ætatis metas Chryſippi] Hic Chryſippus Apolloni Solenſis filius, ſiue Traſenſis, philoſophus fuit acutiſſimus adeo, vt teſtentur fermè omnes, Iouem ipſum eius acutioribus argumẽtis vix reſiſtere potuiſſe, ſi in terras deſcendiſſet. fuit ergo ingenioſus, & acutus in omni genere orationis, in pleriſq; à Zenone diſſentit, & Cleante, quoties aduerſus Cleantem diſſerendo egiſſet, tanta ducebatur pœnitentia, vt crebro diceret, ego quidem alias fortunatus ſum, præterquam in Cleantẽ in hoc ſum infelix, & vt dixit Cic. de nat. deorum. Natus eſt homo Chryſippus ad mundum contemplandũ, atq; mirandum, nam teſte Laertio ſeptingenta uolumina ædidit, & quidquid inciderat, mandabat literis, & ſæpe emendabat, & magna teſtimoniorum nube utebatur, quod adeo in conſuetudine habuit, vt in quibuſdam ſuis opuſculis totam Euripidis

chryſip. Medea.

Medæam inſereret. petentiq; quidã ab altero legente, quidnam id eſſet quod legeret, ille Chryſippi Medæa eſt, quare de illo ait Apollodorus Athenienſis, ſiquis tollat de Chryſippi libris, quæ aliena ſunt charta illi vacua relinquetur eius tñ libri clariſſimi, & in dialectica præcipue, in qua fuit adeo inſignis ut dicerent, ſi apud deos in uſu eſſet dialectica, non futuram aliquam, quàm Chryſippeam erat præterea teſte Laertio imbecilli, tenuiq; corpuſculo, quod ex eius imagine dicit apparere in potationibus ut refert, agebat quietem, cura autẽ ſola mouebat, ut ancilla eius diceret, Chryſippi tñ cura eſt inebriari, unde teſte Hermippo à diſcipulis ad ſacrificium ductus, dulce merum adeo bibit, ut fatigatus anguſtijs ſpiritus, cum quinta die poſt reliquerit, cũ eſſet octogintatrium annorũ, ſunt qui dicant eum nimio riſu comprehenſum interijſſe, ita ut cum aſinus manducaſſet ficus, aniculæ dixiſſet, ut merũ aſino daret, nimioq; dehinc riſu expiraſſe neminem regum laudauit, ſola anicula contentus fuit, hic ergo uolumen ante quadrageſimum annum inchoatũ exactiſſimæ ſubtilitatis octogeſimo anno cõfecit, & abſoluit, quem λογικῶν logicam appellauit, ex quo facile conijci poteſt, quanta eius fuerit induſtria, qui vnum, & quadraginta annos aſſidue ſcribendo conſumpſit fuit maximæ auctoritatis philoſophus, de quo Iuu. Satyra.ij. Plena omnia gypſo Chryſippi inuenias. Cic. ætatis metas, quia non ad Iſocratis ætatem peruenit, hoc eſt non tanto tempore vixit, nam Iſocrates, vt diximus, nouem & nonaginta confecit annos, hic vero ad octogeſimum tantummodo peruenit annum, ergo. [Citerioris] .i. breuioris ætatis terminos. [Cœptum λογικῶν] Librum logicorum, & philoſophi conſiderationum, nam logica, & philoſophorum conſiderationes in eo libro continebantur. [Exactiſſimæ ſubtilitatis. [Exquiſitiſſimi acuminis. [Ad ea] Quæ ſcripſit, longa vita ſit opus. [Quia vt diximus] Teſte Diogene, ſeptuaginta volumina compoſuit, ad quæ legenda longiori vita opus eſſet.

ASCEN.

CIterioris viuacitas].i. aptitudo & auiditas viuẽdi, & quaſi longæ vitæ Chryſip. flexit metas .i. peruenit ad ſpaciũ citerioris ætatis. (Trãſlatio ad currule certamen, in quo dum currus ad metas tracti ſunt, reflectuntur) ſed tamen non parui ſpacij. nam reliquit volumen λογικῶν.i. logicorũ, aut logicalũ exactiſſimæ ſubtilitatis anno octogeſimo.i. ſuæ ætatis cæptũ ante quadrageſimũ.ſ. annũ, & ita ſupra quadraginta annos in eo laborauerat. [Cuius].ſ. Chryſippi ſtudium ſuſtinuit tñ operis, & laboris in tractandis.i. exercendis monumentis.i. fortis iudicijs. & teſtimonijs ingenij ſui, vt opus ſit lõga vita ad cognoſcenda penitus.i. omnino, & penè intus, ea quæ ſcripſit.

DE CLEANTE PHILOSOPHO.

*Laert. in uita.

*Immo cõtra cicer. li. 2. Acad. q̃ſti Laer. & Suid. de ætate Lucia. I Macr.

*TE quoq; * Cleante tam laborioſe haurientem, & tam pertinaciter tradentem ſapientiam, numen ipſius induſtriæ ſuſpexit, cũ adoleſcentem quæſtu extrahendæ aquæ nocturno tempore inopiam tuam ſuſtentantem, * diurno Chryſippi præceptis percipiendis vacantem, eundemq; ad vndecenteſimum annum attenta cura erudientem auditores tuos videret: duplici enim labore vnius ſæculi ſpacium occupaſti, incertũ reddendo, diſcipulus ne an præceptor eſſes laudabilior.*

OLIV.

TE quoq; Cleante] Cleantes hauriendæ hortolanis aqua vitam ſuſtentauit, hic Cleantes Phanij filius, vt Antiſthenes dicit in ſucceſſionibus, primum quidem pugil fuit, deinde profectus Athenas cũ dragmis quatuor ut quidam ferũt, congreſſus Zenoni ſtudioſiſſime philoſophatus eſt, neq; eiſdem decretis perſtitit memoriæ proditum eſt, ipſum laborioſiſſimũ fuiſſe, adeo vt inopia cogente ſe mercenarium faceret, ac noctu quidam in hortis hauriret aquam, interdiu autem operam ſtudijs liberalibus daret, ut & Phreantles.i. ex hauriens puteos appellaretur. Aiunt illum cum pertractus eſſet in iudicium reddituru rationem, unde adeo robuſtus, ac tam boni habitus viueret, Hortolano apud quem id muneris implebat, ac muliere, per quem farinas pinſabat teſtibus ſui victus vſum abſolutum eſſe, Areopagitaſq; admiratos, decẽ illi minas dari conſueuiſſe. Zenonem autem accipere illum vetuiſſe. Aiunt autem Antigonum illi tria millia dediſſe hic auditor eius, cum rogaretur, cuius gratia hauriret, audiuit, non ſolũ aurio nunquid non effodio, ac rigo? &c. Facio philoſophiæ cauſa? & Zeno quidem illũ ad id exercebat, uidebatq; obolũ ſibi ex labore afferri coactam aliquando ſtipem in medium familiatum intulit dicens, Cleante, quidem Cleantem alium poſſet nutrire ſi, uellet, qui uero inde nutriantur, affatim hñt, ab alijs quærunt, quæ ſunt ad vſum uitæ neceſſaria, & quidem remiſſius philoſophãtes ea igitur cauſa ſecundus Hercules Cleantes dicebatur, hunc Val. dicit Chryſippi auditorem, cum econtra in Laertius dicat. [Chryſippus] Appolloni filius Solenſis. ſiue Tarſenſis, ut Alexander in ſucceſſionibus ait diſcipulus Cleantis fuit, hic prius longa exercitatione, emenſa Zenonis, ſiue Cleantis ut Diocres, & plurimi tradũt, auditor. nam Cleantes uitæ inſtituto clarus enituit ut Zenoni ſuccederet, & quidem complures eſſent illis memorabiles diſcipuli. Compoſuit autem libros pulcherrimos de tempore, de ſenſu, de arte, de appetitione, & de antiquitate, de dijs, de Himeneo, de gigantibus, de arte amatoria. de pollicitis, de legibus, & alios quamplures, tumuit illi gingiua, ac putruit, medicorũ ſententia, biduo cibo abſtinuit, conualeſcente ipſo, & medicis ſibi conſueta permittentibus, iterum ſponte ſua fecit abſtinentiam, qua conſumptus eſt, & extinctus. Alij dicunt amore alterius uitæ manum ſibi inieciſſe audito à ſe Zenone annis nouem, cuius annus eſt nonageſſimum æquaſſe dicitur. [Laborioſe haurientem] Cum multo ſudore addiſcentem. [Numen ipſius] Dea ipſa induſtriæ, nam cunctas uirtutes, & animi paſſiones deos eſſe credebant antiqui, & eas tanquam numina colebãt, ut fides, pietas, concordia. Iuuen. Vt colitur pax, atq; fides uictoria uirtos. [Quæq;] Salutato crepitat concordia nido. [Extrahendæ aquæ] Haurienda ex puteis aqua. Seneca ad Luciliũ epiſt. xlv. Socrates patricius non fuit, Cleantes aquam traxit, & rigando hortos locauit manus. [Diurno Chryſippi præceptis] Diſſentit à Laertio, ut diximus. non enim Chryſippi, ſed Zenonis auditorem fuiſſe, dicit Laertius, qui et propter morũ uenuſtatem ſucceſſit. [Ad unde centeſimum] ad nonum & nonageſimum annum, dempto.ſ. uno ad centum. [Duplici enim labore] Vere te induſtriæ numen aſpexit, nam & diſcendo, & docendo te ſemper ita geſſiſti, ut in diſcrimine uenire poſſit, melior ne diſcipulus, an præceptor euaſerit.

ASCEN.

TE quoque, &c.] O Cleante (à nominatiuo Cleantes) numen.i. diuina uirtus ipſis induſtriæ, ſuſpexit.i. miſericorditer aſpexit, quoque, id eſt etiam te haurientem tam laborioſe ſapientiam. (Alludit ad nomen illi ex officio impoſi-

eum, nam quia è puteis ſaquam haurire ſolebat præ tenuitate rerum, vt inde victum redimeret, dictus eſt phreanteles nomine φρέαρ quod eſt puteus, & verbo ἀντλάω .i. exhaurio, ſed dū per ſe ponitur, ſignificat exhaurire ſentinam) & tradentem. ſ. diſcipulis, tam pertinaciter. i. conſtanter cum. i. quando videret te adoleſcentem ſuſtentātem inopiam tuam quæſtu. i. lucro aquæ extrahendæ. ſ. è puteis tempore nocturno & ſup. vacantem tempore diurno præceptis. i. traditionibus Chryſ. percipiendis, cum videret te eundem erudientē abundæ, & attenta cura ſup. abunde centeſimum annum auditores tuos. Enim pro quis, tu occupaſti ſpatium vnius ſæculi. i. centum annorum duplici labore. ſ. diſcendi, & docendi, & reddendo incertū. i. ambiguum, an eſſes laudabilior diſcipulus, an præceptor.

DE SOPHOCLE.

* Vixit. an. 65. Lupia. I Macr. Cic. de ſen. lib. 9.c. 12.

SOPHOCLES *quoq; cum rerum natura glorioſum certamen habuit, tam benigne illi mirifica opera ſua exhibendo, quàm illa operibus eius tempora liberaliter ſubminiſtrando prope enim centeſimum annum attigit, ſub ipſum tranſitum ad mortem Oedipodē Coloneo ſcripto: qua ſola fabula omnium eiuſdem ſtudij poetarum præripere gloriam potuit, idque ignotum eſſe poſteris filius Sophoclis noluit* * σοφὸν *ſepulchro patris, quæ retuli inſcalpendo.*

* ſοφὸν lego ex Lucia. I Macro. & Suida. ὑζήσας τῶν 3ʹ. inquit Suida.

Oliv. SOPHOCLES] Hic tragœdiarū ſcriptor clariſſimus Athē. de quo diximus in cap. de continentia lib. 4. cuius tanta fuit induſtria, vt cum ipſa rerum natura certaſſe videatur, nam cum eſſet annorum fermè centum, Oedipodem tragœdiam compoſuit, de qua Cic. in Catone maiore, Sophocles inquit ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit, qui propter ſtudium, & induſtriam cum rem negligere familiarem videretur, à filijs in iudicium vocatus, vt quemadmodum noſtro more rem male gerentibus patribus bona interdici ſolent, ſic illum quaſi deſipientem à re familiari remouerent iudices, tunc ſenex dicitur eam fabulam, quam habeat in manibus, & proxime ſcripſerat Oedipum coloneum recitaſſe iudicibus, quæſiſſetque, num illud carmen deſipientis videretur, quo recitato ſententijs iudicium eſt liberatus. [Glorioſum] Cum rerum natura certamen. Hoc habuit cum natura certamen, vtque diu viuendo laborioſus ſemper eſſet, natura longum illi vitæ ſpacium conceſſit, quo poſſet ſcribendo gloriam comparare, Sophocles illud non minori ſtudio, & induſtria ſpacium confecit, glorioſum igitur certamen, vt quanto maius ſpacium daretur, tanto maiori illi ſtudio conficeret. [Sub ipſum tranſitum ad mortem] De qua morte dicemus lib vlt cap. xij. [Quæ retuli] Fabulam ſ. Oedipodis, quam ſupra cōmemoraui, hanc filius ſepulchro patris curauit inſculpi, virtutis paternæ monumentum perpetuum.

Ascan. SOphocles quoq; habuit glorioſum certamen cum natura rerum exhibendo illi] .ſ. naturæ mirificā opera ſua. ſ. tragica tam benigne. i. bona voluntate, quàm illa, ſcilicet natura ſubminiſtrando operibus eius, ſcilicet Soph. tempora. ſ. vitæ liberaliter, hoc eſt Sophocles contendit cum natura, conando eam vincere labore ſuo, hoc eſt plus laborando, quàm pro modico temporis ſibi dati. & natura certauit, cum Sophocle, prolongando illi tempus vitæ, & induſtriæ, vltra conſuetum modum. Enim pro quia, Oedipode colonco ſcripto .i. tragœdia ſic inſcripta abſoluta ſub ipſum tranſitum ad mortem .i. paulo ante deceſſum ſuum Sophocles attigit prope centeſimum annum. quæ ſola fabula, licet alias non ſcripſiſſet, ipſe potuit præripere, id eſt præ cæteris rapere, & vendicare ſibi gloriam omnium poetarum eiuſdem ſtudij. & Sophon filius Sophocles noluit, id. i. eam laudem patris eſſe ignotum poſteris, inſculpendo ſepulchro, patris quæ retuli videlicet, quæ princeps tragicorum, vel ea ſola fabula euaſerit. Videtur autem hoc modo Sophon eſſe nomen filij, ſunt tamen qui græce ſcribunt Sophun. i. ſapientem, vt ſit inſculpendo ſepulchro σοφὸν, ſed tunc non quadres, quod additur, que retuli.

DE SIMONIDE POETA.

SIMONIDES *vero poeta octogeſimo anno & docuiſſe ſe carmina, & in eorum certamen deſcendiſſe ipſe gloriatur: nec fuit iniquum illam voluptatem ex ingenio ſuo diu percipere cum eam omni æuo fruendam traditurus eſſet.*

SIMONIDES vero poeta] Hic Lyricus poeta fuit, vt diximus lib. 1. cap de ſomnijs et cap. de miraculis, vnde & carmina quædā Simonida dicta ſunt primus etiam artem memoriæ inueniſſe dī teſte Cic. tāta eius fuit induſtria, vt gloriaretur & ſe octo genarium carmina docuiſſe, & in theatrum ad certamen cum reliquis poetis deſcendiſſe, vt inde præmia, quæ meliori poetæ darentur, exciperet, ſuperſtes etiam carminibus ſuis fructum ea bis voluptatem. ſ. mirificam cœpit, quia videret, quod ea omnis eſſet celebratura poſteritas. [In eorum certamen deſcendiſſe] In theatrum deſcendit, vt carmina ſua, quæ recitaret cæterorum poetarum verſibus potiora eſſe probaret, & ita propoſitum præmium caperet. [Nec fuit iniquum] Lyptotes eſt, ac ſi diceret fuit æquiſſimum. Oliv.

SImonides vero poeta] Gloriatur ſe docuiſſe carmina anno octogeſimo. ſ. ætatis ſuæ, & deſcendiſſe in certamen eorum. ſ. carminum, aut potius poetarum ſcribentium carmina. [Nec fuit iniquum] .i. iniuſtum illum percipere diu voluptatem ex ingenio ſuo, cum traditurus eſſet eam fruendam .ſ. cum fructu, & voluptate percipiendā omni tempore, quia eius carmina ſuperextabunt iudicio auctoris. Ascan.

DE SOLONE.

NAM *Solon* * *quanta induſtria flagrauerit, & verſibus complexus eſt, quibus ſignificat ſe quotidie aliquid addiſcentem ſeneſcere, & ſupremo vitæ die confirmauit, quòd aſſidentibus amicis, & quadam de re ſermonem inter ſe conferentibus, fatis iam preſſum caput erexit.* * *Interrogatusque quapropter id feciſſe, reſpondit, vt cum iſtud quidquid eſt, de quo diſputatis, percepero, moriar. Migraſſet profectò ex hominibus inertia, ſi ea animo vitam ingrederentur, quo eam Solon egreſſus eſt.*

* Cic. de ſenect.

* Stobæus ſerm. 27 paulo aliter.

NAM Solon] De hoc Solone diximus ſupra lib. v. cap. de ingratis. Fuit aūt vnus è ſeptem ſapientibus. Athenienſis, vt quidam dicunt, vt alij Salaminius, de qua inſula diximus ſupra lib & capite præſcriptis, vtcunq; ſit, Athenis vixit, vrbem illam quaſi nouam ciuitatē moribus, & legibus condidit, qua in re tanto temperamento ſe inter plebem & ſenatū egit, vt ab vtriuſque parem gratiam contraxerit. Legitur apud Platonem Solonem iudicio Critiæ cuiuſdam viri doctiſſimi videri non ſolū prudentia cæteris laude dignis, ſed etiam carminibus præſtitiſſe, & ſi ſermonem, quem ab Aegypto reuerſus inſtituerat impleſſet, non minorem Heſiodo, vel Homero futurum continebantur autem in eo Athenienſium geſta, hic quāquam omnium hominum iudicio haberetur continens, tamen induliſſe ſcribitur vino cuius induſtriā, quāta fuerit eius verbis comprehēdi poteſt, nam dictare ſolebat γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος ſeneſco ſemper multa addiſcens. præterea cum extremum fati diē ſuſtineret, & qui aſſidebat amici, ac familiares de re quadam inter ſe diſputarent, caput erexit auditurus, quid illi tum inter ſe diſſererent interrogatus, ſi quid eſſet quod vellet, vt percepto inquit quidquid eſt de quo diſputatis, eruditior hinc abeam, moriarq; ſapientior, vox profectò philoſopho tām digniſſima. [Flagrauerit] Accenſus fuerit, nota eſt verborum differentia flagro ſpiritu veniat, hoc ad odorem, illud ad ardorem refertur. [Verſibus] Supra græce poſitis. [Fatis preſſum] Inſtanti, & propinqua morte grauatum. [Migraſſet ex hominibus inertia] Si homines inquit ea induſtria vitam ingrederentur, qua Solon egreſſus eſt, nullus inter mortales inertiæ locus inueniretur, hæc autem ad id potiſſimum valent, vt adoleſcentes horum exēplis incitati ſummo ſtudio, & induſtria virtutes amplectantur, & ſtudia capeſſant, horumq; ſimiles fieri maxime laborent. Oliv.

NAm Solon] Et. i. ſimul complexus eſt, id eſt conſecutus quanta induſtria flagrauit verſibus, quibus ſignificauit ſe ſeneſcere. i. ſeniorem fieri addiſcentem quotidie aliquid, & cōfirmauit. i. cōprobauit ſupremo die vitæ, quòd. i. quia erexit caput ſuum iam preſſum fatis. i. morte inſtante, amicis. ſ. eius aſſidentibus. & conferentibus de quadam re inter ſe & interrogatus quapropter ſic feciſſet, id. i. erexiſſet caput ſuum reſpondit, vt cū percepero iſtud quidquid eſt, de quo diſputatis moriar profectò, Ascan.

profecto (dicit auctor) inertia .i. ignauia, & cat entia induſtriæ migraſſet .i. penitus diſceſſiſſet ex hominibus ſi ſup. hominis in grederentur uitam eo animo, quo Solon eſt egreſſus ea .ſ. vita hoc eſt cupienti ſemper aliquid diſcere.

DE THEMISTOCLE.

*Cic. de ſeneƈt. * Prob. & Plut. in uita.

QVAM * porrò induſtrius Themiſtocles, qui maximarum rerum cura diſtrictus, omnium tamē ciuium ſuorum nomina memoria cōprehendit? per ſummam nanque iniquitatem patria pulſus, * & ad Xerxem, quem paulo ante deuicerat, confugere coactus, prius, quàm in conſpectū eius venire, Perſico ſermoni ſe aſſuefecit, vt per laborem parta cōmendatione regijs auribus familiarem, & aſſuetum ſonum vocis adhiberet,

OLIV. themiſt. induſtria.

QVAM porrò induſtrius Themiſtocles] Themiſtocles Athenienſium clariſſimus ciuis, & imperator eximius, vt diximus in cap. de mutatione fortunæ, quanta induſtria fuerat, hinc facile conijci pōteſt cum multarum, maximarumq; rerū cura eſſet inuolutus reipublicæ Athenienſis admini ſtrationi ſemper intentus oīum tñ ciuium ſuorum nomina, teſte Cic. teſte Quintiliano, & nunc Valerio memoriæ mandauerit, & intra anni ſpatium Perſicam linguam optime percepe rit. Cic. in Catone maiore Themiſtocles inquit omnium ciuium ſuorum perceperat nomina. Quintilianus verò de inſtitutione oratoria in cap. de memoria, Cæterum inquit quantum natura ſtudioq; valeat memoria, vel Themiſtocles teſtis eſt, quem vnū intra annū optime locutum Perſice conſtat. [Diſtrictus] Implicitus, interdum natus, & ſeuerus, ac potens [Per ſummam nanque] Iniquitatem patria pulſus inuidia ciuium, vel tyrannidis ſuſpicione, vel quia, vt diximus, mos erat Athenis, vt qui virtute maximas opes comparaſſet, ne libertati periculoſus eſſet, per decē annos exularet, ergo per ſummā iniquitatem, quia iniquiſſimū erat patriæ liberatorē, imperij amplificatorem, & cōſeruatorem exilio mulctare, quem ingentibus præmijs afficere debuerant. [Parta cōmendatione] Per laborem. [Perſicam linguam] Studio ſe addiſcendo ſe regi gratum reddidit, & cōmendabilē.

ASCEN. QVam, &c.] Porrò .i. ſed quàm .i. quantum induſtrius ſup. fuerit Themiſtocles qui diſtrictus cura maximarum rerum tamen .i. nihilominus comprehendit memoria, nomina omnium ciuium ſuorum, Nanque ipſe pulſus patria per ſummam iniquitatem, & coactus fugere ad Xerxem .ſ. regem Perſarum, quem deuicerat paulo ante, aſſuefecit ſe ſermoni Perſico priuſquam ueniret in conſpectu, aut in conſpectum eius .ſ. Xerxis, vt commendatione .ſ. ſui parta labore, aut per laborem, adhiberet auribus regis, videlicet Xerxis ſonum .i. vocem familiarem, & aſſuetam repetere auribus regijs, quia ſignum amoris eſt didiciſſe alterius gentis linguam, cum qua, qui nullum commercium affectaret eam, non diſceret.

DE CYRO, ET MITHRIDATE.

*Quint. lib. 11. c. 2. Plin. lib. 7. ca. 24.

CYRVS * vtriuſque induſtriæ laudem duo reges partiti ſunt, Cyrus omnium militum ſuorum nomina, Mithridates duarum, & viginti gentium, quæ ſub regno eius erānt, linguas ediſcendo: ille, vt ſine monitore exercitum ſalutaret; hic, vt eos, quibus imperabat, ſine interprete alloqui poſſet.

OLIV. Cyri memoria. Mith. memoria.

CYRVS vtriuſque induſtriæ] Et poſſe omnium ſuorum nomina memoriæ, complecti, & aliena lingua ſine interprete vti, quod utrūque fecit Themiſtocles. [Duo reges] Cyrus, & Mithridates. [Cyrus] Fuit Perſarum rex potentiſſimus de quo Iuſtinus multa tradit lib. 1, & nos in cap. de ſom. hūc magnæ memoriæ fuiſſe & Solinus in cap. de homine, & Quintilianus de inſtit. oratoria 10 cap. de memoria, & Plin. lib. 7. nat. hiſt. teſtātur, nam Solinus inquit, Cyrus memoriæ bono inclaruit, qui in exercitu, cui numeroſiſſimo præfuit nominatim ſingulos alloquebatur. Quintilianus vero, vt ſupra diximus, quātum naturæ ſtudio valeat memoria, vel Themiſtocles teſtis, quē vnum inter annū optime locutum Perſice cōſtat. vel Mithridates, cui duas & 20. linguas, quot nationibus imperauit, traditur notas fuiſſe. vel Craſſus ille diues, qui cū Aſiæ præeſſet, quinque græci ſermonis differentias ſic tenuit, vt q̄ quiſque eum lingua poſtulaſſet, eadem ius ſibi redditum ferret, uel Cyrus, quem omniū militum tenuiſſe creditum eſt nomina. [Sine monitore exercitum ſalutaret] Imperatores nominum ſuggeſtores habere conſueuerant, qui nomina militum eorum auribus inſererent, quo blande nominatim milites appellando, eorū animos ſibi maxime conciliarent, hos monitores R. nomenclatores appellabant.

ASCEN. CYrus vtriuſque induſtriæ] .ſ. in commemorandis nominibus ciuium. & ediſcenda lingua Perſica, hoc eſt aliena duo reges .ſ. Cyrus & Mithridates partiti ſunt. [Cyrus] ſcilicet rex Perſarum ſup. partitus eſt laudem Themiſtoclis diſcendo nomina omnium militum ſuorum, & Mithridates rex ponti diſcendo linguas duarum, & uiginti gentium quæ erant ſub regno eius ille .ſ. Cyrus dicendo ſup. nomina omnium ſuorum militum, vt ſalutaret exercitum. ſine monitore .ſ. de nomine ſalutandi hic .ſ. Mithridates diſcendo omnes linguas ut poſſet alloqui ſine interprete eos, quibus imperabat.

DE OCIO. CAP. VIII.

OCIVM, quod induſtriæ, & ſtudio maxime contrarium uidetur, præcipue ſubnecti debet, non quo euaneſcit virtus, ſed quo recreatur. alterum enim etiam inertibus uitandum, alterum ſtrenuis quoque interdum appetendum eſt. illis, ne propriē uitā inertem exigant; his, ut tempeſtiua laboris intermiſſione ad laborandum fiant uegetiores.

OLIV. OCIVM, quod induſtriæ, & ſtudio] Cum nihil magis induſtriæ, & ſtudio contrarium eſſe uideatur, quā ocium, quaſi inconueniens, & abſurdum eſſe uidebatur hoc illis ſubiungere, ideo breui utitur præfatione qua oſtendat non incongruæ factum eſſe, cum poſt longa ſtudia, diuturnosq; labores, defatigati animi relaxationem quandam deſiderent, qui recreati uegetiores deinde alacrioresq; ad ſtudia redeant, atq; labores. [Non quo euaneſcit uirtus] Duo tangit ocij genera, vnū eorum, qui ueluti corpore quodam, & languore animi in ocio marceſunt, quod non ſolum fugiendum, ſed propemodum deteſtandum uidetur alterum eorum, qui à labore requiem, & laxamentum quærunt, quod expetendum eſt. [Strenuis] Impigris, & promptis, & opponitur inertibus. [Tempeſtiua] Opportuna, & in tempore facta. [Vegetiores] Viuaciore, & ualidiores. deficerent enim aſſidua intentione animi, niſi interdum ocio recrearentur. Ouid. Si nunquam ceſſas tendere mollis erit.

ASCEN. OCium] Quod uidetur maxime contrarium induſtriæ, & ſtudio, debet præcipue ſubnecti, quia oppoſita iuxta ſe propoſita maxime eluceſcunt, non tamen ocium de quo hic loquitur, ſtudio penitus contrariatur, ſed illi opitulatur, unde addi uidetur .ſ. in homine ipſo, quia ocium eſt contrarium negocio, ſed ut Cic. dicit, quidam in ocio ſunt minime ocioſi, unde auctor addit non ſup. ſubnecti debet ocium, quo uirtus euaneſcit .i. diſparit, ſed recreatur alterum .ſ. ocium, quo uirtus euaneſcit, ne eſt uitandum ſup. eſt etiam inertibus .i. minime induſtrijs, & ſolertibus alterum .ſ. ocium, quo uirtus recreatur, appetendum interdum etiam ſtrenuis. [Illis] Sup. euitandum eſt ocium, quo uirtus euaneſcit, ne exigant .i. penitus agant propriam, aut prope, aut proprie uitam inertem .i. ſine arte, & induſtria, his ſup. appetendum eſt (unde etiam bona appetimus) ocium quo uirtus recreatur, ut fiant uegetiores .i. agiliores, & expeditiores ad laborandum, tempeſtiua intermiſſione laboris.

DE SCIPIONE, ET LÆLIO.

PAR * uera amicitia clariſſimum Scipio, & Lælius, tum amoris uinculo, tum etiam omnium uirtutum inter ſe iunctum ſocietate, ut actuoſæ uitæ iter æquali gradu exequebantur, ita animi quoque remiſſioni communiter acquieſcebant. conſtat nanque eos Caietæ, & Laurenti uagas litoribus conchulas, & calculos lectitaſſe: idque ſe * Pub. Craſſus ex ſocero ſuo Q. Scæuola qui gener Lælij fuit, audiſſe ſæpenumero prædicauit.

*Ci. lib. 2. de orat. Ora. Sat. 1. li. 2.

*L. non P. dicebatur.

Par

OLIV. PAR uere amicitia] Conſtat Scipionem, & Lælium, teſte Cic. ſumma amicitia fuiſſe coniunctos, vt igitur actuoſæ vitæ ſtudia, & labores omnes communiter ſuſceperant, ſic & animorum laxationes, & ocia pariter capeſſebant, vt in litore Caietæ, marijsq; Tyrrheni pariter deambulantes, cōchulas, calculosq; more puerorum ſæpiſſime legerent, id laxationis genus in ocioſi viris turpe, in Scip. & Lælio fuiſſe videtur honeſtū. [Par clariſſimus] Vere par unum eſſe dicuntur, ut par bōlū, ſic par amicorum quatuor autem, uel paulo plura veterum amicorum paria fuiſſe apud maiores leguntur, ut Theſeus, & Pyrithous, Pylades & Oreſtes, Tydeus & Polynices, Niſus & Euriālus, inter quos Scipio connumeratur & Lælius. Actuoſæ vitæ laborioſæ & varijs actionibus debitæ, qualis induſtriorū, & ſtudioſorum hominum eſſe ſolet. [Iter laborem] Per ſimilitudinem. [Aequali gradu] In tranſlatione perſiſtit. [Vagas] Diſperſas per litus, quidam legunt vagos. i. Lælium, & Scipionem errantes. [Conchulas] Teſtas piſcium, quibus Romani poſtes, & lecticas exornare conſueuerant, ſunt qui dicant græce oſtracā appellari. [Calculos] Lapillos dictos, q ſua breuitate ſine moleſtia calcantur, vnde calculus minima pars pōderis ex duobus granis lentis, & calculus numerus, calculatio ſupputatio. [Lectitaſſe] Frequenter collegiſſe. [P. Craſſus orator, de quo Cic. lib. de orat. mentionem facit, & de eloquētiā diſputantem inducit, fuit autem Scæuolæ gener, vt lib. 4. oſtendimus cap. de uerecundia. [Ergo P. Craſſus Scæuola] Scæuolæ uero Lælij generī fuiſſe dicūtur, de quo Lælio Cic. lib. qui inſcribitur Lælius, hoc eſt de amicitia, Q. Mutius augur Scæuola multa narrare de C. Lælio ſocero ſuo memoriter, & iucunde ſolebat.

Côchule

Calculus

ASCEN. PAt, &c. [Scip. ſ. maior, & Lælius per clariſſimū. i. nobiliſſimum uere amicitiæ, & iunctum. i. connexum, inter ſe, tum id eſt, pariter vinculo amoris, tum etiam ſocietate. i. concitatione omnium virtutum, vt. i. quēadmodum exequebantur. i. peragebant iter uitæ actuoſe, gradu æquali. i. æque magnō progreſſu, ita acquieſcebant. i. obtemperabant quoque communi, remiſſioni. i. recreationi animi per remiſſionē operis, nanque. i. quia conſtat eos lectitaſſe. i. frequēter collegiſſe Caietæ, & Laurenti. i. iuxta ea oppida littoralia conchulas. i. paruas conchas vagas. i. diſperſas littoribus. ſ. maris Tyrrheni, & calculos. i. paruos lapillos. [Et P. Craſſus] Prædicauit ſe audiſſe id ex Q. Scæuola ſocero ſuo. i. patre vxoris ſuæ, qui. ſ. Scæuola fuit gener. i. maritus filiæ Lælij,

THEO. CAlculis] Calculorum ludus ab Ouidio deſcribitur in artibus, & ab alios compoſito ſeorſum volumine, ſcacorum nunc dicitur.

DE SCAEVOLA.

*Veteor ne ponat Q. p P. qd id feciſſe dicitur li. I. de orat. cū Q. ſit teſtis remiſſionis.

SCAEVOLA * autem quietæ remiſſionis eorum certiſſimus teſtis, optimi pila luſiſſe traditur, quia videlicet ad hoc diuerticulum animum ſuum forenſibus miniſterijs fatigatum, transferre ſolebat. Aleæ quoque & calculis vacaſſe interdum dicitur, cum bene, ac diu iura ciuium, & cæremonias deorum ordinaſſet: vt enim in rebus ſerijs Scæuolam, ita & in ſcurrilibus luſibus hominem agebat, quem rerum natura continui laboris, patientem eſſe non ſinit.

OLIV. SCAEVOLA autem quietæ] Vt teſtis fuerat Scæuola Scipionem, & Lælium animi relaxandi gratia conchulas, & calculos in littore lectitaſſe, ita ipſe nonminus poſt animi labores à forenſibus officijs ad pilæ ludum ſe interdum cōferebat nōnunq̄ ad aleas & teſſeras, vt eo laxamenti genere fatigatum animum relaxaret, hic teſte Cic. lib. offic. I. fuit P. Scæuolæ filij iuriſperiti, à quo Cic. iuris ciuilis ſcientiā, quantacūque foret accepiſſe dicitur, nam lib. I. offic. inquit, quorum vero patres, aut maiores aliqua gloria præſtiterunt, eorum plerique in hoc genere laudis ſtudent excellere, vt Q. Mutius P. filius in iure ciuili, Fuit autem hic Scæuola, teſte eodem Cic. in Lælio iuriſperitus, & augur, quem in lib. de Orat. Cic. inducit cum Craſſo de eloquentia diſputantem. [Quietæ remiſſionis] Ocioſæ relaxationis, eſt enim adiectiuum quietæ. [Optime pila] Cum dicat optime, ſignificat illum ab adoleſcentia fuiſſe ſtudioſiſſimum eius ludi, vt aſſidua exercitatione minime ineptus, eius peritiam conſecutus fuerit non mediocrem. [Ad hoc diuerticulum] Digreſſionem. eſt autem à viatoribus ſumpta tranſlatio. qui à via quieſcēdi gratia ad loca diuertūt, eſt enim diuerticulum locus, vbi de via diuertimus. Ter. vbi ad ipſum venio diuerticulum, vel locus eſt ad quem de itinere ſe redimus, diuerſorium vero domus hoſpitalis, ad quam ex diuerſis vijs cōueniunt. [Calculis] Teſſeris, vel taxilis, vt calculos poſuerit p taxilis. [Iura ciuium] Vt pote qui iuriſperitus. [Et cærimonias deorum] Vt qui augur. nam aliter pontifex fuit. Cic. quo mortuo me ad pontificem Scæuolam contuli. [Vt enim in rebus ſerijs] Licet ſapienti rebus ſerijs interdum inſerere ludos, & ioca vel certe poſt ſeria ad ludos ſe, & ioca cōferre, teſte Cic. offic. I. Ludo autem & ioco vt illis quidē licet, ſed ſicut ſomno, & quietibus cæteris. tunc cum grauibus ſerijsq; rebus ſatisfecerimus. ergo Scæuola in rebus ſerijs ſe virum grauem, & auctoritate plenum, in ludis vero ſe hominem referebat. [In ſcurrilibus] Luſibus, ſine dubio de eſt particula quaſi. quod facere frequenter ſolent auctores. Virg. medius inter cædes exultat amazon vel ſcurrilibus iocoſis, nō tamen turpibus, quibus utuntur ſcurræ. [Quem rerum natura] Natura inquit non patitur hominem labori ſemper inſiſtere, nam licet virtutis laus omnis in actione conſiſtat, ab ea tamen neceſſe eſt ſæpe fiat intermiſſio, multiq; dētur ad ſtudiā reditus, nam vt inquit Ouid. Quod caret alterna requie durabile non eſt. Hæc reparat vires feſſaque membra leuat.

ASCEN. SCæuola autem certiſſimus teſtis remiſſionis]. i. relaxationis eorum. i. dictorum quietæ. i. tranquillæ, hoc eſt per quietem traditur luſiſſe optime. i. artificioſiſſime pila inſtrumento noto, ſed vt opinor alterius generis, q̄ quo in Gallia vtuntur, nam Itali adhuc palam de calpo grandiorem, & uento turgidam agitant. [Quia videlicet Scæuola] Solebat transferre ad hoc diuerticulum. i. repoſitorium, & quaſi inclinatorium, ſicut in diuerticulo feſſi de uia recreantur, animum ſuum fatigatū miniſterijs forenſibus. i. actionibus iudicialibus. [Dicitur etiā vacaſſe]. ſ. ſe vacuum otiis dediſſe, aleæ & calculis. i. taxilis, aut lapillis in vrnam iactandis, cum ordinaſſet bene, ac diu iura ciuium, & ceremonias deorum, quia augur erat, & quaſi pōtifex. Enim. i. quia, ut. i. quemadmodum ipſe agebat, id eſt, repræſentabat in rebus ſerijs, id eſt, ſeueris grauibus, ac ſeorſū à riſu poſitis. [Scæuolam]. i. perſonam grauem, hoc eſt ſeipſo dignam, ita agebat in luſibus ſcurrilibus, id eſt, iocularis, hominē. ſ. vulgarem, aut naturam humanam, quem. ſ. hominem, natura rerum. ſ. creatrix non ſinit eſſe patientem. i. toleratiuum laboris continui, id eſt, non intermiſſi. quia. Quod caret alterna requie durabilis non eſt, in homine præſertim.

EXTERNA

DE SOCRATE PHILOSOPHO.

IDQVE * vidit, cui nulla pars ſapientiæ obſcura fuit Socrates, ideoque non erubuit tunc, cum interpoſita arundine cruribus ſuis, cum paruulis filiolis ludens, ab Alcibiade riſus eſt.

* Orat. Sat. 3. lib. 2.

OLIV. IDQVE vidit Socrates] Terreſtre quoddam oraculum, & humanæ ſapientiæ venerabile ſacrarium non erubuit cum filiolis pueriliter ludens ab Alcibiade uideri, cum ad eum ſalutandi gratia veniſſet, & arundines cruribus interponentē more puerorū offendiſſet, ſciebat enim id ſibi naturæ leges permittere laxamenta quærere, tanquam neceſſariā, & non homini turpia, qui fuerit ſtudio, & labore defeſſus. [Interpoſita arundine cruribus] Qui more puerorum equitem imitaretur.

ASCEN. IDque, &c.] Et Socrates, cui nulla pars ſapientiæ fuit obſcura. i. non perſpecta vidit id. ſ. hominem non eſſe patientem continui laboris ideoq; non erubuit tum nunc riſus eſt. i. irriſus, aut riſu affectus ab Alcibiade nouiſſimo ciue Athen ludens filiolis paruulis arūdine interpoſita ſuis cruribus loco eq pueſilis, quod & alij fecerunt. Vnde Flac. Ludere par impar, equitare in arundine longa.

DE HOMERO POETA, ET ACHILLE.

HOMERVS * quoque ingenij cæleſtis vates, non aliud ſenſit, vehementiſſimis, Achillis manibus canoras fides aptando, vt earum militare robur leni pacis ſtudio relaxaret.

* Iliad. & Oui. in epiſt.

Homerus]

Oliv. HOMARVS] Hoc idem ſenſit Homerus cum Achillem virum fortiſſimum fidibus canentem ſæpius introduxit. [Canoras fides] Reſonantes chordas.

Aſcen HOmerus quoque vates ingenij cœleſtis non aliud ſenſit aptando].i. applicando per teſtimonium carminum ſuorum manibus Achillis vehementiſſimis .ſ. ad opus bellicum, fides canoras, ideſt, citharam. vt relaxaret robur militare, ideſt, ſeueritatem bellicam, & rigorem leui, ideſt, facili ſtudio pacis, ideſt, cui in pace vacare ſolemus.

QVANTA SIT VIS ELOQVENTIAE. CAP. IX.

POTENTIAM vero eloquentiæ etſi plurimum valere animaduertimus, tamē ſub proprijs exemplis, quo ſcilicet vires eius teſtatiores fiant, recognoſci conuenit.

Oliv. POTANTIAM] Quanta ſit eloquentiæ vis, atque potentia, cum cæteri omnes quidem illa ſcripſerunt, tam Græci, quàm Latini, tunc in primis ipſe pater eloquentiæ Cic. cū pluribus in locis, & voluminibus oſtendit, quorum vnum nobis hoc loco referre ſatis eſſe duxi, vbi rerum omnium dominam illam appellat. Ait enim lib. 2. de nat. deorum iam vero domina rerum vt vos ſoletis dicere, vis eloquendi, quàm præclata quamq; diuina, quæ primum efficit, vt ea, quæ ignoramus diſcere, & ea quæ ſcimus, alios docere poſſumus. Deinde hac cohortamur, hac perſuademus. hac conſolamus afflictos, hac deducimus à timore perterritos, hac geſtientes comprimimus, hac cupiditates iracundiasq; conſtringimus, hæc nos vites legum vrbium ſocietate deuinxit, hæc nos ab immani, & ferina vita ſegregauit, cum igitur ea ſit vis eloquentiæ, vt quidquid in rerum natura, totoq; mundo laudabile ſit in ea verſetur, cunctaq; eius adminiculis nitantur, foueantur, ſuſtenentur, illuſtrentur: nihil præterea dicendum eſt, niſi vt ſubiectis exemplis fiat illuſtrior, atque teſtatior. [Eius vires teſtatiores] Si inquit exēpla propoſuerimus, probabilior fiet eloquentiæ virtus, atque vulgatior.

Aſcen POtentiam, &c.] Vero.i. ſed, & ſi.i. q̄q̄ animaduertimus potentiam eloquentiæ valere.i. poſſe plurimum. tñ conuenit ſup. eam recognoſci ſub proprijs exemplis .ſ. quo.i. ideo, vt vires eius fiant teſtatiores.i. magis teſtatæ, & comprobatæ.

DE VALERIO.

* Liu. libro 3. & Diony. li. 10. Cicer. in Bru. M. Val. & Dictat. uocat. REGIBVS * exactis plebs diſcedens à patribus, iuxta ripam fluminis Anienis in colle, qui ſacer appellatur, armata conſedit: eratq; non ſolū deformis, ſed etiam miſerrimus reipub. ſtatus, à capite eius cętera parte corporis peſtifera ſeditione diuiſa, ac ni Valerij ſubueniſſe eloquentia, ſpes tāti imperij in ipſo penè ortu ſuo corruiſſet. is nanque populum, noua & inſolita libertate temere gaudentem, oratione ad meliora, & ſanior cōſilia reuocatum, Senatui ſubiecit, ideſt, vrbē vrbi iunxit. Verbis ergo facūdis ira, cōſternatio, arma ceſſerunt.

Oliv. 1.2. REGIBVS exactis] Diſcrepat à Liu. Val. hoc loco. nō. n. Valerium, ſed Agrippa Meneniū fuiſſe tradit Liuius, qui plebem à patribus diſſidentem, facta ſeceſſione ſua eloquentia reconciliauit, cum. n. ſecum ipſa ciuitas foret maxime diſcors, inteſtino inter patres plebemq; flagrante odio, pp nexos ob æs alienum, excitauit ſeditionem magno natu quidam, qui cum inſignibus maiorum ſuorum prorumpens in forum, ſqualida veſte deformi vultu, fędioriq; corporis habitu pallore, ac maciæ perenni, tota denique ſpecie oris efferata facta concurſu clamitat dictum à ſe creditore, non in ſeruitium, ſed in ergaſtulum, & carnificinam, exacerbauit ita plebis animos in patres vt niſi alter conſul Seruilius mitioris ingenij cōcitatos animos multis pollicitationibus leuiſſet, in graue diſcrimē res fuerit futura, maxime ingruentibus vndiq; bellis. nam finitimi, cognita ſeditione arma commouerant, quibus ſuperatis, cum ſoluendi promiſſa tempus aduenisset alter conſul Appius, inſita ſuperbia animo, vt vanā collegæ faceret fidem, q̄ aſperrime poterat, ius de creditis pecunijs diſcere, & qui annexi fuerant creditoribus tradere, tunc multo magis exacerbari plebis animi, per dictatorem hiſdē fermè pollicitationibus, & edicto, ne quis ciuē Rom. victū, aut clauſum teneret, ne quis militis Rom. donec in caſtris eſſet bona poſſideret, aut venderet, liberos nepote ſoæ eius moraretur leniti ſunt poſtremo cum etiam dictatoris promiſſis defraudarentur, tum demum ſeceſſio facta eſt in ſacrum montem tranſanienem, eo miſſus orator. Menenius Agrippa ad reconciliandam, reuocādamq; plebem in vrbem. Intromiſſus in caſtra priſco illi dicendi, & horrido modo nihil aliud, q̄ hoc narraſſe fertur. tempore quo in homine, non vt nunc omnia in vnū conſentiebant, ſed ſingulis membris ſuum cuique cōſilium, ſuus ſermo fuerat, indignatas reliquas partes ſuas cura, ſuo labore ac miniſterio ventri omnia quæri ventrem in medio quietum nihil aliud, q̄ datis voluptatibus frui conſpiraſſe inde, ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent, hæc ita dum ventre fame domare vellent, ipſa membra totumq; corpus ad extremam tabem veniſſe indeq; apparuiſſe, ventris quoque ſegne miniſterium, non eſſe nec magis alij, q̄ alere eum, reddentem in omnes corporis partes hunc; quo viuimus vigemusq; diuiſum pariter in venas maturum confecto cibo ſanguinem comparando, hic q inteſtina corporis ſeditiō ſimilis eſſet iræ plebis, & ita in patres flexiſſe mentes omnium, plebemq; patribus reconciliaſſe, quod ſi inculto & horrido dicendi genere tantum valuit vnius hominis facundia, quod culta, & exquiſita faciet oratio [Diſſidens] Diſſentiens diſcrepās, diſcordans. [Fluminis anienis] Tribus paſſuum millibus diſtat ab vrbe, & teſte Priſc. l. b. 6 declinatur anio anienis, quod antiqui ſecundùm analogiam protulerunt aniē. Ouid. 13. Met quas anienis aouæ. [A capite] i. à Senatu, & patribus [Cętera parte] ſcilicèt plebe, & alludit ad fabulam, quàm ſupra diximus. [Vrbē vrbem] Plebem, quę pars ciuitatis erat, Senatui altero patris coniunxit. [Verbis facundis] Eloquentię ceſſit omnis furor, & impetus animi. Cic contendat laurea linguę.

Men. Agrippa plebs patrib⁹ cō ciliauit.

Aſcen REgibus] ſ. Romanis Tarquinio, & filijs exactis. i. expulſis Roma propter ſuperbiam, & ſtuprum Lucretię, plebs. ſ. Rom diſcedens per ſeditionem, à patribus. i. ſenatoribus, & nobilibus (pluſculo tñ interuallo) conſedit. i. locum cœpit, armata iuxta ripam Anienis fluminis in Tyberim influentis. [Nominatiuus eſt Anio] ſed genitiuus fit ab antiquo anien anienis in colle. i. monticulo, qui appellatur ſacer, & ſtatus reip. erat. ſ. tunc non ſolum deformis, ſed etiam miſerrimus, & hoc cętera parte corporis. i. reip. hoc eſt ciuitatis, vtpote plebe diuiſa, peſtifera ſeditione. i. per peſtiferam ſeditionem à capite eius, hoc eſt à patribus, qui quaſi caput ciuitatis ſunt, ac ni. i. niſi eloquentia Valerij ſubueniſſet, ſpes tanti Imperij, quantum poſtea fuit corruiſſet penè in ipſo ortu ſuo. [Nanque is]. ſ. Val. (cum Liuius aliud id feciſſe ſcribat) ſubiecit. i. audiētem fecit ſenatui populum gaudentem temere. i. inconſiderate, libertate noua. i. paulò ante i parta, & ita inſolita reuocandum ad meliora, & ſaniora conſilia oratione. ſ. ſua, hoc eſt, vt Liuius dicit apologo magis ad rem facıente, quàm diſerto ſubiecit: dicat. i. iunxit vrbi. i. pręcipuè parti urbis, hoc eſt capiti, urbem. i. reliquum corpus, hoc eſt plebem. Ergo ut hinc uires eloquētię cognoſcamus. [Ira] ideſt, conſternatio mentium, & arma ex conſternatione in patres ſumpta ceſſerunt verbis facundis, quia depoſitis armis in gratiam redierunt cum patribus, ob facundum apologum quem Oliu. qui me breuem facit, recitat.

DE M. ANTONIO.

QVAE * etiam Marianos, Cinnanosque mucrones ciuilis profundenda ſanguinis cupiditate furentes, inhibuerunt: miſſi. n. à ſæuiſſimis ducibus milites ad M. Antonium obtruncandum, ſermone eius obſtupefacti, diſtrictos iam, & vibratos gladios cruore vacuos vaginis reddiderunt, quibus digreſſis, P. Antonius (is. n. ſolus in ambitu expers Antonianę facundia ſteterat) crudele imperium truculento miniſterio peregit. Quàm diſertum igitur eum fuiſſe putemus, quem ne hoſtium quiſdem quiſquam occidere ſuſtinuit, qui modo vocem eius ad aures ſuas voluit admittere?

* Cic. li. 3. d ora. & Phili. 2. Plut. in Mar. & App. li. 1. hic li. 9. c. 2.

Oliv. QVAE etiam M. Marianos] Vt ſępe dictū eſt, ui patria pulſus, collecto exercitu, Cinneq; coniunctus, oì patriā re popoſcil, dijs hominibusq; infeſtus, & ſtatim primo impetu oſtiam urbis alumnam capit, & miſerāda ſtrage diripie

mox vrbem ipſam per ſecordiam ciuium à Ianiculo pulſo præſidio, quadrato agmine ingreſſus, ac principum cædem ſigno dato aliquanto ſæuius, q̃ aut in Punica, aut in Cimbrica vrbe ſæuit. Octauij conſulis caput pro roſtris exponitur. Antonius orator vir conſularis ad hoſpitem profugit, vbi tectus tãtum vrbis tempeſtatẽ declinaret, quod illi fortuna non conceſſit, hoſpes.n. quo lautius illum exciperet, vinum à caupone per ſeruum depoſcit, Caupo latere apud hoſpitem M. Antonium ex ſeruo cognoſcit, remq; ſtatim ad Marium Cinnamq; defert, quo cognito delectos milites cum P. Antonio, vel vt Plut. dicit. P. Antonio ad facundiſſimum oratorem cædendum mittunt. P. Ant. vbi ad hoſpitem venit cedit miniſtros introire, & M. Ant. interficere iubet, ipſe foris in veſtibulo remoratur, hi vero poſtquam introgeſſi, & coram data copia cædis maximus orator Ant. ſic eos rationis ſuauitate demulſit, ſic eloquentia ſua cædis cupiditate, omniq; impetu repreſſit, vt ad Ant. re infecta ſtupentes redierint, planè fatentes, ſe oratione victos illum occidere nõ potuiſſe, quos P. increpitans ſtricto gladio tectum irruit, & Antonium obtruncat, caput ad Marium defert, quod ille menſæ impoſuit, non tam cibo, quàm eius ſpectaculo ſatiaretur. Conſtat hunc M. Ant. teſte Ci. lib. 5. Tuſc. quæſt. omnium ſuæ ætatis fuiſſe eloquentiſſimum. [Inhibuerunt] Repræſſerunt retinuerunt, compeſcuerunt ἀναχέχουν [Steterat in ambitu] In portícu, ſiue in circuitu tem anierat, pudore credo detentus, ne tamen virum neceſſitudine ſibi coniunctum trucidari videret, quanquam ipſe poſtmodum tam fœdum credis miniſterium peregit.

M. Ant. oratoria eloquentia.

Ascen.

QVæ].i. verba facunda inhibuerunt etiam mucrones, ideſt acutos gladios Marianos, & Cinnanos .i. percuſſorum à Mario, & Cinna in M. Ant. miſſorum furentes cupiditate ſanguinis ciuilis profundendi Enim pro quia, milites miſſi à ſeuiſſima ducibus. ſ. Mario, & Cinna ad obtruncandum M. Ant. non triumuirum, ſed oratorem clariſſimũ obſtupefacti ſermone eius reddiderunt vaginis gladios vacuos cruore .i. nõ imbutos ſanguine eius diſtrictos .i. è vagina raptos & vibratos. i. in altum erectos iam. i. ad perentiẽdum, cum quibus. ſ. militibus digreſſus P. Ant. conſanguineus eius (Is enim ſolus ſteterat in ambitu. i. circuitu, aut portícu, aut in ambitu. i vt primus peracta cæde abiret, tanquã inſons eius caperet. i nõ particeps facũdię Antonianæ) peregit Imperium crudele. ſ ducum illorũ. miniſterio truculento, quia in ſanguine ſuum ſæuit, cum ſe maxime purgare potuiſſet. [Igitur quàm] .i. quanti diſcrimen putemus fuiſſe enim. ſ. Antonium, quem ne quidem. i. non ſaltem, aut nõ etiam quiſpiam hoſtium ſuſtinuit. i. potis fuit occidere, qui modo. i. ſi modo voluit admittere ad aures ſuas vocem. i. orationem eius.

DE IVLIO CÆSARE.

* Suet. Plut. Aſc. in orat. pro Mat. Scauro, & Cor. Tacit. d Orat.

D*IVVS * quoque Iulius, quàm cæleſtis numinis, tam etiam humani ingenij perfectiſſimum columen, vim facundiæ propriæ expreſſit, dicendo in accuſatione C. Dolabellæ, quem reum egit, extorqueri ſibi cauſam optimam L. Cottæ patrocinio: ſi quidem maxima tunc eloquentia quæſita eſt, cuius facta mentione, quoniam domeſticum nullum maius adiecerim exemplum, peregrinandum eſt.*

Olıv. Cottæ eloquentia.

DIvvs quoque Iulius] Dolabellã ex Sicilia, qui prætor præfuerat, repetundarũ Cæſ. poſtulauerat. L. Cotta Dolabellæ patrocinium ſuſcepit, cuius auctoritati, quia velut parentem illum Cæſar coleret, & obſeruaret reſiſtere nõ ſuſtinuit tantum in concione dixit extorqueri ſibi cauſam optimam. oſtendens ſe illum vi eloquentiæ facile fuiſſe conuicturũ, vbi maximam ſibi eloquentiæ laudem eam comparauit. [Quã cœleſtis numinis] Perſiſtit in ſua iam tum ab initio operis ſuſcepta adulatione Valer. quæ ſine dubio poſſet omnibus eſſe faſtidio. [Columen] Suſtentaculum conſtat quidẽ Cæſarem plurimũ ingenio valuiſſe, vt teſte Cic. cum duo ſint, quibus excellere Romani, ſi in vtroque totum ſe Cæſar exercuiſſet, omnes facile ſuperaſſet, vt ſi tantum eloquentiæ quantum rei militaris ſtudij, & laboris impoſuiſſet, facile, dicendi palmam obtinuiſſet. [Reũ egit] Quia repetundarum è Sicilia, vt diximus, accuſauit. [Peregrinandum eſt] Ad externa exempla tranſeundum.

Ascen.

DIuus quoque Iulius].ſ. Cæſar columen .i. culmen ac decus perfectiſſimum, q̃ .i. quantum numinis cœleſtis. i. diuinitatis, tam. i. tantum etiam ingenij humani, expreſſit. i. expreſſe indicauit, vim. i. virtutem, & potentiã propriæ eloquentiæ dicendo in actione Cn. Dolabellæ. i contra Cn. Dolabellam, quem egit reum. ſ. repetundarum, optimam cauſam extorqueri ſibi. ſ. vi amicitiæ, & auctoritatis non facundiæ eripi ſibi patrocinio L. Cottæ Dolabellam defendentis, [Siquidem maxima eloquentia vtpote Iulij quæſita eſt, tunc] i. ſibi vim fieri per patrocinium Cottæ, q.d. Iulius confiſus in eloquentia ſua, non dubitauit quin reum peragerer, ſed gratia, & auctoritate Cottæ ſibi eripiendum nouit. [Cuius]. ſ maximæ eloquentiæ Iulij Cæſaris mentione facta, quoniam nullum. i. non vllum, nõ adiecerim. i. non addiderim etiam ſi conatus ſim vllum exemplum domeſticum maius, caue legas inanis, eſt ſup. mihi peregrinandum, i. ad peregrinam eloquentiam tranſeundam, vt alibi admonui, auctor vtitur illa voce in tim in ſignificatione non planè præterita, ſed quæ eſſet præterita, ſi aliud prius feciſſet, verbi gratia adiecerim, videtur poſitum pro adiecero, ſed ſic ponit, ac ſi dicat, ſi adiecero. merito dicas, q. adiecerim, &c.

Thao.

SIquidem maxima ſunt eloquentia, quæ eſt] Veruſti codices habent aliter hunc in modum. Siquidem tunc maxima eloquentia ea laus quæſita eſt.

EXTERNA.

DE PISISTRATO.

* Hero. li. 1. Plu. in Sol. & Iuſt. lib. 2.

P*ISISTRATVS * dicendo tantum valuiſſe traditus eſt; vt ei Athenienſes Regium Imperium, oratione capti, permitterent: cum præſertim ex contraria parte amantiſſimus patriæ Solon niteretur, ſed alterius ſalubriores erant conciones, alterius diſertiores, quo euenit, vt alioqui prudentiſſima ciuitatis, libertati ſeruitutem præferret.*

Olıv. Piſiſtratus eloquentia dinarũ arripuit.

PISISTRATVS] Calliditate plurimum valuit Piſiſtratus teſte Macr. qui tyrannidem magis, q̃ eloquentiam occupaſſe dicitur deuictis ſe duce megarenſibus, cum gratiæ, plurimum, & auctoritatis apud omnes cœpiſſet, animum ad regnum adiecit, verberibusq; voluntarijs domi affectus, laceratoq; corpore die quadam in publicum prodit, & aduocata concione vulnera populo oſtẽdit, de crudelitate principum, à quibus hoc ſe paſſum ſimulabat, queritur, adduntur vocibus lachrymæ, & inuidioſa oratione multitudo credula incenditur, amore plebis lonſum ſe ſenatui offirmat, obtinet ad cuſtodiam corporis ſui ſatellitum auxilium, per quos tantam tyrannidẽ occupauit, fuit aũt, vt diximus in cap. de humanitate, doctrina ingenio, & eloquentia tanto, vt ab Athenienſibus Imperium ſumma vi reſiſtente Solone tandem obtinuerit, vtq; orationis fecit, vt Athenienſes illi ſe, libertatemq; ſubijcerent, nec quidquam valuit, q Solon iuſtiſſimus, & grauiſſimus orator aduocata concione in publicum proceſſerit, vt diximus in cap de ingratitudine, & impiũ illius conatum aperuit, tantum igitur Piſiſtrati valuit eloquẽtia, vt nulla Solonis ſapientia nulla vis, nulla eloquentia reſiſtere potuerit. Cic. de Piſiſtrato lib: 3. de orat. quis doctior iiſdem temporibus, aut huius eloquentiæ literis inſtructior fuiſſe traditur, q̃ Piſiſtratus, qui primus Homeri libros confuſos antea ſic diſpoſuiſſe dicitur, vt nunc habemus, non fuit quidem ciuibus ſuis vtilis, ſed ita eloquentia floruit, vt literis doctrinaq; præſtaret. [Sed alterius] ſ. Solonis, qui pro tuenda libertate cõcionabatur. [Alterius] Piſiſtrati. [Alioqui] In alijs rebus ſignificat populum Athenienſem prudentem hac vna in re fuiſſe imprudentiſſimũ, qui oratione delinitus ſeruire, quàm imperare maluerit.

Ascen.

PIſiſtratus traditus eſt valuiſſe].i. potuiſſe tantum dicendo. i. eloquendo, vt Athen. capti oratione eius, permitterent ei Imperium Regium, cum præſertim Solon amantiſſimus patriæ. niteretur. i. contenderet ex contraria parte. i. libertatem priſtinam tuendam eſſe. Sed conciones .s. orationes ad populum, alterius ſ. Solonis erãt ſalubriores. i. magis ſalutares, & alterius ſcilicet Piſiſtrati diſertiores quos. i. per quod euenit, vt ciuitas. ſ. Ath. prudentiſſima alioqui .i. in alio quo vis facto præferret libertati ſeruitutem .i. mallet Piſiſtrato committere in ſe Imperium, quàm vt Solon ſuadebat libertatem conſeruare.

DE PERICLE.

* Cic. li. 3. de orat. in Brut. & Horat. & Plut. in vita.

P*ERICLES * autem fęliciſſimis naturæ incrementis, ſub Anaxagora præceptore ſummo ſtudio perpolitus, & inſtructus, liberis Athenarum cervicibus.*

nicibus, iugum ſeruitutis impoſuit: egit enim illam vrbem, & verſauit arbitrio ſuo. Cumq; aduerſus voluntatem populi loqueretur, iucunda nihilominus, & popularis eius vox erat. itaque veteris comœdia maledica lingua, quamuis potentiam viri perſtringere cupiebat, tamen in labris hominibus melle dulciorem leporem fatebatur habitare: inq; animis eorum, qui illum audierãt, quaſi aculeos quoſdam relinqui prædicabat.*

*Cic. in Brut. & Lucia. in Nigrin.

OLIV. PERICLES autem] De Pericle ſatis ſupra dictum eſt in cap. de obitu filiorum, & de continentia, quod vero ad eius eloquentiam ſpectat tñ valuit dicẽdi ratione, & eloquentia, vt Athen. populum pro ſua voluntate verſaret, & eorum aĩos quocunq; vellet, facile impelleret. de quo Cic. lib. de orat. 3. Quid Pericles inquit, de cuius poteſtate dicẽdi ſic accepimus, vt cum cõtra voluntatẽ Athen. loqueretur, pro ſalute patriæ ſeuerius, tñ id ipſum, quod ille contra hoĩes populares diceret popularẽ omnibus, & iucũdũ uideretur. Cuius in labris veteres comici, etiam cum illi maledicerent, quod tum Athenis fieri licebat, leporem habitaſſe dixerunt, tantamq; in eo vim fuiſſe, vt in eorum mentib. qui audiſſent, quaſi aculeos quoſdam relinqueret. At hunc non declamator aliquis ad clepſidram latrare docuerat, ſed vt accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras, vir ſummus in maximarum rerum ſcientia. itaque hic doctrina, cõſilio, eloquentia excellens 40. annis præfuit Athenis, & vrbanis eodem tempore, & bellicis rebus. [Egit] Vrbem duxit Athen, quo voluit. [Et verſauit] Et pro ſua voluntate tractauit. [Perſtringere] Offendere, & carpere cupiebat [Quaſi aculeos quoſdam] Perſiſtit in tranſlatione, cum enim diceret, quod ex eius ore melle dulcior fluebat oratio, aculeos tamen illud mel incluſos habuiſſe dicit, quos animis hominum infixos relinquebat, dulcis quidem erat oratio, ſed regnum affectare videbatur.

ASCEN. PEricles autem (itidem, Athen.) fœlicißimis incrementis. i. habens fœlicißima incrementa naturæ. i. naturalis facũdiæ perpolitus. i. ad conſummationem vſque politus, & inſtructus ſummo & ſtudio ſub Anaxagora præceptore, impoſuit ceruicibus Athenarum. i. ciuium Athen. liberis. ſ. prius, iugum ſ. ſeruitutis. Enim. i. quia, ille egit. i. direxit, & verſauit vrbem. i. ciuitatem (hoc loco) arbitrio ſuo. Cumq; loqueretur aduerſus voluntatem populi, eius vox erat nihilominus iucunda, popularis, Itaque lingua maledica. i. detractoria veteris comœdiæ, in cuius locum ſucceßit latina tragœdia, quia in vtraque vitia acerbe taxantur, ſed acerbius in veteie comœdia, quod ea ſub proprijs præcantium nominibus vitia notabantur. Vnde Horat. 1. ſerm. Eupolis, atq; Cratinus Ariſtophanesq; poetæ, Atque alij, quorum comœdia priſca uirorum eſt. Siquis erat dignus deſcribi, quod malus, aut fur, aut mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui, famoſus multa cum libertate notabant, &c. quamuis cupiebat perſtringere. i. carpere potentiam. ſ. nimiam viri videlicet Periclis, tamen fatebatur tempore. i. uetuſtatem ſermonis dulciorem melle habitare in labris hominis (videri poſſet pro eodem accipere uirum, & hominem, quæ ſecundum Vallam differunt, quod uir poetis frequentius eſt vocabulum & homo oratori. tamen alteris ſcrutatori poſſet hoc diſcriminis indicare, quod uir, quia etiã connotat proprietatem virilem, & animoſitatem, vt eum locus afflueſcit, te precor eſſe virum, ad induſtriam eius pertineat. homo ad naturam, vt quod tam potens euaſerit, induſtriæ ſit, quòd tam facundus naturæ) & prędicabat quaſi aculeos quoſdam. i. ſtimulos relinqui in animis illorum, qui illum audierant, pulchra alluſio ad apes, nam quia mellis meminit, recte perſiſtens in metaphora, aculeos addit.

DE QVODAM SENE.

FERTVR quidam, cum admodum ſenex primæ concioni Periclis adoleſcentuli intereſſet, idemq; iuuenis Piſiſtratum decrepitũ iam concionantem audiſſet, non temperaſſe ſibi, quo minus exclamaret, Caueri illum ciuem oportere, quòd Piſiſtrati oratione ſimillima eius foret oratio. Nec hominem aut æſtimatio eloquij, aut morum augurium fefellit. quid enim inter Piſiſtratum, & Periclẽ interfuit, niſi quòd ille armatus, hic ſine armis tyrannidem geſſit?

OLIV. FERTVR quidam] Nunc quaſi teſtimonium inducitur eloquentiæ Periclis. dicit enim cum uir quidam Athenienſis decrepitæ iam ætatis Periclem primum concionantem audiſſet, ſibi ipſi moderari non potuit, quin altius exclamaret, cauete nobis Athenienſes à Periclis facundia, quæ tanta in eo eſt, quanta in Piſiſtrato fuiſſe conſpeximus, audierat, enim hic in adoleſcentia Piſiſtratum concionantem admonebat, itaque ciues ſuos, ut cautiores eſſent in audiendo Periclem, quam fuerãt in Piſiſtrato, ne Periclis oratione capti, vrbis imperium, ut Piſiſtrato, ſic iſti quoque demandarent, & libertatem ſeruituti præferrent, plus tñ ualuit eloquentia Periclis, q̃ ſenis ſalutare conſilium. Auguriũ, Omen, & Diuinatio. Quod ille armatus. Quia, ut diximus, cum ad ſui corporis tutellam ſatellites obtinuiſſet, his adiuuis imperium occupauit.

ASCEN. FErtur, &c.] Pergit adhuc de eloquentia Periclis loqui dicẽs. Quidam admodum. i. ualde ſenex, cum intereſſet primæ cõcioni. i. orationi ad populum Periclis adoleſcentuli, & idem. ſ. homo tum ſenex audiſſet iuuenis. i. cum eſſet iuuenis Piſiſtratũ decrepitum concionantem, non temperaſſe ſibi quo minus. i. ut non exclamaret oportere. i. conuenire, & utile eſſe illum ciuem caueri, quod. i. quia oratio eius foret ſimillima orationi Piſiſtrati. ſ. tyranni paulo ante mortui. [Nec aut æſtimatio eloquij] . i. iudicium de eloquio, aut augurium morũ. i. diuinatio de moribus Periclis futuris fefellit. i. decepit hominem, quia ita fuit, vt iudicauit. Quid enim interfuit inter Piſiſtratum, & Periclẽ, niſi quod ille]. ſ. Piſiſtratus geſſit tyrannidem armatus, i. ut hic ſcilicet Pericles ſine armis? q. d. nihil quia uterq; æque omnia pro libito geſſit.

DE HEGESIA PHILOSOPHO.

*QVANTVM * eloquentia valuiſſe Hegeſiam Cyrenaicum Philoſophum arbitramur? qui ſic mala vitæ repræſentabant, vt eorum miſeranda imagine audientium pectoribus inſerta, multis uoluntariæ mortis appetendæ cupiditatem ingeneraret. Ideoq; à rege Ptolomæo vlterius hac de re diſſerere probibitus eſt.*

*Ci. Tuſc. 1. & Laert. in Ariſtip.

OLIV. QVANTVM eloquentiã] Hegeſias Cyrenaicus Philoſophus adeo ſubtiliter, & curioſe de humanæ uitæ miſerijs diſputabat in ſcholis, ut ad uoluntariam ſibi ſæpe mortem nonnullos auditores impelleret, quare à Ptolemæo rege prohibitus eſt de his rebus diſputare, quoniam his auditis multi ſibi mortem inferrent, magna erat uis huius hominis eloquentiæ, ut cum de humanæ uitæ conditione diſſereret, ſit hominum miſerias, quibus ſubiecti ſunt, ante oculos referebat, ut his quaſi territi homines ultro mortem appeterẽt unde πεισιθάνατος Hegeſias dictus eſt. i. mortis perſuaſor. Cice. lib. Tuſc. primo mors inquit, à malis nos abducit non à bonis uerum ſi quærimus hoc à Cyrenaico Hegeſia, ſic curioſe diſputatur, ut is ab rege Ptolemæo prohibitus eſſe dicatur illa in ſcholis dicere, quo multi his auditis mortem ſibi conſciſcerent. [Cyrenaicum philoſophum] Cyrenaici ab Ariſtippo deſcenderunt, qui primus genere Cyrenaicus finem in uoluptate ponebat.

ASCEN. QVantum arbitramur Hegeſiam philoſophum Cyrenaicum ualuiſſe eloquentia? q. d. merito plurimum qui repręſentabat. i. oſtendebat oratione, mala. i. incommoda uitæ. ſ. huius, ut imagine. i. imaginaria eorum, ſcilicet malorum huius uitæ, inſerta pectoribus audientium, ingeneraret multis cupiditatem uoluntariam. ſ. ſpontaneam mortis appetendæ. Et ideo prohibitus eſt Ptolomæo rege diſſerere. i. diſputare ulterius de hac re. i. de malis, aut miſerijs huius uitæ.

QVANTVM MOMENTVM SIT IN PRONVNCIATIONE, ET APTO MOTV CORPORIS. CAP. X.

*ELOQVENTIAE * autem ornamenta in pronunciatione apta, & conuenienti motu corporis conſiſtunt, quibus cum ſe inſtruxerit, tribus modis homines aggreditur, animos eorum ipſa inuadendo, horum alteri aures, alteri oculos permulcendos tradendo.*

*Primas ſecundas, & tertias tribuit Demoſth. Cic. lib. 3. de Brut. & Orat.

Eloquen-

Oliv. ELOQVENTIAE autem]In pronunciatione cuncta totius eloquentiæ ornamenta eſſe repoſita teſtantur omnes, qui de hac arte ſcripſerũt tam Græci, q̃ Latini, quod enim acutæ, & cõmodæ inuentiones, quid concinnæ uerborum elocutiones? quid partium cauſæ? & artificioſæ diſpoſitiones? quid denique diligens memoria ſine pronunciatione valerent. non pluſquam ſine his pronunciatio ſola, nam hæc omnia, quæ ſupra dixi, perinde ſunt, vt aguntur, actio aũt in dicendo una dominatur, ſine qua ſummus orator, in oratorũ numero eſſe nullo modo põt, mediocris vero hac una inſtructus ſummos ſæpe ſuperare poteſt, quod multis exemplis tam Græcorũ quàm Latinorum ita eſſe Valer. probat. Cõuenienti motu corporis. Pronunciatio eſt vocis, vultus, & geſtus moderatio cum venuſtate, cum ergo dicit in pronunciatione, intẽſionem, & remiſſionem vocis oſtendit in motu corporis, vultus, geſtuſq; moderationẽ ineſſe. [Tribus modis]Elocutione, ſono vocis, & motu corporis. [Alteri aures]Quod ad pronunciationem. [Alteri oculos]Quo ad geſtum corporis.

Pronũciatio quid.

Ascan. ELoquentiæ autem ornamenta conſiſtunt in pronunciatione apta, & in motu corporis conuenienti, quibus cum eloquentia inſtruxerit.].i. armauerit ſe, aggreditur homines tribus modis, ipſa eloquentia inuadendo animos eorũ, videlicet hominũ, & tradẽdo alteri horũ. ſ. dictorũ ornamentorum, videlicet pronũciationi aures. ſ. hominum ſup. permulcẽdas, & altari, videlicet motui corporis, oculos permulcẽdos. i. mulcendo in ſententiam trahendos.

DE CAIO GRACCHO.

Cic li. 3. de or. Quint. li. 1. cap. 17. Plu. I vita, & Gel. li. 1. cap. 11.

*SED * propoſiti fides in perſonis illuſtribus exhibeatur. C. Gracchus eloquentia, quàm propoſiti felicioris adoleſcens, quoniam flagrantiſſimo ingenio cum optime remp. tueri poßet, perturbari impie maluit, quoties apud populum concionatus eſt, ſeruum poſt ſe muſicę artis peritum habuit, qui occulte eburnea fiſtula pronunciationis eius modo formabat, aut nimis remiſſos excitando, aut plus iuſto concitatos reuocando, quia ipſum calor, atque impetus actionis attentum huiuſce temperamenti æſtimatorem eſſe non patiebatur.*

Oliv. SED propoſiti, &c. [Ad temperandos pronũciationis modos C. Gracchus peritum muſicæ artis ſeruum cõcionaturus adhibuit, vt uel intẽſiorem remitteret, uel remiſſiorem vocem intenderet. Gel. de noctibus atticis lib. 1. Ecce aũt protibicina lacõnica, tibiæ quoque illius concinatoriæ in mentẽ venit, qua C. Gracchus cum populo agente, præiſſe ac præmonſtraſſe modulos ferũt, ſed nequaquam ſic eſt vt à vulgo dicitur canere tibia ſolitũ, quid pone illum loquẽtem ſtare varijs modis eundem mulcere animum, actionemq; eius tum incendere quid enim foret ea re ineptius? ſi vt planipedi ſaltanti ita Grac. concionanti numeros, & modos, & frequentamenta quædam varia tibicen incineret? ſed qui hoc compertius memoriæ tradiderunt, ſtetiſſe in circũſtantibus dicunt occultus, qui fiſtula breui ſenſim grauiuſculum ſonum inſpiraret, ad deprimendũ ſedandumq; impetum vocis eius efferueſcente, nãque impulſu, & inſtinctu extraneo naturalis illa Gracchi vehementia indiguiſſe non opinor, æſtimãda. M. tamen Cic. fiſtulatorem iſtum vtrique rei adhibitum eſſe Graccho putat. vt ſonis tum placidis, tum citatis, aut demiſſam, iacentemq; eius orationem erigeret, aut ferocitatem, ſæuientemq; cohiberet, verba ipſius Cic. appoſui, itaque idem Grac. quod potes audire Catuli ex Licinio cliente tuo literato homine, quem ſeruum ſibi habuit. ille ad manum eburneola ſolitus eſt habere fiſtula, ſtareque poteſt ipſum occulte cũ concionaretur peritum hominem, qui inflaret celeriter illũ ſonũ, qui illum aut remiſſum excitaret, aut à contẽtione reuocaret. Quint. vero lib. de inſtit. orat. Quid tam muſices inquit, proprium, ſed ne hæc quidem præſumẽda pars vt uno interim cõtentiſſimus exẽplo, C. Gracchi, præcipui ſuorum temporum oratoris, cui concionanti conſiſtens poſt eum muſicus fiſtula, q̃ tonarion vocãt modos, quibus deberet intẽdi miniſtrabat, hæc etiã ei cura inter turbidiſſimas actiones, uel terrẽti optimãtes, vel iã timenti fuit. [Cum optime remp. tueri poſſet]Cic. offic. lib. 2. quid eſt tam inhumanum, q̃ eloquẽtiam à natura ad ſalutem hominum, & conſeruationẽ datã, ad bonorum peſtem, perniciemq; conuertere? [Quia ipſũ calor & impetus]Redit rationem cur monitore tibicine vteretur, quia interdum vel accuſando, vel deteſtãdo eis, vel alio animi impetu commotus ſeruare modum non reminiſcebatur.

Gracchi cõcionãti fiſtula modos dabat.

SEd tu fides] i. fida promiſſio propoſiti. i. aſſumpti exhibeãtur in perſonis illuſtribus, dicã ſup. ſequentia. [Caius Gracchus adoleſcens felicioris eloquentiæ q̃ propoſiti] i. rei q̃ ſibi proponebat obtinenda, qm̃ cũ poſſet flagrantiſſimo ingenio. ſ. ſuo tueri. i. protegere optime remp. maluit ſupp. eam perturbari impie, aut legatur perturbare eam, quoties eſt concionatus. i. ſermonem habuit apud populũ. habuit poſt ſe ſeruum peritum artis muſicæ, qui formabat occulte, fiſtula eburnea. i. ex ebore facta, quo ſummiſſior eſſet eius ſonus, modus. i. menſuras, & notulas pronunciationis eius. aut excitãdo nimis remiſſos, aut reuocando. ſ. ad lenitatem modos ſup. cõcilatos nimis. [Quia calor]Atque impetus actionis non patiebatur ipſum attentum. ſ. ad actionem ſuam, eſſe æſtimatorem, i. cenſorem huiuſce temperamenti, quale muſicus dabat. Ascen.

De Q. HORTENSIO.

Gel. l. 1. cap. 5.

*QVINTVS * autem Hortenſius plurimum in corporis decoro motu repoſitum credens; penè plus ſtudij in eodem laborando, quàm in ipſa eloquentia affectanda impendit. ita que neſcires, vtrum cupidius ad audiendum eum, an ad ſpectandum concurreretur, ſic verbis oratoris aſpectus, & rurſus aſpectui verba ſeruiebant. Conſtat Aeſopum, Roſciumque ludicrę artis peritiſſimos, illo cauſas agente, in corone frequenter aſtitiße, vt fore petitos geſtus, in ſenam referrent.*

Oliv. QVINTVS autem Hortenſius]Plus in decoro motu corporis, quã in venuſta voci moderatione, & dicẽdi copia, laborauit Horten. adeo vt magis ſpectaculum, quã ad concionem audiendam homines veniſſe putares, nam mimi ab eo multos corporis geſtus dicente perceptos, in ſcenã poſtmodum referebant. i. tantum tamẽ eloquẽtia valuit, aut apud multos dubiũ fuerit, eius artis palma Cic. ne magis, an Hort. deberetur. [Sic verbis oratoris]Vt enim geſtibus verba, ſic verbis geſtus accommodabat. [Conſtat Aeſopum, Roſciumque] Hi tempore Cic. & Horten. mimi præſtantiſſimi fuerunt, quorum alter comœdiarum, alter. ſ. Aeſopus tragœdiarum, actor fuit qui Hortẽ. ſic delectabantur orante, vt ad eum audiẽdum cum horaret, ſemper accurrerent, eiq; frequenter aſſiſteret vt geſtus aliquod in foro petitos, in ſenam referrent. [De Roſcio Cic. in oratione pro Archia poeta. Quis noſtrum, tam animo agreſti, se duro fuit, vt Roſcio nuper morte commoueretur, qui cum eſſet ſenex mortuus, tamen propter excellentem artẽ, ac venuſta videbatur omnino mori non debuiſſe, ergo ille corporis motu tãtum amorem ſibi cõciliarat a nobis omnibus. [In corone]In cœtu, & multitudine virorum.

Aeſopus tragedus Roſcius comœdus.

QVintus autẽ Hortenſius credẽs plurimum]. ſ. vtilitatis, aut gratiæ repoſitum in decoro motu. i. venuſta agitatione corporis impendit penè. i. quaſi plus ſtudij in elaborãdo. i. et colẽdo laboribus eodẽ. ſ. motu decoro quã in ipſa eloquentia affectãda. [Itaque]. i. & ita tu neſcires. i. glibet merito neſcires verum concurreretur cupidius ad audiendũ eũ, an ad ſpectandum eum. i. geſtus eius ſic. i. vſque adeo aſpectus oratoris ſeruiebat ſup. verbis, & rurſus. i. econtrario, verba ſeruiebant. i. accommodabant aſpectui. Itaque. i. & ita conſtat, Aeſopum, & Roſcium peritiſſimos artis ludicræ. i. ſcenicæ, & agẽdarum fabularum aſtitiſſe frequenter in corona. i. circuitu, illo. ſ. Hortẽn. agente cauſas ut referrent in ſcenam. i. proſcenũ, geſtus petitos. i. acquiſitos, ſup. in foro. ſ. cauſarum. Ascen.

DE M. CICERONE.

Cic. l. Brut. & Quint. l. 11. ca. 3.

*NAM * M. Cicero quantum in utraque re, de qua loquitur, momenti ſit, oratione, quàm pro Gallo habuit, ſignificauit, M. Callido accuſatori exprobrando, quòd præparatum ſibi à reo venenum teſtibus, chirographis, quæſtionibus, probaturũ affirmãs, remiſſo vultu, & languida voce, & ſoluto genere orationis vſus eſſet, pariterq; & oratoris vitium detexit, & cauſa periclitantis argumenta adiecit, totum hũc locum ita claudendo, Tu iſtud M. Callidi niſi fingeres, ſic ageres.*

Nam

OLIV. NAM M. Cicero] Plut. in vita Cic. dicit non minus Cic. in actione elaboraſſe q̃ Demoſthenem, donec per Roſcium comœdiarum & Aeſopum tragœdiarum actores optimos, & ſuo tempore clariſſimos, præbita illis diligenter opera, vocem, & corporis geſtum emandauit, his igitur tãquam præceptoribus vſus ad moderandos corporis geſtus, omnium in eo pronunciationis genere eruditiſſimus euaſit. & eloquẽtiæ princeps facile iudicatus. Roſcium Cic. ſuas delitias appellare conſueuerat, quantum igitur in pronunciatione, motuq; corporis repoſitũ ſit, Cic. declarauit in ea oratione, q̃ habuit pro Gallo, cum. n. Callidus ſe à Gallo ueneno petitum fuiſſe diceret, idq; remiſſiore vultu, & languidiore uoce quaſi ſoluto orationis genere vteretur, vitium Cic. ex habitu facile detexit, falſamq; accuſationem indicauit, cum diceret. [Tu iſtud M. Callidi] Niſi fingeres, ſic non ageres? nam ſi verum fuiſſet periculum concitatiore voce perturbatioreq; vultu cauſam egiſſet, quãta fuerit Cic. laus ex ſola eloquẽtia parta, Plin. lib. 7. nat. hiſt. plane oſtendit, cum dicat. Quo te M. Tulli piaculo taceam? quo' ve maxime excellẽtem inſigni prædicem? quo potiuſquam vniuerſi populi, & illius gentis ampliſſimo teſtimonio, & tota vita tua ad conſulatum tantum operibus electus. Te dicente, legem agrariam, hoc eſt alimenta ſua abdicauerunt tribus. Te ſuadẽte, Roſcio theatralis ſeditionis auctori leges ignouerũt notaſq; ſedes ignominiæ diſcrimine æquo animo tulerunt. Te orante, proſcriptorum liberos honores petere puduit. Tuum Catilina fugit ingenium. Tu, M. Antoniũ proſcripſiſti. Salue primus omnium parens patriæ appellatæ, primus in toga triumphum, linguæq; lauream meritæ, & facũdiæ literarum latinarum parens æque, vt dictator Cæſar hoſtis quondam tuus de te ſcripſit, omnium triumphorum tanto laudem adepte maiorem, quanto plus eſt ingenij Romani terminos in tantũ promouiſſe, q̃ imperij. [In vtraque re] In ſono vocis, & motum corporis [Momenti] Virtutis efficaciæ. [Quæſtionibus] Inquiſitionibus. [Languida] Debili, & fracta voce [Soluto genere] Non intenſa oratione, quemadmodum rei atrocita, exigebat. [Argumenta adiecit] Quia argumentum erat non paruum, nullum illi venenum datum eſſe, quod pronunciatione vteretur.

ASCEN NAm M. Cicero ſignificauit oratione, q̃ habuit pro Gallo quantum momenti), i. efficaciæ ſit in vtraque re, de qua loquimur, hoc eſt in pronunciatione, & apto motu corporis exprobrando. i. opprobrio dando. [M Callidio accuſatore]. ſ. Galli, q ipſe Callidius affirmãs, ſe probaturum teſtibus chirographis. i. ſcriptis manualibus, & quæſtionibus. i. confeſſionibus ſeruorũ ad torturam exhibitorũ, venenum præparatum ſibi à reo. ſ. Galbo. eſſet vſus vultu miſſo quantum ad motũ corporis, & voce languide, & genere orationis ſoluto quantum ad pronũciationem. Et ita Cic. pariter detexit. i. aperuit iudicibus, & vitium oratoris ſignificans. ſ. oratorem compoſito motu, & pronunciatione accurata in ficta idem aucupari; quod non mediocre vitium eſt, & adiecit argumẽta. i. media approbantia cauſæ periclitantis. i. laborãtis in probatione claudendo totũ hunc locum ita O Marce Callidi niſi tu fingeres iſtud. ſ. venenũ tibi præparatũ a reo, te teſtibus chirographis, & quæſtionibus poſſe probare, ageret ſic. i. tam compoſite, & attente, vt qui falſas cauſas probare volũt facere ſolet? q. d. minime, & ita hoc illi exprobrando detexit vitium oratoris. i. quo quilibet orator in falſis cauſis vti poteſt ad perſuaſionem, cõpoſito. ſ. motu, & apta pronunciatione, & ſimul debilitauit eius approbationem, oſtendendo ipſum, niſi de cauſa diffideret, non ſic acturum fuiſſe. Nam multi vt optimã ſe habere cauſam demõſtrent, neque patrono vti neque artificioſa oratione volunt hæc dicolatius, quia aliter intelligit Oliuerius, cui non aſtipulor, nam ſm illum ſenſus eſt niſi fingeres iſtud. i. tibi præparatum venenum ageres ſic, q. d. minime, quia qui venenum accepit, tali voce uti non poſſet. Sed Callidius non dixit ſibi venenum datum, ſed paratum dũtaxat quod ſm Ciceronem, quia veris rationibus probare non potuit artificio doloſo vſus, & hoc illi exprobrando artem detexit.

EXTERNA.
DE DEMOSTHENE.

CONSENTANEVM *huic Demoſthenis iudicium, qui cum interrogaretur, quidnam eſſet in dicendo efficaciſſimum, reſpondit ὑπόκρισιν iterum deinde, & tertio interpellatus idem dixit, penè totum ſe illi debere confitendo.

*Cic. li. 3. de or. in Bru. & Orat. & Quin. li. 11. c. 3.

OLIV. CONSENTANEVM]. i. iudicauit Demoſthenes oratio nis vim fermem omnem in pronunciatione eſſe repoſitam. Interrogatus enim, quid primum eſſet in oratore? reſpõdit pronunciationem, quid ſecundum? pronunciationẽ, quid tertium, pronunciationem, omnia igitur in pronũciatione. Cic. lib. 3. de orat. huic Demoſthenes, primas dediſſe partes dicitur cum rogaretur, quid in dicẽdo eſſet primũ, huic ſecundas? huic tertias. Quint. lib. 11. de pronunciatione, Demoſthenes, inquit interrogatus. quid eſſet in toto opere ſummum, pronũciationi palam dedit. [Reſpondit ὑπόκρισιν] Pronunciationem.

Pronũciationum q̃ tũ Demosthenes tribuerit.

ASCEN COnſentaneum, &c] Iudicium Demoſthenis de vi pronunciationis conſentaneum eſt huic ſ. dicto Ciceronis, qui eſt interrogatus quidnam eſſet in dicendo efficaciſſimum. i. plurimum valens ad efficiendum propoſitum, reſpondit hypocriſis. i. ſimulatio vocis, & geſtus. i. apta pronũciatio, & decens motus, deinde interpellatus iterũ. i. ſecũdo & tertio, quidnam eſſet ſecundũ, & quidnam tertiũ, & quantũ ad efficaciam, reſpõdit idem. ſ. quod hypocriſis, confitendo ſe debere pene totum illi. ſ. hypocriſi, hoc eſt vt alij interpretantur pronunciationum.

DE ÆSCHINE.

RECTE *itaque Aeſchines, cum propter iudicialem ignominiã, relictis Athenis, Rhodũ petiſſet, atque ibi rogatu ciuitatis ſuã prius in Cteſiphontem, deinde Demoſthenis pro eodẽ orationem clariſſima, & ſuauiſſima voce recitaſſet, admirantibus cunctis vtriuſque columinis eloquentiam, ſed aliquanto magis Demoſthenis, quid ſi inquit, ipſum audiſſetis? tantus orator. & modo tã infeſtus aduerſarius ſic inimici vim ardoremq; dicendi ſuſpexit, vt ſe ſcriptorem eius parum idoneum lectorem eſſe prædicaret, expertus acerrimum vigorem oculorum, terribile uultus, pondus, accommodatum ſingulis verbis ſonum vocis, efficaciſſimos corporis motus. ergo etſi operi illius adijci nihil poteſt, tamen in Demoſthene magna pars Demoſthenis abeſt, quod legitur potius, quàm auditur.

*Cic. li. 3. de or.

OLIV. REcte itaque Aeſchines, Cum Aeſchines accuſationem, q̃ habuerat in Cteſiphontem Rhodius legiſſet, legit & defenſionem Demoſthenis, à qua ille ſuperatus Athenis exceſſerat mirantibus ergo Rhodijs, orationem illam, multo magis illos dixit fuiſſe miraturos, ſi oratorem ipſum audiuiſſent. Cic. lib. 3. de oratore, mihi melius illud ab Aeſchine dictum uideri ſolet, qui cum pp ignominiam iudicij exceſſiſſet Athenis & Rhodium ſe contuliſſet, rogatus à Rhodijs legiſſe fertur orationem illam egregiam q̃ in Cteſiphonte contra Demoſthenẽ dixerat, qua perlecta petitum ab eo eſt poſtridie, ut legeret illam etiã, quæ erat contra à Demoſth. pro Cteſiphõte edita, q̃ cum ſuauiſſima, & maxima, uoce legiſſet admirãtibus omnibus quanto inquit, magis miraremini, ſi audiſſetis ipſum? ex quo ſatis ſignificauit, quantum eſſet in actore, qui orationẽ tandem aliam fore putauit, actore mutato. De hoc Aeſch. Gel. noctium att. lib. 7 Quint. inſt. orator cap. de pronunciationẽ aliijq; auctores multa dixerunt Sunt qui dicant Aeſchinem mirantibus Rhodijs orationem Demoſthenis reſpondiſſe, quid ſi audiſſetis belluam ipſam ſua uita reſonantem [Vtriuſque columinis.] Demoſthenem, & Aeſchinem eloquentiæ columen appellat (Suſpexit [Admiratus eſt, quãuis aduerſarius eſſet, tamẽ cum admiratione Demoſthenis laudem eſt proſecutus, & ea demum uera laus eſt, quæ etiam ab inimico proficiſcitur. [Parum idoneum lectorem? Quia aduerſarius præterea uim illam dicendi Demoſthenis referre nullo modo non poſſet. Legitur in uita Demoſthenis, q Philippus Macedoniæ Rex Demoſthenem ceteris Athenienſium legatis in dicendo prætulerit; in ceteris uero rebus Aeſchinem. Pondus grauitatem dicentis. [Magna pars Demoſthenis abeſt] Vis. ſ. pronunciatione, quæ maxima fuit in Demoſthene ergo cum eius ſcripta leguntur, tanta nullo modo percipi poſſunt quanta cum ab ipſo pronunciãtur &. i. quod ait Val. legitur potius, quàm auditur.

ASCEN. REcte itaque Aeſchines] Sup. ſenſit, aut dixit, cum relictis Athenis pp ignominiam iudicialem, quia uictus fuerat in iudicio, petijſſet Rhodum rogatu. i. ob rogatũ, & precis ciuitatis Rhodiæ prius ſuam orationem. ſ. aduerſus Cteſiphontem.

phontem, deinde orationem Demoſthenis voce clariſſima, & ſuauiſſima, cunctis admirantibus eloquentiam utriuſque columinis i. ſummi ornamenti eloquentiæ. ſ. Aeſchinis prius, & deinde Demoſt, ſed aliquanto magis. i. impenſius, ſup. eloquentiam Demoſt inquit, quid ſup. diceretis, ſi audiſſetis ipſum Demoſth. pronunciandi peritiſſimum? (de qua re Hier. in prologo Bib. cap. 2. Aeſchines cum Rhodi exularet, & legeretur ei Demoſth. oratio, quàm aduerſus eum habuerat, mirantibus cunctis, atque laudantibus ſuſpirans ait, Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiam ſua verba reſonantem.) Tantus orator & modo. ſ. cum ageret Rhodi, tam infeſtus aduerſarius, ſuſpexit. i. cum admiratione laudauit (nam ſicut deſpicere tranſumitur ad ſignificandum contemnere, ita ſuſpicere, ad venerari, & laudare, q a deſpicere eſt deorſum inſpicere, quæ vero infra nos ſunt contemnimus; ſuſpicere aût ſurſum aſpicere, atque ſupra nos videmus, veneramur fere) ſic vim, & ardorem dicêdi inimici ſ. Demoſth. ut prædicaret ſe eſſe lectorem parum idoneum ſcriptorem eius. ſ. Demoſth. expertus. ſ. cuncta ſa acerrimum vigorem oculorum, terribile pondus. i. terribilem grauitatem vultus, ſonum vocis accommodatum i. aptatum ſingulis verbis, motos corporis efficaciſſimos. [Ergo etſi]. i. quanquam nihil poteſt adijci. i. addi operi illius. ſ. Demoſth. ſcriptos, tamen in Demoſth. i. in orationibus eius ſcriptis, abeſt, id eſt, deeſt, magna pars Demoſth. i. artificij), quo Demoſt. in pronunciando vſus eſt quæ ſ. pars legitur. ſ. oculis ſpectantium geſtus, potius quàm auditur.

QVAM MAGNI EFFECTVS ARTIVM SINT. CAP. XI

EFFECTVS etiam artium recogniti, poſſunt aliquid afferre voluptatis, protinusq; & quàm utiliter excogitatæ ſunt, patebunt, & memoratu digna res lucido in loco reponentur, & labor in his edendis ſuo fructu non carebit.

OLIV. EFFECTVS artium] Operæprecium eſſe poterit recognoſcere quàm magna ſint artium effectus, q ad eas capeſſendas utilitate percepta ſiemus alacriores. [Labor ſuo fructu] Nunquam labor iſte grauabit, quem ſubſequitur fructus.

ASCEN. EFfectus etiam artium recogniti]. ſ. legendo, aut recenſendo, poſſunt afferre aliquid voluptatis & patebit. [ſũt qui legũt patebũt, ſed minus apte] protinus &. i. ſimul quam id eſt, quantum utiliter ſup. artes ſunt excogitatæ, & res dignæ memoratu. i. ut memorentur, & recitentur, reponentur in loco lucido, & labor in his ædendis. i. qui in his ædendis erit, non carebit ſuo, id eſt, debito fructu.

DE SVLPITIO GALLO.

*Cic. de Sen. Liu. lib. 44. & Plin. l. 2. ca. 12. & Fron. li. 1. ca. 12. paulo aliter Plut. vero in Paul. Aemilio multo aliter.

SVLPITII *Galli maximum in omni genere, litterarum recipiendo ſtudium plurimum reipub. profuit. nam cum L. Pauli, bellum aduerſum regem Perſen gerentis, legatus eſſet, at ſerena nocte ſubito luna defeciſſet. eoque veluti diro quodam monſtro perterritus exercitus noſter, manus cum hoſte conſerendi fiduciam amiſiſſet, de cœli ratione, & ſyderũ natura peritiſſime diſputãdo, alacrem eum in aciem miſit. itaque illi inclytæ Pauliana victoria liberales artes Galli additum dederant, quia niſi ille metum noſtrorum militum viciſſet, imperator Romanus vincere hoſtes non potuiſſet.

OLIV. SVLPITII Galli] Hoc fuit ſecundo Macedonico bello, quo aduerſus Perſeu geſſit Paul. Aemil. cuius legatus fuit hic Sulpitius Gallus, qui artium liberalium homo ſtudioſiſſimus, aſtrologiæ ſcientiam tenuit non mediocrem, quia Paulo victoriæ dedit initium, cum enim ſerena nocte cuius proximo die manus erant cum hoſte conſerturi, luna ſubito defeciſſet, milites omnes veluti prodigio vehementer ſunt à futura dimicatione deterriti, quod ubi ſenſit Gallus, qua ratione id factũ eſſet habita concione diſſeruit. & milites à terrore ad ſuſpiciendæ pugnæ deſiderium, audaciamq; reuocauit. Frontinus tamen non nihil à Valer. diſſentire videtur. Dicit enim lib. 1. cap. ult. Luc. Sulp. Gal imminentem lunæ defectum, ne pro oſtento exciperent milites prædixit futurum additis rebus, cauſisq; defectionis ut non poſt lunæ defectum territos milites hortatus fuerit, ſed ne terrentur, futuram eclypſim prædixiſſe. Quint. quoque lib. 1. de aſtrologia, q oratori neceſſariam eſſe probat, an uero cum Pericles, inquit, Athenienſis ſolis obſcuratione territos milites, redditis cauſis eius rei, metu liberauit, Aut cum Sulp. ille in exercitu Lucij Pauli de lunæ defectione diſſeruit, ne uelut prodigio diuinitus facto militum animi terrerentur, non ne uidetur uſus oratoris officio? In omni genere literarum. Quia liberalibus artibus operam dederat. [Luna defeciſſet] Paſſa eſſet eclypſim, quæ fit tempore noctis, & in plenilunio, ſolis uero defectus eſt teſte Plin. lib. 2. [Syderum natura] Quõ luna ſoli perpendiculariter oppoſita lumen eius excipiebat, defectumq; pariat, ſydera quoque uno plerumque momento, uel puncto ita concurrunt, uel alij obſtent ne lumen effundere poſſit.

ASCEN. SVlpitij, &c. [Maximum ſtudium Sulp. Galli in recipiendo omni genere literarum profuit plurimum reip. Nam cum eſſet legatus Lucij Pauli. ſ. Aemilij gerentis bellum aduerſum Perſen regẽ. ſ. Macedoniæ, ac Luna defeciſſet ſubito. i. eclypſim paſſa eſſet nocte ſerena, & exercitus noſter. i. Romanus territus eo. ſ. defectu lunæ, ueluti quodam diro monſtro. i. portento mali ominis, amiſiſſet fiduciam conſerendi manus cũ hoſte, ipſe diſputando, peritiſſime de ratione cœli. i. motuum eius, & natura ſyderum, ut eorum quædam dupliri mouerentur motu, & quomodo per interpoſitionem terræ inter Solem, & Lunam, Luna quæ à Sole lumen mutuatur deficeret, miſit eum ſ. exercitum Rom. alacrem in aciem. [Itaque artes liberales Gallis] ſ. Sulpitij dederunt aditum. i. acceſſum, aut medium illi inclytæ uictoriæ Paulianæ. [Quia niſi ille]. ſ. Gallius uiciſſet. i. expuliſſet metum noſtrorum. i. Romanorum militum, Imperator Rom. ſ. Aemilius non potuiſſet uincere hoſtes.

DE SPVRINA.

*Li. 1. 8. Suet. & Plut.

SPVRINAE *quoque in conſectandis deorũ monitis efficacior ſcientia apparuit, quàm urbs Romana voluit. prædixerat C. Cæſari, ut proximus 30 dies quaſi fatales caueret, quorũ ultimus erat. Idus Martiæ. & cum forte mane uterque in domum Caluini Domitij ad officium conueniſſet, Cæſar Spurinæ, ecquid ſcis Idus Martias iam veniſſe? & is, ecquid ſcis illas nondum præteriſſe? abiecerat alter timorem tanquam exacto tempore ſuſpecto; alter ne extremam quidẽ eius partem periculo uacuam eſſe arbitratus eſt. utinam aruſpicem potius augurium, quàm patriæ parentem ſecuritas feſelliſſet.

OLIV. SPVRINAE Suet. in uita Cæſaris Spurinam inquit, irridens Cæſar, & ut falſum arguens, quod ſine ulla noxa ſua, idus Martiæ adeſſent, quanquam is ueniſſe quidem eas diceret, ſed non præteriſſe. Introiuit curiam ſpreta religione. [Quàm vrbs Romana voluit] Hoc ad aſſentationem dixit, q Rom. maluiſſent Spurinam falſum fuiſſe, quàm Cæſarem eo die cadere, quẽ immortalem voluiſſent. [Fatales, peſtiferos, & ſibi mortales] Qui. ſ. fata minarentur. [Ad officium] Salutandi gratia, qui forte iacebat morbo implicitus. [Idus Martias] Cõſtat idibus Martijs cæſum fuiſſe Cæſarem in ſenatu, teſte Ouid. Faſt. lib. 3. circa finem.

ASCEN. SPurinæ, &c. [Scientia. ſ. diuinandi extiſpicijs, & alijs ſpeciebus, Spurinæ. ſ. Aruſpicis, apparuit quoque efficacior i. ueracior in conſpectandis monitis deorum ſ. de morte Cæſ. q̃ vrbs Rom. voluit. ſ. poſtea quam Cæſarem deſiderare cœpit. Enim pro quia, ipſe prædixerat Cæſari. ſ. Iulio, ut caueret proximis 30. dies, quaſi fatales i. illi fatum. i. mortẽ minantes, quorum. ſ. 30. dierum ultimus erat, idus Martiæ, eoq;. i. & ideo, aut & eo die, cum forte uterque. ſ. tam Cæſar, quàm Spurina conueniſſet forte manẽ in domum Domitij Caluini ad officiũ. ſ. ſalutandi, aut amice viſitandi (quod non à caſu faciebãt, ſed à caſu erat, q una hora cõuenerat) Cæſar ſup ait Spurinæ. ecquid i. ecquid ais, ſcis idus Martias iam veniſſe? & is. ſ. Spurina ſupp. reſpondit,

reſpondit, ecquid. i. nunquid ſcis illas. ſ. nondum præteriſſe? [Alter]. ſ. Cæſar abiecerat tanquam tempore ſuſpecto exacto. i. præteriio, Alter. ſ. Spurina arbitratus eſt, ne quidem. i. non etiam extremam partem eius. ſ. diei, aut temporis eſſe vacuam periculo. Vtinam (inquit per ſolitam adulationem auctor) augurium feſelliſſet potius aruſpicem. ſ. Spurinā, quàm ſecuritas. i. carentia timoris feſelliſſet parentem patriæ. ſ. Cæſarem.

EXTERNA.

DE PERICLE.

* Paulo aſt Plu. in uita Fron. li. 1 c. 12.

SED * vt alienigena ſcrutemur, cum obſcurato repente Sole inuſitatis perfuſæ tenebris Athenæ ſolicitudine angerentur, interitum ſibi cęleſti denunciatione portendi credentes, Pericles proceſſit in medium: & quæ à præceptore ſuo Anaxagora pertinentia ad Solis, & Lunæ curſum acceperat, diſſeruit; nec vlterius trepidare ciues ſuos vacuo metu paſſus eſt.

OLIV. SED vt alienigena] Pericles, vt ſupra diximus multis in locis, & præſertim in cap. de eloquentia, Anaxagoræ diſcipulus fuit, à quo in maximarum rerum ſcientia fuerat exercitatus. Aſtrologiæ ergo peritus Athenienſes ciues ſubita ſolis obſcuratione deterritos, habita cōcione metuere vetuit, quod eius rei cauſas, vt à præceptore didicerat, ſic illos edoceret. Frōtinus lib. 1. cap. vlt. aliter ſentire videtur, dicit. n. Pericles cū in caſtra eius fulmen decidiſſet, terruiſſetq; milites aduocata cōcione, lapidibus in conſpectum omnium colliſis ignem excuſſit, ſedauitque conturbationē, cum docuiſſet ſimiliter nubiū attritu excuti fulmē. [Ad ſolis, & lunæ curſum] quia vt ſupra diximus, cū hemiſperiū lunę ſolari ſit inferius lunaq; ſemper tēdat in obliquum, forte cū ad perpendiculū ſoli fuerit oppoſita, eius excipit radios vt ad nos peruenire nō poſſint, & inde ſæpe tenebrę ſuper inducūtur. [Vano metu] Qui ratione eorum animos occupauerat.

Fulmen unde.

Solis eclypſis unde.

ASCEN. SEd vt ſcrutemur alienigena] .i. externa exempla. (Et declinatur hoc loco alienigenus, alienigena, alienigenum] Cū. i. quū ſole obſcurato repentè, Athenæ perfuſæ inuſitatis tenebris angerētur. i. cōcorterentur ſollicitudine, credētes interitum portēdi ſibi denūciatione. i. indicio, aut oſtēto cœleſti. [Pericles proceſſit in medium] Et diſſeruit ea, quæ acceperat à præceptore ſuo Anaxagora, pertinētia ad curſum Solis, & Lunæ, nec paſſus eſt ciues ſuos trepidare vlterius metu vacuo. ſ. rationis, aut vano, quia eclypſis Solis naturalis eſt per interpoſitionē Lunæ.

DE ALEXANDRO REGE.

* Pli. ſæpe & Plut. de fort. alexā. Cic. lib. 5. fam.

QVANTVM * porrò dignitatis à Rege Alexandro tributum arti exiſtimamus? qui ſe & pingi ab vno Apelle, & fingi à Lyſippo tantummodo voluit.

OLIV. QVANTVM porrò] Plurimum arti tribuit Alex. qui à nullo pingi, ne fingi voluerit, niſi ab his qui omniū præſtantiſſimi ſuo tempore forent, Apelle. ſ. atque Lyſippo. De quibus Horat. Epiſt. lib. vlt. Rex ille poema, Qui tam ridiculū, tam care prodigus emit, Edicto vetuit, ne quis ſe præter Apellem Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra. Fortis Alexādri vultum ſimulantiam. Cic. quoque Epiſt. ad L. Luceiū. Neque. n. Alex. inquit, ille gratiæ cauſa ab Apelle potiſſimū pingi, & à Lyſippo fingi volebat, ſed quod illorū artem cum ipſis, tum etiam ſibi gloriæ fore putabat, atq; illi artifices corporis ſimulacra ignotis nota faciebant. Fuit. n. Apelles pictor eximius patria cous, Ingenio, & gratia, vt inquit, Quint. præſtātiſſimus, qui teſte Plin. oēs prius genitos, futuroſq; poſtea ſuperauit, & arti ſuę hoc eſt picturæ plura ſolus prope quàm cæteri oēs contulit. Summe laudauit. Plin. Venerem ab eo pictam exeuntem è mari, quàm poſtea Romam adductam D. Auguſtus dicauit in templo Cęſaris, Cuius inferiorem partem corruptam, qui reficeret, non potuit reperiri, inchoauit, & aliam teſte Plin. quæ ne ſuperaret etiā illam ſuam priorem inuidit mors peracta parte, nec qui ſuccederet operi ad perſcripta lineamēta inuentus eſt, vnde Cic. lib. 1. Epiſt. ad Lent. Nunc vt Apelles Veneris caput, & ſumma pictoris politiſſima arte perfecit, reliquā partem corporis inchoatam reliquit, itē in lib. offic. 3. nemo pictor repertus eſt, qui Veneris eam partem, quàm Apelles inchoatam reliquiſſet, abſolueret, oris. n. pulchritudo reliqui corporis imitādi ſpem auferebat, pinxit, & Alexandrū magnum fulmen tenentem in templo Epheſiæ Dianæ, & Fulmen extra tabulam videri ſcribentes meminerunt, refert item Plin. quod pinxit ea quæ pingi non poſſunt, tonitrua fulgetras, fulgura, & ſimilia, quare nōnulli ferunt, quod Alexander magnus à nullo alio poſſe pingi edicto poſito capitali edixit. Lyſippus fuit in arte ſculptoria artifex clariſſimus, de quo Martial Nobile Lyſippi munus, opuſq; videbis, Nam ſpirātes vultus atque ora ſimillima viuis. Et denique animoſa ſigna fingere videbatur. Et teſte Quintiliano ad veritatem optime acceſſit, & ad ſexcenta decem ſignorum opera effeciſſe dicitur.

A quib' Alex. fingi & pingi uolebat.

ASCEN. QVantum, &c.] Porrò .i. ſed, quantum dignitatis exiſtimamus tributum arti .ſ. pingendi & fingendi, ſeu ſculpendi, ab Alexādro. ſ. magno rege. ſ. maximo, & primū Macedoniæ, qui voluit etiam edicto, ſe & pingi ab uno .i. ſolo Apelle. ſ. pictor optimo, & fingi. i. ſculpi tantum. i. duntaxat Lyſippo optimo ſtatuario? q. d. plurimum.

DE VVLCANO ALCAMENIS,

* Pauſa. 1 att. & Pli. præſertim de alcamene.

TENET * uiſcentes Athenas Vulcanus Alcamenis manibus fabricatus: prætēr cætera enim perfectiſſime artis in eo pracurrentia indicia, etiam illud mirantur, quòd ſtat diſſimulate claudicationis ſub ueſte leuiter ueſtigium repræſentans, ut non tanquam exprobratum uitium, ita tanquam certam, propriamq; dei notam decore ſignificans.

OLIV. TENET viſentes Alchimenides fictor egregius Vulcanū Athenis tanta arte finxiſſe dicitur, vt cum ille adijci nihil poſſe videretur, tñ id maxime ſuſpicientes delectabat, quod ſub veſte claudicatio formæ diſſimulatæ exprimebat, atq; ita ut non tanquam exprobatum uitium, ſed dei certam notā, propriamq; declararet. Cic. lib. de nat. deorum, equidem laudamus eſſe Athenis Vulcanū eum, quem fecit Alchimedes, in quo ſtāte atque ueſtito appareat claudicatio non deformis, Claudū igitur habemus deum, quū de Vulcano ſic accepimus. [Tenet] Remoratur, & delectat. [Diſſimulatæ claudicationis] Quia ſic accepimus de Vulcano claudicationem diſſimulaſſe.

ASCEN. TEnet, &c.] Vulcanus. i. ſtatua Vulcani, fabricatus. i. ſculptus & ficta manibus Alcamenis, (ſunt tñ qui Alchimenis, nec deſunt qui Alchimedis legant) tenet. ſ. ſuſpenſos, ac irretit, ne procedāt, donec perſpexerint, uiſentes. i. uiſitantes, Athenas. [Enim] .i. quia præter cætera indicia. i. ſigna, & teſtimonia, perfectiſſimæ artis præcurrentia .i. ſtatim ſe oſtentātia in eo. ſ. Vulcano, etiam mirantur. ſ. viſentes Athenas, illud quod ſtat repręſentans. i. indicans leuiter ueſtigiū claudicationis diſſimulatæ. i. tectæ, quantum fieri pōt more claudicantium. ſub ueſte. ſ. cruribus eius ſuperinducta. ſignificans ut uitium ſ. claudicationis non tanquā exprobatum. i. uitio datum deo, ita ſignificās decore. i. honeſte tanquam certam, & propriam notam dei. i. indicium, quo ipſe dignoſcatur à cæteris dijs, ut enim non ſancta diſcrimina damus in pingendo, & fingendo, ita illi idolis ſuis.

DE VENERE PRAXITELIS.

* Pli. li. 36. c. 5.

CVIVS * coniugem Praxiteles in marmore quaſi ſpirantem in templo Cnidiorum collocauit, propter pulchritudinē operis à libidinoſo cuiuſdam complexu parum tutā. Quo excuſabilior eſt error equi, qui viſa pictura equæ, hinnitum edere coactus eſt, & canum latratum aſpectu picti canis incitatus, taurusq; ad amorem, & concubitum Aeneę uaccę Syracuſis, nimię ſimilitudinis irritamento compulſus. Quid enim uacua rationis animantia arte decepta miremur? cum hominis ſacrilegam cupiditatem muti lapidis lineamentis excitatam uideamus.

OLIV. CVIVS cōiugem] Praxiteles inter ſtatuarios gloria primus, uel certe ſummus, de quo multa Pli. lib. 36. nat. hiſt. Sed inter cætera dicit, duas ſculpſiſſe Veneres, alteram Chidiam, hoc eſt quæ Cnidi colebatur, quæ non ſolū ibi, ſed in

toto terrarum orbe pręcipua fuit, quam vt viderent multi Cnidum nauigarunt alteram uelata ſpem, quàm quidam prætulerunt. optime ſeuerum id atque pudicum arbitrantes, nam quæ Cnidi fuit, ac Cnidus coempta effigies deæ, fauēte ipſa dea, ut creditur, facta artificio tanto ne non eſſet à libinoſo complexu ſatis tuta ferunt enim quēdam eius amore correptum, cum noctu delituiſſet in templo ſimulacro cohęſiſſe, eiusq; cupiditatis etiā iudicem maculam fuiſſe, multa eius ſimulacra Romam deportata fuerūt, quæ omnia Plin. commemorat. De hoc quoque mentionem facit. Quint. lib. 2. de institut. oratoria, ubi dicit. Si Praxiteles ſignum aliquod ex molari lapide conatus eſſet excudere, parium marmor mallet rudet ad ſi id artiſex expoliſſet, plus in manibus fuiſſet, quàm in marmore. [Spirantem] Virgil. Excudent alij ſpirantia mollius æra. Credo equidem uiuos ducēs de marmore vultus. [In templo Cnidiorum] Cnidio una ex quinque ciuitatibus Doricæ Græciæ, ubi tēplū fuit Veneris, & hoc ſimulacrum, quod Praxiteles ſculpſit, tanta ut diximus arte, ut à libidinoſo cōplexu non fuerit ſatis tutum, adeo uero ipſam deam referebāt. Parum tutam, quia uitium illi inferre uoluit adoleſcens, uiuum putans eſſe corpus. Quo excuſabilior] Quātum Praxiteles arte ſua naturam ſit imitatus, hinc facile conijci pōt, q; eius ſimulacra uiua adeo ſimilia eſſe uidebantur, ut fallerentur bruta, fallerentur homines, ea proſpicientes æquus uiſa ęquę ſtatua hinnitum edidit, non fictā, ſed ueram arbitratus equam. canis pari ratione ad picturam latrauit. Taurus ad Æneæ uaccę ſimulacrū, mixto deſide io cōpulſus eſt, hoc in brutis eueniſſe minus mirū eſt, cum homines rationis participes fuerint eodem errore decepti [Excuſabiliorem] Maiori excuſatione dignus Quid n. uacua rationis animalia digniora ſunt excuſatione animalia ratione carentia, ſi ſunt à ſimulacris, ſiue picturis ueritatis errore decepta, cum hominem audiuerimus rationis principē libidinoſo impulſu cōmotū marmoream ſtatuam fuiſſe cōplexum. [Sacrılegam cupiditatem] Quia deam ipſam, & non ſimulacrum uiolare concupiuit.

Ascan. CIVIS] .ſ. Vulcani cōiugem .ſ. Venerem Praxiteles ſtatuarius optimus collocauit in templo Cnidiorum. [Quaſi ſpirantem .i. ſpiritum uitalem trahētem in marmore, in quo inciſa eſt, eidem ſup. parum tutam. i. defenſam à complexu libidinoſo cuiuſdam. ſ. adoleſcentis, propter pulchritudinē operis, quia eius amore captus erat. [Quo] .i. propter quod error equi eſt excuſabilior, quia ſimili errore homo captus eſt, equi. ſ. equus uiſa pictura equæ. ſ. à Praxitele formate, coactus eſt ædere hinnitum, & latratus canum eſt incitatus aſpectu canis picti, & taurus compulſus eſt ad amorem, & concubitum uaccę Aeneæ i ex ære factæ Syracuſis irritamēto. ſ. prouocatione nimiæ ſimilitudinis. ſ. eum uiua. Quid enim miremur, animalia uacua rationis decepta arte. i. per artem eum uideamus ſacrilegam cupiditatem hominis (audiētis. ſ. ſacram imaginem polluere ex citatam lineamentis lapidis muti? q. d. fruſtra.

QVAEDAM NVLLA ARTE EFFICI POSSE. CAP. XII.

DE EVPHRANORE.

CETERVM natura quemadmodum ſępe numero æmulam uirium ſuarū artem eſſe patitur: ita aliquādo irritam feſſo labore dimittit. quod ſummi artificis Euphranoris manus ſenſerunt. *nam cum Athenis 12. deos pingeret, Neptuni imaginem, quàm poterat excellentiſſimis maieſtatis coloribus cōplexus eſt, perinde ac Iouis aliquāto auguſtiorē repræſentaturus. Sed omni impetu cogitationis in ſuperiori opere aſſumpto, posteriores eius conatus, aſſurgere, quo tendebant, nequiuerunt.

*Pli. li. 35. c. 11. Pauſan. vero in Att. Praxiteli tribuit.

Oliv. CETERVM] Natura plerunque artem ſui æmulam, & imitatricem eſſe paſſa eſt, nōnunquam uero hoc illi, tanquam inuidia denegauit, ſed quod natura prohibuit, casus ſæpe conceſſit. Cic. lib. 1. de nat. deorum. Nulla, inquit ars imitari naturę ſolertiam poteſt [Aemulam imitatricem] Vt ars plerunque natura poſſit imitari ut ſupra in fictoribus, atque pictoribus oſtendimus. [Feſſo labore] Cum cogitationis uires aſſumptę fuerint, inceptum opus perficere non ualeant. [Quod ſummi artificis] Euphranor teſte Quintil. de inſt. orat. pictor, fictorq; fuit ętate ſua laudatiſſimus. dicit. n. Euphranorē admirandum facit, quod & cęteris optimis ſtudijs inter pręcipuos pingendi, fingendiq; idē mirus artifex fuit patria iſthmius, uir docilis, & laborioſus, & in omni genere excellēs, qui cū 12. deos conſeſſum Iouis honeſtantes, ſex ſ. à dextris, & totidem à ſiniſtris pingeret Athenis, Neptuni imaginē tanta eſt arte complexus, ut Iouis deinde auguſtiorē, ac uenerabiliorē, cum uellet repręſentare nō poſſet, quod artis uim oēm in ſuperiori pictura cōſumpſiſſet. & hoc modo ars ſuo labore irrita eſt à natura deſtituta. [Euphranoris manus] Pictoris ſua ętate clariſſimi, de quo Iuuen. Sat. 3. Hic alij quid pręclarū Euphranoris, aut Polycleti. [Maieſtatis coloribus] In pingendo Neptuno colores adhibuit, qui ad exprimēdam maieſtatem eſſent idonei. [Omni impetu] Omnibus uiribus. [Aſſurgere] Extollere ſe, & peruenire.

Euphranor, ſtatuarius, pictor,

Ascan. CETERVM] .i. ſed, quemadmodum natura patitur ſępenumero artem, eſſe ęmulam .i. proximę ad æquiparationem imitatricem uirium ſuarum, ita dimittit. ſ. artem aliquā irritam. i. fruſtratam, labore feſſo. i. fatigato. [Quod. ſ. quā rem manus Euphranoris ſummi artificis. ſ. in pictura, ſenſerūt. i. expertę ſunt. [Nam cum pingeret Athenis 12. deos] Vt opinor ſelectos, quod Varro enumerat, complexus eſt imaginem Neptuni coloribus maieſtatis, q̄. i quantum poterat excellentiſſimis, perinde. i. ſic tamen, aut eo animo, ac ſup. eſſet repręſentaturus Iouis ſupp. imaginem auguſtiorem. i. maioris maieſtatis aliquanto, ſed omni impetu. i. uirtute cogitationis abſumpto. i. exhauſto in opere ſuperiore, hoc eſt in pictura Neptuni, conatus eius poſteriores. ſ. ad pingendum Iouem auguſtiorē, nequiuerunt aſſurgere, quo tendebant, hoc eſt ad auguſtius opus.

DE TIMANTE PICTORE.

QVID *ille alter æque nobilis pictor, luctuoſum immolatæ Iphigenię ſacrificium referens, cum Calchantem triſtem, mæſtum Vlyßem, clamantem Aiacem, lamentantem Menelaum circa aram ſtatuiſſet, caput Agamemnonis inuoluendo, nonne ſummi męroris acerbitatē arte exprimi nō poſſe confeßus eſt? Itaq; pictura eius aruſpicis & amici, & fratris lacrymis madet, patris fletū ſpectantis affectu exiſtimandū reliquit.

*Pli. li. 35. c. 10.

Oliv. QVID ille alter] Hic Timantes fuit pictor eximius Parrhaſij ęmulus, quem ſuperaſſe dicitur in Aiace pingendo, uerum inter cætera eius ingenij monumenta, Iphigenia oratorū laudibus celebratur, quæ cum ante aras peritura eſſet, cum mœſtos pinxiſſet oēs, & mœſtitiæ oēm imaginem cōſumpſiſſet, patris ipſius vultum velauit, quæ iam digne nō poterat oſtendere, de quo Quint. lib. 2. inſt. orat. Quid nō oratione operienda ſunt quædam, quæ ſiue oſtendi non debēt, ſiue exprimi pro dignitate non pñt, vt fecit Timantes in ea tabula, qua Colotecum vicit, nam cū Iphigeniæ immoderatione pinxiſſet triſtem Calchantē, triſtiorē Vlyſſem addidiſſet, Menelao, quem ſummum poterat ars efficere mœrorem conſumptis affectibus non reperiens, quo digne modo pars vultum poſſet exprimere, uelare ei caput, & ſuo cuique animo dedit exiſtimandum. [Aeque] Similiter Euphranor. [Immolatæ Iphigeniæ] Nota eſt fabula, cum Græci ad Aulidem veniſſent, Agamēnon Dianæ ceruam ignarus occidit, vnde irata dea flatus ventorū ſuſtulit, quare, cum nauigare non poſſent, & peſtilentiam ſuſtinerent, conſulta oracula dixerunt, Agamemnonio ſanguine placandam eſſe dianam, ergo cum ab Vlyſſe per nuptiarū ſimulationem adducta Iphigenia, cum in eo eſſet vt immolaretur numinis miſeratione ſublata eſt, & cerua ſuppoſita, & trāſlata ad Tauricam regionem, regi Thoāti tradita eſt, ſacerdosq; facta Dianæ, cui cū humano ſanguine ſacrificaret, vt ex veteri cōſuetudine numen placaret, agnouit fratrem Oreſtem, qui poſt occiſam matrē, & Aegiſtū in vltionē patris factus exul, regno pulſus, raptaq; ſibi Hermione coniuge à Pyrro, furioſus factus, accepto oraculo deponēdi furoris cauſa. cum amico Pylade Colcos petierat. & cum his occiſo Thoante ſimulacrum ſubſtulit abſconditum in faſce lignorū. & cum fratre Oreſte aufugit. [Referens] Pictura ſua repręſentans. [Calchantem triſtem] Qui vates ſic poſcere fata prædixit, vt Agamemnonio ſanguine dea placaret. [Triſtis erat] Cū regiam ſtirpem videret immolari. [Mœſtū Vlyſſem]

Timantes. pictor

Qui per falſas Achillis nuptias impetratam à matre Iphigeniam ad tam crudele ſacrificium duxit. [Clamantem Aiacem] Quod humano ſanguine numina placarentur. [Lamentantem Menelaum] Quod ſuum videret genus immolari. [Inuoluendo caput] Quia patris dolorem ſatis digne exprimere non poſſet] Veſte eius caput obduxit, vt animis hominum patris dolorem exiſtimandum reliquerit.

Ascen. Q Vid] Modus interrogandi continuationi, inſeruiens, ille alter pictor nobilis.ſ. Timantes. [Referens] .i. ad viuum coloribus exprimens ſacrificium Iphigeniæ filiæ Agamem. immolatæ Dianæ iratæ ob ceruã in Aulide cæſam, cũ ſtatuiſſet circa arã Calchãtem.ſ. vatem, & voluntatis deæ interpretem, triſtem ob talem denũciationẽ Vlyſſem mœſtum.ſ. vultu, Aiacem ſ. Thelamoniũ, vt opinor, ſed putem legendũ Oreſtem, clamantem.ſ. præ vehemẽtia doloris, & Menelaum.ſ. patruum, eius lamentantem.ſ. præ maiore dolore. (Eſt.n. auxeſis, nã plus eſt mæſtum q̃ triſtem, & plus exclamantẽ præ modeſtia, q̃ mœſtum eſſe, & adhuc plus lamẽtantem, q̃ clamãtem, quia lamentatio ſuperaddit querulã vocem) ſtatuiſſet dico ſuperiores circa aram in dicta diſpoſitione, inuoluendo.ſ. perſona, aut veſte lugubri, capitium vulgo dicimus, caput Agamem.ſ. patris eius. nõne confeſſus eſt acerbitatẽ ſummi mœroris, qualis eſt paternus, ac maternus in cæde immerita liberorum, nõ poſſe exprimi arte? q.d. haud dubie. [Itaque].i. & ita, pictura eius madet lachrymis aruſpicis.ſ. Calcanthis, & amici.ſ. Vlyſſis, & Aiacis, & fratris.ſ. Menelai, qui frater erat Agam. [Verũ legendũ putẽ vt ſuperius dixi] Oreſtis & aruſpicis, & amici, & fratris, & patrui fletus reliqui exiſtimãdũ.i. iudicãdũ fletũ patris.ſ. Agã. affectu ſpectãtis.

DE ALIO PICTORE.

* Neacleſ. vtait Plin. lib. 35. c. 10 Plutarc. de Fort.

ATQVE * *vt eiuſdem ſtudij adijciam exẽplum, præcipuè artis pictor equum ab exercitatione venientem modo nõ viuum, labore induſtriæ ſuæ comprehenderat. Cuius naribus ſpumas adijcere cupiens, tantus artifex in tam paruula materia multum, ac diu fruſtra tenebatur: indignatione deinde accenſus, ſpongiam omnibus imbutam coloribus forte iuxta ſe poſitam apprehendit, & eam veluti corrupturus opus ſuũ tabulæ illiſit, quam fortuna ad ipſas equi nares directam deſiderium pictoris coegit explere. itaque quod ars adumbrare non valuit, caſus imitatus eſt.*

Oliv. Pictoris opus. ATQVE præcipuè artis] Sunt qui putãt hunc fuiſſe Apellem, de quo ſupra ſatis dictum eſt. Sed teſte Plin. lib. 35. fuit Neacles, & in cane pingendo Protogenes, de quo ſic ait. Protogenes, floruit patria Phicanus, gentis Rhodus ſubiectæ. Paolò uſi a vbi loquitur de eius pictura, eſt in ea canis mire factus, vt quem pariter caſus, & ars finxerit non iudicabat ſe exprimere in eo ſpumam anhelantis, cum in reliqua omni parte, quod difficillimum erat, ſibi ipſe ſatisfeciſſet, diſplicebat autẽ ars ipſa, nec minui poterat, vt videbatur nimia, ac longiuſq; à veritate diſcedere, ſpumaq; illa pingi, non naſci ea ore anxio animi cruciatu, cum in pictura verum eſſe non veriſimile vellet, abſterſerat ſæpius, mutaueratq; peniculũ, nullo modo ſibi approbans, poſtremo iratus arti, quod non intelligeretur, ſpongiã impegit inuiſo loco tabulæ, ex illaq; repoſuit ablatos colores, qualiter curam optauerat, fecitq; in pictura fortuna naturam, hoc exemplo ſimilis, & Nealcem ſucceſſus in ſpuma equi, ſimiliter ſpongia impacta ſecutus dicitur, cum pingeret popizonta retinentem panem, ergo conſtat in pictura plus caſum valuiſſe, q̃ artem, eo q; equi artificioſe depicti cum naribus ſpumas ars reddere non poſſet, caſus attulerit. [Modo non vt fermè viuum] Ac ſi diceret, nihil illi deerat præter ſpiritum. [Spumam adijcere] Quibus anhelantis & curſu redeuntis equi ſigna referret. [Tam paruula materia] Vtpote ſpumas addere naribus, quod videbatur eſſe facillimum, & in eo tamen ars eſt à natura decepta, vt efficere nõ valuerit, quod ipſe ſperauerat. [Caſus attulit] Hinc illud dictum probari poteſt, Caſus vbique valet, ſemper tibi pendet hamus, &c. Item, plus etenim fati breuior valet homo benigni, quàm ſi tu veneris commendat epiſtola Marti.

Ascen. ATque, vt adijciam exemplum euiſdem ſtudij].ſ. pingendi, [Pictor præcipuè artis] .ſ. Nealces, comprehenderat labore ſuæ induſtriæ equum venientem ab exercitatione .i. fatigatione, & curſu modo non.i. vt Oliu. interpretatur fermè, aut hoc ſolo dempto q; non omnino viuum. Cuius naribus ipſe cupiens adijcere ſpumam, tantus artifex tenebatur multum, ac diu fruſtra in tam paruula materia, deinde incenſus indignatione, quòd fruſtra laboraret, apprehendit ſpongiam imbutam omnibus coloribus (quia ſpongia male appoſitos colores tergere ſolent) poſitam forte.i. à caſu iuxta ſe, & velut corrupturus opus ſuum, illiſit.i. iniecit tabulæ.i. in tabulam pictam forma equina, quàm directam ad ipſas nares equi, coegit explere deſiderium pictoris, quia ſpeciem ſpumæ de naſo dependentis exhibuit. Itaque caſus eſt imitatus id, quod ars non valuit. [Adumbrare].i. adumbrando imitari.

SVAE QVENQVE ARTIS OPTIMVM ET AVCTOREM ESSE, ET DISPVTATOREM. CAP. XIII.

*SVAE * autem artis vnumquenque & auctorem, & diſputatorem optimum eſſe ne dubitemus, paucis exemplis admoneamus.* * Quam quiſque norit artem, in hac ſe exerceat prouerb.

Oliv. SVAS artis] Capitulum breue, quo ſuæ quenque artis auctorem optimum eſſe paucis probat exemplis, optimum autem profeſſorem artis appellat, qui ſua verecundiæ, aliena vero callide ſtudia metitur, & æſtimat, qualis fuit Scæu. clariſſimus vir, & interpres, qui quamuis eius rei ſcientiam teneret egregie, tamen quoties de iure prætorio conſulebatur conſultores quibus optime conſulere poterat, ſemper ad Furium, & Caſſellium, qui ſe in eo inie aſſidue exercebant, reijcere ſolitus erat, non vt ſuam ipſe ſcientiam damnaret, quaſi vanam, vel exiguã, ſed vt modeſtiam in ſe maximam profiteretur, qui alienam pluris, quàm ſuam faceret, æſtimaretque ſcientiam.

SVæ, &c.] Autem.i. ſed admonemos, paucis exemplis, ne dubitemus quenque eſſe optimum & auctorem, & diſputatorem.i. iudicem, aut examinatorem ſuæ artis. Ascen.

DE Q. SCÆVOLA.

*Q. Sæuola clariſſimus legũm vates, & certiſſimus quotieſcunque de iure * prætorio conſulebatur, ad Furium, & Caſellium, quia huic ſcientiæ deditierant, conſultores reijciebat, quo quidem facta moderationem ſuam magis commendabat, quàm auctoritatem minuebat, ab his negocium aptius explicari poſſe confitendo, qui quotidiano eius vſu callebant. Sapientiſſimi igitur artis ſuæ profeſſores ſunt, à quibus & propria ſtudia verecunde, & aliena callide æſtimantur.* * prædiatorio, legimus ex or. Cicer. pro Balbo.

Q. Scæuola clariſſimus] De iure prætorio, de quo agitur apud prætorem, cuius profeſſores ſunt cauſidici. [Caſſellium] De quo Flaccus, neſcit quantam Caſſellius Aulus. [Reijciebat] Remittebat. [Callebant] Callide tenebant & eius peritiſſimi erant, nam callere ſi duplicat .i. callide eſſe, & aſture aliquid tenere ſignificat, vt dicenda, ſilendaq; calles. [Profeſſores artia dicuntur] qui ſe ſcire aliqoid profitentur, & ab alija quoque probantur, ſapientes vero, qui de ſuis verecunde, de alienis magnifice loquuntur. Oliv. Sapiens qui.

Q. Scæuola clariſſimus. & certiſſimus] Quia peritiſſimus vates.i. interpres legum, ſicut vates interpretes ſunt voluntatis diuinæ, quotieſcunque conſulebatur de iure prætorio. [Reijciebat] .i. remittebat conſultores.i. à ſe conſiliũ petentes, ad Furium, & ad Caſſellium.ſ. iuris prætorij peritos, quia ipſi dedit erant huic ſcientiæ.ſ. iuris Prætorij. (Quo quidem facto ipſe magis commendabat].i. acceptam faciebat, moderationem ſuam, quia ea parte iuris, cui ſtuduerat, præcipuè contentus erat, q̃ minuebat auctoritatem, confitendo negocium poſſe explicari aptius ab ijs, qui callebant.i. quaſi callum induerãt, quotidiano vſu eius.ſ. iuris prætorij. igitur ſi ſup. ſunt ſapientiſſimi profeſſores artis ſuæ, à quibus.i. ſimul, propria ſtudia æſtimantur.i. cenſentur verecunde, & aliena.ſ. ſtudia tam callide. Ascen.

IVre Prætorio] Ius ciuile eſt, quod ex legibus, plebiſcitis. S.C. Decretis Principum, auctoritate prudentium venit. Ius prætorium autem quod Prætores introduxerunt adiuuandi, Theo.

vel ſupplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam, quod & honorarium dicitur ab honore prætoris ſic nominatum. Nanque & ipſum ius honorarium, quaſi viua vox iuris ciuilis eſt Papinia. de iuſtitia & iure.

EXTERNA.

DE PLATONE PHILOSOPHO.

PLATONIS quoque eruditiſſimum pectus hæc cogitatio attigit: qui conductores ſacræ aræ modum, & formam eius, ſecum ſermonem conferre conatos, ad Euclidem Geometrem ire iuſſit à ſcientia eius cedens, imo profeſſioni.

Oliv. Platonis modeſtia.

PLATONIS eruditiſſimũ pectus] Plato cõſultus de cõſtituenda in arce Palladis ara, qui modus, quæve illi forma melior eſſe poſſet, quãuis Geometriæ peritiſſimus eſſet, tñ ne alterius profeſſionẽ ſibi vſurpare velle videretur, ad Euclidẽ Geometrã ſuo tpe clarum conſultores reiecit. [Conductores] Qui publice cõſtituendam aram cõduxerant. Hoc eſt certo precio faciendam ſuſceperãt. [Ad Euclidem Geometram] Fuit Euclides, teſte Laertio Geometra inſignis Megarẽſis, vel vt alij dicũt, gelonus. [Imo profeſſioni] Vtitur correctione, quia dixerat ſcientiæ cedẽs. Nam eius artis ſcientiã Plato nõ inferior erat Euclide, ſed nõ eam ſolũ profitebatur. ergo ceſſit profeſſioni, quia Plato philoſophiam, Euclides vero geometriam profitebatur.

Ascen. PLatonis, &c.] Hęc .i. huiuſmodi cogitatio attigit quoque eruditiſſimum pectus Platonis, qui iuſſit conductores aręſacrę .i. qui conduxerant aram ſacram fabricandam Athenis conatos conferre ſermones, ſecum de modo, & forma eius, ſcilicet arę ſacrę, ire ad Euclidem geometrem, cedens ſcientię, immo profeſſioni eius. ſ. Eucl dis, qui geometriam profitebatur, q̃ forte Plato non minus callebat, quia tamen aliam philoſophię partem magis profitebatur, eos ad Euclidem miſit.

DE PHILONE.

* Cic. li. 1. de or. & Plin. lib. 7. c. 37.

*GLORIANTVR * Athenæ armentario ſuo, nec ſine cauſa: eſt enim illud opus & impenſa, & elegantia viſendum. cuius Architectum Philonem, ita facunde rationem inſtitutionis ſuæ in theatro reddidiſſe conſtat, vt diſertiſſimus populus non minorem laudem eloquentiæ eius, quàm arti tribueret.*

Oliv. Armamẽtariũ Athen.

GLORIANTVR Athenę] Poſtquam illorum exempla poſuimus, qui ſuę artis auctores optimi fuerunt, de his quoque dicamus qui fuere diſputatores. Cum Philo architecton ſuo tempore clarus Athenis armamẽtarium magnifice fabricaſſet, die quadam proceſſit in theatrum interrogatus, quid illud tam ſumptuoſe ędificaſſet, cum populo gratis tanta videretur impenſa, operis ſui tam eloquenter rationẽ in concione diſſeruit, vt non minus eloquens, quàm peritus artifex ab omnibus fuerit iudicatus. [Gloriantur Athenę] Propter operis magnitudinem, atque pręſtantiam. [Armamentarium] Locus, vbi armamenta, hoc eſt nauium inſtrumenta reponuntur. [Nec ſine cauſa] Ac ſi diceret, non immerito, ſed iure. [Viſendum] Dignum, quod ab omnibus videretur, & ſine dubio tempore. Valerij extabat opus illud, & videri poterat, nunc ne minimum quidem eius veſtigium apparet.

Ascen. GLoriantur, &c.] Athenę, hoc eſt ciues Athen. (accepit.n. frequenter locum pro habitatoribus eius) gloriantur .i. ſe iactant armamentario .i. repoſitorio, & forte etiã officina armorum, præcipue naualium, ſuo, ſ. quod præ cæteris nationibus magnis ſumptibus extruxerant, nec ſine cauſa, ſup. gloriantur. Enim .i. quia illud opus eſt viſendum .ſ. dignum quod viſatur, & .ſ. ſimul impenſa .i. propter impenſam, & elegantia .i. propter exquiſitum ornatum eius [Cuius] .ſ. armamentarij conſtat architectum .ſ. principem ædificantium. [Philonem] .ſ. nomine, reddidiſſe in theatro .i. loco patenti, vnde ab omnibus ſpectari, ne dum audiri poſſet, rationem inſtitutionis ſuæ .ſ. in Armamentario illo extruendo, ita facunde, vt populus diſertiſſimus, quia non erat cultior lingua, quàm attica, attribuerit eloquentiæ eius non minorem laudem, quàm arti eius.

DE QVODAM ARTIFICE.

*MIRIFICE * & ille artifex, qui in opere ſuo muneri ſe à ſutore de crepida, & anſulis paſſus, de crure etiam diſputare incipientem, ſupra plantam aſcendere vetuit.*

* Pli. lib. 35. c. 10. de Apelle. prouerb. Ne ſutor ſupra crepidam.

Oliv. MIRIFICE] Hic fuit Appelles, qui de operibus ſuis vulgi quoque iudicium dum quæreret, teſte Plin. lib. 35. perfecta opera ſua proponebat in pergula, tranſeuntibus, atque poſt ipſam tabulam latens, vitia, quæ notarentur, auſcultabat, vulgum diligentiorem iudicem, q̃ ſe præferẽs, feruntq; à ſutore reprehenſum, quod in crepidis vna intus pauciores fecit anſas, eodem poſtero die ſuperbe emendationem priſtinæ admonitionis cauillãte circa crus, indignatũ proſpexiſſe deuũciante, ne ſupra crepidã ſutor iudicaret, quod id ipſum in prouerbiũ venit. [A ſutore] Sutor eſt, quẽ Græci à lucro cerdonem, nos vero calceolariũ dicere poſſumus, qui in imagine crepidas anſulasq; culpauit, quod Apelles æquo animo tulit, partemq; illã picturæ reformauit, cũ vero de crure diſputare vellet, iratus Apelles, tace inquit, ò ſutor, neque.n. id tuæ artis eſt, paucis verbis hominis impudentiã oſtẽdit, qui quod alterius proprium eſſet, de eo diſputare non erubeſceret, nam teſte Cic. lib. 1. Tuſc. quæſt. Græcorum prouerbiũ fuit, q̃ quiſq; nouerit artẽ, in ea ſe exerceat, ne diſputet. [De crepida] Eſt, calceamenti genus, quod alij Græcum, alij Latinũ eſſe volũt, vt diximus ſupra lib. 3. cap. de nouo cultu corporis, ſed Græcum magis dicendum eſt, & nominatiuũ ab accuſatiuo Græco deductum. [Anſulas] Diminutiuum ab anſa, ſunt autem anſulæ, quibus calceamenta, & veſtimenta nectuntur, ſunt.n. qui anſulis magiſq; eam fibulis delectentur.

Artifex à ſutore reprehẽſus.

Ascen. MIrifice] Sup. cenſuit ac dixit, &. .i. etiã ille artifex ſup. notiſſimus, videlicet Apelles, qui paſſus .ſ. æquo aĩo ſe moneri à ſutore .i. calcifice, aut crepidario ſuo, de crepida .i. calciamẽto in pede imaginis à ſe depictæ, & anſulis .i. extremitatibus, quibus crepide, aut capiſtur, ſicut procula, aut ligantur vetuit incipiẽtem etiã diſputare de crure .ſ. picto, in cuius pede crepidã damnauerat, aſcẽdere ſupra plantã .i. ad res quarum cognitionem non haberet, vnde exit adagium, ne vltra crepidam ſutor ſup. inquirat, aut iudicet, hoc eſt nemo vltra, quàm didicit.

DE SENECTVTE. CAP. XIIII.

*SENECTVS * quoque ad vltimum ſui finem prouecta, in hoc eodem opere, inter exempla induſtriæ, in aliquot claris viris conſpecta eſt, ſeparatim tamen, & proprium titulum habeat, ne cui Deorum immortalium præcipua indulgentia affuit, * & noſtra ornata mentio defuiſſe exiſtimetur, & ſimul ſpe diuturnioris vitæ, quaſi adminicula quędam dentur: quibus inſiſtens, alacriorem ſe reſpectu vetuſtæ fęlicitatis facere poſſit, tranquillitatemque ſęculi noſtri, * qua nulla vnquam beatior fuit, ſubinde fiducia confirmet, ſalutaris principis incolumitatem, ad longiſſimos humanę conditionis terminos prorogando.*

* Cap. 7. huius li.

* ei, legimus.

* Tyberij.

Oliv. Valerij aſſeueratio.

SENECTVS quoque] De ſenectute dicturus obiectioni cuidam tacite occurrit, hæc eadem fermè exempla in cap. de induſtria fuiſſe notata, quamuis, inquit, aliquot clariſſimos viros ad extremam vſque ſenectutem, cum ſummo ſtudio, & induſtria perueniſſe dixerimus, hic tñ ſeparatim de ipſa ſenectute ſuo titulo memoriæ prodendum eſt, vt quorum ætati dij fuere propitij, noſtra ope, & laude nõ defraudarẽtur, hinc illa vtilitas oritur, quod multi his exẽplis ad ſpem diuturnioris vitæ excitabuntur, & erũt hęc exẽpla quędam quaſi adminicula longioris ęui, quibus ſenes reſpectu antiquę fęlicitatis ad viuendũ ſpe fiẽt in dies alacriores, nos quoque fiduciam capiemus, noſtri ſęculi tranquillitate fore diuturnã principis vitã, & incolumitatẽ hac vna ſpe prorogãdo. Prouecta. [Producta] Aliquot, vt in Catone, Socrate, Cleante, multiſq; alijs, quos ſupra memorauimus. [Ne cui Deorũ] Non debemus illo noſtro labore deeſſe, quo minus eos literarũ monumẽtis ornemus, quorũ ætati dij maxime fuere indulgẽtes, vt eos diutiſſime viuere voluerint. [Spe diuturnioris vitæ] Si exẽpla inquit, ſenectutis narrauerimus, ſpem dabimus his, qui diutius victuros eſſe diffidunt, nam quod in alijs valeamus,

videmus, idem nos ſperare poſſumus.ergo exempla noſtræ ætatis,quædam adminicula,hoc eſt ſuſtentacula ſenectutis,dentur. [Tranquillitate] Hoc ad aſſentationem dictũ eſt,à qua diſcendere non poteſt,dicat.n.præterquam q́ ſpes nos ad ætatem alacriores eſſe facit eorum exemplo,qui feliciter vixerunt illud & accedet,q́ tranquillitatem ætatis noſtræ hac vna ſpe confirmabimus,ſi imperatorem noſtrum diutius victurum ſperabimus, vel potius confidemus. Ille nanque vno tenore æquitatem ſeruabit.[Prorogando] Producendo.ſ.ſpe.

Ascen. SEnectus quoque prouecta ad vltimum finem ſui] .i. vſque ad extremũ fati, aut curſus naturalis,cõſpecta eſt in hoc eodem opere inter exẽpla induſtriæ .i. cum de ſtudio,& induſtria ad extremũ vſque vitæ ſeruatis loquerentur in aliquot claris viris, vt in Catone, Socr.Cleãte,& quibuſdã alijs,tñ.i.nihilo minus habeat,&.i.etiã propriũ titulũ (Non ineptè ergo in titulos diuiſimus lib & titulos in capita,ſeu exempla) ne noſtra mẽtio ornata ab effectu.i.ornatior,exiſtimet deſuiſſe ei.ſ.ſenectuti.cui præcipue indulgentia.i cõceſſio deorũ immortaliũ,affuit id eſt,præſens,& auxiliatrix fuit.& ſimul ſpe.i per ſpem diuturnioris vitę quaſi adminicula.i.fomẽta,& media dẽtur.ſ ſenectuti,hoc eſt ſenũ multitudini,quibus.ſ.adminiculis inſiſtẽs t.antẽa poſſit facere ſe alacriorẽ reſpectu felicitatis vetuſtæ i.quæ contingat vetuſtiſſimis quibuſque,q.i,pro &, vt ſop fiducia.i.bona cõfidentia,cõfirmet,i.corroboret ſubinde.i.interdum, trãquillitatẽ ſæculi noſtri.i præſentis,qua.ſ.trãquillitate nulla.ſ.alia tranquillitas fuit vnquã beatior,cõfirmet inquã prorogãdo.i.extendendo incolumitatẽ principis ſalutaris.ſ.Tyberij,ad lõgiſſimos terminos humanæ conditionis.i.vitæ hominis à fatis datæ.

DE M. VALERIO CORVINO.

*Cic.de Sen. & Plin.lib. 7.ca.48. M. Valerius *Coruinus centeſimum annum compleuit,eius inter primum & ſextum conſulatum 40.ſex anni interceſſerunt, ſuffecitque integris uiribus corporis, non ſolum ſpecioſiſſimis reip. miniſterijs, ſed etiam exactiſſima egrorum ſuorum cultura,& ciuis,& patris familia optabile exemplum.

Oliv. M. Valerius Coruinus] Cic.in Catone maiore,qui dicitur à nõnullis de ſenectute. M. quidem Valerium Coruinum inquit,accepimus ad centeſimum annum vitam ſuam produxiſſe,cũ eſſet exacta iam ætate io agris,eoſq́; excoleret,cuius inter primũ,& ſextũ conſulatũ, ſex & 40.anni interfuerũt.Plin.lib.7.M.Valerius Coruinus,inquit,centũ impleuit annos,cuius inter primũ,& ſextũ cõſulatũ 46.anni fuere.Idem ſella curuli ſemel,ac vicies ſedit,quoties nemo alius,adæquauit eius vitæ ſpatiũ Metellus põtifex.Ita quãtum ſpatiũ ætatis maiores noſtri eſſe volũt ad ſenectutis initiũ tantus illi curſus honorũ fuit.M.Valerius Coruinus.Hic Coruinus dictus eſt, teſta Liu.decade ab vrbe cõdita.quod gallũ à quo prouocatus fuerat ad ſingulare certamen,inſidente galea Coruo, & vnguibus roſtroq́; infeſtante,hoſtẽ interemit,Quadraginta ſeptem.Plin & Cic.dñt ſex & quadraginta interueniſſe,hoc aũt dicit Val vt robuſtam eius ſenectutẽ oñdat.[Suffecit] Durauit valuit integris viribus ad rerum tam publicarum, q̃ priuatarũ adminiſtrationem,& exactiſſimam agrorum culturam,quod laudabile fuit, cum in ſenibus vires minantur,fiantq́; in dies languidiores.

valerius Cor.centenarius ſenex.

Ascen. M. Valerius Coruinus compleuit centeſimum annum vitæ, ſup. ſuæ, inter cuius primum, & ſe cum conſulatum quadraginta ſex anni interceſſerunt, & ipſe ſufficit.i.ſatisfuit,aut ſatiſfecit non ſolum ſpecioſiſſimis miniſterijs reip.ſed etiam exactiſſimæ culturæ agrorum ſuorũ viribus corporis integris.exiſtens ſup.optabile, & ita omnibus imitabile,exemplum,&.i.ſimul ciuis,ſ.boni,& patriſfamiliæ.

DE METELLO.

*Cic.de Sen.Pli. lib.7.ca. 48. HVIVS * vitæ ſpatium æquauit Metellus, quartoq́; anno poſt conſularia imperia ſenex admodũ Pont.Max.creatus , tutelam ceremoniarum per duos & 20. annos, neque ore in uotis nuncupandis hæſitante,neque in ſacrificijs faciendis tremula manu geſſit.

Oliv. CVIVS vitæ ſpatium] Hic eſt Metellus ille,qui prius cognominatus, eius Metelli pater, qui à debellata inſula Creta cretici nomen eſt aſſecutus, de quo Cic.in eodem Catone, Ego, inquit, L.Metellũ memini puer,qui cũ quadriennio poſt alterũ cõſulatũ pontifex maximus eſſe factus 22.ann. ei ſacerdotio præfuit. Ita bonis viribus extremo tpe ætatis, vt adoleſcentiã nõ requireret.hic ergo in ætate iam profectiori põtifex factus,in eo magiſtratu p duos & 20 ann.ita ſe geſſit, vt non ſenex,ſed iuuenis eſſe videretur.neque n.lingua in pronunciãdo,nũ manus in adminiſtrãdo illi defuerũt,vt lingua balbucinaretur,aut manus tremeret, quod ſenectutis vitiũ eſſe ſolet [Spatiũ] ſ cẽtum annorũ.[Ore hæſitante] Solent ſæpiſſime ſenes præpeditiori lingua,nõ plena verba proferre. [Votis nuncupãdis] Quia vt ſupra diximus duplex eſt votum,ſm quoſdã, conceptiuũ,& nuncupatiuũ.[Ore hæſitante] Lingua titubante, aut præpediente.[Tremula manu] Quod in ſenibus eſſe ſoleat, tremor quidã membrorũ,& præſertim manuũ, ac pedũ exhauſtis iam viribus,hic vero cõſtanti manu dũ ſacra tractaret,ſemp fuit,ſiue cultrũ à capite victimæ ad caudã deduceret,ſiue mola victimã,cultrumq́; aſpergeret,ſeu victimæ iugulum aperiret.

Metell ſenectus

Ascen. CVius] .ſ.M.Valerij,ſpatiũ vitæ.ſ.centũ annorum. Metellus.ſ.pius æquauit.i. equalẽ numerũ viuẽdo perduxit, & creatus põtifex maximus quarto anno pôſt imperia conſularia.i.poſtquã imperator fuerat,exiſ ſup. ſenex admodum.i. valde geſſit tutelã.i.protectionẽ cæremoniarũ.i. myſteriorum rerum diuinarũ per duos & 20.annos,neque ore hęſitante.i.vacillante,aut titubãte in votis nuncupãdis.i. pronunciãdi nominatim,neque manu tremula.i.tremente in ſacrificija faciendis.

DE Q. FABIO MAXIMO.

Q. Autem * Fabius Maximus duobus & 60. *annis auguratus ſacerdotium ſuſtinuit . robuſta iam ætate id adeptus,quæ utraque tempora ſi in unum conferantur,facile ſeculi modo expleuerint.

*alij Liu lib. 30.Plin. uero. li. 7 ca.48. ſere.Liu.

Oliv. Q. Autem Fabius] Ad centeſimum annum perueniſſe Fabium hoc vno probat argumento Valerius, q́ duobus & 60 annis,augur fuerit.Plin.vero dicit tribus, & 60. lib. 7. nat.hiſt.quem honorem non niſi ætate prouectiori conſequi potuerit cum eiuſmodi dignitas adoleſcentibus nunquã, nec iuuenibus dare conſueuerit , ergo ſi tempus , quo creatus eſt augur,& quo auguratum geſſit in vnum collegerimus, ſeculi ſpatium inueniemus , quod idem ſentire videtur Liuius decade ſecũdi punici belli lib.vii qui dicit,Q.Fabius Maximus moritur exactę ætatis,ſiquidem verũ eſt. Augurem duos & 60. annos fuiſſe,ſicut quidam auctores tradũt,vir certe fuit dignus tãto cognomine, vel ſi nouum ab eo inciperet, ſuperauit paternos honores auitos æquauit , pluribus victorijs, & maioribus prœlijs,aut inſignis Rulli ſi õmnia æquare, vnus hoſtis Hannibal referre poteſt,cautior tamen, q̃ promptior hic habitus eſt. [Robuſta iam in ętate,vtpote in virilitate.[Sęculi] Hoc eſt cẽtum annorum,ſic o.voluere maiores,ſęculum eſſe ſpatium centum annorum,quot hic facile comprehendi poteſt.

Ascen. Q. Autem Fabius Maximus ſuſtinuit].i. potenter geſſit ſacerdotium auguratus duobus , & 60. annis adeptus id.ſ. ſacerdotium auguratus .i. pertinens ad augures , ætate iam robuſta,& ita vero ſimiliter ad 38.annũ peruenerat, vnde addit.[Quæ vtraque].i.ambo tempora.ſ. ſexaginta duorum annorum,& robuſtę ętatis quæ eſt 36.aut 38. annorum ſi conferantur in vnum .i. ſi ſimul computentur , expleuerint facile modum.i.menſuram ſęculi.i.centum annorum.

DE M. PERPENNA.

IAM * de M.Perpenna quid loquar?qui omnibus, quos in ſenatu conſul rogauerat , ſuperſtes fuit , ſeptemque tantũmodo, quos cenſor collega Lucij Philippi legerat è P.C.reliquos uidit ; toto ordine ampliſſimo diuturnior.

*Pli.lib. 7.c.48. de Cęſ. Cic.vet. 3.

Oliv. IAM de M. Perpenna] Hic arguit diu vixiſſe M.Perpẽnam, q́ omnibus ſenatoribus quod ipſe conſul die ſui conſulatus,vocauit in curiam, omnibusq́; inſuper illis quos cenſor legerat in ſenatu, exceptis 7. ſuperſtes vixerit. Plin. lib. 7 nat. hiſt.M.Perpenna & nuper L. Voluſius Saturnius omniũ, quos in conſulatu ſententiam rogauerat,ſuperſtites fuere. Perpenna ſeptem reliquit ex his quos cenſor legerat maxi ſann. 98. fuit ergo ordine ſenatorio , qui ſuo tempore fuit diuturnior , &

Perpẽna diu uixit.

hinc colligere poſſumus, ſenem admodum fuiſſe, quo tempore fuit à Pomp. ſuperatus, & cæſus, q̃q̃ Strab. dicat in Aſia morbo conſumptum fuiſſe, vt diximus in cap. de humili loco natis. [Superſtes fuit] Vixit poſt omnes illos ſenatores, quos ipſe Conſul ſæpius vocauerat in curiam [Cenſor] In cenſura cũ L. Phil. elegerat ſenatum, & tamen lõgitudine vitæ ſuperauit omnes quos elegerat, præter ſeptem quos moriens in vita reliquit.

ASCEN. IAm quid loquar de M. Perpenna, qui fuit ſuperſtes] i. ſuperuiuens omnibus quos rogauerat. ſ. ſententiã in ſenatu? (Alij tñ legunt, quod ſi eſt legendum, legator, in ſenatũ, vt ſit quos vocauerat, cum eſſet conſul, in ſenatum. i. vt conuenirent in curiam) Et vidit tantummodo. i. duntaxat ſeptem reliquos. i. relictos in vita, è patribus conſcriptis, quos ipſe cenſor, & collega L. Philip. legerat. i. elegerat in ſenatores exiſtens diuturnior. ſ. in vita toto ordine ampliſſimo. i. ſenatorio.

DE APPIO.

*Cic. de Sen. APPII * vero æuũ clade metirer, quia infinitũ numerum annorũ orbatus luminibus exegit, niſi quatuor filios, quinque filias, plurimas clientelas rem denique publicã hoc caſu grauatus fortiſſime rexiſſet. quinetiam feſſus iam viuendo, lectica ſe in curiã deferri iuſſit, vt cum Pyrro deformem pacem fieri prohiberet. Hunc cæcum aliquis nominet, à quo patria, quod honeſtũ erat, per ſe parum cernẽs, coacta eſt prouidere?

OLIV. Appij ſenectus. APPII vero æuum] Tullius in Catone, ad Appij Claudij ſenectutem accedebat, quod cæcus eſſet tñ is cũ ſenatus ſententia inclinaret ad pacem cum Pyr. fœdusq; faciendum non dubitauit, dicere illa, quæ verſibus conſecutus eſt Ennius Quo vobis mentes, rectæq; ſtare ſolebant. Ante hac, dementi ſeſe flectere ruina. Ceteraq; grauiſſime inquit, notum .n. nobis eſt carmen. & tñ ipſius Appi conſtat oratio. Atq; ille egit hæc 17 anno poſt alterum conſulatum, cum inter duos conſulatus anni 10. interfuiſſet, cenſorq; ante cõſulatum ſuperiorem fuiſſet, ex quo intelligitur Pyrrhi bello grandem ſanè fuiſſe. Sic à patribus accepimus. Item paulo infra quatuor robuſtos filios quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat, & cæcus, & ſenex. Intentum n. animum, tanquam arcũ, habebat. Nec langueſcens ſuccumbebat ſenectuti. Tenebat. n. non modo auctoritatem, ſed etiam imperiũ in ſuos, metuebant ſerui, verebantur liberi, charum oẽs habebãt, vigebat in illa domo, & mos patrius, & diſciplina Ex his igitur Ciceronis verbis Appium diu vixiſſe facile cõprehendimus, cuius cæcitatis cauſam diximus primo lib. cap. de neglecta religione, quod Herculis ſacra ad humile ſeruorũ miniſterium tranſtuliſſet. De Pyrrhi bello quoque ſæpius dictũ eſt, quare nõ eſt hiſtoria toties repetenda, ſatis cõſtat ſenatus voluntatem ad pacẽ cum Pyrrho faciendam cõditionibus illi quidem gratis, ſenatui vero omnino non honeſtis fuiſſe inclinatã; à qua hic ſolus lectica in curiã delatus, quia iter pedibus tum cæcitate, tũ ſenio confectus non poſſet oratione ſua reuocauit, feceitq;, vt Pyrrhus non conditionibus, ſed armis pelleretur ex Italia cũ ſũma P. R. gloria. [Appij æuũ clade metiter] Non auderẽ inquit, dicere Appiũ dum fuit in cæcitate vixiſſe, quippe qui non in luce, ſed in tenebris vitã, quaſi ipſa morte duxiſſe videatur, niſi me hortaretur eius ſumma prudentia, quã filiorum turba plurimas clientelas, remp. atq; priuatam fortiſſime rexiſſet, quaq; ſenatũ à turpi pace cum Pyrrho facienda diſſuaſiſſe, quę quidẽ res non hominẽ cæcum, ſed perſpicaciſſimũ fuiſſe declarat. Clade, cæcitate oculorũ. [Metiter] Terminarem eius vitam vſque ad cæcitatem reliquum aũt tempus, quo captus luminibus vixit, nõ vitã, ſed mortem potius nominarem. [Feſſus viuendo] Senio cõfectus. [Deformem pacem Quæ Pyrrho magis, quæ ſenatui honeſta eſſe videbatur. Hunc cæcum] Nemo inquit, hominem tanta prudẽtia præditum, qui videret, quæ ſenatus non præuideret, iure cæcum appellauerit.

ASCEN. APpij, &c.] Vero pro ſed, ego metirer .i. menſurarem æuum .i. ſpatiũ vitæ Appij. ſ. Claudij Cæci clade .i. calamitate eius, (quia exigit infinitum numerum annorum orbatus luminibus) niſi grauatus hoc caſu. i. amiſſione viſus, rexiſſet fortiſſime quatuor filios, quinque filias, plurimas clientelas. i. plurimos, qui ſuę fidei, & patrocinio ſe cõmiſerant, & denique. i. vt ſemel dicam, niſi rẽp. rexiſſet fortiſſime. [Quin etiam ipſe feſſus iam viuendo, iuſſit ſe deferri in curiã lectica] In qua ægrotantes, & ingredi nequeuntes deferri ſolent, ut prohiberet pacem deformem. i. turpem reip. Romanæ, fieri cum Pyrrho rege Epirotarum. [Nominet] Supplemento aliquis hunc .i. talem virum tam multa animo videntem pro cæcum, à quo patria cernens. i. perſpiciens parum. i. non ſatis per ſe. i. lumina reliquorum ciuium ſup. id quod erat honeſtum, coacta eſt prouidere. ſ. per conſilium illius, q. d. minime dicendus eſt fuiſſe cæcus.

DE LIVIA RVTILII, DE TERENTIA CICERONIS, AT CLODIA FILIA AVLI.

MVLIERIS * etiam vitæ ſpatium non minus longum in compluribus apparuit, quarum aliquas ſtrictim retuliſſe me ſatis erit. nam & Liuia Rutilij ſeptimum & nonageſimum. & Terentia Ciceronis, * tertium, & centeſimum, & Clodia Auli filia, quindecim filijs ante enixis, quintumdecimum & centeſimum expleuit annum. *Pli. li. 7. c. 48. * cxvij. ſcri. Pli.

MVLIEBRIS] Quaſdam etiam longæuas mulieres fuiſſe legimus, qualis Liuia Rutilij Terentia Cic. Clodij Auli filij, quarum Liuia ſeptimum & nonageſimum impleuit annum Terentia tertium & centeſimum Clodia, quæ has longe ſuperauit quintumdecimum, & centeſimum. De quibus Plin. lib. 7. mentionem facit, dicẽs. Ex fœminis, Liuia Rutilia nonaginta ſeptem ann. exceſſit. Statilia Claudio principe ex nobili domo 99. Terentia Cic 107. Clodia Ofelli 115. hæc quidem enixa quindecies, alias quoque commemorat longiſſimæ ætatis fœminas, quas hic referre, non eſt opus, qm̃ à Valer. non ponuntur. [Strictim] Breuiter, & ſummatim [Terentia] Cicero uxor, poſt exilium & reuocationẽ in patriam per diuortium, nupſit in Criſpo Saluſt. Cic. inimico, deinde Hortenſio. Terẽtia Sal. nupſit. [Quindecim filijs enixis] Paſſiue poſitum eſt enixis in lucem productis, alij habent amiſſis, q᷑ ſine dubio melius eſt, & ſignificat illam quindecim filijs extinctis, fuiſſe ſuperſtitem.

MVliebris ſpatium uitæ, apparuit etiam in compluribus mulieribus non minus longum, q̃ in uiris, quarum ſat erit me retuliſſe ſtrictim aliquas nam & Liuia Rutilij ſup. coniunx aut filia, expleuit ſeptimum, & nonageſimum annum. ſ. ætatis ſuæ. Et Terentia Ciceronis. ſ. uxor, ſed ab eo repudiata, expleuit annum tertium & centeſimum (ubi poſt cẽtum præter morem minorem numerum præponit) & Clodia filia Auli, quindecim filijs enixis. i. partis nmiſſis per mortẽ ante. ſ. q̃ moreretur, expleuit annum quintumdecimum. & centeſimum, vbi ſimiliter minor numerus præponitur quod uſitatius dicas, centeſimum & decimumquintum, aut 15. ſupra centeſimum.

EXTERNA.

DE HIERONE, ET MASINISSA REGE NVMIDIAE.

IVNGAM * his duos reges, quorũ diuturnitas reip. noſtræ fuit vtiliſſima, Siciliæ rector Hiero ad nonageſimum annum peruenit. Maſsniſſa rex Numidiæ hũc modum exceſſit, regni ſpatium 60. annis emenſus, & ante omnes homines robore ſenectæ admirabilis Cõſtat eũ quemadmodum Cicero refert libro, quem de ſenectute ſcripſit, nulla vnquam imbri, nullo frigore, vt caput ſuũ veſte tegeret, adduci potuiſſe. * Eũdem ferunt aliquot horis in eodem veſtigio perſtare ſolitum, non ante moto pede, quàm cõſimili labore iuuenes fatigaſſet, ac ſi quid agi à ſedente oporteret, toto die ſæpenumero nullam in partem conuerſo corpore in ſolio duraſſe. ille vero etiã exercitus equo inſidens, noctem diei plerunque iungendo duxit, nihilq; omnino ex ijs operibus, quæ adoleſcens ſuſtinere aſſueuerat, quo minus ſenectute ageret, omiſit. * Veneris etiam vſu ita ſemper viguit, vt poſt ſextũ & octogeſimum annum filiũ generaret, cui Methymato nomen fuit, terram quoque, quàm vaſtam, & deſertam acceperat, perpetuo culturæ ſtudio frugiferam reliquit.

* Liu. li. 24. 9. Lucia. in Macro. Liu lib. 50. & Lucia Plin. li. 7. c. 48. * Suidas * Pli. li. 7. c. 14. ὀνομα τεμβαν inquit Suid.

OLIV. IVNGAM hic duos Reges] De cæteris dicturus digniora exempla præponit duorum.ſ. Regum Hieronis, & Maſiniſſæ. Hieron. Rex Syracuſarum fuit, cuius infantia ſuæ futuræ maieſtatis dicitur fuiſſe prænuncia, quippe qui genitus à patre nobili, ſed ex ancilla natus, ne dehoneſtaret paternum genus expoſitus fuit. Sed paruulum, & humanæ opis indigentem apes congeſto circa iacentem melle multis diebus aluere, ob quam rem reſponſo aruſpicum admonitus, pater qui regnum infanti portendi canebant, paruulum recollegit, omniq; ſtudio ad ſpem maieſtatis, quæ promittebatur inſtituit eidem adoleſcẽti prima belli ineunti, aquila in clypeo, & noctua in haſta conſcendit, quod oſtentum, & in conſilio cautum, & manu promptum, Regemq; futurũ ſignificabat, denique aduerſus prouocatores ſæpe pugnauit, ſemperq; victoriam reportauit. A Pyrrho Rege multis militaribus donis donatus eſt, pulchritudo corporis ei ſignis, vires quoque in homine admirabilis fuere, in alloquio blandus, in negocio iuſtus, in Imperio moderatus erat prorſus, vt nihil ei deeſſe videretur præter Regnũ. Itaque à Syracuſanis primo Imperator deinde Rex creatus eſt, ſocius ſuit P.R. qui primo pun. bel. inita ſocietate, & amicitia, per 50. annos vſque ad vltimum ſuæ vitæ diem, in fide, & officio permanſit, de cuius liberalitate, quę in P.R. ſecundo pun. bel. vſus fuerit, diximus in cap. de liberalitate, vixit autem teſte Liuio 90. annos, qui lib. 3. decadis ſecundi pun. bel. dicit. Non facile erat nonageſimum iam agenti annũ circũceſſio dies, nocteſq; mulieribus blanditijs, liberare animũ & committere ad pub. priuatamq; coram [Maſiniſſa] Vt dictum eſt lib. 5. c. de ingratitudine, ætatem ſuam ad centeſimum extendit annum, robore tanto in ea ætate, vt adoleſcentiæ vires, licet diminutas, nõ deſiderare videretur. De quo Cic. in Catone maiore audire te arbitror Scip. hoſpes tuus habitus Maſiniſſa, quæ faciat, hodie nonagínta natũs annos, cũ ingreſſus iter pedibus ſit, in equum non aſcendere velle, cum aũt ſit in equo, ex equo, non deſcẽdere, nullo imbre, nullo frigore adduci, vt capite aperto ſit, ſummamq; in eo eſſe ſiccitatem corporis. Ita omnia probantur exequi Regis officia, & munera. [Diuturnitas] Longa vita quorum. [Hunc modum exceſſit] Superauit hunc vitæ terminum, quippe qui centum impleuit annos. [Regni ſpatium] Regnauit annis 60. [Robore ſenectute] Quia fuit quouis ſene robuſtior. [Equidem ferunt] Certare cum iuuenibus ſolebat de patientia, quis nam diutius in eodem veſtigio perſiſtere poſſet qua in re eunctos fatigandos vincebat, quod idem legitur de Socrate, vt in capite de patientia retegimus. [Perſtare] Perſeueranter ſtare. [Ac ſi quid agi] Siue ſtare, ſiue ſedere opus erat, id mirabiliter faciebat Maſiniſſa, nam ſi quis illi dicendum erat populo ſuo, tota die ſolito nullam in partem auerſo pectore perdurabat. [In ſolio] In Regia ſede, eſt autem ſolium, vt vult Seruius, proprie armarium vno ligno factum, in quo Reges ſedebant propter tutelam corporis ſui, dictum quaſi ſolidum, alij vero volunt ſolium dictũ eſſe per antiſtæchon, quaſi ſellium à ſedendo. [Ille etiam exercitus] Non paruum in ſene roboris iudicium, ꝙ à mane vſque ad veſperas equo inſidens caſtra circuiret, ſtationes reuiſeret, & reliqua imperatoria munera obiret, nihil denique ex his laboribus, vel operibus, quæ in adoleſcentia ſuſtinuerat, in ſenectute omitteret. [Veneris quoque vſu] Hæc quoque non paruum teſtimonium eius fortitudinis, ſenſiliumq; virtũ, ꝙ extrema à ſenectute, vel potius ætate decrepita generare potuerit, natus enim ſeptimum, & octogeſimum annum filium Mechinum generauit, ſi mulieri fides eſt habenda.

ASCEN IVNGAM his]. ſ. iam dictis, duos Reges. ſ. Hieronẽ, & Maſiniſſam, quorum diuturnitas. ſ. vitę, hoc eſt longæ vitę fuit vtiliſſima reip. noſtræ, hoc eſt Romanæ, quia ambo fautores illi vixerunt Hiero rector. i. gubernator Siciliæ peruenit ad annũ nonageſimum. ſ. ætatis ſuæ Maſiniſſa Rex Numidiæ exceſſit hunc modum. i. hanc mẽſuram ætatis, emenſus ſpatium Regni. i. quo regnauit 60. annis, & .i. etiam admirabilis robore ſenectæ. i. ſeniſis ætatis ante omnes hominis. ſ. reliquos. Conſtat eum (quemadmodum Cic. refert ſupp. in libro quem ſcripſit de ſenectute) nullo imbri, & nullo frigore potuiſſe adduci. i. cogi, aut perſuaderi vnquam, & tegeret caput ſuum veſte. ſ. capitio, aut galero, aut tyara, aut pileo, &c. [Ferunt]. ſ. rerum veterum ſcriptores, aut recitatores, eundem. ſ. Maſiniſſam, ſolitum per ſtare. i. ſtantẽ manſiſſe, in eodem veſtigio non motis pedibus, aliquot horis, pede. ſ. ſuo non moto, antequam fatigaſſet iuuenes conſimili labore. ſ. perſtandi in eodem veſtigio, ac ferunt, ſi oporteret quid agi à ſedente, duraſſe. i. permanſiſſe in ſolio. i ſede Regali ſæpenumero tota die, corpore nullam. i. non vllam, non conuerſo in vllã partem. [Vero]. i. ſed inſuper ille. ſ. Maſiniſſa, inſidens equo duxit etiam exercitus iungendo plerunque diei. ſ. tot i, noctem, hoc eſt equitando totum diem, & partem noctis antequam deſcenderet, & nihil omnino omiſit, quo minus ageret in ſenectute ex his operibus, quæ ipſe adoleſcens aſſueuerat ſuſtinere. i. tolerare. [Viguit quoque] .i. etiam vſu veneris ſemper ita, vt generaret filium poſt 6. & 80. annum, cui. ſ. filio nomen fuit Methymato (Quidam tamen ſcripſerunt Mechino) & reliquit quoque. i. ei perpetuo ſtudio culturæ, terram fructiferã, quàm acceperat. ſ. in principio Regni vaſtam. i. nullo fructu, aut domicilio ornatam & deſertam. ſ. ab habitatoribus.

THEO. MAſiniſſa] Hæc eadem penè Suidas de Maſiniſſa, quæ Valerius. [Mechino nomen fuit] Apud Plin. nat. hiſt. 7. Methymatus Hermolaus ambigit. vtra lectio caſtigatior hæc, an illa Suidas ait appellatum eſſe Sthembam.

DE GORGIA LEONTINO.

GORGIAS * etiam Leontinus Iſocratis, & cõplurium magni ingenij virorum præceptor, ſua ſententia feliciſſimus.* nam cum centeſimum & ſeptimum ageret annum interrogatus quapropter tãdiu vellet in vita remanere, quia nihil inquit, habeo quod ſenectutẽ meã accuſem. Quid iſto tractu ætatis, aut longius, aut beatius? iam alterum ſeculũ ingreſſus, neque in hoc querelam vllam inuenit, neq; in illo hoc reliquit.

* Cic. de ſenect. 108. ſcribit Plin. li. 7. c. 48 & Luc. & Mac. 9. Quint. lib. 3 c. 1

* Alia.

OLIV. GORGIAS Leontinus] Longiſſimæ, & feliciſſimę ætatis Gorgias Leontinus in ſenectute ſua nulla imbecillitatis incommoda ſenſit, ſed ad extremum vſque ſui fati diẽ robuſtus permãſit de quo Cic. lib. de ſenectute. Qualem, inquit, Iſocrates qui eum librum, qui Panathenaicos inſcribitur, quarto & nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur, vixitq; quinquennium poſtea, cuius magiſter Leontinus Gorgias centum & ſeptẽ compleuit annos, neque vnquam in ſuo ſtudio, atque opere ceſſauit, qui cum ex eo quæreretur, cur tandiu vellet eſſe in vita, nihil habeo, inquit, ꝙ acuſem ſenectutem, præclarum reſponſum, & docto homine dignum Quint. vero lib. 3 ad inſtit. orat Artium autem, inquit, ſcriptores antiquiſſimi corax, & Tiſias ſiculi, quos inſecutus vir eiuſdem inſulæ Gorgias Leontinus. Empedoclis, vt traditur, diſcipulus, is beneficio longiſſimæ vitæ, nam centum, & nouem vixit annos cum multis ſimul floruit, ideo & illorum, de quibus ſupra dixi, fuit æmulus, & vltra Socratem vſq; durauit. Et paulo ſupra oſtendit, illum Iſocratis, & aliorum plurimorum Philoſophorum, & oratorum fuiſſe præceptorem, hic primus fuit, qui profiteri auſus fuerit de quacunque re propoſita eo tempore diſputaturum. [Centeſimum & ſeptimum] Quint. dicit centum & nouem vixit annos. Pli. centum, & octo, vult eum vixiſſe annos lib. 7. [Iſto tractu] Hoc ſpacio.

ASCEN GOrgias Leontinus præceptor Iſocratis, & complurium] ſcilicet aliorum magni ingenij, feliciſſimus ſua ſententia. i. vt ipſemet de ſe iudicauit. Nam cum ageret annum 100. & 7 (hic ex more minorem præpoſuit numerum interrogatus qua pp vellet remanere tandiu in vita, inquit, quia nihil habeo quod. i. propter quod accuſem. i. damnem ſenecturem meã. [Quid ſup.] Fuiſſet longius, aut beatius iſto tractu. i ductu vitæ. ſ. centum & ſeptẽ annorum pq. d. ferè nihil, quia iam ipſe ingreſſus alterum ſeculum. i. centenarium annorum, non inuenit vllam querelã in hoc. ſ. ſecũdo ſeculo neque reliquit in illu, ꝗa neque iuſtã habuit quærendi cauſam, neq; iniuſte queri voluit.

DE XENOPHILO CALCIDENSI PYTHAGORICO.

BIENNIO * minor Xenophilus Calcidenſis Pythagoricus, ſed felicitate non inferior ſiquidem (vt ait Ariſtoxenus muſicus) omnis humani incommodi expers in ſummo perfectiſſimæ ſplendore doctrinæ extinctus eſt.

* Pli lib. 7. c. 50. Luc. in Macr.

OLIV. BIENNIO minor] Hunc eundem feliciſſimum vitæ curſum Xenophilo Calcidenſi Pythagorico viro contigiſſe dicit, niſi quod duobus annis minus quàm Gorgias, vixiſſe dicatur, ſed in eadem felicitate, vt nullum vnquã humanę vitę incommodũ ſenſerit, fuerunt profecto benigniſſimo ſidere nati.

[Perfectiſsimæ doctrinæ] Nihil ei ſeni defuit ad perfectam philoſophiæ doctrinam.

Ascen. BIennio, &c.] Xenophilus Calcidenſis Pythagoricus .i. ſectator Pythagoræ minor.i.iunior ſup.fuit, q̃ Gorgias biennio.i.ſpatio duorum annorũ, ſed non ſup.fuit inferior.i.minori fœlicitate. [Siquidem (vt Ariſtoxenus muſicus ait) Ipſe expers.i.immunis omnis incõmodi humani.i.hominibus accidere ſoliti, extinctus eſt in ſummo ſplẽdore perfectiſsimæ doctrinæ.

DE ARGANTHONIO GADITANO.

*Cic. de Sen. ARGANTHONIVS * *autem Gaditanus tandiu regnauit, quandiu etiam ad ſacietatem vixiſſe; abunde foret, octoginta enim annis patriam ſuã*
* 60. ſic & Pli. li. 7. c. 48. 150. Herod. li. 1. & Cice. Luci. vero 150. *rexit, cum ad imperium * 60. annos natus acceſſiſſet: cuius rei certi ſunt auctores. Aſinius etiam Pollio non minima pars Romanæ ſtyli; in tertio hiſtoriarum ſuarum libro centum illum & 30. annos expleuiſſe commemorat & ipſe numeroſæ viuacitatis haud paruum exemplum.*

Oliv. ARGANTHONIVS] Hic teſte Herod. lib. hiſt. 1. fuit Tarteſsiorum tyrannus cuius Cic. lib. de Sen. hanc breuiter mentionem facit. Expectemus inquit, Tarteſsiorum Regis ætatem, fuit enim vt ſcriptum vidi Arganthoniuſquidam Gaditanus, qui 80. regnauit annos 120. vixit, quod idem affirmat Plin. lib. prædicto, hic ergo cunctos ſupra memoratos ætatis longitudine ſuperauit; quippe qui tanto tempore regnauit, quanto quidem alij complures viuere poſſe lætarentur: [Aſinius etiam Pollio] Hoc teſte Val. dicit hunc ad centeſimum & 30. perueniſſe. [Non minima pars Romani ſtyli] Significat hunc diligentiſsimum fuiſſe rerum geſtarum ſcriptorem, non inter inferiores connumerandum, quippe qui Romanum ſtylum probe teneret,

Ascen. ARganthonius aũt Gaditanus] Et ita in vltimis Hiſpaniæ natus; regnauit tandiu, quandiu foret abunde vixiſſe; etiam ad ſatietatem. Rexit.n. patriam ſuam 80. annis, cũ acceſsiſſet ad Imperium natus annos 40. & ita 120. annos vixis. Cuius rei ſunt certi auctores, vt Cic. & Plin. quos illi ſecuti ſunt. Quinetiã Aſinius Pollio. [Non minima pars] .i. non contemptibilis, ſed egregius exercitio ſtyli Rom.ſ.ſcribendo Rom. cõmemorat 3. lib. ſuarũ hiſtoriarũ, illum.ſ. Argãthonium expleuiſſe annos 100. & 30. &c.i. etiã ipſe.ſ. Pollio haud paruum, imo magnũ exẽplum viuacitatis numeroſæ, quia ipſe etiã diu vixit:

DE ÆTHIOPIBVS, ET INDIS.

* Atqui li. 3. ſcribit, ἔτεα μὲν εἴκοσι καὶ ἑκατόν. De Indis multo aliter Arria. li. 8. HVIVS * *Regis conſummationem annorum minus admirabiles faciunt Aethiopes: quos Herodotus ſcribit centeſimum & trigeſimum annum tranſgredi: & Indi, de quibus Cteſias idem tradit.*

Oliv. HVIVS Regis conſummationem] Longiſsimæ vitæ Arganthonius fuiſſe videtur, ſed minus admirabilis tanta æui longinquitas, ſi q̃ Herodotus tradit Aethiopum, & ſiquam Herodotus Theſias Indorum ætatem conſiderare voluerimus, nam conſtat vtroſque centeſimi, & 20. anni ſuperaſſe metã, Solinus de Æthiopibus, vltra meroen, inquit ſuper exortum ſolis, Macrobij Æthiopes vocantur, dimidio.n. eorum potentior q̃ noſtra eſt vita, hi Macrobij iuſtitiam colunt, amant æquitatem, plurimum valent robore præcipuo, &c. Item alibi de Indis apud Theſiam legitur quaſdam fœminas ſibi ſemel parere, natoſq; canos illico fieri, eſſe rurſum gentem alteram, quæ in iuuentute cana fit, nigreſcat in ſenectute. Vltra æui noſtri terminos permanentem. [Cõſummationem] Perfectionem, deductionem ad finem. [Æthiopes] Dicti ſunt ab αἴθω, quod Latinè eſt cremo, & ὄψις vultus, eo quod vultum nimio ſolis ardore habebãs aduſtum, vel ab Æthiope Vulcani filio, qui totam Æthiopiam à ſe denominauit, eſt autem Æthiopia teſte Solino, ingentes, moribus cultus, & natura, diſsimilis, diſtributa. Quos Hero. ſcribit, dicit inſuper Herod. Scytarum Regem, legatis Cyri regis Perſarum ſenes complures oſtendiſſe, qui centum & 20. annos peregerant. [Theſias] Antiquiſsimus hiſtoriarum ſcriptor.

Ascen. HVius, &c.] Aethiopes quos Herod. ſcrib. tranſgredi annum.ſ.vitæ 100 & 30. & Indi. de quibus Cteſias (aut vt Oliu.ſcr. Theſias) antiquiſsimus ſcriptor, tradit idem, ſ. quod 100. & 30. annum tranſgrediantur, faciunt conſummationem annorum huius Regis.i. Arganthonij minus admirabilem, quia non eſt magnopere mirandum in vno ſemel contigiſſe, quod in vniuerſo populo quotidie ferè contingit.

DE EPIMENIDE CNOSIO.

*Pli. li. 7. c. 84. & Laert. in vita. ET * *Epimenides Cnoſius, quem Theopompus dicit ſeptem & quinquaginta & centum annos vixiſſe.*

Oliv. Epimenides diutiſsimè vixit. ET Epimenides] Hic Philoſophus Cretenſis fuit Pythagoræ coætaneus, teſte Apuleio, de quo Laertius lib. de vita. Philoſophorum fabuloſa quędam narrare videtur, nam dicit, ꝙ à patre iuſſus ad paſcua ducere oues, circa meridiem diuertit in proximam ſpeluncam, vbi 50. & ſeptem annis perpetuo ſopore requieuit, ea itus quæſiuit oues, putabat.n. ſe parum obdormiuiſſe, quas cũ non inueniret in agrum reuerſus, cũ verò agrum in alterius poteſtatem veniſſe videret, & cuncta mutata eſſe perpendere, rediſt in oppidum, vbi à iuniore fratre iam veteulo cognitus, omnem ex illo didicit rei veritatem, deinde Philoſophatum eſt, ſcriptumq; multa, quę hoc loco referre non eſt opus, mortuus eſt autem anno ætatis ſuæ centeſimo quinquageſimo ſeptimo, teſte Phaſgone lib. de longæuis. Plin. dicit. 157. vt autem Cretenſes tradunt, teſte Laertio, ducentis nonaginta annis. [Cnoſius] Cretenſis, & Cnoſio vico oriundus.

Ascen. ET Epimenides Cnoſius].i. Cretenſis (profertur aũt Cnoſius) Philoſophus, quem Theopompus dicit vixiſſe annos ſeptem & 50. & centum, hoc eſt ſupra centum, ſup. facit conſummationem annorum huius Regis, minus admirabilem.

DE QVIBVSDAM EPIORVM.

*Pli. lib. 7. c. 48. HELLANICVS * *vero ait quoſdam ex gente Epiorum. qua eſt pars Aetoliæ, ducentos explere annos, eique ſubſcribit Damiates, hoc amplius firmant*
* Pictoreum in Plin. ** Litorium quendam ex his maximarum virium, ſtaturaq; præcipuũ trecenteſimum annum cumulaſſe.*

Oliv. HELLANICVS] Hic populus quoſdam Ætoliam incolentes nomine Epiperos, vel vt alij dicunt Epiros, qui olim dicti fuerunt helidenſes 200. annos explere dicit. Cui Dalmaſtes aſſentiens addit, & illud. Lithorium quendam ea gente natum vaſti corporis, & maximarum virium hominem, trecentos annos viuendos peregiſſe; ſpatium vitæ ſatis admirabile, nobis præſertim, qui via nati vitam amittimus. Plin. hæc omnia fabuloſa eſſe, & ex errore annorum prouenire; quos alij ſex menſium, alij trium conſtituiſſent, dicit Leonar. Aret. in trãſlatione Baſilij, ego, inquit ſiue quis Tithoni ſenectutem, ſiue viuaciſsimi apud noſtros Mathuſalem, qui mille annos minus triginta dicitur vixiſſe, &c.

Ascen. HEllanicus vero ait, quoſdam ex gente Epiorum, quæ eſt pars Aetoliæ (Sunt autem, qui vt Oliu. Epipetorum legãt, ſed quia omnia inuerſa ſunt, nos quantum poſſumus meliorem ſequimur lectionem) explere annos ſ. vitæ 200. & Damiates, ſeu vt alij ſcribunt Damaſtes ſubſcribit.i. ſuffragatur & aſſentitus eidem, aſſirmans hoc amplius, quendam Litorium ex his maximarum virium, & ſtaturæ præcipue, cumulaſſe annum, ideſt vitæ trecenteſimum.

Thao. EPiporum] Plinius, & Hermolaus Epeorum legunt. [Litorium] Hermolaus apud Plinium, Pictoreum, ſunt qui elitorium malunt vtrobique.

DE DANDONE ET REGE QVODAM.

*Pli. lib. 7. c. 48. ALEXANDER * *vero in eo volumine, quod de Illirico tractu compoſuit, affirmat Dandonem quendam ad quingenteſimum vſque annum nulla ex parte ſeneſcentem proceſſiſſe. Sed multo liberalius Xenophon; cuius * περὶ γήρως legitur. * is enim Latinorum Regem octingentis vita annis donauit, ac ne pater eius parum benigne acceptus videretur, ei quoque ſexcentos aſſignauit annos.*
* Periplo, Pli. * Lamorũ, ſed Pli. maritimorũ.

Oliv. ALexander] Alexander compoſuit librum de longitudine maris Illyrici, in quo præter cætera memoratu digna illud etiam refert, Dandun, quidam ad quingentorum annorum ætatem ſine ſenectute perueniſſe, quia in ea ætate ſeneſcere non videbatur, nullis animi, & corporis viribus debilitatus. [De tractu illyrico] Quantum extenditur illiricum mare. [Nulla ex parte ſeneſcentem] Neque animi, neque corporis viribus deficientem, non ſapientia, non memoria carentem, quæ ſenectutis vitia eſſe ſolent. [Sed multo liberior] Cum plures fuerint Xenophontes dubitari poſſet hoc loco, de quo potiſſimum dicat, ſed facile conijcitur de Xenophonte Athenienſi Philoſopho dici Socratis diſcipulo, qui primus omnium Philoſophorum hiſtoriam ſcripſit, de quo ſupra ſatis dictum eſt. Et Cic. lib. de ſenect. Cyrus inquit, apud Xenophontem in eo ſermone quem moriens habuit, cum admodum ſenex eſſet, negauit ſe nunquam ſenſiſſe ſenectutem ſuam imbecilliorem factã, quàm fuiſſet in adoleſcentia. hic igitur in hiſtorijs ſuis liberalior fuit in præſtanda hominibus vitæ longitudine, non enim dubitauit ſcribere Latinorum Regem cuius nomen Valerius nõ ponit octingentos vixiſſe annos, eiusque patrem ſexcentos liber περὶ γήρως, hoc eſt ſenectute:

Ascan ALexander vero hiſtoriographus] Et coſmographus affirmat in eo volumine, quod compoſuit de ſactu illyrico quendam Dandona, ſeu Dadoaem proceſſiſſe vſque ad annum quingenteſimum nulla ex parte ſenectutem, ideſt ſenio debilitatum aut immutatum. [Sed Xenophon] ſ. Athen. multo liberius ſup. mentitus eſt, aut ſcripſit, aut multo liberalius. i. largius dedit vitæ homanæ cuius ſ. Xenophontis opus ſup. aut liber, περὶ γήρως. i. de ſenectute legitur. Is enim donauit (propter hoc verbum legam liberalius, aut liberalior ſup. fuit) Regem Latinorum octiogentis. i. octies centum annis vitæ, at ne pater eius. i. dicti Regis videretur acceptus ſ. ad Xenophontẽ parum benigne, aſſignauit quoque ei ſexcentos annos, hoc autem dicit auctor cum riſu quodam fabuloſam videlicet exiſtimans talẽ vitam. Neque tamen illis ſubſcripſerim, qui Mathuſalem, aut alterius in Biblia noſtra commemorati, annos ad ſpatium trimeſtre reuocant, nam non eſt veroſimile eundem auctorem videlicet Moſem. in vno, eodemque opere, varias anni rationes fuiſſe ſecutum, at de ſolaribus annis qui 12. ſunt menſium locutum eſſe conſtat, cum dicat. Vixit autem Heſter triginta quatuor annis, & genuit Reu, vixitq; Phalech poſtquam genuit Reu ducentis nouem annis, & genuit filios & filias, &c. vbi ſi de iiſdem annis loquitur, non eſt dubium de magnis loqui, nam ſi de trimeſtribus loquatur Phalech fuerit duntaxat octo annorum, & ſex menſium cum genuerit, quod ex alijs quoque multis conijcere licet. Mirabilem etiam vitam Ioannis de temporibus memorat Gaoinus in compendio Hiſtoriæ Gallicanæ.

Anni de gbus ſit mentio I veteri teſto lates fuerunt.

Thad. LAtinorum] Plinius hiſt. nat. aij. Xenophon Imperium Paltinorum inſule octingentis, atque vt pater mentitus filium eius ſexcentis ait vixiſſe, quidam Valerij codices habent etiam Laminorum.

DE CVPIDITATE GLORIÆ.

CAP. XV.

GLORIA vero unde oriatur, aut cuius ſit habitus, aut qua ratione debeat comparari, & eam melius à virtute, velut non neceſſaria, negligatur: viderunt ij, quorum in contemplandis huiuſmodi rebus cura teritur, quibusque etiam quæ prudenter animaduerterunt facunde contigit eloqui. Ego in hoc opere factis auctores & auctoribus facta ſua reddere contentus, quanta cupiditas eius eſſe ſoleat proprijs exemplis demonſtrare conabor.

Oliv. GLoria vero] Scripturus de cupiditate gloriæ, eius diffinitionem, & originem, & habitum, & modum prætermittere velle dicit; quoniam id magis Philoſophorum ſit, quàm ſcriptorum Philoſophi enim de rebus diſputantes, ab earum ſemper diffinitione incipiunt, quia omnis, quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à diffinitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit illud, de quo diſputatur, ſcriptores vero res geſtas dictis illuſtrare, ac celebrare ſuis, & facti auctores, & auctoribus facta reddere contenti ſunt, itaq; gloriæ diffinitione prætermiſſa, tantum eorum exempla ſubiungit, qui eius cupidi fuiſſe videantur. Gloria vero, vt à multis diffinitur, eſt frequens fama cum laude, quam Cic. tribus rebus conſtare dicit. Si diligit multitudo, ſi fidem habet, ſi cum admiratione quadam honore dignos putet. [Vnde oriatur] An à magnitudine animi an ab ambitione. [Cuius ſit habitus] Electiuus, an contemptiuus, nam ſi ab ambitione proficiſcetur vitium eſt. & tunc habitus eſt contemptiuus. ſi ab animi magnitudine, virtus, & tunc eſt habitus electiuus. [Aut qua ratione debeat comparari, An rebus bellicis, an domeſticis, nam ex rerũ publicarum adminiſtratione, vel ex bellis gerendis vel ex ſtudijs literarum gloria comparatur. Socrates vero dicere ſolebat, viam ad gloriam proximam eſſe, & quaſi compendiatum, ſi quis id ageret. vt qualis haberi vellet talis eſſet. An melius à virtute negligatur. Sicut nonnulli Philoſophi præcepta de contemnenda gloria tradiderunt cum ipſi tamẽ appetiiſſe gloriam maxime viſi ſint, quia teſte Cic. trahimur omnes ſtudio laudis, & optimus quiſque maxime gloria ducitur. Et illi ipſi Philoſophi, libellis illis, quos de contemnenda gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt, in eo ipſo, in quo prædicationem, nobilitatemq; deſpiciunt, prædicari ſe, & nominari volunt, ſed eſt fortis, & magnanimi viri gloriam non appetere, & ſola ſuorum, recte factorum conſcientia contentos eſſe, nam ſæpe vitis maior gloria ſpreta reddit. [Quaſi non neceſſaria] Quia ſatis ſit conſcientia recte factorũ in contemplandi eiuſmodi rebus Philoſophi origines virorum, atq; virtutum, & vniuſcuiuſq; habitum diligenter inquirunt. [Animaduerterunt] Viderunt hi qui prudenti cogitatione ſunt aſſecuti, & illud diſerte verbis tradere poſſunt, & ita ſuum meritum extenuat Valerius cum ſe neq; ſapientem, neq; profiteatur eloquentem. [Factis auctores] Quoties res geſtæ memoriæ producuntur, tunc auctores factis, & auctoribus facta redduntur, quia, & quæ fuerint, & à quibus, facta dicere ſolent, immo res geſtæ ſine earum auctoribus memorari ferme non poſſunt.

Socrates philoſophus.

Ascan GLoria vero, aut vnde oriatur, aut cuius habitus ſit,] ideſt vtrum virtutis, an vitij, vel an electiuus, an contemptiuus, ſeu eligibilis, aut contemptibilis, aut qua ratione. i. via, & modo debeat comparari. i. acquiri, & an melius negligatur, à virtute. i. homine ſtudioſo virtutis, quaſi non neceſſaria. ſ. ad aſſecutionem veræ virtutis, viderint. i. permitto, vt videant (enim verbum conceſſiui modi) . i. quorum cura teritur. i. abſumitur in huiuſmodi rebus contemplandis. i. ſpeculatione talium rerum, quibusque. i. & quibus contigit. i. datũ eſt etiam eloquendi facunde, quæ animaduerterunt. i. conſiderauerunt, & excogitauerunt (quæ res neceſſaria eſt ad traditionem debitam, vnde contemnendi, qui hanc partem contemnunt) Ego contẽtus in hoc opere reddere. i. aſſignare factis. i. rebus geſtis auctores. ſ. qui eas fecerũt, & auctoribus facta ſua, conabor demonſtrare exemplis proprijs. i. aptis, quanta cupiditas eius. ſ. gloriæ ſoleat eſſe.

DE SVPERIORE APHRICANO.

*SVPERIORE * Aphricanus Ennij, Poetæ effigiem in monumentis Corneliæ gentis collocari voluit, quòd ingenio eius opera ſua illuſtrata iudicaret: non quidem ignarus quandiu Romanum Imperium floreret, & Aphrica Italiæ pedibus eſſet ſubiecta, totiusq; terrarum orbis ſummũ culmẽ arx capitolina poſſideret, eorum extingui memoriam non poſſe: ſi * tamen illis literarũ quoq; lumen acceſſiſſet, magni æſtimans vir homerico, quàm rudi atq; impolito præconio dignior.*

* Cic. pro Arc. Li. li. 38. & Plin lib. 7. c. 30.

* Ennius enim arte dr ab Ouid. de Triſti.

Oliv. SVperior Aphricanus] Quod inſita ſit hominibus gloriæ naturalis quædam appetitio, ex his exemplis facile cognoſci poteſt. cum Scip. Aphric. ſuperior, qui Hannibalem ex Italia retraxit, qui Carthaginem Rom. tributariam reddidit, ſciret tantam eſſe magnitudinem rerum ſuarum, vt dum Romanum ſtaret Imperium, eorum memoria nulla vetuſtate poſſet aboleri, voluit tamen inter Cor. gentis monumenta locari Poetam Ennium, quod ſua geſta fuiſſent illius carminibus comprehenſam, quaſi literarum immortalitati commendata, de quo Cic. in oratione pro Archia Poeta Carus inquit fuit Aphricano ſuperiori noſter Ennius itaq; etiã in ſepulchro Scip. putatur is eſſe conſtitutus, & marmoratus laudibus Plin. lib. 7. Prior, inquit, Aphric. Q. Ennij ſtatuam ſepulchro impont ſuo iuſſit,

tlarumq; illud nomen immo vero ſpolium, ex tertia orbis parte raptum in cinere ſupremo cum Poetæ tinxit legi. [Monumentis] In ſepulchris, vt ſupra Cic. vel inter ſtatuas, & titulos. Nam monumenta dicuntur ſepulchra, hiſtoriæ, annales interdum, hoc autem fecit Scip. quia gloriæ nimia cupiditate flagrabat. [Summum columen] Suſtentaculum, Capitolium enim arx

Scipio gloriæ cupidus. fuit Romanæ vrbis, quæ totius orbis terrarum aliquando poſſedit Imperium. [Vir homerico] Dignus inquit, fuerat Scipio, qui potius Homeri, quàm Ennij, aut alterius inepti Poetæ carminibus decantaretur.

Ascen. SVperior Aphricanus] Scipio maior Carthaginis domitor voluit effigiem .i. imaginem ad vinum capteſſam, Ennij Poetæ collocari in monumentis .i. rebus memoratiuis, & ſepulchris ad memoriam ſeruandam; extinctis, gentis Cor. hoc eſt ſuæ, quòd .i. quia indicaret opera ſua illuſtrata ingenio eius, ſcilicet. Ennij Poetæ non quidem ignarus .i. qui Aphr. non ignorauit quandiu Imperium Rom floreret, & Aphrica eſſet ſubiecta pedibus Italiæ, & arx Capitolino poſſideret ſummum culmen .i. Principatum totius orbis terrarum memoriam eorum .ſ. monumentorum Cor. gentis non poſſe extingui, ideſt deleri pœnitus, tamen æſtimans magni, ſi lumen quoque literarum acceſſiſſet .i. aditum eſſet illis, ſcilicet monumentis gentis ſuæ ens ſup. ant exiſtens vir dignior præconio homerico .i. qui ab Homero excellentiſſimo Poetarum laudaretur vt Achilles olim, quàm præconio rudi, & impolito, quale erat Ennij, qui ſententias bonas inculcis verbis inuoluiſſe dicitur, unde & Maro dixiſſe fertur, ſe aurum, aut lapillos ex ſtercore Enniano colligere, dum ſententias inde erueret.

DE DECIO BRVTO.

* Cic. p Arc. & l Brut. SIMILITER * *honoratus animus erga Poetam Accium Decij Bruti ſuis temporibus clari ducis extitit: cuius familiari cultu, & prompta laudatione delectatus eius verſibus templorum aditus, quę ex manubijs conſecrauerat, adornauit.*

Oliv. Brutus gloriæ cupidus. SIMILITER] Pari gloriæ Decius Brutus fuiſſe ſtudioſus, qui Accium Poetam ſimili honore voluit decorare. Nam illius verſus quibus ſua facta continebantur, in veſtibulis templorum, quæ ex hoſtili præda facienda curauerat, iuſſit impingi, ut illud opus Decij cura conditum fuiſſe cognoſceretur. Cic. in oratione Decius, inquit, Brut. ſummus vir, & Imperator, Acij amiciſſimi ſuis carminibus templorum ac monumentorum aditus exornauit, ſuorum, illud etiam ad huius hominis gloriæ cupiditatem ſpectare videtur, quòd gladiatorum munus in honorem patris ſui defuncti primus ædidit Romæ, vt diximus in cap. de militaribus. [Similiter honorantis] Quia non alio Decius Brutus Accium, quàm Ennium Scip. fuerat honore proſecutus. [Prompta laudatione] Quia Brutum carminibus commendauerat, qua commendatione, quia prompta eſſe videbatur, maxime delectatus eſt. Brutus. [Ea ſuis manubijs] Manubiæ dicuntur hoſtium ſpolia, ſed propriæ ſunt pecuniæ ea venditione prædæ recuperatæ.

Ascen. SImiliter, &c.] Animus Decij Bruti ducis clari ſuis temporibus, extitit honoratus .i. honore affectus (quia honor eſt in honorante) ſimiliter erga Accium Poetam, cuius .ſ. Accij cultu familiari, quia frequens, tanquã cliens domi eius fuerat, & laudatione prompta .i. prompto animo exhibitã, delectatus, adornauit aditus .i. veſtibula templorum, quæ .ſ. templa ipſe Brutus conſecrauerat .i. dijs conſtructa dicauerat, ex manubijs .i. parte prædæ ducet cõpetente verſibus .i. carminibus, eius .ſ. Accij Poetę.

DE POMPEIO MAGNO.

* Cic. p Arc. & Ser. lib. 13. NE Pompeius * *quidem Magnus ab hoc affectu gloriæ auerſus: qui Theophanem Mitylenæum ſcriptorem rerum ſuarum in concione militum ciuitate donauit, beneficium per ſe amplum; accurata etiam & teſtata oratione proſecutus. Quo effectum eſt, vt nequis dubitaret, quin refert potius gratiam, quàm inchoaret.*

Oliv. Mitylenę. Pompeio carus. NE Pompeius quidem Magnus ab hoc effectu gloriæ. Neque Pompeius diſſimulauit ſe gloriæ cupiditate affectũ eſſe qui Theophanem Mitylenæũ, qui ſua res geſtas memoriæ prodidiſſet, non ſolum Romana ciuitate donaret, ſed illum accurata quoque ratione, in cõcione laudarit, quod & Cic. in eadem quàm diximus, oratione teſtatur. dicit enim, quod noſter hic magnus, qui cum virtute fortunam adæquauit, nonne tunc Theophanem Mitylenæum ſcriptorem rerum ſuarum in concione militum ciuitate donauit; & non ſolum illi fortes viri, ſed ruſtici, ac milites dulcedine quadam glorię commoti, quaſi participes eiuſdem laudis magno illum clamore approbarunt. [Ab hoc effectu gloriæ verſus] Qui Theophanem Mitylenæum, ab hoc cupiditate, eſt enim cupiditas affectus, & paſſio quædam animi noſtri. [Referret potius gratia] Quaſi illi plurimum deberet, quòd res ſuas literarum monumentis tradiſſet.

NE quidem] .i. non etiam, aut non ſaltem Pomp. Magnus fuit auerſus .i. alienus, aut abhorrens ab hoc affectu gloriæ, qui donarit ciuitate .i. ciuem Rom. fecerit in concione militum .i. oratione, quam habuit ad milites, Theophanem Mitylenæum ſcriptorem rerum ſuarum .i. à ſe hoc eſt Pomp. geſtarum, & proſecutus eſt oratione accurata etiam, & atteſtata, ideſt publice fatente hoc nomine ipſum ciuitate donatum, beneficium .ſ. donationis ciuitatis, amplum .i. magnificum per ſe .i. ſine adiectione elogij, aut teſtationis alicuius. [Quo,] ideſt per quam atteſtationem effectum eſt; vt ne quis .i. nullus dubitaret, quin .ſ. Pompeius referret potius gratiam .i. debitam, quàm inchoaret .i. inhiret nouam. Ascen.

DE LVCIO SYLLA.

LVCIVS * *autem Sylla, & ſi ad neminem ſcriptorum animum direxit, tamen Iugurtha à Bocco Rege, ad Marium perducto, totam ſibi laudem cupide aſſeruit, vt annulo, quo ſignatorio vtebatur ſculptam illam traditionem haberet: & quantus poſtea? ne minimum quidem gloriæ veſtigium contempſit.* * Plin. li. 37. c. 1. & Plut. in Sylla

LVCIVS autem Sylla] Etſi nullum ſuis rebus geſtis ſcriptorem adhibitit Sylla, quo maxime ſit delectus animi ſui tamen affectum, gloriæq; cupiditatem eo facile modo indicauit, quòd annulo ſuo quo tabellas obſignare conſueuerat, Iugurtham captum inſculpſerat, quanquam non ſuis, ſed Marij conſilijs, & auſpicijs captus fuiſſet, ſuo tamen conſilio atq; prudentia, nota eſt hiſtoria apud Saluſt. de bello Iugurthino, diffiſus enim viribus ſuis Iugurtha ad Bocchi Getulorum Regis generi ſui fidem opemq; confugit, à quo violata fide per proditionem Ro. auctore Sylla traditus fuit. [Annulo ſignatorio] Quo ad ſigillandas tabelles vtebatur, nam in eo Iugurthæ traditionẽ habebat inſculptã. [Quantus poſtea] Eius deinde quæ ſecuta eſt magnitudo facile declarat auiditatẽ gloriæ, nam niſi gloria fuiſſet accenſus res tantas gerendas non ſuſcepiſſet, vt rerum uſum ipſe ſolus potiretur. [Aſſeruit] Vendicauit, attribuit aſcripſit. Oliv.

LVcius autem Sylla, etſi] .i. quanquam ad neminem .i. ad vllum non duxerit animum ad vllum ſcriptorem, tamen Iugurtha Rege Numidiæ perducto à Boccho Rege Mauritaniæ, ad Mariu .ſ. Imperatorem, cuius legatum, [Sylla agebat aſſeruit] .i. addixit, & attribuit cupide ſibi totam laudẽ, ita ſup. vt haberet illam traditionem .ſ. Iugurthæ à Boccho ſculptã ſup. in annulo, quo vtebatur ſignatorio .i. vt dicunt proſignato. [Et quantus] ſup. fuit poſtea? q. d maximus euaſit, & tñ ne minimum quidem veſtigium gloriæ contempſit hoc eſt qui ab incremento primo amplitudinis ſuæ ſi gloriam captauit nunquã deinceps etiam vir maximus affectus, eandem contempſit. Ascen.

DE QVODAM EQVITE.

ATQVE *vt Imperatoribus glorioſum militis ſpiritum ſubnectam Scipionem, dona militaria ijs qui ſtrenuam operam ediderant, diuidentem, T. Labienus, vt forti equiti aureas armillas, tribueret admonuit: eoq; ſe negante id facturum, ne caſtrenſis honos in eo, qui paulò ante ſeruiſſet, violaretur: ipſe ex præda Gallica aurum equiti largitus eſt. nec tacite id Scipio tulit, nam equiti habebis, inquit, donũ viri * diuitis quod vbi ille accepit, proiecto ante pedes Labieni auro vultũ demiſit. Idem vt audiuit Scipionem dicentem, Imperator te agentis armillis donat alacer gaudio abijt, Nulla* * Diuitis .ſ. Labieni. * Ci. ep. 7. lib. 7. ad Att.

eſt ergo

eſt ergo tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur: illa vero & à claris viris interdum ex humillimis rebus petita eſt.

OLIV. A T Q V E vt imperatoribus] Vir gloriæ tanta eſt, vt humilia etiã penetrare pectora poſſit, nemo fermè eſt tã humilis, qui non huius dulcedine capiatur. In Scip. exercitu miles bello Numãtino opera ſua reip. fideliter, ſtrenueq; nauata maluit ab imperatore argenteis armillis, q̃ aureis à legato donari, q; hæ vtiles ille vero glorioſæ ſibi forent, nõ auaritia potuit peruertere gloriam, vt cum Labienus legatus qui ſtrenua huius militis opera fuerat vſus imperatori diſiſſet, aureis armillis militem, vt donaret, idque Scip. negaſſet, & Labienus è ſuis, quã ſibi ea Gallica præda contigeraut, duas illi dediſſet, vbi primũ audiuit imperatorem decentem habes diuitis hominis donum, ſtatim illas ante legati pedes proiecerit, triſtisq; diſceſſerit, acceptis deinde argenteis ab imperatore, cũ ſumma lętitia inde abijt, quaſi nõ armillas, ſed gloriam ſui laboris præmium recepiſſet. [Dona militaria] Quibus imperatores parta victoria milites ſuos pro cuiusq; meritis, & virtute donabant. ad excitandam.n. in animis hominum virtutem, ſapientiſſimi imperatores Rom. apud quo armotũ, quo imperij gloria fuit, varijs donis ſuos milites, qui pro rep. fortiter pugnaſſent donare cõſueuerant, armillis haſtis, equis, coronis militarib. alijsque muneribus, quibus cæteri ad laudis ſtudiũ, & gloriæ cupiditatẽ incendebantur. [Armillas aureas] Ornamẽta ſiniſtrarum, quibus Sabini, Gallięq; præcipuè vtebãtur. [Caſtrenſis honos] Qui detur militibus honos bene de rep. meritis. eſt autem præmium virtutis honos, quo aluntur artes nõ ſolum militares. ſed etiam vrbanæ. [Non tacite tulit] Tacere non potuit Scip. vbi vidit à Labieno datas armillas eſſe militi. [Vultum dimiſit] Quod pudoris ſiue triſtitiæ ſignum fuit. [Nulla tangatur] Sententia generalis. & huic loco accommodata, nemo eſt tam abiectæ conditionis, quem gloriæ dulcedo non demulceat. [Illa vero] Non mirũ eſt ſi humiles fortunæ viri gloriæ cupiditate tanguntur, cũ etiã clariſſimi viri in reb. ẽt paruis, & abiectis quęſiſſe videantur.

ASCEN. A T Q V E vt ſubiectas imperatoribus ſpiritum. i. animum militis glorioſum. i. gloriæ affectatorẽ, T. Labienus admonuit Scip. ſ. Numãtinũ diuitem dona militaria ijs, qui ediderant ſtrenuã operã. ſ. in re bellica aduerſus hoſtes, vt tribueret equiti. ſ. cuidã forti, ſed humili licet ſtrenue armillas. i. ornamẽta brachiorũ aureas, & eo. ſ. Scip. imperatore negante, ſe facturũ, id ne honos caſtrenſis violaretur. i. corrumperetur, & ita minoris poſtea haberetur in eo. i. ſi cõferatur in eũ, qui ſeruiſſet. i. ſeruus fuiſſet paulo ante, ipſe. l. Labienus largitus eſt equiti aurũ vnde. ſ. armillæ fierent ex præda Gallica i. ea ea portione, quam obtiouerat Labienus, vt legatus ex præda Gallis direpta. Nec Scip. tulit id tacite. i. diſſimulãter. [Nam inquit, equiti tu habebis domũ viri diuitis) videlicet armillas aureas, quas vt periuratus dederat Labienus, quod. ſ. dictum vbi ille. ſ. eques accepit. i. intellexit (aut quod aurum, vbi ille accepit, ſed prior expoſitio melior eſt) demiſit vultum. ſ. indignationi, auro proiecto ante pedes Labieni [Idem] ſ. eques, vt. i. poſtquam audiuit Scip. dicẽtem imperator donat te armillis argenteis, abijt alacer gaudio. i. præ gaudio. [Ergo nulla humilitas]. i. abiecta conditio, & ſtatus eſt tanta, quæ non tangatur dulcedine gloriæ. [Vero]. i. ſed illa. ſ. gloria petita eſt interdum &. i etiam à viris claris ea rebus humilibus, vt ſequentia declarant, vnde eſt quaſi quædam paraſceue ad membrum nouum huius.

DE Q. FABIO.

*Plin. li. 35. c. 4. L. 1. 9. de dicatione. *N A M * quid ſibi voluit Q. Fab. nobiliſſimus ciuis? qui cum in æde Salutis, quãm C. Iunius Bubulcus dedicauerat, parietes pinxiſſe, nomen his ſuũ inſcripſit. Id. n. demum ornamenti familiæ conſularibus, & ſacerdotijs, & triũphis celeberrimę deerat: cęterum ſordido ſtudio deditũ ingeniũ, qualemcumq; illum laborem ſuum ſilento obliterari noluit, *videlicet Phidię ſecutus exemplũ, qui clypeo Mineruæ effigiem ſuam incluſit qua conuulſa, tota operis colligatio ſolueretur.*

* Ci. Tuſcu. 1. & lib. 2. de orat.

OLIV. Iunius bubulcus. N A M] Fabius pictor rebus geſtis, & genere clarus, vir patricius cum in æde Salutis, q̃ Iunius Bubulcus ex voto dedicaſſet, Parietes ſuis manibus egregia pictura exornaſſet nomen ſuum uoluit inſcribere, ut quamuis clara eſſet Fabiorum domus multis illuſtribus viris, qui cõſules augeres prętores imperatoresq; fuiſſent, hoc tamen ad gloriæ conſumationem accedere voluit, ut ſui ingenij obliterari memoria nõ poſſet. [Nomen ſuum] ut C. Fab. hoc opus depinxit [Sacerdotiis] Nam ex Fabijs quidẽ fuere pontifices, augeres flamines. [Sordido ſtudio] Ideo ſuum nomen inſcripſit picturæ, ne illius artis quaotulacunque forte gloria ex hominum memoria laberetur, ſordido autem dixit, quia ſtudium omne quæſtus gratia ſuſcipitur, vt pictura ſordidũ dicitur, & illiberale. [Videlicet ſecutus] Ita domeſticis externa ſubiungit, ut in tranſitum nullum facere uideatur. ideo inquit, Fab. nomen ſuum picturæ uoluit inſcribere, vt Phidiæ ſequeretur exemplum, qui cum nomen ſuum in Mineruę ſimulacro, quod finxerat Athenis, inſcribere non liceret, imaginem ſuam finxit in clypeo, quę aliter eduei non poterat, niſi totum opus ſolueretur. Cic. Tuſcul. quæſt. lib. j Quid enim? Phidias ſui ſimilem ſpeciem incluſit in clypeo Mineruę, cum inſcribere non liceret. de hoc Phidia diximus in cap de fiducia lib. 3. quanquã multo plura dici poſſent, quæ apud Plin. aliosque auctores leguntur, ea tamen à nobis referuntur, quę propoſito noſtro conueniunt. [Tota colligatio ſolueretur] Tota operis compoſitio deſtrueretur. Pictura ſtudium ſordidũ dicitur.

ASCEN. N Am quid Q. Fab. ſ. pictor ciuis nobiliſſimus, uoluit ſibi,] Qui cum pinxiſſet parietes in æde Salutis, quàm. ſ. ædem C Iunius Bubulcus dedicauerat inſcripſit his nomen ſuum. Enim. i quia, id demum. i. ſolum deerat familiæ celeberrimæ i clariſſimæ cõſulatibus & ſacerdotijs, & triumphis. [Ceterum] i. ſed ingenium ſupp. eius deditum ſtudio ſordido. i. humili, & vili, reſpectu bellicæ gloriæ, aut reip adminiſtrationi vt pote arti pingendi noluit illum laborem ſuum qualecunque obliterari. i deleri ſilentio is propter ſilentium [videlicet] continuo narrat rem, & continuato filio connectit exteras a domeſticis dicens. [Videlicet]. i. uidere licet, cur. ſ. Fabius id fecerit, quia ſecutus exemplũ Phidiæ optimi ſtatuarij apud Athenas, qui incluſit clypeo Mineruæ à ſe ſculptæ, effigiem ſuam. i propriam, hoc eſt ipſius Phidiæ, qua ſcilicet effigie ſua cõuulſa, tota colligatio operis ſolueretur, & ita inuidis præripuit facultatem imaginis ſuæ tollendæ è clypeo.

EXTERNA.

DE THEMISTOCLE.

*S E D melius * aliquanto, ſi mutatione aliena capiebatur, Themiſtoclis ardorem eſſet æmulatus, quem ferunt ſtimulis uirtutum agitatum, & ob id noctes inquietas exigent, quærentibus quid ita eo tempore in publico verſaretur, reſpondiſſe, quia me trophæa Miltiadis dè ſomno excitant. Marathon nimirum animum eius, & Arthemiſium, & Salamis naualis gloria fertilia nomina illuſtranda tacitis facibus incitabant. * Idem theatrum petens cũ interrogaretur, cuius vox auditu illi futura eſſet gratiſſima, dixit eius, à quo artes meę optime canerentur. Dulcedini gloriæ penè adiecit gloriam.*

* Ci. Tuſc. 4. Plutar. in vita, & apoph.

* Ci. pro Arch.

OLIV. S E D melius aliquanto] Aemulis Themiſtocles alienæ gloriæ, ſtimulus quibuſdam ueluti furoribus agitabatur, eius aliqua ratione conſequendæ, ut ea niſi parta, dies, atq; noctes conquieſcere non poſſet. cum igitur nocte in publicum ſæpius prodiret, cogitabundusq; uerſaretur in foro deambulans interrogatus, quid id ita faceret, quia me inquit, Miltiadis trophæa de ſomno excitant. Cic. Tuſc. q lib. 3 ſiue quęſtione iiii, Noctu inquit ambulabat in publico Themiſtocles, quòd ſomnum capere non poſſet, quærentibusq; reſpondebat. Miltiadis trophæis ſe à ſomno ſuſcitari. cogitabat enim quomodo Miltiadis gloria poſſet adæquare, uel etiã ſuperare, qui ut diximus ſupra in cap. de ingratis, & de pietate, Artaphernem, & Datim Darij Perſarum regis præfectos, qui cum centum millibus peditum, & decem millibus equitum in græciam uenerant aduerſus Athen. ipſe cum decem millibus armatis conſilio, & uirtute ſuã ſuperauit in campis Marathonijs, qua uictoria excitatus ad uirtutem Themiſt. paulo poſt Arthemiſium, & Salaminã glorioſiſſima uictoria nobilitauit, vt ſupra diximus in cap. de ingratitudine, nã cum cęteri exiſtimarẽt à barbaris in Marathone re male geſta bellũ, ſe in poſterum ſuſtuliſſe, Themiſtocles cã

tem

tam maiorem certaminum, initium ducebat eſſe, ad eaque obeunda pro græcia vniuerſa, ſe tanquam in palæſtram vnxit, aſſiduæque ciuitatem exercuit, quàm longiſſime futura proſpiciēs. [Æmulatus] Imitatus. eſt autem æmulatio duplex teſte Cice. Tuſcul. quæſt. 4. Dicit enim æmulatio autem dupliciter illa quidem dicitur, vt eſt in laude & in vitio nomē hoc ſit, nam & imitatio virtutis æmulatio dicitur. ſed ea nihil hoc loco vtimur, eſt enim laudis, & eſt æmulatio ægritudo, ſi eo quod concupierit, alius potiatur, ipſe careat. [Stimulis] Irritamētis [Marathon] Marathonia pugnæ, quæ magna fuit Miltiadis gloria. [Arthemiſium, & Salamina] Duo Græce loca à Themiſtocle nobilitata, illa glorioſa, & propè incredibili pugna nauali qua Xerxem, qui totam fermè Aſiam in Græcia deportauerat eo conſilio ſuperauit, & eo patriam turpiter refugere coegit, vt non ſe victū, ſed à Themiſtocle conſeruatum fuiſſe exiſtimaret. De Salamina, diximus alio loco. Arthemiſius vero, vt quidam dicūt, mons eſt Arcadiæ ab herba illic abundante, quæ ſit denominatur, dictus. [Tacitis facibus] Secretis ſtimulis, & ardoribus incitabantur enim æmulatione Miltiadis ad ea loca aliquo modo illuſtranda, quæ demum copioſa facta ſunt nauali pugna. [Idem theatrum] Non diſſimulauit hoc loco Themiſtocles, ſe nimium gloriæ cupidum eſſe; cum interrogantibus, quæ illi vox gratiſſima foret reſpondit eius, à quo ſuæ laudes exponerentur. Cic. in oratione pro Archia poeta. Themiſtoclem illū ſummum Athenis virum dixiſſe aiunt; cum eo quæreretur, quod ἀκρόαμα aut cuius vocem libentiſſime audiret, eius à quo ſua virtus optime prædicaretur. reſpondit.

Alcian. SEd ſup. Fab pictor capiebatur imitatione aliena. i. ſi volebat aliquem imitari cuius auctoritate fulciretur, æmulauiſſet melius aliquanto ardorem. i. vehementem affectionē gloriæ Themiſt. ducis Athen. quem. ſ. Themiſtoclem, ferūt ſ. hiſtoriographi, agitatū ſtimulis virtutū, & ob id exigentem. i. tranſigentem noctes inquietas, reſpondiſſe quærentibus quid ita. i. cur ſic eo tempore verſaretur in publico. ſ. loco, aut itineré, quia trophæa Miltiadis. i. quæ clariſſimus Miltiades de hoſtibus tulerat excitaor me de ſomnio. Nimirum. i. haud dubie, Marathon cāpus victoria Miltiadis, & Athenienſium, & Salamis. i. loca in Græcia iuxta Athenienſium, & Salamina nomina fertilis gloriæ naualis. i. ex nauali pugnæ pariendæ, illuſtrāda. ſ. tempore futuro incitabant animum eius. ſ. Themiſtoclis facibus tacitis. i. occultis, & iam tum animo conceptis, nec dum editis. [Quæras] Enim quomodo Marathon eum incitabat, vbi nihil actum erat, & quomodo cætera duo loca vbi adhuc negligerat? Sed de Marathone dicam, quod per æmulationem incitabat & de ceteris, quod per ſpem præconceptæ victoriæ, eſt tamē ſatis obſcure dictum [Idem]. ſ. Themiſtocles petens theatrum. i. ſpectaculum ludorum ſcenicorum cum interrogaretur, cuius vox eſſet futura illi gratiſſima auditu. i. ad audiēdum, dixit ſup. vox eius, à quo artes meæ, hoc eſt peritiæ in rē militari, & rep. gubernanda canerentur optime, quaſi dicat, qui me maximē laudauerit & ita penè. i. quaſi adiecit dulcedini gloriæ gloriam, hoc eſt quaſi ex affectatione tantæ gloriæ gloriā aſſecutus eſt, quia glorioſum viſum eſt, eſſe tam glorioſum. i. affectatorem gloriæ, aut ſic. Quia tantus vir palam profeſſus eſt, ſe gloriæ cupidum, ipſe adiecit penè dulcedini gloriæ gloriā hoc eſt, ſua auctoritate eſſe cit. vt affici dulcedine gloriæ glorioſum duceretur. Alij legunt dulcedinem gloriæ penè adiecit glorioſam, vt ſit adiecit. i. addendo illud effecit penè dulcedinem gloriæ glorioſam.

DE ALEXANDRO REGE.

*NAm Alexandri * pectus inſatiabile laudis, qui Anaxarcho comiti ſuo ex auctoritate Democriti præceptoris innumerabiles mundos eſſe referenti, Heu me, inquit, miſerum, quòd nec vno quidem adhuc ſum potitus. Anguſta hominis poſſeſſio gloriæ fuit, quæ deorum omnium domicilio ſufficit.*

* Plut. de tranq. aiç. & Iuuen. Satyr. 10.

Oliv. NAm Alexandri] Dici non poteſt quanta gloriæ cupiditate flagraret Alexand. qui patris Philippi geſta ſe præſente, vt laudarentur, æquo animo pati non poterat, quia nihil audire cupiebat præter id, quod ſuas laudes contineret. & dicente Anaxarcho comite ſuo, id quod acceperat à præceptore Democrito, plures eſſe mundos, vehementer, ingemuit dicens, heu me miſerū, qui ne vno quidem adhuc ſum potitus, de quo Iuuen. in Satyr. Omnibus in terris, Vnus pelleo iuueni non ſufficit orbis. i. Alex. à pella colonia Macedonie dicto, vbi teterebantur equi à Philippo patre. [Anaxarcho] De Anaxarcho dictum eſt in cap. de patientia. [Mundos innumerabiles] Democriti ſententia iam exemplaui, vt inquit, ille quidquid ineſſe deductum eſt, locum habeat neceſſe eſt, quia ſine loco eſſe non poteſt. quod ſi locum haberit innumerabiles mundi, aut eum locum oſtendat, aut illi non credam [Anguſta homini] Vere inquam inſatiabile fuit pectus Alexand. non enim illi ſufficiebat, quod omnibus dijs ſufficere poteſt.

Ascen. NAm pectus Alexandri]. ſ. magni ſup fuit inſatiabile. i. inexplebile laudis. Qui inquit Anaxarcho comiti ſuo referenti, i. dicenti ex auctoritate Democriti præceptoris. ſ. ſui, mundos eſſe innumerabiles, Heu me miſerum, quod ne quidem. i. non ſaltem vno. ſ. mundo ſum potitus adhuc. [Poſſeſſio gloriæ]. ſ. diffuſæ per hunc modum fuit anguſta homini. ſ. Alex. (de quo Iuu. Vnus pelleo iuueni non ſufficit orbis) quæ. ſ. poſſeſſio ſufficit domicilio omnium deorū verum dij (ſi modo dij eſſent) non capiuntur loco, aut verum deum, ſimile eſſent mundi capere nequirent. verum auctor forte de diuis ſuis imperatoribus loquitur, quorum gloria in terris terminabatur.

DE ARISTOTELE PHILOSOPHO.

*REGIS * & iuuenis flagrantiſſimæ cupiditati ſimilem Ariſtotelis in capeſſenda laude ſitim ſubnectā. is nanq; Theodecti diſcipulo oratoriæ artis libros, quos ederet, donauerat: moleſteq; poſtea ferens titulum eorum ſic alij ceſſiſſe, proprio volumine quibuſdam rebus inſiſtens planius ſibi de his in Theodectis libris dictum eſſe adiecit. Niſi me tanta, & tam late patentis ſcientiæ verecundia teneret, dicerem dignū philoſophum, cuius ſtabiliendi mores altioris animi Philoſopho traderentur. Cęterum gloria ne ab ijs quidem, qui cōtemptum eius introducere conantur, negligitur: * quoniam quidem ipſis voluminibus nomina ſua diligenter adijciunt, vt quod profeſſionē eleuant, vſurpatione memoriæ conſequantur. Sed qualiſcunque horum diſſimulatio, propoſito illorum longe tolerabilior eſt, qui dum æternam memoriam aſſequerentur, etiam ſceleribus innoteſcere non dubitarunt.*

* Sic in pricipio Rhet. ad Alexād. ἐν ταῖς ὑπ᾽ ἐμοῦ τέχναις Θεοδέκτῃ γραφείσαις.

* Ci. Tuſcul. 1. & p Arch.

Olim. REGIS & Iuuenis] probat exemplo Ariſt. quo ab initio huius tractatus diximus; & ipſe paulo infra dicturus neminem eſſe, qui non laudis & gloriæ cupiditatem tangatur, nō Ariſt. Qui princeps philoſophorum creditor, & eorū, qui de contemnenda gloria præcepta tradiderunt, ipſā gloriam vehementer appetiſſe videtur. Cum enim artis oratoriæ libros edidiſſet, eosq; Theodecti diſcipulo ſibi gratiſſimo dono dediſſet, paulo poſt pœnituit eius laboris titulū in alterius laudem & gloriam eſſe conuerſum. Itaq; vt illum ſibi alia ratione vendicaret, in alio opere, vbi de arte oratoria ſibi dicendū erat, nolle ſe dicebat diutius illis rebus immorari, eo quod in libris Theodectis de his planè ſatis diſputaſſet, nō potuiſſet apertius animi ſui affectum indicare. [Et regis & iuuenis] Tolerabilior in Alex. tantæ gloriæ ſitis, quam in Ariſt. fuiſſe videtur. Alex. enim & rex, & iuuenis erat, quorum vtrunq; vix ſine cupiditate eſſe poteſt. [Niſi me tantæ & tam late] Niſi me inquit, tanti philoſophi auctoritas deterreret, dicere conſtantiorem philoſophum Ariſt. fuiſſe tradendū, à quo eius mores inconſtantes corrigerentur, confirmarenturque. & eſt occupatio, color rhetoricus, enim id maxime dicimus, quod nos præterire, aut neſcire, aut diſcere nolle profitemur. [Cæterū gloria] Hoc idem Cic. in orat pro Archia poeta, vt ſupra diximus. & ipſi illi philoſophi, & illis libellis, quos de contemnenda gloria ſcribunt, ſuum nomen inſcribunt. in eo ipſo in quo prædicationem, nobilitatemq; deſpiciunt prædicari de ſe nominariq; volunt, rurſus in Thuſculanis quæſtioni. i. quid noſtri philoſophi, nōne in libris, quos ſcribunt de contemnenda gloria nomina ſua inſcribunt? Ergo Philoſophi gloriam verbis contemnunt, re autem concupiſcunt [Negligitur] Verbis gloriam deprimunt, & inſectantur, eius tñ ſtudioſi ſunt. [Vſurpatione memoriæ cōſequantur] Ideo ſua nomina libris inſcribunt, quia poſterorum memoriæ ſe datum iri volunt, & hæc vſurpatio memoriæ ſibi laudem pariat.

[Sed

[Sed qualiſconq;] Ae ſi diceret, etiam ſi vituperanda ſit, tolerabilios tamen eſt, quàm eorum, qui peſſimo facinore illam ſibi vſurpare voluerunt, qualis Pauſanias adoleſcens, qui Philippum Macedoniæ Regem occidit, qualis ille qui Epheſiæ Dianæ templum incendit, cuius nomen non ponitur, hi enim etiam ſceleribus innoteſcere voluerunt.

ASCEN. REgis, &c.] Ergo ſubnectam cupiditati. ſ. gloriæ flagrantiſſimæ. i. ardentiſſimæ Regis, & iuuenis. ſ. Alexandri (vtrunque autem ad cupiditatem facit, & quod Rex erat, cui omnia videtur licere, & quòd, iuuenis, cui videri ſolet, quod omnia poſſit) ſitim. i. affectionem, & deſideriũ Ariſt. ſimilem in capeſſenda. i. adeunda, aut captanda laude. Nanque his. ſ. Ariſtot. donauerat Theodecti diſcipuli libros artis oratoriæ, quos . ſ. libros Theodectes ederet. ſ. ſuo nomine tanquam à ſe compoſitos, & ferens poſtea moleſte ſup. ſeceſſiſſe. i. conceſſiſſe ſic. i. tam faciliter alij quicunque is fuiſſet, cum tamen Theodectem eſſe ſcire ſed non doluit ſingulariter, quòd Theodecti, ſed communiter, quòd alij ceſſerat titulum. i. inſcriptionem eorum inſiſtens, quibuſdam rebus. i. tractans quaſdam res ſup. in volumine proprio . ſ. ſuo nomine edito, adiecit dictum eſſe ſibi. i. à ſe planius in libris Theodectis. i. quos Theodectes ediderat, licet ab Ariſt. eſſent compoſiti. Niſi (inquit auctor) verecundiæ tantæ, & tam late patentis ſcientiæ. ſ. Ariſtotelicæ teneret . i. retraheretur me dicerent ſup. Ariſt Philoſophum dignum ſup. eſſe, cuius mores traderentur ſtabiliendi. i. confirmandi, & ſtabiliores faciendi Philoſopho animi altioris. i. altiora quærentis, & non tam inconſtanter, & imprudenter (vt omittamus, quòd inique) donationem reuocauerint, nam ſi à ſe compoſitum opus ſciri voluit, cur miſerum diſcipulum eius vſurpatione, famem reddere inſtituit. [Cæterum]. i. ſed gloria, ne quidem i. non ſaltem negligitur ab iis, qui conantur introducere contemptum eius hoc eſt, qui de contemnenda gloria libros ſcripſerunt nomina ſua, vt gloriam aſſequantur, in frõte librorum poſuerunt. (Quin etiam, vt dicit Tacitus, ſapientibus cupido gloriæ nouiſſima exuitur) quoniam quidem adijciunt diligenter ipſis voluminibus . ſ. quæ de contemnenda gloria ſcripſerunt, nomina ſua, vt quod eleuant. i. deprimunt, & contemnendum docent profeſſione . i. doctrina ſua aſſequantur. i. obtineant ſup. id, videlicet gloriam vſurpatione. i. vendicatione, aut celebratione memoriæ. ſ. ſui. ſed qualiſcunque, ſup. eſt diſſimulatio horum. ſ. qui dicunt ſe gloriam contemnere, cum contemnendo eam quærant, ipſa eſt tolerabilior longe propoſito illorum, qui dum, id eſt dummodo aſſequerentur memoriam æternam non dubitarunt innoteſcere. i. notiores fieri ſceleribus, id eſt per ſcelera ſua. Et ita cum varia ſint genera quæritantium gloriam, quaſi præfatione quadam tranſit ad nouum genus, nam alij quærunt gloriam arte, & virtute, alij contemptu, alij etiam maleficio, inſigni vnde ſunt ſequentia exempla.

DE PAVSANIA.

* Iuſt. li. 9. & Plu. in Alex. paulo aliter, ſed Diod. hoc etiã addi.

*QVORVM * è numero neſcio an in primis Pauſanias debeat referri: nam cum Hermoclem percontatus eſſet, quonam modo ſubito clarus poſſet euadere, atque is reſpondiſſet, ſi illuſtrem virum aliquem occidiſſet, futurum, vt gloria eius ad ipſum redundaret, continuo Philippum interemit, & quidem quod petierat, aſſecutus eſt. tam enim ſe parricidio, quàm Philippus virtute notum poſteris, reddidit.*

OLIV. Pauſanias Philipp. interemit.

QVORVM è numero] Pauſanias Valer. à Iuſt. & Plut. diſſentit nõ enim gloriæ, ſed vltionis cupiditate ad Philippi cædem Pauſaniam impulſum eſſe dicunt adhortante vt vult Plut. Alexan. Olympiade multo magis incitante, quoniam per iniquo animo ferret ſe ſpretam à Phil. & aliam ſibi ſuperindoci Attali Regis filiam Cleopatram. [Cum igitur dies nuptiarum eſſet) vt tradit Iuſt. pro magnitudine duorum Regum, & collocantis filiam, & vxorem ducentis apparatibus inſignis. nec ludorum magnificentiæ deeſſent, & ad eorum ſpectaculum Phil. ſine cuſtodibus, medius inter duos Alex. filiũ, generumq; conſtaret. [Pauſanias] Nobilis adoleſcens nemini ſuſpectus, occupatum anguſtijs Philippũ in tranſitu obtruncat, diemq; lætitiæ deſtinatum, in fœdum luctu funeris facit. [Hic Pauſanias] primus pubertatis annis ſtuprum per iniuriam paſſus ab Attalo fuerat, cuius indignitati hæc etiam fœditas, acceſſerat, quòd perductum in conuiuio, ſolutumq; mero Attalus, non ſuæ tantum, etiam conuiuarum libidini veluti ſcortum vile ſubiecerat, ludibriumq; omnium inter coequales reddiderat. hanc rem ægre ferens Pauſanias, querelam Phil. ſæpe detulerat, cumque varijs fruſtrationibus non ſine riſu differretur, & honoratum inſuper ducatu aduerſarium cerneret, iram in ipſum Phil. vertitur, vltionemq;, quàm ab aduerſario non poterat, ab iniquo iudice exegit. Creditũ eſt igitur immiſſum ab Olymp. matre Alex. fuiſſe nec ipſum Alex. ignarũ paternæ cædis extitiſſe, quippe non minus Olymp. repudium, & prælatam ſibi Cleopatram, quàm ſtuprum Pauſaniam doluiſſe Alex. quoq; Regni æmulum fratrem ex nouerca ſuſceptum timuiſſe, eoq; actum, vt in conuiuio ante primum cum Attalo, mox cum ipſo patre iurgaret, adeo vt etiã ſtricto gladio eum Phil. cõſectatus ſit, egregieq; à filij cæde amicorum precibus exoratus quamobrem Alex. ad auunculum ſe in Epirum, cum matre. inde ad Reges Illyriorum contulerat, vixq; reuocatus i mitigatus patri, precibus cognatorum ægre redire compulſus. Olymp. quoque fratrem ſuum Alex. Epiri Regem in bellum ſubornabat, perueniſſetq; ni filiæ nuptijs, patrẽ generum occupaſſet, his ſtimulis irarum vtrique Pauſaniam de impunitate ſtupri ſui quærentem, ad tantum facinus impuliſſet creduntur. nam legitur apud Herodotum, quærenti Pauſaniæ apud Alex. nihil aliud reſpondiſſe, niſi Medeæ iambicum metrũ pronunciaſſe, eum qui dedit, eum qui accepit. ſ. interfice, & ſocerum, & generum. Olymp. etiam dicitur, fugienti percuſſori equos præparatos habuiſſe ipſa deinde audita Regis nece, cum titulo officij ad exequias eadem nocte cucurriſſe, in cruce pendentis Pauſaniæ capiti coronam impoſuit, quod nemo alius audire, niſi hæc ſuperſtite Philippi filio potuiſſet, paucos deinde poſt dies refixum corpus interfectoris ſuper reliquias cremauit, & tumulum ei eodem fecit in loco, parentariq; eidem quotannis, incuſſa populo ſuperſtitione curauit. Apparet igitur Pauſaniam ad Regis cædem impulſum, non conſequendæ gloriæ vt Valer. tradit, ſed vltionis ſummendæ gratia. Pauſanias Macedonicus nobilis adoleſcens Cereſtis filius, & ab Oreſte inclytum genus trahẽs fuit & alter Pauſanias Lacedæmonius vir magnus, qui cum patriam ab impetu Perſarum liberaſſet eo poſtmodũ inſaniæ peruenit, vt ipſam patriam cum tota Græcia hoſtibus prodere voluerit. [Equidem quod petierat aſſecutus egregiem] Et immortale nomen ſibi comparauit cæde Philippi. [Tã enim ſe parricidio] Quantum Alex. ſua ſeruitute, tantum hic ſuo parricidio claritatis comparauit, nam quanto maior occiſi gloria, tanto ſunt occidentis nomen illuſtrius.

ASCEN. QVorum] . ſ. ſceleribus innoteſcere volentium è numero (poſſe dici equorũ numero) neſcio an Pauſanias . ſ. nobilis Maced. debeat referri in primis. Nam cum percunctatus eſſet Hermoclem . ſ. ſapientẽ quo nam modo poſſet euadere ſubito clarus atq; is. ſ. Hermocles reſpondiſſet, ſi occidiſſet aliquem virum illuſtrem, futurum ſup. eſſe, vt gloria eius. ſ. illuſtris viri, redundaret ad ipſum interemit continuo Philippũ. ſ. Regem Macedonum patrem Alexandri, & quidem. i. certe aſſecutus eſt, quod petierat. Enim pro quia, ipſe reddidit ſe tam notam parricidio. i. occidendo patrem patriæ, hoc eſt rem, quàm. i. quantum Philip. ſup. reddiderat ſe notum virtute. Oli. tamen & plerique alij aliam aſſignant cædis eius rationem.

DE HEROSTRATO.

* Strab. lib. 14.

*ILLA * vero gloriæ cupiditas ſacrilega, inuentus eſt enim qui Dianæ Epheſiæ templum incendere vellet, vt opere pulcherrimo conſumpto, nomen eius per totum terrarum orbem diffunderetur. quem quidem mentis furorem eculeo impoſitus detexit, ac bene conſuluerant Epheſii, decreto memoriam teterrimi hominis abolendo niſi Theopompi magnæ facundiæ ingeniũ, in hiſtorijs eum ſuis comprehendiſſet.*

OLIV. ILLA vero gloriæ] Hæc vere ſcelerata fuit cupiditas, quæ etiam in Deos craſſari non dubitauerit, vt glorioſum ſibi nomen ſacrilegio compararet hic quicunq; ille fuerit, cum non aliter gloriam conſequi poſſe videret, celeberrimũ totius Aſiæ Dianæ templum incendit, conſtat ea nocte natum Alexandrũ, vnde Cic. Timeum quendam refert, qui cum hiſtoria dixiſſet, qua nocte natus Alexander eſſet, eadem Epheſiæ Dianæ templum deflagrauiſſe adiunxit, id minime eſt mirandũ, quod Dianam cum in partu Olympiadis adeſſe voluiſſet, abfuiſſet domo. Epheſij poſt hoc factũ decreto ſtatuerunt, ne quis ſacrilegio hominis memoriam vnquam referret, nec vnquam nominaret, vt

eius

eius nomen obliteraretur, quod ille immortale facere cupiebat, & niſi Theopompus rem iſtam ſuis hiſtorijs inſeruiſſet, eius nomen perpetuo fuiſſet extinctum; nec quam quæſierat gloriam comparaſſet, ſunt qui dicant hunc Phlegiam fuiſſe nominatum Strab. lib. 4. dicit, Heroſtratum fuiſſe dictũ, nam Dianæ, inquit, templum primus Archiphion, mire fabricatus eſt, poſtea aliud fecit maius illo, ſed cum Heroſtratus quidam id incendio conſumpſiſſet, aliud præſtantius conſtruxerunt mulierum ornamentis, & multis opibus ad id collatis, refectiſque prioribus columnis, &c. nam de reſtituto templo multa commemorat, quæ longum nimis eſſet hic referre. [Incendere vellet] Iuuere videtur Val. non incendiſſe, ſed incendere voluiſſe, conſtat tñ incenſum fuiſſe, & totũ conflagraſſe Gel. lib. 2, cap. 6. ſicut quondã à communi conſilio Aſiæ decretum eſt, vt nomen eius, qui templum Dianæ Epheſię incenderat, ne quis vllo tempore nominaret, incenderat dixit nõ incendere voluerat, & ſupra Cic. teſtatus eſt. [Per totum orbem terrarum] Toto orbe terrarum celebraretur. [Eculeo impoſitus] Eculeum genus tormenti eſt, vt ſæpe diximus, cui ſacrilegus iſte impoſitus, cũ interrogaretur cur templum incendiſſet, reſpondit, vt pararem mihi nomen ſempiternum. Epheſij decreto] Factum eſſe dixit, vt ſupra. Eodem modo Plin. lib. 35. Græciæ, inquit, magnificentiæ vera admiratio extat templum Epheſię Dianę, ducentis viginti annis factum à toto

Theopō pi duo. Aſia. [Niſi Theopompi] Hic fuit Iſocratis diſcipulus Tragicus Poeta, & orator eximius teſte Gellio fuit alter Theopõpus Lacedęmoniorum Rex, de quo diximus in cap. de moderatione.

Ascen. Illa vero cupiditas glorię ſup. erat, ſacrilega. [Enim. i. quia inuentus eſt ſup quidam videlicet Phlegia, aut Heroſtratus (de nomine. n. eius iuſte dubitatur, eũ propter nõis extenſionem tantum nefas auſus ſit) inuentus inquam eſt, qui vellet incendere templum Dianę Epheſię, vt opere pulcherrimo conſumpto nomen eius diffunderetur, per totũ orbem terrarum, quæ furorem mentis ipſe impoſitus eculeo. i. inſtrumẽto tortorio habenti formã, equi detexit. i. aperuit. [Ac Epheſij bene conſuluerãt]. i. bonam rationem conſilij inierant abolendo decreto. i. per decretum memoriam teterrimi hominis, quia decreto prohibuerunt nomen eius, aut in ore, aut in ſcripto cuiuſquam haberi, niſi ingeniũ Theopompi magnę facundię, comprehendiſſet eũ. i. eius nomen in hiſtorijs ſuis. i. à ſe, hoc eſt à Theopompo ſcriptis.

QVAE CVIQVE MAGNIFICA CONTIGERVNT. CAP. XVI.

CANDIDIS autem animis voluptatem præbuerunt in conſpicuo poſita, quę cuique magnifica merito contigerunt: quia æque præmiorum virtus, atque honorum contemplatio iüdicanda eſt, ipſa natura nobis alacritatem ſubminiſtrante, cum honorem induſtria appeti, & exolui grate videmus. Verum etſi mens hoc loco protinus ad auguſtam domum beneficentiſſimum, & oneratiſſimum templum homini impetu feratur: melius cohibetur: quoniam cui aſcenſus in cælum patet, quamuis maxima, tamen debito minora ſunt, quæ in terris tribuuntur.

Oliv. CANDIDIS autem animis] Operæprecium omnibus eſt, ſua cuiuſq; virtuti pręmia referri, nam duce natura lętamur omnes, & iucunditate replemur, cum debitum honorem exolui virtuti noſtræ videmus, dicendum igitur eſt de his cuique magnifica merito contigerunt. [Candidis animis] Claris, & virtute pręſtantibus. Pręmiorum virtute atque honorum cum reddita virtuti pręmia honoreſq; videmus, id recte factum eſſe iudicamus, & ex ea re voluptatem capere ſolemus, virtus enim pręter honorem, pręmium quoque meretur. [Grate] Iuſte, & quaſi debite. [Verum etſi mens hoc loco] Occupatio ſine dubio eſt, cum dicat ſe impetu quodam trahi. [Ad auguſtam domum] Vt oſtendat quę illi magnifica in terris contigerunt, templum, flamen, honoreſq; diuini, ſed melius cohiberi, quia ſi aſcenſus illi patuit in cœlum hęc quę ab hominibus tradita ſunt ſuis meritis longe ſunt inferiora, quę ſe omittere vellet oſtendit. [Honoratiſſimũ templũ] Nihil magnificentius contingere potuiſſet, quàm vt pręſenti ſibi templũ, & ara conſtituerentur, illiq; redderentur honores diuini, quod factum eſſe omnes teſtatur auctore. Horatius. Pręſenti tibi diuinos largimur honores, Iurandaſq; tuum per nomen ponimus aras. [Cohibebitur] Refrenabitur, reprimetur, retrahetur.

Ascen. CAndidis, &c.] Ordo eſt autem. i. ſed ea ſup. quæ contigerũt cuiq; merito. i. ex merito, aut qui meritus ſit magnifica, poſita, in conſpicuo. i. patenti loco, vt clare perſcripta præbuerint. i. poſſint præbere, animis candidis. i. nullo liuore ſordentibus voluptatem, quia contemplatio præmiorum virtutis, atq; honorum virtutis, eſt æque iucunda (ſunt qui legant iudicanda, ſed minus placet) Sciemus autem, licet honor ſit quoddam præmium virtutis, tñ diſcrimen eſſe, nam etiam mali virtutis laudem præbent, ſed non continuo aliud mercedis. Vnde Iuuen. probitas laudatur, & alget. Sicut etiam ſcientiam capeſſũt, & ita laudant omnes ſed pauci mercedem reponũt, vnde idem, Scire volunt omnes, mercedem ſoluere nemo, laudem itaq;, & honorem virtuti præbere eſt quaſi naturale, ſed præmia digna conferre, inſtitutũ eſt. Vnde boni ferè laudantur, nam vt auctor alibi dicit, Magno vbiq; precio virtus æſtimatur, ſed fame conficitur, ipſa natura, quæ benigna eſt, & minime inuidia, ſubminiſtrante nobis alacritatem. ſ. de bono alterius, cũ videmus honorem appeti, & exolui grate. i. grauitanter, & grato animo induſtriæ. i. ingenuæ virtuti ac arti. Verum. i. ſed, etſi. i. quanquam mens ſup. mea (inquit auctor) feratur protinus hoc loco omni impetu. ſ. affectionis ad domũ Auguſtam. i. imperatoriam. Sed potiſſimum Auguſti Octauij, & Tyberij, & templum honoratiſſimum. ſ. Auguſtorũ, qui in terris pro dijs habiti ſunt tamen ſup. ipſa cohibebitur. i. impedietur ab impetu ſuo melius. i. decentius, quoniam quæ tribuuntur in terris ei cui aſcenſus patet in cœlũ, vt Auguſtis, quamuis ſup. ſint, maxima, tñ ſunt minora debito, & ita ſatius ducit de Auguſtis, nihil, quàm parum, aut non ſatis dicere, ſicut de Carthagine cenſuit Saluſt. Veruntamen ſi Deo non niſi condigna exhibere liceret, nihil illi impendere poſſemus, & ita ingens prębeatur deſidibus anſa, & ideo conformius ad pietatem noſtram Plin. in pręfatione naturalis hiſtorię, de Veſpaſiano Cęſare locutus dicit. Immenſa pręter cęteras ſubit cura, vt quę tibi dicantur, condigna ſint. Verum & dijs lacte ruſtici, multęq; gentes ſupplicant, & mola tñ ſalſa litant, qui non hñt thura. Nec vlli fuit vitio Deos colere, quoquo modo poſſet.

DE SVPERIORE APHRICANO.

*SVPERIORI * Aphricano conſulatus citerior legitimo tempore datus eſt, quod fieri oportere exercitus Senatum literis admonuit, ita neſcias vtrum illi plus decoris patrum conſcriptorũ auctoritas, an militum conſilium adiecerit: toga enim Scipionem ducem aduerſus Pœnos creauit, arma popoſcerunt. cui quę in vita pręcipua aſſignata ſunt, & longum eſt referre, quia multa, & non neceſſarium, quia maiore ex parte iam relata ſunt. Itaque quod hodie quoque eximium eius memoriam capit, adijciam * Imaginem in cella Iouis Opt. Max. poſitam habet, quę quotieſcunque munus aliquod Cornelię gentis celebrandum eſt. inde petitur, vniq; illi inſtar atrij Capitolium eſt. Tam Hercle, quàm curia ſuperioris Catonis effigies, ad eius generis officia * exprimitur gratum ordinem, qui vtiliſſimum Reipub. Senatorem tantum non ſemper ſecum habitare voluit: omnibus numeris virtutis diuitem, * magiſq; ſuo merito, quàm fortunę beneficio magnum, cuius prius conſilio, quàm Scipionis Imperio eſt deleta Carthago.*

* Ingẽti quidem fauore Coſ. factũ ſcr. Liu. lib. 28. & Plin. in vita, ſed à literis tacens.

* Liu. li. 28. de hac imagine meminit. hic li. 4. cap. 1.

* exprimitur.

* Cic. de Senect. & Liu. lib. 49.

Oliv. SVPERIORI Aphricano] Scipioni Aphricano ſuperiori magnifica multa contigerunt, quorum alia contempſit, alia ſuſcepit. Natus annos quatuor & viginti, patri patruoque cęſis in Hiſpania, cum Imperio ſucceſſit, vt in cap. de fiducia diximus. conſul deinde citra legitimum tempus declaratus eſt, ſuadente exercitu, & Senatu admonente per literas in reipu. tempus exigere ſic dixit fieri oportere, quia nemo eſſet, cui tãtũ exercitum fideret, & in quo ſpes tantę victorię foret, magnificũ quidem hoc fuit, vt non facile diſcerni poſſit, plus ne illi glorię Senatus auctoritas, an militum conſilium attulerit. glorioſum ſine dubio fuit illi ante legitimum tempus contra leges conſulem, Senatus auctoritate creari, bello difficili, & periculoſo, &

iuuenili

iuuenili cuiq; demandata ſi res publica Rom. non minus vero illi magnificum fuiſſe videtur, quòd ab exercitu fuerit ſummo omnium conſenſu imperator exoptatus, poſt vſo temp. bene feliciterq; geſtam, multo ei plura ei magnifica, & glorioſa cōtigerunt, quia ſenatus illi præmia ingentia non ſolum humana, ſed propè diuina profuit, quæ in cap. de moderatione diximus, vbi etiam cuncta illum reſpuiſſe monſtrauimus. [Citerior legitimo tempore] Ante tempus, quod per legem, erat conſtitutū, vt ante xxx. annum creari quiſquam conſul non poſſet, hāc legem ſenatus pro Scip. diſpēſauit. [Toga] Senatus, & togati patres. [Arma] Exercitus, & armati milites. & eſt metonymia, Cic. Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. [Relata ſunt] Dicta in cap. de moderatione, vbi ea vidimus, & videre poſſumus, ſunt autem hæc voluerūt illi ſtatuas in comitio, in roſtris, in curia, in ipſa denique Iouis optimi maximi cella ponere, voluerunt imaginem triumphali indutam ornatu, capitolinis puluinaribus applicare, voluerūt illi continuū p omnes vitæ annos cōſulatū, perpetuamq; dictaturam tribuere, quorum ille nihil ſuſcipere voluit. [Eximium] Excellens, & ab alijs præcipuum. [Imaginem] Hoc illi præcipuum obtigit, q eius imago in templo Iouis optimi maximi tanquam diuini cuiuſdam hominis ſimulacrū repoſita fuerit quæ quoties publice aliquid à Cornelia gēte fieret, aut minus aliquòd celebraretur, inde ſemper petabatur quaſi vellēt ſuis omnibus dignitatibus, & muneribus intereſſe Scipionem. Ideo aūt in cella Iouis collocatā eius imaginem fuiſſe arbitror, quia Iouis filius fuiſſe credebatur, quamuis falſo teſte Liu. qui dicit. ad hæc iā inde ab initio præparās animos ex quo togā virilem ſumpſit, nullo die prius ullā pub. priuatamq; rem egit, quàm in capitoliū iret, ingreſſusq; ædē conſederet, & plerūque tempus ſolus in ſecretum ibi tereret. hic mos per omnem vitā ſeruabatur, ſeu conſulto, ſeu temere, vt vulgari opinioni, fidem, aut quoſdam fecit, ſtirpis eum diuinę virum eſſe, retulitq; famam in Alexandro magno prius vulgatam, & vanitate, & fabula parem, Anguis immanis cōcubitu conceptū, & in cubiculo matris eius perſæpe viſā prodigij, eius ſpeciem, interuentuq; hominum euolutam repente atq; ex oculis elapſam, his miraculis nunquam ab ipſo illuſa fides eſt, quin potius aucta arte quadam, nec abnuendi tale quidquā, nec palam affirmandi. Gellius addit illud admiratione vehementer eſſe additum ad templum, q ante diluculum in capitolium ingredientem Scipionem canes ſemper in alios ſæuiētes, neq; allatrarent eum neque incurrerent. vnde Liu. ſubiungit dicens multa alia eiuſdem generis alia veræ, alia diſſimulata admirationis humanæ in eo iuuene exceſſerāt modum, quibus ficta ciuitas, ætati haud quanquam naturæ tantam molem rerum, tantumq; imperium permiſit. Non illud prætermittendū cenſeo, quod Scipioni magnificum obtigiſſe videtur, cū legatus eſſet miſſus ad Antiochum Epheſi cum Hann. qui ſe Antiocho iunxerat collocutus eſt, ut ſi fieri poſſet, metū vitæ, quem ex P.R. conceperat eximere inter alia cum quæreret ab Hannibale, quem fuiſſe maximum imperatorem Hannibal crederet, reſpondit Alexandrū Macedonum regem, quod parua manu innumerabiles exercitus fudiſſet, quodq; vltimas oras, quas viſere ſupra fidem humanam eſſet, peragraſſet, quæ ēt deinde, quem ſecūdum poneret inquit, Pyrrhum, eo q caſtrametari docuiſſet, adhuc neminem elegantius loca cœpiſſe, præſidia diſpoſuiſſe, exequenti quē tertium diceret, ſemet dixit. Ridens Scipio, quidam tu diceres. ſi me inquit viciſſes. tum vero inquit me, & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante alios poſuiſſem. ex quo relinquitur Scipionem. omniū maximū imperatorem ab Hannibale fuiſſe iudicatum. [Minus aliquod] Officiū, vt ſi magiſtratus, aut aliqua dignitas Cor. gentis celebraretur Scip. imago ad eā celebritatem deferebatur. [Inſtar atrij] Cū principiū imagines in atrijs collocari conſueuerint. Scip. in capitolio pro atrio poſita fuit capitolium igitur inſtar atrij fuit Scip. imagini. q loca rerum in atrijs, Iuuenalis teſtis eſt. Tota licet veteres exornent vndique ceræ Atria, nobilitas ſola eſt, atq; vnica virtus. [Tam hercle] Quemadmodum capitolium fuit inſtar atrij Scipioni ſic & curia Catoni. ſenatus Catoni cenſorio viro in omni virtutis genere præſtanti, magnificum illud tribuit, vt eius imaginē in curia collocaret, apud ſe tanti viri memoria iugiter ſeruaret, qui ſua virtute non fortunæ beneficio, ad dignitatem, & amplitudinem peruenifſet cuius conſilio capta, & euerſa fuiſſet Carthago. Tam hercle [Sup] q curia eſt atrium magni Catonis ſuperioris [Effigies illinc] Sic Catonis effigiem ad omnium officiorum celebritatē ſenatus conferebat, vt Scipionis Corneliæ gēs referre conſueuerat. Plin. Imago huius inquit, funeris gratia

Scip. Iouis filius creditus

Catonis effigies in ſenatu poſita.

produci ſolet. [Gratam ordinem] Laudat patrū conſcriptorū gratitudinem, qui patria bene meritū, & reip. quondam amantiſſimum ſenatorem virtutum omnium copioſiſſimum, cuius conſilio & auctum, & confirmatum eſſet imperium Rom. ſecū ſemper habitare voluerint. [Cuius prius conſilio] Quia, vt ſupra diximus, duo præſtantiſſimi ſenatores inter ſe magnopere diſſentiebat de euertendam Carthagine, Cat. & Scip. Naſica, Cat. ſuadebat euertenda eſſe Carthaginem, quæ fœdera ſæpius frangeret, ſæpiusq; rebellaret, at Scip. contra relinquendū eſſe cenſebat, vt eſſet exercitatio quædam iuuentuti Rom. quæ bellis aſſueta ocioſa eſſe non poſſe, verebatur Scipio id futurum quod euenit, ne ſubacta Carthagine, debellatisq; cæteris gentibus, cum hoſtes deeſſent, in ſeipſos arma conuerterent, tamen ſecundum M. Cat. ſententiam factum eſt ſenatuſconſultum, vt bellū Carthaginienſi. infertur ſubacta Carthago euerteretur.

Superiori, &c. [Conſulatus. i. dignitas, & honor conſularis datus eſt. Aphricano ſuperiori. i. maiori, citerior legitimo tempore. i. tanquam perueniſſet ad ætatem legitimā, quæ erat triginta annorū, quod. ſ. illi conſulatū conferre oporteret, fieri admonuit exercitus ſenatū literis. Ita. i. & ſic neſcias. i. quilibet neſciat, vtrum auctoritas patrum conſcriptorem, an conſilium militū adiecit illi. ſ. Scip. plus decoris. [Enim]. i. quia toga. i. ſenatus togatus creauit Scip ducē aduerſus Pœnos, arma popoſcerant, ſupple eum ducem, &c. [Cui]. ſ. Scipioni, quæ aſſignata ſunt in vita. i. dum viuebat præcipua. i. ſingularia. &c. i. ſimul longum eſt referre, quia multa ſup. ſunt & non neceſſariū ſup. eſt referre, quia relata ſunt iam. ſ. in ſuperioribus exemplis id eſt pro maiore parte. [Itaq;]. i. & ita adijciam id, quod memoria eius. i. quę eſt de eo, capit, quoque. i. etiam hodie eximiū. i. egregium, & excellens decus, & ornamentum illi vni Romę conceſſum. incipiens autem referre dicit. [Ipſe habet imaginē poſitam in Cella]. ſ. ſacello. Ioui optimi maximi. ſ. in Capitolio quæ. ſ. imago quotieſcunq; minus. i. officium aliquod gentis Corneliæ eſt celebrandum. [Petitur inde]. i. è Cella Iouis, & capitolium eſt illi vni. i. ſoli inſtar. i. in ſtatū, & formam autem ad æquiparationem atrij, qui alij habent imagines ſuas in atrijs perſtemmata in armarijs diſpoſitas, Scipio vnus in capitolio. [Tam]. i. tantum Hercule. ſ. teſte, aut vindice, capitolium eſt Scipioni inſtar atrij, quàm. i. quantū effigies Cato ſuperioris. i. maioris videlicet Cenſori expromitur. i. quaſi è promptuario ſumitur curia. i. loco, quo ſenatus cōuocari ſolebat, ad officia generis eius quoties opus ſit tota familia, vt in pompa funebri. Gratum. i. ò Gratum ordinem. ſ. ſenatorium, qui voluit ſenatorem vtiliſſimum reipu. videlicet Catonem ſuperiorem tantum non. i. ferme (vt Oliu. exponere ſolet. cuius expoſitionis hic locus maxime arridet) aut hoc ſolo dempto, quod non viuum. ſed in imagine habitare ſecum ſemper, ſenatorem inquam diuitem omnibus numeris. i. gradibus, aut punctis virtutis [quod vni Chriſto vere addicitur] & magnū magis ſuo merito [quia non ponebat ſpem in aura populari, nec in alia qua vis re extra ſe] quam beneficio fortunæ, cuius conſilio Carthago eſt prius deleta, quo imperio Scip. In qua re grauiter potius, quam prodeſenſit. vt Oliuerius diſerte recitat.

Ascen

DE SCIPIONE NASICA.

Verum * *ſpecimen honoris a Scipione quoq; Naſica oboritur. eius nanque manibus & penatibus nondum quæſtoris, Senatus Pythij Apollinis monitu Peſſinunte accerſitam deam excipi voluit, quia eodem oraculo præceptum erat, vt hac myſteria matris deum à ſanctiſſimo viro præſtarentur. Explica totos faſtus, conſtitue omnes currus triumphales; nihil tamē in eorum principatu ſpecioſius reperies.*

* Liu. li. 29. Plin. de uir. illuſtr. & Solin.

Verum ſpecimen] Omnium maximū, maximeque glorioſum fuiſſe, q Naſicæ contigit, pace aliorū dicere auſim q tantum tam grauiſſimi ſenatus iudiciū inter tot millia omnis ætatis, atq; in omni virtutis genere præſtātiſſimorum bonum ipſe ſit in adoleſcentia conſecutus, ut omniū optimus iudicaretur, de quo Solinus, vir optimus inquit, Scipio Naſica iudicatus eſt, nō priuato tm̄ teſtimonio, ſed totius ſenatus ſacramento, quippe quo iuuentus dignior non fuerit, cui præcipue religionis crederetur miniſteriū cum oraculū moneret, accerſiri à Peſſinunte ſacra matris deū Berecynthiæ. Plin. de viris illuſt. P. Scip. Naſica à ſenatu vir optimus iudicatus, matrē deū

Oliv.

hoſpitio

hoſpitio recepis, & alio loco de Claudia in fine dicit, templum: ædificauit Naſica, qui uir optimus iudicabatur. Liu. ſecũdi Punici bel lib. ix. cauſam huius adiectionis affert, ſimulq; Rom. ab oraculo dicit admonitos, vt ab oſum optimo ſuſciperetur hoſpitio deinde ſubmigit. Acceſſit conſultatio de matre Idea accipienda, prætterquam q̃ M. Valerius ex legatis expreſſius auctorum in Italia fore nunciauerat, regis nuncius aderat, Taracone eam eſſe haud parnæ rei iudicium ſenatum tenebat. qui vir optimus in ciuitate eſſet, veram certe victoriam eius rei ſibi quiſq; mallet, q̃ vlla imperia, honore ſuffragio patrum ſeo plebis delatos P. Scip. filium eius qui in Hiſpania ceciderat adoleſcentem non dum quæſtorium, iudicauerunt in tota ciuitate virum optimum eſſe. Plin. hunc vnum eſſe dicit, qui à cõdito æuo vir optimus ſit iudicatus, & dignus qui matrem deum domi vſq; ad cõditum templum exciperet. [Eius nanq; manibus] Nam cũ omnibus matronis hoſtiam ire iuſſus obuiã deæ, deamq; ipſam de naue accipere, & in terram elatam tradere ferendam cũ matronis. Ouid. faſtorũ, Naſica accepit templi nõ perſtitit auctor Auguſtus, nam nunc ante Metellus erat. [Nondũ quæſtoris] Adoleſcentem fuiſſe oſtendit, qui nondum quæſtor factus fuit. ſic & Liuius dixit, adoleſcentem nondũ quæſtorium. [Pythij Apollinis] Quia diximus Apollinem conſulere Romani per legatos, quæ ratio foret tranſportandæ Romã deæ, Reſpondit Apollo per Attalium id facere poſſe Romanos, iuſſit inſuper, vt cum aduecta foret, eam excipere, qui omniũ vir optimus eſſet. [Explica totos faſtos] Exaggerat rem ipſam Valer. ſi omnium Romanorum geſta, honoresq; percurreris, ſi omnes omnium imperatorum triumphos in vnũ conſtitueris, nihil erit, quod huic vni de Scipione iudicio conferri poſſe videatur. nihil enim maius eſſe poteſt, quàm oſum morum omniſq; ſanctitatis principatum obtinere. [Explica] Euolue & percurre. [Faſtos libros] In quibus faſti dies continebantur, & in quibus reges. conſules ceteriq; magiſtratus deſcribebãtur, à faſcibus dicti. [Nihil morũ principatu] Quod ipſe princeps morũ iudicatus fuit, nã eius mores ceteris omnibus prępoſiti ſunt totius ſenatus iudicio.

ASCEN. Verum] i. ſed ſpecimẽ. i. decus ſpectabile, aut experimentum honoris oboritur. i. occaſioni ulter oritur quoq; à Scip. Naſica, namq; ſe. i. quia. [Senatus]. i. cœtus ſenatorum Rom. voluit monitu. i. ex monitu Apollinis Pythij. i. Pythonis interemptoris, qui apud Delphos colebatur, deam. ſ. Berecynthiam, quæ mater Deum cenſebatur, accerſitam. ſ. Romã peſſinũte. i. ex loco Phrygiæ excipi manibus, & penatibus eius nondum quæſtoris. i. qui nondum quæſturam geſſerat, quæ tñ inter infimos magiſtratus reponitur, quia præceptum erat eodem oraculo. ſ. quod eam accerſendam Apollo Pythius præceperat, vt hæc miniſteria ſ. recipi manibus è nauibus, & deferri primũ in penates, præſtarentur matri deũ à viro ſanctiſſimo. i. qui eſſet omnium optimus. [Explica] . i. euolue totos faſtos . i. quidquid ſcriptum eſt in libris de dijs, aut ſanctis uiris, aut diebus feſtis, conſtitue. i. ante oculos tuos omnes currus triumphales. tñ nihil non aliquid, non inuenies aliquid ſpecioſius in principatu i. prærogatiua eorum. i. aus morum ſpecioſius. ſ. q̃ hoc, quod eſt iudicari, optimum uirum eſſe in tanta multitudine.

DE SCIPIO ÆMILIANO.

* Liu li. 50. & Plin. de vis. illuſ. Q. Fab. Max. fraterm. ſecte nã frater Q. dicitur Lęl. Liu. lib. 51. Hic li. 5. cap. 1.

TRADVNT * *ſubinde nobis ornamenta ſua Scipiones cõmemoranda. Aemilianum enim populus ex candidato ædilitatis, Cos. fecit, eundemq;, cum quæſtoris comitijs ſuffragator * Q. Fabij. M. fratris filij in campũ deſcendiſſet, Cos. iterum reduxit. Eidem ſenatus bis ſine ſorte prius Aphricam, deinde Hiſpaniam dedit. Atq; hęc neq; ciui cupido, neq; ſenatori ambitioſo, quemadmodum non ſolum vitę eius ſeueriſſimus curſus, ſed etiam mors clandeſtinis illata inſidijs declarauit.*

OLIV. Scipionis honoris.

TRADVNT] Scipionem familiã, cuiuſuis generis ornamentis omnium clariſſima ſemper in omni laudis genere prædicanda ſe offere, ita ut nulla ſit, quæ cũ illa poſſit, nec audeat gloria, & ornamẽto certare ſuperiori Aphricano, Naſicæ mirifica contigerunt ornamenta, ſed, non minora reddi ta ſunt inferiori. cum enim candidatus ædilitatem peteret, conſul creatus eſt. rurſus cum die comitiorum in campum deſcendiſſet, ut Q. Fabio nepoti ſuo ſuffragaretur, cõſul præter opinionem domũ deductus eſt. quid quod duæ prouinciæ Aphrica, & Hiſpania fuerunt illi extra ordinem demandatæ? hic profecto gloriam, quanto minus appetebat, eo maiorem aſſequebatur, q; aũt ambitioſus nõ fuerit, & rigidiſſimus ſuę vitę curſus & mors per inſidias ſuis in penatibus illata facile declarant. [Ex candidato] Ex petitore ædilitatis. [Suffragior] Nam candidatus deſcenderat nõ, vt magiſtratũ peteret, ſed vt nepoti ſuffragaretur, vel vt alij dicunt fratri, vt fauore, & auctoritate ſua Q. Fabius quæſturam aſſequeretur. [Q. Fabij] Sæpius dictũ eſt, Paulum Æmilium ex quatuor liberis duos duabus familijs in adoptionem tradidiſſe, alterũ genti Fabiæ qui Fabius Maximus dictus eſt alterũ Scipionũ, qui Aphricanus inferior eſt appellatus. [Sine ſorte] Extra ordinem, nulla collegę, cũ quo ſortiretur. habita mentione [Aphricã] Cũ deleuiſſet Carth. [Hiſpaniam] Cũ ſuſtulit Numantiam. [Clandeſtinis inſidijs] Occultis inſidijs, quõ mors illi fuerit ꝑ inſidias illata, diximus in c. de moderatione.

ASCEN. TRadunt, &c.] Scipionis. ſ. ſuperior, & Naſica, & inferior tradunt ſubinde. i. per aliquot interualla (nam licet in pleriſq; locis eorum meminit, tamen aliorum quoq; mentionem interſecit) ornamentã. i. decora ſua commemoranda nobis. i. à nobis aut tradunt nobis ea commemoranda. [Enim]. i. quia Populus. ſ. Rom. fecit Aemilianum. ſ. Scipionum minorem in Aemiliorum familiam per adoptionem datum conſulem ex candidato ædilitatis. i. cum eſſet cadidatus. i. competitor ad ædilitatem obtinendam campum ingreſſus, & reduxit eundem iterum conſule, cum deſcendiſſet in campum. ſ. Martium, comitijs quæſtorijs, ideſt conuocationibus Populi ad creandos quæſtores ſuffragator. i. ad ſuffragia obtinenda. i. præcator Q. Fab. filij Marci fratris. Senatus dedit eidem bis ſine ſorte. i. citra ſortem (nam conſules legitime prouincias ſortiebantur, priuati autem extra ſortem ea ſpeciali priuilegio, aut dono, eaſdem obtinebat,) prius Aphricam deinde Hiſpaniam, atq; ſup. dedit hęc, neque ciuis cupido. i. auaro rerum, neque ſenatori ambitioſo. i. cupido honorum, quemadmodum non ſolum ſeueriſſimus curſus vitæ eius ſed etiam mors illata inſidijs clandeſtinis, quia in cubiculo ſuo noctu interemptus eſt declarauit, quia ſi ambitioſus fuiſſet, æmulos timuiſſet, & ab illis ſe muniuiſſet, quod quia non fecit, ſimpliciorem ſe ciuem declarauit.

DE M. VALERIO.

* Liu. li. 7. & Plin. de vir. illuſt.

MARCVM * *quoq; Valerium duabus rebus inſignibus Dij pariter, atq; ciues ſpecioſum reddiderunt: illi cum quodam Gallo cominus pugnanti coruum propugnatorem ſubijcientes, ij tertium & vigeſimum annum ingreſſo conſulatum largiti: quorum alterum decus vetuſtæ originis optimi hominis genus Coruina amplexa cognomen vſurpat, alterum ſummo ſubiungitur ornamento tam celeritate, quam principio conſulatus gloriando.*

OLIV. MARCVM quoq; Valerium] Cum duo præclara ornamenta M. Val. merito contigerint, alterum à Dijs alterum ab hominibus illi tradita fuiſſe dicuntur. Nam diuinum ſine dubio fuit, quòd aduerſus prouocatorem Gallum fortiter dimicanti coruus illi ſemper aſſuerit, & roſtro, ac vnguibus hoſtem infeſtando plurimum iuuerit. ciues deinde hominis virtute commoti ante legitimum tempus ei cõſulatum demandarunt. Plin. de viris illuſtr. Reliquias Senonum Camillus proſequebatur aduerſum ingentem Gallum prouocatorem, ſolus Valerius tribunus militum omnibus territis proceſſit, Coruus ab ortu ſolis galeam eius inſedit, & inter pugnandũ, ora oculoſq; verberauit. hoſte dicto Val. Coruinus dictus eſt. hic cum ingens multitudo ære aliena oppreſſa Capuam occupare tentaſſet, & ducem ſibi Quintiũ neceſſitate compulſum feciſſet, ſublato ære alieno ſeditionem compreſſit. Liuius dictator inquit magiſtro equitum A. Cornelio Coſſo dicto conſularia comitia habuit, æmulumq; decoris ſui abſentem M. Valeriũ Coruinũ, id enim illi deinde cognominis fuit, ſummo fauore Populi tres, & viginti natũ annos, conſulem renunciauit. [Cominus pugnanti] Singulari certamine dimicanti. [Propugnatorem] Defenſorem, qui per Val. contra Gallum pugnaret. [Vetuſtæ originis] Valeriorum familia vetuſtiſſima fuit in vrbe Rom. quæ ab hoc Val. Coruino nomen accepit. [Summo ornamento] Conſulatui. [Tam celeritate] Quia longe citra legitimum tempus conſul creatus. ſ. uigeſimotertio ſuæ ætatis anno. [Et principio] Quia primus è familia ſua conſul factus fuerit.

Ascen. MAtebum, &c.] Dij pariter, atque homines reddiderunt quoque, id eſt etiam Marcum Valerium ſ. Coruinum, ſpecioſum, id eſt ſpectabilem, & decorum, duabus rebus inſignibus, id eſt eminentibus. [Illi,] Scilicet Dij reddiderunt ſpecioſum, ſubijcientes, id eſt clam inijcientes ipſi pugnanti cum quodam Gallo, cominus. i. conſerta manu in ſingulari certamine, Coruum .ſ. auem pugnatorem, quia oculos Gallis alis infeſtauerat, hi. ſ. ciues, ſupp. reddiderunt ſpecioſum largiri ſup. ingreſſo annum tertium, & vigeſimum, conſulatum, cum ante trigeſimum, lex eum inijre vetaret. [Quorum alterum,] Scilicet beneficium à dijs collatum, gens Coruina amplexa decus. i. tanquam decus, vetuſte origini optimi hominis, ſcilicet primi Coruini, aut hominis vſurpat cognomen .i. pro cognomine, vt Coruina dicatur, alterum, ſcilicet à ciuibus collatum beneficium, ſubiungitur ſummo ornamento, gloriando .i. dum gloriatur tam celeritate, conſulatus, quia ante vigeſimum quartum annum conſul factus fuit, quàm principio, quia primus in familia ſua conſul fuit.

DE Q. SCÆVOLA.

*Inaliis et magiſtrati. Cic. in Bru. *De prouincia iſta Cic. lib. 5. & 6. ad At. & ver. 4. & Aſco. Plut. in vita.

AC ne* *Quinti quidem Scæuolæ, quem Lucius Craſſus in conſulatu collegam habuit, gloriam parum illuſtris, qui* Aſiam tam ſanctè, & tam fortiter obtinuit, ut ſenatus deinceps in eam prouinciã iuris magiſtratus, exemplum, atq; formam officij Scæuolam decreto ſuo proponeret.*

Oliv. Scæuola Aſia ſanctiſſime rexit.

AC ne Quinti quidem Scæuolæ] Hoc Scæuolæ clariſſimum contigit, quòd cum Aſia prouincia ſibi forte obueniſſet, in adminiſtranda ita ſe geſſit, vt ſenatus deinde omnibus in eam prouinciam iuris magiſtratibus, Scæuolam adminiſtrandæ prouinciæ normam, exemplumq; proponeret, ex quo facile intelligi poteſt quanta innocentia, & integritate, quanta rurſus prudentia, & magnanimitate prouinciam illam adminiſtrauerit, cum ſenatus decreuerit vt eius normam, exemplumque ſeruarent præfecti, & magiſtratus nihil profecto in eo, quod ad iuſtiſſimi viri ſapientiſſimi hominis, & integerrimi præfecti gloriam pertineret de fuiſſe videtur, hic eſt ille Scæuola, quem Carbo in ea prouincia diligentiſſime ſeruarent, accuſaturus ſi quid peccaſſet, vleiſcẽdi patris gratia, qui ab hoc Scæuola fuerat aliquando damnatus, Sed tanta fuit Scæuolæ integritas. vt nullum illi criminandi locum reliquerit. [Quem L. Craſſus] Hoc dicit ad diſcretionem aliorum; quia multi Scæuolæ dicti ſunt, vt augur, Pontifex, vt iuriſperitus, vt alij Scæuolam. Voluit ſenatus, vt prouinciam illam adminiſtrationis omnibus Scæuola foret exemplum, vt ea fide, & integritate, eo conſilio & æquitate rempub. adminiſtrarent; quibus Scæuola gubernaſſet.

Ascen. AC ne quidem] .i. non ſaltem, aut non etiã gloria Quinti Scæuolæ, quem L. Craſſus habuit collegam in conſulatu ſuo ſup. fuit parum illuſtris, quia multum illuſtris fuit. Qui obtinuit Aſiam tam ſanctè, & tam fortiter, vt ſenatus proponeret deinceps decreto ſuo magiſtratibus iuris in eã prouinciam Scæuolam exemplum, atq; formam officij.

DE CAIO MARIO.

IN HAERENT *illi voci poſterioris Aphricani ſeptem C. Marij conſulatus, ac duo ampliſſimi triumphi, ad rogum enim uſque gaudio exultauit. qui cũ apud Numantiam ſub eo duce ſtipendia equeſtria mereretur, & forte inter cœnam quidam Scipionem interrogaſſet, ſi quid illi accidiſſet, quem nam reſpu. æque magnum habitura eſſet imperatorem, reſpiciens ſe ſupra ipſum Marium cubantem, Vel hunc dixit. Quo augurio perfectiſſime virtus maximam orientem uirtutem uiderit ne certius, ac efficacius acciderit, perpendi vix poteſt. Illa nimirum cœna militaris, ſpecioſiſſimas tanta in vrbe Mario futuras cœnas ominata eſt. Poſtquam Cimbros ab eo delectos initio noctis nuncius peruenit, nemo fuit, quit non illi* tanquam Dijs immortalibus, apud ſacra menſa ſua liberauit.*

*Plu. in Mar.

Oliv. IN HAERENT illi voci] Nec Marius quidẽ hoc ornamenti genere caruit, non enim minus illi glorioſum Scipionis iudiciũ fuiſſe videtur, quàm ſeptem conſulatus, nam vt in eius vita legitur, cum in Hiſpania ſub Aphricano poſteriore ſtipendia faceret, & forte in cœna iuxta imperatorem diſcumberet; quia plurimi faceret illum imperator, quidam ex aſtantibus ſiue ſerio ſiue ioco Scipionem interrogauit, ſiquid illi forte accidiſſet, quem imperatorem ſibi parem reſp. eſſet habitura, conuerſus in Marium, & percuſſo eius humero Scipio, illũ futurũ ſine vlla cunctatione reſpondit, quod eius, quæ poſt modũ euenit futuræ magnitudinis veriſſimum vaticinium fuit, ſed tunc omnes, qui aderant facile cognouerunt quanti Marium faceret Scipio, nam re vera nihil ad omnem dignitatem, & amplitudinem conſequendam Mario deerat propter generis dignitatem teſte Saluſt. [Inhærent] Innituntur, & infixi, quaſi dependet à voce Scip. Septem Marij conſulatus qui ſecuti ſunt. Duo ampliſſimi triumphi. Alter de Iugurtha rege Numidiæ, alter de Cimbris, Senonibus & Theuthonis. [Ad rogum vſq;] .i. vſque ad mortem gaudio exultauit, præterquam cum in paludibus delituit, & ad eum occidendum Minturnas miſſus eſt Cimbro Valer. ſed illud cõparatione felicitatis tam adeo breue fuit, vt merito dici poſſit ad mortem vſq; exultaſſe, nam ſeptimo conſulatu perijt. [Equeſtria] Tunc decurio fuit Marius. [vel hunc] Etiam hunc Marium vel ſaltem hunc Mariũ, nam vel, vtrunq; ſignificat interdum etiam diſiunctiua eſt. hæc voce ſignificauit Scipio Marium futurum imperatorem, qui ſibi cõparari poſſet. [Quo augurio] Non facile, inquit iudicari poteſt, id ne dixerit Scip. ex certa animi ſententia, quia ita ſua virtute futurum præuidiſſet, an fortuita quodam vocis iactu, tanquam diuinaſſet futurum, quod euenit omnino tamen appellat augurium. [Perpendit] Examinari, iudicari. [Nimirum cœna militaris] Certe inquit in cœna militari præuidit Scip. Sumptuoſas illas cœnas, quas populus Romanus ea nocte, qua nunciatũ fuit Cimbros ab eo fuiſſe deletos, in honorem Marij celebrauit. [Cœna militaris] Quæ in caſtris facta eſt. [Nemo fuit, qui non illi liberauit.] In omnibus ſacris epulis primitias Dijs offerebant, in ea nocte, non Dijs, ſed Mario liberarunt.

Mario quæ magnifice contigere ſunt.

Ascen. INhærent, &c.] Septem conſulatus, ac duo ampliſſimi triumphi Caij Marij. i. quos Caius M. Arpinas geſſit, ac duxit inhærent .i. infixi ſunt, quaſi fundamentum ſint, illi. ſ. nobili voci Aphricani ſuperioris. Enim pro quia, M. ſup. exultauit gaudio, id eſt proſpero ſucceſſu, vſque ad rogum, id eſt vſq; ad funus ſuum qui. ſ. Marius, cum mereretur ſtipendia equeſtria, id eſt militarei pro mercede in equo, ſub eo duce videlicet Scip. & quidam interrogaſſet forte inter cœnam. i. cenandum Scip. quem nam reſpu. habitura eſſet imperatorem æque magnum, ſi quid. ſ. aduerſi [intellexit autem necem, ſed ad euitandum malum omen, non audebat dicere ſi mortem obiuerit] accidiſſet illi. i. ſi occideretur, aut moreretur, Scip. ſup. reſpiciens ſe cubantem ſupra ipſum. ſ. Marium dixit vel. i. etiam aut ſaltẽ hunc. ſ. equitem, licet ignobilem, ſtrenuum tamen. [Quo augurio via poteſt perpendi,] .i. diſcerni. ne. i. an perfectiſſima virtus. ſ. Scipionis, hoc eſt Scipio præditus iam tum virtute conſumatiſſima, viderit. i. proſpexerit, quaſi per ſpiritũ prophetiæ, & vim diuinandi, maximam virtutem orientem, ſcilicet in Mario, certius. i. infallibilius, an ſup. acciderit. i. à caſu cõtigerit efficacius. [Nimirum] .i. haud dubie, illa cœna militaris. i. qua inter milites, vtpote in exercitu Scipio talia de Mario prædicauit, ominata eſt, id eſt augurauit, & quaſi omine quodam præſignauit Mario, ſpecioſiſſimas. i. honorificentiſſimas cœnas futuras Mario. i. in honorem Marij, in tanta vrbe quanta eſt Ro. Nam poſtquam nuncius peruenit. ſ. Romã initio noctis, Cimbros deletos ab eo. ſ. Mario, nemo fuit ſup. Romæ qui non libauerit. i. obtulerit illi. ſ. Mario tanquã Dijs immortalibus apud ſacra menſæ ſuæ, hoc eſt qui non inſtruxerit epulum lætitiæ, ſicut Galli ignes extruunt, & interpellandum Mario adhibuerit, & quaſi ſacra libamina obtulerit.

DE CN. POMPEIO.

IAM* *quę in Cn. Pompeium & amplaq; & noua congeſta ſunt, hinc aſſenſione fauoris, illinc fremitu inuidiæ literarum monumentis obſtrepitur. Eques Romanus; proconſul in Hiſpaniam aduerſus Sertorium, pari imperio cum Pio Metello principe ciuitatis miſſus eſt, nondũ illũ honorem auſpicatus bis triumphauit. Ini*

*Cic. pro lege manil. Pli. lib. 7. c. 19. & Plut. in vita.

tiæ magiſtratuum è ſummo imperio cepit,tertium conſulatū decreto ſenatus ſolus geſſit. De Mithridate, & Tigrane,de multis præterea regibus,& gentibus plurimiſque ciuitatibus,& prædonibus vnum duxit triumphum.*

*Aſc.in oratione pro Mil. & Dion.li. 40.

Oliv.

IAM quæ in Cn. Pompeium.Quæ ampla,& magnifica Pompeio contigerint, licet ex multis auctoribus colligi poſſit , vt è Plin. nat. hiſt. lib. 7. qui eius titulos omnes,triumphoſque ſummatim percurrens,illum non ſolū Alex.magni,ſed Herculis & liberi patris ſulgorem adæquaſſe dicit, & è Plut. qui eius vitam deſcribens,cum quaſi de toto orbe triumphaſſe oſtendit hęc tamen omnia è Cic.Pōpeiana multo facilius , ac breuius , hunc igitur auctorem hoc loco ſequar , quoniam eius veritas erit teſtimonium,dicit enim non commemorabo nuper ita nobis,patribusq; noſtris eſſe viſum, vt in vno C. Mario ſpes imperij poneretur,vt idem cū Iugurtha,idem cum Cimbris, idem cum Theutonicis bellum adminiſtraret, in ipſo Cn. Pomp. in quo noui conſtitui nihil vult Q. Catul.quàm multa ſint noua , ſummaque Catuli voluntate conſtituta recordamini.quid tam nouum quàm adoleſcentulum priuatum exercitam difficilem reip.Syllæ conficere, confecit,huic præeſſe,præfuit,rem optime ductu ſuo gerere geſſit,quid tam præter conſuetudinem, quàm homini per adoleſcenti,cuius à ſenatorio gradu ætas longæ abeſſet,imperium, atq; exercitum dari, Siciliam permitti; atque Aphricanū bellum in ea adminiſtrandū ? fuit in his prouincijs ſingulari innocentia,grauitate,virtute,bellum in Aphrica maximum confecit,victorem exercitum deportauit,quid vero ita inauditum,quàm equitem Romanū triumpharet? at eam quoq; rem P.R.non modo vidit,ſed etiam omnium ſtudio viſendam putauit,quid tam inuſitatum,quàm cū duo conſules clariſſimi fortiſſimiq; eſſent,eques Romanus ad bellum maximum, formidoloſiſſimumq; pro conſule mitteretur, miſſus eſt,quo quidem tempore cum eſſet nemo in ſenatu , qui diceret non oportere mitti hominem priuatū pro conſule. L.Philippum dixiſſe dicitur,non ſe illum ſua ſententia pro conſule , ſed pro conſulibus mitti,tanta in eo reip.bene gerendæ ſpes conſtituebatur, vt duorum conſulum munus vnius adoleſcentis virtuti committeretur,quid tam ſingulare , quàm vt ea ſenatuſconſulto legibus ſolutus , conſul ante fieret , quàm vllum alium magiſtratū per leges capere licuiſſet;quid tam incredibile,quàm vt iterū eques Romanus ea ſenatuſconſulto triumpharet. hæc in hominibus noua poſt hominum memoriam conſtituta ſunt;ea tam multo omnibus non ſunt,quàm hæc in hoc vno homine videmus apparere.Itemq; de Cn.Pomp.Diſſenſionem inter auctores,& barum rerū ſcriptores eſſe dicit,quòd alij Pompeio fauentes,hæc omnia recte facta à ſenatu P.Q.R.fuiſſe dicant,alij quadam inuidia commoti reprehendant,quòd contra leges , & maiorum conſuetudinem,tanta Pompeio tributa fuerint,& ſimul notanda eſt conſtructio,quia dicit,obſtrepitur,quæ Pompeium congeſta ſunt,ſubauditur enim pro his,nam poſito relatiuo,ſubauditur antecedens Huic aſcenſione fauoris , propter eos,qui recte eſſe dicunt.[Fremitu inuidię] Propter eos,qui liuore ducti non recte factum eſſe dicunt,q; contra leges,& maiorum conſuetudinem, tot, tantaq; Pompeius fuiſſet aſſecutus. [Literarum monimentis] Quia ſcriptores de his ſum quoq; adhibuere iudicium.[Obſtrepitur]Circunſonatur,obtunditur,murmuratur. vociferatur. [Eques Romanus] Hoc idem affirmat Cic. in Philippicis. Liuius tamen lib.9 I.dicit eum fuiſſe quæſtorem quando aduerſus Sertorium cum imperio conſulari miſſus eſt. [Equitē, vero fuiſſe dicit cū Aphricā miſſus eſt aduerſum Cn. Domitium proſcriptum.Et Hiertam, vel Hiarbam,vt alij dīt regem Numidarum bellum molientes,quos victos interemit , natus anno quatuor,& 20.& de Aphrica triumphauit,quod ad eam diem nemini unquā cōtigerat, ut æques Romanus triumpharet,ſed Ciceroni magis credendum eſt , qui hæc omnia uidit,& ſenſit.[Bis triumphauit]Semel de Aphrica deuictis,ut ſupra Domitio,& Hiera rege,rurſus de Sicilia uicto Carbone,qui flens muliebriter mortem tulit,nam uictum occidit. [Auſpicatus] Per auſpicium conſecutus. [Initia magiſtratuū] Non ille per gradus inferiores ad ſummū aſcendit,ſed primus illi magiſtratus fuit conſulatus , ad quem per ædilitatem, quæſturam , alioſq; magiſtratus reliqui ciues peruenire conſueuerāt . Tertium conſulatū,hoc eſt auctoritate M. Bibuli Catonis neceſſarij factum eſt,cuius ſententiam Cato laudauit,ut in eius uita legitur. [De Mithridate]Rege Ponti.[De Tigrane]Rege Armeniæ,cuius filius cū uxore triumphantis currum proſecuti ſunt,

L.Philippus de Pōpeio.

Zoſimetis cum uxore, Ariſtobolus rex Iudæorum. [De multis regibus] De Ariobarbane,Pharnace, Ariſtobolo. [Plurimiſq; ciuitatibus] Ciuitates prope nongentas cepit,inter quas & Hieroſolymam,ubi templum ad Iudæorum urbem uſq; ad id tempus inuiolatum ſpoliauit,ex quo creditur non illi poſt illā ſpoliationem proſpere quidquam ceſſiſſe.[Ex gentibus]Nam gentes, ſiue nationes 12. ſubegit.[Prædonibus] Piratas celerius , quam credi poteſt,ſuperauit. [Vnum duxit triumphū] De his omnibus ſemel triumphauit,& triumphantis currum proſecuti ſunt reges ſupra memorati, Plutarchus de tertio Pōpeij triūpho,ex quibus gentibus triumphauerit ſic breuiter tradit ; erāt quippe regiones hæ, Pontus,Armenia,Cappadocia, Paphlagonia,Media, Colchis, Tiberia,Albania, Syria,Cilicia,Meſopotamia. Præterea hi, qui circa Phœniciam, & Paleſtinam incolunt Iudæi,Arabes. piratarū etiam quotquot genera terra,mariq; debellata erant, inter hæc notabantur caſtella,haud pauciora,quàm mile capta.ciuitates fermè nongentæ.piraticæ naues octingentæ urbes præſidijs Romanis firmataſeſſe unde quadraginta,his quoq; addebātur uniuerſa Romanæ urbis tributa,ante id bellum quinquagies decies centena millia fuiſſe,cū his neto,quæ P.R.ipſe quæſiuit octogies,& quinquies decies centena millia;in ærarium,præterea uaſa,aurū, argentumq; ſignatum ad 20.millia talentorum,præter quæ militibus diuiſa ſunt,quorum qui minus accepit, mille & quingentos aureos tulit. captiui poſt principes piratarū in triumpho ducti, Tigranis Armeni filius,cū uxore,filiaq; ipſius regis Tigranis Coſmię coniux rex Iudæorum Ariſtobolus, Mithridatis ſoror cum liberis quinq; . Scytharum quoq; & multę mulierę albanorum,& liberorū,ac regis coagnatorum obſides ducti. Trophæa quoq; quàm plura notata omnia prœliorū munera,quę aut ſe duce, aut per legatos adeptus erat,maximum,& ſplendidiſſimū fuit,& quod Romanorum nemini hactenus obtigit , & trinum è trina uniuerſi orbis parte triumphū duxit,nam licet tres ex hac una parte antea triumphauerint,ipſe tamen primum ex Aphrica. Secū dum ex Europa. Tertium hunc ultimū ex Aſia ducens triumphum. quodammodo uiſus eſt ex uniuerſo ambitu orbis triūphaſſe .

Ariſtobolus rex.

IAm (continuatiua eſt particula) obſtrepitur.i.cum ſtrepitu memoratur monumentis literarum.i.ſcriptis multorum, quę cum ſtrepitu quodam, & frequentia leguntur,quę.ſ. magnifica,& ampla,& noua,& inuſitata.i.congeſta ſunt in Cn. Pompeium.ſ magnum,hinc.i.ex una parte, aſſenſione.i. aſpiratione fauoris,illinc.i.ex altera parte fremitu inuidię , quia ſępe qui per inuidiam ſummis uiris obeſſe nituntur, proſunt illis ad gloriam,ut Iuno Herculi, Pelias Iaſoni,&c. Ipſa ſup. eques Romanus.i.cū eſſet tm̄ eques miſſus eſt proconſul. i. functurus conſulari poteſtate,in Hiſpaniam aduerſus Sertoriū. par poteſtate.i. habens parem poteſtatem cū Metello Pio principe ciuitatis.ſ. Romanę, & triumphauit bis, nondū auſpicatus.i. auſpicio adeptus,aut ingreſſus ullum honorem.i.magiſtratū honorificum , nam pro conſulatus non erat in urbe ſed in prouincia.[Cœpit initia magiſtratuū à ſummo imperio] Quia non gradatim uenit per ædilitatem quęſturam,pręturam, &c.ad conſulatū, ſed non geſtis minoribus,ſummos honores adijt,geſſit tertiū conſulatū ſolus.i.ſine collega,& id decreto ſenatus,duxit unū triūphum.i.ſimul,& ſemel triumphauit de Mithridate rege Ponti, de Tigranę rege Armeniæ pręterea de multis regibus.ſ.alijs,ut de Ariobarzane, Pharnace,Ariſtobolo,& gētibus.i.nationibus, quas 12.ſubegit,& plurimis ciuitatibus.q.a quaſi de nongentis,& prędonibus ut de piratis,Cilicibus, de quibus late Oliu.

Aſc. n.

Pōpeij trophęa

DE Q. CATVLO.

QVINTVM etiam Catulum Pop.Rom.voce ſua tantum non ad ſidera uſque euexit,nam cum ab ea pro roſtris interrogaretur,ſi in uno Pōp. Magno omnia reponere perſeueraſſet.abſumpto illo ſubiti caſus in curſu, in quo ſpem eſſet habiturus, ſummo conſenſu acclamauit , in te.Vim honorati iudicij admirabilem, ſiquidem Magno Pompeio cum omnibus ornamentis, quæ retuli, duarum ſyllabarum ſpatio incluſum Catulum æquauit.*

*Cic pro lege Manil.

QVINTVM etiam Catulum] Nō parum illuſtre fuit , quod euenit Q. Catulo,qui cum P.R.diſſuadere uellet non eſſe Mithridatis prouinciam Pompeio demandandam, Oliv.

Catulus Pompeij laudibus non inferior.

dam, quæſiuit ex populo, in quo ſpem eſſent habituri, abſumpto forte Pompeio, in quem tunc omnia conferrent, ſummo omnium conſenſu ſueclamatum eſt, in te. Cic. in Pompeiana. Reliquum eſt, vt de Q. Catuli auctoritate, & ſententia dicendũ eſſe videatur, qui cũ ex vobis quæreret, ſi in vno Cn. Pompeio omnia poneretis, ſi quid de Pompeio factum eſſet, in quo ſpem eſſetis habituri, cœpit magnũ ſuæ virtutis fructum, ac dignitatis, cũ omnes vna prope voce in eo ipſo ſpẽ habituros eſſe dixiſtis, etenim talis eſt vir, vt nulla res tanta ſit, ac tam difficilis, quàm ille non & conſilio regere, & integritate tueri, & virtute conficere poſſit ex his ergo verbis P. R. Pompeij gloriæ Catulum adæquauit. [Ad ſydera vſq; euexit] Hyperbole eſt. P. R. maxime Catulum ſuis verbis extulit. [Abſumpto] Extincto Pompeio aliquo ſubito fortunæ impetu. [Vim honorati iudicij] Qui diligenter inſpexit, in populi vocem vim maximam ineſſe cognoſceret, vt duobus verbis facile ſignificauerit, Catulo nihilo inferiorẽ eſſe Pompeio. [Vim admirabilem] Vehementiam admiratione dignam. [Duarum ſyllabarum ſpatio] Videlicet in te.

ASCEN. QVIutum, &c.] P. R. tñ non. i. quaſi aut hoc ſolo dempto, quòd non facto, ſed uoce ſua euexit etiam Q. Catulum uſq; ad ſydera, Nam cum P. R. interrogaretur ab eo. ſ. Catulo, pro roſtris. i. in concione ante roſtra, ſi populus ſup. perſeueraſſet reponere. i. collocare omnia. l. ornamenta ſua in unu. ſ. ſolo Pomp. magno, in quo eſſet habiturus ſpem, illo. ſ. Pomp. abſumpto. i. ſi forte abſumatur, & pereat incurſu. i. impetu ſubiti. i. importuni caſus, acclamauit ſummo conſenſu, in te. hoc eſt in Catulo. [Vim] .i. ò uim admirabilem iudicij honorati. i. honorifici, ſiquidem. i. quoniam, populus æquauit Catulum incluſum ſpatio duarum ſyllabarum. ſ. in te, hoc eſt intellectum per pronomen te, Pompeio magno, cum omnibus ornamentis, quàm retuli. i. recitaui in ſuperiori capite.

DE M. CATONEM.

*Plut. in uita, hic li. 4. c. 5. & 3.

*POTEST & *M. Catonis è Cypro cum regia pecunia reuertentis appulſus ad ripam Tyberis, memorabilis uideri, cui naue egredienti Coſſ. & ceteri magiſtratus, & uniuerſus. S. P. Q. R. officij gratia præſto fuit, nõ quod magnũ pondus auri, & argẽti, ſed quod M. Catonem claſſis illa incolumen aduexerat, lætatus.*

OLIV. POTEST M. Catonis] De perfectione M. Catonis in Cyprum, de regia pecunia Romam tranſuecta, de Cypro in prouinciæ formam redacta, dictum eſt, quod uero ad eius gloriam pertinet, & quod illi magnificum contigit, ea hac expeditione reuertẽti, nõ ſolò conſules, ceterique magiſtratus, ſed omnes quoque ſenatores, populus uniuerſus obuiam honoris gratia prodierunt, magnam per ſe ferentes lætitiam, quod columis rediſſet, ſpes maxima patriæ & decus ſenatus Rom. Appulſus. Appulſio, applicatio, eſt enim nomen hoc loco non participium. [Officij gratia] Præſtanti honoris gratia. [Præſto fuit] Obuiam progreſſus.

ASCEN. POteſt, &c.] Appulſus, i. applicatio ad ripam Tyberis M. Catonis reuertentis è Cypro cum pecunia regia, pro qua miſſus fuerat ne Cyprij rebellarent, poteſt uideri &. i. etiam memorabilis, cui. ſ. Catoni egredienti naue, conſules, & cæteri magiſtratus, & uniuerſus ſenatus. P. Q. R. fuit præſto. i. obuiam prodijt gratia officij. i. honoris debiti impendendi, lætatus non quòd claſſis illa aduexerat magnum pondus auri, & argenti, ſed quòd aduexerat Marcum Catonem incolumem, qui tamen per inuidiam miſſus erat, unde etiam ſubſiſtere noluit.

DE L. MARTIO.

*Liu. li. 25. & hic li. 4. c. 6.

*SED neſcio * an præcipuum ſit L. Martij vſitati decoris exemplum, quem equitem Romanũ duo exercitus P. & Cn. Scipionum interitu victoriaque Aſdrubalis lacerati, ducem legerunt, quo tempore ſalus eorum in vltimas anguſtias deducta, nullum * ambitionis locum relinquebat.*

* ambitioni.

OLIV. SED neſcio an præcipuum] Notata eſt hiſtoria in cap. de prodigijs lib. 1. Fuit autem hoc illi magnificum, & illuſtre, quod duobus in Hiſpania occiſis Scipionibus, reliquiæ totius exercitus in unum collectæ, ſummo conſenſu imperium ei detulerunt, qui cum in propinquo bina Pœnorum caſtra paucis millibus paſſuum diſtarent, cohortatus milites proxima caſtra, intempeſta nocte adhortus eſt, & tum hoſtẽ victoriæ fiducia incompoſitum aggreſſus, ne nuncium quidem cladis reliquit, breuiſſimo tempore militi ad requiem dato, eadem nocte capti famã rei geſtæ progreſſus, altera eorũ caſtra inuaſit, Ita bis ſimili vſus euentu, deletis vtrobiq; Pœnis, amiſſas P. R. Hiſpanias reſtituit, quo tempore, hoc illi tanto glorioſius fuit, quo non ambitione quæſitum, non alia ratione caperitum fuiſſe dici poſſit, quippe in tanto diſcrimine vbi omnium ſalus vni ſapientiſſimo credenda fuerat. [In vltimas anguſtias] In vltimum vitæ diſcrimen. vbi ſpes nulla ſalutis ſubeſſe videretur.

ASCEN. SEd neſcio, an exemplum Lucij Martij ſit præcipuum decoris inuſitati, quem ſup. etiam equitẽ Rom. duo exercitus lacerati interitu Publij, & Cn. Scipionũ, & victoria Aſdrubalis, qui eos vicerat in Hiſpania, legerunt. i. elegerunt ducem (Senatus tñ non approbauit, eo quòd non ſatis modeſte, victoriam ſuam ad eum ſcripſerat) ſup. eo tempore, quo ſalus eorum deducta in ultimas anguſtias, nullum locũ ambitionis, aut ambitioni relinquebant, quia ubi de ſalute agitur, uero iudicio res decernitur nec unde res, ſed unde ſalus dependeat, eligitur.

DE SVLPITIA.

*Plin. li. 7. ca. 35. & Sol. c. 5. Ouid. li. 5. Faſt.

*MERITO *commemorationem uirorum Sulpitia Seruij Paterculi filia, Q. Fuluij Flacci uxor adijcitur. quæ, cum ſenatus libris ſibyllinis per decemuiros inſpectis cenſuiſſe, ut Veneris Verticordiæ ſimulacrum conſecraretur, quo facilius uirginum, mulierumq; mens à libidine ad pudicitiam conuerteretur, & ex omnibus matronis centum, ex centum autem decem ſorte ductæ, de ſantiſſima fœmina iudicium facerent, cunctis caſtitate prælata eſt.*

OLIV. MERITO uirorum Sulpitia] Eſt ſexui quoq; fœmineo ſuus reddendus honor ut ſi quid magnificum illis contigerit, ſilentio non prætermittatur, ne id factum mundia eſſe uideatur. itaq; Sulpitia virorum commemorationi ſubiungi merito poſſe uidetur, hæc Paterculi filia, & Fuluij Flacci coniuncta, cum ex libris ſibyllinis ſenatus decreuiſſet, ut Veneris Verticordiæ ſimulacrum conſecraretur, ut mulieres uidelicet in pudicitiam conuerterentur, & decem uirorum mandato, caſtior matrona dedicationi præficeretur, inter centum, quæ ex omni mulierũ turba caſtiores electæ ſunt, hæc Sulpitia fuit, & ex his deinde ſelectæ ſunt decem præſtantiores, in quibus omnium iudicio, & ipſa connumerata eſt poſtremo cum ex decem peteretur prima, ipſarũ mulierum conſenſu Sulpitia datur. Plin lib. 7. nat. hiſt. pudiciſſima inquit fœmina ſemel matronarum ſententia iudicata eſt Sulpitia Paterculi filia, uxor Fuluij Flacci, electa ex centũ præcipuis, quæ ſimulacrum Veneris ex ſibyllinis libris dedicaret [Verticordiæ] Quę impudicarũ mulierũ corda à libidine ad pudicitiam uerteret, nam à uertendo corde Verticordia dicta eſt Venus. [Cæterum quia ſine diminutione] Quãquidem, inquit externorum uirorũ exẽpla ſine detractatione amplitudinis Rom. cõmemorare poſſumus, de his quoq; dicamus.

ASCEN. MErito, &c.] Sulpitia filia Seruij Paterculi, & ſup. vxor Q. Fuluij Flacci adijcitur merito commemorationi uirorum. Quæ cum ſenatus cenſuiſſet, libris ſibyllinis inſpectis, per decem uiros ad hoc creatos. ut ſimulacrum Veneris Verticordię. i. habentis poteſtatem cordis uertendi, ut miſera gentilitas credebat conſecraretur. quo. i. ideo, ut mens uirginũ. non corruptarum. & mulierum. i. corruptarũ conuerteretur facilius ad pudicitiam, & centũ, ſcilicet matronæ ex omnibus negocijs, autem. i. ſed, decem. ſ. matronæ ductæ forte facerent iudicium de ſanctiſſima fœmina, quæ. ſ. ſimulacrum illud conſecraret, prælata eſt cunctis. ſ. alijs caſtitate. i. in caſtitate, aut ob caſtitatem. Faciens autem tranſitũ ad externa dicit. [Cæterum] .i. ſed quia inſignia quoq; externa poſſunt reſpici ſine ulla diminutione maieſtatis Romanæ, tranſgrediamur ad ea.

EXTERNA.
DE PYTHAGORA.

*Cic. li. 1. de nat. deor. & Laert. in uita.

*CETERVM quia *ſine ulla diminutione Romanæ maieſtatis externa quoq; inſignia reſpici poſſunt ad ea tranſgrediamur. Pythagora tanta ve-*

hoc nemus fuiſſe etiam Palladi conſecratū, quorum ſententiam ſequitur, nunc Valer. dicens Athenas Dodonęas propter Palladē, fuit aūt in eo nemore nobilis quercus, ex quo precioſiſſima vaſa fiebāt, vnde Virg. Dodoneosq; liberas dixit. [Hammonis fronti] Iouis Hammonis, nota eſt fabula quare dicatur Iupiter Hammonius. i. arenarius, nam eam alio loco notauimus, hunc aūt magnus Alexander patrem ſuū eſſe exiſtimauit, cuius ſtons erat magnæ venerationis, licet ſimulacrū arietis formā referret.

Ascan. EAdem gens] .ſ. græcanica incubuit. i. diligentem quaſi toto pectore operam dedit, ſummo conſenſu ad decorādum Amphiaraum ſ. vatem, redigendo informam, & conditionem templi locū, in quo humatus eſt ab humo. ſ. abſortus, atq; inſtituendo oracula capi inde. i. ex eo templo, & antro, cineres eius poſſidenti idem honoris. i. eundem honorem, quod datur cortinæ pythice. i. ſecreto antri delphici, quod datur aheno, id ęreo ſimulachro in formā columbæ, aut lebeti dodona ſylux, è cuius tinnitu futura iudicabāt, vnde male legunt quidem Athenæ, (ſed vi diai exemplaribus deluſi) & quod datur fronti Hammonis. i. Iouis arenarij, qui Baccho per Libyen exercitum ducenti, cum ſiti penè deficeret, apparuit in arena ſub ſpecie arietis, & ad fontem perduxit, vbi ex inoſto templo peruenit, ad quē etiam Alexander Magnus, qui ſe Hammonis filium mentiedatur, peruenit, ab illius ſacerdotibus adulanter exceptus, vt per quam graphice in Rapſodia ſua, deſcripſit Sabellicus.

Thao. ATheniæ Dodonæ] Satis oſtendit in Claudianum Ianus, ac ipſius apologia Furius echinatus Ahena, vel Aheno dodonex legendum, de quibus idem Parrhaſius in Claudianum copioſe.

DE BERENICE.

* Berenice, Li. lib. 7. c. 41. BERENICE * *quoque non vulgaris honos, cui ſoli omnium fœminarum gymnico ſpectaculo intereſſe permiſſum eſt, cum ad Olympia filium Euclea certamen ingreſſum adduxiſſet, Olympionico patre genita, fratribus eandem palmam aſſecutis latera eius cingentibus.*

Oliv. BERANICA] Apud Græcos mulieri non licebat Olympicis ludis, & certaminibus intereſſe, & rectè quidem vbi homines nudi plerunque certarent à mulieribus ob pudicitiam non ſpectandi quem morem Statius primos Thebaidos per ſitum tangit dicis. [Excluſeq;] Expectant præmia matres, quod igitur nulli vnquam mulieri conceſſum fuerat, datum eſt Berenici mulieri, vt Olympico certami cum filio, & fratribus poſſet intereſſe, nec immerito quippe qui patrem, quæ filium, quę fratres in eo certamine ſæpe victores, & glorioſum inde palmam referentes haberet. [Beronice] Alia eſt Berenice, de qua ſuo loco dicemus in capite de vitione. [Gymnico ſpectaculo] Olympico certamini in quo nudi homines ſe paleſtra exercebant, vbi mulieribus intereſſe non licebat. [Euclea] Filium ſuū, quem cum ad certameo illud adduxiſſet, ſibi quoque aditus ad ſpectādū certamen patuit. Olympionice, vel vt dīt Olympionice patre genita .i. quæ nata eras ex patre ſæpe victore Olympici certaminis, non eius patris proprium eſt nomen, ſed à victoria certaminis illius ita denominatus. Olympionicus enim is dicitur, qui in Olympico certamine vicit. Nam νίκη Græcè Latinè dicitur victoria. [Fratribus] Eius. [Latera cingentibus] Circundata geminis fratribus eius certaminis ſæpe victoribus. non omnium igitur, ſi ei ſoli conceſſum fuit ſpectare ludos, cum illorum palma ſuorum, quaſi hæreditaria fuiſſe videatur.

Ascan. BErenices, &c.] Honos quoque Pherenices, mulieres græcanicæ (Oliuerius legit Beronice, ſed in melioribus exemplaribus Pherenices legitur Beronice autem iudicio Plinij fortunatiſſima fuit in terris mulier, vtpote Regina Regis filia, & vxor, & mater, & de qua hic non loquitur. Scimus autem anice deducta, ni producere, vnde penultima acuetur) ſup. fuit non vulgaris, cui ſoli omnium fœminarum permiſſum eſt intereſſe ſpectaculo gymnico, id eſt agonis, & exercitij virilis, cum adduxiſſet ad Olympia. i. Olympica certamina, Euclea filium, ſcilicet ſuum, ingreſſum certamen. ſ. Olympicum, genita patre Olympionico. i. qui in Olympijs vicerat, & fratribus aſſecutis, id eſt qui obtinuerat eandem palmam, hoc eſt Olympicam, cingentibus latera eius.

Thao. BErenice caſtiga Pherenice ex Pauſaniam, Plinioque, & Hermolao.

VALERII MAXIMI LIBER NONVS.

HYPOTHESIS SEQ. EXORDII.

VNiuerſi operis finem impoſiturus Val. hoc in nono ac vltimo, multa diuerſaq; complexus eſt. Deq; primo luxuriæ ac eidem adiuncto libidinis deteſtabili vitio ſe narratorem fore oſtendit. Non qui ea eo vllam ſibi comparent laudem, ſed vt ob oculos dedecus, ac in infamiam ea eis quæ acquiruntur, facile vitare queant homines, nec non qui eo genere vitiorum plurimum laborarunt, ijdem ad pœnitentiam commodis impelli poſſint.

DE LVXVRIA. CAP. I.

BLANDVM *etiam malum luxuria, quam accuſare, aliquanto facilius eſt, quàm vitiare, operi noſtro inſeratur: non quidem vt vllum honorem recipiat, ſed vt ſeipſam recognoſcens ad pœnitentiam impelli poſſit. Iungatur illi libido, quoniam ex eiſdem vitiorum principijs oritur, neque aut à reprehenſione, aut ab emendatione ſeparentur gemino mentis errore connexa.*

Oliv. BLANDVM etiam malum] Nonus ac vltimus liber, in cuius principio agitur de luxuria, atque libidine, quę vitia, cum turpiſſima ſint, magis videbantur ſilentio prætermittenda, quam inter clariſſima virtutum exempla commemoranda, ne hac vna ratione quodammodo honeſtari crederentur, quare Valer. hac breui præfatione ſui conſilij rationem oſtendit, vt dicat ſe idem velle de luxuria, atque libidine hoc loco percutere, non vt commemoratione ſua honoris quidquam recipiat, ſed vt oculis hominum earum turpitudinis ſubiectas illos temperati, & frugales exhortetur, luxurioſi ſeipſos cognoſcentes erubeſcant, & ſuæ turpitudinis pœnitentes ad temperantiam reuocentur. [Blandum malum] Luxuria ſuis illecebris homines facile attrahit, & bene malum dixit, nam luxuria licet tantiſper dum fruimur iucunda videatur, amara tamen poſtmodum ſentitur, cum ad turpitudinem, infamiam, & egeſtatem homines deduxerit, luxuriæ nanque dediti nullo recto, & honeſto ſtudio delectantur, nulla rei cuiuſpiam ſuauitate fruuntur, prius enim quàm cupiant omnibus explentur, priuſquam eſuriant, comedunt, bibunt, priuſquam ſitiant, quod vt poſſint vtcunque facere, obnoxia machinantur, precioſaque vina conquirunt, & denique veſcendi cauſa, terra, marique omnia ſcrutantur ad venerea ſine modo feruntur, vt maribus & fœminis promiſcue abutantur, non ſomnum, non frigus, non famem non laſſitudinem operiuntur, ſed omnia luxu præueniunt omni flagitio, & intemperantia inuoluti, facile euertantur, luxurioſi adoleſcentes in ipſo ætatis flore langueſcunt, in omne dedecus incurrunt, ſenes deinde facti inſaniunt, atque delirant, moleſtiſsimamque ſentiunt ſenectutem, nam præteritis erubeſcunt, grauantur præſentibus, quot voluptates, atq; luxuria adoleſcentes pepererunt? quot moleſtijs, & difficultatibus ſenes opprimuntur? nullum igitur malum luxuria peius, nullum deteſtabilius inueniri poſſet, quæ tum demum ſentitur, cum expleta fuerit. Seipſam recognoſceos, vt cum homines luxuriæ turpitudinem recognouerit, integri abhorreant, deteſtentur, luxurioſos pœniteat, & ad temperantiam redeant. [Iungantur illi libido] Luxuria in actu, libido in cupiditate verſatur. Luxuria dicitur omnium rerum ſuperfluitas, ex ſuperfluitate rerum naſcitur libido, & intemperantia, quidquid enim places, dicitur libido, ſed luxuria

Luxuria damnat.

in rebus venereis magis poſita, libido in cupiditate, & voluptate alia rerum, vnde Cic. libidinem appellat partem iracundiæ, dicit enim eos eſſe ex poteſtate, qui effrenati feruntur, aut libidine, aut iracundia, quanquam iracundia ipſa libidinis eſt pars. ſic enim diffinitur iracundia vlciſcendi libido. Item alio loco cupiditatem dixit, cum libido ad id, quod videtur bonum illecta, atque inflammata rapiatur. Aut re, aut emendatione, Bono ordine vtitur. Primo enim aliquis reprehenditur, deinde emendatur. [Gemino mentis errore] Duplici vitio libidinis, vt cupiat, & luxuriæ, vt expleat. mens primo capitur deſiderio alicuius rei, deinde explet.

Ascen. Blandum etiam malum luxuria] .i. ſuperfluus rerum vſus cũ voluptate, quam facilius eſt aliquanto accuſare, quàm vitare, & ideo blandum malum, & dulce venenum vocatur, inſeratur operi noſtro, non quidem vt recipiat vllum honorem, ſicut virtutes, quæ recitatæ ſunt, quo honoretur, ſed vt ipſa recognoſcens ſeipſam .i. vtilitatem ſui (eſt, enim pecore potius, quã homine digna poſſit) impelli ad pœnitentiam, non quidem luxuria, ſed luxurioſus. Libido .i. laſciuia carnis, & praua voluntas animi, iungatur illi, quoniam oritur ex eiſdem principijs vitiorum, neque ſeparentur aut à reprehenſione, hoc eſt, & ſimul à nobis reprehendantur, neque ab emendatione, hoc eſt ſimul ab illis, qui eis infecti ſunt, emendentur, connexę, id eſt eo quod ſint connexæ gemino errore mentis [vitio malæ voluntatis, quæ eſt in libidine & prauæ voluptatis, quæ eſt in luxuria, & nimio vſu, aut potius abuſu, veſtium, ædificiorum, ciborum, potuum veneris, & cæterarum illecebrarum.

DE C. SERGIO ORATA.

* Luxurioſorũ magiſter dĩ à Cic. li. 2. d Finib. Pli. li. 9. c. 54. Macrob. lib. 3. Sat.
* Ornatæ.
* Cum Cõſidio publicano iud.

*CAIVS * Sergio Orata penſilia balnea primus facere instituit quæ impenſa leuibus initijs cœpta, ad ſuſpenſa calidæ aquæ tantum non æquora penetrauit. Idem videlicet, ne gulam Neptuni arbitrio ſubiectum haberet, peculiaria ſibi maria excogitauit æſtuarijs intercipiendo fluctus, piſciumq; diuerſos greges ſeparatis molibus includendo, vt nulla tam ſæua tempeſtas incideret, quâ non * oneratæ menſæ varietate piſciculorũ abundarent. Aedificijs etiam ſpatioſis, & excelſis, deſerta ad id tempus ora Lucrini lacus preſſit, quo recentiore vſu conchyliorum frueretur: vbi, dum ſe publicæ aquæ cupidius immergit, * Conſidij publicani iudicium nactus eſt, in quo Lucius Craſſus aduerſus illum cauſam agens errare amicum ſuum Conſidium dixit, quòd putaret Oratam remotum à lacu, cariturum oſtreis, nanque ea, ſi inde petere non licuiſſet, in tegulis reperturũ. Huic nimirum magis Aeſopus tragœdus in adoptionem dare filium ſuum, quàm bonorum ſuorum hęredem relinquere debuit, non ſolum perditæ, * ſed etiam furioſę luxuriæ iuuenem, quem conſtat cantu commendabiles auiculas in manibus emptas precijs in cœna pro ficedulis ponere, acetoq; liquatos magnę ſummę vniones potionibus aſpergere ſolitum, ampliſſimum patrimonium, tanquam amaram aliquam ſarcinam, quam celerrime abijcere cupientem. quorum alterius ſenis, alterius adoleſcentis ſectam ſecuti, longius manum porrexerunt, neque enim vllum finitur vitium ibi, vbi oritur. Inde ab Oceani litoribus attracti piſces, inde infuſę culinis arcę, cenſibusque edendi atque bibendi voluntas reperta eſt.*

* Hoc de patre refert Pli. lib. 10. c. 51. & li. 35. c. 12. illud de filio lib. 9. c. 35. & Hor. Sat. 3 libro 2.

Oliv. CAIVS Sergius] Hic Sergius teſte Macr. conuiuiorum primo Orata cognominatus eſt, quod ei piſces, qui auratę dicuntur, chariſſimi fuerint, cuius luxuria tãta fuit, vt primus ipſe balneas penſiles habuerit. Primus oſtrearia, hoc eſt oſtreorum viuaria in baiano mari locauerint ætate Luc. Craſ. Oratoris ante Marſicum bellum, primus teſte Plin. nat. hiſt. lib. 9. optimum ſaporem oſtreis lucrinis adiudicauit, qñ eadem aquatilia generantur, alibi maiora ſicut lupi piſces in Tyberi amne inter duos pontes, Rombus Rauennę, murena in Sicilia, elops Rhodi, & alia genera ſimiliter. Nec culinarum cenſura peragatur. Primus pauonis carnes, & anſerum corda comedit. de iecore vero anſeris alijs aliter ferunt, quidam Metellum, quidam Marcum ſeſtium pium fuiſſe dicunt, qui anſeris iecur optimi ſaporis eſſe docuerit. [Orata] Pręnomen eſt, vt diximus à piſcibus, qui ſic vulgo appellantur auratę. [Penſilia] Balnea ſuſpenſa, & quaſi ex aere pendentia ad maiorem voluptatẽ, vt dum veheretur, ſe lauare poſſet. [Quę impenſa leuibus initijs] Impenſam, inquit, penſilium balneorum, quę à leui principio fluxiſſe videtur ad claudenda vſq; mari penetrauit. [Aequora penetrauit] Non impenſę pepercit, quo minus in mari oſtreorum, aliorumque piſcium viuaria fabricaret, vt ſuę gulę maria, non mari gula pareret, aut ſubiecta foret, quod ſequens litera indicat. [Idem videlicet ne gulam] Vt ſuę gulę, atq; libidini mare, non mari gula ſubiecta foret, hoc eſt pro arbitrio, & libidine ſua, quibus vellet, & quo vis tempore maritimis piſcibus veſci poſſet. [Peculiaria maria] Sua propria tanquam priuata non communia, nam viuaria ſibi ſtruxerat in mari, vbi ſeruarentur omnis generis piſces, vel certę varię piſcium ſpecies. [Aeſtuarijs] Aeſtuaria dicuntur, per quę mare viciſsim cõmeat, vt ſunt lacunę quę meatis æſtu, & venditione replentur, ſed ęſtuaria proprie de Oceano dicuntur.] Diuerſos greges] Varias piſciũ ſpecies. [Separatis mollibus] A reliquo mari murorum molle, & aliorum ędificiorum magnitudine ſeparauerat ęſtuaria, & piſcium viuaria. [Vt nulla tam ſęua tempeſtas] Non dubitauit ita mare in gulę ſuę poteſtatem redigere, vt nulla tempeſtas quantacunque foret impedire poſſet, quo minus eius menſa, quibus vellet piſcibus abundaret. O inaudita hoĩs luxuria omni turpitudine vel potius ſupplicio digniſſima, culeo profecto inſuendus homo, qui in mare demerſus, piſcibus quos tantopere inſectabatur, meritas perſolueret pœnas. [Aedificijs etiam ſpatioſis] Non ſatis habuit ad explendã ingluuiem ęſtuaria ſibi in mari conſtruxiſſe, niſi & Lucrini lacus ora maximis ędificijs occupaſſet, oſtiaq; clauſiſſet, ne inde conchylia regredi poſſent, quibus recentibus pro ſua libidine veſceretur ex quo factum eſt, vt à Conſidio publicano traheretur in iudicium, quòd ſua ſibi vectigalia, quę ex lucratiuo lacu cõduxerat, eius ædificijs & operibus diminuerentur, vbi Lucius Craſſus orator illum facete ſatis momordit, cum diceret, etiam ſi à lucrino lacu pelleretur, non tã cariturum eſſe conchylijs, quæ ſi non in lacu, in ædium ſuarum regulis reperiret, ac ſi diceret periturum potius illum, quam conchylijs cariturum. [Spatioſis] Latis alij habent ſpecioſis, pulchris [Preſſit occupauit] Clauſit. [Recentiore vſu] Clauſerat oſtia lucrini lacus, ne conchylia è mari Romã delata, quaſi corrupta emeret, ſed vt incluſa lacu lucrino recentiora ſemper haberet. [Publicę aquæ cupidius] Lucrinus lacus publicus erat, & ea piſcatione lucri plurimum mercatores facere conſueuerant ob piſcium multitudinem, vnde etiam lucrinus dictus eſt à lucro. eſt autem lacus campaniæ inter baias, & cumas, quem Diodorus Siculus dicit auernum prius fuiſſe nominatũ. [Silius vero Cocyton, verſus extat] Aſt hic lucrino manſiſſe vocabula quondam Cocyti memorant. Sed cum ibi piſcium multitudo caperetur, ex quibus lucra mercatores conſequerentur, lucrinus eſt dictus, ſed cũ ei proximum ſit mare, & ſæpe in lacum æſtuaret, grandia plerunque damna mercatoribus ipſis, & piſcatoribus inferebat ob quod grande vectigal, quod Romanis perſoluebatur, ſæpius fruſtrabantur, vnde à Senatu Iulio Cæſari datum eſt, vt lucrinum à maris impetu tutum redderet, & immunem qui oppoſitis murorum mollibus, & paruulo relicto mari, quod ad lacum tranſcenderet, rem ipſam confecit, voluit aquas Iulias vocari, quòd Virg. oſtendit libro Georgicorum ſecundo. An memorem portus lucrinoq; addita clauſtra. Atq; indignatũ magnis ſtridoribus æquor. Iulia qua ponto longe ſonat vnde refuſo. Strabo tamen dicit ab Agrippa hoc factũ eſſe, his ferme verbis. Eandem melius ſtruxit. Agrippa in exteriore parte, ad arcendum pelagus, ita vt poſtea locus afficeretur lucrinus oſtreis in capiendis vberrimus, verum ea loca ſaxoſa eſſe, & oſtreis referta oſtendere videtur Iuu. in Saty. Criſpini, cum ait Nulli maior fuit vſus edendi. Tempeſtate mea circeis nata forent. Ne lucrinum ad ſaxum rutupi noue ædita fundo. Oſtrea callebat primo deprehendere morſu. Publicam igitur aquam occupauerat iſte Sergius, & lucrinũ ſibi fecerat eſſe peculiarem, quare piſcatores inde non niſi ex voluntate illius oſtrea expiſcari poterant, ea quo Pub. vectigalium ſuorum iacturam patiebantur. [Iudicium nactus] Tractus in iudicium à Conſidio pub. hoc eſt vectigalium, rerum publicarum conductores. L. Craſ. Orator, qui accuſationem iſtam peragebat. [Huic nimirum magis Æſopus] Hic Æſopus: vt tradit Gell. lib. 2. Phrygius fuit Poeta clarus, qui fabulas

bulas ſcripſit, & tragœdias, ac etiã feſtiuos, & delectabiles apologos mira grauitate, quorum quoſdam Romulus quidam, verſu elego in eruditionem Tyberini filij tranſtulit in Latinũ. Filium tam perditæ luxuriæ, vt hæreditatem à patre relictam ſatis amplam, breui tempore nõ luxurioſe conſumpſerit, ſed furioſe deuorauerit, quare multo ſatius feciſſe pater, ſi eũ Sergio Oratæ, cui ſimillimus eſſet in adoptionem dediſſet, quàm hæredem reliquiſſet, de quo Flaccus in ſermonibus. Filius Æſopi detractã ex aure Metellæ, Scilicet vt decies ſolidos ſorberet aceto, Diluit inſignem baccham, hic auribus amicæ ſuæ Metellæ, diripiebat in aures, vt ſumptuoſis epularetur, vniones aceto liquefactos, potionibus ſuis immiſcebat, vt precioſius biberet. [Auiculas] Cantu ſuauiſſimas precio mercabatur impenſas, vt eas pro ficedulis haberet in cœna, hoc autem faciebat, aut feciſſet exiſtimare poſſumus, vt patrimonium à patre relictũ feſtinanter deuoraret. [Æſopus tragœdus] Ad differentiam Æſopi Hiſtrionis clariſſimi, qui fuit tempore Cic. & illi ſumma familiaritate coniunctus. [In adoptionem] Sic enim orata filium ſibi ſimilem adoptaſſet, videlicet, qui ab eius luxuria, & moribus non degenerasset. [Filium ſuum] Qui teſte Plin. lib. 9. nat. hiſt. dictus eſt Clodius, nam prior, inquit, id fecerat Romæ in vnionibus magnæ taxationis Clodius Æſopi filius, relictus ab eo in amplis opibus hæres, ne triumuiratu ſuo nimis ſuperbiat Ant. penè hiſtrioni comparatus, & quidem nulla ſuſpenſione ad hoc productus, quo id magis regem erat, ſed vt experiretur in genera palati, quod ſuperarent Margaritæ, atque vt mire placuere, ne ſolus hoc ſciret ſingulos vnionis conuiuis ad ſorbendum dedit. Item lib. 10. maxime inquit, inſignis eſt in hac memoria Clodij) Æſopi tragœdi hiſtrionis patina ſexcentis ſeſtertijs taxata, in qua poſuit aues cantu, aliquas aũt humano ſermone vocales nummis ſex ſingulis coemptas, nulla alia inductus ſuauitate, niſi vt in his imitationẽ hominis manducaret ne quæſtus quidem ſuos reueritus, illos optimos, & voce meritos dignus prorſus filio, à quo diximus deuoratas Margaritas, &c. [Perditæ luxuriæ] Pernicioſæ] Cantu commendabiles. Quæ ſuauiſſimos cantus ederent, quales luſciniæ, ſiue Phylomenæ Carduelli, & alia eiuſmodi, quas principes, & alij in delitijs habere ſolent, & his plurimũ delectari. [Immanibus] Immenſis precijs. [Proficedulis] Aues ſunt quibus maiores quaſi lautioribus veſcebantur ſunt enim obeſæ, vt plurimum, & ab edendis ficubus dictæ. [Aceto liquatos] Vnio quod idem legitur de Cleopatra in vita M. Ant. & in Plin. de nat. hiſt. lib. 9. in Mac. lib. ſecundo, quam hiſtoriam, qui deſiderat, apud hos auctores inueniet, verum illud non eſt prætermittendum, fuiſſe tantæ magnitudinis vnionem, quem Cleopatra in cœna cõſumpſit, quod ex altero (nam duos habuit pares) & Romam delato diſſectoque, duæ factæ fuerint Margaritæ, & impoſitæ veneris ſimulacro monſtruoſæ magnitudinis, vnde Plin. eodem lib. committetur fama vnionis eius parem facta illa tantæ quæſtionis victrice regina diſſectum, vt eſſet in vtriſque veneris auribus Romæ in Pantheo dimidia eorum cœna, ſunt autem vniones eodem teſte Margaritæ, ideo dictæ, quod nulli duo reperiantur indiſcreti, vnde nomen vnionum Romanæ impoſuere delitiæ. [Tanquam amaram aliquam ſarcinam] Tam luxurioſe viuere nihil aliud erat, niſi patrimonium à patre relictũ tanquam graue pondus, & moleſtam ſarcinam deponere, quàm celerrime poſſet. [Quorum alterius ſenis alterius adoleſcentis] Hos duos tãquã principes, & magiſtros luxuriæ peſſimo exemplo fuiſſe dicit, quoniam eorũ exempla ſecuti ſuperare illos omni genere luxuriæ voluerunt, nam inuenti ſunt, qui non ſolum in lucrino lacu, & in mari baiano viuaria habuerũt, vt Orata, ſed ex vltimis quoq; maris Oceani littoribus Roma vſque, piſces ſibi deferri impenſo precio curarunt, vnde illa extat Macr. grauiſſima in gulam obiurgatio, quis neget, inquit, domitam, vt ait Cecilius, & vallatã gulam apud illos fuiſſe, qui ex tam longinquo mari inſtrumenta luxuriæ compararent. Iuuen. Nullus erit domino, quem miſit corſica, vel quem, tauro minitanæ rupes. Item Varroni murena datur, quæ maxima venit gurgite de ſiculo. Sunt etiam qui ſuperarunt Æſopi filium, quia non vniones tantum liquefactos potionibus immiſcuerunt, ſed arcas omni auro, & argento, atq; etiam gemmis exhauſerunt, & teſte Iuuen. Vna comedunt patrimonia menſa. [Sectam ſecuti] Quaſi Philoſophi fuerunt hi duo, ſectum dixit iuxta illud Terent. tãquam Philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis vocabula Paraſiti itidem, vt Gnatonici vocentur. [Longius manum porrexerunt] Luxurioſiores fuerunt. [Nec enim vllum vitium finitur, vnde oritur] Nunquam vita in primis auctoribus finiuntur, ſed propoſito exemplo, tanquam doctrina ſemper auctores ſuperãtur.

[Inde] Ab eiuſmodi exemplis, Sergij, & Æſopi filij [Attracti] Quaſi per vim. [Infalæ culinis arcæ] Conſumptæ ſunt, & exhauſtæ arcæ in parandis luxurioſis cœnis. [Cenſibusque] Ex conſumptione patrimonij, reperta eſt gulæ voluptas.

C'Aius Sergius Orata inſtituit facere balnea penſilia .i. ſuſpenſa in alto, aut ſicut orti penſiles fieri ſolebant, aut vt lecticæ, ſuſpenſæ feruntur, aut vt cunæ infantulorum ſuſpenduntur, quæ impenſa .i. quod impendium pecuniæ, cœpta ab initijs leuibus .i. modicia, penetrauit .i. peruenit ad tãtũ vſq; .i. quaſi ad, aut ad hoc, vt id ſolum defuerit, quod non ad æquora vera, ſed quaſi ad æquora .i. immenſa receptacula aquæ calidæ .ſ. in luxũ balneorum, ſuſpenſa .ſ. in aere. hoc eſt primũ quidem fecit modica receptacula aquæ calidæ ſuſpenſæ (vnde vtrunq; legi põt, & ſuſpenſæ, & ſuſpenſa,) deinde tanta, vt æquora ferè dici poſſent. Idem .ſ. Orata, excogitauit .i. cogitando inuenit ſibi maria peculiaria .i. ꝓpria, & ſpecialia, videlicet ne haberet gulã ſubiectã arbitrio Neptuni, quia ſæuiente mare multa genera piſciũ capi nequeunt, ipſe aũt viuaria quædam extruxit intercipiendo fluctus æſtuarijs .i. ſegregando ab alto mari, quoſdam fluctus, & includendo mollibus .i. aggeribus ſeparatis diuerſos greges piſciũ, vt nulla tempeſtas tam ſæua incideret, qua menſæ Oratæ (alij legunt ornatæ, alij oneratæ) non abundarent varietate piſciculorum. [Ædificijs, &c.] Orata preſſit etiam ora .i. oſtia magna, lacus lucrini deſerta ad id tẽpus, quia primus ea occupauit ędificijs etiã ſpecioſis, & excelſis, quo frueretur recentiore vſu conchiliorũ, quia illic habitauit ea de cauſa, vbi .i. quo tractu, dum ipſe immergit ſe cupidius .i. nimis cupide aquę publicę .i. quę publicum vectigal pendebant, hoc eſt dum contra equitatem lacum publicum ædificijs priuatis occupabat nactus eſt .i. inuenit (raro autem quiſquam nactus in perniciem ſuam aliquid dicitur) iudicium Conſidij publicani .i. datum pro Conſidio publicano .i. publici vectigalis ex piſcatu lucrini lacus redemptore, in quo .ſ. iudicio, L. Craſſus agens cauſam aduerſus illũ Oratã dixit Conſidium amicum ſuum errare, quod putaret Oratam remotum .i. ſi eſſet remotus à lacu .ſ. lucrino, cariturum oſtreis, nanque ſup dixit ipſum reperturum ſup. ea .ſ. Oſtrea in regulis .ſ. domus ſuæ, quia piſcinas penſiles habebat ſi nõ licuiſſet petere inde .i. à Lucrino lacu. [Hinc, &c.] Pulchre tranſit ad taxandã filij Aeſopi tragœdi Romani, vnde non eſt eiuſdem Oratæ exemplum, neq; filius illius Aeſopi, quẽ Aulus Gellius fabulatorem Phrygium & ſcriptorem Apologorum dixit, cũ ille ne vnquam quidem Romam viderit, hic autem ciuis Romanus fuit cũ aliter inter externa reponeretur exempla. Ordo eſt. Aeſopus tragœdus .i. tragœdiarum actor apud Rom. debuit nimirum .i. haud dubiæ date magis .i. potius huic .ſ. Oratæ tam luxurioſo, & ſumptuoſo, in adoptionem filium ſuum, quàm relinquere hæredem bonorum ſuorum iuuenem .i. cum eſſet iuuenis, non ſolum luxuriæ perditę, ſed etiam furioſę, quem conſtat ſolitum ſup. eſſe, aut fuiſſe. [Ponere auiculas commendabiles cantu] .i. optime canentes, vt luſciniolas, aut carduellos, & ſimiles emptas immanibus .i. ingentibus precijs in cœna, pro ficedulis .i. loco ficedularum auium magis delicatarum, & eſui aptiorum, ſed minus precioſarum & ſolitum aſpergere potionibus .i. potibus confectis, vniones .i. margaritas (perlas vulgus vocat) magnæ ſummę .i. maximi valoris, liquatos in liquorem, aceto, cupientẽ abijcere quam celerrime .i. valde celeriter patrimonium ampliſſimum tanquam ſarcinam amaram .i. grauem, & inique pręmentem. [Quorum] .ſ. duorum luxurioſorum, iam taxatorũ, alterius ſenis, videlicet Oratę alterius adoleſcentis .ſ. filij Aeſopi, ſecuti .i. ij qui ſecuti ſunt, ſectam .i. profeſſionem, & exemplum vitę, vt diſcipuli Philoſophorum, aut pręceptorem magnorum porrexerunt .i. extenderunt magnum longius .i. multi fuerunt imitatores, neque enim illum vitium finitur, vbi oritur .i. nullum caret imitatore. [Inde] .i. ex illorũ imitatione piſces attracti ſunt ab littoribus Oceani .i. magni maris terram circundantis, cum maria Italica ſint interranea. [Inde arcę] .ſ. pecuniarum plenę, fuſę ſunt culinis .i. obſoniorum impenſę (Culina vulgo coquina dicitur) & voluptas edendi, atque bibendi cenſibus .i. precio cenſuum eſt reperta, ita vt quidam abſompto in gulis patrimonio, non amplius in cenſum referentur, ſed capite cenſi haberentur.

Ascen

DE MVLIERIBVS ROMANIS.

*VRBIS * autem noſtrę ſecundi belli Punici finis, & Philippus Rex Macedonię deuictus licentioris vita fiduciam dedit, quo tempore matronæ* * Liuius lib. 34.

Brutorum domum auſę ſunt obſidere, qui abrogationi legis oppia intercedere parati erant, quā fœminę tolli cupiebant: quia his nec veſte varij coloris uti, nec auri plus ſemuncia habere, nec iuncto vehiculo propius urbem mille paſſibus, niſi ſacrificij gratia, vehi permittebat. Et quidem obtinuerunt, ut ius per continuos viginti annos ſeruatum aboleretur, nec enim prouiderunt ſæculi illius viri ad quem cultum tenderent inſoliti cætus pertinax ſtudiū; aut quo ſe uſq; effuſura eſſet legū victrix audacia, quod ſi animi mulieris apparatus intueri potuiſſent, quibus quotidiè aliquid nouitatis ſumptuoſius adiectum eſt, in ipſo introitu ruenti luxuria obſtitiſſent. Sed quid ego de fœminis ulterius loquor? quas & imbecillitas mentis, & grauiorum operum negata affectatio, omne ſtudium ad curioſiorem ſui cultum hortatur conferre; cum temporum ſuperiorum & nominis, & animi excellentes viros, in hoc Priſcæ continentiæ, ignotum diuerticulum prolapſos videam: idq; iurgio ipſorum pateat.

OLIV. Matronæ repetunt ornamenta.

VRBI autem noſtræ] Liu. de bel. Mac. lib. 4. Inter bellorum, magiſtrorum, ac via dum finitorum, aut imminentium curas, interceſſit res parua dictu, ſed quam ſtudijs in magnum certamen exceſſerit. M. Fundanus, & L. Val. trib. pl. ad plebem tulerunt de oppia lege abroganda, tulerunt eam M. Oppius, & T. Romuleus trib. pl. Q. F. T. Sempronio conſ. in medio ardore Pun. bel. ne qua mulier plus ſemunciam auri haberet; neu veſtimento verſicolori uteretur, neu iuncto vehiculo in urbe, oppidove; aut propius inde mille paſſus, niſi ſacrorum publicorum cauſa veheretur. M. & Iuuen. Brut. tribunus legem oppiam tuebantur, neque eam ſe abrogari paſſuros aiebant, ad ſuadendum, diſſuadendumque multi nobiles prodibant, capitolium turba hominum fauentium, aduerſantiumq; legi complebatur, matronæ nulla nec auctoritate, nec verecundia, nec imperio virorum cōtineri limine poterant, omnes vias urbis aditusq; in forum obſidebant, viros deſcendentes ad forum orantes, ut florente rep. creſcentes indies priuata omnium fortuna, matronis quoq; priſtinum ornatum reddi paterentur, augebatur hæc frequentia mulierum indies, nam etiam ex oppidis, conciliabusq; conuenerant, iam & conſules, & prætores, aliosq; magiſtratus adire, & rogare audebant, cęterum minime exorabilem, alterum utiq; conſulem. M. Por. Cat. habebant, qui pro lege, ne abrogaretur copioſiſſime, facundiſſimeq; diſſeruit, cum ſententia trib. pl. qui ſe interceſſuros profeſſi erant, multis verbis comprobarunt. Contra vero L. Val. omnino abrogandam legem eſſe longiori oratione diſſeruit, & utriuſque Cat. & Val. adhuc extant orationes in Liu. Sed cum multa & contra legem, & pro lege dicta eſſent, aliquanto maior frequentia mulierum poſtero die ſeſe in publicum effudit, unoq; agmine omnes tribunorum ianuas obſederunt qui collegarum orationi intercedebant, nec ante obſtiterunt, quam remiſſa interceſſio in tribunis eſt, nulla deinde dubitatio fuit, quin omnes tribus legem abrogarent annis viginti, poſt abrogata eſt quàm lata. [Licentioris vitæ fiduciam] Liberius viuere cœperit Romani ſublato hoſtium metu. [Brutorum domum] Qui duo trib. pl. erant. ſ. M. & T. Iun. Brut. & legem oppiam tuebantur, nec volebant abrogari legem. [Intercedere] Interuenire, & impedimento eſſe quo minus abrogaretur lex. [Ius] .ſ. oppia. [Aboleretur] Tolleretur, & abrogaretur. [Non prouiderunt ſæculi illius viri] Non ſatis conſiderarunt, inquit, Romani illi qui legem abrogarunt, quem finem eſſet habitura mulierū cupiditas; quæ licentiam ſemel nacta, ſic effuſe in omnem luxū effertur, ut nulla modeſtia terminari, nulla copia expleri poſſe videatur, donec in ſui perniciem lapſa fuerit infinita, & inſatiabilis eſt mulieris libido, quæ ſemper nouos cultus excogitat, nouos apparatus mollitur, nullum modum, nullam modeſtiam habet. [Inſoliti cœtus pertinax ſtudium] Inuſitatæ tur. & congregationis obſtinata voluntas legis abrogandæ. [Quod ſi animi mulebris apparatus] Si potuiſſent videre, quæ nam forent muliebris cupiditas in apparando corporis cultu, quæ ſemper noui aliquid excogitari non deſinit, legem nunquam abrogaſſent, ſed in ipſo principio reſtitiſſet, mirabilia ſunt, quę mulieribus placent, quibusq; expleri non poſſunt quamuis non ſint uſibus neceſſaria, ſed ad earum delitias libidinemque reciproca, precioſæ veſtes, atque multiplices, aurum gemmæ varia lauticia, exedra deaurata, opifices varij, quales ſunt Phrygionis, aurifices, violarij, manularij, myrobolarij, linteones, calceolarij, textores, ſarcinatores, lībuarij, inſectores crocotarum inſtitores gemmarum, ſericarumque veſtium, denique illi artificium innumerabilis turba plantina, quæ ad mulierum libidinem nata eſt. [In ipſo introitu]. i. principio iuxta illud Naſonis, Principijs obſta, ſero medicina paratur. Cum mala per longas conualere moras. [Sed quid ego] Eſt quaſi muliebris luxuriæ, ſiue cupiditatis quædam excuſatio, quod natura moles, & ocioſæ, nullius grauioris rei ſtudio intentæ, non mirum ſit, ſi cogitationes ſuas in parandos exquiſitiores cultus flexerint, atque locauerint, cum negocioſi homines, & illi qui quidem excellentes grauioribus ſtudijs occupati in luxum fuerint, libidemque prolapſi. [Grauiorum operum negata affectatio] Maioribus rebus eas occupari non ſinit ſexus imbecillitas. [Eterum & animi excellentes] Significat eos fuiſſe, & genere, & magnanimitate præſtantes, ac rerum geſtarum gloria claros. [Diuerticulum] In hunc errorem, & de recta via declinationem eſt enim à via tranſlatio, nam diuerticula dicuntur loca, ad quæ diuertimus de uia, quaſi viarum diuortia. [Idque iurgio pateat] Quod viri præſtantes ad luxuriam declinauerūt. ipſorum altercatione comprobatur.

VRBI, &c.] Autem. i. ſed finis ſecundi bel. Pun. & Philipp. Rex Macedoniæ deuictus. i. præda ex eo, & Carth. deuictis, dedit ubi noſtræ, hoc eſt ciuitati Romanæ, fiduciā. i. confidentiā vitæ licentioris. i. magis luxurioſæ, quàm prius quo tempore matronæ, ideſt nobiles matresfamilias Romanæ, auſæ ſunt obſidere. i. circumuallere, domum Brutorum. ſ. M. & Iunij tribunorum pl. qui. ſ. Bruti parati erant intercedere. i. ſe opponere, abrogationi legis oppiæ, uoluerunt enim ut ea firma, & rata permanerent, quàm. l. legem fœminæ cupiebant tolli, quia lex oppia, neque permittebat his. ſ. matronis, uti ueſte uarij coloris, nec haberi plus auri ſemuncia. i. quam dimidium unciæ, nec uti uehiculo iuncto. i. conſtante ex trahentibus iumentis, & tracto uehiculo, quia ſolis equis ac iumentis uti poterant propius urbem mille paſſibus, ideſt in loco, qui non diſtaret ab urbe mille paſſibus, niſi gratia ſacrificij, in quo matronæ ſacrificulæ uehi permittebantur. [Et quidem]. i. etiam obtinuerunt. ut ius, ideſt conſtitutum lege oppia, ſeruatum per annos uiginti, continuos aboleretur. i. abrogaretur. [Nec enim uiri illius ſæculi prouiderunt ad quem] . i. qualem cultum, ideſt ornatum, ſtudium pertinax. l. maiorio perſeuerans, cœtus inſoliti, ideſt præter modum excreſcentis aut inſolentis, utpote muliebris qui in cultu pœnæ inſatiabilis eſt, aut quouſque. i. in quam uſque luxuriam, audacia, ſcilicet mulierum, uictria legum, eſſet effuſura ſe, quòd ſi uiri ſæculari illius potuiſſent intueri animo, ideſt proſpicere apparatus muliebres, ideſt pompas, quibus mulieres ad ſe ornandas utterentur quibus, ſcilicet apparatibus aliquid nouitatis ſumptuoſis adiectum eſt quotidie, ipſi obſtitiſſent in ipſo introitu, ideſt principio luxuriæ, ruenti. i. præcipitanter ad ſummum tendenti. Deinde per paraſceuem, aut reditum ad utiles mores inquit, [Sed quid ego loquor ulterius]. i. perſiſto loqui de fœminis, quas imbecillitas. i. fragilitas mentis, & affectatio grauiorum operum negata, & ideo maior, quia nitimur inuetitum, hortatur conuertere, aut conferre omne ſtudium. i. omnem operam ad curioſiorem cultum ſui, cum uideam uiros temporum ſuperiorum, & priſcorum, excellentis, &. i. ſimul nominis, & animi prolapſos. i. prolapſos declinaſſe in hoc diuerticulum, ideſt in hanc digreſſionem luxuriam ignotum. i. per ignoratam priſcæ. i. antiquæ continentiæ. i. uiris continentibus in priſco tempore, & id pateat iurgio, ideſt contentione, aut conuitio ipſorum, ut ſequentium Domitij & Craſ.

ASCAN

DE CN. DOMITIO, ET L. CRASSO.

CNEVS [a] *Domitius L. Craſſo collegę ſuo altercatione orta, obiecit, quòd columnas himettias in porticu domus haberet, quem cum continuo Craſſus, quanti ipſe domum ſuam ęſtimaret, interrogaret, atque ut reſpondit ſexagies ſeſtertio, quo ergo eam, inquit minoris fore ęſtimas, ſi decem arbuſculas inde ſuccidero? ipſe tricies ſeſtertio, inquit Domitius. Tunc Craſſus uter igitur luxurioſior eſt, ego ne, qui decem columnas C. milibus nummum emi an tu qui decem arbuſcularum*

a Pli. li. 17. c. 1. & li. 36. cap. 3.

vmbram

umbram tricies ſeſtertium ſumma compenſas? Sermonem oblitum Pyrrhi, immemorem Hannibalis, iamq́; transmarinorum ſtipendiorum abundantia oſcitantem, & quanto tamen in ſequentium ſæculorum ædificijs, & ne moribus anguſtiorem ritum introduxerunt. Atque inchoatam à ſe lautitiã poſteris relinquere, quàm à maioribus acceptam continentiam retinere maluerunt.

Oliv. Domitij & Craſ. ſi iurgia propter ædificia.

CNævs Domitius Lucio Craſſo] Hi cenſores erant, vt quidam volunt, quo tempore de luxuria, atque libidine, inter ſe contenderunt, quo in certamine vterque ſuccubuit. Cum.n.Domitius Craſſum luxuria quodammodo inſimulaſſet, & quod eum diceret in porticu domus habere columnas hymettias, quæſiuit ex eo ſtatim Craſſus vrbane ſatis, quanti ſuas ille faceret ædes cui cum ſexagies ſeſtertio reſpõdiſſet, tum Craſ. ſi decem arbuſculas, quas voluero ex illa ſuccidero, quanti tunc æſtimabis, & cum Domitius tricies ſeſtertio reſpondiſſet, tum Craſ. tu me multo luxurioſior, inquit, es, qui decem arbuſcularum vmbram, & amœnitatem quanti ædes ipſa facies, ego vero decem colomnas centum millibus nummum comparaui, & eo quàm luxuria damnas has ædes. Plin. in princ. 16. lib. nat. hiſt. non emiſſe Craſſum dicit, ſed ibi ea hæreditate obuenifſe, tanti vero à Domitio fuiſſe æſtimatas precium promittente Di est. n. nobiliſſimarum gentium ambo Craſſus atque Domitius cenſuram poſt conſulatum ſimul geſſere, annos conditæ vrbis ſexcenteſimo 62. frequentem iurgijs propter diſſimilitudinem morum. Tunc Cn. Domitius, vt erat vehemens natura, præterea accenſus, odio, quod ex æmulatione auidiſſimum eſt, grauiter increpuit tanti cenſorem habitare, pro domo eius millia nummorum identidem promittens, & Craſ. pontes ingenio ſemper, & faceto lepore ſolers, concedere ſe reſpondit, exceptis ſex arboribus, ac ne vno quidem denario ſi admirentur empta volente Domitio Craſ. verum igitur ego ſum, inquit, quæſo Domitij exemplo grani, & ab ipſa cenſura notandus, qui in Comitio, quę mihi hæreditate obuenit comiter habitẽ, an tu qui ſex arbores æſtimes. Ex ſouere ſolitę patulis ramorum opacitatæ laſciuiam item alibi lib. 36. Dicit hunc Craſ. à M. Brut. in iurgio fuiſſe notatum, iam enim inquit L. Craſ. oratorem illum, qui primus peregrini marmoris columnas habuit in eodem atrio himettias ta men nec plures ſex, an longiores duodenum pedum, quem M. Brut. in iurgijs ob id Venerem Palatinam appellauerat. [Sexagies ſeſtertio] 60 ſextertijs. [Quo minoris fore] Quanto minori pretio vel mero, alij habens foro, quod ſæpius ponitur pro pretio, quia ibi venalia ſint, nam dicimus vili foro venditur annona f. vili pretio. [Decem 100.] Plin. vt vidimus ſex tantummodo fuiſſe dicit. [Nummum] Pro nummorum. [Sermonem oblitum Pyrrhi] Sermones, inquit, Craſ. atque Domitij penitus obliti eſſe videbantur illius veteris parſimoniæ, quæ bello Pun. Tarentinoq́; viguit in vrbe Romana, iamq; animum adiecerant, ad illam pernicioſam luxuriam Aſiaticam Romani. [Iamq; tranſmarinorum ſtipendiorum] Vt Philip. Antiochi Mithridatis. [Anguſtiorem ritum] Venerabilius exemplum, vtpote à maioribus traditum. [Introduxerunt] Ac ſi diceret eos Romanæ luxuriæ primos auctores fuiſſe, poſteros vero horum exemplo multum luxurioſiores factos, maluerunt ergo luxuriæ principium introducere, quàm maiorum continentiam retinere, quòd Metelli probat exemplo.

Aſcen.

CNeus Domitius obiecit Lucio Craſſo collegæ ſuo] .f. in cenſura altercatione orta .f. inter eos, ꝙ haberet in porticu domus columnas hymettias .i. Atticæ ex hymetio monte Atticę regionis, vbi etiam optimum mel naſcitur. [Quę] ſcilicet Domitium cum Craſſus interrogaret continuo quanti ipſe æſtimaret domum ſuam f. Domitij, atque vt. i. poſtquã Domitiũ endit ſexagies ſextertium. i. 60. ſextertijs, ego inquit, Craſ. ſi ipſe. i. ego ſuccidero inde i. de domo, & primo loco ad illã pertinente decẽ arbuſculas. i. paruas arbores, quo i. quanto minoris æſtimes eam. f. domum tuam fore, ſic melior eſt lectio, q̃ vt legatur, aut quo ergo eam minorem fœnore, aut minore foro æſtimas. Dom. inquit. i. reſpondit ſextertio tricies. i. triginta ſextertijs, q. d dimidio eam. Tunc Craſ. ſupiat (quod tñ ſcribendum non eſt) igitur vter ſup. noſtrum eſt luxurioſior, ego neque emi columnas decem (Plin. tñ ſex dicit) centum millibus nummũ, hoc eſt nummorum (ſed cum numerali apta eſt ſyncopa in nominibus ſecundæ non neutri generis) an tu, qui vmbram .i. arbuſcularum compenſas ſumma ſextertij tricies, quia nõ venuſte diceret 30. ſextertiorum, quia cum numerali vt dixi, apta eſt ſyncopa, nec 30. ſextertium, quia neutra ſingulari non capiunt ſyncopam, ne cum ſingulari coincidant refugium, dixit ſextertij, ſicut ſextertio. Sanè hunc textum in multis mendoſum inueni, & varie legi vnde Oliu. ſequentem particulam legit, Sermones obliti, vbi alij legunt ſermonem vt ſit, ò ſup. ſermonẽ. f. duorum cenſorum, oblitum Pyrrhi, & immemorem Hannib. i. quẽ Pyrrhus & Hann. de frugalitate Romana, habuerunt, dixit. n. Pyrrhus cum muneribus ſuis locum Romæ non eſſe cognouit eius capiundæ ſpem nullam reliquam eſſe, & Hannibal priuſquam luxu caperentur, Romanos capi non poſſe, & oſcitantem iam. i. negligentẽ factum, hoc eſt virorum factorũ negligẽtium, abundantiam ſtipendiorũ tranſmarinorum, vt Philip. Anthiochi, Mithridatis, & aliorum regum victorum præda conquiſitorum. Et tñ quanto anguſtiorem. i. auctorem ritum. i. morem cõfirmatum introduxerint. f. dicti amatores luxuriæ ædificijs, atque ne moribus. i. locis amœnis voluptatis gratia cõparatis, ſæculorum inſequentium, q. d. multo, quia licet ipſi multum à maioribus ſuis diſceſſerunt multo plus minores eorum ipſos in luxu ſuperarunt. Nam luxuria deinceps maxima cępit incrementa. Atque ipſi maluerunt relinquere poſteris lauticiam, i. luxurioſam munditiam, & apparatum cœnarum inchoatam à ſe, q̃ tenere conſcientiam. i. cohibitionem luxuriæ, per ſobrietatem, & parſimoniam acceptam à maioribus. i. præceſſoribus ſuis.

DE METELLO PIO.

QVID enim ſibi voluit princeps ſuorum temporum Metellus Pius, tunc cum in Hiſpania aduectus, ſuos ab hoſpitibus aris, & thure excipi patiebatur? cum Attalicis aulæis contectos parietes læto animo intuebatur? cum immanibus epulis appatitiſſimos interponi ludos ſinebat? cum palmata veſte conuiuia celebrabat? dimiſſaſq; lacunaribus aureas coronas velut cœleſti capite recipiebat? & vbi iſtas non in Græcia, neque in Aſia, quarum luxuria ſeueritas ipſa corrumpi poterat, ſed in horrida, & bellicoſa Prouincia: cum præſertim acerrimus hoſtis Sertorius, Romanorum exercituũ oculos Luſitanis telis perſtringeret. adeo patris illi ſui Numidica caſtra exciderant. Patet igitur, quàm celeri tranſitu luxuria affluxerit. nam cuius adoleſcentia priſcos mores vidit, ſenectus nouos orſa eſt.

* Macr. 3. 11. ex Sal.

Oliv. Metelli pij in Hiſp. luxuria.

QVID enim ſibi voluit] De luxuria Metelli pij Macr. conuiuiorum lib. 3. cum Saluſt. teſtimonio meminit, hic à maiorum diſciplina tantopere declinauit in Hiſpania bello Sertoriano, quo ſibi cum hoſte fortiſſimo, & calidiſſimo dimicandum erat, vt multa luxuria ſe, exercitumq́; corrumpi pateretur, nam quocunque diuertiſſet diuini ſibi reddebantur honores tẽcta regio ſtruebantur apparatu conuiuia multis, varijsque ludis celebrabantur capiti aureæ coronæ imponebantur. Et hæc ſibi fieri paſſus eſt non in luxurioſa Prouincia, vbi hoſtes eſſent imbelles, ſed in ipſa Hiſpania bellicoſiſſima Prouincia, cum præſertim rem haberet cum acerrimo, aſtutiſſimoq́; hoſte Sertorio, qui tunc maxime timendus fuerat. Sed oblitus tunc eſt diſciplinæ paternæ Metellus. [Quid ſibi voluit]. q. d nihil aliud, q̃ vt à ſe inchoatum lautitiã poſteris relinqueret, & à maioribus acceptam continentiam omitteret. [Attalicis aulæis] Quæ primũ in Aula Regis Attali inuenta fuerunt. [Immanibus] Immenſis, & ſumptuoſis. [Palmata veſte] Alij luxuria in conuiuijs ipſe triumphali veſte vtebatur. [Palmata] Triumphali, qua imperatores victoria potiti triumphare conſueuerant. [Demiſſaſq; lacunaribus] Aliud genus luxuriæ, ꝙ è laquearibus aureæ coronæ veluti cęlitus demiſſæ capiti eius reponebantur. [Et vbi iſta, non in Græcia. Eſt quaſi quędam exaggeratio luxuriæ Metelli, qui non in Prouincia luxurioſa, vt Gręcia, aut Aſia, ſed in Hiſpania bellis aſſueta, laborioſaq́; prouincia, vbi Sertorius eſſet Imperator acerrimus, qui plures Romanos exercitus profligaſſet. [Non in Græcia, neque in Aſia] Quæ Prouinciæ delitijs abundantes, milites habent molles, & imbelles, & ibi feroce militum animi, ſeueritasq́; Romana corrũpi facile poterat. [Patris ſui] Metelli Numidici, qui Iugurthã Numidiæ Regem bello ſępius ſuperauerat. [Exciderat] f. animo, hoc eſt exceſſerant mente.

[Patet hinc] Ex hoc, inquit, intelligere poſſumus, quàm celeriter luxuria Romanos inceſſerit. Quod qui adoleſcēs maiorum continentia viderat, ſenior factus luxuriam didicerit. [Priſcos mores] Continentes maiorum mores, viderat autem in patre priſcos illos, & probatiſſimos mores. [Nouos] Luxurioſos, & perditos, ac ſi diceret inuſitatos [Orſa eſt] Incœpit, quia primus ipſe in Hiſpania luxurioſe viuere cœpit:

ASCEN. Quid enim] Metellus pius princeps ſuorum temporum voluit ſibi tunc, cum patiebatur aduentus ſuos excipi in Hiſpania ab hoſpitibus, aris, & thure quomodo dij excipi deberent. [Cum] .i. quando intuebatur læto animo parietes contectos. [Aulæis Attalicis] .i. compertis primum in Aula Attali Regis, ſunt autem quæ vulgo tapeta dr̄, cum tapeta pontus ſubſternantur. aulæa ſuſpenduntur; cum ſinebat .i. permittebat ludos apparatiſſimos interponi epulis immanibus .i. ſumptuoſiſſimis? cum .i. qñ celebrabat conuiuia ſupp. in veſte palmata .i. triumphali a palma dicta, & cum ſup. recipiebat coronas aureas demiſſas lacunaribus .i. de ſummo cameræ, deſuper incruſtatęq; in tegumentis in auratis vel ſ capite cœleſti .i. diuino, cui cœlitus miſſæ imponi deberent coronæ. Et vbi ſup. faciebat, & tollerabat fieri Metellus iſta; non in Græcia, neque in Aſia, quarum .ſ. regionum luxuria; (quia tunc maxima erat) ipſa ſeueritas, ne dum ſeueri poterant corrumpi, ſed in Prouincia horrida & bellicoſa .ſ. Hiſpania, pręſertim cum ſertorius hoſtis acerrimus perſtringeret oculos exercituum Romanorum telis Luſitanis .i. Luſitanorum populorum affinium, adeo .i. in tantum, exciderunt illi .i. ab eius memoria caſtra Numidica patris ſui .i. q̄ pater ſuus ſeueriſſime tenuerat & inſtituerat in Numidia, contra Iugurthā; quia primus correcta diſciplina militari Iugurtham ſibi diffidere coegit, & ad veram deditionem animum applicare quamuis Marij factione victoria ſumma, q̄ penè in manibus habebat ad Marium tranſlata eſt. [Patet igitur, quàm] .i. quantum celeri tranſitu luxuria affluxerit. [Nam cuius] .ſ. Metelli Pij adoleſcentia vidit mores priſcos .i. antiquos, & prioris ſæculi, ſub patre .ſ. eius ſenectus ſup. eius orta eſt .i. inchoauit nouos ſ mores.

THEO. Demiſſaque lacunaribus] Saluſt. hiſt. 2. de Met. conuiuio Tranſennam ait dimiſſum victoriæ ſimulachrum, cum machinato ſtrepitu, coronam capiti imponebat.

DE CVRIONIBVS.

* De patre Cic. lib. 2. Ep. & ſ Bru. de filio ibi. & Plut. in Cæſ. Ap. Luc. & alij.

CONSIMILIS * mutatio in domo Curionum extitit. Si quidem forum noſtrum & patris grauiſſimum ſupercilium, & filij ſexcenties ſeſtertium æris alieni aſpexit contractum famoſa iniuria nobilium iuuenum. Itaque eodem tempore, & in iiſdem penatibus diuerſa ſæcula habitarunt, frugaliſſimum alterum, alterum nequiſſimum.

OLIV. Consimilis mutatio] Curio, ad quem Cic. priores ſecundi lib. epiſt. ſcribit trib. pl. principio diſſenſionis Cæſaris, atque Pomp. patrem, auumq; habuit oratores egregio, & continentiſſimos viros, qui patrem clariſſimum ſuis laudibus omnium fortunam ſuperaturum fuiſſe dixit Cic. ſi ei contigiſſet, vt hunc Curionem filium ante videret, q̄ à vita diſcederet ipſe vero trib. pl. factus Cæſ. actionibus, cuius eſſet inimiciſſimus primo reſiſtere cœpit, deinde cum luxurioſe viuendo æris alieni plurimum contraxiſſet, illi facile conciliatus eſt, & teſte Appiano pudicitiam non ſatis honeſtā habuiſſe creditur. Nam adoleſcentes eius domum frequētabant muneribus, illecti, cum Cæſ. quoque parum pudice vixiſſe exiſtimatur. [Forum noſtrū] Ciues Rom. contines pro contento. [Grauiſſimum ſupercilium] Rigidiſſimam ſeueritatem. [Et filij] .ſ. Curio trib. pl. inter initia belli ciuilis, quod inter Cæſ. & Pomp. geſtum eſt. [Contractum famoſa iniuria] Vi ſuæ libidini ſatisfaceret adoleſcentesque muneribus, & pretio corrumperet, quibus abuteretur. Nam honeſtis verbis rem turpiſſimam innuit. [Frugaliſſimum alterum] Propter patrem, quem continentiſſimum fuiſſe conſtat. [Nequiſſimum] Peſſimum propter filium, qui turpiter vixit.

ASCEN. Conſimilis mutatio] .ſ. morum extitit in domo curionum ciuium illorum Romanorum patris, & filij. [Si quidē] .i. qm̄ forum noſtrum .ſ. Romanum aſpexit, & .i. ſimul grauiſſimū ſupercilium patris .i. maioris Curionis, qui ſeuere & multum caſte vixit, & ſexterciūm ſexcenties, hoc eſt ſexcenta ſextertia .i. mille quingentas libras æris alieni .i. debiti filij .i. iunioris contractū iniuria famoſa .i. turpitudine iuuenū nobilium .i. q̄ iuuenes nobiles. per ſummā iniuriam ſibi, & ſuis illatā amore æris admiſerant. [Itaque] .i. & ita, diuerſa ſæcula .i. mores, aut inſtituta diuerſorum ſæculorū habitauerūt eodem tempore, & in eiſdē penatibuſq; altera frugaliſſimū, quod erat in parte, alterū .ſ. ſęculum, nequiſſimum .i. luxurioſiſsimum compertum in filio.

DE PVBLIO CLODIO.

* Cic. li. 1. ad At. & Sen. epiſt. 98

PVBLII * autem Clodij iudicium quanta luxuria, & libidine abundauit? in quo vt euidenter inceſti crimine nocens reus abſolueretur, noctes matronarum, & adoleſcentium nobilium magna ſumma emptæ mercedis loco iudicibus erogatæ ſunt: quo in flagitio tam tetro, tamque multiplici, neſcias primum quem deteſtere, an qui iſtud corruptelę genus excogitauit, an qui pudicitiam ſequeſtrem periurij fieri paſſi ſunt, an qui religionem ſtupro permutarunt.

OLIV. Clodij inceſtus. PVBLII autem Clodij] P. Clodium deæ Bonæ ſacra violaſſe, inceſtiq; reum factum eſſe à corruptis iudicibus abſolutū, diximus in cap. de triſtibus & alio loco quomodo vero corruptio illa facta ſit, nunc oſ̄dit, non tā pecunia, quod tolerabilius fuiſſet, ſed perdita luxuria, quod turpius fuit, nam matronas ingenuas, nobileſq; pueros ingenti pretio conduxit, quos iudicū libidini ſubijceret, vt .ſ. cuiuſq; ſtudiū flagrabat, ſic eius libidini obtemperabat, vt alijs ſcorta, alijs pecuniam præberet dūmodo ſibi obnoxios redderet, à quibus abſolueretur, neque ſumptui, neque modeſtiæ ſuæ parcere. [Luxuria & libidine] Luxuria in actu, libido in cupiditate, nam cōſtat luxurioſiſsimum fuiſſe, qui etiam inceſtum commiſerit. [Noctes] Concubitus, & adulteria, quæ nocte committuntur. [Erogatæ] Exhibitæ, & datę, nam iudicibus mulierum & puerorum copiam fecit. [Quo in flagitio] Tam tetro. Si Clodium, inquit, huius facinoris auctorē, ſi matronas, & pueros flagitij mediatores, ſi iudices æquitatis violatores in collationē adduxeris, quis nam eorum maiori ſit deteſtatione dignus, non facile inueneris. [Tam tetro] Tam turpi, & horrēdo. [Tamq; multi] Quia multis modis peccatur, per Clodiū, per matronas, per pueros & iudices. [Qui iſtud corruptelę genus] .ſ. Clod. qui nouum corruptionis genus inuenit, quo iudices corrūperet. [An qui pudicitiā ſequeſtrem] Matronæ, ac pueri, qui tantæ obſcœnitati ſubiecti voluerunt ſuā pudicitiā periuri mediatricē eſſe, & maſculino genere vſus eſt, quia ſemper præpōderat. [Sequeſtrem] Mediatricem periurij, quia concubitus illi cauſa fuere, vt peierarent iudices in abſoluendo Clodio nocentiſsimo, & turpiſsimo homine. [An qui religionē iudices] Qui contempto ſacramento, quo adacti iurauerant, ſe iuſtitiam, & æquitatem ſeruaturos, violarunt iuſtitiā. [Religionem] Iuſtitiam, quæ violari non poteſt ſine Deorum contēptu.

Sequeſtris periurij.

ASCEN. PVblij, &c.] Aūt .i. ſed iudicium P. Clodij .ſ. quo inceſti abſolutus eſt, quanta luxuria .i. prauo actu, & libidine .i. praua voluntate iudicum abundauit q.d. maxima, in quo .ſ. iudicio, vt reus .ſ. Clodius nocens euidenter crimine inceſti commiſſi in templo deæ Floræ, noctes .i. concubitus matronarum, & adoleſcentium nobilium emptæ .ſ. à Clodio, magna ſumma .ſ. pecuniæ ſunt erogatæ .i. impenſę iudicibus loco mercedes tam iniqui iudicij. [In quo flagitio tam tetro] .i. turpi, & horrendo, & tam multiplici .i. multos implicante neſcias .i. merito dubites quem deteſtere .i. debeas deteſtari primum an .ſ. Clodiū, qui excogitauit iſtud genus corruptelæ, an ſup. matronas, & iuuenes nobiles, qui paſſi ſunt pudicitiam ſuam fieri ſequeſtrem .i. mediatricem, & conciliatricem periurij .ſ. iudicum, qui iurati quod iuſtum eſſet dicere, quem nocentem ſciuerant, abſoluerunt, an .ſ. iudices, qui permutarant religionem .i. obſeruationem iuſiurandi, ſtupro .i. qui propter ſtuprum dereliquerunt iuſtitiam.

THEO. NOctes matronarum, &c.] Hoc & M. Tullius ad Atticum, lib. 1. per hæc. Odij bonitem perditam, etiam noctes certarum mulierum, atq; adoleſcentulorū nobiliū productiones, nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.

DE GEMELLO TRIBVNITIO.

* C. Melius.

AEQVE flagitiorum illud conuiuium, quod * Gemellus Tribunitius viator ingenui ſanguinis, ſed officij intra ſeruilē habitum deformis, Metello, & Scipioni conſulibus, ac tribunis plebis, magno cum

rubore

rubore ciuitatis comparauit. lupanari enim domi ſuę inſtituto Mutium, & Fuluiam tum à patre, tum à viro vtranque inclytam, & nobilem puerum Saturninum in eo proſtituit, probroſa proſapię corpora, ludibrio temulente libidinis futura, epulas conſulibus & tribunis non celebrandas, ſed vindicandas.

OLIV. Viator tribunitius. AEQVA flagitioſum] Non minus ſe geſſit obſcœnæ, in parando conſulibus, tribuniſq; conuiuio Gemellus, quã in corrumpendo iudicio Clodius. ſic enim deteſtandũ Metello Scipioniq; conſ. ac trib. pl. conuiuium ſceleratiſſimus iſte viator parauit ſumma obſcœnitate refertum, & Romanæ ciuitati erubeſcendum, ſicut ille iudicium per ſummam turpitudinem, luxuriamq; corrupit. [Aeque flagitioſum] Similiter ſceleratum, & omni reprehenſione digniſſimum. [Tribunitius viator] Miniſter tribunorum, qui ex agri Senatores in curiam accire conſueuerat, nam à via viatores ſunt appellati. [Ingenui ſanguinis] Nam in libera domo natus erat, & ipſe ingenuus, ſed ad ſeruilem ſe fortunam redegerat viatoris officium exercendo, quod deforme ſemper fuit, atque ſeruile. [Deformis officij] .ſ. viatoris illiberalis. [Magno cum rubore ciuitatis] Quo ſummi magiſtratus, in quibus imperij maieſtas conſpicitur, tam luxurioſis epulis, tantaq; obſcœnitati ſe tradidiſſent vt nobiliſſimas matronas, ingenuumq; puerum ad explendam ſui corporis libidinem, inter epulas proſtituendos habuerint. in quibus propter dignitatem, imperijq; maieſtatem ſumma continentia eſſe debuerat. [Mutiam] Mutij Scęuolæ filiam, & Pomp. magni vxorem cui poſt Mithridaticam victoriam Pomp. in patriam rediẽs miſit libellum diuortij, quod eam haberet adulterij nomine ſuſpectam. [Fuluiam] Fuluij Flacci, filiam, quæ primo Clodio, deinde M. Ant. nupſit. [Proſapiæ corpora] Mulieres, & puerum appellat corpora antiquæ familiæ, nam proſapire eſt procul ſpargere, vnde proſapia antiqua familia, quæ in longum genus ſpargit. [Ludibrio] Contemptui, & ludificationi. [Non celebrandas] Non frequentandas. [Sed vindicandas] Propter intolerabilem, ignominioſamq; libidinem.

ASCEN. AEque flagitioſum] Sup. fuit illud conuiuium, quod Gemellus viator .i. miniſter tribunitius .i. qui à tribunis miſſus, aut comprehendebat, aut in ius vocabat, ad quod miſſus erat. [Sanguinis ingenij] .i. liberi, ſed officij .i. exercitij deformis inxta habitum ſeruilem .i. etiam ſi ſeruus eſſet, & ita non intelligit de officio viatorio, ſed leonino, erat enim leno, & proſtitutor puerorum, & matronarum, quo nullum turpius, comparauit Metello, & Scipioni conſulibus, ac tribunis plebis cum magno rubore ciuitatis. ſ. quod ſummi magiſtratus ſibi tale conuiuium parari paſſi eſſent enim .i. quia lupanari .i. proſtibulo inſtituto domi ſuæ ſ. Gemelli, proſtituit in eo .i. ad libidinem explendam conuiuijs obiecit, Mutiam. ſ. Scæuolæ filiam, & Fuluiam Fuluij Flacci filiam, vtranque inclytam, tum à patre, tum à viro, quia Mutia Pomp. magno nupſerat, & Fuluia Clodio, & M. Ant. & Saturninum puerum nobilem, quia patricium. O ſup. corpora proſapiæ .i. antiquæ, & ita nobilis progeniei, probroſa .i. plena probri, & dedecoris futura ludibrio libidinis temulentæ, quod dicit in eos, cũ iam cõſenſerant, ad ſtupra, aut poſtquam admiſerant, quia violata ſemel à magnis pudicitia, poſtea faciliime, cuius obijcitur, & ſup. O epulas non celebrandas conſulibus, & tribunis, qui tunc in conuiuio erant, ſed vindicandas. ſ. merito ab eis, vnde non intelligo eoſdem tribunos, qui & conſules erant.

DE CATILINA.

*Saluſt. in Cat. VERVM *pręcipue Catilinę libido ſceleſta: nã veſano amore Aurelię Oreſtillę corruptus, cum vnum impedimentum videret, quominus nuptijs inter ſe iungerentur filium ſuum, quem & ſolum, & ętate iam puberem habebat, veneno ſuſtulit: protinusq; ex rogo eius maritalem facem accendit, ac nouę maritę orbitatem ſuam loco muneris erogauit. eodem deinde animo ciuem gerens, quo patrem egerat, filij pariter manibus, & nefarie, attentate patrię pœnas dedit.*

OLIV. Catil. luxuria. PRAECIPVA vero Catilinæ] Sal. bello Catilinario de ſcelerata Catil. luxuria, perditaq; libidine, iam primum, inquit, Catilina adoleſcens multa nefanda ſtupra fecerat cũ virgine nobili, cum ſacerdote Deę veſtę, & alia huiuſmodi contra ius, fasq; poſtremo captus amore Aureliæ Oreſtillæ cuius præter formam, nihil vnquam laudauit bonus, quod ea nubere illi dubitabat, timens priuignum adultum ætate creditur pro certo necato filio vacuam domum, ſceleſtis nuptiis feciſſe. [Maritalem] .ſ. Tam propere illam poſt filij mortem duxit vxorem, vt ex medio rogo filij facẽ, eius coniugij accendiſſe videatur [Nouæ maritæ] Nouæ ſpõſæ, & affectate dixit maritæ. [Eodem deinde] Animo] Quia non aliter in patriam impius fuerat, quàm in filium quippe quàm ſcelerata coniuratione perdere moliebatur, ni Cic. tum conſulis ſapientia reſtitiſſet, nota eſt hiſtoria.

ASCEN. PRecipue, &c.] Vero .i. ſed libido Catilinæ viri nobilis, & ciuis Romani, de quo Sal. extat opus, ſup. fuit ſceleſta, ideſt ſcelere inquinata præcipue, nam corruptus, aut correptus veſano amore Aureliæ Oreſtillæ, mulieris formoſæ, ſed famoſæ, cum videret vnum impedimentum quo minus .i. vt non iungerentur inter ſe nuptijs, videlicet filium ſuum, hoc eſt Catilinæ, quem habuit, & ſolum, & puberem ætate, ſubſtulit ſupp. cum .i. clam de medio viuentium tulit, hoc eſt necauit eum veneno, & accendit protinus ea rogo eius. ſ. filij interempti facem maritalem .i. tędam, quę in nubentibus præferri ſolebat, hoc eſt tam cito poſtea eam duxit, vt facem potuiſſet ex rogo filij accendere, ac erogauit .i. impartiuit nouę maritæ .i. vxori, ſed affectanter maritæ dicit, orbitatem ſuam .i. carentiam, prolis loco muneris quod vxor à marito accipere ſolebat, cum dotem numeraſſet, gerens ſup. ſe, deinde eodem animo ciuem .i. animatus ſic in patriam, cuius erat ciuis, quo egerat patrem, quia ſicut filiũ perdidit, ita patriam perdere moliebatur coniuratione facta niſi eam Cic. deterret, dedit pœnas .i. iuſta ſupplicia luit pariter manibus .i. vmbris, aut reliquijs ſpiritus filij. ſ. interempti, & patriæ attentatæ nefariæ .i. per ſummum nefas. Eſt enim aduerbium.

EXTERNA.

DE HANNIBALE.

*Cic. cõtra Rul. ora. 1. & 2. Liu. li. 23. & Plut. *Tradidit. *De Seplaſia Cic. cõtra Rul & in Piſ. Aſc. & Pl. de Albana. Cic. ora. 2. cõtra Rul. AT campana *luxuria, per quam vtilis ciuitati noſtrę fuit. inuictum enim armis Hannibalem illecebris ſuis complexa, vincendum Romano militi *tribuit. illa vigilantiſſimum ducem, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino vnguentorum fragrantia, Veneris vſu laſciuiore ad ſomnum, & delitias euocauit: ac tum demum fracta & contuſa Punica feritas eſt, cum *Seplaſia ei, & Albana, caſtra eſſe cœperunt. Quid ergo his vitijs fœdius? quid etiam damnoſius? quibus virtus atteritur, victorię langueſcunt, ſopita gloria in infamiam conuertitur, animiq; pariter, & corporis vires expugnantur. adeo vt neſcias ab hoſtibus ne, an ab illis capi pernicioſius habendum ſit.*

OLIV. Campana luxuria. AT campana luxuria] Poſt Cannenſem cladẽ ſatis conſtat Capuam tum luxuriantem longa fęlicitate, ac indulgentia fortunæ, & maxime inter corpora omnia licentia plebis, ſine modo libertatem exercentis, ad Hann. cum Rom. inſultatione defeciſſe, ad quàm cum appetente hyeme, Hann. exercitum in Hiberna dediſſet, partemq; hyemis maiorem illic in tectis habuiſſet, aduerſus omnia mala diu, ſæpeq; durantem, bonis inexpertum, atque inſuetum militem hac vna hybernatione perdidit, nam quem nulla vis mali vicerat, nimia bona, & immodicæ voluptates perdidere, & eo impenſius, quo ſe auidius ex inſolentia in eas immerſerat. Somnus enim, & vinum, & epulæ, & ſcorta, lauacraq;, & ocium conſuetudine in dies blandius ita eneruarũt corpora, animosq;. vt magis deinde victoriæ præteritæ eos, quàm pręſentes tutarentur vires, maiusq; id peccatũ ducis apud peritos artium militarium habetur, quàm quod non ea Cannenſi acie protinus ad vrbem Romanam duxiſſet. illa.n. cunctatio diſtuliſſe modo victoriã videri potuit, hic error vires ademiſſe ad vincendum. Itaque velut ſi cum alio exercitu à Capua exiret, nihil vſquam priſtinæ diſciplinæ tenuit, nã & redierunt plerique ſcortis impliciti, & vbi primũ ſub pellibus haberi cœpti ſunt, viaq; & alius labor militaris excepit, tyronũ modo corporibus, animisq; deficiebat, & deinde per omne æſtiuorum tempus magna pars ſine commeatibus ab ſignis dilabebãt, neq; aliæ latebræ, quàm Capua deſertoribus erant. Seneca ad Lucium epiſt.

epiſt. quinquageſima. Quò quiſque poteſt, de hac luxuria campana vna hyberna inquit, Hann. ſoluerunt, & indomitū illum niuibus, atque alpibus virum eneruare campaniæ fomenta armis inuictus, vitijs victus, nam paulo ſupra de locis illis voluptuoſis ita tradit, quemadmodum inter tortores habitare nolim, ſic inter popinas quidem videre ebrios per littora errantes, & commeſſationes nauigantium, & ſimphoniarū cantibus ſtrepentes, lacus, & alia quæ velut ſoluta legibus, luxuria non tantum peccat, ſed publicat. [Illecebris ſuis complexa] Quæ ſuis voluptatibus quibus abundat Hann. comprehendit, nam Capua prona ſemper ciuitas in luxuriam fuit, non in geniorem modo vitio, ſed affluenti copia voluptatum, & illecebris omnis amœnitatis maritimæ, terreſtrisq́;, & tunc licentia tātopere laſciuiebat, vt nec libidini, nec ſumptibus modus eſſet, quod Liu. Hannib. Capuæ Q. Cur. Alex. Babyloniæ accidiſſe dicit. Fragrantia, Fragrantia, & odore, eſt. n. ſubſtantiuum. [Fractu & contuſa feritas] Vt facile deinde vinci potuerit, quæ ad id tēpus fuerat inuicta, & indomita. primus aūt Marc. illam vinci poſſe docuit apud Nolam, vt Hannib. exercitum fudit, atq; fugauit. [Tum ſelapſia] Alij habent ſelapſia, eſt aūt platea Capuæ, ſic appellata, in qua myropolæ, hoc eſt vnguentarij ſoliti ſunt negociari. Cuius Cic. meminit in oratione contra C. Piſonem, vbi de lege agraria diſputat & teſtimonio Cic. Selapſia dicta eſt, quamuis ſelapſia dicatur, à Valerio ſe, quod fortaſſe factum eſt errore, vel imperitia librariorum. Albana caſtra. [Albana caſtra] Mollia, & effœminata; conſtat. n. Albanos fuiſſe molliores, & albæ magnus fuit, vſus vnguētorum; ergo caſtra pœnorum facta ſunt albana. [Quid his ergo vitij fœdius] Concludit hanc particulam, oſtendens, nihil inueniri poſſe turpius, nihil pernicioſius, luxuria, atque libidine, quibus virtutes non offuſcantur modo, ſed penitus tolluntur. [Sopita gloria] Per hæc vitia omnis rerum geſtarum gloria parta extinguitur in infamia accedit, incommoda & mala multa ſubſequuntur. [Adeo vt neſcias ab hoſtibus ne] Capi turpe eſt, ſed à voluptatibus, & luxuria multo fœdius, ac etiam pernicioſius.

ASCAN. AT] Ideſt, ſed luxuria campana, in qua elangait virtus Hann. fuit perquam, ideſt, valde vtilis ciuitati noſtræ, ideſt Rom. [Enim] Ideſt, quia ipſa complexa. [Suis illecebris] .i. oblectamentis, Hannibalem. ſ. pœnorum ducem inuictum armis, tribuit ſup. eum vincendum militi Rom. vt apud Nolam, & poſtea in Aphrica illuc reuocatum. [Illa] .ſ. luxuria campana cubcauit dapibus largis, vino abundanti, fragrantia .i. odore ſerenia vnguentorum, vſu veneris .i. coitus, laſciuiore. ſ. q̄ natura requirat, ducem vigilantiſſimum. ſ. prius vtpote Hannibalem, & exercitum. ſ. eius acerrimus .ſ. prius, ad ſomnum & delitias, ac ferita punica eſt fracta, & conuicta, tum demum cum caſtra cœperunt eſſe et ſelapſia, & albana .i. vnguentata, & meretricio veneno imbuta in ſelapſia, & albana regionibus Capuæ vrbis, quod potius dicam, quàm vt de Albæ ciuitatis luxu intelligam. Nam plateæ, & portæ denominari ſolent, aut ab inquilinis alterius vrbis, aut quod ea ad eam vrbem iter ſtant. Ergo cum ſic elanguerit dux talis cum tali exercitu, quod ſup. eſt fœdius his uitijs. ſ. luxuriæ, & libidine? quid etiam damnoſius, q. d. nihil, vtpote, quibus virtus atteritur .i. abſumitur paulatim, uictoriæ elangueſcunt, ideſt tapeſcendo pereunt, & gloria ſopita .i. cooperta, ut ignis ſopitur cineribus. conuertitur in infamiam, & uires animi pariter, & corporis ea pugnantur .i. uincuntur, adeo .i. in tantum, ut neſcias, an habendum .i. cenſendum ſit pernicioſius capi ab hoſtibus, an ab illis, ſcilicet dictis uitijs.

THEO. SElapſia] De ſelapſia capuæ Foro. Tullius, & in eum Pedianus Aſconius, Pliniusq́;, & Auſonius. [Albana] Fori quoque nomen eſt æque delitijs abundantis, ac ſelapſia. Nam ſenſus eſt, tum punica feritas eſt counſa, quomodo Selapſia, albanaq́; rerum uenalium Capuæ loca cœperit eſſe caſtra .i. ubi Carth. hybernare Capuæ cœperunt & pro caſtris ea fore celebrare.

DE VOLSINIENSIBVS.

*Flor. li. 1. c. 21. Oroſ. li. 4. c. 5. & Pli. de viris illuſt. *QVAE * etiam Volſinienſium vrbem grauibus, & erubeſcendis cladibus implicarunt erat opulenta, erat moribus, & legibus ornata, Etruriæ caput habebatur: ſed poſtquam luxuria prolapſa eſt, in profundum iniuriarum, & turpitudinis decidit, vt ſeruorum ſe inſolentiſſimæ dominationi ſubijceret, qui primum admodum pauci, ſenatorium ordinem intrare auſi, & mox vniuerſam ſuum rempublicam occupauerunt: teſtamenta ad arbitrium ſuum ſcribi iubebant, conuiuia, cœtusq́; ingenuorum fieri vetabant, filias dominorum in matrimonium ducebant; poſtremo lege ſanxerunt, vt ſtupra ſua in viduis pariter, atque nuptis impunita eſſent, ac ne qua virgo ingenuo nuberet, cuius caſtitatem non ante ex numero ipſorum aliquis delibaſſet.*

QVAE etiam Volſcinenſium] L. Flo lib. 1. poſtremi Italicorum in fide manſere, Volſcini opulentiſſimi hetruſcorum implorantes opem aduerſus ſeruos quondam ſuos qui libertatem à dominis datam, in ipſos erexerant, tranſlataq́; in ſe rep. dominabantur, ſed hi quoque duce Fabio gurgite pœnas dederunt, nam Volſcini quo ad ciuitas leges, iuraq́; ſeruarunt parſimoniæ, & frugalitati operam dederunt, Hetruriæ principatum facile obtinuerunt, poſtquam uero luxuriæ, atque libidini obnoxij facti ſunt, ſenſim labente diſciplina ueteris modeſtiæ, non ſolum Imperium, ſed etiam libertatem amiſerunt, & quod fœdius eſt, in ſeruorum ſuorum poteſtatem ſuperbiſſimamq́; dominationem inciderunt, à quibus ea paſſi ſunt, quæ uix in ipſis ſeruis toleranda fuerent, Sed à Senatu duce liberati ſunt. [Etruriæ caput] Tria capita Etruriæ antiqui eſſe uoluerūt, Aretium, Peruſium, & Volſcinium. [Lege ſanxerunt] Lege confirmarunt, ut impune quis, poſſet cum uidua, cumq́; nupta ſtupra committere. [Ac ne qua uirgo] Sed hoc molto deteſtabilius, ut hominis uirginitatis deliberatores eſſent. [Delibaſſent] Deguſtaſſent, ut ipſi prius rem cum uirgine nupta coirent, & uirginitatis florem ipſi colligerent. OLIV. Volſcinienſium luxuria.

ASCAN. QVæ] .ſ. uitia dicta, hoc eſt luxuria, & libido, implicuerit etiam urbem Volſcinienſem, qui ſunt populi Etruriæ, cladibus grauibus, & erubeſcendis .i. turpibus tam in ſe, q̄ in origine ſua. Sup. ea, aut eorum urbs erat opulenta, erat ornata moribus & legibus, habebatur .i. æſtimabatur caput Etruriæ, ſed poſtquā pro lapſa eſt loco ita .i. per luxuriam ipſa decidit in profundū iniuriarū, & turpitudinis .i. facta eſt obnoxia omni iniuriæ, & turpitudini, ita ſup. ut ſubijceret ſe dominationi .i. tyrannidi ſeruorū. ſ. ſuorū inſolentiſſimæ .i. ſuperbiſſimæ, & intolerabiliſſimæ, quia nihil impotentius, aut inſolentius ſeruo, cum regnare cœperit. [Qui] .ſ. ſerui, auſi primū admodū .i. ualde pauci intrare ordinē ſenatorū .i. effici ſenatores; mox .i. paulò poſt, ut .i. poſtquā occupauerūt uniuerſam remp. iubebant teſtamenta ſcribi ad arbitrium ſuum, uetabant conuiuia, & cœtus .i. congregationes ingenuorum .i. non ſeruorū fieri. ſ. in urbe, nequa conſpiratio fieret in eos, ducebat in matrimoniū filias dominorum poſtremo ſanxerunt .i. conſtituerunt, tanquam rem ſanctam, legem, ut ſupra ſua pariter in uiduis, atque in nuptis eſſent impunita, ac nequa uirgo nuberet ingenuo .i. libero, & liberis parentibus natu, cuius caſtitatem aliquis è numero ipſorū. ſ. ſeruorū non delibaſſet .i. deflorāſſet ante .i. priuſquam ingenuo nuberet.

DE XERXE.

*AGE * Xerxes opum regiarum oſtentatione eximia, eo vſque luxuria gaudens, vt edicto præmium, ei proponeret, qui nouum voluptatis genus reperiſſe. quanta, dum delitijs nimis capitur ampliſſimi Imperij ruina euaſit.* * Cicer. Tuſc. 5.

AGE Xerxes] Cic. Tuſc. quæſt. lib. 5. ſiue q. 5. Xer. inquit refectus omnibus præmijs, donisq́; fortunæ, non æquitatu, non pedeſtribus copijs, non nauium multitudine, non infinito pondere auri cōtentus, præmium propoſuit ei, qui inueniſſet nouam voluptatem, qua ipſo non fuit contentus (nec enim finem vnquam inueniet libido) dum igitur libidini, & voluptatibus intentus eſt, eas cum Imperio pariter amiſit. [Oſtentatione eximia] Plurimum oſtentabat regias opes ſuas, ſed tantopere luxuria lętabatur, vt luxurioſis hominibus nouum voluptatis genus excogitantibus prǽmia daret. [Quanta ruina]. q. d. ingenti, quippe qui claſſem prope incredibilem, & exercitum innumerum quibus Neptuno, Iouiq́; catenas imponere minabatur, breui tempore cum ipſo prope Imperio amiſit. OLIV.

ASCAN. AGe (adhortandi particula) Xerxes .ſ. Rex Perſarum oīum opulentiſſimus, gaudens eximia oſtentatione opum, ideſt facultatum, & diuitiarum regiarum eo vſque .i. in tāntum luxuriari per luxuriā. (Nam vt dixi, luxuria non tantum in libidine,

ſed

ſed in omni luxu.i.ſuperfluo rerum ſumpto eſt) vt proponeret, edicto.i publico mādato facto præmiū ei,qui repeꝛiſſet nouum genus voluptatis. Quanta.i.ò quanta ruina imperij ampliſſimi euaſit.i.ruia elapſus eſt,dum capitur nimis delitijs,q.d.maxima.

DE ANTHIOCO REGE SYRIÆ.

*Liu. li. 36. & 37. & Iuſt. lib. 38.

*ANTHIOCVS * quoq; Syriæ rex, nibilo contemptioris exempli : cuius cæcam,& amentem luxuriam exercitus imitatus, magna ex parte aureos clauos crepidis ſubiectos habuit,argenteaq; vaſa ad uſum culinæ comparauit, & tabernacula textilibus ſigillis adornata ſtatuit auxo potius hoſti præda optabilis,quàm vlla ad vicendum ſtrenuo mora.*

OLIV. Anthiochi luxuria.

ANTHIOCVS quoque] Hannibal in Aphrica victus ad Anthiocum in Aſiam confugit, & pacis impatiens, hoſtem P.R. toto orbe quęrebat,nec prius deſtitit, quàm Anthiocum ad bellum aduerſus Romanos concitauit, Anthiocus ſuis opibus,& nomine regio frenis, non dubitauit bellū mouere.Itaq; parato exercitu, cuius pars maior aureos clauos crepidis ſubiectos habebat, argentea vaſa pro fictilibus ad uſum culine,multaq; alia ſuperflua,& luxurioſa geſtabat,illum eiuſmodi inſignibus aureis,& argenteis florentem, currus quoq; falcatos,& elephantos,cum curribus equitatumq́, frenis,monilibus, ac phaleris præfulgentem cum Hannibali oſtentaſſet quæſiuit ex eo nunquid ea ſatis eſſent Romanis, de viribus, & numero militum dicēs, tum Hannibal vtpote callidus imperator, ſatis, inquit Romanis,quāuis amariſſimi ſint,illius auarum, & ornamenta militū ſignificans,hic ergo ſtatim occupatis inſulis,græciaq́; littoribus bellum intulit P.R. & tanquam victor ocia,luxusq́; agitabat.In Euboea iuxta Euripum poſitis caſtris,aureis ſericisq́; tentorijs,ſub ipſo ſrenti murmure,cum inter fluenta,tibijs,fidibusq́; concineret,collatis vndiq;; quamuis per hyemē, roſis ne cum aliquo ducum genere egere uideretur, virginū,puerorumq́; delectus hullus habebatur. Talem ergo regem iam luxuria debellatum. P. R.primo Atilio Glabrione conſule,deinde Scipione Aſiatico, cum fratre Aphricano legato ducibus facile ſuperauit, hic rea incredibile dictu quibus auxilijs, quibus copijs,cōfederat, trecentamillia peditū,equitum, falcatorumq; curruum non minor numerus, elephantis ad hoc immenſæ magnitudinis auro,purpura,argēto,& ſuo ebore fulgētibus,aciem vtriuſque vallauerant [Ad vſum culinæ] Si ad vtum menſæ habuiſſet tollerabilius fuiſſet. [Tabernacula textilibus ſigillis adornata] Tentoria pictis aulęis exornata . [Textilibus ſigillis] Purpureis imaginibus intertextis,vel aulęis in quibus erat imagines intexte,nam ſignum ſignificat imaginem, cuius diminutiuum eſt ſigillum. [Vlla ad vincendum mora] Ornamenta illi potuiſſent irritare auarum hoſtem ad pugnam at viro forti,qui ſemper pugnæ paratus eſt, nullam moram facere potuiſſet ad victoriam,quia non ſpei prædæ,ſed gloriæ conſequendę gratia pugnat uir fortis.

ASCEN ANthiocus quoque rex Syriæ] Sup. eſt exempli nihilo.i. in nullo continentioris.i.minus luxurioſi,hoc eſt æque luxurioſi cuius luxuriam cęcas, & pro.i.amentem exercitus ſupp. eius imitatus ex.i.pro magnā parte habuit, clauos aureos ſubiectos crepidis.i.calceamentis ſuis,& comparauit vaſa argentea ad vſum culinæ.i.vt dicunt coquinæ,ut ſtatuit tabernacula.i.tentoria adornata ſigillis.i.paruis inſignis,textilibus.i.inter textis ex auro,& argento,more aureorū ſumptuoſorum, exiſtens potius præda optabilis hoſti auaro, q̄ vlla mora ſupp. hoſti ſtrenuo ad vincendum.i. qui exercitus aptior erat ad inuitandum hoſtem veluti ad prædam, quàm ad tertendum à victoria nimia mora.

DE PTOLEMÆO REGE ÆGIPTI.

* Strab. li. 17. Ioſeph. li. 2. de antiq. & Euſeb. *Liu. li. 59. & c. ſeq.

*IAM * Ptolemęus rex acceſſione uirorum ſuorum vixit. Ideoq; Phyſcon appellatus eſt, cuius nequitia quid nequius? ſororem natu maiorem communi fratri nuptam ſibi nubere coegit, * poſtea deinde filia eius per uim ſtuprata ipſam dimiſit, ut uacuum locum nuptijs puellæ faceret.*

OLIV. Ptolemæi luxuria.

IAM Ptolemæus rex] Hic fuit Ptolemęus euergetes ſecundus,qui teſte Strab.lib.17.Phyſcon dictus fuit,nam à primo euergete, qui tertius poſt Alex. imperauit in Ægypto turpiſſime omnes vixerunt, vſque ad eum Ptolemæum,qui Pompeium interemit,in quo genus,& imperium Ptolemæorum, qui Lagidæ dicti ſunt euerſum penitus,& extinctum fuit hic ergo euergetes ſecundus,teſte Iuſt.lib.30. omnes ſuos crudelitate, & luxuria ſuperauit, quippe qui regno per parricidium obtento, ad vtriuſque parentis necem,fratris quoque cędem adiunxit,& his rebus veluti ſęliciter geſtis luxuriæ ſeſe tradidit,quem omnis ſecuta eſt regio,quę breui tempore militiæ ſtudijs depoſitis ocio, atque deſidia corrupta marceſcebat,hic reuolutus in omnem luxum,ocioſa Euridice vxore eademq; ſorore ſua Agathoclæ meretricis capitur illecebris, atque ita omni magnitudine nominis,ac maieſtatis oblitus,noctes in ſtupris, dies in conuiuijs inſumit, adduntur inſtrumenta luxuriæ tympana, & tripudia,nec iam ſpectatur rex,ſed magiſter nequitię,neruorum oblectamenta modulantur,hęc primo labētis regiæ tacita peſtis,& occulta mala fuere,deinde creſcēte licētia,iam nec à parietibus regię domus contineri meretricia audacia poteſt,q̄ proteruiorem ſociata cum Agathocle fratre ambitioſæ pulchritudinis ſcorto, quotidiana regis ſtupra faciebant, Accedebat & mater Euanthæ, quæ geminæ ſobolis illecebris deuictum regem tenebat,itaque non contentæ rege,iam etiam regnum poſſidēt, iam in pub. viſuntur, iam ſalutantur,iam comitantur. Agathocles regis lateri iunctus ciuitatem regebat,tribunatus,pręfecturas,& ducatus mulieres ordinabant, nec quiſquam in regno ſuo minus q̄ ipſe rex poterat, cum interim relicto quinquenni ex Euridice ſorore filio moritur. Acceſſio. Augmentum Phythum appellatus. Quaſi ſerpens crudelis,& immitis. Strabo dicit non Phythonē, ſed Phyſconem fuiſſe appellatum.

ASCEN IAm (continuatiua particula) Ptolemæus rex.ſ. Ægypti, uixit.i.creuit ſup.cū acceſſione.i.incremēto uitiorum ſuorū, aut vixit acceſſione.i.pp acceſſionem.i. incrementū vitiorū ſuorū, quia tantā voluptatem ex eis capiebat, q̄ ſuauius ſibi ex eis viuere uideretur. [Ideoque].i.& ideo appellatus eſt Phyſcon, vel à φυσίωσ .i. ſuperbia,& inflatione, vel ab eo quod eſt φυσίζοος .i.viuificans,vitā producens. Cuius nequitia.i. luxuria, quid nequius,i.luxurioſius,& magis perditum? q.d.nihil,qa coegit ſororē maiorem natu.i.grandiorem è duabus, nuptam fratri cōmuni.ſ.ſibi,& illi nubere ſibi,deinde filia eius.ſ.ſororis ex ſororem ſuam matrem ſtuprata, vt faceret nuptijs puellæ locū vacuum,quia non licebat filiam,& matrem habere couxores.

DE POPVLO ÆGYPTI.

*Liu. li. 105. & Dio. lib. 39.

*CONSENTANEVS * igitur regibus ſuis, gentis, Aegyptia populus, qui ductu Archelai aduerſus Aulum Gabinium mœnibus vrbis egreſſus, cum caſtra vallo atque foſſa cingere iuberet, vniuerſus ſucclamauit, vt id opus publica pecunia faciendum locaretur: quapropter delitijs tam enerues animi ſpiritum exercitus noſtri ſuſtinere non potuerunt.*

OLIV.

CONSENTANEVS] Ptolemęus Auletes vltima Cleopatræ reginæ pater, pp intoleranda flagitia ab Alexandrinis eiectus Romam confugit, & à Pompeio ſuſceptus ſenatuiq́; cōmendatus ſuppliciter petijt, vt in regnum reſtituerent, de qua re ſæpius agitatum eſt in ſenatu,multis eam reſtitutionem expetentibus,quia glorioſum eſſe videretur regem habere clientem, nam qui eum reſtituiſſet, eius patronus dicebatur, quare multi eam principes ſumma ambitione depoſcebant, inter cæteros Lentulus atque Pompeius, teſte Cice.lib.1.Epiſt. Fam. Sed hęc reſtitutionis prouincia à Pompeio magis demandata, q̄ à ſenatu decreta eſt Aulo Gabinio,qui cum regem rediceret, Archelaus quem ſibi Beronice regina huius Ptolemæi filia natu maior,q̄ Alex. eiecto patre reginam conſtituerant, virum coniunxerat, cum exercitu aduerſus eum profectus eſt, & poſitis extra mœnia caſtris,cum ea foſſa,& vallo cingi iuberet, effœminatus populus, & luxuria perditus magna voce ſucclamauit, vt ea precio facienda locaret,qua voce potuit Archelaus facile intelligere, quod cum tali exercitu ſibi de victoria ſperandum eſſet,ex quo facile euenit,vt cum toto exercitu cęderetur, regina quoque interempta fuit,& Ptolemæus pater in regnum reſtitutus. Archelai corpus, M.Ant.qui tunc ſub Gabinio militabat, diligenter conquiſitum, regio funere cremandum, honeſtandumq́; curauit, vt legitur in uita M. Ant. [Tam enerues] Tam effœminati,& molles.

Conſen-

Aſcen. Onſentaneus,&c.]Igitur,quia mēbra caput ferè ſequū-tur,& populus princeps,ac prælatus ſuos populus gentis Ægyptiæ,conſentaneus ſup.fuit regib. ſuis, qui egreſſus mœnib. vrbis.ſ.ſuæ ductu Archelai.ſ. regis ſubſtituti ob Beronicē cōiuge,& regis filiā,ac ſororē aduerſus Aulū Gabiniū qui ſuffragio Pompeij magni, Ptolemæum reducendum in regnum receperat. Cum.ſ.Archelaus iuberet, aut potius populus egreſſus iuberetur ab Archelao cingere caſtra vallo atq; foſſa, ſuccla mauit vniuerſis, vt id opus locaretur faciendo pecunia pub. Quapropter animi.ſ. Ægyptiorum tam enerues.i. effracti delitijs,non poterunt ſuſtinere ſpiritum.i. acrimoniam exercitus noſtri,i.Rom,quia cum duce ſuo ferè omnes occiſi ſunt.

DE CYPRIIS.

* Flor.li. 3.cap.9. Iuſt.lib. 18.& Ath. non ſemel;

*SED tamen * effœminatior multitudo Cypriorum, qui reginas ſuas mulierum corporibus velut gradibus conſtructis, quò mollius veſtigia pedum ponerent, currus conſcendere æquo animo ſuſtinebant, viris enim,ſi modo viri erant,uita carere, quàm tam delicato imperio obtemperare ſatius fuit. Hæc eſt ſocietas vitiorum laſciui vultus,& nouæ cupiditati inhærentium oculorum. ac delicato vultu affluentis, perq; varios illecebrarum motus,uolitantis animi.*

Olxv. Cypriorum luxuria.

SED tamen effœminatior] Cyprus inſula inter alias orbis terrarum Inſula famoſiſſima,diuitijs ſemper abundās, & luxui plurimum dedita, vt eam Veneri ſacram dicat eſſe Florus,inter alias delitias aliud quoq; ſeruat, ut reginæ currus aſcēſuræ gradus ſibi faciāt ex mulierum corporib. quo pedes eàrum mollius ſuſtēentur,quid hoc delicatus,quid illius prouinciæ vitis turpius?qui tā delicato mulierum imperio parere non recuſant,quibus honeſtior mors eſſet,q̄ tam luxurioſum imperium. [Effœminatior] licet intolerabiles ſunt Ægyptiorum regum libidines. Cypriorum tamen multitudo intolerabiliores. [Multitudo] Bene multitudinem appellauit non populum, quaſi inconditam fœminarum turbam [Velut gradibus] Subiectis ſibi ancillis,ſiue aliarum corporibus, per ea tanquam per ſcalarum gradus currus aſcēdebat. [Hæc eſt ſocietas uitiorum] Oſtendit quid ſit luxuria,atque libido. [Laſciui vultus] Ad laſciuiam ſpeciem attinet, eſt enim laſciui vultus genitiui caſus. [Oculorum inhærentium] Oculorum ſpectantium ſemper nouas cupiditates. [Animi] Abundātis molli apparatu,& per multas uoluptates diſcurrentis, vt cum vna oblata fuerit, altera ſtatim excogitaretur,& dum ſemper in exquirendis illecebris mēs intenta,eſt nunquam conquieſcat.

Aſcen. SEd tñ]Hoc eſt licet eneruis delitijs fuerunt, Aegyptij multitudo Cypriorum ſup.fuit effœminatior.i.mollior,& minus virilis, qui ſuſtinebant æquo animo reginas ſuas conſcendere currus corporibus mulierum in formam graduum diſpoſitarum,vt prima primum gradum,ſecunda ſecundum, & ita deinceps facerent, quò.i.ideo, ut ſup regine ponerent ueſtigia pedum mollius.ſ. ſuper corpora,q̄ ſuper gradus ſcalares, aut ſuper ſcabela probat,quod effœminatior fuit.[Enim].i. quia ſatius.i. eligibilis fuit viris,ſi modo erāt uiri,(q d.corpore quidem uiri, ſed animo erant fœminæ) carere uita, quàm obtemperare.i. inſeruire,imperio tam delicato]Hæc].i.huiuſmodi ſup.eſt ſocietas vitiorum.ſ.dictorum luxuriæ,& libidinis. vtpote ſocietas laſciui vultos,& oculorum inhærentiū.i. infixorum nouæ cupiditati, & animi affluentis delicato vultu, & volitantis per varios motus illecebrarum. Hoc eſt vbi luxuria,& libido,regnant,adſunt tanquam comites vultus laſciuus, oculi petulci,& cupidi, & animi delicati,atque illecebroſi,hæc autem addit,vt ad contraria tranſitum faceret,addit enim.

DE CRVDELITATE. CAP. II.

CRVDELITATIS vero horridus habitus,truculenta ſpecies, violenti ſpiritus vox terribilis, omnia minis, & cruentis imperijs referta: cui ſilentium donare, incrementum eſt adijcere. etenim quem modum ſibi ipſa ſtatuet, ſi ne ſigillationis quidem frenis fueris reuocata? ad ſummum, cum penes illam ſit, timeri, penes non ſit odiſſe.

Olxv. Crudelitatis exempla.

CRVDELITATIS]Quàm ſit deteſtanda crudelitas, ex ipſis deſcriptione colligitur. Sed aduerſatiua coniunctio vero ad id pertinet,vt cum ſuperiori cōiungatur ea capitulo. [Horridus habitus] Aſpera forma. [Truculenta ſpecies] Crudelis aſpectus, nam crudeles ſemper in vultu feritatem quandam præ ſe ferunt. [Cui ſilentium] Tacere, inquit, de crudelitate eſt ipſam crudelitatem augere, quæ nullum ſæuiēdi ſibi faciet modū,niſi vituperationis freno fuerit repreſſa,æquū igitur eſt,vt de illa dicamus,& dicendo vituperemus,vituperando reprimamus [Suggillationis] Notationis,& infamiæ. nam niſi vimpeteretur, contineri aut reſtenari non poterit impunitatem ſortita,cum naturaliter ſit effrenata,& violenta. [Penes illam ſit,timeri] Crudelis ſemper timeri volunt,quos ſemper odiſſe ſoluemus,iuxta illud tragicum,oderint dum metuant.

Aſcen CRudelitatis,&c.] Vero.i.ſed,q.d.econtrario, habitus.i.diſpoſitio vultus crudelitatis .i. hominis crudelis, eſt ſupp. horridus.i.aſper, & dirus aſpectu,ſpecies.i.protractio colorū eſt truculenta.i atrox,ſpiritus ſup.ſunt violēti, vox ſup.eſt terribilis,omniaq;ſup.eius dicta,& facta ſunt referta minis,& imperijs cruentis.i. ad cruoris effuſionem pertinentib. cui donare ſilentiū.i.nihil de ea dicere,hoc eſt eā non reprehendere,eſt adijcere incrementum,quia ſi neq; dicto,neq; facto reſiſteretur crudelibus,crudeliores efficerēt. [Etenim].i.nam certe, quē modū.i.menſurā,aut finem ipſa ſtatuet ſibi,ſi ne quidē.i.nō ſaltem fuerit reuocata.ſ.ab impetu ſupp.frenis ſuggillationis.i. timore denigrationis famę,& increpationis q.d.nullū.[Ad ſummā].i. vt ſummatim loquar, & ſemel oīa dicam,cum penes illam.i potestate illius.ſ.crudelitatis ſit timeri, odiſſe.i. proſequi ſit penes nos.i. in poteſtate noſtra, ſed vt Cice. docet durare non poteſt quem multi oderunt,& peſſimus diuturnitatis cuſtos eſt metus.

DE LVCIO SYLLA.

* Liu.li. 85.

*LVCIVS * Sylla, quem neque laudare, neque vituperare quiſquam ſatis digne poteſt, quia dum quæris victorias Scipionem ſe P.R. dum exercet, Hannibalem repræſentauit, egregie nanque auctoritate nobilitatis defenſa, crudeliter totā vrbem, atque omnes Italiæ partes ciuilis ſanguinis fluminibus inundauit, quatuor legiones contrariæ patris fidem ſuam ſecutas, in publica villa, quæ in campo Martio erat, nequidquā fallacis dextræ miſericordiam implorantes, obtruncari iuſſit, quarum lamentabiles quiritatus trepidæ ciuitatis aures receperant lacerata ferro corpora Tyberis impatiens tanti oneris cruentatis aquis vehere coactus eſt. * Quinque millia Præneſtinorum ſpe ſalutis per P. Cethegū data, extra mœnia municipij euocatos, cum abiectis armis humi corpora proſtrauiſſent, interficienda, protinusq; per agros diſpergenda curauit. * Quatuor millia & ſeptingentos diræ proſcriptionis edicto iugulatos in tabulas publicas retulit, videlicet ne memoria tam preclare rei dilueretur. Nec cōtentus in eos ſæuire, qui armis à ſe diſſenſerant, etiam quieti animi ciues, propter pecuniæ magnitudinem per nomenclatorem conquiſitos proſcriptorum numero adiecit. Aduerſus mulieres quoque gladios diſtrinxit, quaſi parum cædibus virorum ſatiatus. Id quoq; inexplebilis feritatis indicium eſt, abſciſſa miſerorum capita modo non multum, ac ſpiritum retinentia, in cōſpectum ſuum afferri voluit, vt oculis illa, quia ore nefas erat, manderet. Quàm porrò crudeliter ſe in M. Mario Prętore geſſit? quem per ora vulgi ad ſepulchrum Luctatię gentis pertractum, nō prius vita priuauit, quàm oculos infelicis erueret, & ſingulas corporis partes confringeret. Vix mihi veriſimilia narrare videor. * At ille etiam M. Pletorium, quòd ad eius ſuppliciū exanimis ceciderat, continuo ibi mactauit*

* 8.mil. Li.li.88. 3. mil. Oroſ & Eutro.de hac villa Ci.de re ſp.& Vat toli 3.c. de re ru.

* 12.mil. Plu.in vita App. lib. 1.numerū nō ponit.

* De hoc numero uel diſſētiūt, uel nihil ſcri.alij

Li.li 88. & Oroſ. lib. 5.c. 21.

* P. Lectorium vocat Oroſ. li. 5.ca.21.

nouus punitor miſericordiæ, apud quē iniquo animo ſcelus intueri, ſcelus admittere fuit. Sed mortuorum umbris ſaltem pepercit? minime. * *Nam C. Marij, cuius etſi* * Cic li. 1. de leg. *poſtea hoſtis, quæſtor tamen aliquando fuerat, erutos cineres in Anienis alueum ſparſit. En quibus actis fælicitatis nomen aſſerendum putauit.*

Ocr. v. Syllæ crudelitas. LVcius Sylla] Cic. lib. de finibus bonorum, & malorum dicit L. Syllam trium peſtiferorum vitiorum fuiſſe magiſtrum, luxuriæ, auaritiæ, & crudelitatis, crudelitate vero cunctos ſuperaſſe, nam quanta in ciues, quanta in ſocios, quanta in oēs factionis aduerſæ crudelitate vſus fuerit, & hic, & in eius vita cognoſcere poſſumus. [Neque laudare] Sicuti virtutes, & res clariſſime geſtas, laudem ingentem, ſi vitia, & crudelitatis exempla reſpexeris, vituperationem maximam meruiſſe, nam in victorijs Scip. in crudelitate Hannib. parem inuenies. [Egregie nobilitas] Marius plebem, Sylla ſenatum, & nobilitatem defendebat, & hinc diuerſis ſtudijs propter Mithridaticam prouinciam in ciuile bellum exarſerunt, in quo ſuperior Sylla non ſolum vrbem Romanam, ſed totam Italiam crudelitate repleuit, nam præter hæc, quæ infra referuntur, apud ſacriportum, apud collinā 70. amplius millia, Sylla concidit, teſte L. Floro. [Quatuor legiones] Florus dicit fuiſſe tantum modo quatuor hominum millia. Plin. de viris illuſtr. nouem millia. [In publica villa] Omnis domus extra vrbem, vel oppidum, aut caſtellum dicitur villa, hoc eſt in agris poſita. ſed in campo Martio fuit domus conſtructa, quæ publica villa dicebatur. [Fallacis dextræ] Quia in fidem eos acceperat, impunitatemq; promiſerat [Lamentabiles quiritatus] Querelas lamentabiles. quæ tāta erant, vt ē campo Martio exaudirentur in vrbe. [Lacerata ferro corpora] Non ſatis habuit in viuos ad necē vſque, ſæuire, niſi etiam in mortuos crudelitate vteretur quorum cadauera piſcibus deuoranda in Tiberim deijci iuſſit. [Quinque millia præneſtinorum] Alia pars ſuperioris crudelitatis præneſtini, quod Iuniorem Marium receperant, cum à Cethego Syllæ præfecto obſiderentur, ſponte in deditionē fide data venerunt, quos oēs extra mœnia euocatos humiq; proſtratos, iuſſit occidi, & eorum corpora ſpargi per agros. [Quatuor millia & ſeptingentos] Ne tanti facinoris memoriæ poſſe aboleri, proſcriptorum nomina, qui iugulati fuiſſent, in publicas tabulas referri voluit, res certe memoranda nouis annalibus, atque recenti hiſtoria. [Tam præclare rei] Ironia eſt, ac ſi diceret deteſtādæ. [Dilueretur] Solueretur, aboleretur. [Nec contentus in eos] Ac ſi diceret, tolerabilius videbatur in hoſtes, aut inimicos ſæuire, id enim vleiſcendi gratia factum videri poſſet, inquietos vero, atque pacificos, ſed diuites, id non ſolum crudele, ſed etiam auarum, & propterea Cic. recte dixit, trium perniciosorum viciorum fuiſſe magiſtrum, luxuriæ, auaritiæ, & crudelitatis. [Quieti animi] Qui huic bello ſe im-
Nomenclatorē. miſcere noluerant, & neutram partem ſequi. [Per nomenclatorem] Nomenclator dicitur, qui nomina ciuium tenens, ea principibus per vrbem incedentibus ſubijciebat, vt vnumquenque nominatim ſalutarent, his enim artibus principes ciuium gratiam inire ſtudebant, per hos igitur nomenclatores, Sylla diuitū nomina edoctus proſcribebat. [Aduerſus mulieres quoque] Hoc quoque ad crudelitatis augmentum in fœminas vſque ſæuire, q ſemper viro forti turpiſſimum eſt adiudicatū. [Id quoque inexplebilis feritatis] Alij habent inexpiabilis, Crudelitatis pluſquam punica fuit. voluptatem ex contemplando cæſorum capitibus miram eam capere, quæ ſi licuiſſet, non oculis tantum, ſed ore quoque deuoraſſet, Scipionis, Norboni, aliorumq; multorum ad ſe delata capita, in eius atrio iuſſit affigi, vnde domus eius officina crudelitatis eſt appellata. [Quam porrò crudeliter ſe in M. Mario] Tantopere crudelitate delectabatur, vt exquiſito ſupplicij genere, M. Marium prætorem affici voluerit quem ad Catuli nepotis ſui ſepulcrum pertractatū oculis, manibus, cruribusq; defoſſis, ſeruatum aliquandiu, ut per ſingula membra moreretur, non occidi, ſed excarnificari iuſſerit. [Per
Catulus Luctatius. ora vulgi] Spectante populo [Luctatiæ gentis] Catuli nepotis ſui, qui à gente luctatia originem ducebat. [At ille iam M. Plectorium] Hoc quoque teſtimonium crudelitatis immēſæ, q M. Plectorium nulla alia de cauſa. niſi q cum Marij corpus videret tam crudeliter dilacerari, præ miſericordia cecidit in ſyncopin, ſtatim iuſſerit occidi, vt non ſolū crudelitatis, ſed etiam miſericordiæ nouus vltor eſſet. [Nouus punitor] Exaggeratio crudelitatis, vt etiam puniret, qui miſericordia commouerentur, Sed vt breuiter huius immaniſſimi hominis ſæuitia repetatur, qui illos connumerare poſſet, quos in vrbe paſſim quiſquis voluit occidit, donec admonente Furſidio viuere aliquos debere, vt eſſent, quibus imperaret, propoſita eſt ingens illa tabula, ex ipſo equeſtris ordinis flore duo millia, vel vt alij volunt, plures electi, qui mori iuberentur, noui generis edictum piget poſt hæc referre, ludibrio habita fata carbonis, fata ſorani prætoris, atque de mileos. Bebium ſine ferro, ritu ferarum inter manus lancinatum. Marium vt diximus, per ſucciſa ſingula mēbra mori coactum poſiti denique ſingulorum hominum ferè pœnis. Municipia Italiæ ſplendidiſſima ſub haſta venierunt. Spoletū. Inter antium, præneſte. Florentia, non Sulmonem vetus oppidum ſocium, atque amicum (facinus indignum) nondum expugnatum, vt obſides iure belli, & modo morte damnati duci iubentur, ſic damnatam ciuitatem iuſſit Sylla deleri, & alia nefanda crudelitatis exempla dedit, vt in mortuorum vmbras etiam graſſaretur. [Nam Marij] Cineres erutos ſpargi in profluentem iuſſit, quibus omnibus ita peractis voluit felix appellari. qui fera belua nominari debuerat, qui oēs tyrannos crudelitate ſuperaſſe videatur, quanquam Marius leuiorem hanc feritatis inuidiā ſua crudelitate eſſe faciat, qui nihilo mitior in Sillanos fuiſſe videtur. [Diſtrinxit] Nudauit, aperuit.

Ascen. LVcius Sylla, quem quiſquam neque poſt laudare ſatis digne] ſ. in benefactis, neque vituperare ſatis digne, In maleficijs, dum quæri victorias. Scip. repræſentauit (neſcio cur tempus mutet, legendum enim videtur, aut dum quæſijt victoriam repræſentauit, vt dum quærit repræſentat, & ſimiliter in ſequenti particula, legam ergo, dum quæſijt, & exercuit ſic) dum quæſit victoriam repræſentauit. i. exhibuit, auctoritate P. R. Scipionem. i. ciuem vtiliſſimum reipub. dum exercuit victoriam. i. iam partam, repræſentauit Hannibalem, ſæuiſſimum in ciues Romanos hoſtem. Enim pro quia, auctoritate nobilitatis defenſa, egregie i. eximia virtute, inundauit. i. perfudit crudeliter totam vrbem ſ. Romam, atque omnes partes Italiæ fluminibus ſanguinis ciuilis, Sylla ſup. iuſſit quatuor legiones partis contrariæ. i. inimicę ſecutas fidem ſuam. i. ſibi deditas, data fide de ſalute, obtruncari in villa publica. i. in quadā domo ad remp. pertinente, quæ erat in cāpo Martio, implorantes nequicquam. i. fruſtra miſericordiam dextræ fallacis. ſ. Syllæ, qua eis prius fidem dederat, & nunc occidi iuſſerat, quarum. ſ. legionum quæritatus. i. querelas, aut potius quiritatus i. quiritationes, & quiritum inuocationes, lamentabiles, & ita miſerabiles aures ciuitatis trepide. i. anxie, & præanxietate decurrentis receperunt, & tyberis impatiens tanti oneris, coactus eſt vehere aquis cruētatis corpora. ſ. legionum illarum lacerata ferro. [Quinque] Affert alia teſtimonia crudelitatis Syllæ dicens. Et ſup. Sylla curauit. i. mandauit accurate quinque millia prænestinorum ſpe ſalutis data per P. Cethegum, euocata (ſunt qui legant euocatos, ſed non placet, licet ad rem reſpexerit, quia ſequitur interficienda doctius igitur legam, euocatorum) extra mœnia municipij ſ. ſui prænelliinis, cum proſtrauiſſent, corpora ſup ſua, humi, armis abiectis, curauit inquam interficienda, & diſperpenda protinus per agros, vt feris, & alitibus prædæ eſſent. Et ſupp. retulit in tabulas publicas. i. publico ſcripto expoſuit legendos quatuor millia, & ſexcentos iugulatos, edicto diræ proſcriptionis, videlicet. i. videre licet, cur id fecerit. & eſt ironia, ne memoria tā præclare rei dilueretur. i. diffluerer, & deleretur. nec cōtentus ſæuire in eos, qui diſſenſerant à ſe armis, adiecit etiā ciues animi quieti. i. pacis amatores, conquiſitos per nomenclatorem i. nominū cuiuſque pronunciatorem propter magnitudinem, pecuniæ, nō propter culpam, numero proſcriptorum. i. procul à ſalute ſcripto ſignificatorum, vt vbicunque inuenirentur, occidi impune poſſent. Vt ſup. ipſe diſtrinxit, i. denudauit quoque gladios aduerſus mulieres, quaſi parum ſatiatus cædibus uirorum, id quoque, quod ſequitur, eſt ſup. aut fuit in eo iudicium feritatis inexplebilis, voluit capita miſerorum abſciſſa, modo non. i. ferè, aut cum paululū abfuerit, quin retinentia vultum. ſ. priſtinum, ac ſpiritum afferri in conſpectum ſuum, vt mā deret, ea oculis, quia nefas erat. ſ. mandere ea ore. [Quàm, &c.] Porrò, quàm. i. quantum crudeliter geſſit ſe in M. Mario prætore, aut potius in M. Marium prætorem? q. d. crudeliſſime, quem pertractū per ora vulgi. i. omnibus videntib. ad ſepulchrum gentis luctatiæ. i. Catuli nepotis eius priuauit vita, ſed non prius q̄ erueret oculos infęlicis, & confringeret ſingulas partes corporis. [Ergo vix]. i. cum difficultate (inquit auctor) videor mihi narrare veriſimilia [At]. i. attamen, aut inſuper, ille. ſ. Sylla mactauit ibi. i. ad ſepulchrum luctatiæ gentis, continuo M. Plectorium, q ceciderat exanimis ad ſuppliciū eius. ſ. M. Marij amici ſui, mactauit dico

exiſtens

zitens nouus.i.inſolitus punitor miſericordiæ, apud quem in-tueri ſcelus.i.crudelitatem illam tã innocentes eius animo inīquo.i.moleſte ferente, fuit.i.reputatum eſt, admittere ſcelus. Sed ſaltem pepercit umbris mortuorũ? Minime, ſup. pepercit. Nam ſparſit, hoc eſt ſpargẽdos curauit in alueum Anienis.ſ.fluminis in Tyberim cadentis; cineres Caij Marij erutos.ſ.è ſepulchro, cuius.ſ.Marij, etſi.i.q̃q̃ ſup. fuit poſtea hoſtis, tũ fuerat alıqñ.ſ. in bello Iugurthino in Aphrica quæſtor, quia Iugurtam à Boccho per Mariũ ad hoc miſſus impetrauerat. [En quibus actis] ſ. tam crudelibus, & impijs, Sylla ſup. putauit nomen fœlicitatis, aſſerendũ.i.vendicandũ ſibi, dixit.n.ſe fœlicem cum nihil fuerit eo infelicius, quia proſpera ad ſcelera ſucceſſus ſummæ infœlicitatis eſt augumentũ, neque tãdem caruit iuſtæ vltionis virga.

DE CAIO MARIO.

C.Cęſar Aedilitius cõſul fuit, Aſc. & Sean. quare L. lego lib. 5.cap.3. Li.8.c.6 CVIVS * tamen crudelitates C.Marij inuidia leuat: nã & ille nimia cupiditate perſequendi inimicos, irã ſuam nefarie diſtrinxit, C.Cæſaris Conſularis, & Cenſorij nobiliſſimum corpus ignobili ſæuitia trucidando, & quidem apud ſeditioſiſſimi, & abiectiſſimi hominis Varij buſtum. id enim malorum miſeria tũc reip. deerat, vt varii Cæſar piaculo caderet. Penè tanti victoria eius non fuerunt, quarum oblitus plus criminis Li.8.c.9 domi, quàm laudis in militia meruit. * Idẽ caput M. Antonij abſciſſum ſuis manibus inter epulas per ſummam animi, ac verborum inſolentiam aliquandiu tenuit, clariſſimiq; & ciuis, & oratoris ſanguine cõtaminari mẽſæ * Antonium vt ſacra paſſus. Atq; etiã P. * Annium, quid id attulerat, Li.18.c.9 in ſinum ſuum, recentis cędis veſtigijs aſperſum, recepit.

OLIV. NAM & ille nimia] Quanta fuerit Marij crudelitas, vt alios auctores omittam, ex Flori dictis breuiter colligitur, vrbe enim potitus poſt exilium cum Cinna, Carbone, & Sertorio, ſtatim ad principũ cędem, vt diſcurreretur ſignũ dedit, vbi aliquãdo ſæuius, quàm aut in Punica, aut in Cimbrica vrbe ſæuitum eſt, Octauij conſulis caput pro roſtris, Antonij conſularis in Marij ipſius menſis exponitur. Cæſar & Fimbria in penatibus domorum ſuarum trucidantur, Craſſi pater, & filius in mutuo alter alterius aſpectu, Bebium, atque Numitorium per medium forum vnce traxere carnificũ. Cat. ſe igni hauſtu ludibrio hoſtium exemit, Merula flamen dialis in capitolio Iouis ipſius oculos venarũ cruore reſperſit, Achatius ipſo vidente Mario confoſſus eſt, quia fatalem illam.ſ. manum non porrexerat ſalutanti, hæc tot ſenatus funera intra Calendas, & Idus Ianuarij menſis acta ſunt, nam Marius teſte Liu.lib.70. æditis multis ſceleribus Idibus Ianuarijs deceſſit, ſeptima illa Marij purpura dedit, quid futurum fuit, ſi annum conſularis impleſſet, rurſus Marius iuuenis, & Carbo cõſules poſt aduentum Syllæ, profligatosq; exercitos ſuos, quaſi deſperata victoria, ne in vlti. perirent. ſanguine ſenatus ſibi parentabant, obſeſſaq; curia de ſenatu tanquam de carcere, qui iugularentur educti, quid funerum in foro, in circo, in patentibus templis? nam cum Mutius Scæuola Pontifex Veſtales amplexus aras, tantum, non eodem igne ſepellitur. Lamponius, atque Heleſinus à Samnitum duces atrocius Pyrro, & Hannibale Campaniam. Hetruriamq; populantur, & ſub ſpem partium ſe vindicant. [C.Cæſaris] Hic C. Cæſ. oratoria mors. eſt ille Cæſar orator, qui cum Catulo fratre à Cic. in ſecundo oratoris lib. inducitur in Tuſculanũ veniſſe, vt diuinitus de eloquentia Craſſum diſputantem audirent, quem Marius vrbe potitus, ad buſtum viliſſimi hominis varij cuiuſdam, quem occiderat Sylla pertractum, tãquam victimam ad illius vmbræ capitationem iuſſit occidi. Hominis.ſ. Varij cuiuſdam Veronenſis. [Seditioſiſſimi] Conſtat hũc Varium ſeditioſiſſimum fuiſſe, qui principes accuſare conſueuerat inter quos & M. Scaurum [Piaculo caderet] Ad purgationem veluti hoſtia caderet. [Penè tãti victoriæ eius non fuerunt] Vt licitum eſſet tantum virũ abiecti hominis vmbris parentari. [Plus criminis] Propter crudelitatem. [Quam laudis] Propter res geſtas [Idem caput. M. Antonij] Hic fuit ille orator eximius, qui cũctos eloquentia ſua ætate ſuperauit, teſte Cic. potuitque orationis ſuauitate Marianos milites demulcere, ac cędis inferende cupiditatẽ reprimere, niſi P. Ant. qui eius orationi non inter epulas oblatum, tanta cum alacritate ſuſcepit, manibusq; pertractauit, ut planè omnibus animi inſolentiam oſtẽderet, inſuper ipſum Ant. interfectorem arcte complexus eſt, tanquam ab illo maximum omnium beneficium recepiſſet. M. Ant oratoris, quem cum Craſſo de eloquentia diſputantem in oratore ſuo Cic introducit.

Aſcan CVius].ſ.Syllæ crudelitates licet ſe ob eas felicem putauit, in tam magnæ fuerunt, quod leuatæ.i.diminuũt inuidiam Caij Marij. [Nam &] i.etiã ille. [Marius diſtrinxit].i.exercuit neſarie irani ſuam nimia cupiditate perſequẽdi inimicos, trucidando ſæuitia ignobili.i.quæ in ignobilibus eſſe ſolet, nobiliſſimum corpus Caij Cæſaris ſup. viri conſularis & cenſorij.i.qui conſulatum & cenſuram geſſerant. & quidẽ apud buſtum, i. ſepulchrum continens uſtos cineres, Varij hominis ſeditioſiſſimi, & abiectiſſimi. [Id enim malorum deerat tũc miſeriæ rep. vt Cæſar.ſ. Caius homo nobiliſſimus, caderet piaculo.i. quaſi ad purgationem & expiationem cædis Varij victoriæ ſupprimit, narrationem cædis uarij, Victoriæ ſupp. Marij, in Iugurtham, & Cimbros aut Theutonicos. penè.i. quaſi non fuerunt tanti.i.ualoris, & precij (quod hoc loco licet dicere, quia licet non exponam, emi tanti.i.tanti precij, ſed tanto precio, tã bene dixero, emi equum tanti.ſ. precij, aut equum, qui tãti fuit, videlicet precij) hoc eſt non erit tanto precio æſtimãde. [Quarum].ſ. victoriarũ ipſe Marius oblitus, meruit plus criminis.i. criminationis, & exercitationis domi. in vrbe, quàm laudis in militia. [Idem].ſ. Marius tenuit aliquandiu ſuis manibus inter epulas.i. inter epulandum per ſummam inſolẽtiam i ſuperbiam animi, ac uerborum, caput M. Ant. abſciſſum.i. à P. Ant. paſſus ſacram menſam contaminari ſanguine clariſſimi, & ciuis, & oratoris. Atque etiam recepit].ſ. ad mẽſam pub. Annium qui attulerat id.ſ.caput M. Ant. i. ſinum ſuum.ſ. Marij. Nam ſi de Annij ſinu intelligatur, dicendum eſſet in ſinu ſuo aſperum veſtigalis recentis cędit, non tamen ab eo, ſed à Publio Antonio factæ, niſi qui Antonius dictus ſit dicendum.

DE DAMASIPPO.

DAMASIPPVS * nihil laudis habuit, quod corrumpere, itaque memoriam eius, licentiore accuſatione perſtringitur, cuius iuſſu principum ciuitatis capita hoſtiarum capitibus permiſta ſunt, Carbonisq;. Atrium truncum corpus patibulo affixum geſtatum eſt. ideo aut flagitioſiſſimi hominis prætura mal tum, aut reip. maieſtas nihil potuit. * Liu. lib. 86. & Oroſ. li. 5.c.20.

DAMASIPPVS] Hic nulla uirtute prædicus, nulla laude clarus merito accuſari poteſt, q̃ in mariana tempeſtate, & ipſe ſupra modum ſæuierit, quippe nobiliſſimo ciues Syllani nominis defenſores inter victimas, tanquam belluas crudeliter necari, & à ruinæ trib pl. truncum in ſublime elatum per ora uulgi deferri iuſſerit, de quo Saluſt. in Catil. Noſtra memoria victor Sylla cum Damaſippum, & alios eiuſmodi, qui malo reip. creuerat iugulari iuſſit, quis non factum eius laudabat? homines ſceleſtos, & factioſos, qui ſeditionibus rẽp. exagitauerãt, merito necatos aiebant. Sed ea res magnæ initiũ cladis fuit, nam uti quiſque domum, aut uillam poſtremo uas, aut ueſtimentum alicuius concupiuerat, dabat operam, vt is in proſcriptorum numero eſſet illi, quibus Damaſippi mors lætitiæ fuerat, paulo poſt ipſo trahebantur, nec prius finis iugulãdi fuit, quàm Sylla omnes ſuos diuitijs expleuit. [Nihil laudis habuit] Quod corrumperet, ac ſi diceret. Marius, atque Sylla ſuarum rerum geſtarum laudes, & gloriam crudelitate corrumperunt, vt ſine damnatione laudari non potuerint. hic vero nullam habuit laudem. quam potuerit crudelitate diminuere, quare liberius accuſari poteſt. [Patibulo] Cruci affixum, patibulum à patiendo dictum, q̃ in eos mortem noxij patiantur. [Flagitioſiſſimi hominis præturam] Tantum inquit valuit Marij potentia uppreſſa rep. vt in ea nihil auctoritatis haberet ampliſſimus ordo. [Prætura].ſ. Damaſippi, qui tunc præerat vrbi. [Reipublicæ maieſtas] Vel ſenatus, vel quia tunc à ruina trib. pleb. erat, & ſacroſancta maieſtas tribunitia habebatur, cui nihil tũc profuit. Liu. de Mario lib. 80. Marius inquit vir, cuius ſi examinentur cum virtutibus vitia, haud facile ſit dictu, verum bello melior, an pace pernicioſior fuerit, adeo vt quàm remp. armatus ſeruauit, eam primo togatus omni genere fraudis, poſtremo armis euertit.

ASCAN. Damaſippus nihil habuit laudis, quod corrumpe] .ſ. turpiter agendo, quia nihil vnquã honeſte ageret, itaque .i. & ira memoria eius .i. quæ eſt de eo, perſtringitur .i. violenter inauditur accuſatione licentiore, quia impunitiore, Cuius iuſſo capita principũ ciuitatis permiſta ſunt capitibus hoſtiarũ, quia principes inter hoſtias mactati ſunt, & corpus Carbonis à ruinæ truncum .i. detruncatum ablato capite, geſtatum eſt. ſ. ad oſtentationem in opprobrium affixum panbulo, adeo aut præcura hominis flagitioſiſſimi. ſ. Damaſippi potuit multum, aut maieſtas reip. .i. omnium qui præerant iuſtitiæ potuit nihil, quia permiſerunt Damaſippum contraſas in innocentem ſæuire.

DE NVMATIO FLACCO ROMANO.

Numatius, L. Minut. dicitur ab Hir. de bel. Hiſp.

NVMATIVS. *enim Flaccus Pompeiani nominis acrior, quàm probabilior defenſor, eum ab imperatore Cæſare in Hiſpania incluſus mœnibus Attinguenſium obſideretur, efferatam crudelitatem ſuam truculentiſſimo genere veſaniæ exercuit: omnes .n. eius oppidi ciues, quos ſtudioſiores Cæſaris cenſerat, iugulatos muris præcipitauit, fœminas quoque citatis nominibus virorum, qui in contrarijs caſtris erant, vt cædes coniugium ſuarum cernerent, & maternis gremijs ſuperpoſitos liberos trucidauit. Infantes alios in conſpectu parentum homo infigi, alios ſuperiectos pilis excipi iuſſit. quæ auditu etiam intolerabilia, Romano iuſſu Luſitanis manibus adminiſtrata ſunt, cuius gentis præſidio Flaccus Vallatus, diuinis operib. vecordi pertinacia reſiſtebat.*

OLIV. NVMATIVS etiam Flaccus] Hic eſt Flaccus ille, qui in omni vita Catonem imitari volebat, & quamuis longe à ſeueritate illius abeſſet, licentius tamen plerunque loquebatur nam cum Pompeium conſules admonerent, vt diligenter videret quorſum euaderent Cæſaris opes, quæ reip. periculoſæ videbantur Pompeius ocioſos eos eſſe iuſſit, quia cum primum pede terram percuſſerit, ſe totum orbem commoturum diceret, fretus. ſ. potentia, & auctoritate ſua totum orbem compleat. Occupatis deinde Gallis auctiſq; Cæſ. viribus, vt iam apertum reipub periculum videretur. Tũc Numatius iſte, Pompeio dixiſſe fertur, nunc pede percute terram ò Pompei, ſed quod ad eius crudelitatem pertinet, tanta fuit, vt nihil inhumanius, nihil truculentius audiri poſſet, ſicut in littera videre poſſumus. [Quam probabilior] Quia non laudem, ſed infamiam ex ea re propter crudelitatem eſt conſecutus. [Truculentiſſimo genere veſaniæ] Sæuiſſimo furore genere [Fœminas] Alia teterrima feritas cum nonnulli ex oppidanis ad Cæſarem confugiſſent in caſtra Flaccus iſte crudeliſſimus vxores, & liberos eorum in muros adduci iuſſit, deinde citatis earum viris veluti ad colloquium, in illorum conſpectu crudeliter necari iuſſit, trucidatis prius in matrum amplexibus liberis infantibus. [Infantes alios] Hoc uero multo crudelius, vt quoſdam infantes ante ora parentũ humo defigi, ſiue terræ colliſi, alios veluti pillas iactatos telis excip. iuberet, quæ quidem auditu, ne dum viſu fœda, & intolerabilia dici poſſunt. [Quæ auditu] Execratur quodammodo hanc Flacci crudelitatem, cum Romani ſemper humanitatis principes extiterint, vnus inuẽtus eſt Flaccus, qui barbaram crudelitatem ſuperauerit [Diuinis opibus] Non diſcedit ab aſſentatione ſua Val. Veſania pertinacia. Quia ſperabat ſe diuinis operibus Cæſ poſſe reſiſtere, à quo tandem ſuperatus, iuſtas crudelitatis pœnas dedit.

ASCAN. MVnatius, aut Numãtius, aut Numatius (tam varie enim ſcriptum reperi) autem Flaccus defenſor nomine Pompeiani .i. querelæ Põpeij Magni, acrior, quàm probabilior (More ſuo, quàm conſimiles gradus dat cum tario videatur ſecundo loco poſitiuum exigere. Num ſicut conſuete dicas vir magis acer, quàm probabilis, ita dicendum videtur, acrior quàm probabilis, quia magis acer, non eſt aliud quàm acrior) cum ipſe incluſus mœnibus attiguenſium. ſ. populorum Hiſpaniæ, vnde addit in Hiſpania, obſideretur ab imperatore Cæſare, ſcilicet Iulio. [Exercuit efferatam crudelitatem ſuam truculentiſſimo genere veſaniæ. Enim .ſ. quia, præcipitauit muris .i. de muris iugulatos omnes ciues oppidi, quos cenſerat ſtudioſiores Cæſaris. ſ. partibus eius [Trucidauit] .i. truculenter occidit, quoque .i. etiam fœminas, & hoc nominibus virorũ citatis, hoc eſt nominatim. vt adeſſent, vocatis virorum, inquam qui erant in caſtris contrarijs .i. Cæſarianis ut cernerent. ſ. ipſi cædem occiſiones coniugum .i. vxorum ſuarum, & trucidauit liberos ſuppoſitos gremijs maternis. Et iuſſit alios infantes infigi humo in conſpectu parentum, & iuſſit alios ſuperiectos pilis excipi pilis. [Quæ] . ſ. facta intolerabilia etiam auditu, ſunt adminiſtrata manibus Luſitanis .i. Luſitanorum iuſſu Romano .i. Romani perfecti. [Cuius gentis] . ſ. Luſitaniæ præſidio Flaccus uallatus, reſiſtebat pertinacia uecordi .i. aperte prudentiæ operibus diuinis .i. Cæſaris inter deos referendi.

THEO. NVmatius Flaccus] Hanc attegnenſis fœdam cæde perſtringit Hircius Hiſpaniet belli lib. qui commẽtariorum Cæſ. in ordine ſcatus eſt. [Attinguenſium] Ianus Parthaſius apud Hircium, ſeu magis Oppium, primus hũc in Val, locum declarauit Atteguenſium legẽdum putabat ab Attegua, quod oppidum, reddit Hircius in Hiſpania Minusq; per hoc ſinguli Attegua, quanquam poſt tot etiam cenſuras, in vulgatis codicibus eſt Singilia Hegua, veruti, ſicut idem Ianus indicauit, Singilia Tegua, qui librari libreus eſt.

EXTERNA.

DE CARTHAGINIENSIBVS.

*Li. 1. c. 1. Cic. li. 3. de off. Plin de uir. illu. Flor. lib. 2. c. 3. & Gel. lu6. c. 4. Cic. in Piſone No. Mar. in uerbo palangæ.

TRANSGREDIAMVR *nũc ad illa, quibus, vt par dolor, ita nullus noſtræ ciuitatis rubor ineſt. Carthaginienſes Attilium Regulum palpebris reſectis, machina, in qua vndique præacuti ſtimuli eminebant, incluſum, vigilantia pariter, & continuo tractu doloris necauerunt, tormenti genus indignum paſſo, auctoribus digniſſimum. Eadem crudelitati uſi in milites noſtros, Martis certamine in ſuam poteſtatem redactos, nauibus ſubſtrauerunt, vt earum carinis, ad põdere eliſi, inuſitata ratione mortis barbaram feritatem ſatiarent. tetro facinore, pollutis claſſibus ipſorum mare violaturi.*

OLIV. Carthaginienſium crudelitas. TRANSGREDIAMVR] De ſupplicio Attilij Reguli, & crudelitate, qua vſi fuerint in eum Carthaginienſes, diximus in cap. de ſeruata religione lib. 1. non eſt igitur repetenda hiſtoria. [Vt par dolor] Quòd à Carthaginienſibus ſæuitum ſit in Romanos. dolor quidem ad Romanos pertinet, non autem rubor, quia nulla inde infamia, ſicut à ſua ipſorum crudelitate [Machinæ] Vaſi cuidam, eſt enim machina etiam fabrica inſtrumentum, compoſito, unde etiam pro inſidijs aliquando ponitur. [Præacuti] Valde acuti claui. [Auctoribus digniſſimum] Quia conſtat Carthaginienſes crudeliſſimos fuiſſe, & hac crudelitatis infamia ſemper notatos, ergo illi crudelitas conuenit. [Eadem, uſi crudelitate] Hoc fuit eodem bello primo punico, non de imperatore. ſed etiã de militibus captis ſupplicium crudele ſumpſerũt, quos fundo nauium ſubſtratos necauerunt, nouum mortis & ſupplicij genus, ſæuitas barbara ea cogitauit, dum ſupra modum in Romanos ſæuire geſſit [Pollutis claſſibus] Humano ſanguine nauibus aſperſis. [Mare polaturi] Deductis ſ. nauibus Romanorum ſanguine pollutis, ipſum mare quodammodo uiolare uidebantur, cum illud humano ſanguine reſpargerent.

ASCAN. TRanſgrediamur] Nunc ad illa. ſ. externa, & primum ad Carthag. quibus vt .i. quemadmodum dolor par .i. æqualis ineſt, ita nullus rubor .i. nulla uerecundia noſtræ ciuitatis ineſt, quia externa crudelitas nulla incutit Rom. uerecundiam. Incipiens autem narrare dicit. Carth. necauerunt Attilium Regulum qui ubi perſuaſit, ne per ſe fieret redemptio captiuorum Carth. ut iuſiurandum ſeruaret ad hoſtes redijt, palpebris ſup eius .i. coopercutis oculorum reſectis .i. abſciſis incluſum machina .i. dolio, ut quidam uolunt, in qua ſ. machina ſtimuli acuti .ſ. claui imminebant .i. extabant undique .i. ex omni parte, necauerũt, dico uigilantia, quia abſciſis palpebris dormire non potuit, & continuo tractu doloris. [Sup. ò genus tormenti indignum. paſſo. ſ. regulo qui id paſſus erat, & digniſſimũ auctoribus. ſ. eius paſſionis. Carth. ſup uſi eadem crudelitate in ciues noſtros. i. Romanos redactos in ſuam poteſtatem certamine Martio .i. bellico ſubſtrauerũt eos nauibus, ut ipſi eliſi, id eſt,

contriti carinis.i.aluis,ac fundis earum.ſ.nauium,ſaliatent feritatem barbaram inuſitata ratione.i.via, ac ſpecie mortis, violarent, ſcilicet Carthaginienſes ipſum mare claſſibus Pollutis terro.i. fœdo,& dito facinore.

THEO. A Vctoribus digniſſimum] quibus ipſi cruciari merebantur. [Nauibus ſubſtrauerūt] Vārio de vita patrū lib. 4. Cum pœnus, inquit, in fretum obuiam veniſſet noſtris: & quoſdam cœpiſſet crudeliſſime pro palangis carinis ſubiecerat, quo meni debilitate noſtros, ſunt autem palangæ fuſtes teretes, qui nauibus ſubijciuntur, ad pelagus; vel ad litera cū ſubducuntur. vt Nonius auctor eſt. Hæc Ianus Parthaſium.

DE HANNIBALE.

*vegel. lo, apud Flor. li. 2. c. 6 de re. Liu. & Appia. in Lib.

HORVM dux Hannibal, cuius maiorē ex parte virtus ſæuitia conſtabat, in flumine Gelo corporibus Romanis ponte facto, exercitum traduxit, vt eque terreſtrium ſceleſtum Carthaginienſium copiarū egreſſum terra, quàm maritimarum Neptunus experiretur. Idem captiuos noſtros oneribus, & itinere feſſos iam prima pedum parte ſucciſſa relinquebat. * quos vèro in caſtra perduxerat, paria fratrum, & propinquorum iungens, ferro decernere cogebat; neque ante ſanguine explebatur, quàm ad vnum victorem, omnes redegiſſet. Iuſto ergo illum odio. * veruntamen tardo ſupplicio Senatus, Pruſiæ regis factum ſupplicem, ad voluntariam mortem compulit

*Appia. in Lib. & Plin. li. 8 c. 7. *Liu. li. 36. & Plut. in vita.

OLIV. HORVM dux Hannibal] Liuius hunc multis virtutibus præditum dixit, quas ingentia vitia adæquabant, inhumana crudelitas, perfidia pluſquam Punica, nihil veri, nihil ſancti, nullus dei metus, nullum iuſiurandum, nulla religio. fuit ergo crudeliſſimus imperator. [In flumine gelo] Virgil. gelam appellauit, à quo oppidum illi oppoſitum cognominatum eſt, apparet camerina procul, campique geloi, Immaniſque gela fluuij de nomine dicta eſt autem fluuius Siciliæ inter Camerinam; & Agrigentum. [Exercitum traduxit] Hue idem feciſſe Spartacum Frontinus dicit libro 1. Spartacus, inquit foſſam, qua erat à M. Craſ. circumuallatus cæſis captiuorum, pecorumque corporibus repleuit, & ſupergreſſus eſt. [Vt æque terreſtrium] Vt ita fluuiales & terreſtres aquas polluerēt, ſicut primo puni bel. maritimas crudelitate corruperant. [Idem captiuos noſtros] Alia ſæuitia barbara, vt captiuos Rom. quibus pro ſeruis vteretur, cum longo itinere feſſi impoſita ſibi grauiſſima impedimentorum onera ferre non poſſent, ſucciſis primis pedum partibus relinquebat mutilos, quos vero in caſtra perduxerat, inter ſe ſanguine coniunctos tanquam gladiatores ferro decernere cogebat, quo ſpectaculo non prius ſatiatus eſt, q̄ omnibus conſumptis eo genere mortis ſuperſtes nullus eſſet, quid illud, quod inter cadauerum ſtrues in Cannēſi clade menſas paraſſe dicitur, vt non minus Cæſorum ſanguine, q̄ epularum voluptate ſatiaretur, diſcedens quoque ex Italia, cum ad ferendam opem; patriæ reuocaretur, omnes Italici generis; qui in Aphricam illum ſequi abnuentes conceſſerāt, in laciniæ Iunonis delubrum, inuiolatum ad eam diem, in templo ipſo fœde, crudeliterq; interemit. [Parium fratrum] Tanquam paria gladiatorum, vt frater cum fratre, propinquus cum propinquo ferro certarent, ſeque mutuis vulneribus occiderent, quo mors illi, grauior eſſet. Iuſto igitur illum] Merito illū odere Romani, quem ad volūtariam denique mortem compuleret, nam ſubactis tandem Carthaginienſibus, cum inter pacis conditiones abrupti fœderis vltionem depoſceretur Hannibal, in quem omnis rupti fœderis culpa transferebatur, ad Antiocum regem Syriæ confugit, qui cum aduerſus Romanos bella pararet, & Hannibalis conſilia ſperneret, victus à Romanis, & ad pacē coactus, Hannibali ſignificauit illum peti à Romanis quo cognito ad Pruſiam Bithyniæ regem ſe contulit, quem cum aduerſus Eumenem ponti regem excitaſſet, Eumenemq; Hannibalis conſilio Pruſias ſuperaſſet metuens ſenatus Rom. ne ſibi nouum bellum ſuſcitaretur ab Hannibale, T. Quintum Flaminium ad regem Pruſiam miſerunt, qui vtrunque rege componeret, Hannibalem depoſceret, non illi ſimiliter Romanorum poſtulationem rex perfidus indicauit, ſed cum in Romanorum manibus, hoc eſt T. Quinti, qui ob eam cauſam venerat, vt Hannibalem Romam captiuum duceret, ita tradidit vt vix ſumēdi veneni, quod in annulo regio more gerebat, tempus ei ſupereſſe poſſet, qui quidem annulus, vt dixit Iuu. fuit cannarū vindex, ac tanti ſanguinis vltor; Iuſtinus tamē dicit Hannibalem audito legatorum aduentu, ſumpto veneno legationem præueniſſe. Plut. vero plures affert opiniones de morte Hannib. nam alios dicit eſſe, qui velim eum à ſeruo fuiſſe interfectum. alios qui tauri ſanguinem illum hauſiſſe dicant, alios; qui venenum ad ſimiles caſus præparatum bibiſſe cum magna execratione regis Pruſiæ. [Pruſiæ regis] Bithyniæ. Hannibalis mors.

ASCE. HOrum huiuſmodi hominum dux Hannibal, cuius virtus.i. bellica cōſtabat, ex maiore parte, ſæuitia traduxit exercitum ponte facto in flumine gelo, quod eſt in Sicilia inter Camerinam, & Agrigentum, corporibus Romanis, vt terra experiretur æque ſceleſtum egreſſum copiarum Carthaginien terreſtrium.i. per terras ductarum, quàm Neptunus maritimarum, & ita accipit terram pro tellure: idem.i. Hannibal relinquebat noſtros i. Romanos milites captiuos. i. quos cœperat, feſſos oneribus, & itinere, & ita progredi nequeuntes. prima parte iam pedis ſucciſa, ne amplius ingrederētur ſaltem recte. [Vero].i. ſed cogebat decernere ferro i dimicare, & altero alterum interficiente experiri, vter vinceret, eos ſup quos perduxerat in caſtra iungens i. conſtituens ad dimicationem paria fratrum.i. ex fratribus, & propinquis inter ſe, neque explebatur.i. ſatiabatur ante.i. prius ſanguine, quàm redegiſſet oēs ad vnū.ſ. vltimum victorem qui non habebat, cum quo amplius certaret qui vero ſemel vicerant, iterum alteri coniugebātur, donec omnes præter vnum eſſent interfecti, vnde male quidam legunt, Quoſdam autem, vbi legendum eſt, quos autem, &c. Ergo quia tam ſæuus in Romanos fuit, ſenatus compulit illum. ſ. Hannibalem factum ſupplicem Pruſiæ regis Bithyniæ ad mortem voluntariam, quàm ſibi intulit, odio iuſto, verum. ſ. ſed tamen ſupplicio tardo, quia animis diu regnarat.

THEO. HOc & Liuius ea perſona coſ. ad Campanos, exercitum natura mitem, moribusq; ferum inſuper dux ipſe afferat, in pontibus, ac molibus ex humanorū corporū ſtrue faciendis. Idipſum P. quo Cornelius apud Appianū pœnis mui exprobat, & L. Florus, pons de cadaueribus iuſſu dicis factus in torrente Vercelij] quæ lectio caſtigatior eſt. Nam gela flumine in Sicilia quidem redditur à Strabone Duride, Plinio, Marone; Silio, Claudiano, Stephano, ceteriſq; in proximis Aufidi regionibus, vbi ſtatuit ipſe Florus à nullo. Porro Vercellius vrbs eſt Hirpinorum, cuius meminit Liu. belli pun. lib. 3. in Hirpinis, inquit, oppida, quæ à P.R. defecerant, vi recepta, per M. Valerium prætorem Vercellius, Sicilusque. Sed in vtbis vlti mo nomine librarij menda eſt, ſcribendumq; Vicelius, vtrūque enim in agro Compſano fuit oppidum Vercelius, & Vitelius, vnde Vercelanos, & Vicellanos, in lib. Italiæ regione Plinius affert, quamuis apud eum poſt tot etiam cenſuras, Vecellani, & Vecilani corrupte legatur. de Vicelio Liuius alibi meminit inter prodigia. Nunciatum inquit eſt, in Iouis Vicelini templo, quod in Cōpſano agro eſt, arma concrepuiſſe. Quare Iani Parrhaſij ſententia corrige Valerij verba ſic. in Flumine Vercelij Hannibal enim poſt Cannenſem pugnam Compſam petit, oppidumq; facile perpulit ad deditionē, ac in traiectu torrentis ad vrbem Vercelij, ex humanorū corporum ſtrue pontē fecit.

DE REGE MITHRIDATE.

TAM * hercle, quàm Mithridatem regem, qui vna epiſtola octoginta millia ciuium Romanorum in Aſia, per vrbes negociandi gratia diſperſa, interemit: tantæq; prouincia hoſpitales deos, iniuſto ſed non multo cruore reſperſit: * quoniam cum maximo cruciatu, veneno repugnantem ſpiritum ſuum tandem ſuccumbere coegit, ſimulque piacula crucibus illis dedit, quibus illos amicos ſuos auctore Gauro Spadone libidinoſus obſequio, ſceleſtus imperio affecerat.

* Ce. pro lege Manil. Liu. lib. 78. Plut. Appia. & alij.
* Plin. de vir. illuſt. & Plut. in Pomp.

OLIV. TAM hercle, quàm Mithridatē] Mithridates ſæuitia pro virtute abutebatur, nam bellum ſuſcepturus aduerſus Rom. edictū per omnes Aſiæ vrbes miſit, ut omnes, qui in Aſia forent Romanæ ciuitatis homines interficerentur, fuerunt aūt ſupra octoginta millia Romanorum, qui negociandi, vel alterius

Mithridatis crudelitas.

vel alterius rei gratia diſperſi erãt in Aſia præterea domus, templa, & aræ, humana omnia, atque diuina iura violata ſunt, cuius licet ſeras, meritas tamen pœnas dedit, nam tribus demum ingentibus bellis fœlicitate Syllæ, aut virtute Luculli, & Pompei magnanimitate victus, & defectione ciuium, Pharnaceisq; filij ſcelere præuentus, male ſeruatũ veneno ſpiritum expulit. Nam Pharnaces eius filius in Pompei gratiam, ipſum iam amiſſo regno obſeſſum ad mortem coegit, qui veneno accepto, cum parum profeciſſet, à milite Gallo nomine Bittoco, à quo vt ſe iuuaret petierat, interfectus eſt Plin. lib. 25 natur. hiſtoriæ, hunc dicit quotidie antidotum contra venena ſumere ſolitum. Gel. vero lib. 17. de noctibus atticis. Anates inquit, ponticas dicunt edendi vulgo venenis victitare. Scriptum eſt à Leneo Cn. Pompeij Liberto, Mithridatem illum Ponti Regem medicinæ rei, & remediorum in id genus ſolertem fuiſſe, ſolitumq; earum ſanguinem miſcere medicamentis, quæ de iungendis venenis valent, eum ſanguinem, vel potentiſſimum eſſe in ea coactione, ſiue confectione ipſum autem aſſiduo Regem talium medullarum vſu à clandeſtinis epularum inſidijs cauiſſe, quin & ſcientem quoque vltro, & oſtentandi gratia venenum rapidum, & veloa ſæpenumero hauſiſſe. Atque id enim ſine ooaa feciſſe, quamobrem cum poſtea prœlio P. R. victus metu ſui in vltimi Regni refugiſſet, & mori decreuiſſet & venena violentiſſima feſtinandæ necis cauſas fruſtra expertus fuiſſet, ſuo ſeipſe gladio tranſegit. Plin vero nepos de viris illuſt. Mithridates, inquit, à Pompeio nocturno prœlio victus in regia confugit, vbi per ſeditionem popularum à Pharnace filio in turre obſeſſus, venenum ſumpſit, quo tardius agente, quia aduerſus venena multis ante medicaminibus corpus firmatar immiſſum percuſſorem Gallum auctoritate vultus, vel atroci vultu territum reuocauit, & in cædem ſuam manum trepidantis adiuuit. [Alij vero acutiſſimo veneno extinctum illum fuiſſe ferunt, quos Luc. ſecutus ait. Poſt cibicas ne vagos, & laſſi Pontica Regis. Prœlia Barbarico vix conſumata veneno, Iuſtinus hunc dicit. Ideo ſe venenis bibendis aſſueſeciſſe, q. puer à tutoribus fuiſſet ueneno petitus aduerſus, quorum inſidias, hac vna ſe ratione muniuit. [Tam Hercle] Subaudi iuſto odio Senatus Annib. ad voluntariam mor-

Hoſpitalia iura. tem coegit, quàm etiam compulit Mithriditatem. [Hoſpitales Deos] Apud maiores ſancta habebantur hoſpitij iura, quæ violare nefas. Virg. Iupiter hoſpitibus nam te dare iura loquuntur, uiolauit ergo hoſpitalia iura, cum mandauit omnibus Aſiaticis, vt hoſpites Rom. cuncti necarent. [Non multo] Quia de Rege eandem ſumpſere ſupplicium, quem ad voluntariam mortem compulerunt. [Crucibus illis] Supplicijs, & tormentis. [Auctore Gauro Spadone] Hunc delitijs Mithridates habebat ad cuius nutum nihil non facere paratus erat, hic ergo multos Regis amicos, qui tam fœdum Regiæ libidinis miniſtrum per iniquo animo ferebãt de medio tolli curauit. [Spadone] Eunucho. Inter Spadonem, & Eunuchum fuit qui nullam velior eſſe differentiam, niſi in derivatione, nam vtrunque à Græco deducũt Spado ἀπὸ τοῦ σπάσθαι, à trahendo, quòd trahuntur, & debilitantur genitalia, non penitus tolluntur, ſed ne varius quibuſdã inſtrumentis, vt virilia agere non poſſint. Eunuchus vero dicitur, quod bonam mentem habeat, ideſt nulla libidine vexatum propterea q. ſit caſtratus, nam genitalibus caret, ἀπὸ τοῦ εὖ, bene τὸν νοῦν mentem & καὶ ἔχειν habere. [Libidinoſus obſequio] Cognitus Rea libidinoſus, qui tam turpi libidinis miniſtro eſt obſecutus, vt amicos ſuos illi infenſos occidi iuſſerit. [Sceleſtus imperio] Qui ſcelus non mediocre commiſit, vt ſibi fidos amicos Spadonis gratia mori imperauit, hic Mithridates annos quadraginta Romano reſtitit Imperio.

Aacan TAm, &c.] Hercle. i. per Herculem, tam .ſ. iuſto odio compulit Senatus Hannibalem ad mortem volũtariam, quàm Mithridatem Regem Ponti, qui interemit vna epiſtola. i. mandato miſſo epiſtola vna octoginta millia ciuium Romanorum diſperſa in Aſia per urbes gratia negociandi .i. mercandi, [Et reſperſit Deos hoſpitales] .i. hoſpitalitati præ ſunt, tantæ Prouinciæ quantæ eſt Aſia, cruore iniuſto. i. iniuſte fuſo, ſed non multo, quoniam ipſe coegit ſpiritum ſuum repugnantium ueneno, quia munitum Mithridatica confectione contra uim ueneni ſuccumbere, tandem cum maximo cruciatu. i. uiolentiſſima morte, & ſimul dedit piacula. i. expiationes illis crucibus, quibus ipſe libidinoſus obſequio. i. obſequendo iniquo, & turpi uoto Spadonis, & ſceleſtus Imperio. i. imperando (unde turpis erat, quia ut Eunucho obſequeretur id uoluit, ſed ſceleſtus quia, quod uoluit, imperauit) affecerat illos .ſ. notiſſimos, & inſontiſſimos, amicos ſuos, auctore Gauro Spadone.

DE GENTIS THRACIÆ REGINA.

NVMVLISINTHIS *Diorigidis filiæ Thraciæ Regis etſi minus admirabilem crudelitatem gentis ipſius feritas, narrandum, tamen rabies ſæuitia facit, cui neque viuos homines medios ſecare, neque parentes liberorum veſci corporibus nefas fuit.*

CYSANIS Diogiridis] Thraces crudelitate præſtare non homines tantum, ſed aues quoque teſtantur, nam hirundines ad eam gentem æſtate non deuolant, crudelitatem metuentes, eſt enim in Ceticenſi regione oppidum, quoddam Flauiopolis nomine, uel ut Plin. dicit Bizecis, regia quondam Terei regis inuiſum hirundinis, & teſte Solino alitibus illis io acceſſum eſt, quorum Diomedis humanis carnibus veſcentium ſtabulum execratum fuere in ea Prouincia Reges feritate inſignes, ut Tereus, & Diomedes, & alij complures, inter quos Cyſenis Regina, quæ crudelitatis ueluti rabie quadam furibunda medio ſecari homines, natorum corpora parentibus epulanda apponi iubebat, aliaq; huiuſcemodi ſæuitiæ exempla faciebat. Crudelitatem gentis] De qua Virg. Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum, quare non mirum eſt inuentam eſſe fœminam crudelitate ferentem. [Medios homines ſecare] Quem morem ſeruat Turcus ille ſæpiſſimus. [Nec parentes liberorum] Beatus Aug. de Indis loquens hanc eandem aſſerit crudelitatem, filios parentum inteſtina comedere, & ideo Beatus Thomas, eorum crudelitatem exhorrens dixit, domine quouis me mitte præterquam ad Indos. Oltv. Cyſenis Regæ Thracũ

Aacan NVmuliſiothis, &c.] Etſi. i. quanquam feritas ipſius gentis .ſ. Thraciæ facit crudelitatem Numoliſinthis (ſunt tamen qui legunt Cyſenis) filiæ Diogiridis Regis Thraciæ minus admirabilẽ, quia minus mirum, ubi totus populus ferox, & crudelis eſt, Reginam crudeliſſimam fuiſſe. [Tamẽ rabies]. i. enormitas ſæuitiæ facit ſup. eam narrandam. i. dignam quæ narretur ad deteſtationem. [Cui] .ſ. Reginæ, nec fuit, hoc eſt non uidebatur, aut non reputabatur nefas, ſecare homines uiuos medios, aut mediq. i. per medium nec parentes ueſci corporibus liberorum. i. filiorum ſuorum, aut etiam filiarum legitimorum.

DE PTOLOMÆO REGE ÆGYPTI, ET DE CLEOPATRA.

ITERVM * *Ptolomæus Phyſcon emergit, paulò ante libidinoſæ amentiæ teterrimum exemplum: idem etiam inter præcipua crudelitatis indicia referendus. Quid enim hoc facto truculentius? filium ſuum nomine Memphitem, quem ex Cleopatra eadem ſorore, & uxore ſuſtulerat, liberalis formæ, optimæ ſpei puerum in conſpectu ſuo occidi iuſſit, pedes eius* * *precioſos, & caput, & manus inciſtam chlamide opertos pro munere natalitio matri miſit: perinde, quaſi ipſe cladis, quàm illi inferebat expers, ac non infœlicior, quòd in communi orbitate Cleopatram miſerabilem, cunctis ſe inuiſum redderet. Adeo cæco furore, ſumma queq; efferueſcit crudelitas, cui monumentum ex ſeipſa reperit. nam cum animaduerteret, quanto ſui odio patria teneretur, timori remedium ſcelere petiuit: quoque tutius plebe trucidata regnaret, frequens iuuentute Gymnaſium armis & igni circundedit, omneſque, qui in eo erant, partim ferro, partim flamma necauit.*

* Liu. li. 59. & hic cap. ſup.

* preciſos.

ITERVM Ptolomæus] De uitijs, & crudelitate huius ſæuiſſimi Regis, dictũ eſt in cap. de luxuria, ibi ergo quærenda eſt hiſtoria, Sed ad ea, quæ de illo ſupra dicta ſunt, hoc & accedit, q. ubi ſe ciuibus ſuis ob crudelitatem inuiſum eſſe cognouit metuens futurũ quod euenit regno .ſ. pulſum iri, remedium uoluit ex ſcelere excogitare, plebem ferme omnẽ trucidari, iuuentutem in Gymnaſio congregatam ferro, flammaq; circumdari, & totam necari curauit. [Teterrimum exemplum] Turpiſſimum, & ſordidiſſimum exemplum, ſicut in cap. de luxuria monſtratum eſt. [Referendus] Recitandus, narrandus. [Suſtulerat] Oltv. Ptolomæi crudelitas.

Suſceperat, & nutriuerat. Iuuen. Tollere dulcem, cogitat hæredem. [In conſpectu ſuo] Ante oculos ſuos, quod leuius fuit. [Prominere] Enim curauit Rex iſte ſæuiſſimus, vt hæc munera Reginę darentur in conuiuio, qua die natale ſuum celebraret, quæ res non Reginę tantum, ſed etiam vniuerſę ciuitati, & acerba, & luctuoſa fuit.] Perinde quaſi ipſe cladis expers] Quaſi nõ ſibi filius, ſed ſola Cleopatra natus, ac ſi diceret, qui nullum patris ſenſum haberet. [Adeo cæco furore] Tanta erat crudelitas furori permiſta, vt etiam ipſa vires reciperet, & incrementum ad exempla ſcelera. [Efferueſcit] Incenditur. [Monumentum] Firmamentum, ſed potius formentũ. [Frequens iuuentute Gymnaſium] Die ludorum iuuenes in Gymnaſium frequentes conuenerant, vt de more ludos celebrarent, eſt locus exercitij Gymnaſium, vt ſæpe diximus.

Gymnaſium.

ASCAN. Iterum, &c.] Ptolomæus Phyſcon Rex Aegypti, emergit iterum ſ. dum profert educens caput è profundo vitiorum, babilus, ſup paulò ante cum de luxuria & libidine ageretur exemplum teterrimum .i. turpiſſimum, & peſſimum amentiæ libidinoſæ idem referendus inter præcipua indicia .i. ſigna, aut oſtenta crudelitatis. quid. n. truculentius i. atrocius. ſupp eſt hoc facto. ſi enim, quod dicam? Ipſe iuſſit Memphitem filium ſuum, quem ſuſtulerat .i. genitum educandum curauerat, vt Cleopatra eadem ſorore, & vxore puerum formæ liberalis .i. ingenuæ, & liberalis hominibus dignæ, & optimæ ſpei .i. indolis bonos mores promittentis, occidi in conſpectu ſuo, & miſit matri .ſ. Cleopatræ pro munere natalitio .i. quæ principes, & coniuges ſe mutuo donare ſolebãt in natali ſuo, pedes eius .i. filij ſui, pretioſos .i. ante abſciſſos, & caput eius. [Et manus opertos chlamyde in ciſtam] Scilicet incluſos, aut in ciſta legendum eſt, perinde quaſi .i. tanquã ipſe eſſet expers cladis .i. calamitatis, q ipſe inferebat illi .ſ. Cleopatræ matri, quia cum communis eſſet natus communis erat clades. ac ipſe Rex, non ſup eſſet infęlicior, quæ Cleopatra, quod redderet in communi orbitate .i. priuatione liberorum, Cleopatram miſerabilem .i. dignam miſeratione cunctis, & ſe inuiſam cunctis, ſed minoris infęlicitatis eſt, quempiam eſſe miſerabilem, quàm inuiſum, deteriorq; eſt conditio male facientis, quàm patientis, cum peior ſi culpa, quàm pœna. [Adeo] .i. itatantum cæco furore efferueſcit .i. ebulit ſumma quæq; crudelitas, vt eſt regum, & principium, cui .ſ. crudelitati ſummę, ipſa reperit monumẽtum eſ ſe .i. per nouam crudelitatem veterem protexit, nam cum animaduerteret Ptol. quanto odio ſua patria teneretur, petiuit ſcelere .ſ. nouo remedium timori .i. ne nimis cogeretur ſuos, quibus odio erat, timere quoque .i. & qui ipſe regnaret tutius plebe trucidata, ipſe circundedit armis, & igni Gymnaſium, id eſt, locum exercitiorum, & ludorum, frequens .i. abundantem iuuentute, id eſt, multitudine iuuenum, & necauit omnes, qui erant in eo partim ferro, & partim flamma.

DE OCHO DICTO DARIO.

* Ouid. in ibin. *OCHVS * autem, qui poſtea Darius appellatus eſt ſanctiſſimo Perſis iureiurando obſtrictus, ne quem ex coniuratione, quæ ſeptem magos cum eo oppreſſerat, aut veneno, aut ferro, aut vlla vi, aut inopia alimentorum necaret: crudeliorem mortis rationem excogitauit, quę hos iunctos ſibi non perpetuo vinculo religionis tolleret. ſeptum enim altis parietibus locum cinere compleuit, ſuppoſitoq; tigno prominente benigno cibo, & potione exceptos in eo collocabat, è quo ſomno ſopiti, in illam inſidioſam congeriem decidebant.*

OLIV. OCHVS qui poſtea] Quomodo Darius fuerit Rex conſtitutus monſtratum eſt in cap. de fortitudine, & in cap. de vafre dictis, & factis, quod vero ad crudelitatem eius pertinet, cum Rex cõſtitutus populo iureiurando affirmaſſet, ſe nullum ex principibus ſeptem, qui coniurationis aduerſus magos ſocij fuiſſent, veneno, ferro, aut alia vi, aut inedia oppreſſurum, illorum, potentiam metuens, nouum mortis, & crudelitatis genus excogitauit, quo ſe metu, & religione ſolueret. locum parietibus cinxit, totum cineribus repleuit, in ſuſpenſum tignum ſuperimpoſuit, principes luxurioſos epulis, vinoq; repletos in eo collocauit qui crapula ſopiti, in cineroſum pelagus deciderunt, obrutiq; ſunt omnes, exiſtimauit Rex iſte, pertinios hac conſilij calliditate, ſe poſſe & libidini pariter ſuę, & religioni ſatisfacere, quod non ita eſt, fraus enim diſtinguit, non diſſoluit periurium, principum autem nomina fuerunt hæc. Oſthanes, Irapbernes, Gobrias, Megabiaus, Aſpicies, Hydarnes, [Inopia alimentorũ] Fame, & inedia. [Hos vinctos] Alij habent onuſtos .i. ſibi graues atque infeſtiles, quorum opes, atque potentiam metuebat. [Vel iunctos] Quaſi ſimul adminiſtrantes, quorum auctoritas magna foret apud Regem, ita iubente populo. [Non perrupto vinculo religionis] Non violatò ſacramento, vt ipſe putabat. [Congeriem] Cinerum cumulum, & congregationem. Vafrum regis conſilium, ſed à crudelitate mutuatum.

ASCAN. OChus autem, qui poſtea appellatus eſt Darius, obſtrictus Perſis ſanctiſſimo, iureiurando, ne necaret quem] .i. aliquem ex cõiuratione .i. multitudine coniuratorum, quæ oppreſſerat eũ cum ſeptem magos, qui tyrannidem exercuerat. [Aut veneno, aut ferro, aut vlla vi] .i. violẽtia, aut inopia alimentorum excogitauit crudeliorem rationem .i. modum & viã mortis, quæ .ſ. ratio tolleret .ſ. de medio viuentium, hos iunctos ſibi vinculo religionis, iuſiurandi, perrupto compleuit .n. locum ſeptum .i. circundatũ altis parietibus cinere, & tigno .i. ligno tranſuerſo prominente .i. longe eminente extra cineres, ſuppoſito .i. clanculum impoſito, & locabat in eo .ſ. tigno eos exceptos benigne .i. abunde cibo, & potione, è quo .ſ. tigno ipſi ſopiti ſomno .i. profunde propter crapulam dormiente decidebant .i. deorſum cadebant in illam congeriem .ſ. cinerum inſidioſam. Miſera autem, & impietate erat, tunc mortalitas, quæ Regem iuramento aſtringens, non adiecerat clauſulam illam generalem, nec alia qua vis ratione, quàm adiecta religione ſolui non potuiſſet.

DE OCHO ARTAXERXE.

APERTIOR, & tetrior alterius Ochi cognomine Artaxerxis crudelitas, qui Ocham ſororem, atque eandem ſocrum, viuam capite defodis, & patruum cum centum & amplius filijs, ac nepotibus vacua area deſtitutum iaculis confecit, nulla iniuria laceſſitus, ſed quod in his maximam apud Perſas probitatis, & fortudinis laudem conſiſtere videbat.

OLIV. APERTIOR, &c.] Non eſt in Dario ſiſtita Regũ Perſarum crudelitas. Nam Ochus cognomine Artaxerxes Dario longe crudelior fuiſſe videtur, qui non in ciues, quos metueret, ſed in ſuos ſupra modum ſæuiuit ſororem cuius filiam duxerat vxorem, tetræ viuam defodit, patruum cum centum liberis, atque nepotibus telis transfigi imperauit, in area vacua alligatum, nec id vlla iniuria laceſſitus, ſed q illorum maximas opes, & ingentem apud Perſas virtutis opinionem eſſe videbat, quare timebat, ne in illum Perſæ Regnum transferret Imperium. [Eadem ſocrum] Erat & ſocrus, & quia eius filiam duxerat vxorem. [Cum centum, & amplius filijs Barbarũ erat, non ſingulas, ſed plures habere coniuges, quotquot .ſ. alere potuiſſent Virg. Vidi Hecubam, centumq; nurus. Item quinquaginta, illi thalami. Saluſt. Alij denas, alij plures, ſed Reges eo amplius [Nulla iniuria laceſſitus] Exaggeratio crudelitatis Ochi, qui inſontes necauerit, ſanguine ſibi coniunctos.

Ochi crudelitas.

Darij crudelitas.

ASCAN. APertior, &c.] Crudelitas alterius Ochi Artaxerxis cognomine, ſuit ſup. apertior, & tetrior .i. dirior, qui defodit capite viuam Ocham, ſeu Ochsam ſororem, atque eandem ſocrum ſ. ſuam, quia eius filiam duxerat, & confixit iaculis patruum .ſ. ſuum, hoc eſt fratrem patris ſui cum centum, & amplius filijs & nepotibus, deſtitutum .i. ſeorſum ab alijs ſtatutum ſup. in area vacua, nulla, id eſt, non vlla non laceſſitus, ſcilicet ab eo vlla iniuria, ſed quòd .i. quia ipſe videbat maximam laudem probitatis, & fortitudinis apud Perſas conſiſtere in his, ſcilicet patruo, & filijs eius, ac nepotibus.

DE ATHENIENSIBVS.

*CONSIMILI * genere ęmulationis inſtincta ciuitas Athenienſium, indigno glorię ſuę decreto Aeginienſium iuuentuti pollices abſcidit, vt claſſe potens populus in certamen maritimarum virium ſecum deſcendere nequiret. Non agnoſco Athenas timori remedium à crudelitate mutuantes.* * Cic. li. 3. de offic.

Conſimili

OLIV. CONSIMILI genere] Cic.lib.3.offic. Durius eſſe inquit Athenienſes, qui ſciuerunt, vt Æginetis, qui claſſe valebant, pollices præciderentur, hoc uiſum eſt vtile, nimis enim imminebat propter propinquitatem Aegina Piræo, ſed nihil quod crudele, vtile eſt enim hominum naturæ, quàm ſequi debemus, maxime inimica crudelitas, propter vtilitatem igitur, Athenienſes id crudelitatis exemplum ediderunt, vt Æginenſium iuuentuti pollices præcidi ex decreto iuſſerint, ne ſecum nauali certamine contendere poſſent, in quo plurimum illos valere cognoſcerent. [Conſimili genere æmulationis] Sunt enim Ath. Ochi crudelitatem imitati. Nam quemadmodum Ochus patrui, & eius filiorum, atque nepotum probitatem habuit ſuſpectam, ſic Athenienſes Æginenſium vires timuerunt, qui metus illos fecit eſſe crudeles. Aeginenſium Aegina eſt inſula, & vrbs in qua regnauit Aeacus ab Aegina Aeſopi filia denominata, ſed antea dicebatur Enopia teſte Ouid. lib.7. Met. Enopiam veteres appellauere, ſed ipſe Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit. [Pollices] In quibus manuum v.s omnis penè conſiſtit. [Non agnoſco Athenas] Cum Athen. humanitatis ſemper fuerint præceptores, quippe apud quos Philoſophorum præcepta viguerunt, à ſeipſis alienati fuiſſe videntur, vt non cognoſcantur Athen. qui timori remedium à crudelitate, tanquam Barbari mutuari voluerint. [Mutuantes] Sicut Ptolomæus de quo ſupra.

Æginæ inſula,

ASCEN. CONſimili, &c.] Ciuitas Ath inſtincta.i.ſtimulata conſimili genere æmulationis.i.inuidiæ ob parem, aut maiorem virtutem, abſcindit decreto indigno gloriæ ſuæ, quàm.ſ. affectabat, aut in alijs factis merueiat (quæ lectio ſi vera eſt, ſimilis eſt illi, veterum haud illius indignus auorum, ſunt tamē, qui gloria ſua legant nec deſunt, qui ſic conſtruant decreto gloriæ ſuæ indigno ſup ipſa) iuuentuti Aeginenſium pollices vt populus.ſ. Aginetarum potens claſſe nequiret deſcendere ſecum.i. cum ciuitate Ath. in certamē virium maritimarum. Non agnoſco Athenas] .i. non cenſeo in eo facto Athenas, vtpote mutuantes.i. cū mutuo accipientes timori.ſ. ſuo remediū à crudelitate.

DE INVENTORE ÆNEI TAVRI.

*Cic. in Piſ. Ouid. I lb. & Phalari. epiſt. 103

SÆVVS * etiam illi Ænei tauri inuentor, quo incluſi ſubditis ignibus, longo & abdito cruciatu, mugitus reſonantem ſpiritum edere cogebantur, ne eiulatus eorum humanæ ſono vocis expreſſi, Phalaridis tyranni miſericordiam implorare poſſent, quàm, quia calamitoſis deeſſe voluit, teterrimum artis ſuæ opus primus artifex incluſus merito auſpicatus eſt.

SÆVVS etiam] Cum Phalaris Agrigentinorum tyrannus crudelitate delectaretur, Perillus Athen. vir ingenioſus vt tyranno gratificaretur, venit agrigentum, & ex ære taurum artificioſum fabricauit, quo nocentes incluſi ſubiectis ignibus torquerentur, qui mugitum, & non humanam vocem emittere uiderentur, ut tyrannus, vlla hominis voce ad miſericordiā flecti poſſet, pro quo inuento, cum manus à crudeliſſimo tyranno, qui nouis & exquiſitis hominum tormentis delectaretur, ingenioſus ille magiſter poſtulaſſet, in illo ipſe includi iuſſus à tyranno, ac ſuppoſitis ignibus exuſtus primus artificij ſui verum exprimendum præbuit, dicente hoc Ouid. in lib. 1. de arte amandi. Et Phalaris tauro violenti membra Perilli, Torruit, infęlix, imbuit auctor opus. Item Ouid. in eodem lib. 1. etiam dicit. Nec enim lex æquior vlla eſt, Quàm necis artifices, arte perire ſua. Extat etiam epiſtola Phalaridis ad Athenienſes, qui de Perilli morte apud tyrannum fuerant conqueſti, cuius principium eſt. Venit ad nos faber veſter Perillus, &c. De hoc tauro Cic. in Verrinis lib. 5. mentionem facit cum pulcherrimo Scipionis dicto ad agrigentinos, verum Phalaris in hac vita ſe iuſtiſſimus foiſſe iudicatur, qui tam fœdæ crudelitatis, in inuentorem ipſam crudelitatē primum experiri voluerit. [Inuentor] Perillus, qui & Perilaus dictus eſt. [Mugitus reſonante] Vox enim patentium per fiſtulas quaſdam erumpens mugitum imitabatur. [Addito] Occulto, quo minus ſpectatores miſericordia mouerentur. [Vlulatus] Miſerabilis, uox & fletus incluſorum. [Quam quia calamitoſis] Qui miſericordiam alijs ſuo artificio negari cupiebat, nullam ipſe miſericordiam eſt conſecutus.

ASCEN. SÆuus] Supp. fuit etiam ille.ſ. Ath. faber Perillus nomine, inuentor tauri Ænei.i. ex ære facti, quo, ſcilicet tauro incluſi ignibus ſubditis, ideſt, ſubiectis cogebantur longo, & abdito.i. occulto, & latente cruciatu, edere.i. emittere ſpiritum reſonantem.i. referentem & ſono imitantem mugitus, ideſt, ſonos taurinos, ne eiulatus.i. miſerandi gemitus eorum.ſ. qui eſſent incluſi, expreſſi ſono uocis humanæ poſſent implorare, ideſt, implorando eſſe, qui miſericordiam Phalaridis tyranni Agrigentinorum, quem.ſ. miſericordiam, quia Perillus, uoluit deeſſe calamitoſis, ipſe artifex, incluſus, ſcilicet eo ex præcepto Phalaridis, auſpicatus eſt, ideſt, inniuit, & inchoauit merito primus teterrimum opus artis ſuæ, quia primus in eo periję.

DE HETRVSCIS.

AT ne * Hetruſci quidem parum feroces in pœna excogitanda, qui virorum corpora cadaueribus aduerſa aduerſis alligata, atque conſtricta, ita vt ſingulę membrorum partes, ſingulis eſſent accommodatę, tabeſcere ſimul patiebantur, amari vitę pariter, ac mortis tortores.

* De Mezentio, hoc refert Virgil. libro 8. Æn.

AT ne Hetruſci] Perillus nouum excogitauit ſupplicij genus Hetruſci uero non minus crudeles pœnas inuenerūt, vt uiua corpora mortuis alligata tabeſcerent, quod mortis genus crudeliſſimum fuit, hoc autem quod Valerius Hetruſcis Virg. Mezentio eorum Regi attribuit, dicit enim lib. 8. quid memorem infandas cædes, quid facta tyranni. Effera dij capiti ipſius, generiq; reſeruent. Mortua quinetiam iungebant corpora viuis, Componens manibuſq; manus, atque oribus ora Tormenti genus & ſaniæ, taboque fluenti, Complexu in miſero longa ſic morte necabat. [Tabeſcere] Marceſcere, corrumpi. [Amari uitæ] Ac mortis tortores, qui dum uiuos necarent mortuis parcebant, ſic enim ſepulchris ſedibus ſuis conquieſcere non patiebantur, ſed ſepulchra quodammodo uiolabant. OLIV.

AT ne quidem Hetruſci] Cum ſint populi Italiæ ſupp. fuerunt parum, ſed multum feroces in excogitanda pœna.i. cruciatu, qui patiebantur corpora uiuorum (ſunt tamen qui legant uirorum) alligata, atque conſtricta aduerſa aduerſis.i. ut dicit Maro, oribus ora, ita ut ſingulæ partes membrorum.ſ. uiuentium eſſent accommodatæ ſingulis ſup. mēbris cadauerum tabeſcere.i. in tabem, & putredinem reſolui, ſimul, exiſtentes amari tortores pariter uitæ.i. uiuentium, ac mortis, id eſt, mortuorum, quorum cadaueribus ſic abutebantur. ASCEN.

DE BARBARIS.

SICVT illi Barbari, quos ferunt mactatarum pecudum inteſtinis, & viſceribus egeſtis, homines inſerere, ita vt capitibus tantummodo immineant. quoque diutius pœnę ſufficiant, cibo & potione infęlicem ſpiritum prorogant, donec intus putrefacti laniati ſunt ab animalibus, quę tabidis in corporibus naſci ſolent. Quęramur nunc, cum natura rerum, quod nos multis, & aſperis aduerſę valetudinis incommodis obnoxios eſſe voluerint, habitumq; cœleſtis roboris humanę conditioni denegatum moleſte feramus, cum tot cruciatus ſibimetipſa mortalibus impulſu crudelitatis excogitauerit.

SICVT illi Barbari] Hoc tormen genus à Scythis excogitatum fuiſſe tradunt, quod eſt ſine dubio immani feritate plenum, exenteratis animalibus uiui homines includerentur, ita ut ſola capita eminerent, quibus alerentur, nā ut diutius uiuant laute potu ciboq; excipiuntur, donec putrefactis animalibus uermes ingenerati, eos poſtmodum dilacerant, & aſſiduis uermium morſibus crucientur. [Sicut illi Barbari] Quos ferunt. Cum ſuperiori coniungitur, ita amari uitæ, & mortis tortores ferunt Hetruſci ſicut Barbari.ſ. Scythæ. [Egeſtis inteſtinis] Eductis inteſtinis. [Viſceribus] Viſcera dicuntur non ſolum inteſtina, ſed etiam, carnes, hoc eſt quidquid ſub corio eſt, unde Virg. Tergora diripiunt coſtis & viſcera nudant. Liu. in Albano, lauti uiſceratio dabatur.i. caro. [Propagare] Producere. [Tabidis in corporibus ſolent] Corruptio unius animalis eſt generatio alterius. Nam ex corruptis bobus, ſiue tauris, generantur OLIV.

apes, ex aſinis veſpæ, ex mulis ſcarbonis, ex equis fuci, ex hominibus vermes. [Quæramur] Nunc cum rerum natura, nihil eſt, inquit, q̃ naturam incuſemus, quæ nos varijs morborum generibus voluerit eſſe ſubiectos, cum non his contenti homines, alia inſuper ipſi excogitauerint. [Quæramur] Nunc cum indignatione quadam legendum eſt. [Obnoxios] Subiectos, & obligatos. [Habitum cœleſtis roboris] Hoſtibus cœleſtis roboris eſt impaſſibilitas, & doloris carentia. Dij enim pati non poſſunt, quod humanæ fragilitati non eſt conceſſum. [Impulſu] Cap. inſtigatione, & impetu crudelitatis.

Ascen. Sicut] Supp. fecerunt illi Barbari, videlicet Scythæ, quos ferunt. i. dicunt hiſtoriographi, inſerere homines. ſ. viuos exteſtinis, & viſceribus pecudum mactatarum egeſtis. i. euulſis, ita vt homines inſerti emineant. i. extenti tãtum capitibus quoque. i. & quo, hoc eſt, vt ſufficiant diutius pœnæ. i. cruciatui, ipſi protogant. i. producunt cibo, & potione. i. pom ſpiritum infelicem, quia ad cruciatum duntaxat ſeruatum donec ipſi putrefacti intus, laniati fiunt ab animalibus. i. vermibus, & ſerpentibus, quæ animalia ſolent naſci in corporibus tabidis. i. putrefactis. [Quæramur] . i. faciamus querelas, nunc. ſ. poſtquam tam crudeles inueniantur homines: & eſt figurata adhortatio vim vitandi habens cum natura rerum. q̃ voluerit nos eſſe obnoxios. i. ſubiectos multis, & aſperis incommodis valetudinis. ſ. aduerſæ, hoc eſt ægritudinis, & feramus moleſte habitũ. i. diſpoſitionem roboris. i. fortitudinis cœleſtis, eſſe denegatum conditioni humanæ, cũ ipſa mortalitas. i. ipſe homo mortalis excogitauit ſibimet tot cruciatus impulſu crudelitatis, q. d. id nos iniuſte facturos.

DE IRA, ET ODIO. CAP. III.

IRA quoque aut odium in pectoribus humanis magnos fluctus excitauit: procurſu celerior illa nocendi cupidine hoc pertinacius, vterque conſternationis plenus affectus, ac nunquam ſine tormento ſui violentius: quia dolorem cum inferre vult patitur; amara ſolicitudine, ne non contingat vltio, anxius: ſed proprietatis eorum certiſſimę ſunt imagines, quas dij ipſi in claris perſonis, aut dicto aliquo, aut facto vehementiore conſpici voluerunt.

Oliv. IRA quoque, aut odium] Has duas animi perturbationis crudelitate recte ſubiungit, quoniam earum affectus ſæuitiæ ſint longe perſimiles, quid enim iratus crudele non admittit, ſi datur facultas? In hoc autem differunt à crudelitate, quod hæc alij tantum non ſibi noceat, hæ vero ſine ſui tormento eſſe non poſſunt. Cum enim iratus vltionem ſumere non poteſt, dolore conficitur, ac ſeipſum cruciat eſt autem ira ſubitus animi motus ex iniuria proueniens, & vltionem deſiderãs. [Odiũ] Ira. Odiũ. Inueterata inimicitia de vltione ſemper cogitans. [Magnos fluctus] Magnas perturbationes irati ſemper æſtus fluctuant in pectore, vultus variatur, oculi igneſcunt ratio confunditur. [Procurſu celerior] Fertur impetu quoddam iratus ad vltionem, & eſt differentia quædam inter iram, & odium, quòd in celeritate quadam rapitur ad nocendum. odium pertinacius reſidet in pectore, occaſionem expectans, quo grauius nocere poſſit. [Procurſu] Impetu. [Conſternationis] Perturbationis, & mentis, ac rationis confuſionis. [Sine ſui tormento] Quia non poteſt iratus, atque odio concitus non dolore commoueri, dum ſe videt, quam cupit, de inimico vltionem ſumere non poſſe, ſimilis ergo inuidiæ eſt iracundia, quia ſicut inuidia ſucceſſu hominum carpit, & capitur vnaſ ſupplicium que ſuum eſt, quæ in hoc vno, vt inquit Solon iuſta eſt, quod prius iouidum punit. ſic & ira ſibi priuſquam alteri nocet, quia dolet cum vltionem de inimico ſe ſumere non poſſe videt. [Anxius] Solicitus, quòd vltionem implere non poſſit. [Certiſſimæ ſunt imagines] Veriſſima ſigna, & indicia, quamuis enim aliquis diſſimulare velit, tamen facere non poſſet, quin in dictis, & factis, hos affectus aperiat.

Ascen. IRa quoque, ac odium excitant magnos fluctus] . i. turbationes in pectoribus humanis, illa. ſ. ira celerior. i. tardior, ſup. in procurſu. i. impetu faciendo, hoc. ſ. odium pertinacius cupidine. i. cupiditate nocendi, & ſup. vterque affectus. i. vtraque paſſio eſt, plenus conſternationis . i. alterationis mentis à ſtatu quieti eius, ac violentus nunquam ſine . i. ſemper cum tormento ſui . i. in quo eſt, quia dum vult, inferre dolorem patitur ſupp. dolorẽ, anxius amara ſolicitudine, ne vltio non contingat, ſed certiſſimæ imagines proprietatis eorum. ſ. dictorum affectuum iræ, & odij, ſunt. i. extant, quas dij ipſi . ſ. hominum conditores, voluerunt conſpici in claris perſonis, aut dicto aliquo, aut facto vehementiore. ſ. quàm deceat, aut multum vehementer.

DE LIVIO SALINATORE.

*CVM * aduerſus Aſdrubalem Liuius Salinator bellum geſturus vrbe egrederetur, monente Fab. Maximo; ne ante deſcẽderet in aciem, quàm hoſtium vires animumq; cognoſceret; primam occaſionem pugnandi non omiſſurum ſe reſpondit. Interrogatusq; ab eodem, quid ita tam feſtinanter manum cõſerere vellet, Vt quàm celerrime, inquit, aut gloriam ex hoſtibus victis, aut ex ciuibus proſtratis gaudium capiam Ira tunc atque virtus ſermonem eius inter ſe diuiſerunt: illa iniuſte damnationis memor, hæc triũ phãdi glorię intenta. Sed neſcio, an eiuſdẽ fuerit hoc dicere, & ſic vincere.* *Liu. lib. 27.

Oliv. CVM aduerſus Aſdrubalem] Quod neceſſe, ſit aliquo dicto, vel facto hos in hominibus affectus aperiri, Salinator, & aliorum exemplo comprobatur. Salinatorem ob aciſſimam legem de ſale uendendo latam populoq; moleſtam fuiſſe damnatum diximus in cap. de cenſura, & de reconciliatis. Is octauo poſt damnationem anno à Marcello, & Valerio Conſulibus ex agris, quo ſe per ſummum dolorem receperat, in vrbem reuocatus, & cum C. Claudio Nerone conſul creatus cum Imperium diu recuſaſſet tandem à Senatu, & populo recipere coactus eſt, prouincias ſortiti, cum in ſuam uterque proficiſceretur, eos populus ad portas uſque proſecuti ſunt, memorię proditum eſt, plenum adhuc ira in ciues M. Liuium ad bellum proficiſcentem monenti Q. Fabio, ne priuſquam genus hoſtium noſceret, temere manus conſereret, reſpondiſſe, ubi primum hoſtium agmen conſpexiſſet pugnaturum, cũque quæreretur, quæ cauſa eſſet feſtinandi, aut ex hoſte egregiam gloriam inquit, aut ex ciuibus uictis gaudium meritum certe, & ſi non honeſtum capiam, non potuit quàm geſtabat in pectore iram diſſimulare. [Salinator aduerſus Aſdrubalem] Qui venerat in Italiam, ut ſe Hannibali fratri coniungeret, quod ſi factum eſſet, actum fortaſſe de Imperio Romano fuiſſet. [Manum cõſerere] Pugnam committere. [Ira tunc] Atque uirtus. Ex his, inquit, uerbis, & ſe ira adhuc laborare, & uirtute præditum eſſe ſignificauit, cum enim reſpondit, ſe ex ciuibus ſuis uictis gaudium recepturum, iracundiam aperuit, cum uero triumphum exoptaret, uirtutem indicabat. [Illa]. ſ. ira iniuſtæ damnationis. [Hæc]. ſ. uirtus gloriæ cupida. [Sed neſcio] An eiuſdem fuerit. Non uidetur eiuſdem hominis eſſe, tanta animi perturbatione commoueri, & hoſtes pariter uincere. [Hoc dicere] Ita reſpondere, ſignum erat imbecillitatis, quia ira, & odio uincebatur. [Sic uincere] Eximiæ uirtutis fuit, tanta ſtrage hoſtes ſuperare, nam in ea uictoria par hoſtibus reddita fuit Cannenſis clades, quippe ubi Aſdrubalem cum ſup. 60. millium hoſtium cæſus fuit. Salinator ira P.R. diſſimulare non potuit.

Ascen. CVm aduerſus] Ordo eſt. Cum Liu. Salinator geſturus bellum aduerſus Hannibalem egrederetur urbe, Fab. Max. monente, ne deſcenderet in aciem. i. ne prœlium committeret, ante. i. priuſquam cognoſceret uires, & animum hoſtium, reſpondit ſe non omiſſurum. i. prætermiſſurum primam occaſionem pugnandi. i. quæcunque prima offeretur. Et interrogatus ab eodem, quid ita. ſ. cur uellet conſerere manum. ſ. cum hoſte tam feſtinanter, inquit. i. reſpondit, ut capiam quàm celerrime. i. ualde celeriter, aut egregiam gloriam ex hoſtibus uictis, aut gaudium ex ciuibus ſtratis. [Ira] Atque uirtus diuiſerunt tunc inter ſe ſermonem eius. i. partem ſermonis eius ſibi uendicarunt, illa. ſ. ira diuiſit ſibi ſermonem. i. aſſumpſit unam particulã, ſcilicet aut ciuibus proſtratis gaudium capiam, hæc. ſ. uirtus intenta gloriæ triumphi. diuiſit ſibi ſermonem. ſ. particulam, aut gloriam egregiam. ex hoſtibus uictis capiam. [Sed neſcio, an fuerit eiuſdem] . i. merito pertinuerit ad eundem, dicere hoc. ſ. tam ſuperbum, & iræ plenum dictum, & uincere ſic. i. tam glorioſæ ut uicit, quaſi dicat uicit quidem, ſed metuit uinci, quia Deus humilia reſpicit, & alta à longe cognoſcit.

DE G. FIGVLO.

ARDENTIS *ſpiritibus uirum, & bellicis operibus aſſuetum, huc iracundiæ ſtimuli egerunt. C. autem Figulum, manſuetiſſimum, pacato iuris ciuilis iudicio celeberrimum, prudentiæ moderationisq́; immemorem reddiderunt. Conſulatus enim repulſæ dolore ac cenſus eò quidem magis, quod illum bis patri ſuo datum meminerat, cum ad eum poſtero comitiorũ die multi cõſulendi cauſa ueniſſent, omnes dimiſit, præfatus, Omnes conſulere ſcitis, conſulem facere neſcitis. Dictum grauiter, & merito, ſed tamen aliquanto melius non dictum.*

Oliv. ARDENTIS ſpiritus virum] Hinc iracundiæ ſtimuli egerunt. Non mirum eſt bellicoſum, & ingentis ſpiritus hominem ira perturbatum eſſe, cum humaniſſimum, & domeſticis operibus intentum C. Figulum eiuſdem paſſio ſuperauerit, ne eum prudentiæ, & moderationis immemorem fecerit. [Manſuetiſſimum] Qui remiſſioris ſpiritus erat. [Pacato iuris ciuilis iudicio] Iuriſperitus optimus erat, qui hominibus in pace conſulere, & de iure ciuili diſceptare poſſet. [Cõſulatus enim] Hic Figulus cum Scipione Naſica conſul creatus magiſtratu ſe abdicare coactus eſt, quod in eorum comitijs tabernaculum vitio captũ fuiſſet, in cap. de ſeruata religione diximus. Hic ergo tam ægre tulit in alijs comitijs repulſam, ut iram diſſimulare nequiuerit. Nam poſtero die multos, qui eum de cauſis ſuis conſulturi venerant, dimiſerit inconſultos dicẽs, Scire quidem illos conſulere non autem conſulem facere, qua voce facile iudicauit, quanta ira percitus eſſet. [Sed aliquãto melius non dictum] Quanquam merito dixiſſet, q̀ is ea repulſam non merebatur, illi tamen honeſtius aliquanto fuiſſet, nõ dixiſſe, quia viro graui, & ſapienti iraſci ſemper turpe fuit.

Ascen. ARdentis, &c.] Stimuli iracundiæ egerunt. i. impulerunt. huc. i. ad huiuſmodi tũſum, ac ferocitatem, uirum ardentis. i. vehemẽtis, & bellicoſi ſpiritus, & aſſuetum operibus bellicis, videlicet Salinatorem. Aũt pro ſed, ipſi reddiderunt C. Figulum manſuetiſſimum, & ſup. celeberrimũ iudicio pacato. i. tranquillo, iuris ciuilis immemorem prudentiæ, & moderationis. i. tẽperantiæ abire. Enim pro quia, ipſe accenſus, & inflãmatus dolore repulſæ conſulatus. i. in petitione conſulatus, & quidem. i. certe eo magis, q̀ meminerant illũ. ſ. conſulatum datum ſup. eſſe bis patri ſuo, cum poſtero die. i. poſtridie comitiorum multi ueniſſent ad eum cauſa conſulendi. i. petendi conſilium, ipſe dimiſit omnes. ſ. inconſultos, aut ſine conſilio, præfatus. i. fatus antequam dimitteret eos, vos omnes ſcitis conſulere. i. cõſilium petere, ſed neſcitis facere cõſulem ſ. eum quem conſultis, q. d. uerũ dignum dictũ ſup. eſt, aut fuit grauiter, & merito, quia indignus erat, qui repulſam acciperet, ſed tñ melius ſup. fuiſſet aliquanto non dictum ſup. fuiſſe ab eo, quia plus laudis meretur, qui in re tali grauiter tacet, quàm qui loquitur, quod loquẽs ambitionis ſuſpicione non uacat, & tacens etiam modeſtiæ plenus uidetur. Auctor tamen aliam cauſam affert addens.

DE PATRICIIS ROMANIS.

*Cic. li. 9. ad Atticum. Gel. li. 6 ca. 9. & Liu. li. 9. *Tribunatum ſcribit Plin. li. 33. c. 3.

NAM * *quis populo Rom. iraſci ſapienter poteſt? itaque ne illi quidem probandi, quamuis factum eorum nobilitatis ſplendore protectum ſit, qui, quòd Cn. Flauius humillimæ quondam ſortis * præturam adeptus erat, offenſi annulos aureos ſibimet ipſis, & phaleras equis ſuis detractas abiecerunt: doloris impotentia tantum non luctum profecto teſtati. Talis iræ motus, aut ſingulorum, aut paucorum aduerſus populum uniuerſũ, multitudinis aut erga principes, ac duces eiusmodi.*

Oliv. ITAQVE ne illi] Grauiter, & iniquo animo tulit pars Romanæ nobilitatis, Cn. Flauium libertino patre natũ, prætorem à P. R. fuiſſe creatum, quã indignitatẽ, cũ æquo animo ferre non poſſent, iram ſuam omnibus indicauerunt. nam præ dolore ſibi annulos, & ſuis equis Phaleras ademptas abiecerũt, nec minorem dolorem ſignificarũt, quàm ſi funeſta facta eſſet eorum familia. Pli. lib. 33. nat. hiſt. dicit, Falli pleroſq́; qui putant equeſtrem ordinem tum etiam abieciſſe annulos, qm̃ in faſtis adiectum ſit hoc, ſed & Phaleras poſita pp̃ quę nomẽ equitum adiectum ſit, annulos quoque depoſitos à nobilitate nõ ab vniuerſo ſenatu. [Itaque] Refertur ad ſuperiorem, quia nemo iuſte iraſci põt P. R. [illi] Nobiles Romani, qui candidati in cãpum deſcenderant. [Nobilitatis ſplẽdore protectum] Quod iuſtam iraſcẽdi cauſam haberent, ſibi infimæ conditionis hominem præpoſuiſſe P. R. [Cn. Flauius] Hic primus fuit, qui de libertina gẽte ędilis curulis factus, rurſus cũ magna indignatione nobilitatis, qui vt ſupra diximus lib. 2, cap. 1. cũ ad agrum collegam uiſendum ueniſſet, neque à nobilibus, quorũ frequẽtia cubiculum erat completũ ſedendi loco reciperetur, ſibi ſellam curulem afferri iuſſit, in qua honoratus ſederet. [Humillime quõdã ſortis] Quippe libertinæ cõditionis, cuius pater ſeruus aliqñ fuiſſet. [Annulos aureos] Inſignia nobilitatis [Phaleras] Equorum ornamenta, cum uiderent tam infimæ conditionis hominem in dignitatibus ſibi præferri, nec ſibi valere quidquam nobilitatem, ipſius nobilitatis inſignia abiecerunt, quod fieri ſolebat in funere. [Impotentia] Impatientia. [Talis iræ motus] Bene exempla exemplis cõnectit, talis, inquit animi perturbatio, & iracundię, qualem ſupra diximus ſuit paucorũ erga P. R quę uero ſequitur fuit. P. R. erga paucos imperatores & magiſtratus.

NAm quis poteſt iraſci ſapiẽter P. R. q. d. nullus, unde inſipiẽter iratus eſt Figulus. [Itaque] .i. & ita, ne quidem. i. non ſaltẽ probandi ſunt illi. ſ. nobiles, & Patricij Romani, quãuis factum eorum ſit protectum. i. munitum à contumelia ſplendore nobilitatis, qui offenſi, quod i. quia Cn. Flauius ſup. vir ſortis quondam humillimæ. i. maxime plebeiæ, adeptus erat præturã, abiecerunt annulos aureos detractos ſup. ſibimet ipſis. [Et Phaleras detractas equis ſuis, teſtati impotẽtia]. i. per impotentiã, & intolerantiam doloris profecto. i. reuera, tantum non. i. fermè, aut eatenus, q̀ nõ vltra luctum. ſ. ſuum motus iræ, aut ſingulorum. aut paucorum aduerſus uniuerſum P. ſ. R. ſup. fuit ſuum, talis autem. i. ſed motus ſup. multitudinis erga principes, ac duces ſup. fuit eiuſmodi, qualis ſequitur. Ascen.

DE IVVENIBVS ROMANIS.

MANLIO * *Torquato ampliſſimam, & glorioſiſſimum ex Latinis, & Campanis victoriam in vrbem referenti. cum ſeniores omnes lætitia ouantes occurrerent, iuniorum nemo obuiam proceſſit, quòd filium adoleſcentem fortiſſime aduerſus imperium ſuum prœliatum ſecuti percuſſum occidiſſet. miſerti ſunt * æquales nimis aſpere puniti: nec factum eorum defendo, ſed iræ vim indico, quę unius ciuitatis & ętates, & affectus diuidere ualuit.* *Liu. li. 8. & his li. 2. c. 2. *Aequalis.

MANLIO Torquato ampliſſimam] Traditũ eſt ſupra lib. 2. cap. de diſciplina mil. T. Manliũ Torquati filium à ſeueriſſimo patre per lictorem fuiſſe virgis cæſum, ſecuriq́; percuſſum, q̀ contra eius dictũ, extra ordinem cũ hoſte ſingulari certamine dimicaſſet. Nam T. Manlius Torquatus, & P. Decius conſules aduerſus Latinos, cum graue & periculoſum bellum eſſe viderent, tum deorum admonitione, q̃ in ſomnis acceperant, q̀ aut ipſorum alteri, aut uniuerſo exercitui cadendum eſſet, tum maxime, q̀ aduerſus Latinos bellandum eſſet, lingua, moribus armorũ genere, inſtitutis ante omnia militaribus ſibi congruentes, milites militibus centuriones centurionibus, tribuni, tribunis, cõpares, collegæq́; hiſdem præſidijs, ſæpe hiſdem manipulis permiſti fuerant, per hæc, ne quo errore milites caperentur, & ut militaris diſciplina ad priſcos redigeretur, mores, edicunt conſules, ne quis extra ordinem in hoſtẽ pugnaret, forte inter ceteros turmarum præfectos, qui exploratum in omnes partes dimiſſi fuerant, T. Manlius conſulis filius ſuper caſtra hoſtium, cum ſuis turmalibus euaſit, ut uix teli iactu ab ſtatione maxima abeſſet, ibi à Geminio quodam Latino ad ſingulare certamen prouocatus, Manlius ſiue quod ferocis animi iuuenis eſſet, ſiue ira, ſeu detrectandi certaminis pudore, ſeu inexuperabili vi fati, oblitus imperij patris, & cõſulum edicti, pręceps ad id certamen agitur, victoria, ſpolijsq́; potius ouans redijt ad patrem dicens, ut me oẽs tuo ſanguine natũ eſſe intelligãt prouocatus, equeſtria hæc ſpolia capta ex hoſte cæſo repor to, quem pater aduocata cõcione, ut exẽplum ceteris ſtatueret ſeruandę militaris diſciplinæ, terroremq́; omnibus incuteret, Oliv. Mãlius filium ſecuri percuſſit.

OLIV. AGe quàm violenter] Cum bellum Volſcum inſtaret, & ciuitas ipſa ſecum diſcors inteſtino malo laboraret, quod exectabili inter ſe plebs, patreſq; odio flagrarẽt, maxime propter nexos ob æs alienum. Fremebat plebs, ſe foris pro libertate & imperio dimicantes domi à ciuibus captos, & oppreſſos eſſe, tutioremq; in bello quam in pace, inter hoſtes, quã inter ciues libertatem plebis eſſe: tumultum, non modo in foro, ſed in tota ciuitate excitauerat unus è nexibus à creditore ſuo crudeliter tractus, tumq; nexi uincti, ſolutiq; ſe vndiq; in publicũ proripiunt, Quiritum fidem implorant, ſic accẽditur furor, vt in patres, qui tum eſſent in foro, ſæuitum foret, niſi conſules ad comprimendam ſeditionem interueniſſent, illa plebs catenas, & uincula oſtentabat, & indignitatẽ ſuam exponebat, nec prius deſiſtit, quàm ſenatus cogeretur, qui de ſuis incõmodis conſultaret. Appius acer ingenio iam imperio conſulari, agendã eſſe cenſebat, arrepto uno uel altero cæteros quieturos. collegæ Seruilio mitioris ingenij viro aliter videbatur, interea nunciant Volſcos oppugnanda urbem uenire, exultabat gaudio plebs vltores ſuperbiæ patrum adeſſe deos, alius alium hortari, & confirmare, ne nomina darent. Seruilius, in publicũ proceſſit promiſitq; ſenatum nexorum habiturum eſſe rationem, ſi arma cõtra hoſtes ſumerent, ſtatimq; edixit, ut uincti, nexiq; omnes dimitterentur, neq; impedirentur, quo minus nomina darent. magnus fuit nexorum numerus, neq; aliorum magis Volſco bello uirtutis, atq; opera enituit. Conſul breui Volſcos ſuperat Auruncos quoq; deuincit, cum uictoria rediit in urbem plebs promiſſa conſulis, ſenatuſq; fidem expectabat. Tum Appius inſita ſuperbia animo, ut collegæ unam redderet fidem de creditis pecunijs dixit, & qui ante nexi fuerant creditoribus reddit, & alij nexi ſunt. Concurſus ad Seruilium factus poſtulant, ut aut referat ad ſenatum, aut ciuibus conſul, aut militibus ſuis imperator auxilio eſſet aduerſus collegam. Mouebant hæc conſulem, ſed tergiuerſari reges cogebat, adeo in contrariũ non collega ſolum, ſed omnis nobilium factio perſtiterat, ita mediũ ſe gerendo, nec plebis vitauit odium, nec apud patres gratiam iniuit, breuiq; apparuit apud plebem æquaſſe eum Appij odium, certamen conſulibus inciderat, uter dedicaret Mercurij ædem, ſenatus ab ſe rem ad populũ reiecit, utri eorum dedicatio iuſſu populi data foret eum præeſſe annonæ, mercatorum collegium inſtituere, ſolennia pro pontifice ſuſcipere, populus dedicationẽ ædis dat M. Plectorio primipili centurioni, quo facile apparere non tam ad honorem eius, cui curatio altior faſtigio ſuo data eſſet, quam ad conſulem ignominiam factũ eſſe. [Geſſit] Se. ſ. ita Languido patrocinio, debili defenſione, quia collegæ, & nobilitati reſiſtere non eſt auſus. [Negas] Negare nemo poteſt iracundiæ tam [illegible] eſſe, quæ fecit, ut miles conſulibus in dignitate præferretur. [Quæ quidem non procul cauit tantum] Vere inquam efficax eſt iracundia, quæ non ſolum imperia conculcat, ut exemplis ſupra monſtrauimus, ſed etiam facit ipſa imperia ſe impotentes gerere, ut ſe continere non poſſint.

Appius cõſul iniuſus plebi.

Ser. cõſ. inuiſus plebi.

ASCEN. AGe quam] .i. quantum violenter, ira ſup. geſſit ſe in pectore uniuerſi P.R. eodem tpe, quod dedicatio ædis idest templi Mercurij data eſt, M. Plectorio centurioni. [Primipili] .i. primæ partis exercitus ſequentis primum pilum in bello, ſuffragijs eius. ſ. P R. & hoc conſulibus præteritis. i. neglectis, aut contemptus, Appio ſup. qui erat alter conſulum præterito, ideo, quod obtinuiſſet quominus. i. obſtando feciſſet, ut non ſuccurreretur ære ſuo. i. impenſa ipſius Appij, æri ſup. alieno. i. debito & Seruilio. ſ. altero conſule præterito, quod protexiſſet patrocinio languido, i. trepido, cauſam ſuam. ſ. P. R. Negas ſup. ò lector, aut auditor iram efficacem, cuius hortatu miles. ſ. Plectorius prælatus eſt. ſ. in dedicanda ęde Mercurij, ſummo quia conſulari, imperio, quę. ſ. ira quidem .ſ. certe non proculcauit tantum. ſ. duntaxat imperia, ſed etiam geſſit impotentes. i. cum ſumma inſolentia, ut ſequentia docent.

DE METELLO.

*Liu. li. 53. & 54 & Pli. de uir. illuſt.

*NANQVE *Metellus cum vtranq; Hiſpaniam conſul prius, deinde Pro conſul penè iam ſubegiſſet, poſtquam cognouit, Q. Pomp. conſulem inimicum ſuum ſucceſſorem ſibi mitti, omnes, qui modo miliciam voluerunt finire, dimiſit; comeatus petentibus a nec cauſis excuſſis, nec conſtituto tempore, dedit; horrea cuſtodibus remotis opportuna rapinæ præbuit; arcus, ſagittaſq; Cretenſium frangi, atq; in amnem abijci iuſſit; elephantis cibaria dari vetuit, quibus factis vt cupiditati ſuæ indulſit, ita magnifice geſtarum rerum gloriam corrupit, meritumq; honorem triumphi, hoſtium, quàm iræ fortior victor amiſſit.*

OLIV. Metel. in hiſpania.

NANQVE Metellus] Q. Metellus conſul primo deinde proconſul citeriorem, & ulteriorem Hiſpaniæ prouinciam tam felicibus auſpicijs geſſerat, ut ad gloriæ cumulum, nil niſi triumphus deeſſet, uerum ubi Q. Pomp. inimicum ſuum conſulem factum & ſibi ſucceſſorem futurum cognouit, tanta mentis conſternatione, & ita commotus eſt, ut dum libidini ſuæ ſtudet, indulgetq;, & inimici ſummę glorię detrahere, ſuã ipſe corruperit, triumphumq; prope partũ amiſerit, exercitũ n dimiſit, commeatus & horrea negligenter hoſtibus diripienda reliquit, arcus, & ſagittas confregit, Elephantes fame eis conſumpſit, nihil deniq;, quo ſe aduerſus hoſtes tueri poſſet Pompeio reliquit. [Vtranq; Hiſpaniam] Vlteriorem, & citeriorem. [Deinde proconſul] Quia in ſequentem annum poſt conſulatum, illi prouincia fuerat prorogata, ut proconſul in ea bellum gereret. [Dimiſit] Ea auctorauit, & militiæ uacationẽ dedit [Commeatum] Liberam abeundi ad tempus poteſtatem, quàm uulgo appellamus licentiam. [Cretenſium] Qui auxiliares erant P.R. elephantis, aut inedia conſumpſit elephantes, aut eos macilentia reddidit inutiles, ne illorum opera Põp. uti poſſet. [Hoſtium quàm iræ fortior] Facilius, inquit, hoſtem potuit ſuperare quàm iram, nam uicit hiſpanos, ipſe uero uictus ab ira eſt.

ASCEN. NAnque Metellus] . ſ. Quintus cum ſubieciſſet iam penè. i. quaſi ſup. totam utranq; Hiſpaniam. ſ. ulteriorem, & citeriorem prius. i. priore tpe, conſul, deinde proconſul. (Conſul penè fungebatur cõſulari poteſtate, ubicunq; erat, proconſul duntaxat in prouincia ſibi decreta, inquam quia conſul ire non poterat alijs impeditus proconſul mittebatur) poſtquã cognouit. [Quintum Pompeium inimicum ſuum conſulẽ] .i. creatum mitti ſucceſſorem ſibi, dimiſit omnes. ſ. milites, qui modo. i. dummodo eum uoluerunt militiam ſuam finiri. i. terminari, & dedit petentibus. ſ. omnibus commeatus. i. ueniam abeundi nec cauſis ſ. abeundi, excuſſis. i. examinatis, aut ſcrutatis, nec tempore. ſ. redeundi conſtituto, & præbuit horrea. i. granaria opportuna. i. accomodata rapinæ cuſtodibus remotis, & iuſſit arcus, & ſagittas Cretenſium frangi, atq; abijci in amnem, ne. ſ. ſucceſſori uſui eſſent, naſcuntur aũt in Creta arundines ſagittis aptiſſimæ uetuit cibaria dari elephãtis. Quibus [illegible], ut, ſ. quẽadmodum, Marcellus ſup. indulſit. i. nimis con[illegible] tribuit, cupiditati ſuæ. i. iracundię affectioni, ita corr[illegible] gloriam rerum geſtarum, & amiſit hono[illegible] meritum .i. quem iam meruerat exiſtens fortior uictor [illegible] quàm iræ.

DE L. SYLLA.

*QVID *Sylla, dum huic vitio obtemperat, nonne multo alieno ſanguine profuſo, ad vltimum & ſuum erogauit? Puteolis, enim ardens indignatione, quòd Granius princeps eius coloniæ pecuniam à decurionibus ad refectionem Capitolij promiſſam, cunctatius daret, animi cõcitatione nimia, atque immoderatæ vocis impetu conuulſo pectore, ſpiritum cruore, ac minis miſtum euomit. Nec Senio iam prolapſus, vtpote ſexageſimum ingrediens annum, ſed alita miſeriis populi R. impotentia furens, igitur in dubio eſt Sylla ne prior, an iracundia Syllæ ſit extincta. Neque ab ignotis exempla petere iuuat, & maximis viris exprobare vitia ſua verecundiæ eſt, ceterum cum propoſiti fides excellentiſſima quæque complecti moneat, voluntas operi cedat, dum præclara libenter probando, neceſſaria narrandi conſcientia non deſit.*

*Plu. in Sylla.

OLIV. QVID *Sylla] A cęteris fermè omnibus auctoribus diſſentit Val. qui Syllam dicit nimia iracundiæ uiolentia periſſe, cũ cum conſtet apud alios, ut diximus incidiſſe in morbũ ex ulcere inteſtinis oborto, qui φθειρίασις gręce dicit. quo tempore uis tanta pediculorũ toto eius corpore emanauit, ut nullo argumento cohiberi poſſent, atque hoc pacto mortem obijſſe.

Sylla mors.

obijſſe, ſed Valerius aliter ſentit, quòd. ſ. indignatione nimia pectus cõuulſerit, ſpiritum cum ſanguine effuderit, quia Granius puteolorum princeps pecuniam ad refectionem capitolij promiſſam tardius reddidiſſet magnū fuit ſine dubio, itá in pectore ad mortem vſq; cõcipere, fuit autem genus illud morbi tantæ virtutis, vt ab arcana quadā naturæ ratione proueniens, nullius medicinæ remedio alia ve ratione cohiberi potuit, abſterſis enim diluteisve primis, ſtatim ſubnaſcebantur, & ſcatuiebant alij, donec totum corpus in eam labem conuerſum ſibi uitam tam tetro genere mortis eripuit, nec ciuium Romanorū funera ab eo crudeliter lacerata iacerent inulta, uerum teſte Plinio, ut diximus conſtat illum in hoc ſuam felicitatem damnaſſe, q; capitoliū dedicare non potuiſſet. [Puteolis] Diſtat hoc oppidū a. paſſum millibus, à Neapoli, & eſt poſitum aduerbialiter, ac ſi diceres Veneri, Puteoli, olorum. [Cunctatius] Tardius, promiſerant decuriones certam pecuniæ quantitatem ad capitolij refectionem, quàm cum tardius Coloniæ princeps cægiſſet, impatientia doloris, & iræ Sylla ſpiritum cum ſanguine fudit. [Nec ſenio] Occurrit tacitæ obiectioni, q; non ira, ſed nimia ſenectute perierit, dicit non ira eſſe, qui ad ſexageſimum annum peruenerat, quæ adhuc ætas robuſta eſſe conſueuit. [Sed alita miſerijs P. R. impotentia] Iam multo antea nutrita animi impotentia in reip. ruinis. [Neq; ab ignotis] A domeſticis tranſiens ad externa dicit, non ideo ſe uelle externorum hominum irã, odiumque referre, quia clariſſimis viris vitia iuuat, ea probrare, ſed ut propoſiti ſui fidem adimpleat, qm̃ ab initio cunctarum gentium facta ſimul, ac dicta memoratu digna complecti uelle promiſit. [Fides propoſiti] Quia in ſe facturū promiſerat. [Voluntas]. ſ. mea, quæ niſi honeſta complecti uellet.

Puteolis

Re ra x

QVid ſup. facit Sylla, dum obtemperat huic uitio. ſ. iræ, Nonne multo ſanguine alieno fuſo, erogabit. i. expendit aut impendit operibus iræ, & ideſt etiam ſuum. ſ ſanguinem, q. d. utique. Enim. i. quia, ipſe ardens indignatione Puteoli. i. apud Puteolos, quòd Granius princeps eius Coloniæ. ſ. Romanæ. [Daret cunctatius. i. tardius, & cum maiore, quàm uolebat mora, pecuniam promiſſam à decurionibus. i. nobilibus equitibus, ad refectionem capitolij. ſ. cauſti, pectore cõuulſo nimia concitatione animi, atq; impetu uocis immoderatæ, euomit ſpiritum miſtū cruore, ac minis. [Nec prolapſus]. ſ. in eam mortem ſenio. i. annoſitate, utpote ingrediens iam annū ſexageſimum, ſed furens impotentia. i. imbecillitate reſiſtendi vitijs nata ex mala cõſuetudine alita. i. nutrita miſerijs P. R. (Eſt autem ſecundum mortalitatis uocabulum. Non enim impotens dicitur, qui [illegible] nocere, ſed qui nequit vitijs reſiſtere, ac be[illegible] inſolentiam, & longam peccandi conſuetudinem. [illegible] Auguſtinus phyſice docet male innaſci. Na[illegible] aſſidue manibus laborant, eas calloſas, & groſſas habent, ita qui aſſidue rident ſplenem habẽt maiorem, qui aſſidue iraſcuntur, bilem maiorem, qui amant iecur vlceroſius, & ita de reliquis affectionibus, & earū ſeditibus, vnde fit, vt aſſuefacta paſſionum ſede, & impotẽte effecta, ad oppoſitos habitus, homines impotentes fiant ad ei obuiandum. Vnde impotentes dicuntur tyranni, & reliqui, qui affectionibus malis moderari nequeunt] Igitur eſt in dubio ne. i. an Sylla ſup. ſit extinctus prius, an iracūdia Syllæ, ſit prior extincta, quia in ipſo furore extinctus eſt, ſm hunc cum aliter, alij ſentiunt. Neque (paraſceue eſt ad Externa) iuuat, i. delectat ſup, me petere exempla ab ignotis, & uerecundiæ eſt exprobare maximis uiris ſua uicia, cęterum. i. ſed cū fides propoſiti. i. promiſſi in prima pręfatione, moneat complecti, ſ. hoc opere, excellentiſſima quæq;. ſ. exempla tam uitiorum, quàm uirtutum, uoluntas. ſ. mea, quæ pudore afficitur, dum magnorū uitia tecitat, cedat operi. i. propoſito huius operi, dum probando libenter præclara. i. egregia, & bene facta opera conſcientia narrandi neceſſaria, ſcilicet ob promiſſi fidem, non deſit. ſ. operi præſenti.

EXTERNA.
DE ALXANDRO REGE.

*Iuſt. li. 15. Cor. lib. 8. Plut. & Arria. li. 3. bic li. 7. c. 2.

AL XADRVM iracundia ſua propemodum Cælo diripuit. nam quid obſtitit, quo minus illuc aſſurgeret, niſi Lyſimachus leoni obiectus, & Clytus haſta traiectus, & Calliſthens mori iuſſus, quia tres maximas victorias, totidem amicorum iniuſtis cędibus victor edidit.*

ALEXANDRVM iracundia] Cum propter rerum geſtarum magnitudinis, & originis opinionem, quòd ex diuino ſemine natus eſſe crederetur, Alexan. iam propemodū in numero deorū haberetur, ſola illi cœlum eripuit, vt inter deos nō ſit connumeratus. [Quid obſtitit] q. d. nihil, niſi iracūdia obſtitit, quominus in cęlū aſcenderet, cū enim diceretur ex ſtirpe diuina, quòd. ſ. anguis immanis concubitu fuiſſet conceptus, quam in cubiculo matris ſæpe viſam prodigij ſpeciem, interuentuq; Philip. euolutam repente, atq; ex oculis elapſam ferunt, cumq; hanc hominum, inſitam animis opinionem, ipſe virtutum, & rerum geſtarum magnitudine confirmaſſet, nihil obſtare debuit, quo minus deus eſſe crederetur, ſed obſtitit iracundia. [Lyſimachus Leoni obiectus] Fuit Lyſimachus, teſte Iuſtino illuſtris quidem Macedoniæ loco natus, ſed virtutis experimentis omni nobilitate clarior, quæ tanta in illo fuit, vt animi magnitudine, philophia ipſa, virtumq; gloria, omnes per quos oriens domitus eſt, vicerit, quippe cum Alex. Caliſthenem philoſophum propter ſalutationis Perſicæ interpellatum morem inſidiarum quæ ſibi paratæ fuerant, conſcium fuiſſe ratus eſſet, eumq; truncatis crudeliter membris abſciſſiſq; auribus, ac naſo, labrijq; deforme, ac miſerandum ſpectaculum reddiſſet, inſuper cum in cauea clauſum ad metum cęterorum circunferret. tunc Lyſimachus audire Caliſthenem, & præcepta ab eo recipere virtutis ſolitus, miſertus tanti viri nō culpæ, ſed libertatis pœnas pendentis, venenum ei in remedium calamitatum dedit, quòd adeo ægre Alex. tulit, vt eum obijci ferociſſimo Leoni iuberet, ſed cum ad conſpectum eius concitus Leo. impetum feciſſet, manu manipulo inuolutam, Lyſimachus in os Leonis immerſit arreptaq; lingua feram exanimauit, quod cum nunciatum regi eſſet, admiratio in ſatisfactionẽ ceſſit, cariorem eum propter cõſtantiam tantæ virtutis habuit. [Et clytus haſta traiectus] Solenni quodam die Alex. amicos ſuos in conuiuium uocat. vbi orta inter ebrios rerum à Philippo geſtarum mentione, præferre ſe patri ipſe rerumq; ſuarum magnitudinem extollere cœlo tenus cœpit, aſſentante maiore conuiuarum parte, itaq; cum vnus ex ſenibus Clytus ductus fiducia amicitiæ reginæ cuius palmam tenebat, memoriamque Philippi tueretur laudaretq; eius res geſtas, adeo regem offendit, vt telo à ſatellite rapto, eundē in conuiuio trucidauerit, qua cædes cauſam, mortuo patrocinium Philippi, laudemq; paternæ militiæ obiectabat, poſtquam ſatiatus cæde animus quieuit, & in locum iræ ſucceſſit exiſtimatio, modo, perſonam occiſi modo cauſam occidendi conſiderans pigere eum facti cœpit, qui paternas laudes, tam iracundæ accepiſſet, quàm nec cõuitia debuiſſet, amicumq; ſenem, & innoxium à ſe occiſum inter epulas, & pocula dolebat, eodem igitur furore in pœnitentiam quo pridem in iram uerſus mori voluit. primum in fletum progreſſus amplecti mortuum, vulnera tractare, & qua audientis confiteri dementiam, arreptum telum in ſe vertit, peregiſſetq; facinus, ni amici interueniſſent. manſit hæc uoluntas moriendi etiam in ſequentibus diebus. Cic. Tuſculanarū quęſtionum 4. ut Alexandrum regem uidemus, qui cū interemiſſet Clytum familiarem ſuū, uix à ſe manus abſtinuit, tanta uis fuit pœnitendi. Seneca ad Lucilium epiſt. 83. cuius principium eſt ſingulos tibi dies, refert inquit Alexandri Macedonis exemplum, qui Clytum chariſſimum ſibi, ac fideliſſimum inter epulas transfodit, & intellecto facinore mori uoluit. [Caliſthenes mori iuſſus] De hoc Caliſthene diximus ſupra in cap. de ſapienter dictis exemplo Ariſt. nam ille aduerſus Darium proficiſcenti Alex. comitem dederat, monueratq;, ut regijs auribus aut iucunda diceret, aut ſilẽtium ſeruaret, quorum neutrum fecit Caliſthenes. [Quia tres maximas uictorias] Bene inquam iracundia maxime obſtitit, quo minus in deorum numerum tranſferetur, nam quam ter Darium vicerit, toties tamen, & ipſe ab ira ſuperatus eſt. [Tres uictorias] Ter uicit Darium Perſarum regem primo in campis Adraſtis, ubi in acie Perſarum fuere ſexcẽta millia militum, deinde apud Taurum montem, in qua pugna fuere [illegible] millia peditum, & centum millia equitum poſtremo haud procul à Babylone quo confugerat Darius.

Oliv. Alc. iracundus.

Lyſimachus Leoni obiect.

Clytus ab Alexandro occiſus

ALexandrum iracundia ſua diripuit propemodum cœlo]. i. fecit, ut non cœleſtis, ſed mortalis haberetur, aut, ut mortuus cœlo non dignaretur, [Nam quid obſtitit quo minus]. i. ut non aſſurgeret illuc. i. in cœlū, niſi Lyſimachus uir inter Macedones pręclarus, & uirtute, & natalibus, obiectus, ſcilicet iuſſu Alex. Leoni, ut ab eo deuoraretur (ob prętatis opus, ut Oliuer. recitat) & Clytus traiectus haſta, ſcilicet ab Alex. quòd Philippum patrem Alexandri Alexandro præferret.

Ascan.

ferret. [Et Caliſthenes].ſ. Philoſophus ſeuerus, improbans Perſicam adulationem à Rege, dum ſalutaretur admitti, iuſſus mori.ſ. ab Alex.q.d. nihil aliud obſtitit, ſed hi tres obſtiterunt, quia Alexan. victor ędidit.i. in lucem dedit tres maximas victorias.ſ. contra Darium totidem iniuſtis cædibus amicorum, & ita illis ſic obſcuratas; vt cœlum non mererentur.

DE AMILCARE.

*De dicto tacēt, ſed de odio ſcribūt Liu.lib. 21. & Pol.li.3. OLIV.

QVAM * vehemens deinde aduerſus P.R. Amilcaris odium? quatuor enim puerilis ætatis filios intuens, eiuſdem numeri catulos leoninos, in perniciē imperij noſtri alere ſe prædicabat. Digna nutrimenta, quæ in exitiū patrię ſuę, vt euenit, conuerterentur.

QVAM vehemens] Quanto odio Romanos proſequeretur Amilcar pœnorum dux, ſuis ipſe verbis indicauit, cū enim filios quatuor haberet, ſe quatuor Leoninos Catulos in perniciem P.R. nutrire prædicabat, cum eos magis in patriæ exitium maluerit. [Vehemens] Efficax odium. [Amilcaris odium] Cum multi fuerint Amilcares Carthaginienſium duces, dubitari poſſet, de quo Valer. dicatur. Loquitur ergo de Amilcare Hann. patre qui primo Pun. bel. ſuperatus a Rom. Siciliam, Sardiniamque amiſit. [Quatuor enim] Tres duntaxat fuiſſe Iuſt. tradit, Hann. Aſdrub. & Saphonem.

ASCEN Q Vām] .i. ò quantum vehemens deinde .i. vt ſecūndo loco dicam, fuit odium Amilcaris ducis Carth & patris Hann aduerſus P.R.q.d. maxime. Enim pro quia, ipſe intuens quatuor filios ætatis pueriliis, prædicabat ſe alere in perniciem Imperij noſtri Catulos Leonis eiuſdem numeri.ſ. quaternarij. [Digna] Ideſt ò nutrimenta, quæ digna conuerterentur in exitium patriæ ſuæ, vt euenit. Nam ſi Hannib. & Aſdrub. P.R. non ſic vexaſſent. Carthaginem Scip. non deleuiſſet.

DE HANNIBALE.

*Liu.li. 21. & 35. Pol. lib. 3. & Plut. in vita.

EQVIBVS * Hannibal mature adeo patris veſtigia ſubſecutus eſt, vt eo exercitum in Hiſpaniam traiecturo, & ob id ſacrificante octo annorum natus, altaria tenens iuraret, ſecum primum per ętatem potuiſſet, acerrimum hoſtem P.R. futurum, vt pertinaciſſimus precibus inſtantis belli commilitium exprimeret. Idem ſignificare cupiens quanto inter ſe odio Carthago, & Roma diſſiderent, inflicto in terram pede, ſuſcitatoſque puluere, tunc inter eas fore finem belli dixit, cum alterutra pars in habitum pulueris eſſet redacta. In puerili pectore tantum vis odij potuit, ſed in muliebri quoque ęque multum valuit.

OLIV. EQVIBVS Hannibal] Liuius decade ſecundi pun. bel. in principio. Fama etiam eſt, inquit Hannibalem annorum ferme nouem pueriliter blandientem patri Amilcari, vt duceretur in Hiſpaniam, cum perfecto Aphrico bello exercitum eo traiecturus ſacrificaret, altaribus admotum, tactis ſacris iureiurando adactum ſe, cum primum poſſet hoſtem acerrimum fore P.R. [Mature] Tempeſtinè, vtpote in puerili ætate. [Inſtantis] Quod aduerſus Hiſpanos parabatur. [Commilitium] Comitatum militiæ, vt patri duci comes iret in militiam. [Idem ſignificare] Rurſus eū ſignificare vellet Hannibal, quanto inter odio Carthaginienſes, Romaniq; laborarent, terram pede percuſſit, & puluerem excitauit, deinde tum belli finem inter eos futurum dixit, cum alterutra pars in cinerem fuerit reſoluta, quod tandem ductu, & auſpicijs Aphricani inferioris Carthagini contigit. [Inflicto in] Incuſſo. [In puerili pectore] Hoc dicit, vt ſequens coniungat exemplum.

ASCEN EQuibus] .ſ. quatuor filijs, cum alij tantum tres dicant. Hann. ſecutus eſt veſtigia patris .i. paterni odij in Rom. adeo maturæ .i. feſtinanter, vt eo.ſ. patre traiecturo.ſ. trans mare exercitum in Hiſpaniam, & ſacrificante ob ipſe Hannib. natus .i. filius octo annorum (vt ſit nomen) aut natus ſup. ætatem octo annorum, (vt ſit principium) tenens.ſ. dextra altaria, iuraret ſe futurum P.R. hoſtem acerrimum, cum.i. vbi primum licuiſſet per ætatem, & exprimeret precibus pertinaciſſimis.i. perſeuerantiſſimis commilitum .i. officium commilitonis belli inſtantis, quod quia re ipſa gerere non potuit, votis tunc geſſit. [Idem].ſ. Hann. cupiens ſignare quanto odio Carthago & Roma diſſiderent inter ſe, pede inflicto.i. incuſſo in terra & puluere ſuſcitato.i. ſurſum excito, dixit finem belli fore .i. futurum eſſe inter eas.ſ. duas vrbes tunc, cū alterutra pars.ſ. aut Carthaginē, aut Romā eſſet redacta in habitū.i. formā, & diſpoſitionem pulueris. [Facies aūt tranſitū ad reliqua addit [Vis odij potuit tm̄ in pectore puerili.i. Hann. adhuc pueri, ſed valuit quoque.i. etiā ęque multū in muliebri ſup. pectore, vt in pectore Semiramidis.

DE SEMIRAMIDE.

NANQVE Semiramis Aſſyriorum Regina, cum ea circa cultum capitis occupatę, nūciatum eſſet, Babylonem defeciſſe, altera parte crinium adhuc ſoluta, protinus ad eam expugnandam cucurrit, nec prius decorem capillorum in ordinem, quàm tantam vrbem in poteſtatem ſuam redigit. Quocirca ſtatua eius Babylone poſita eſt illo habitu, quo ad vltionem exigendam celeritatem pręcipiti tetendit.

NANQVE Semiramis] Hoc magis ad muliebris, virtutem, & magnanimitatem, q̄ ad iudicium, & tractu diam ſpectare videtur, cū inter h[illegible] caput ex[illegible] vt mulieres ſolent, ſibi nunciatū eſſet Babyloniam a[illegible] fe[illegible]iſſe, tantā vt Val. dicit ita petcita eſt. aut vt alij volunt, animi magnitudine fuit, vt non prius reliquum capitis (iam enim partem exornauerat) redimere voluit, q̄ vrbem in ſuam deditionem redegerit. Multa de hac fœmina præclara legunt apud Diodorum Siculum, lib. 3. tam de natiuitate, quæ mirabilis fuit, q̄ de virtute, & rebus geſtis, inter quæ illud pulcherrimū, q cum Ninus Aſſiriorum Rex in Bactrianis, Bactram vrbem, nam loci, & magnitudine, & arce, ac cęteris rebus, quæ ad defenſionē ſpectant, inuictiſſimam obſideret, quia expugnare non poſſet vna mulier ingenio, & uirtute ſuæ expugnandæ vrbis rationem inuenit. cum enim adducta eſſet in caſtra à Menone eius marito, nondum.n. vxor Nini facta fuerat, illa vt acumine præſtabat ingenij, perſpecta obſidione, tum loci vrbisq; ſitu, quaq; aditi poſſet, animaduerſis arcem, quia loco natura munito, difficileque erat, & quem nullus antea tentarat acceſſu, cuſtodia vacuam conſpexit, & iuuentis omnibus veluti arce ab hoſte tuta, vt inferiori parti campeſtri ſubſidium ferrent, ſumptis qui per loca petroſa, abruptaq; aſcendere ſoliti erāt, per auditiſ vallis præcipitem, ſuperata loci aſperitate partem arcis cœpit, magnoq; ad terrore excitato tumultu, ſignū captæ arcis obſidentibus dedit, oppidani arce amiſſa obſtupefacti, derelictis mœnibus fuga ſaluti conſulerunt, captu ciuitate admiratus Semiramidis virtutē Ninus eam ſibi vxorem aſciuit. [Babylonia] Accuſatiuus Græcus eſt. [Defeciſſe] Deſciuiſſe. [Iam parte crinium] Iam capitis partē exornauerat, pars altera ſoluta erat. [Decorem] Ornatū, & pulchritudinem [Tantam vrbē] Quā conſtat olim orientaliū maximā eſſe. [Quocirca ſtatua eius] Ne tantæ rei memoria poſſet oboleri ſtatua illi Babylonię erecta eſt eo, quo urbē vēdicauerat habitu.

NAnque Semiramis Regina Aſſyriorum cum nunciatum eſſet ei occupatæ circa cultum capitis. [Babylonem defeciſſe] .ſ. ab Imperio ſuo ad alterius Imperium, altera parte crinium .i. capillorum ſoluta adhuc .i. nondum colligatis cucurrit protinus ad expugnandum eam.ſ. Babylonem, nec redegit prius decorem capillorum in ordinem, quàm tantam vrbem in ſuam poteſtatem, quocirca, ideſt quapropter ſtatua eius eſt poſita Babyloniæ (ſeu vt Seruius diceret Babyloni) illo habitu, ideſt diſpoſitu corporis, quo.i. in quo tetendit celeritate præcipiti, ad vltionem exigendam defectoribus. ASCEN

SEmiramis] Polyenus Maced. ſtratagemato octauo Semiramis, inquit, quomodo lauaret ad nuncium defectionis Aſſyriorum, ſicut adhuc erat illota, rapuit in eos agmen, &c. THEO.

OLIV. (margin, beside "NANQVE Semiramis]") — Bactra vrbis. (margin, beside "Bactram vrbem")

DE AVARITIA. CAP. IIII.

PROTRAHATVR etiam in medium auaritia latentium indagatrix lucrorum, manifeſtę prędę auidiſſima vorago, nec habendi fructu fęlix, & cupiditate quęrendi miſerrima.

Pro-

Oliv. Auaritia.

PROTRAHATVR] Dicturus de Auaritia, eam quodammodo diffinit. Sal. vero multo melius. dicit. n. Auaritiæ pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſapiens vnquam concupiuit, ea quaſi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effœminat, ſemperque infinita, & inſatiabilis eſt neque copia, neque inopia minuitur. Cic. illam igni comparauit, cui quanto plus materiæ ſup. imponitur, tanto magis, incenditur, ſic & Auaritia, quanto plus habuerit, tanto magis concupiſcit, nam ſemper Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit, vt Iuuen. Vnde eſt illud tritum apud omnes Prouerbium, cum cætera vitia ſeneſcant ſola auaritia iuueneſcit. [Auidiſſima voragò] Cupidiſſima profunditas, quæ nulla copia repleri poſſit. [Prædæ] Nemo eſt, qui dubitet auaritiam eſſe prædę miniſtram, auarus enim propter auiditatem nullum quæſtum ſibi turpem eſſe putat, nam quotidie fraudat, decipit, poſcit, paciſcitur, aufert, eripuit, ſpoliat, capilat, depeculatur, teſtem ſupponit, omnia denique per fas, & nefas accumulat, ergo quia nunquam ſatiatur, rectè voragini comparatur. [Neque habendi fructu fęlia] Fęlia eſt qui ex rebus partis fructum capit huc autem non accidit auaro, non igitur fęlia.

Ascen.

PRotrahatur] Quia de vitijs ſe non libenter ſcribere poteſtatus eſt, dicit. [Protrahatur etiam in medium] .i. publicetur etiam auaritia indagatrix .i. inquiſitrix lucrorum latentium, ideſt occultorum, aut ignobilium, & auidiſſima voragò, prædæ manifeſtæ, nec fęlix fructu habendi, (quia auarus, vt dicit Flac. Quæſitis, & inuentis miſer abſtinet, & ut dicit Seneca. Tam deeſt auaro quod habet, quàm quod non habet) & miſerrima cupiditate quærendi, ideſt acquirendi, vnde diuitiæ acquiruntur ab auaris cum labore, cuſtodiuntur cum timore, deſerunt cum dolore.

DE M. CRASSO, ET Q. HORTENSIO.

*Cicer. libr. 3. Offic.

CVM * *admodum locupleti L. Minutio Baſilio falſum teſtamentum quidam in Græcia ſubieciſſet eiuſdemque confirmandi gratia potentiſſimos ciuitatis noſtra viros M. Craſſum, & Q. Hortenſium, quibus Minutius ignotus fuerat, tabulis hęredes inſeruiſſet, quanquam euidens fraus erat, tamen vterque pecuniæ cupidus, facinoris alieni munus non repudiauit. Quantam culpam, quàm leuiter retuli? lumina curia, ornamento fori, quod ſcelus vindicare debebant inhoneſti lucri captura inuitati, auctoritatibus ſuis texerunt.*

Oliv.

CVM admodum locupleti] Cic. lib. 3. offic. Conſideremus, inquit, quæ faciunt hi qui habentur boni. L. Minutij Baſilij locupletis hominis falſum teſtamentum quidam è Græcia Romam attulerunt, quod quo facilius obtineret, ſcripſerunt ſecum M. Craſſum, & Q. Hortenſium homines eiuſdem ciuitatis potentiſſimo, qui cum illud falſum eſſe ſuſpicarentur, ſibi autem nullus eſſet conſcius culpæ alieni facinoris, munuſculum non repudiauerunt, quid ergo, ſat in hoc eſt, ne deliquiſſe videantur, mihi certe non videtur, vide igitur, quid faciat auaritia, viros clariſſimos, qui boni habebantur Romanæ ciuitatis principes, impulit ad probationem teſtamenti, quod ſibi aliorũ bonorum inſidiator obtulerat. [Subieciſſet] Nam mortuo Minutio teſtamentum ille non Minutij teſtatoris, ſed aliud à ſe ſcriptum ſubiecit. [Quibus] Minutius ignotus fuerat argumentum potiſſimum, teſtamentum illud falſum eſſe, quod ab ignoto eſſent hæredes conſcripti. [Quantam culpam] Inuehitur quodammodo in hos Valer. cum dicat tantum crimen tam leui reprehenſione perſtringi non debere, quippe cum ciuitatis lumina curiæ, foriq; principes tanta auaritia capti ſint, vt etiam falſum teſtamentum comprobare voluerint. [Quam leuiter retuli] q. d. quæ longiori oratione, & reprehenſione fuit proſequenda. [Captura] Lucrum, vtilitas, acquiſitio, à capiendo dicta, vt captura piſcium. [Texerunt] Defenderunt amplitudine ſua, quia nemo inuentus eſt, qui contra horum hominum auctoritatem teſtamentum illud reſcindere auderet.

Ascen

CVm quidam in Græcia ſubieciſſet] .i. falſum pro vero ſcriptum impoſuiſſet, L. Minutio Baſilio admodum .i. valde locupleti .i. diuiti teſtamentum .i. attuliſſet Rom. falſum teſtamentum, quo ipſe ſe fingebat hæredem à L. Baſilio inſtitutum, & inſeruiſſet tabulis hæredes .i. cohæredes, aut pro parte quędam hæredes, potentiſſimos viros ciuitatis noſtrę .ſ. M. Craſſum, & Q. Hor. gratia eiuſdem .ſ. teſtamenti confirmandi. [Quibus] .ſ. viris Minutius .ſ. defunctus fuerat ignotus quanquam fraus erat euidens, tamen vterque cupidus pecuniæ non repudiauit munus facinoris alterius, ſed quia conſenſere etiam ipſorum quantam .i. ò quantam culpam. [Quàm] .i. ò quantum leuiter .i. faciliter retuli .i. recitaui, q. d maximam facillime, quia lumina curiæ .i ſenatus ornamenta fori .ſ. iudicialis texerunt .i. protexerunt auctoritat. ſuis inuitati .i. allecti captura .i. allectione lucri inhoneſti .i. turpis. ſup. illud ſcelus quod debebant vindicare, videlicet fallacis vſurpationi hæreditatis.

DE Q. CASSIO.

*Hirc. de bello Alex.

*Q. Sextium uocat Hircius & da numero HS. diſſentit.

VERVM * *aliquanto maiores vires in Q. Caſſio exhibuit, qui in Hiſpania * Silium, & Calpurniũ occidendi ſui gratia cum pugionibus deprehenſus quinquagies ſeſtertium ab illo, ab hoc ſexagies pactus dimiſit. At quis dubitet, ſi alterum tantum daretur, iugulum quoque ſuum æquo animo illis fuiſſe præbiturum.*

Oliv.

VERVM aliquanto maiores] Vis magna auaritiæ Craſſum, & Hortenſium inceſſit, ſed multo maior Caſ. cum Hiſpaniæ Prouinciæ præfectus Syllanum, & Calpurniũ, qui coniurauerant in eum deprehendiſſet cum pugionibus, quibus eum occiſuri venerant, pecunia corruptus vtrunque dimiſit incolumem, nam alter quinquagies ſeſtertium, alter ſexagies daturum promiſit. [Aliquanto maiores] ſ. vires dedit auaritia. [Pugionibus] Pugio breue telum lateri adhærens à pugnando, vel ut alij uolunt, à pugno dictus. [At quis dubitet] Exaggerat huius hominis auaritiam, ut dicat eum precio uitam fuiſſe uenditurum, ſi quis tantundem obtuliſſet quantum ab vtroque illorum accepiſſet, iugulum ei ſine dubio reſecandum præbuiſſet.

Pugio.

Ascen

VErum] .i. ſed auaritia ſup. exhibuit, & oſtendit uires aliquanto in Q. Caſſio, qui .ſ. Caſſius dimiſit .ſ. ſaluos Syl & Cal. deprehenſos, in Hiſpania (cum pugionibus] .i. cultris acutis, manu capi, & teneri ſolitis gratia ſui .ſ. Caſſi occidendi, pactus, ſcilicet pro dimiſſione ſeſtertium quinquagies .i. quinquaginta ſeſtertia ab illo .ſ. Silio, & Seſtertium ſexagies .i. ſexaginta ſeſtertia ab hoc .ſ. Calpurnio. at quis dubitet, ſi alterum tantum, ſcilicet precium, hoc eſt quinquagies & ſexagies ſeſtertium daretur ſ. Caſsio, ſup. Caſsium fuiſſe præbiturum, illis uidelicet Silio, & Calpurnio iugulum quoque ſuum animo æquo .i. iubenti, q. d. nemo, cum idem ferè fecerit, quia accipere pecuniam ab eis, qui pecuniam acceperant accidendum eſt inuitare eos ad rurſus accipiendum.

Theo.

IN Q. Caſſio] Q. Caſsius Longinus is fuit, qui partium Cæſaris Hiſpaniam cum legionibus obtinebat, ideſt hiſtoriam refert Oppius, aut Hirtius de bello Alexandrino, qui ciuilis Pompeiani quæſtus eſt.

DE L. SEPTIMVLEIO.

*Cic. li. 2. de or. & Plut. in uita. Gracc.

CÆTERVM * *auaritia ante omnes L. Septimuleij præcordia poſſedit: qui, cum C. Gracchi familiaris fuiſſet, caput eius abſcindere, & per vrbem pilo fixum ferro ſuſtinuit: quia Opimius Conſul auro id ſe repenſurum edixerat. Sunt qui tradunt, liquato plumbo eum cauatam partem capitis, quo ponderoſius eſſet expleſſe. Fuerit ille ſeditioſus, bono perierit exemplo, clientis tamen ſceleſta fames in has vſque iacentis iniurias eſurire non debuit.*

Oliv.

Gracchi caput auro repẽſum.

CÆTERVM auaritia] Superiores fermè omnes Septimuleius auaritia ſuperauit, qui auri ſacra famè compulſus, ſancta amicitiæ iura violauit. Dum enim C. Gracc. familiariſsimus eſſet, ut in vita Grac. legitur, poſt damnatum Grac. animum fortuna mutauit, propoſito enim per conſulem præmio quicunque Gracc. caput detuliſſet ad eũ, illi tantundem auri repenſaturum, nulla mora ſceleſtiſsimus homo caput amici truncatum non ſolum ad conſulem detulit, ſed etiam euacuato cranio, infuſoq; plumbo, quo plus auri reciperet in fixum haſtæ per ora vulgi deportauit tanquam cæſi hoſtis ſpolium. [Pilo infixum] Quod fuit multo fœdius. [Auro repenſurum] Edictũ

fecerat Opimius conſul, ſe tantum auri daturum, quanti ponderis Gracchi caput eſſet, ei. ſ. qui caput illud ad ſe detuliſſet. [Liquato] Soluto, & liquefacto plumbo. [Cauatam partem] Videlicet educto cerebro ex craneo quod etiam in M. Craſſo à milite partho factum fuiſſe legimus. [Fuerit ille ſeditioſus] Fac ita eſſe, vt ſeditionis cauſa, leges ferre voluerit Gracchus, & merito cæſus fuiſſe videatur, nõ tamen debuit clientis tanto auaritiæ impetu ferri, vt patronum bene ad ſe meritũ auri cupiditate tam crudeliter necaret, vt etiam mortuo inſultaret.] Fuerit ille ſeditioſus] Concedatur, inquit ſeditioſum fuiſſe Gracchum, hoc autem dicit, quia dubitatur, an priuatarum opum cupiditate, an reipub. vtilitate agrarias leges ferre voluerit C. Gracchus, Cic. in exhortationibus indigne cæſum fuiſſe fatetur, nam & Opimius conſul paulò poſt fuit interemptus ſiue propter quaſdam ſeditionum ſuſpiciones, ſiue propter iniuſtã Gracchi mortem. [Bono perierit exemplo] Occiſus fuerit pro vtilitatẽ reip. à ſeditionibus ſut caueãt reliqui ciues eũ exemplo Gracchi moniti ſunt, quæ ſeditioſis viris præmia decernantur. [Tõ ſcelesta fames] Scelerata cupiditas. Virg. Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames. [Eſurire] Vehementer cupere, & permanſit in tranſlatione, quia dixerat fames, ideo eſurire ſubiũxit.

ASCEN. Cæterum auaritia poſſedit præcordia .i. intimas affectiones Lucij Septimulei ante omnes .i. pluſquam omnium, aliorum, qui cum fuiſſet familiaris C. Gracchi, ſuſtinuit, ideſt potis fuit, & in animum induxit abſcindere caput eius, & ferre per vrbem, ſup. ipſum fixum pilo .i. telo Rom. quia Opimius conſul edixerat, ideſt publico edicto promiſerat ſe repenſurum auro .i. redempturum reponendo tanti ponderis aurum, quanti erat caput Gracchi. Sunt .ſ. ſcriptores rerum, qui tradunt eum. ſ. Septimuleium, expleſſe, ſcilicet fatiſſe, & repleuiſſe partem capitis cauam .i. facti concaui. plumbo liquato .i. fuſo, quo .i. vt ipſum caput eſſe ponderoſius. [Fuerit]. i. eſto ſanè quod fuerit ille. ſ. C. Grac. ſeditioſus, & perierit bono .i. vtili exemplo .i. vt alij ciues caueant ſeditionem excitare. [Tamen fames] .i. cupiditas ſceleſta clientis. ſ. ſeptimulei, qui C. Gracchum dum viuebat, coluerat vt patronum non debuit eſurire .i. extendi vſque in has .i. huiuſmodi tam contumelioſas iniurias, iacentis. ſ. patroni Pulchre perſtat in Metaphora addens ad famem eſurire.

DE PTOLOMÆO REGE, CYPRIORVM.

Plut. in Cat. hic li. 4. c. 1. ODIO * *merito Septimoleij auaritia, Ptolomęi autem Regis Cypriorum riſu proſequendam: nã, cũ anxijs ſordibus, magnas opes corripuiſſet, propterq; eas periturum ſe videret, & ideo omni pecunia impoſita nauibus, in altũ proceſſiſſet, vt claſſe perforata ſuo arbitrio periret, & vt hoſtes prȩda carerent, non ſuſtinuit mergere aurum, & argentum, ſed futurum ſuę necis prȩmium domum reuexit. Proculdubio hic non poſſedit diuitias, ſed à diuitijs poſſeſſus eſt: titulo Rex inſulę, animo autem, pecunię miſerabile mancipium.*

OLIV. ODIVM merito] Merito, inquit Septimulei auaritia eſt odio, at Ptolomæi Regis eſt riſu proſequenda, diximus in c. de moderatione, cum Senatus audiſſet Ptolomæum Regem Cypri grandem conflare pecuniam, veritus, ne tantis opibus Rex incitatus bellum renouaret, Cyprum in Prouinciæ formam redigere conſtituerunt, quod vbi Regi nunciatum eſt opes ſuas peti, id quod erat exiſtimauit, itaque vt Rom. opinione, & pecunia fruſtraretur, eam totam nauibus impoſuit, eo animo, vt his perforatis obrueretur, cum iam altum petiſſet auaritia ductus facere non ſuſtinuit, nam conſilium ſalubritate referrum auaritiã præuertit, nam aurum, & argentum, quo nihil carius illi eſſe poterat, perdere non ſuſtinuit, itaque reuerſus opes, quibus periturus erat, reponere maluit, quàm illis perditis ſalutem ſeruare, nam Senatus Catonem cum claſſe miſit, qui regiam pecuniam Romam deportaret, quod vbi ſenſit Ptolomæus nimio dolore percitus, veneno fata præuenit. [Anxijs ſordibus] Solicitus auaritiæ cupiditatibus, nam propter auaritia ſordides appellantur, eo quod hominem didiſſimum faciat. [Corripuiſſet] Congregaſſet, propterq; eas ſe periturum videret, & ideo omni pecunia impoſita nauibus, quia Senatus. Cyprum Prouinciam eſſe decreuerat. [A diuitijs poſſeſſus eſt] Reuera diuitiarum ſeruum Regem hunc fuiſſe dicit.

ODium, &c.] Auaritia Septimulei merita ſup. eſt odium, Autem .i. ſed auaritia Ptolomæi Regis Cypriorum proſequenda ſup. eſt riſu, alij legunt odio, vt ſit proſequenda odio, ſed ſic legendum eſſet merito. [Nam eum corripuiſſet] .i. vndiq; rapiendo concernaſſet ſordibus anxijs .i. auaritia anxia, magnas opes .i. diuitias, & videret ſe periturum propter eas, & ideo omni pecunia impoſita nauibus proceſſiſſet in altum .ſ. mare, vt claſſe perforata periret ſuo arbitrio, & non arbitrio hoſtium, & vt hoſtes carerent præda, non ſuſtinuit .i. non potis fuit mergere .i. ſubmergere, & obruere aurum, & argentum, ſed reuexit domum ſup. ipſum futurum præmium necis ſuæ. Hic (inquit auctor) proculdubio non poſſedit diuitias, ſed poſſeſſus eſt à diuitijs, Rex inſulæ. ſ. Cypri titulo .i. de nominatione, autem .i. mancipium miſerabile .i. ſeruus miſerabilis animo. ſ. ſuo. ASCEN.

DE SVPERBIA, ET IMPOTENTIA.

CAP. V.

DE M. FVLVIO FLACCO.

*ATQVE, * vt ſuperbia quoq;, & impotentia in cõſpicuo ponãtur, M. Fuluius Flaccus Conſul, Marci Planci Hiſpei collega, cum pernicioſiſſimas reip. leges introduceret, de ciuitate danda, & de prouocatione ad populum eorũ, qui ciuitatem mutare voluiſſent, ęgre compulſus eſt, vt in curiam veniret, deinde partim monenti, partim oranti, ſenatui vt incepto deſiſteret, reſponſum non dedit. Tyrannici conſul ſpiritus haberetur, ſi aduerſus vnum Senatorem hoc modo ſe geſſiſſet, quo Fuluius in totius ampliſſimi ordinis contemnenda maieſtate verſatus eſt.* *Oroſ. lib. 5. c. 12. & ita de his coſſ. & d hoc Flac hic lib. 6. c. 3.*

OLIV. ATQVE vt ſuperbia] Tranſit ad ſuperbiam, & impotentia, primam autem exemplum eſt. [Fuluius Flac.] Conſulis] Qui cum leges reip. pernicioſiſſimas ferre vellet vnũ, vt cuicunque peteret ciuitas daretur, alteram vt ſi Senatus id non probaret prouocatio fieret ad pop. rogatus vix adduci potuit, vt in curiam veniret, vbi de his legibus quas ferre volebat, accuratius conſultabatur. deinde cum partim moneretur, partim rogaretur à Senatu, vt ab ea ſententia deſiſteret, nulla ratione adduci potuit, vt tantæ auctoritatis ordini reſponſum vllum daret, magna profecto illius pectori inſita ſuperbia, qui dũ Senatus amplitudinem ſpretat, non ſe conſulem, ſed tyrannum exhibuit. [Superbia & impotentia] Ex ſuperbia ſequitur impotentia, deinde ex impotentia, arrogantia, ſuperbia vitium eſt, quo quis cæteris etiam immerito vult ſupereſſe, hoc eſt præſtare cunctis. [Impotentia] Cum præ ira & cupiditate quis continere non poteſt, quo minus ſæuiat, arrogantia deinde naſcitur, nam cum immoderato animi affectu rapitur quis ad contumeliam, tunc omnia ſibi arrogat, quibus etiam indignus eſt. [In conſpicuo] In aperto, in manifeſto. [De ciuitate danda] Declarat ipſas leges, vt quicunque ciuis Rom. fieri voluit, id ei ſemper liceret, nam dare ciuitatem nihil aliud eſt, niſi ciuem creare, pari ratione accipere in ciuitatem, & donare ciuitatem. [De prouocatione] Alia lex ſtatuebat præterea, vt ſi illi qui ciuitatem cupiebant, per Senatum impedirentur, quo minus ciues Rom. fierent prouocationem habere poſſent ad populum, vt ſi populus cenſeret, dandam eis eſſe ciuitatem inuito Senato crearentur. [Ciuitatem mutare] Suam. ſ. vrbem relinquere, & Romam expeſcere. [Tyrannici ſpiritus] Si vni tantum Senatori reſponſum denegaſſet, Tyrannus merito iudicari potuiſſet, ſed cum vniuerſum Senat. contempſerit, pluſquam tyrannus dici poteſt. *Fuluij leges.*

ASCEN. ATque vt ſuperbia quoque, & impotentia] .ſ. animi effectati, & nequeuntis præ ſuperbia, aut ferocitate ſeſe continere intra modum ponantur in conſpicuo .i. loco euidenti, ſ. dictis exemplis. [M. Ful. Flac conſul] Collega .i. ſocius in conſulatu M. Plauc. Hiſpei cum introduceret leges pernicioſiſſimas reip. vtpote de ciuitate danda. ſ. cuicunq; volenti, & de prouocatione ad populũ eorũ, qui voluiſſent mutare ciuitatẽ .i. cum in alia prius eſſent ciuitate, fieri ciues Rom. aut cum prius Rom. alterius fieri ciuitatis ægre .i. difficulter compulſus eſt, vt veniret in curiam, deinde non dedit reſponſum Senatui partim monenti, & partim orãti, vt deſiſteret incepto, cõſul. ſ. quicunq;

haberetur

habereſſet ſpiritus .i.affectus tyrãnici ſe geſſiſſet, ſi hoc modo.i. tam ſuperbe aduerſus, i.erga vnum ſenatorem., quo Flac. verſatus eſt in contemnenda maieſtate totius ordinis ampliſſimi.

DE M. DRVSO TRIBVNO.

* Lio li. 90. Flor. li. 3. c. 17 & Plin. de vir. ill. luſt. Patere. & alij, ſed paulò aliter,

QVAE * *à M. quoque Druſo trib.pl. per ſummam contumeliam vexata eſt? parum enim habuit L. Philippum Conſulem, quia ſe interpellare concionantem auſus fuerat obtorta gula, & quidem non per viatorem, ſed per clientem ſuum, adeo violenter in carcerem præcipitem egiſſe, vt multus e naribus eius cruor, perfunderetur. Verumetiam cum Senatus ad eũ miſiſſet, vt in curiam veniret, Quare non potius, inquit, ipſe in Hoſtiliam propinquam roſtris ad me venit? Pigere adijcere quod ſequitur: Tribunus Senatus Imperium deſpexit, Senatus Tribuni verbis paruit.*

OLIV. Druſi inſolẽtia.

QVAE amentia] Notata eſt hiſtoria in cap. de libere dictis, vbi vidimus, quomodo M. Druſus trib. pl. ſe veluti Senatus patronum fecerat, & plebem ad ſe Gracchanis legibus, eiuſdemq; ſocijs plebẽ ad ſpem ciuitatis erexit quibus pollicitus eſt ſi Senatus partes defenderent, paulò poſt ciues Rom. futuros, cũ igitur dies promulgãdi leges adeſſet, ſubito tanta vis hoſtium vndiq; apparuit, vt hoſtium aduentu obſeſſa ciuitas videretur, auſus tñ eſt abrogare legibus conſul Phil. ſed apprehenſum faucibus viator nõ ante dimiſit, q̃ ſanguis in ora, & oculos redundaret, hic igitur tanta ſuperbia clarus eſt, vt etiã Senatum petenti, vt in curiam veniret, rñdere nõ dubitauerit, vt ad ſe potius ille veniret, erat aũt in hoſtilia curia, & ita vnius inſolentiſſimi tri. ſenatus imperio parere coactus eſt, neſcio quid inſolentius dici poſſet. [Amẽtia] Superbia amẽtiæ ſimilis. [Interpellare] Impedire. [Nõ quidẽ per viatorẽ] Diſſentit à Floro, qui hoc per viatorẽ factũ eſſe dicit Plin de vir. illuſt. per ipſum Druſum dicit ſ. cõſuli, legibus agrarijs reſiſtenti, ita collũ in cõpluuio obtorſit, vt multus ſanguis effluxerit de naribus. [Non quidem per via reip.] Si per viatorẽ conſulẽ cõprehendi iuſſiſſet, tãs minus indignitatis habuiſſet, ſed tyrannicæ clientẽ miſit in conſulem.

ASCEN.

QVæ amentia] ſ. nimiæ ſuperbiæ, & arrogãtiæ eſt quoque vexata.i. agitata per ſummam contumeliam à M. Druſo trib. pl. [Enim] i. quia ipſe habuit.i. reputauit parum, egiſſe L. Philippum conſulem præcipitem in carcerẽ gula obtorta.i. in tranſuerſum flexa, quia auſus fuerat interpellare.i. impedire interloquendo ipſum.ſ. Druſum concionantem.i. verba facientem ad populũ. [Et quidẽ auſus] Supp. eſt egiſſe in carcerem, non per viatorem.i. publicũ miniſtrum, ſed per clientem.i. famuliarem ſuũ adeo violenter, vt multus cruor perfunderetur è naribus eius. [Verumetiã] i. inſuper cũ ſenatus ad miſiſſet ad eum, vt veniret in curiam, inquit, quare ipſe ſenatus nõ venit potius ad me in curiam hoſtiliam propinquã roſtris. [Piget] .i. miſeret (inquit auctor) Sup. me adijcere quod ſequitur.ſ. adijciendũ ex ſerie rei geſtæ. [Tribunus] .ſ. plebis videlicet Druſus, deſpexit imperium ſenatus, quia noluit in curiam ſenatorium venire, & ſup. ſenatus paruit verbis tribuni, quia in curiam hoſtiliã venit.

DE CN. POMPEIO.

* Plo. in Pomp. * Et quoſ ſtotem ſoũ, Cic. p Flac. & Aſcõ. in orat. p Mil. * Plu in Pomp.

CN. autem * *Pompeius quàm inſolenter egit? qui balneo egreſſus,* * *ante pedes ſuos proſtratum Hipſeum ambitus reum, & nobilem virum, & ſibi amicum iacentem reliquit, contumelioſa voce proculcatum, nihil enim eum aliud agere, quàm vt conuiuium ſuum moraretur, reſpondit. Et huius dicti conſcius ſecuro animo cœnare potuit.*

Ille * *vero etiam in foro non erubuit P. Scipionem ſocerum ſuum legibus noxium, quas ipſe tulerat, in maxima quoque reorum; & illuſtrium ruina, muneris loco à iudicibus depoſcere, maritalis lecti blanditijs ſtatum reipublicá temperando.*

OLIV. Hipſeus ambitus reus.

CN. autem Pompeius] Hipſeum Pomp. amiciſſimum Ciceru cum alijs in locis, tum in Epiſt. Fam. planè teſtatur, quem pro Pomp. in teſtificatione Alexandrina plurimum elaboraſſe dicit, vt illa Prouincia Pompeio decerneretur, hic igitur ambitus damnatus, q; in petitione conſulatus largitione populum corripuiſſet, venit ad Pomp. aduerſus damnationem auxilium ab eo ſuppliciter petiturus, erat tum in balneis Pomp. more maiorum paulò poſt cœnaturus expectauit Hipſeus donec egrederetur è balneis prouolutus deinde ante eius pedes rogat, vt ſibi adeſſe velit, cui Pomp. ſuperbe ſatis, moratur, inquit, veniſti conuiuium meum, non erubuit Pomp. nobilem virum ſibi amicitia coniunctum videre humi proſtratum, & ſedes eius complexu tam contumelioſo reſponſo præterire. [Quàm inſolenter] Secundum ſe geſſit. [Proculcatũ] Oppreſſum, peſſundatum. [Moreretur] Differret. [Ille vero] Tulerat Pomp. legem de largitione, & corruptela, qua multi illuſtres viri damnati ſunt, vbi ſocerum ſuum, Scip hac lege damnari præcepit, cum trecentis & ſexaginta iudicibus egit, vt opitularentur ſocero, accuſator cum iudices videret è foro proſequi Scipionem continuo iudicium dimiſit. Plut. in vita Pomp. Cæterum, inquit cum in reos ambitus, ac ex largitione corruptus præſideret, leges ſeribens per quas iudicia ferebantur, in cæteris ſe honeſtum, integrumq; ſeruauit præſidium, ornatumq; ſimul, & quietem in curia ſuo conſenſu, ſinsq; armis præbens. in Scip. tantum ſocero, qui cum damnari videbatur crimen non effugit, apud.n. ſeſe trecentis & ſexaginta iudicibus domi conuocatis, auxilium illi attulit, quare accuſator ab re in petitione deſtitit, cum Scipionem vidiſſet medio foro à iudicibus præcomitatum, item paulò infra, poſt paucos etiam dies Hipſeus vir conſularis iudicium vitans cognito Pompeium ad cœnam lotum proficiſci, eius genibus accubuit, eumq; obſecrare cœpit, ſed Pompeius cum faſtu eum prætereijt illam inquiens cœnam ſibi diſperdere, aliodque concluſit nihil. [Non erubuit] Quod ſignum eſt inſolentiæ. [Socerum ſuum] Nam Corneliam filiam Pomp. dederat vxorem Scipio. [Legibus] De largitione, & corrupta. [Virorum ruinã] Quia multis his legibus damnati ſunt. [Muneris] Loco beneficij. [Maritalis lecti blanditijs] Vxoris illecebris ductus. ſocerum rogauit abſolui contra leges, quas ipſe tulerat, ac ſi diceret ad vxoris libidinem reip. ſtatum temperauit. Corneliam Pôp. filia.

CN. autem Pompeius, quàm] .i. quantum putas inſolenter egit. Qui egreſſus balneo reliquit Hipſeum reum ambitus i. accuſatum, quod malis artibus magiſtratum affectaſſet virum amicum ſibi proſtratum ante pedes ſuos.i. Pompeij reliquit dico iacentem proculcatum (non pedibus) ſed voce contumelioſa. [Enim] i. quia, nihil.i. non aliquid, reſpondit, eum non agere aliquid aliud, quàm vt moraretur.i. expectaret conuiuium ſuum, & conſcius huius dicti.i. cum conſcientia remordente ſciret ſe id ſuperbè dixiſſe potuit cœnare animo ſecuro.i. ſemoto à cura, & anxietate. [Ille vero, &c.] Recitat iterum eiuſdem exemplum dicens [Verum] i. ſed. ille ſ. Pomp. magnus non erubuit in foro.ſ. iudiciali, depoſcere à iudicibus loco muneris.i. vt ſibi condonatum haberet, Publium Scipionem ſocerum, quia Corneliam eius filiam duxerat, noxium.i. obnoxium legibus.ſ. latis contra largitionem, & corruptelam. quas leges, ipſe ſ. Pôp. tulerat quoque.i. etiam in maxima ruina.i. præcipitio Reorum, & illuſtrium .ſ. virorum temperando blanditijs lecti maritalis.i. vxoris ſuæ Corneliæ filiæ. Pomp. Scipionis ſtatum reipu. faciendo, vt iudices ob amorem coniugis Scipionem abſoluerent. ASCEN.

DE MARCO ANTONIO.

TETRVM * *facto pariter, ac dicto M. Antonij conuiuium. Nam cum ad eum triumuirum Ceſetij Rufi ſenatoris caput allatum eſſet, aduerſantibus id cæteris, propius admoueri iuſſit, ac diu, diligenterque conſiderauit: cunctis, deinde expectantibus, quidnam eſſet dicturus, Hunc, ego, inquit, notum non habui. Superba de Senatore, impotes de occiſo confeſſio.* * De Ceſeto lib. 5. c. 7.

TETRVM facto] De trium virorum proſcriptione ſæpius dictum eſt, Antonij.ſ. Octauiani, & Lepidi, quàm crudeliter nimis exercuerunt, in ea proſcriptione Antonius non crudelis ſolum, ſed dicto factoq; ſuperbiſſimus apparuit, cum in alios tum in primis in Caſſetium Rufum, quem multis cũ alijs proſcripſerat, cuius caput, cum à percuſſoribus inter epulas ei fuiſſet oblatum, à tanta ſpectaculi fœditate cæteri omnes conuiuæ oculos auerterunt, ipſe vero non modo non auertit, ſed etiã per ſummam inſolentiam inſultauit, ſuſcepto enim capite, manibusq; OLIV. Antonius inſolens.

nibusq; pertractato, ac ſæpius reuoluto expectantibus conuiuijs, quid nam dicturus eſſet, demum ſe illū neſcire, vel non nouiſſe dixit ſuperbè ſatis, nam in illius contemptu dixit [Facto] Quod inter epulas caput Rufi tractaret. [Dicto] Quod ſe illū ignorare diceret. [Aduerſantibus] Quia non poſſet tantam ſpectare fœditatem [Superbia de ſenatore] i. ſenatorem ſuperbus, quòd illum quem omnes nouerant, ſe ignorare diceret. [Impotens de occiſo] Quod eius caput diu pertractatum, tanquam ignotum abiecerit.

Asc. Tettum, &c.] Contubio M. Ant. ſ. triumuiri ſup. fuit tetrū, & dirum, & execrabile pariter factu ac dictu. Nam cū caput Ceſetij Rufi ſenatoris eſſet allatum ad eum triumuirū, iuſſit id admoueri. i. applicari propius, cæteris auerſantibus. i. aduerſo vultu reſpuentib. id ſ. vt admoueret, ac conſiderauit id diu, & diligenter, deinde cunctis expectantia. quid nam eſſet dicturus. ſ. de Ceſetio inquit, ego non habui hunc notū, quæ ſup. confeſſio fuit ſuperba de ſenatore, quem per contemptum ſe diceret non noſſe, & impotens. i. ſe temperare nequeuntis de occiſo.

EXTERNA

DE ALEXANDRO REGE.

*Plutar. Curt. & Arrian.

*Satis * multa de noſtris, aliena nunc adijcientur. Alexandri regis virtus, & felicitas tribus inſolentiæ gradibus, exultauit euidentiſſimis. faſtidio enim Philippi, Iouem Hammonem patrem aſciuit: tædio morum, & cultus Macedonici, veſtem & inſtituta Perſica aſſumpſit: ſpreto mortali habitu, diuinum caput æmulatus eſt: nec fuit ei pudori, filium, ciuem, hominem diſſimulare.*

Oliv. Alex. ſuperbia. Satis multa] Nimia rerum felicitas ad eam inſolentiam regem Alexandrum prouexit, vt etiam Philippum Regem ſibi patrem eſſe faſtidiret, ſeque Iouis Hammonis filium prædicaret, contemptis deinde Macedonicis moribus & cultu Perſicos habitus, & inſtituta ſuſciperet, denique ſpreto humano cultu, vt ſe deum faceret, faſtigio caput exornaret. [Virtus] In rebus gerendis virtus illius maxima ſemper extitit. [Felicitas] Quia vno tenore proſpere ſibi cuncta ceſſerunt. [Exultauit] Sublata eſt [Faſtidio Philippi] Quia faſtidiebat Philippum patrem, corrupto ſacerdote ſe Hammonis filium prædicari iuſſit. [Aſciuit] Aſſeruit, vindicauit. [Inſtituta Perſica] Nam more Perſarum, ſed adorari paſſus eſt, qui apud eos ſalutandi modus eſt. [Spreto mortali habitu] Non contentus fuit diademate, quo vtuntur reges. [Diuinum caput æmulatus eſt] Imitatus eſt diuinam maieſtatem ſumpto faſtigio, diuinaq; corona, qua diuorum capita coronantur. [Nec fuit pudori] Non erubuit Alexander nimio ſucceſſu elatus, diſſimulare hominem, & deorum cultum aucupari, ſed dum homines, deosq; contemnit, id illi merito contigit, vt in deorum numero locum non inuenerit Q. Curtius, Alexander inquit, non homines, ſed etiam deos decipit, qui poſtulat Deus credi.

Ascen. Satis multa] Sup. dicta ſunt de noſtris i. domeſticis exemplis, ſup. exempla aliena. i. externa adijciantur. Virtus & felicitas Alexandri regis ſ. Macedonum exultauit. i. præter modum ſe extulit tribus euidentiſſimis gradib. inſolentiæ. i. inſolitis ſuperbiæ. Aſciuit enim. i. aduocauit ſibi Iouem Hammonem. i. arenarium, ſic dictum, eo quòd arenis Libycis Baccho apparuerat in ſpē arietis, faſtidio. i. propter ſuperbum contēptum Philippi ſ. patris eius veri, aſſumpſit veſtem, & inſtituta Perſica. i. mores Perſico in ſe venerando, tædio morum, & cultus Macedonici. i. patriæ ſuæ, & ſup. æmulatus eſt. i. aſſimulauit caput diuinum, vtpote Iouis Hammonij habitu. i. ornamento capitis mortalis. i. mortalem decente, nec fuit ei pudori diſſimulare. i. diſſimulando negare filium ſup. eſſe ſe Philippi. ſ. Macedonici regis ciuem. ſ. Macedonicum gerendo ſe Perſico more, & hominem vendicando ſibi cultum præſertim capitis diuinum.

DE XERXE REGE.

*Hero. lib. 7. & Iuſt. l. 2.

*Iam * Xerxes, cuius nomine ſuperbia & impotentia habitat, ſuo iure quàm inſolēter vſus eſt, quòd Græcia indicturus bellum adhibitis Aſiæ principibus, ne viderer, inquit, meo tantūmodo vſus conſilio, vos contraxi. Cęterum mementote parendum magis nobis, quàm ſuadendum. Arroganter etiam ſi victori repetere ei regiam contigiſſet, tam deformiter victi, neſcias vtrum inſolentius dictum, an impudentius.*

Oliv. Xerxis ſuperbia. Iam Xerxes] Hoc etiam Herodotus tradit, cum Xerxes ſtatuiſſet bellum Græcis inferre, omnes Aſiæ principes conuocari iuſſit, quibus pręſentibus ita fatus eſt, vos inquit, in vnū coegit, vt mei conſilij participes facerem, cęterum ſcitote vobis eſſe parendū, quid arroganti, nihil aliud dicere voluit, niſi velitis, nolitis ue bellum hoc geſturus ſum [In cuius nomine] Audito nomine Xerxis, ipſa ſuperbia cognoſcitur, quæ tanta in eo fuit, vt etiam ipſis dijs minitari auſus fuerit, vt cōpedes Neptuno, de quo quidam dixit. Qui mare, qui terras, qui cœlum terrētat armis. [Cōtraxi] i. vos coegi. [Arroganter etiam ſi victori] De gręcis triumphaſſet, eius in eiectum arrogans viſum fuiſſet. [Tam deformiter victi] Qui nauali prœlio à Themiſtocle ſuperatus, in patriam piſcatoria naui turpiter effugere coactus eſt.

Ascen. Iam (continuatiua particula) Xerxes. ſ. Rex Perſarum in cuius nomine interpretatur, qua dominatur ſuperbia, & in potentia habitat, vſus eſt ſuo iure, quod habuit in ſubditos iam inſolenter. i. immodeſte. [Quod ipſe indicturus] i. cū vellet indicere gręcię bellum, inquit principib. Aſię adhibitis, ego cōtraxi vos. i. coegi in conſilium venire, ne viderer vſus tantummodo conſilio meo. [Cęterum] i. ſed mementote vobis parendum ſup. eſſe magis, quam ſuadendum. ſ. quid faciam [Arroganter ſup.] Dictum, etiam ſi contigiſſet ei victori repetere regiam ſup. ſuam in perſidiæ, & tu neſcias vtrum dictum victi tam deformiter ſup. ſit inſolentius, an impudentius.

DE HANNIBALE.

*Polyb. li. 5. Liu. li. 22. & Plu. in vita, de hæc ſuperbia tacent.

*Hannibal * autem Cannenſis pugnæ ſucceſſu elatus, nec admiſit quenquam ciuium ſuorum in caſtra, nec reſponſum vlli, niſi per interpretem, dedit Maharbalem et ante tabernaculum ſuum clara voce affirmantem, proſpexiſſe ſe, quonā modo paucis diebus Romę in capitolio cęnaret, aſpernatus eſt. Adeo fœlicitatis, & moderationis diuiduum contubernium eſt.*

Oliv. Hannibal] De ſuperbia, qua vſus fuerit Hannibal poſt victoriam, vt ſuorum neminem admiſerit, vt reſponſum per interpretem dederit. Liuius, qui Cannenſem pugnam ambitioſe deſcribit nullam prorſus mentionem facit, quinimmo poſt victoriā ſuos illi gratulatos fuiſſe dicit his verbis. Hannib. victori, cum cęteri circumfuſi gratularentur, ſuaderentq; vt tanto perfunctus bello diei quod reliquum eſſet, noctisq; inſequētis quietem, & ipſe ſibi ſumeret & feſſis daret militibus Maharbal præfectus equitum minime ceſſandum ratus, immo, vt quid hac pugna ſit actum, ſcias, Hannibal die quarto, inquit victor in Capitolio epulaberis, ſequere cum equite, vt prius te veniſſe, quàm venturū ſciant. præcedebant, Hannibal inquit nimiei læta res eſt, ſed ita maior, quàm vt eam ſtatim capere animo poſſim, itaq; voluntatē ſe laudare Maharbalis ait, ad conſilium penſandum tēpus opus eſſe, tum Maharbal, non omnia eiſdem dij dedere, vincere ſcis Hannibal, victoria vti neſcis, quod idem tradit, & Plut in vita Hannib. nec ſuperbiæ alſam prorſus mētionem facit. [Succeſſu] Fęlicitate & rebus proſperis. [Admiſit] Ad ſe recepit venientem ſalutandi, aut gratulandi gratia. [Per interpretem] Per internuncium, nam ſi quis forte veniſſet legatus, non ipſe, ſed interpres reſponſa dabat. [Ante tabernaculum] Quia tentoriū ingredi non licebat. [Paucis diebus] Liu. dicit tertio die. [Adeo fœlicitatis, & moderationis, vix fęlicitas, & conſilium coniungi poſſunt, cum res ſecundum vt plurimum inſoleſcere faciāt homines. [Moderationis] Temperantiæ, atque conſilij. [Diuiduum] Separatum. [Contubernium] Conſortium, atq; ſocietas, nam fęlicitas rerumq; ſucceſſus ſi plerunq; hominum mentes nimia lætitia peruertit, vt nulla ratione ſibi moderari poſſit.

Ascen. Hannib. faſtus. Hannibal autem elatus, ſucceſſu pugnæ Cannenſis] De qua ſuperius dictum eſt, nec admiſit quenquam ciuium ſuorum in caſtra, nec dedit vlli reſponſum, niſi per interpretem. i. interlocutorem, aſpernatus eſt quoque Maharbalem affirmantem clara voce antē tabernaculum ſuum ſe proſpexiſſe. i. prouidiſſe, aut animaduertiſſe quonam modo cœnaret paucis

dicbus

diebus.i.intra paucos dies Romæ in Capitolio.i. ſumma arce. [Adeo].i. vſq; adeo, & in tantum contubernium.i.domicilium felicitatis,& moderationis eſt diuiduum.i.inter ſe diuiſum,quia non bene conueniunt,nec in vna ſede morantur.

DE CARTHAGINIENSIBVS, ET CAMPANIS.

INSOLENTIAE vero inter Carthaginienſem, & Campanum ſenatum quaſi æmulatio fuit,ille enim ſeparato à plebe balneo lauabatur, hic diuerſo foro vtebatur quem morem Capua aliquandiu retentum, C.
* Planeium. quoq; Gracchi oratione in * Plautium ſcripta patet.

OLIV. INSOLENTIAE vero]Tanta fuit Campanorum ſuperbia, vt cùm Carthag.contendiſſe videantur, nam quemadmodum illi balnea ſeparata habebãt in quibus plebei lauari non poterant,vel certe non licebat ſic illi forum plebis à nobilitate diſtinctum in ciuitate fundarunt, cuius rei Gracchus meminit in oratione contra Plautium.[Quaſi æmulatio]Quaſi inuidia,& concertatio, hoc eſt contentio, nam Campani pœnos, pœni Campanos in ſuperbia æmulabantur. [Diuerſo foro]Quia non eodem plebeis, & principibus iura reddebantur, ſed alterius altero foro.

ASCEN. INſolentiæ,&c.]Vero.i.ſed quaſi æmolatio i.ſuperba concertatio inſolenitæ fuit inter ſenatum Carth. & Campanum. [Enim].i.quia ille.ſ.Carth.ſenatus, lauabatur balneo ſeparato à plebe.hic.i.ſenatus Cãpanus vtebatur foro.ſ.iudiciali,diuerſo ſup. à plebe. Quem morem patet quoque oratione Caij Gracchi ſcripta in.i.contra Plautium, retentum aliquandiu Capuæ.ſ.poſtquam ad imperium redierat.

DE PERFIDA. CAP. VI.

OCCVLTVM iã,& inſidioſum malum perfidia è latebris ſuis extrahatur,cuius efficatiſſimæ vires ſunt mentiri,ac fallere fructus in aliquo admiſſo ſcelere cõſiſtit,tum certus, cum crudelitatem nefarijs vinculis circundedit: tantum incommodi humano generi afferens, quantum ſalutis bona fide præſtat. Habeat igitur non minus reprehenſionis, quàm illa laudis conſequitur.

OLIV. Perfidia OCCVLTVM iam] Dicturus de perfidia, eam quodam modo diffinit, vt dicat perfidiam eſſe quandam occultam fraudem inſitam hominum pectoribus, quæ ſemper mentiri,& fallere concupiſcit. [Occultum, & inſidioſum malum] Diffinitio eſt perfidiæ, quo latenter inſidias alijs innectit.[E latebris ſuis]In conſpectu ponatur, ut cognoſci poſſit, & cognita vitari. [Mentiri] Fallere, Verbis & re decipere,nam mentitur aliquis, cum ſciens quempiam fallere cupit & fallit rebus ipſis. [Fructus]Finis perfidiæ eſt quæſitum dolo malo quæreret, patrato ſcelere fructus ſubſequitur.[Tum certus]Et præcipue certus fructus eſt,cum ille, in quem perfidia intenditur,inuolutus fallacijs crudeliter tractatur, ſed cum perfidiæ additur crudelitas,deteſtabilius nihil eſſe poteſt. [Tantum incommodi] Per comparationem vituperat eam, quòd tantum iacturæ humano generi perfidia, quantum vtilitatis bona fides affert, ergo quantam hæc laudanda, tantum illa vituperanda.

ASCEN. Occultum,&c.]Perfidia malum occultũ,& inſidioſum extrahatur iam è latebris ſuis.i. proferatur in medium, cuius vires efficaciſſimæ ſunt mentiri, ac fallere,& ſup. cuius fructus.i. vtilitas conſiſtit in aliquo ſcelere admiſſo,q.a nemo perfidia vtiť in opere bono,(tametſi dolus ẽt nõ malus ſit,vt medicorũ ægrum piè fallẽtiũ,)eius ſup. [Tum].i.tunc certus,cum circundedit crudelitatem vinculis nefarijs.i.laqueis perfidiæ,afferens generi humano tm̃ incõmodi,quãtum ſalutis bona fides præſtat.[Igitur]Cũ talis ſit perfidia, habeat ſup.ipſa nõ minus reprehenſionis,q̃ illa.ſ.bona fides, cõſequitur laudis.

DE TATIO SABINO.

*Liu. li. 1. Dion. ROMVLO * regnante Spurius Tarpeius arci præerat,cuius filiam virginem aquam ſacris petitum extra mœnia egreſſam,Tatius, vt armatos Sabinos arcem ſecum reciperet,corrupit,mercedis nomine pactus quæ in ſiniſtris manibus gerebant. erant autem his armillæ,& annuli magno ex pondere auri loco potitum agmen Sabinorum, puellam præmium flagitantem, armis obrutam necauit,perinde quaſi promiſſum,quòd ea,quæ læuis geſtauerant,ſoluit. Abſit reprehenſio,quia impia proditio celeri pœna uendicata eſt. li. 1. Plu. prop. li. 4 & alij.

OLIV. ROMVLO regnãte] Nota eſt hiſtoria poſt raptas ſine more Sabinas, aliaſq; fœminas, nouiſſimum à Sabinis bellum eſt ortum,multoq; id maximum fuit,nihil enim per irã,& cupiditatem actum eſt à Sabinis,ſicut à Cruſtuminijs, Antennatibus,Ceniuenſibus, qui pari iniuria fuerant affecti,nõ oſtenderunt Sabini bellum prius,quàm intulerunt, conſilio etiam additus dolus eſt Spurius Tarpeius Romanæ præerat arci.huius filiam virginem auro corrupit Tatius, vt armatos Sabinos in arcem accipiat, nam aquatum ierat tum forte puella ad ſacrificia facienda. Acceptis obrutam armis necauerunt,ſeu vi capta potius arx videretur, ſeu prodendi exempli cauſa, ne quid uſquam fidum proditori eſſe, Additur fabulæ, quòd vulgo Sabini aureas armillas magni ponderis, brachio læuo,gemmatoſq; magna ſpecie annulos habuerunt pepigiſſe eam quod in ſiniſtris manibus haberent, eo ſcuta illi pro aureis cõgeſta ſunt, qui eam ea pacto reddẽdi, quod ſiniſtris manibus eſſet,derecto arma petiſſe dicant,& fraude viſam agere,ſeu ipſam petempeſt mercede,temere tamen arcem Sabini hac perfidia vſi,quòd prodatricem fraude necarunt. [Sacris]Ad ſacrificia facienda, quæ inſtabant.[Armis obrutam]Sic & Ouid.areiq; vea Tarpeia recluſa. Dignam animam pœna congeſtis exuit armis.[Abſit reprehenſio] Non eſt, inquit, hæc perfidia reprehendenda, quia ſcelerata puella impiam fecit proditionem patris, & patriæ, & grauior, etiam ſupplicio digna uidebatur.

ASCEN. ROmulo regnante] Qui primus Romæ regnauit, Spurius Tarpeius præerat arci.ſ. Tarpeiæ, ſeu Capitolinæ, cuius.ſ.Tarpeij filiã virginem egreſſam extra mœnia petitum aquam ſacris,idest,ad ſacrificia,ad quæ opus erat aqua viua.i.riui fluentis,ut reciperet Sabinos armatos.i.arcem ſecum.i.cum ipſo Tatio eorum duce,pactas,ſcilicet cum puella nomine mercedis ea, quæ gerebant.ſ. Sabini in manibus ſiniſtris,autem.i.ſed armillæ erant his,& annuli ea magno pondere auri, agmen Sabinorum potitum loco, idest receptum per puellam Capitolium necauit armis puellam flagitantem.i. exigentem præmium perinde,quaſi promiſſum.quòd ſoluit ea,geſtauerant læua videlicet ſiniſtra. Abſit inquit, auctor reprehenſio.ſ.perfidiæ,quia impia proditio.ſ.arcis facta per Tarpeiam, eſt uendicata celeri pœna. hoc eſt quia filia meruerat perire, licet turpe fuerit Sabinis id facere.

DE SERGIO GALBA.

SERGIVS* quoq; Galba ſummæ perfidiæ,trium enim Luſitaniæ ciuitatum cõuocato populo, tanquã de commodis eius acturus, nouem millia,in quibus flos iuuentutis conſiſtebat,electa, & armis exuta, partim trucidauit, partẽ vendidit, quo facinore maximam cladem barbarorum, magnitudine criminis anteceſſit. * Lib. 8. cap. 1.

OLIV. SERGIVS quoq; Galba] Hæc hiſtoria poſita eſt in cap. de iudicijs, uel infamibus lib. 3 Quo facinore maximam quamuis Luſitanorũ clades maxima fuerit,maius tñ Galbæ crimen, deteſtabilioriq; perfidia fuit, ea quo maius & ipſe ſupplicium merebatur, q̃uis illud euaſerit, ut ſupra oſtẽdimus.

ASCE. SErgio quoq; Galba] ſup. fuit ſummæ perfidiæ. Enim pro quia,populo trium ciuitatum Luſitaniæ.i.illius regionis in Hiſpania,quæ nunc Portugaliæ nomen habet,conuocato.ſ.ad ſe,tãquam acturus ſup.eſſet de commodis.i.vtilitatib. eius.ſ.populi,trucidauit partim, & uendidit partim.i.pro parte octo ſeu ut alij legunt, nouem millia,in quibus flos iuuentutis conſiſtebat electa & exuta armis. [Quo facinore ipſe Galba anteceſſit].i.ſuperauit maximam cladem barbarorum.ſ. Luſitanorum quos forte immerito barbaros uocat, magnitudine criminis quia plus mali contraxit in ſe Galba, quam intulit deceptis,grauior enim eſt culpa,quàm pœna.

DE CN. DOMITIO.

*Atqui Fabrum aduerſus hūc Regem pugnaſſe ſcribūt Liu. li. 61. & Oroſ. li. 5. c. 14.

*CN. autem * Domitium ſummi generis, & magni animi virum, nimiæ gloriæ cupiditas perfidum exiſtere coegit. Iratus nanque Bituito Regi Aruernorum, quod tum ſuam, tum etiam Allobrogum gentem, ſe etiam tum in Prouincia morante, ad Q. Fabij ſucceſſoris ſui dexteram confugere hortatus eſſet, per colloquij ſimulationem accerſitum, hoſpitioq; exceptum vinxit ac Romam naue deportandum curauit. Cuius factum Senatus neque probare potuit, neque reſcindere voluit, ne remiſſus in patriam Bituitus, bellum renouaret. Igitur cum Albam cuſtodiæ cauſa relegauit.*

OLIV. CN. autem Domitium pati perfidia Domitius decepit Bituitum Aruernorum Regem, quem ad colloquium inuitatum; & fide data hoſpitio ſuſceptum vinciri, & contra hoſpitij iura Rom. deportari quamprimum imperauit, hac ira commotus, quòd audiſſet hunc Regem Allobroges, & ſuos hortatum fuiſſe, vt in Q. Fabij ſucceſſoris eius fide ſe omnes tuto committerent, ne igitur tanta in Fabium gloria tranſiret, perfidia vſus eſt. Senatus vero, & ſi factum Domitij minime probaret, veritus tamen ne ſi in patriam remitteretur Bituitus, iniuriæ memor bellum renouaret, Albam cuſtodiendum relegauit. [Aruernorum] Populi ſunt Galliæ Tranſalpinæ.

ASCEN. CN. &c.] Autem. i. ſed cupiditas nimiæ gloriæ coegit Cn. Domitium virum ſummi generis, & magni animi exiſtere perfidum. Nanque iratus Bituito Regi Aruernorum populorum Galliæ, quòd hortatus eſſe tum. i. ſimul ſuam gentē, ideſt regioni ſuæ, tum etiam Allobrogum qui vicini ſunt confugere ad dexteram, ideſt fidem. [Quinti Fabij ſucceſſoris ſui] .i. Domitij ſe. ſ. Domitio morante etiam tum, ideſt tunc agente in Prouincia, vinxit ſup. eum accerſitum per ſimulationem colloquij, & exceptum hoſpitio, tanquam amicum, ac curauit deportandum Romam naue. [Cuius factum ſenatus neque potuit probare]. i. approbare, neque voluit reſcindere. i. reprobare, & irritum iudicare ne Bituitus remiſſus in patriam renouaret bellum. Igitur relegauit eum Albam cauſa cuſtodiæ.

DE Q. SERVILIO CEPIONE.

*Liu. li. 54. Flo. li. 2. c. 17 Oroſ. li. 5. c. 4. & Eutrop. lib. 4.

*VIRIATI * etiam cædes duplicem perfidiæ accuſationem recepit, in amicis, quòd eorum manibus interemptus eſt: in Q. Seruilio Cepione conſule, quòd is ſceleris huius auctor, impunitate promiſſa, fuit victoriamq; non meruit, ſed emit.*

OLIV. Viriatus contra Romanos bella geſſit.

VIRIATI etiam cædes] Perfidia quantopere P. R. diſplicuerit, ex hoc exemplo cognoſci poteſt, vt non ſolum oderit illam in amicos, verum etiam in hoſtes, vt hoc loco in Viriatum, fuit autem Viriatus, teſte Plin. de vir. illuſtr. genere Luſitanus ob paupertatem primo mercenarius, deinde alacritate venator, audacia latro, ad poſtremum dux bellum aduerſus Romanos ſumpſit eorumq; Imperatorem Claudium Vnimanum, deinde C. Nigidum oppreſſit, pacem à populo maluit integer petere, quàm victus, & cum aliam dediſſet, & arma retinerentur, bellum renouauit, Cepio eum vincere aliter non poſſet duos ſatellites pecunia corrupit, qui Viriatum viuo depoſitum peremerunt, quæ victoria, quia empta erat à Senatu non fuit probata. Abbreuiator T. Liuij Q. Fabius inquit, proconſ. rebus in Hiſpania proſpere geſtis labem impoſuit, pace cum Viriato æquis conditionibus facta. Viriatus à proditoribus conſilio Seruilij Cepionis interemptus eſt, & ab exercitu eius multum deploratus, ac nobiliſſime tumulatus, vir, duxque maximus per quartumdecimum annum quibus Romanis bellum geſſit, frequentius ſuperior Oroſ. lib. 5. Viriatus cum per xiiij. annos Romanos duces, atq; exercitus protriuiſſet, inſidijs ſuorum interſectus eſt, in hoc ſolo Romanis circa eum fortiter agentibus, quòd percuſſores eius indignos præmio iudicarunt, ſunt qui dicant, quod & Val. ſentire videtur, conueniſſe cum Cepione ſatellites, fore ut ab omni ſcelere belli ſoluerentur, ſi Viriatus de medio tolleretur, quare & Cepio necis auctor, qui non virtute, ſed perfidia victoriam quæſierat, & Viriati ſatellites qui corrupti dominum ſuum occiderant, grauiter ſunt accuſati. [Duplicem accuſationem] ſ. Cepionis, & ſatellitum, quoniam utrique vſi ſunt perfidia.

ASCEN. VIriati, &c.] Cædes Viriati. ſ. ducis natione Luſitani, recepit duplicem accuſationem perfidiæ alteram ſup. in amicis, quòd interemptus eſt in manibus eorum, & ſup. alteram in Q. Seruilio Cepione conſule, quòd is fuit auctor huius ſceleris. ſ. perfidiæ amicorum Viriati, impunitate promiſſa. ſ. eius interfectoribus, & non meruit victoriam, ſed emit.

EXTERNA.
DE CARTHAGINIENSIBVS.

* Domū rediiſſe ſcribūt Polyb. lib. 1. & Oroſ. li. 7. ca. 9. de Regulo ca pro Liu. lib. 28.

*VERVM * vt ipſum fontem perfidiæ contemplemur, Carthaginenſes Xantippum Lacedæmonium cuius optima opera primo Punico bello vſi fuerant, & quo iuuante Attilium Regulum ceperant, ſimulantes ſeſe domum reuehere, in alto merſerunt. Quid tanto facinore petentes? an ne victoriæ ſocius ſupereſſet? extat nihilominus & quidem cum approbrio, quem ſine vlla gloriæ iactura inuiolatum reliquiſſent.*

OLIV. Carthaginienſiū perfidia.

VERVM, ut ipſum fontem] Satis conſtat Carthagienſes, primo Pun. bel. ductu, & auſpicijs M. Attilij Reguli ſæpius ſuperatos ad eam neceſſitatem demum fuiſſe redactos, ut à Lacedæmonijs auxilia peterent, quia aliter vires Rom. vlterius ferre non poſſent, Lacedæmones igitur Xantippum belli peritiſſimum ducem cum trecentis equitibus in eorum auxilium miſerunt, qui Aſdrubali Carth. duci coniunctus Romanum ducem cum virtute non poſſet, arte, & inſidijs peruertere cogitauit, itaq; cum ad prælium utrinq; acies inſtructe conſtitiſſent iamque pugna eſſet accenſa. Pœni ſimulato metu in fuga conſternuntur. Locauerat Xantippus milites inſidijs, Rom. igitur effuſe fugientem hoſtem non prius inſequi deſtitit quam ex improuiſo præcipitatur in inſidias, vbi cæſi multi, & Atilius captus eſt Carthaginemque ductus, poſt tantum igitur victoriam arte Xantippi comparatam Carth. hæc illi præmia retulerunt, quod ſummis perfidia uſi redeuntem in patriam ſimulati honoris gratia, cum multis militibus comitati in alto mari ſubmerſerunt, digna profecto relata gratia. [Ipſum fontem] Bene appellauit Carth. perfidiæ fontem, qui etiam benemeritis perfidiæ præmia decernant. [Xantippum] Fuit hic Xantippus teſte Macr. Satur lib. 1. Periclis filius [Reuehere] Simulabant illum honoris gratia Lacedæmonia uſque uelle comitari. [Quid tanto facinore petentes] Quid ſibi petierunt ex hac perfidia Carth. ut non eſſet qui eorum laudibus, & gloriæ quàm ea Romanorum uictoria pepererant, poſſet obſtare, quod tamen non ſunt conſecuti quis enim eſt, qui non intelligat, Xantippi arte, & ingenio ſuperatos fuiſſe Romam, Carthaginienſesque deteſtabili ſcelere mandandos.

ASCEN. VErum, ut contemplemur ipſum fontem perfidiæ] .i. ut loquamur de illis, quorum proprium eſt exercere perfidiā, Carthag. merſerunt in alto .i. mari, Xantippum Lacedæmonium, cuius optima opera uſi fuerant primo bello pun. ſ. geſto à pœnis contra Romanos, & quo. ſ. Xantippo iuuante, ipſi ceperant Attilium Regulum Conſulem Romanum, ſimulantea ſe reuehere ſup. eum domum, ſup. ſuam hoc eſt Lacedæmona. Quid petentes tanto facinore. i. iniquo facto ſup. fecerunt illud? quamobrem putemus Carthaginem. id feciſſe? An ne ſocius victoriæ eorum ſupereſſet. i. ſuperſtes eſſet? q. d. id uero ſimile eſſe, nihil tamen minus ipſe Xantippus extat. ſ. in fama, & memoria hominum ſocius victoriarum, & quidem cum opprobrio. i. dedecore Carth. quem Carth. reliquiſſent, ideſt relinquere potuiſſent inuiolatum ſine ulla iactura, ideſt amiſſione, aut diminutione gloriæ, ſcilicet partæ in Romanos.

DE HANNIBALE.

* Aliter Liu. lib. 23.

*HANNIBAL * porrò Nucerino hortatu ſuo cū binis veſtimentis vrbem inexpugnabilibus muris cinctam egreſſos, vapore & fumo balnearum ſtrangulando, & Acerranorum Senatum eadem ratione extra mœnia euocatum, in profundo puteorum abijciendo,*

nonne bellum aduerſus P.R. & Italiam profeſſus, aduerſus ipſam fidem acrius geſſit? mendacijs, & fallacia quaſi præclaris artibus gaudens? Quo euenit, vt alioqui inſignem nominis ſui memoriam relicturus, in dubio, maior ne; an peior vir haberi deberet, poneret.

Oliv. HANNIBAL] Cum Nucerinos obſideret Hannibal, eos data fide, vocauit ad colloquium, conueniteque, vt cum binis veſtimentis abire poſſent; ſed cum extra mœnia veniſſent oppidani, eos omnes ſicco balneo perſidus. Pœnus incluſit, fummoque, & vapore crudeliter necauit. Eadem perfidia vſum in Acetanos dicit, quos extra mœnia accitos, violata fide in profundum puteorum præcipitari iuſſit. De Acerranis non ſentit cum Liuio, qui eos è manibus hoſtium euaſiſſe dicit. Pœnus, inquit, Acerras primum ad voluntariam deditionem conatus pellicere, poſtquam vidit inde obſtinatos obſidere, & oppugnare parat, cæterum Acerranis plus animi quàm virium erat. Itaque deſperata tutela vrbis, & circumuallari mœnia viderunt priuſquam continuarentur hoſtium opera, per intermiſſa monumenta, neglectasq; cuſtodias ſilentio noctis dilapſi, per vias inuiaque, qua quenque, aut conſilium, aut terror tulit, in vrbes campaniæ, quas ſatis certum erat non mutaſſe fidem, perfugerunt. Hannibal Acerris direptis, atque incenſis exercitum ad Caſſilinum ducit. [Aduerſus ipſam fidem] Ac ſi diceret non cum Romanis, ſed cum fide bellum geſſiſſe videtur. [Maior] Rerum geſtarum gloria. [An peior] Magnitudine ſcelerum atque perfidiæ.

Ascen. HAnnibal porrò ſtrangulando,] Id eſt ſuffocando vapore fumo, & hoc eſt in vapore fumoſo balnearum, Nucerinos egreſſos hortatu ſuo, quia eos in fidem receperat cum binis veſtimentis, vrbem, ſ. Nuceriam cinctam muris inexpugnabilibus, & abijciendo in profundum puteorum ſenatum, id eſt cœtum ſenatorium Acerranorum euocatum eadem ratione, id eſt hortatu eius, extra mœnia. ſ. Acerrana, non ne profeſſus bellū aduerſus P.R. & Italiam. ſ. reliquam geſſit bellum acrius aduerſus ipſam fidem? gaudens, mendacijs, & fallacia quaſi præclaris, artibus? q.d. vtique. Quo euenit vt ipſe relicturus, id eſt qui fuiſſet relicturus alioqui. i. aliquo quouis modo memoriam nominis ſui inſignem .i. præclaram; poneret in dubio an deberet habeat, id eſt æſtimari vir maior an peior.

DE VI, ET SEDITIONE.

CAP. VII.

DE POPVLO ROMANO.

*SED, vt * violentiæ, & ſeditionis tam togatæ quàm etiam armatæ facta referantur, L. Equitium, qui ſe Gracchi filium ſimulabat, tribunatumque aduerſus legem cum L. Saturnino petebat, à Marium quintum conſulatum gerente in publicam cuſtodiam ductum, populus clauſtris carceris conuulſis, raptum humeris ſuis, per ſummam animorum alacritatem portauit. * Idemq; Q. Metellum Cenſorem, quòd ab eo tanquam Gracchi filio cenſum recipere nolebat, lapidibus proſternere conatus eſt, affirmantem tantummodo tres filios T Graccho fuiſſe, è quibus vnum Sardiniæ ſtipendia merentem, alterum infantem Præneſte, tertium poſt patris mortem natum Romæ deceſſiſſe: nec oportere clariſſimæ familiæ ignotas ſordes inſeri, cum interim improuida concitatæ multitudinis temeritas, pro imprudentia, & audacia aduerſus conſulatum, & cenſuram tetendit, principesq; ſuos omni petulantiæ genere vexauit, Veſana hæc tantummodo: illa etiam cruenta ſeditio: populus enim * Mumium competitorem Saturnini nonemq; iam creatis tribunis, vnoque loco candidatis duobus reſtante, vi prius in ædes priuatas compulit, extractum deinde interemit, vt cæde integerrimi ciuis facultas adipiſcendæ poteſtatis teterrimo ciui daretur.*

* De hoc Equitio Graccho Cic. pro Rab. Fl. li. 3. c. 36 & bieli. 5. c. a. & 8. c. 16. hitius Cic. pro Sext.

* A. Mnmiū uocat Liu. li. 69. & Oro. li. 5 cap. 17.

Oliv. SED, vt violentiæ,] De ſeditionibus tam in vrbe quàm in caſtris, diuerſo tempore excitatis, ſe dicturum profitetur, primum autem exemplum eſt ſeditionis per Equitium concitatæ, quæ hiſtoria notatur in cap. de conſtantia quod vero ad hunc locum pertinet, cum L. Equitius à Mario quintum conſulatum gerente, qui mutata ſententia ſenatus partes tueri cœperat, in carcerem coniectus eſſet, eo quòd contra leges tribunatum peteret, tantam ſeditionem in vrbe concitauit, quod populus carcerem confregit, illum eduxerit, atque etiam humeris ſuſceptum per vrbem tanquam de ſenatu triumphans cum ſumma alacritate portauerit. [Togatæ] Vrbanæ, quæ ſcilicet in vrbe concitata fuerit. [Armatæ] Quæ. ſ. in caſtris fuerit. [Filium ſimulabat impulſu] Et ſubornatione Saturnini. qui falſo illum Gracchi filium aſſerebat. [Aduerſus leges] Quia lex erat, ne quis inquilinus, qui non eſſet in cenſu, & aliqua tribu, poſſet trib. pl. creari. [Publicam cuſtodiam in carcerem] Eſt quaſi diſtinctio carceris, publica cuſtodia. [Idemque] Pari ratione vulgus ignobile cenſorem ſuum. [Q. Metellum] Numidicum lapidibus inceſſit, quòd hunc [L. Equitium] De quo diximus, Tyberij Gracchi ſe filium falſo profitentem in cenſum recipere noluiſſet. Plin de vir. illuſtr. Q. Cæcilius Metellus Numidicus, qui de Iugurtha Rege triumphauit cenſorem L. Equitium, qui ſe Tyberij Gracchi filium mentiebatur, in cenſum non recepiſſe. Sciebat enim Metellus Gracchum tres tantummodo filios ſuſcepiſſe, & eos omnes diuerſo loco, & tempore periſſe, vnum. ſ. in Sardinia militantem, Alterum Præneſte infantem tertium Romæ poſt patris mortem, non poterat igitur pati ſordidum hominem in generoſa familia per ſimulationem inſeri. [Cenſum recipere] Detulerat Equitius Tyb. Grac. cenſum tanquam illius, & hæres, quem Metellus, quia falſum eſſe ſciebat, admittere recuſauit. nec turpem hominem in nobiliſſimæ familiæ cenſu eſſe voluit, quippe qui antea, nec in tribu, nec in cenſu fuiſſet ullo. [Stipendia merentem] Militantem, ut ære mererent patrio. [Deceſſiſſe] Mortuum eſſe, & ſufficienti parua enumeratione probabat eum Gracchi filium eſſe nullo modo poſſe. [Ignotas ſordes] Equitem ignobilem, & ſordidum hominem [Cum interim improuida temeritas] Ita recte cenſebat Metellus. cum interim tumultus populi ſe continere non potuit, quia ſua petulantia, & temeritate, primo conſulem Marium, deinde cenſorem perturbarent. [Veſana hæc] Mumium à Saturnino tribunatus competitore per ſummum populi furorem crudeliter cæſum fuiſſe, & L. Florus lib. tertio, & Cic. in Catilinam inuectiua quarta, & alij auctores teſtantur. Fuit autem tam veſana ſeditio, ut illius etiam quas confugerat ædes, expugnauerint, & extractum crudeli cæde necauerint. [Nouem iam creatis] Hic planè cognoſci poteſt, decem creari ſolitos fuiſſe tribunos.

Equitius ſe Gracchi F. ſimulabat.

Tyberij Gracchi filij tres.

Ascen. SEd, ut facta uiolentiæ, ſeditionis tam togatæ,] Id eſt in toga admiſſæ, quàm etiam armatæ, id eſt in armis factæ. referantur, id eſt recitentur, populus. ſ. Romanus, portauit humeris ſuis per ſummam alacritatem animorum (ſunt tamen qui legant aliorum, ſcilicet à Mario, & tunc deberet. Poſtea conſtitui) Lucium Equitium, qui ſimulabat ſe filium Gracchi, ſcilicet Tyberij, & petebat cum Lucio Saturnino tribunatum aduerſus, id eſt contra leges. quia non erat in cenſu & tribu, & ita contra legem tribunus fieret, ductum à Mario. ſ. Caio Arpinate gerente, ſcilicet tunc quintum conſulatum (poſt quem adhuc duos geſſit) in cuſtodiam pub. i. in carcerem, portauit dico raptum. ſ. è cuſtodia clauſtris carceris conuulſis, id eſt ui fractis idem. ſ. P. R. conatus eſt proſternere lapidibus Q. Metel. cenſorem, quòd nolebat recipere cenſum ab eo, ſcilicet Luc. Equitio, tanquam filio Gracchi, affirmantem. ſ. Metell. ſolummodo, id eſt duntaxat tres filio Tyberio Graccho è quibus, id eſt affirmantem ex illis tribus vnum deceſſiſſe .i. mortuum eſſe, merentem ſtipendia in Sardinia alterum deceſſiſſe Præneſte infantem, id eſt cum adhuc eſſet infans. & tertium natum poſt mortem patris deceſſiſſe Romæ, nec oportere, id eſt, & non decere ſordes ignotas. i. ignobiles ſordide natos, inſeri familiæ clariſſimæ, cum interim temeritas multitudinis concitatæ, ſcilicet ad iram improuida tetendit pro imprudentia, & audacia, id eſt per imprudentem audaciam aduerſus conſulatum, ſcilicet Marij, & cenſuram Metelli, & uexauit principes ſuos omni genere petulantiæ. Veſana, &c. hæc, ſcilicet iam dicta ſeditio P. R. ſupp. eſt, aut fuit, tantummodo ueſana, id eſt male ſana, & temeraria, quia quod tentauit, non effecit, illa, id eſt quæ dicemus ſupp. fuit etiam cruenta. Populus enim compulit prius ui in ædes priuatas, deinde interemit extractum, ſcilicet ædibus priuatis, Mumium

competitorem

competitorem.ſ.tribunatus, Saturnini.i.cum Saturnino homine factioſe, nouem tribunis iam creatis, & vno loco.ſ.decimo, reſtante.i.reliquo extante duobus candidatis, ſcilicet Mumio, & Saturnino, & ita quia ambo creari non poterant, ne Mumius, vt dignum erat præferretur, coegerunt enim fugere, & deinde interemerunt, vt facultas poteſtatis, ſcilicet tribunitiæ, ad adipiſcendæ (multis deponentialibus dantur quattuor participia more communium) .i.obtinendæ daretur ciui teterrimo, cæde, idest per necem, & cædem ciuis integerrimi.

DE CERTIS CREDITORIBVS, ET L. CASSIO.

*Appia. lib. 1. CREDITORVM *quoque conſternatio, aduerſum Sempronij Aſellionis prętoris vrbani caput intolerabli modo exarſit: quem quia cauſam debitorum ſuſceperat, concitati à L. Caſſio trib. pl. pro æde Concordię ſacrificium facientem ab ipſis altaribus fugere extra forum coactum, inque tabernacula latitantem, prętextatum diſcerpſerunt. Deteſtanda fori conditio, ſed ſi caſtra reſpicias, ęque magna orietur indignatio.

OLIV. CREDITORVM quoque] Ciuitas propter imperata tributa æs grande contraxerat, cui ſoluendo cum non ſatis eſſet, & creditores inſtarent, Sempronius præter miſeratione commotus debitorum cauſam ſuſceperant, eamq; fauendo tuebatur Fœneratores quorum vis magna erant, indignati, & à L. Caſſ. trib. pl. incitati, prætorem ante ędem Concordiæ ſacrificantem adorti ab altaribus profugere coegerunt, & intra tabernacula latitantem occiderunt. [Conſternatio] Tabernacula. Subita mentis confuſio, & perturbatio. [Tabernacula] Non militum tentoria, quæ ibi nulla erant ſine dubio, ſed opificum tabernas ſignificat à tabulis, quibus officinæ texuntur. [Deteſtandi fori.ſ.execrabilis inquit, ſeditio vrbana, caſtrenſis vero diligenter inſpiciemus, non minus intolerabilis.

ASCEN CReditorum, &c.] Conſternatio.i.animorum perturbatio creditorum, idest eorum, quibus æs alienum debebatur, exarſit quoque modo intolerabili aduerſum caput, Sempronij Aſellionis prætoris vrbani, quem quia ſuſceperat cauſam debitorum, ipſi concitati à L. Caſſ. trib. pl. facienti ſacrificium, pro æde.i. ante ædem concordiæ, coactum fugere ab ipſis altaribus extra forum, & latitantem in tabernacula.i. modica taberna, idest tegete ex tabulis contexta, diſcerpſerunt.i. in fruſtra diſſecuerunt prætextatum, idest indutum prætexta. Conditio, i. qualitas dicta fori, ſcilicet Romani, eſt ſup. deteſtanda, ſed ſi reſpicias caſtra.ſ. militaria indignatio æque magna oritur.ſ. ibi ex illis, hoc eſt ex militum violentia.

DE MILITIBVS L. SYLLÆ.

*De lege Lin. lib. 77. de ſeditione Plut. in Sy. Oro. lib. 5. c. 19. CVM *C. Mario lege Sulpitia, Prouincia Aſia, vt aduerſus Mithridatum bellum gereret, priuato decreta eſſet, miſſum ab eo Gratidium legatum ad L. Syllam conſulem accipiendarum legionum cauſa milites crucidarunt, proculdubio indignati, quòd à ſummo Imperio ad eum, qui nullo in honore verſaretur, tranſire cogerentur. Sed quis ferat militem ſcita plebis exitio legati corrigentem? pro conſule iſtud tam violenter exercitus, illud aduerſus conſulem.

OLIV. CVM C. Mario] Marius poſt Gallos, Cimbros, Theutones, Senoneſque deuictos, cum requieſcere nullo modo poſſet, quòd virtutem ſuam ocio, & languore conſumi videret, ſimulauit ſe velle matri Deum in Cappadocia vota perſoluere, vera autem peregrinationis cauſa fuit, vt Mithridatem P.R. ſuſpectum ad bellum incitaret, quo cum veniſſet, ita Mithridatem allocutum fuiſſe dicunt, O Mithridates quæcunque tibi P.R. imperat, vel tacite exequere, vel da operam, vt illo ſuperior ſis hanc vocem à viro priuato tam libere æditam admiratus Rex, bellum aduerſus P.R. ſibi omnino ſuſcipiendum eſſe conſtituit. Reuerſus in patriam M. Pont. Prouinciam ſummo ſtudio, & ambitione depoſcebat quæ Syllæ, quia conſul eſſet, eũ decreta foret Sulpitius trib. pl. ægerrimæ tulit, & cum alias perniciosas leges tuliſſet vt.ſ. exules reuocarentur ne noui ciues, libertiniq; diſtribuerentur in tribus, hanc quoq; tulit, vt Marius aduerſus Mithridatem Ponti Regem dux crearetur, illud ſenatusq; decretũ, quo Syllæ Prouincia deſignata fuiſſe reſcinderetur qua in re cum ſeditio maxima excitaretur Sulp. Saturninũ omnibus præſtantem prædicabat, in hoc vno tantum illũ damnabat, ꝙ timidius uideretur, ſed ille tunc ſe magnanimũ oſtendit. nam trecentos milites habebat quos ἀντισυγκλήτους .i. contra ſenatores appellabat, quibus vim conſulibus Q. Pomp. & L. Syllæ huic actioni reſiſtentibus cum intuliſſet, & cum cæſo Pomp. conſulis filio genero Syllæ, & in domũ Marij Sylla confugiſſet, & idem à Mario per populum decreta fuit, qui cum legatos in caſtra ad Syllam miſiſſet, qui ſibi Imperatori deſignato caperet exercitum, indignati milites qui à cõſule ad hominem priuatum tranſituri eſſet gratidium legatum trucidauerunt. [Quis ferat militem] Ac ſi diceret quamuis milites iuſtam indignationis cauſam haberent, non tamen legatum trucidare debuerant, vt plebeſcita ſeruarent. [Scita plebis] Decreta plebis, nam plebeſcitum dicitur quod ſciuerit .i. ſtatuerit plebs. Marius in Mithridatem.

ASCEN CVm Prouincia Aſia eſſet decreta lege Sulpitia,] Id eſt à Sulpitio trib. lata C. Mario priuato, idest non fungenti officio publico, ut gereret bellum aduerſus Mithridatem Regem Ponti, milites trucidarunt gratidium legatum miſſum ab eo.ſ. Mario ad L. Syllam cõſulem cauſam legionum quas ille ad id bellum inſtruxerat, accipiendarum, ſcilicet ab illo, & ad Marium traducendarum, indignati proculdubio, idest quæres dubio caret, quòd cogerentur tranſire à ſummo imperio, uidelicet conſulari, quo fungebatur Sylla ad eum uidelicet Mariũ, qui nullo, idest non ullo non uerſaretur in ullo honori, idest magiſtratu. Sed (licet iuſta fuerit indignatio) quis ferat, idest toleret, militem corrigentem ſcita, idest decreta plebis, exitio, idest cæde legati? q. d. merito nullus, deinde muniens tranſitum ad ſequentia dicit. [Exercitus] Sup. fecit iſtud tam uiolenter pro conſule, idest proconſulis uidelicet Syllæ honore conſeruando, illud, ſcilicet quod ſequitur ſupple fecit aduerſus conſulem.ſ.Q. Pomp.

DE MILITIBVS CN. POMPEII.

QVINTVM *enim Pompeium Sylla collegam ſenatus iuſſu ad exercitum Cn. Pompeij, quem aliquandiu inuita ciuitate obtinebat, contendere auſum ambitioſi ducis illecebris corrupti milites, ſacrificare incipientem adorti, in modum hoſtiæ mactauerunt: tantumque ſcelus curia caſtris cedere ſe confeſſa, inultum habuit. *Liu. li. 77. App. lib. 1.

ASCEN QVINTVM enim Pompeium] Cn. Pompeius iuſſu Syllæ exercitum habebat in Sicilia, quam Prouinciam cum diutius tenuiſſet, quàm leges patiebantur idq; inuita ciuitate, Senatus tandem Q. Pomp. conſulem ſucceſſorem miſit qui cum ad exercitum accipiendum ueniſſet, à militibus iam à Cn. Pomp. corruptis inter ſacrificandum occiſus eſt, quòd ſcelus nec ſenatus quidem uendicauit Liu. lib. 77. Q. Pomp. inquit conſul ad capiendum à Cn. Pomp. proconſule exercitum profectus, conſilio eius occiſus eſt. [Syllæ collegam,] Scilicet in conſulatu, erant enim conſules eo anno. Q. Pomp. & Sylla. Cn. Pomp. Sunt qui dicant hunc fuiſſe Cn. Pompeium Strab. magni Pomp. patrem. [In ciuitate] Quòd diutius teneret imperium, quàm leges, & mores ciuitatis ferrent. [Ambitioſi ducis] Cn. Pompeij qui ambitione exercitum corruperat. [Sacrificare incipientem] Nil prius peractis ſacris capeſſque auſpicijs Rom. publicæ gerebant, de morte igitur exercitum accepturus ſacrificabat Q. Pomp. [Tantumque ſcelus] Laterner capit ſenatum, quem dicit non auſum fuiſſe de ſeditioſo exercitu ſumere ſupplicium. [Curia] .ſ. ſenatus confeſſus eſt ſe uinci ab armato exercitu.

ASCEN QVintum, &c.] Continuatur cum ſuperiore, fecit in quam aduerſus conſulem enim .i. quia miles corrupti illecebris, idest blanda attractione ducis ambitioſi, uidelicet Cn. Pompei magiſtratu permanere ambientis, adorti, idest inſidioſe inuadentes Q. Pompeium collegã.i. conſulem, Syllæ auſum iuſſu ſenatus, contendere.i. accedere tanquam ad ſuum. ad

exercitum Cn. Pompeij quem.ſ.Pompeius, obtinebat aliquandiu.i.à pluſculo tempore ciuitate.ſ.Romana induta, adorti dicó voleutem ſacrificare, ant auſpicato ducatum iniret, mactauerunt ſup.eum in modum hoſtiæ, quia ad aras. [Et curia].i.ſenatus habuit tantum crimen inultum, ideſt impunitum dereliquit confeſſa, ſe ſup.cedere caſtris, ideſt furori militari.

DE QVODAM EXERCITV, ET MORTE C. CARBONIS.

Ille quoque exercitus nefarie violentus, qui C.Carbonem fratrem Carbonis ter Conſulis, propter bella ciuilia diſſolutam diſciplinam militarem præfractius, & rigidius aſtringere conatum, priuauit vita, ſatiusq; duxit maximo ſcelere coinquinari, quam prauos, ac tetros mores mutare.

Oliv. Ille quoque exercitus] Hoc in Aphrica fuiſſe conijcitur, nam milites, qui in bellis ciuilibus liberius, ſolutiusque habiti fuerant, indignati, quòd à Carbone conſule arctiori, ſeueriorìq; diſciplina coercerentur, liuaque liberiori licentia inhiberentur, illum occiderunt, malueruntq; ſe imperatore carere, quàm ſolutos mores relinquere. Fuit autem hic Carbo eius Carbonis frater, qui victus à Pomp. in Sicilia morti traditus fuit, vt diximus in cap. de ingratitudine, de cuius morte paulò poſt dicturus eſt. Alij dicunt fuiſſe fratrem eius Carbonis, qui cum Carbone quem Pomp.iuſſit occidi, in curia crudeliter necatus fuerat vt in cap de cupiditate dicemus. [Ille quoque] Sicut exercitus Pomp. & Carbonis violentus fuiſſe videtur. [Nefarie] Impie, nefarium veteres dixerunt, non fatre dignum, hoc eſt à ſacris arcendum. [Diſſolutam diſciplinam] Corruptam, nam propter bella ciuilia milites, quibus imperatores, vt ſibi obſequentiores redderent, fuerant indulgentiores, facti erant diſſoluti, & impotentes. [Præfactius] Seuerius, aſperius. [Maximo ſcelere] Videlicet nece imperatoris. Tetros, fœdos, & horrendos, hinc facile conijcitur, quid faciat inueterata conſuetudo.

Carbone conſul.

Ascan Ille quoque exercitus] Sup fuit violentus nefarie.i.per nefas, quàm priuauit vita C. Carbonem fratrem Carbonis ter conſulis.i.qui ter fuit conſul, conatum aſtringere.i.arcere luxuria, & diſſolutione, præfactius.i.durius, & aſperius, & pro ideſt rigidius (quia res rigida citius frangitur, quàm flectitur) diſciplinam militarem diſſolutum propter bella ciuilia, & exercitus duxit ſatius.i.eligibilius coinquinari.i. polluі maximo ſcelere, vtpote cæde probi imperatoris, quàm mutare mores.ſ.ſuos prauos, ac tetros, ideſt turpes, & execrabiles.

DE TEMERITATE. CAP. VIII.

Temeritatis etiam ita ſubiti, vt vehementes ſunt impulſus: quorum ictibus hominum mentes concuſſæ, nec ſua pericula reſpicere, nec aliena facta iuſta æſtimatione proſequi valent.

Oliv. Temeritas quid. Temeritatis etiam ſubiti,] De temeritate dicturus, eius turpitudinem ſubijcit oculis, ut ab ea nos deterreat, eſt autem temeritas, cum aliquid ſine conſilio, & cogitatione facimus bene autem ſubiungitur ſeditioni, nam quemadmodum ſeditio ſubito concitat hominum mentes, ſic & ſubiti ſunt temeritatis impulſus. [Subiti] Quia repente nulla adhibita cogitatione rapitur temerarius ad aliquid agendum. Impulſus. [Commotiones] Agitatione.

Ascan Temeritatis, &c.] Impulſus etiam temeritatis ita ſup. ſunt ſubiti, vt vehementes, quorum.ſ.impulſum ictibus, mentes hoīum concuſſe, nec valent conſpicere pericula ſua, nec proſequi iuſta æſtimatione.i. nec iuſte æſtimare facta aliena.

DE SVPERIORE APHRICANO.

* Liu.li. 25. & Plut. in Scip.

*Qvam * enim temere ſe Aphricanus ſuperior ex Hiſpania duabus quinqueremibus ad Syphacem traiecit, in vnius Numidiæ inſidis præcordijs ſuam pariter, & patriæ ſalutem depoſiturus. Itaque exiguo momento, maxime reipub. caſus fluctuatus eſt; vtrum interfector, an captiuus Scipio Syphacis fieret.*

Oliv. Qvam enim temere ſe Aphricanus] Hęc hiſtoria notata eſt in cap. de mutatione caſus, & fortunæ. [Ex Hiſpania] Tunc erat in Hiſpania Scip. cum iam animo ad inuadendam Chartaginem adiecto, vidit plurimum momenti ad victoriam in Syphace eſſe repoſitum, quem ſibi & P.R. vt amicum faceret non dubitauit rem magno periculo aggredi, ſeque ad Regem Barbarum dubiæ fidei hominem cum duabus quinqueremibus conferre, vbi parum abfuit, quin ab hoſtibus interciperetur; quoniam eodem tempore Aſdrubal pœnorum dux ad eundem Regem ſuum curſum faciens cum quinque triremibus, Romanas naues propè circumuenit, ſed quia ſecundo vento priores Romani portum intrarunt, hoſtes in regio portu hoſtile quidquam moliri non ſunt auſi. [Fluctuatus] In diſcrimine poſitus, vel cum dubitatione agitatus. [Vtrum interfector] In diſcrimine fuit, vtrum Syphacis interfector, an captiuus futurus eſſet Scip. cum enim apud Regem eſſet, eundemque Barbarum, & infidum, facile Rex illum detinere potuiſſet captiuum, quòd ſi feciſſet à Scip. nunquam victus & in triumphum ductus fuiſſet.

Ascan Scip. temeritas. Vàm.] Ideſt quantum enim temere Aphricanus, ſcilicet Scip ſuperior, ideſt maior traiecit ex Hiſpania ad Syphacem Regem Numidiæ duabus quinqueremibus, ideſt nauis longis quinque remorum ordinibus impellendis depoſiturus, ideſt veluti depoſito crediturus, & commiſſurus ſalutem ſuam pariter, & patriæ in præcordijs, ideſt affectionibus infidis vnius Numidiæ, ſcilicet Syphacis, cum tamen Numidarum ingenia ſint varia, & infida. [Itaque] Quia id auſus eſt. caſus, ideſt dubius euentus reipub. maxime quanta tunc erat reſp. Romana momento. ſcilicet temporis exiguo fluctuatus eſt, utrum Scip. fieret interfector Syphacis, ſcilicet poſtmodum ſaltem occaſionaliter, an, ſcilicet tum captiuus Syphacis, q.d. auctor ad agendam vim temeritatis Scip. Syphacem conſultus egiſſe, ſi cœpiſſet Scipionem, quàm nunc, ubi modico tempore Rom. amicitiam amplexus, pauló poſt ab eà deſcendens captus, & in triumphum ductus eſt.

DE C. CÆSARE.

* Suet. Plu. Luc. lib. 5. & Dio. lib. 41.

*Nam * C. Cęſaris anceps conatus, & ſi cœleſtium cura protectus eſt, tamen vix ſine horrore animi referri poteſt, ſiquidem impatiens legionum tardioris à Brunduſio Apolloniam traiectus, per ſimulationem aduerſę valetudinis conuiuio egreſſus, maieſtate ſua ſeruili veſte occultata, nauiculam conſcendit e flumine, ac maris Adriatici ſęua tempeſtates fauces petijt, protinusque in altum dirigi iuſſo nauigio, multum ac diu contrarijs iactatus fluctibus, tandem neceſſitati ceſſit.*

Oliv. Nam C.Cæſaris] Plu. in vita Cæſaris, Cæſ.inquit, Apolloniæ reſidens, tibi parum copiarum, ad capeſcendam pugnam ſibi eſſe vidit, cæteraſq; copias ex Italia lente proficiſci, in ancipiti rerum conſultatione, graue, & periculoſum conſilium iniuit, nam cum multis hoſtium claſſibus mare teneretur, conſcio nemine, paruam remorum xij. ſcapham ingreſſus Brunduſium tranſire decreuit, nocte igitur clanculum ſeruili habitu aſcendens, vt ſe viliſſimum quempiam tacitus abiecit, Annio flumine nauigium ad mare uſque delatum eſt. Solet is cum matutina ſpirante aura fluctuum longe repellat, circa hoſtium tranquillus illabi. Ea vero nocte ingens ex ponto ventus proflarat, à quo extincta reſederat aura cæterum cum aduerſus procellas, & tempeſtatem acrius flumen irrumperet, ingens attollebatur ſonitus, & rapidi cõlligebant vortices, quãobrem gubernator, poſtquam nulla vi ſuperare ſperat, retrocedere ſtatuit, itaq; nautis ut remigationem permutarent, iuſſerat, ꝙ ubi perſenſit Cæſar ſeipſum deteatt apprehenſa deinde gubernatoris dextra, qui ad eius ubſtupuerat aſpectũ, perge, inquit, generoſe, perge, nec extimeſcas quidquã, Cęſarem, uehis, ac Cæſ. fortunã nauigationis comitem. Tum obliti tempeſtatis remiges innixi remis, promptiſſime fluminis impetu ſuperare contendunt, qui fruſtra conati ſunt, Cæſar multis obrutus flu-

ctibus, & in ipſo fluminis oſtio, magni ſuſceptis periculis gubernatori vt rediret inuitus admodum conceſſit. hæc Plut. Alij vero dicunt, quòd cum Cæſar videret Antonium, quem Brunduſij relictum per literas acciuerat, ſe tardius Apolloniam cum reliqua copiarum parte conferre, timens ne interciperetur à Pompeiana claſſe, cum tantam Ant. moram ferre non poſſet, nocte ſimulato morbo ſe ſubtraxit è conuiuio, & ſumpto ſeruili habitu clam omnibus ad pauperis cuiuſdam amiclæ gubernatoris caſulam venit coëgitque eum concitato ſe periculoſiſſimæ, nauigationi, cum etiam tempeſtas inſtaret. temere ſatis expoſuit, nec diſſuaderi potuit ab amicitia nauta, quo minus periculū ſubire vellet, vbi propemodum perijt. [Cœleſtium cura protectus] Quia diuina prouidentia ſeruatus ea vnde fuiſſe videtur. [Non tamen vix ſine horrore] Hoc enim aſſentatione dictum. [Tardioris traiectus] Quòd tardius legiones traijceretur ab Ant. eſt autem nomen traiectus hoc loco, & ſignificat tardioris traiectionis. [Aduerſæ valetudinis] Simulauit ſecundùm quoſdam, quòd ſtomaco non valeret, vt honeſte, & ſine ſuſpicione è conuiuio ſe ſubtraheret, huius autem ſimulatæ ægritudinis nullam prorſus mentionem facit Plut. [Fauces] Anguſtias, & oſtia, quibus fluuius in Adriaticum mare deſcendit [Nauiculum] Scapham, quam Plut. XIII. remorum fuiſſe dicit, erat autem pauperis amiclæ, de quo Luc. lib. 5. molli conſurgit amiclas. Dum dabat Algathoro, quis nam mea naufragus, inquit, Tecta petit, aut quem noſtræ fortuna coegit, Auxilium ſperare caſæ, &c.

ASCEN. NAm] Continuatiua voc. [Conatus, C. Cæſaris anceps, id eſt certi euentus, & ſi .i. quanquam protectus eſt cura cœleſti, eo quod (vt per ſolitam aſſentationem innuit) Cæſar cœlum erat auditurus, tamen vix poteſt referri ſine horrore animi. [Siquidem Cæſar impatiens tarditoris traiectus], i. traductionis legionem à Brunduſio Apolloniam .i. quas Ant. debebat traijcere à Brunduſio vrbe littorali in Italia, Apolloniam vrbem Epiri coloniam Corinthiorum, quo contra Pompeium profectus erat, egreſſus conuiuio per ſimulationem aduerſæ valetudinis, ſcilicet doloris in ſtomaco maieſtate ſua, ſcilicet imperiali occultata veſte ſeruili conſcendit è flumine nauiculam, ac petijt tempeſtate, ſcilicet ventorum ſæua, quia multum turbulenta, fauces, ideſt oſtia anguſta, & periculoſa magis Adriatici, & nauigij iuſſo protinus dirigi in altum iactatus multum ac diu fluctibus contrarijs, ceſſit tandem neceſſitati, ideſt quia vnde profectus erat redijt.

DE MILITIBVS ALBINI DVCIS.

* Oroſ. lib. 5. c. 18.

AGE, *illa * quàm execrabilis militum temeritas? fecit enim, vt Aulus Albinus nobilitate, moribus, honorum omnium conſumatione ciuis eximius, propter falſas & inanes ſuſpiciones in caſtris ab exercitu lapidibus obrueretur. quodq; acceſſionem indignationis non recipit oranti atque obſecranti duci à militibus cauſa dicendę poteſtas negata eſt.*

OLIV. AGe illa quam] Bello Latino claſſi præerat Aulus Albinus, qui crimine proditionis infamis à militibus interfectus eſt, venerat enim in ſuſpicionem, quòd Latinis prodere vellet exercitum Rom. quare adeo concitati ſunt milites, vt illum nulla adhibita cogitatione, lapidibus illico obruerent, & quod indignius fuit, oranti, atque obſecranti nulla dicendæ cauſæ poteſtatem facere voluerunt. [Nobilitate] Laudat hunc Alb. vt exaggeret temeritatem militum, qui nulla hominis dignitate nulla reuerentia à tam fœdo facinore deterreri potuerunt. [Honorum omnium conſumatione] Qui functus omnibus magiſtratibus fuerat. [Quodq; acceſſionem indignationis] Nulla maior indignatio eſſe poteſt, quàm negare defenſionem, ideo dicit indignatio non recipit acceſſionem, hoc eſt argumentum, quia augeri non poteſt, quæ ſumma eſt. [Cauſæ dicendæ] Expurgationis faciendæ.

ASCEN. AGe (adortandi voc.) quàm .i. quantum execrabilis ſup. fuit illa quæ dicetur temeritas militum? q. d. maxima. [Enim] .i. quia ipſa fecit, ut Aulus Albinus ciuis eximius nobilitate, quæ ſanguinis eſt, moribus, qui animi ſunt, & conſummatione omnium honorum? qui partim virtutis, partim fortunæ ſunt monus obrueretur lapidibus in caſtris ab exercitu, propter ſuſpiciones falſas, & inanes .i. non ſatis verisimiles, videlicet, quòd exercitum Latinis prodere putaſſet, quodq; ideſt & quod, hoc eſt, qua res, non recepit acceſſionē .i. incrementum indignationis, quia in eo erat ſummæ indignationis iuſta cauſa, poteſtas cauſæ dicendæ .i. ſui purgandi negata eſt à militibus duci oranti, atque obſecranti .i. per rem ſacram, ut eſt ſacramentum, quo obſtricti erant, aut ſacram fidem obteſtanti.

EXTERNA.

DE HANNIBALE CARTHAGINIENSE.

* Seru. libr. 3. Aen.
* Ex Aphrica profugus, inquit Põp. Mela. li. 2. c. 7.

ITAQVE * *minus miror apud trucem, & ſæuum Hannibalis animum defenſionis locum innoxio gubernatori non fuiſſe: qui à Petilia claſſe* Aphricam repetens freto appulſus, dum tam paruo ſpatio Italiam, Siciliamq; inter ſe diuiſas non credidit, veluti inſidioſum curſus rectorem interemit: poſtea diligentius inſpecta veritate, tunc abſoluit, cum eius innocentię nihil vltra ſepulchri honorem dari potuit. Igitur anguſti, atque æſtuoſi maris ex alto tumulto ſpectatrix ſtatua tam memorię Pelori, quàm Punicę temeritatis, vltra citraq; nauigantium oculis collocata, indicium eſt.*

OLIV. ITAQVE minus miror] Cum ex Italia reuocatus Hannibal ad opem laboranti patriæ ferendam veniſſet in Siciliã, quæſiuit à gubernatore, quod illud eſſet promontorium ſibi ante oculos poſitum, erat enim Pelorus mons ab ipſo gubernatore denominatus, quod cum ille dixiſſet Siciliæ promontorium eſſe, non credens Hannibal, quia ſibi perſuadere non poterat tam breui curſu in Siciliam veniſſe, ratus inſidias à gubernatore factas, illum interfecit poſtea vero certior factus Italiam breui ſpacio dirimi à Scip. pręſentia ductus, gubernatorem cum vita donare non poſſet, honore ſepulturæ donauit, qui eo loco ſepultus monti nomen impoſuit, teſte Sal. quod etiam Seru. in 3. Virg. affirmare videtur eo carmine, Et anguſti rareſcent clauſtra Pelori, qui ait promontorium eſt Siciliæ ſecūdũ Sal. à gubernatore Hannibalis illic ſepulto, qui fuerat occiſus per ignorantiam regis, cum ſe eius dolo crederet eſſe deceptum quanquam legatur, & ante Pelorum dictum fuiſſe. [A petilia] Parua urbe Calabriæ à Philoctete Pœnatis filio, & Herculis ſocio condita, teſte Seru. in 3. Aen. ſuper eo carmine, Philoctete ſubnixa petilia muro. [Freto appulſus] Mari Siculo, & proprie fretum, quia ibi ſemper ob anguſtias ferueat mare, eſt enim teſte Sal. breue illud medium, quo Sicilia abſciſſa eſt ab Italia, quę olim coniuncta fuerat, unde Virg. Hæc loca ui quondam uaſta conuulſa ruina. [Tantum æui, longinqua ualet mutare uetuſtas. Diſſiluiſſe ferunt cum protinus utraque tellus. Vna foret, uenit medio ui pontus, & undis Heſperium Siculo latus, abſcidit aruaque & urbes littore deductas anguſto interluit æſtu. Ibi etiam condita eſt ciuitas, quæ teſte Liuio ab hac ſciſſura Rhegium dicta fuit ἀρρηγνυμι quod eſt diſrumpo, & frango, unde eius deriuatiuum dicimus Rhegium, nam à Regio Gallię Ciſalpinæ oppido Rhegienſes. [Curſus rectorem] Nauigationis gubernatorem. Virg. huc curſus fuit. [Inſpecta ueritate] Vbi cognouit uera dixiſſe rectorem. [Abſoluit] Crimen inſidiarum. [Itaque anguſti, & æſtuoſi maris] Erecta, inquit Pelori ſtatua & Hannibalis ſæuitiæ, ſiue temeritatis, & cæſi innocentiæ perpetuum erat omnibus illac nauigantibus indicium, tantæque rei monumentum. [Vltra citraque] Et in Italia & in Sicilia.

ASCEN. ITaque] Cum Romani tam temere ſæuitiam exercuerit, ego minus miror locum defenſionis defuiſſe gubernatori .ſ. claſſis innoxio .i. an nullo peccanti apud Hann. trucem, & ſæuum, Qui .ſ. Han. repetens claſſe Aphricã à Petilia paruo oppido Calabrię appulſus freto .i. mari æquatum à promontorium ſup. Siciliæ, dum non credit Italiam, & Siciliam diuiſas inter ſe tam paruo ſpatio, interemit ſup. eum videlicet Pelorum veluti rectorem curſus .i. nauigationis ſeditioſum, veritate inſpecta poſtea diligentius .i. cognita, quod reuera tam parũ diſtarent, abſoluit ſup. cum tunc eũ nihil ultra potuit dari innocentiæ eius præter honorem ſepulchri, quia iam interemptus erat. Igitur (quia quod potuit fecit) ſtatua .ſ. Pelo ſpectatrix .i. ſic poſita ut ſpectatrix uideatur, quia in ueritate montis, ubi ſi Pelo uiuus, ſtaret eſſet ſpectator maris anguſti, atque æſtuoſi, quod eſt inter Siciliam &

Italiam, è tumulo, quia promontorio alto videlicet Peloro ab eo ſecundùm Sal. dicto collocata eſt oculis nauigantium vltra & citra .i. per vlteriorem, & citeriorem partem maris indicium (alij legunt collocatum vt ſit, eſt indicium collocatum .i. monomentum indicatiuum) tam memoriæ Pelori, ſcilicet gubernatoris quàm temeritatis Punicæ, videlicet Hann. ſed inuidio ſæ quæ vnius duci erat, genti aſcribitur.

DE ATHENIENSIBVS.

* Lib. 4. cap. 8. *IAM * Athenienſium ciuitas ad veſaniam vſque temeraria, quæ decem imperatores ſuos, & quidem à pulcherrima victoria veniētes capitali iudicio exceptos necauit, quòd militum corpora, ſæuitia maris interpellante, ſepulturæ mandare non potuiſſent, neceſſitatem puniens, cum honorare virtutem deberet.*

Oliv. IAM Athenienſium] Diximus in cap. de conſtantia, q. Spartano bello, quod decem imperatores Athenienſes apud Arginuſas aduerſus Lacedæmonios geſſerunt, cum poſt victoriam ea pugna nauali à prætoribus partam, ſubito coorta tempeſtas, Athen. claſſe diſiecisſet, imperatores ſuorum militum corpora, qui in ea pugna ceciderant, ſepulturæ mandare nequiuerunt, quòd cum Athenis nunciatum eſſet, inſepulta, ſcilicet iacere ſuorum militum corpora, tam furioſa temeritate in imperatores concitatus eſt populus, vt in dicta cauſa illos damnaret, legemq; ferret de ſumendo ea his ſupplicio, cum primum adiiſſent. & cum forte Demarchus eo anno Socr. eſſet. i. trib. pl. nulla ratione adduci potuit, vt tam temerariæ, & veſanæ legi conſentiret, & quia plebeſcitum fieri non poterat in iuſſu Socratis, illi per vim ſunt executi, quod iure non poterat, & benemeritis prætoribus, quibus præmium, ac triumphus debebatur, cum primum redierunt, ſumpſere ſupplicium. [Ad veſaniam vſque] Dum temeritatem exercet inſania iudicatur, vel quod eorum temeritas furioſa magis, quàm audax fuiſſe videtur. [A pulcherrima victoria] Qua apud Arginuſas de Lacedæmonijs fuerant conſecuti. [Exceptos] Damnatos. [Neceſſitatem] Quià neceſſitate compulſi corpora ſepelire nequiuerint hanc illi neceſſitatem punire maluerunt, quàm honorare virtutem, qui triumphum decernere potius debuerant prætoribus ſuis, qui ſpecioſam ea hoſte victoriam reportaſſent.

Ascen. IAm (continuatiua particula, ciuitas Athen. ſup. fuit temeraria vſque ad veſaniam, quæ necauit decem imperatores ſuos, & quidem .i. certe venientes à pulcherrima victoria, ſcilicet in bello nauali apud Arginuſas, exceptos, ſcilicet ſtatim in aduentu, damnatos iudicio capitali, quòd non potuiſſent mandare ſepulturæ corpora militum .ſ. ſuorum, qui in ea pugna ceciderunt ſæuitia .i. ſæue tempeſtate maris interpellante, ideſt impediente, puniens neceſſitatem, ſcilicet derelinquendi inſepultos, cum deberet honorare virtutem ſuperauerant.

QVANTVM VALET ERROR. CAP. IX.

TEMERITATI proximus eſt error, quemadmodum ad lædendum par, ita cui facilius quis ignorauerit, quia non ſua ſponte, ſed vanis concitatus imaginibus, culpæ ſe implicat: qui quàm late in pectoribus hominum vagetur, ſi complecti coner, vitio de quo loquor, ſim obnoxius. Paucos igitur eius lapſus referemus.

Oliv. Error à temeritate. TEMERITATI proximus eſt error,] In hac præfatione quaſi rationem affert, cum temeritati ſubiungat errorem, quia vtrunque vitium ſimile, & par eſſe videatur, quantum quidem ad læſionem pertinet. Sed hoc inter ſe diſferunt, quòd errori ignoſci poteſt, temeritati non poteſt nam quemadmodum ſponte pericula adit temeritas, ſic error ignarus culpam incurrit. [Par ad lædendum] Quia non minus lędit error, quàm temeritas. [Vanis concitatus imaginibus] Deceptus falſa imagine, dum aliud incurrit, ignatusque culpam committi. [Qui quàm late in pectoribus hominum vagetur] Si, inquit, dicere velim q̃ multipliciter homines ſe erroribus implicent, errorem ipſe committam. [Paucos lapſus] Paucos errores, nam cum omnes humana cognitione comprehendi non poſſint, paucos retuliſſe ſat erit.

Ascen. TEmeritati proximus error] Quemadmodum ſup. eſt par, ideſt eiuſdem poteſtatis, cum ea ad lædendum, ita ſup. eſt cui ignorauerit .i. ueniam dederit facilius, hoc eſt licet æque triſtem rem quis per errorem commiſerit, ac alios per temeritatem, tamen facilius erranti, quam temere agenti ignoſcatur, quia .ſ. error; hoc eſt errans implicat ſe culpæ, non ſua ſponte .i. dedita opera, & certa ſcientia, ſed concitatus imaginibus varijs .i. falſis. Qui ſ. error, quàm .i. quantum late vagetur in pectoribus hominum, ſi coner complecti, ego ſim obnoxius .i. illaqueatus vitio .ſ. erroris, de quo loquor .i. igitur quia non omnes poſſumus nos referemus paucos lapſus eius.

DE ERRORE P. R. IN C. ELVIVM.

* Plut. in Cæſ. Sue. Dionyſ. lib. 44. App. lib. 2. *CAIVS * Eluius Cinna trib. pl. ex funere C. Cęſaris domum ſuam petens, populi manibus diſcerptus eſt pro Cornelio Cinna, in quem ſęuire ſe exiſtimabat. iratus ei, quòd cum affinis eſſet Cęſaris, aduerſus eum nefarie raptum, impiam pro roſtris orationem habuiſſet, eoque errore propulſus eſt, ut caput Eluij perinde atque Cornelij circa rogum Cęſaris, fixum iaculo ferret, officij ſui, & alieni erroris piaculum miſerabile.*

Oliv. CAius Eluius Cinna] Cęſo in ſenato Iulio Cæſ. populus vehementer concitatus, primo per interfectores habita concione, aliquantiſper lenitus eſt, poſtea vero aperto Cæſ. teſtamento poſtquam ampla Romanis legata eſſe viritim compertum eſt, ac delatum per forum corpus vulneribus deforme apparuit, ſic exacerbati ſunt animi, ſic aduerſus interfectores irritati, ut nulla ratione contineri poſſent, inſtigante inſuper Ant. & eos ad vltionem exhortante. Itaq; congeſtis ſucenſiſq; circa cadauer ea foro gradibus ſubſellijs, trapezis, concremarunt, exceptis, ex medio rogo incenſis ſtipitibus ad percuſſorum domos ut eas incendio vaſtarent percurrebant, alij per omnes urbis uicos, ut captos diſcerperent, magna cum indignatione comminabant ex quibus tamen in nullum inciderunt, quia in tuto clauſiſe continebant. Cinna vero Cæſ. ęqualis, cū à decorando Cæſ funere domum ſe reciperet, in furioſam multitudinem incidit, qui exiſtimantes Corn. Cinnam eſſe, qui Cæſ. affinis aduerſus eum fuerat concionatus, errore decepti trucidarunt, eiuſq; caput haſtæ infixum circa Cæſ. rogum tanquam infeſtas detulerunt Plut. in uita Cæſ. dicit, huic Cinnæ Cęſ. uiſum in ſomnijs priori nocte, qui illum ad cœnam inuitaret, & cum recuſaret, inuitum, & reluctantem ab eo manu fuiſſe pertractum, tum etiam dicit illum eo tempore febri laboraſſe. [Diſcerptus] Dilaceratus. [Impiam orationem] Quia dixerat in concione iure cęſum fuiſſe Cęſ. hoc autem fecerat, ut iratum populum ſua oratione leniret. [Seditionemque ſedarunt officij ſui] Quod Cæſ. in celebrando eius funere præſtiterat, nam inde à pompa redibat.

Ascen. CAius Eluius Cinna trib. pl. petens domum ſuam ex funere,] id eſt poſt peractum funus C. Cæſ. ſcilicet Iulij diſcerptus eſt .i. in multa fruſtra dilaniatus manibus P. ſ. R. pro Cornelio Cinna, ideſt loco Cornelij Cinnæ, hoc eſt à populo per errorem credente eum eſſe Cornelium Cinnam, cū eſſet Eluius in quem .ſ. Cornelium Cinnam populus exiſtimabat ſe ſęuire cū ſęuiret in Eluium iratus ei, ſcilicet Corn. quòd cum eſſet affinis. Cęſaris, habuiſſet pro roſtris .i. ante roſtra. [Impiam orationem aduerſus eū] .i. Cęſ. dixerat enim Corn. iure cæſum, raptum .i. correptum mortem nefarie .i. deteſtande ſecundùm iudicium Valerij, ſecundùm Cicer. & multorū aliorum iuſtiſsime. [Non ergo eodem die cędes, & funus fiebat, quia facta cæde Corn. Cinna contra Cęſ. orauerat, & cum funus fieret. Eluius illi interfuerat, ut amicus eius, & populus propulſus eſt eo errore, ut ferret caput Eluij .ſ. Cinnę perinde atque .i. tanquam eſſet Corn. ſ. circa rogum Cęſ. fixum .i. affixum iaculo. O ſup. piaculum miſerabile officij ſui .i. debiti in Cęſ. fecit enim id populus officioſius in Cęſ. in eius obſequium præſtare putabat, & errores alieni .i. commiſſi in Eluium, cum in Cornelium ſęuire putaret, Aut ſui .ſ. Eluij, qui meritum Cęſ.

impendis

impendit officium aſſiſtendo eius funeri, & erroris populum eum per errorem pro Corn. occidentis.

DE C. CASSIO.

*Lib. 9. cap. 1.

N*AM * C. Caſſium error à ſemetipſo pœnas exigere coegit. Inter illum enim pugnę quatuor exercituum apud Philippos varium, ipſiq; ducibus ignotum euentum, iuſſus ab eo Titinius centurio nocturno tempore, vt ſpecularetur, quoniam in ſtatu res M. Bruti eſſent: dum crebros exceſſus vię petit, quia tenebrarum obſcuritas hoſtes, ne an commilitones occurrerent, dignoſcere non ſinebat, tardius ad Caſſium redijt. Quem is exceptum ab hoſtibus, omniaq; in eorum poteſtatem recidiſſe exiſtimans, finire vitam properauit, cum & caſtra hoſtium inuicem capta, & Bruti copiæ magna ex parte incolumes eſſent.*

OLIV. NAM Caium Caſſium] Relata eſt hiſtoria hæc lib. 7. cap. de fiducia, ſeruorum exemplum Pindarus, ibi ergo quærenda eſt ne toties repetatur. [A ſemetipſo] Quia non alieno errore cæſus, ſed ſua ipſius falſa opinione deceptus, ſibi ipſi mortem intulit, deſperatione rerum, cum exiſtimaret eandem collegæ fortunam eſſe, quę fuerat ſua, quanquam Brutus iam Cæſaris caſtra cepiſſet, eademq; diripuiſſet. [Quatuor exercituum, ducum] .ſ. Bruti & Caſ. & totidem Octauij & Ant. [Varium euentum] Bene varium, quia ex altero Ant. & econtra Caſ. & Octauius victi. [Crebros exceſſus] Crebra diuerticula, nam cum tenebræ fuiſſent obortæ centurio ſe occurrentibus, perire non audebat, ignorans, hoſtes ne eſſent, an commilitones amici, itaq; ſæpius diuertebat è via. [Exceptum] inſidijs, circumuentum, & ab hoſtibus captum.

ASCEN. NAm error coegit C. Caſ. exigere pœnas,] Scilicet Interfecti Cæſ. à ſemetipſo, quia ſeipſum occidit credens per errorem Brutum, qui vicerant ſuccubuiſſe. [Enim] idest quia Titinius (verius, quàm Cyneus, aut Timeus] Centurio miſſus ab eo tempore nocturno inter illum euentum quatuor exercituum, ſcilicet Octauiani & Antonij ex vna parte, & Caſſij, & Bruti ex altera, apud Phil. varium quia ex vtraque parte vnus ducum vicerat, & alter ſuccubuerat, vicerant enim Brut. & Ant. ſuccubuerunt Oct. & Caſ. & ignotum ipſis ducibus .ſ. victis Caſſio, & Octauio, miſſus inquam vt ſpecularetur in quonam ſtatu res M. Bruti eſſent dum, ſcilicet centurio petit crebro exceſſus viæ, quia obſcuritas tenebrarum non ſinebat dignoſcere, ne .i. an hoſtes, an commilitones occurrerent redijt tardius, ſcilicet quàm Caſ. ſperabat ad Caſſium, Quem .ſ. Centurionem Titinium, is .ſ. Caſſius exiſtimans exceptum ab hoſtibus, & omnia recidiſſe in poteſtatem eorum, videlicet hoſtium properauit finire vitam, ſunt qui dicant hallucinatum putaſſe ſuos eſſe hoſtes, & ita ſibi necem properaſſe, cum & caſtra hoſtium, ſcilicet Octauianorum erant capta inuicem, id eſt econtratio, ſicut caſtra eius ab Antonio capta fuerant, & copiæ Bruti eſſent incolumes magna ex parte. Brutus tamen quoque nihilominus ſibi lætum conſciuit.

DE TITINIO CENTVRIONE.

* Plut. in Brut. & App. lib. 4.

T*ITINII * vero non obliteranda ſilentio virtus, qui oculis paulisper hæſit, inopinato iacentis ducis ſpectaculo attonitus, deinde profuſus in lacrymas, & ſi imprudens, inquit, imperator cauſa tibi mortis fui, tamen ne idipſum impunitum ſit accipe me fati tui comitem, ſuperq; exanime corpus eius iugulo ſuo gladium capulo tenus demiſit, ac permiſſo vtriuſque ſanguine, duplex victima iacuit, pietatis hęc, erroris illa.*

OLIV. Tinei pietas in Caſ. TINEI vero non obliteranda] Laudat Tinei, ſiue Titinei (ut Plut. dicit) fidem, & amicitiam, qui cum in caſtra redijſſet ad Caſſium victoriæ corona redimitus, ubi comperit exploratu, & amicorum ſeſe affligentium, quæſtibus & vulatibus, Caſſium ignorantiæ errore deceptum mortem oppetiſſe, dolore nimio percitus, educto enſe multa prius in ſuā tarditatem inuectus ſeipſum transfixit. [Obliteranda ſilentio] Prætereunda virtus. [Imprudens] Quia non præuidi tarditatem meam tibi rerum deſperationem allaturam, & tuæ mortis cauſam eſſe futuram. [Capulo tenus] Vſque ad capulum, Virg. Et capulotenus abdidit enſem, eſt autem capulus enſis manubrium à capiendo dictus. [Duplex victima] Caſſius, & Titinius tanquam duæ victimę ante aras iugulatæ.

ASCEN. TItinius, &c.] Per incidentiam addit, exemplum uirtutis, & pietatis in Titinio Centurione, qui quia non occidit ſe per errorem, ſed ob pietatem, non eſſet huius loci exemplum, niſi occaſio necis eius ex errore nata eſſet. Ordo eſt. Vero .i. ſed uirtus Titinij (ſicut dixi melius quàm Cynei, aut Timei legitur) non ſup. eſt obliteranda, idest delenda ſilentio, qui hæſit .i. fixa ſtetit, paulisper, idest per paulum temporis, attonitus .i. ſtupefactus quaſi tonitru percuſſus inopinato ſpectaculo ducis iacētis, ſcilicet à ſe interempti, uidelicet Caſſi, deinde profuſus in lacbrymas, inquit, ô imperator etſi .i. quanquam imprudens fui tibi cauſa necis, tamen ne idipſum, ſcilicet fuiſſe cauſam necis, etiam per imprudentiam ſit impunitum, accipe me comitem fati tui, idest mortis tuæ, & dimiſit .i. deorſum mittendo inſixit iugulo ſuo gladium capulotenus, idest vſque ad capulum, hoc eſt manubrium, quo manutenetur, & capitur, ſuper corpus eius, ſcilicet imperatoris exanime, idest mortuum, carens anima, ac duplex uictima iacuit .ſ. C. Cæſari hæc .ſ. proxime dicta uidelicet Titinij pietatis, illa .ſ. Caſsij errore, & hoc ſanguine utriuſque permiſto.

DE SATELLITIBVS REGIS VEIENTVM.

* Cicer. Philipp. & Liu. lib. 4.

C*ÆTERVM * falſa opinatio, neſcio an præcipuam iniuriam Lartis Tolumnij Veientum regis penatibus intulerit. nam, cum in teſſerarum proſpero iactu per iocum colluſori dixiſſet, occide, & forte legati Romanorum interueniſſet, ſatellites eius errore vocis impulſi, interficiendo legatos, luſum ad Imperium tranſtulerunt.*

OLIV. Veterēs Rom. legatos uiolarūt. CÆTERVM falſa opinatio] Error iſte principium habuit à re iocoſa, ſed crudelē exitum, cum enim Lartes Tolumnius Veientum rex taxillis forte luderet, ſuperuenerunt legati Romani pacis conditiones afferentes, tunc rex proſperum habens iactum, per iocum in colluſorem magna uoce clamauit, occide miniſtri aſtantes errore decepti exiſtimarunt imperari ſibi, ut legatos occiderent, & ita illi tanquam Regis imperium exequentes, legatos occiderunt. Liuius tamen dicit non errorem fuiſſe, ſed fraudem, & hoc à rege fictum, ut ſe purgaret, & ſub lauds ſimulatione clamaſſe, occide. [Falſa opinatio] Quòd falſo opinati fuerint ſatellites imperari ſibi, ut legatos occiderent. [Penatibus] Nam violatum iuſgentium, uiolata & hoſpitij iura fuiſſe uidentur, cū legatis regia uis fuerit illata. [Legati Romanorum] Quos quatuor fuiſſe dicit Cic. Philip. lib. 9. addit inſuper, quòd illorum ſtatuæ ad ſuum uſque tempus ſteterant in roſtris, fuerant autem miſſi legati, ut agerent de pace cum rege. [Luſum ad imperium] Quod per luſus Rex dixerat, ille imperatum ſibi eſſe crediderunt.

ASCEN. CÆterum] .i. ſed neſcio an opinatio (ſic melius quàm opinio) falſa eſt, idest erronea ſatellitum (ſi tamen palliata non fuit) intulerit penatibus Lartis Tolumnij (nominatiuus eſt Larlartis, non laertes) Regis Veientum præcipuam iniuriam, non quam accepit, ſed quam intulit, nam cum dixiſſet per iocum colluſori, idest ei cum quo ludebat in proſpero iactu teſſerarum, idest illius inſtrumenti luſorij ſcaxogularis, occide, ſcilicet ſi potes, hoc eſt uince hunc iactum (quæ uox frequenter proferatur in ludo latrunculorum, ſeu ut uulgo dicunt ſcacorum, nam licet corrupta uoce, macto dicunt, aut mactus ſopes, cum amplius nil poſsis, & legati Rom. ueniſſent, ſcilicet de pace actum, forte .i. à caſu (caſuale enim erat, quòd eo tempore, quo id dixerat. Niſi ut Liuius ſuſpicatur, compoſito fecerit) ſatellites eius .ſ. Tolumnij impulſi errore uocis, tranſtulerunt interficiendo legatos, luſum, idest quod rex per luſum dixerat ad imperium, idest tanquam ſibi imperatum eſſet ſerio, ut legatos occiderunt. Quam uero ſimilius fuiſſet, ſi aut plures colluſores fuiſſent, & ad eos dixiſſet occidite, aut vnus tantum ſatelles, qui ad ſe dictum interpreteretur, occide, non enim quadrat, ut pluribus dicatur occide.

DE VLTIONE. CAP. X.

VLTIONIS *autem quemadmodum acres ita, iuſti aculei ſunt: qui laceſſiti concitantur, acceptum dolorem penſare cupientes, quos latius complecti non attinet.*

OLIV. Vltioni adhibendus modus.

VLTIONIS autem] Vltionem dicit etſi iuſtam, non tamen ſemper eſſe de inimico ſumendam, quia graues plerunque animi perturbationes, atque dolores concitent; glorioſum autem eſt viro forti nolle, cum poſſit de accepta iniuria ſumere vltionem, quod Cæſari obtigiſſe dicit Cic. in oratione pro M. Marcello Animum, inquit, vincere, Iram cohibere, victum temperare, Aduerſarium nobilitate, ingenio, virtute, præſtantem, non modo extollere iacentem; ſed etiam amplificare eius priſtinam dignitatem. hæc qui faciat; non ego cum ſummis viris comparo, ſed Deo ſimillimum iudico, hoc ideo dicit quia difficile ſit homini acceptam iniuriam remittere, quod non ſemper faciendum eſt, nec impunitate maior creſcat peccandi licentia, nam, vt inquit Cic. ad ſeruandam iuſtitiam non ſatis eſt eum, qui laceſſerit iniuriæ ſuę pœnitere, vt & ipſe, ne quid tale poſthac committat, & cæteri ſint ad iniuriam tardiores, cui tamen rei aduerſatur Chriſtiana religio; quæ iniuriam ſemper remittendam eſſe iubet. [Iuſti aculei] Iuſti ſtimuli, & irritamenta, hoc iuxta Philoſophorum ſententiam, qui dicunt iure nos poſſe ac debere acceptam iniuriam vlciſci, quod vera religio negat. [Penſare] Vlciſcendo, ſcilicet vicem doloris rependere.

ASCEN. VLtionis] Actitius de vltione primo comparat eam ad ſuperiores affectiones, quæ iniquę ſunt dicens. [Autem] .i. ſed aculei, ideſt ſtimuli vltionis quemadmodum ſup. ſunt acres .i. vehementes & acerbi, ita ſup. ſunt iuſti, qui concitantur, ideſt commouentur, laceſſiti .i. prouocati per iniuriam cupiētes penſare .i. compēſare, aut rependere dolorem acceptum ſ. ex iniuria illata, quos .ſ. ſtimulos, non attinet ad inſtitutum præſentis operis complecti .i. proſequi latius .i. longiore proloquio, aut multis exemplis; aut non decet extendere, ſed retrahere.

DE TVSCVLANIS.

* Flauius Li. lib. 8.

TRIBVNVS *plebis M.* * *Fuluius ad populum de Tuſculanis retulit, quòd eorum conſilio Veliternos, Priuernateſque rebellaturos diceret: qui cum coniugibus, ac liberis ſqualore obſiti, cum ſupplices Romam veniſſent, accidit, vt reliquis tribubus ſalutarem ſententiam ſecutis, ſola Pollia iudicaret, oportere publice eos verberatos ſecuri percuti, imbellem multitudinem ſub corona venire: quam ob cauſam Popilia tribus, in qua plurimum poſtea Tuſculani in ciuitatem recepti potuerunt, neminem vnquam candidatum Polliæ tribus fecit magiſtratum, ne ad eam vllus honor ſuis ſuffragijs perueniret, quæ illis vitam, ac libertatem, quantum in ipſa fuit, ademerat: illam vero vltionem & ſenatus, & conſenſus omnium approbauit.*

OLIV. TRIBVNVS plebeis M. Fuluius] Tuſc. auctores fuerant, vt Veliterni & Priuernates à Romanis deficerent, eisq; rebellarent, quibus deinde domitis M. Ful. trib. pl. tulit ad populum, quid de Tuſc. fieri videretur, qui defectionis fuiſſent auctores. Tuſcul. audita rogatione, cum liberis, & coniugibus ſqualore obſiti, & ſupplices Romam venerunt, à populo iniurię veniā miſerabiliter petentes cętera tribus miſericordia commotæ ſententiam ſalutarē ſecutæ ſunt, ſola tribus Popilia damnauit, eosq; virgis cædendos, ac ſecuri percutiendos, atque omnem turbam imbellem ſub haſta vendendam eſſe iudicauit. Tuſcul. poſtea ciuitate donati conſule Camillo, vt diximus lib. 8. cap. 3. memores iniuriæ à Popilia tribu receptæ, neminem vnquam ex ea tribu ſuis ſuffragijs magiſtratum ad vllum prouehere voluerunt. [Retulit] Fertur in ſenatu refertur ad populū eſt autem referre, quod nunc princeps noſtri Veneti partem ponere dicunt. [Squalore obſiti] Sordibus, & immunditia, ac pallore circundati, atra, & lugubri veſte induti more ſupplicium.

Popilia tribus.

[Imbellem multitudinem] Senes pueros, & fœminas. [Sub corona venire] Vt coronati publice venderentur, ſic enim apud maiores mancipia vendebantur, & præſertim homines, & equi. Cato in oratione quadam Satius, eſt inquit, vt P.R. in capitolium potius ſupplicatum erat, quàm coronatus venerat. [Vitam]. Quòd viros ſecuri damnauit. [Libertatem] Quòd imbellem turbam ſub corona vendendam indicauit. [Illam vero vltionem] Senatus, inquit, & P.R. vltionem, de qua dicturi ſumus, tacendo comprobauit, quia nullam de illa quæſtionem habere, nec querelam facere voluit.

ASCEN. TRibunus plebis M. Fuluius retulit ad populum] .i. ad conſultationem, & iudicium populi de Tuſc. .i. quid cenſeret de eis faciendum, q; diceret Veliternos, & Priuernates rebellaturus, conſilio eorum .ſ. Tuſc. qui .ſ. Tuſc. cum veniſſent Romam cum coniugibus, ac liberis obſiti ſqualore, ut qui ad miſerationem mouere uolebant; accidit, ut reliquis tribubus ſecutis .i. cum reliquæ tribus ſecutæ eſſent ſententiā ſalutarem .ſ. ad abſolutione Tuſculanorum, eo q; non ſatis conſtaret fides criminationis, ſola Pollia ſup. tribus iudicaret oportere eos uerberatos pub. percuti ſecuri. [Et multitudinem imbellem] Et ita expertem conſilij uenire .i. uendi ſub corona .i. ſub haſta plurimum offerenti. [Ob quam cauſam tribus Pollia] (Sunt tamen, qui falſo popilia legant) in qua .ſ. tribu Tuſculani recepti poſtea in ciuitatem .i. dona in ciuitate potuerunt plurimum, quia plurimi erant ad eam redacti, & ita multa habuerant in ea ſuffragia, neminem pro non aliquem fecit unquam candidatum. [Polliæ tribus] i. pectorem magiſtratus ne ullus honor perueniret ad ea i tribū Pulliam ſuffragijs ſuis uidelicet Tuſc. quę .ſ. tribus Pollia ademerat illis .ſ. Tuſc. uitam .ſ. in adultis, & armipotentibus & libertatem .ſ. imbelli multitudini, quantum fuit in ipſa, vero, i. ſed, & ſenatus, conſenſus omnium approbauit ſaltem per diſſimulationem illam ultionem tanquam iuſtam.

DE CIVIBVS ROMANIS.

CVM * *Adrianus ciues Romanos, qui Vticæ conſiſtebant, ſordido imperio vexaſſet, ideircoq; ab his viuus eſſet exuſtus, nec quæſtio vlla in vrbe hac de re habita, nec querela verſata eſt.*

* Cice. Ver. 3. & 7. Li. lib. 86. Oroſe. li. 5. c. 19 & Aſc. OLIV.

CVM Adrianus] Hic urbis præfectus cum ciues Romanos, qui Vticæ negociabantur, aut alia de cauſa locum iſtum habitabant, tyrannice, & crudeliter nimis haberet. Quippe quos ſeruilibus operibus adigeret, ab illis uiuus concrematus eſt, quia tantam ſeruitutem ferre non poſſent. Romę nulla de re tanta quæſtio, nulla querela facta eſt, ex quo facile comprehendi potuit, ſenatum ultionem illam comprobaſſe. [Adrianus] Qui ut quidam dicunt, erat Vticæ prætor. [Sordido imperio] Quia illos ſeruilibus operibus adhibebat.

ASCEN. CVm etiam Adrianus] .ſ. præfectus vrbis apud Vticam agens, uexaſſet ciues Rom. qui conſiſtebant Vticæ, ideſt in ea urbe Prouinciæ Aphricanæ, imperio ſordido, ideſt auaro, & hominibus liberis indigno, & eſſet exuſtus ab eis, ſcilicet ciuibus Romanis uiuus ideirco .i. propter ſordidum imperium, nec ulla quæſtio .i. inquiſitio habita eſt in urbe .ſ. Rom. de hac re, nec querela eſt uerſata .i. agitata populo, aut patribus, tanquam indigna, de qua quæſtio fieret.

EXTERNA.

DE REGINA TOMYRI, ET BERONICA.

CLARAE *vltionis vtraque Regina, & Tomyris, quæ caput Cyri abſciſſum in vtrem humano ſanguine repletum demitti iuſſit, exprobans illi inſatiabilem cruoris ſitim, ſimulq; pœnas occiſi ab eo filij ſui exigens, & Beronice, quę Laodices inſidijs interceptum ſibi filium grauiter ferens, armata currum cōſcendit perſecutaq; ſatellitem regium crudelis operis miniſtrum nomine Ceneum, quoniam haſta ne quidquam petierat, ſaxo ictū proſtrauit, ac ſuper eius corpus, actis equis inter infeſta cōtrarię partis agmina ad modum, in qua interfecti pueri corpus occultari arbitrabatur, perrexit.*

CLA-

Olsv. CLARAE vltionis vtroque regina] Duarum reginarum exempla proponit, quarum vtraque grauiſſimam de inimicis ſumpſit vltionem primum exemplum eſt Thamyris Scitarũ reginæ, de qua ſic breuiter Iuſt. lib. 1. Cyrus, inquit,
Thamyris vltra mortem filij Gyri interitus. ſubacta Aſia, & vniuerſo oriẽte in poteſtatem redacto, Scythis bellum intulit, erat autem eo tempore Scytharum regina Thamyris, quæ non muliebriter aduentu hoſtium territa, cum prohibere eos poſſet, vadum Araxis fluminis tranſire permiſit, & ſibi feliciorem pugnã inter regni ſui terminos rata, & hoſtibus obiectu fluminis fugam difficiliorem. Itaque Cyrus traiectis copijs, cum aliquandiſper in Scythiam proceſſiſſet caſtrametatus eſt, deinde poſtera die cum ſimulato metu, & quaſi refugiẽs caſtra deſeruiſſet, vinum affatim, & ea, quæ erant epulis neceſſaria reliquit, quod cum nunciatum eſſet reginæ adoleſcentulũ filiũ ad inſequendum eum cum tertia parte copiarum mittit. Cumq; ventum ad Cyri caſtra eſſet, ignarus rei militaris adoleſcens, veluti ad epulas, non ad prœlium veniſſet, omiſſis hoſtibus inſuetos barbaros vino onerare ſe patitur, priusq; Scythe ebrietate, quàm bello vincuntur, nam cognitis his Cyrus reuerſus per noctem ſaucios opprimit omnesq; Scythas cum reginæ filio interficit. Amiſſo tanto exercitu, & quod grauius dolendum vnico filio Thamyris, orbitatis dolorem non in lachrymas effundit, ſed in vltionis ſolatio intendit, hoſteſq; recenti victoria exultantes, pari inſidiarum fraude circundedit. Quippe ſimulata diffidentia propter vulnus exceptum refugiens Cyrum ad vſque anguſtias perduxit, ibi compoſitis in montibus inſidijs ducenta millia Perſarum cũ ipſo rege trucidauit, in qua victoria etiam illud memorabile fuit, quòd ne nũcius tantæ cladis quidem ſuperfuit, caput Cyri amputatum in vtrem humano ſanguine repletum conijci regina iubet, cũ hac exprobatione crudelitatis Satia te ſanguine, inquit, quem ſitiſti, cuiuſque inſatiabilis ſemper fuiſti. [Sitim] Cupiditatem, quia ſatiari non poteſt. [Thamyris] Hæc regina fuit Scytharum maſſagetarũ, de quâ multa tradit Herodotus. [Et Pherenice] Pherenice, cui & Laodice nomen fuit Mithridatis ſuperioris regis Ponti, eius qui cum Romanis aduerſus Ariſtonicũ paulo ante bellum geſſerat, repentinaq; morte ſubtractus fuerat filia, Mithridatis vero regis ſecũdi, & hoſtis P. R. ſoror Ariarati Cappadociæ regi nupſit, quem per Gordiũ inſidijs Mithridatis ipſius Pherenices frater interfici iuſſit, mortuo Ariaratæ, filij duo ſuperſtites fuerunt, cũ igitur Nicomedes Bithyniæ rex Cappadociã cæde regis quaſi vacuam occupaſſet, Mithridates regni auidus ficta pietate, ut nepotes in paternum regnum reſtitueret, arma aduerſus Nicomedem ſumpſit, ſed ubi cõperit Laodicem, ſiue Pherenicem ſororem Nicomedi nupſiſſe, ſimulata pietas in veram conuertitur, quare pulſo ex Cappadocia Nicomede, Ariarati, qui maior natu erat paternum regnum reddidit, quem deinde autẽ ita multo poſt facti pœnitens occidit, cum vero minor alter, qui & ipſe Ariarathes dictus eſt, ab amicis ex Aſia reuocatus regnare uideretur, ipſe quoque eiuſdẽ, vt vulgo creditur Mithridatis opera, per inſidias trucidatur, cuius cædis dolore percita mater, iunctis iugalibus equis, oblita ſexus, arma corripuit, nec prius præcipitem. Cenæum regis ſatellitem perſequi deſtitit, quàm eũ cum haſta nequiſſet, ſaxa proſtrauit, ſuperq; iacentis cadauer indignabunda currum egit, & inter hoſtilia tela, nullo fratris, qui tunc hoſtis erat, timore percuſſa, domum, in quam eius pueri corpus ſeruari putabat, irrupit, eiq; maternas lacrymas, & funeris officiũ præſtitit. [Infeſta agmina] Hoſtilia fratris agmina.

Ascen. CLaræ vltionis] ſ. actiuæ ſup. fuit. i. claram vltionem fecit, vtraq; regina ſ. Tomyris (quod potius dicam quàm Thamiris) regina Scythiæ, quæ iuſſit caput Cyri regis Perſarum, abſciſſum. ſ. poſtquam callide victus erat, demitti in vtrẽ. i. ſaccum ex corio repletum ſanguine humano, exprobans illi. ſ. Cyro inſatiabilem ſitim cruoris, dicens ſatiare ſanguine, quem ſitiſti, ſimulq; exigens ab eo pœnas filio occiſi. ſ. reginæ occiſi ab eo. ſ. Cyro [Et Pherenice]. ſ. regina Ponti, vxor Mithridati, regis, & filia, & ſoror, vt Oliu. declarat, quinetiam mater, vnde beatiſſima à Plinio prædicatur, quæ. ſ. Pherenice, &. i. etiam ſup. dicta eſt Laodice, (Sic Oliu. ſentit tamen probat aliorum lectionem quæ eſt Pherenice, quæ & Laodices, &c. vt ſit inſidijs Laodices grauiter ferens filium. ſ. ſuum, Ariaratem minorem interceptum ſibi inſidijs ſ. fratris ſui Mithridates, conſcendit currũ armata, & proſecuta ſatellitem regiũ. i. à Mithridate, qui ſe pro ſe gerebant, miſſum miniſtrum crudelis operis. i. interfectionis veri hæredis regni, nomine Cenæum. i. qui miniſter dicebatur Cenæus, proſtrauit ſup. eum ictum ſaxo, quoniam petierat. i. inuaſerat ſup. eum nequicquam. i. fruſtra haſta, quia non poterat eum pertingere, ac equis. ſ. currum trahentibus actis ſuper corpus eius. ſ. Cenæi, perrexit ad domum, vnde licet appropriatis præpoſitionem ſubdere, in qua arbitrabatur corpus pueri interfectum occultari, perrexit dico inter agmina conitatiæ partis. ſ. fratris, à quo ſatelles ille ſubmiſſus fuerat infeſta. i. ita inſtructa, vt ui ui inferrent occurſuris.

DE MORTE IASONIS.

*IASONEM * Theſſalum Perſarum regi bellum inferre parãtem, an ſatis iuſta vltio abſumpſerit ambiguæ æſtimationis eſt. Taxillo enim Gymnaſiarcho à quibuſdã iuuenibus pulſatum ſe cõqueſto permiſit, vt aut tricenas ab his dragmas exigeret, aut denas plagas ſingulis imponeret. quo poſteriore uindicta vſo, qui vapulauerant Iaſonem interfecerunt, animi non corporis dolore pœnæ modum æſtimantes. Cæterum paruo irritamento ingenui pudoris maximæ rei expectatio ſubruta eſt, quoniam opinione Græciæ tantum in ſpe Iaſonis, quantum in effectu Alexandri reponebatur.* *Her. li. 1. & Iuſt. lib. 5.

IASONEM Theſſalum] Hic Iaſon Theſſalorũ rex apud omnes maximi nominis, & æſtimationis fuit adeo, vt nemo dubitaret, quin Perſarum regem fuiſſet ſubacturus, niſi antea fuiſſet interceptus, quàm Perſis, quod inſtituerat, bellum inferret. nam ſic re ita accidit, vt Thaſilius gymnaſiarchus, qui à rege in delitijs quodammodo habebatur, à laſciuia quadã iuuentute pulſaretur, qui vbi ad regem querelam detulit, rex datum vltionũ illi optionem dedit, vt vel à ſingulis iuuenibus, à quibus pulſatus fuerat 30. dragmas exigeret, vel decem ſingulis plagis infligeret, quod poſtremum vltionis genus maluit, & ita ingenuos adoleſcentes ſeruilibus plagis affecit, quod illi grauiter ferẽtes in regem à quo pulſationis iniuriam accepiſſe exiſtimabant, vltionis iram cõuerterunt, & nimio dolore commoti regẽ obtruncarunt, incertum eſt, inquit, an iuſta fuerit horum adoleſcentium vindicta, an crudelis, qui ex parua cauſa tantũ regem ſuſtulerunt. [Gymnaſiarcho] Principi Gymnaſij. [Animi non corporis dolore] Adoleſcentes inquit, non dolore, quem ex plagis ſenſerãt, ſed pudore quodam commoti, ignominioſam iniuriã ferre non potuerit. [Cæterum paruo irritamento] Magna, inquit, expectatione Græcia tota fruſtrata eſt, quæ hunc Iaſonẽ non minus quàm Alex. Perſas aliquando ſuperaturum ſperabat. [Maximæ rei expectatio] Vt Perſas, totumq; orientẽ ſubigeret. Oliv. Iaſon.

Ascen. IAſonem, &c.] Ambiguæ æſtimationis eſt, an vltio ſatis iuſta abſumpſerit. i. de medio uiuentium ſuſtulerit Iaſonẽ Theſſalum, non quidem argonautarum principem, ſed alterum qui multo poſt qui natus eſt parãtẽ inferre regi Perſarũ bellum. [Enim. i. quia ipſe permiſit Taſſilio (ſunt qui Taxillo ſcribant) Gymnaſiarcho. i. principi Gymnaſij, cõqueſto ſe pulſatũ à quibuſdã iuuenibus, vt aut exigeret ab ijs dragmas tricẽnas. i. à ſingulis 30. aut imponeret. i. infligeret ſingulis denas plagas. i. ictus quo. ſ. Taſſilio uſo poſteriore uindicta. i. plagas inferente, ſup. iuuenes, qui vapulauerãt. i. percuſſi fuerant, interfecerũt Iaſonem. ſ. regem ſuum, æſtimantes. i. appreciantes & penſitantes modum. i. menſuram pœnæ dolore animi. i. illata animis iniuria non dolore corporis. [Cæterum] i. ſed expectatio maximæ rei, videlicet victoriæ de Perſis Iaſonem obtinendæ, ſubrupta. i. ſubuerſa eſt, paruo irritamẽto pudoris ingenui. i. afflictione decem plagarum. dicit maximæ rei. (Et eſt Antitheſis honeſta) quoniam tñ reponebatur in ſpe Iaſonis. ſ. habita de Iaſone, quãtum in effectu Alex. ſ. magni, quia iam Perſidem, & omnes circumiacentes nationes vſque ad Indos ſuperauerat, opiniones Græciæ idest, ſecundum opinionem, quàm Græcia de Iaſone conceperat.

DICTA IMPROBA, AVT FACTA SCELERATA. Cap. XI.

DE TVLLIA.

*NVNC quatenus * vitæ humanæ, tum bona, tum etiam mala ſubſtitutis exemplorum imaginibus proſequimur, dicta improba, & facta ſcelerata referantur: vnde autem potius quàm à Tullia ordiar? quia tempore vetuſtiſſimum,* *Liu. li. 1. & Dio. lib. 4.

ſtiſſimum, conſcientia nefarium, voce monſtri ſimile exemplum eſt. Cum carpento veheretur, & is qui iumenta agebat ſucceſſis frenis conſtitiſſet, repentinę moræ cauſam requiſiuit, & vt comperit corpus patris Seruij Tullij occiſi ibi iacere, ſupra id duci vehiculum iuſſit, quo celerius in complexum interfectoris eius Tarquinij veniret. Qua tam impia, tamq; probroſa feſtinatione, non ſolum ſe externa infamia, ſed ipſum etiam vicum cognomine ſceleris commaculauit.

OCTV. Tulliæ crudelitas contra patrem.

NVNC quatenus vitæ] Profeſſus eſt ab operis initio Val. ſe virorum illuſtrium facta ſimul, ac dicta memoratu digna hoc opere complexurum, ut habeant homines quarum virtutum gloriam proſequi, quorum item vitiorum opprobria fugere debebant, vt igitur, quod pollicitus, eſt exequatur de improbe dictis, & factis dicere aggreditur, vt his cognitis, homines ab eis deterreantur. [Vnde potius quàm à Tullia] Nota eſt hiſtoria, Liu. auctor lib. 1. cæſo per inſidias Tarquinio priſco, & in eius locum Seruio Tullo Tanaquilis arte ſubſtituto, duo ſupererant Tarquinio filij, quorum Tullus veritus, ne idem ſibi, quod & ſocero euenerat, forte contingeret, vtrunque ſibi generum aſciuit, erant autem illi filiæ duæ natura longe diſpares. Sed forte ita accidit, ne duo violẽta ingenia matrimonio iungerentur, nam ex fratribus alter mitiores, ferocioris alter erat ingenij, fortuna credo fuit P.R. quo diutius, regnãte Seru. Romanum firmaretur imperium, angebatur ferox Tullia nihil materiæ in viro eſſe, neque ad cupiditatem, neque ad audaciam, eſſe tota in alterum Tarquinium verſa, eum mirari, eum virum dicere regio ſanguine ortũ. Sperneret ſororem, qua virum nacta muliebri ceſſaret audacia, contrahit celeriter ſimilitudo eos, vt malum malo fiat aptiſſimũ, ſed initium turbandi omnia à fœmina ortum eſt, ea ſecretis viri alieni aſſuefacta ſermonibus nullis verborum cõtumelijs parcere, de viro ad fratrem, de ſorore ad virum, & ſe rectius viduam, & illum cælibem fuiſſe futurum, q̃ cum impari iungi, aut elangueſcere aliena ignauia dicebat, & ſi ſibi eum, quo digna eſſet virum dediſſet dij domi propediem viſuram fuiſſe regnum, quod apud patrem videat, celeriter adoleſcentem ſuæ temeritatis implet; Aruns Tarquinius, & Tullia minor propè funeribus. Hæc maritum, ille vxorem ſubſtulit, cum domos vacuas, nouo matrimonio feciſſent iunguntur nuptijs magnis, non tã prohibente Tullo, q̃ approbante. [Tum] Vero in dies infeſtior Tulli ſenectus infeſtius cœpit eſſe regnum. Iam enim à ſcelere aliud ſpectare mulier ſcelus, nec nocte, nec interdiu virum conquieſcere patiebatur, monebat, vt potius habere, q̃ ſperare regnum vellet, meminiſſet ſe Tarq. filius eſſe, cui Romanũ debebatur imperium, nec prius deſtitit, q̃ illum ſtimulis veluti furijs ad arripiendam patri regnum incendit, quibus ille inſtinctus circuire, & prenſare minorem gentium partes cœpit, admonebat eos paterni beneficij, ac pro eo gratiam repetebat, alliciebat donis iuuenes, ingentia pollicebatur, idemq; ſocero ſtruit inſidias, & cũ agendæ rei tempus viſum eſt ſtipatus agmine armatorum, in forum irrumpit regiam ſedem occupat, multa in ſocerum grauiter inuectus, quæ populo regem inuiſum reddere poſſent cui concionanti cum ſuperueniſſet Seruius, & ab eo quæſiſſet, quod ita auſus eſſet, illi ferociter reſpondit, ſe patris ſuis tenere ſedem, orta deinde ab vtriuſque fautoribus contentione, factoq; populi concurſu in curiam, apparebat regnaturum, qui viciſſet, tunc Tarquinius neceſſitate iam ipſa cogente, vltima audere multo, & ætate, & viribus validior, medium arripit Seruium, elatum è curia in inferiorem partem per gradus deiecit, deinde ad cogendũ ſenatum in curiam redijt, fit fuga regis, apparitorumq; comitũ, ipſe prope exanguis cum ſemianimis regio comitatu domum ſe reciperet, perueniſſetq; ad ſummum Cyprium vicum, ab his, qui miſſi à Tarquio fugientem conſecuti erant, interficitur, creditur, quia non abhorret à cętero ſcelere admonitu Tulliæ, id eſſe factum, carpento (id certe, quod ſatis conſtat) in forum inuecta, nec reuerita cœtum virorum præſentium, euocauit uirum è curia, regemq; prima appellauit, à quo faceſſere iuſſa ex tanto tumultu, cum domum rediret perueniſſetq; ad Cyprium vicum, flectere carpentum in dextram miſit aurigam, ut in cliuum æſquiliarum ueheretur reſtitit pauidus, & frenos inhibuit is, qui iumenta agebat, iacentemq; dominæ Seruium trucidatũ oſtendit, fœdum, inhumanumq; deinde traditur ſcelus monumentoq; locus eſt, quem ſceleratũ uicum appellant, quo amens agitantibus ſororis, virîq; cæſorum furijs Tullia per patris corpus carpentum egiſſe fertur, partemq; ſanguinis ac cędis paternæ cruenti uehiculo contaminata ipſa reſperſaq; tuliſſe ad penates ſuos, atque uiri quibus iratis malum regni principium, ſimiles deinde exitus ſequerẽtur. Quia tempore uetuſtiſſimum. reddit rationem cur incipere à Tullia uellit, quia exemplum ſit uetuſtiſſimum. [Conſcientia nefarium] Quia id cogitare quaſi nefas ſit. [Carpento] Vehiculi genus eſt. [Succeſſis frenis] Preſſis, & inhibitis. [Quo celerius in cõplexum] Liuius hoc in reditu fuiſſe dicit. [Impia, & probroſa] Scelerata & uituperoſa, quæ per patris corpus carpentum agi iuſſerit. [Aeterna infamia] Quia tam impium facinus obliterari nunquam poterit, ipſum uicum ſceleris cognomine, quia ſceleratus uicus dictus eſt.

NVnc] .i. deinceps dicta improba .i. improbanda, & facta ſcelerata referentur .ſ. à nobis quatenus .i. quantum nos proſequimur imaginibus exemplorum ſubſtitutis .i. ſtatim illatis. [Tum] .i. ſimul bona .ſ. in quouis genere bonorum, tum etiam mala uitæ humanę. [Vnde autem ordiar potius] .ſ. improbe dicta, ac facta, q̃ à Tullia .ſ. Seruij regis Romanorum filia, q.d. à nullo, ac nulla. Quia exemplum ſupp. eius, aut de ea, eſt uetuſtiſſimum quantum ad res domeſticas, tempore, nefarium conſcientia, quia contra pietatem à Deo, & natura inſtituta, & ſimile monſtri uoce .i. narratione, aut locutione. [Cum] .i. quando ſup. Tullia ueheretur carpento .i. uehiculo rotato, & is qui agebat iumenta conſtitiſſet frenis ſucceſſis .i. clam ad ſe tractis, ne procederent iumenta ipſa requiſiuit cauſam moræ .i. immorationis repentinæ .i. ſubito ortæ, & ut .i. poſtquam comperit ea gubernatore, corpus Seru. Tul. patris ſui, hoc eſt Tulliæ occiſi iacere ibi .ſ. ante carpentum, iuſſit uehiculum duci ſupra id .ſ. corpus patris, quo .i. ideo ut ipſa ueniret celerius in complexum interfectoris eius .ſ. Tarquinij ſuperbi. Qua feſtinatione tam impia, & tam probroſa, ipſa Tullia non ſolum maculauit ſe ęterna infamia, ſed etiam maculauit ipſum uicum cognomine ſceleris, quia dicitur uicus ſceleratus. Ascen.

DE FIMBRIA.

*NON * tam atrox C. Fimbria & dictum, & factum, ſed ſi per ſe ęſtimetur, vtrunque audaciſſimum id egerat, vt Scęuola in funere C. Marij iugularetur, quem poſtquam ex vulnere recreatum comperit accuſare apud populum inſtituit. interrogatus deinde quid de eo ſecus dicturus eſſet, cui pro ſanctitate morum ſatis digna laudatio reddi non poſſet, reſpondit, ſe obiecturum illi, quòd parcius corpore telum recepiſſet. Licentiam furoris ægre reip. gemitu proſequendam.* * Cic. pro Roſcio Amer.

NON tam atrox] Hic eſt fimbria, qui occiſo Valerio cuius legatus fuerat, exercitum ſibi uendicauit, hic poſt mortem C. Marij cum in Syllanos, atque ſenatum ſupra modum ſæuiret, iuſſerat Scęuolam integerrimum, & ſanctiſſimum in C. Marij tumulo, tanquam uictimam iugulari, quo ad locum ductu, cum miniſtri altius uulnus non intuliſſent, ille à uulnere recreati quodammodo uidebatur. Fimbria hoc audito, quod .ſ. lętale uulnus non admiſiſſet, illi diem dixit, ad populum res profecto non ſolum improba, ſed etiam ridiculoſa quęrentibus ergo ex eo, quid nam obijceret uiro integerrimo, lentius illum reſpondit recepiſſe telum. De hoc Fimbria Plinius in fine breuiter ſic tradit, Fimbria à Sylla Pergami oppreſſus, corrupto exercitu deſertus ſemet occidit. [Non tam atrox] Sunt qui uelint hoc nomen à Gręco deducere τρώγω comedo μὴ ἀτρώγω, inde deduci atrox quaſi comeſtabile à uero priuatiuum eſt, non comeſtabile, hoc eſt crudum, & acerbum, ergo atrox crudele, & acerbum, ſed uſque quaque Græcis ita daudum eſt, ut nihil nobis relinquatur, ego ab atro magis atrocem deriuari puto. [Vt Scæuola] De hoc Scęuola Luc. lib. 2. Te quoque neglectum uiolatę Scęuolæ dextræ. Ante ipſum penetrale deę, ſemperq; calentes Mactauere focos, parum, ſed feſſa ſenectus. Sanguinis effudit iugulo, flammisq; pepercit. [Aegræ reip.] Triſtis, & afflictę reipub. Octv. Fimbriæ ſcelerate dictum.

NOn, &c.] Et dictum, & factum C. Fimbriæ non ſup. fuit tam atrox, ut ipſius Tullię, & ideo ſi conferatur ad factum Tullię, mitius uideatur, ſed ſi utrunque ęſtimetur per ſe, ideſt ſeorſum ab altero ſupp. factum eius eſt audaciſſimum, nam ipſe egerat id, ut Scęuola uir integerrimus iugularetur in funere, Ascen.

funere, quaſi mittendus in inferias C. Marij quem.ſ.Scęuolam poſtquam comperit recreatum ex vulnere .ſ. ſuſcepto in funere Marij, inſtituit accuſare apud populum. [Interrogatus deinde quid dicturus eſſet] ſ.coram populo de eo.ſ.Scæuola, ſecus.ſ.ac bonum, cui laudatio non poſſit reddi ſatis digna pro ſanctitate morum, Reſpondit ſe obiecturum illi, quod recepiſſet corpore telum parcius.i.non ſatis profunde. [Licentiam] .i.ò licentiam furoris proſequendam ægre .ſ. difficulter gemitu reipublicæ, quia licet tota reſpublica gemat, non tamen ſatis digne genuerit, aut reipub.ægre.ſ.in animo ciuium.

DE L. CATILINA.

* Saloſtius in Catil. LVCIVS vero * Catilina in ſenatu M.Cicerone incendium ab ipſo excitatum dicente, Sentio, inquit, & quidem illud ſi aqua non potero, ruina extinguam. Quem quid aliud exiſtimemus, quàm conſcientiæ ſtimulis actum, ſimulacrum à ſe inchoati parricidij peregiſſe?

OLIV. Attox Catilin. apud Senatum. LVCIVS vero Catilina] Saluſt. Catilina, inquit, lege plautia interrogatus erat à L. Paulo; poſtremo diſſimulandi cauſa, aut ſui expurgandi, ſicut iurgio laceſſitus foret in ſenatum venit, tum M Tullius conſul, ſiue timens præſentiam, ſiue commotus ira orationem habuit luculentam, atque utilem reip quam poſtea edidit ſcriptã, ſed vbi ille aſſedit Catilina, vt erat paratus ad diſſimulanda omnia, dimiſſo vultu voce ſupplici poſtulare à patribus cœpit, ne quid de ſe temere crederent, ea ſe familia ortum ita ſe ab adoleſcentia dicebat vitam inſtituiſſe, vt omnia bona in ſpe haberent, nec exiſtimarent ſibi patricio viro cuius ipſius, atque maiorũ plurima beneficia in plebem eſſent, perdita rep. opus eſſe, cum eam ſeruaret M. Tinquilinus ciuis vrbis Romæ ad hæc male dicta alia cũ adderet, obſtrepere omnes hoſtem, & parricidam vocare, tum ille furibundus, inquit, quandoquidem ego circumuentus ab inimicis præceps agor, incendium meum ruina veſtra extinguam, deinde ſe ex curia domum, proripuit [Incendium excitatum] Perturbatione vrbis coniuratione ſuſcitatã. [Si aqua non potuero] Perſtat in tranſlatione, quia incendium dixerat, quod aqua extinguitur. [Conſcientiæ ſtimulis] Quia ſui ſceleris conſcius erat, ſtimulis quibuſdam agitabatur, nam vt inquit, ille, neque enim conſiſtere, mentem, crimina ſæua ſinũt [Inchoati parricidij] Parricidium tam de parẽtibus, quàm de patria dicitur, vnde & parricidæ ſæpe dicuntur à Val. qui Cæſ. rem interfecerunt, quaſi parentẽ patriæ.

ASCEN LVcius vero Catilina] M. Cicer. dicente.i.cum M. Cic diceret in Senatu, incendium.ſ vrbis excitatum ab ipſo.ſ.Cat. inquit, ſentio.i.ita eſſe concedo, & quidem extinguam.ſ. illud incendium, quod excitatum à me dixit Cic. ruina.ſ vrbi, ſi non potero.ſ.extinguere aqua, quia ædificia incenſa, ſi aqua extingui nequeunt, diruuntur, ne vicinis noceant, ſed per alluſionem ad ædificia aliud intellexit Catil. vnde auctor. Quem.ſ.Catilinam quid aliud exiſtimemus peregiſſe.ſ.animo, quàm actum.i. impulſum, ſtimulis conſcientiæ.i.ruinæ, quàm (vt ipſe ſibi conſcius erat) vrbi parauerat, peregiſſe.ſ animo vt minacibus verbis ſimulacrum .i. fantaſticam apparentiam animo eius obuerſantem parricidij i.patriæ excidij inchoati à ſe. q. d. nihil.

DE MAGIO CHILONE.

* Cicer. li. 15. ad Att. & 4. fam. Liu. lib. 115. CONSTERNATVM * etiam Magij Chilonis amentia pectus, qui M. Marcello datum à Cæſare ſpiritum, ſua manu eripuit, vetus amicus, & Pompeianę militię comes, indignatus aliquos ſibi amicorum ab eo præferri. vrbem enim, à Mitilenis quo ſe contulerat repetentem, in Athenienſium portu pugione confodit, protinusque ad irritamenta veſaniæ ſuę trucidanda tetendit, amicitiæ hoſtis, diuini beneficij interceptor, publicæ religionis, quod ad ſalutem clariſſimi ciuis recuperandam attinuit, acerba labes.

OLIV. Chilo Marcelli interfector. CONSTERNATVM etiã P. Magij Chilonis] De morte M. Marcelli. Seru. Sulp. ad Cic. epiſtola. Et ſi ſcio non iucundiſſimum nuncium. Ad decimum inquit, Calend. Iunij, cum ab Epidauro Pyreum naui aduectus eſſem ibi Marcellum collegam noſtrum conueni, eumq; ibi diem conſumſi, vt cum eo eſſem, poſtero die cum ab eo digreſſus eſſem eo conſilio, vt ab Athenis in Bæotiã irẽ reliquamq; iuriſdictionẽ abſoluerem, ille vt aiebat ſupra Maias Italiam verſus nauigaturus erat, poſtridie eũ ab Athenis proficiſci in animo haberem, circiter horã decimam noctis, Poſthumius familiaris meus ad me venit, & mihi nunciauit M Mar. collegam noſtrum poſt cœnæ tempus à Magio Chilone familiari eius pugione percuſſum eſſe, & duo vulnera accepiſſe, vnum in ſtomacho, alterum in capite, ſecundum aurem, ſperare tñ eum viuere poſſe. Magiũ ſeipſum inter feciſſe, poſtea ſe à Marcello ad me miſſũ eſſe, qui hęc nunciaret, & rogaret, vt medicos cogerem, coegi, & e veſtigio eo ſum profectus prima luce, cum nõ longe à Pyreo abeſſem, puer Acidini obuiam mihi venit cum codicillis, in quibus erat ſcriptum, paulò ante lucem Marcellum diem ſuum obijſſe, ita vir clariſſimus ab homine deterrimo acerbiſſima morte eſt affectus & cui inimici ppter dignitatem pepercerant, inuẽtus eſt amicus, qui ei mortem afferret, & reliqua. [Datum à Cæſare ſpiritum] Confecto bello ciuili, quod inter Cæſarem, atque Pompeium ſuſcitatum erat, Cæſar rerum potitus multos ſibi aduerſos, qui Pompeium ſecuti fuerãt, in patriam reſtituit, in gratiamq; recepit, inter quos & M. Marcellum pro quo ſenatus vniuerſus interceſſerat, ſupplexq; à Cæſare petierat, vt ſibi in vir tantus condonaretur, cuius precibus fatigatus Cæſ ſenatui conceſſit, quod fratri Marcelli denegauerat, Marcelli frater ſæpius ad Cęſaris pedes prouolutus ſuppliciter petierat à Cæſare, vt ignoſceret fratri, illumq; in gratiam reciperet, quod nunquam à Cęſare impetrare potuerat, reſtituto itaque Marcello Cæſ. multi gratias egerunt, inter quos Cic qui orationem habuit luculentiſſimam, Marcellus vero & ipſe in patriã redire recuſabat, malebatq; exul viuere, quàm in patria ſine libertate viuere, tandẽ conſilijs, & precibus amicorum victus, Cæſaris munus, quod ille amplum, & honorificum offerebat, vt reſtitutus ſibi omnibus bonis ſuis in patriã cũ ſumma dignitate rediret, accepit [Datũ ſpiritum] Quia quantum in Cæſ. fuit illum vita donauit, & reditum in patriam conceſſit. [Indignatus aliquos ſibi præferri] Grauiter, & iniquo animo ferebat, Marcellum, & alios multos à Cæſ. fuiſſe reſtitutos ſe vero neglectũ, & prætermiſſum, ne tanti muneris compos fieret Marcellus in Ath. portu illũ pugione transfixit, deinde pœnitentia, ſiue deſperatione ductus, aut furore concitatus, ſibiipſi quoque mortẽ intulit. [Amicitiæ hoſtis] Exaggerat hoc facinus dicens, eum amicitiæ, & religionis iura in acerba Marcelli morte violaſſe. [Diuini beneficij interceptor] Hoc ad aſſentationem dictum eſt beneficium à Cęſare datum diuinum appellando. [Acerba lues publicæ religionis] Ruina, & aſpera peſtis pub. religionis, nam hæc Chilonis impietas, quæ uſus eſt in Marcellum ad remp. pertinere videtur, quia vniuerſa ciuitas pro Marcelli ſalute magnopere laborauerit.

ASCEN. COnſternatum] Ordo eſt. Pectus etiã Magij Chilonis ciuis Rom. & partes Cæſarianas ſecuti, conſternatum eſt.i. ſtupefactum amentia.i.ſtoliditate, & impotentia animi ob æmulationẽ, qui ſ. Magius eripuit ſua manu ſpiritũ.ſ.vitalẽ. [Datum à Cęſ.] ſ.Iulio, eius ſup. vetus amicus, ſup. Marcelli, & comes.i.ſectator militiæ Pompeianę, vt etiam Marc. indignatus aliquos amicorum pręferri ſibi ab eo.ſ.Cęſare, qui Marcellum ppter honeſtiſſimos interceſſores in gratiam receperat, prętermiſſo Magio. [Eum] .i. quia ipſe Magius confodit pugione ipſum Marcellum in portu Ath. repetentem urbem.i. redeuntem in patriam à Mitylenis quo Magius contulerat ſe, & ita vterque alteri obuiam factus eſt, & ipſe Magius ductus pœnitentia, tetendit.i.accelerauit protinus ad irritamenta ſuæ ueſanię trucidanda.i.ad ſeipſum veſania uexatum trucidandum, eius ſup. hoſtis amicitię, quia ęgre tulit reconciliatum Cęſari Marcellum, interceptor.i.impeditor, ne ad conſummationem perduceretur, beneficij diuini.i. à diuo Cæſare in Marcellum collati, & acerba lues.i.pernicies, aut labes, publicæ religionis.i.charitatis patrię in Marcellũ ob ſanctitatem eius, quod.i.quæ res attinuit ad ſalutem clariſſimi viri recuperandam. Quandocunque n. quis aliquid facit ob mandatum diuinum, aut uirtutem hoium eo nomine, ne ob pręterмiſſum officium Deus offendatur, tunc reſpectus habetur religioni. Vnde Senatus, populusq; Rom. noſcens Marcellum zelo reip. contra Cęſarẽ ſtetiſſe, pro eo interceſſit.

DE C. TVRANIO.

HANC * crudelitatem, cui nihil adijci poſſe videtur, C. Turanius atrocitate parricidij ſuperauit. Nanque triumuirum partes ſecutus proſcripti *Appia. lib 4. Oroſ. li. 9. cap. 18.

patris

patris ſui prætoriũ, & ornati viri latebras, ætatem, notasq́; corporis quibus agnoſci poſſet, centurionibus edidit, qui eum perſecuti ſunt. Senex de filij magis vita, & incrementis, quàm de reliquo ſpiritu ſuo ſolicitus, an incolumis eſſet, & an imperatoribus ſatisfaceret, interrogare eos cœpit: è quibus vnus, ab illo inquit, quem tantopere diligit demonſtratus, noſtro miniſterio, filij indicio occideris. protinusq́; pectus eius gladio traiecit: collapſus itaque eſt infelix, auctore cędis, quàm ipſa cęde miſerior.

Oliv. HANC crudelitatem] Chilonis impietatem omnium maximam exiſtimaſſem, niſi Tuditanus eam atrocitate facti ſuperaſſet. & re vera hac impietate maior nulla eſſe potuit, quid enim crudelius, aut magis impium, q̃ à filio patentes, vt hoſtibus gratificaretur, occidi, cum enim illum hoſtibus indicarit, occidiſſe videatur. hic igitur Tuditanus latentem patrem à triumuiris proſcriptum, cũ à miſſis interfectoribus quæreretur, non ſolum indicauit, ſed eius quoque vultus, & oris lineamenta, & ætatis tempus, quibus cognoſci poſſet miniſtris aperuit, ea quo factum eſt, ut qui ab amicis occultabatur, ab impio filio proderetur. [Notas corporis] Signa, & lineamenta corporis. [Senex de filij magis vita] Hoc ad exaggerandum filij impietatem dicit, q̧ etiam in media cæde pater de filij ſalute ſolicitus eſſet, & tam pium patrem filius ſceleratus prodere nõ dubitauerit. [Incrementis] Honorum acceſſionibus, & augmentis, itaque eſt infęlix Maior, inquit, illi miſeria fuit, quod iudicatus eſſet à filio q̃ quod interficeretur. [Auctore, cædis]. ſ. filio miſerior pp filium, qui cædis paternę fuiſſet auctor indicio ſuo, neq; enim ſibi tam acerba mors videbantur, quàm filij proditio.

Ascen HAnc, &c.] Caius Turanius (aut, vt Oliu legit Tuditanus) ſuperauit atrocitate parricidij. i. cædis patriæ ab eo procuratæ, hanc crudelitatem ſ. Magij, cui nihil videtur poſſe adijci, cum ſit grauiſſimum, talem virum etiam amicum ſola æmulatione trucidaſſe. [Nanque ſupp.] Turanius ſecutus partes triumuirum. ſ. Anton ij, Lepidi, & Auguſti, edidit. i. expreſſe indicauit centurionibus latebras patris ſui proſcripti, viri Prætorij. i. qui aliquando prætor fuerat, & ornati. ſ. ſcientia, & virtute, & ætatem, & notas. i. inſignia corporis, quibus poſſet agnoſci. ſ. a centurionibus, qui ſunt perſecuti eum. ſ. patrem Turani. [Senex]. i. pater deprehenſus magis ſolicitus de vita filij, & incrementis filij. ſ. ad honorem, & ad gloriam, q̃ de reliquo ſpiritum ſuo. i. partæ vitæ reliqua, cœpit interrogare, eos ſ. Centuriones, an ſup. filius eſſet incolumis, & an ſatisfecerat, aut iam tum ſatisfaceret imperatoribus. ſ. triumuiris è quibus. ſ. Centurionibus vnus, inquit, tu non occideris noſtro miniſterio, ſed indicio filij demonſtratus ab illo quem diligis tantopere, & ſup. Centurio traiecit proiecit protinus pectus eius. i. patris gladio. [Itaque infęlix] i. pater collapſus eſt eius miſerior, auctor, cædis videlicet filio, quàm ipſa cæde, quàm innocens obijt.

DE FILIO TVLLI ANNALIS.

a Appia. lib. 4. *CVIVS * facti acerbitatem L. Tullius Hannalis ſortitus, cum in campum ad quæſtoria comitia filij deſcendens, proſcriptum ſe cognoſceret, ad clientem ſuum confugit: ſed ne fide eius tutus eſſe poſſet, ſcelere nefarij iuuenis effectum eſt. ſiquidem per ipſa veſtigia patris militibus ductis, occidendum eum in conſpectu ſuo obiecit: bis parricida, conſilio prius, iterum ſpectaculo.*

Oliv. Tul. Hãnalis paternę necis auctor. CVIVS facti] Hoc ſimile eſt ſuperiori, ſed in hoc differunt, q̧ Tuditanus tantum latentis patris indicator, hic etiam paternæ cædis ſpectator, non. n. ſibi ſatisfuit, cædis miniſtros ad latentem patrem duxiſſe, niſi ante oculos patrem occidi vidiſſet, bis ergò parricida, conſilio, & ſpectaculo. Ad q̃ſtoria comitia] Vt filius quæſtor crearetur ſuaq́; præſentia, quo ad poſſet, filio ſuffragatur. [Sed ne fide eius tutus eſſe poſſet] Quàm à filio non potuit à cliente fidem eſt cõſecutus, vt occultaretur, q̃ tutam eſſe impietas filij nõ permiſit, qui eũ prodidit. [Bis parricida] Et cũ patrem prodidit, & cum occidi ſpectauit.

CVius]. ſ. iam dicti facti acerbitatem, L. Tullius Hannalis ſortitus, quia ſimilem, aut maiorem paſſus eſt, cũ deſcendens in campum. ſ. Martium ad comitia quæſtoria filij. i. in quibus filius quæſturam petierat, cognoſceret ſe proſcriptũ. ſ. à triumuiris, confugit ad clientem ſuum, vt in eius domo tutus lateret, ſed effectum eſt ſcelere iuuenis. ſ. filij eius nefarij. i. deteſtãdi, & indigni, qui nominetur, ne. ſ. pater eſſet tutus fide eius. ſ. clientis, qui quod in ſe fuit, patrono fidem præſtitiſſet [Siquidem]. i. quoniã militibus ductis. ſ. à filio, per ipſa veſtigia patris, filius ſup. obiecit eum ſ. patrem ſuum occidendum in conſpectu ſuo, eris ſupp. parricida bis, prius. i. priori (vt dicunt) vice, conſilio, quia patrem indicauerat, iterum. i. ſecunda vice (ſi modo liceat ita dicere) ſpectaculo, quia ſuſtinuit cædem patris videre. Ascen

DE VXORE VITII SALLASSI.

NE Vitius a quidem Salaſſus proſcriptus parum amari exitus, quem latentem vxor interficiẽdum quid dicam, tradidit, an ipſa iugulauit? quanto enim leuius eſt ſcelus cui tantummodo manus abeſt? a Appia. lib. 4.

NE vitijs quidam Salaſſus] Crudelitatem vxoris expertus eſt vitius iſte, quia triumuiris proſcriptus, cum ad poſticas vxoris ædes profugiſſet, ab ea non eſt admiſſus, quare vehementi indignatione commotus, ne in perſequentium manus perueniret, ſibi gladio pectus transfixit, poſteaque crudeliſſimæ coniugis ſanguine aſperſit, vxor igitur virum non prodidit, ſed ſuis manibus quodammodo iugulauit, nam idem eſt auctorem & actorem cædis eſſe. [Nec parum amari] Liptote eſt, ac ſi diceret amatiſſimi. [Quanto] Enim leuius eſt. Ac ſi diceres, idem ſcelus eſſe videtur alicui mortis cauſam, atque ipſam mortem inferre. Oliv.

NE quidem]. i. non etiam, aut ſaltem Vitius Valiaſſus (vbi alij legunt Vetius Fallaſſus) proſcriptus. ſ. ab iiſdem ſup. fuit exitus parum amari immo multum amari quem latentem vxor, quid dicam, an tradidit interficiendum, an ipſa iugulauit, q. d. cum eum prodiderit, aut exluſerit, occaſionaliter eum iugulauit. [Enim] quia, quanto leuius ſupp. eſt ſcelus eius, cui manus abeſt tantummodo cum ſupp. cætera, ut conſenſus, & iudicium adſint, quaſi dicat minimo. Ascen

EXTERNA.

DE DVOBVS FRATRIBVS, FILIIS REGIS.

*ILLVD autem facinus, quia externum, tranquilliore affectu narrabitur. Scipione * Aphricano patris, & patrui memoriam gladiatorio munere Chartagine noua celebrante, duo regij filij nuper patre mortuo, in arenam proceſſerunt, polliciti que ſunt ibi ſe de Regno præliaturos, quo ſpectaculum illud illuſtrius pugna ſua facerent, eos cum Scipio monuiſſet, vt verbis contendere, quàm ferro dimicare mallẽt, vter regnare deberet, ac iam maior natu cõſilio eius obtẽperaret, minor corporis viribus fretus, in amentia perſtitit, initioq; certaminę pertinacior impietas fortunę iudicio morte multata eſt.* * Liu. li. 28. fratres patrueles vocat.

ILLVD autem facinus] Scipio à Coſtulone Carthaginem ad vota ſoluenda Dijs, munusq; gladiatorum, quod mortis cauſa patris, patruiq; parauerat edendum redijt, gladiatorũ ſpectaculum fuit, non ex eo genere hominum, ex quo iam ſtis comparare mos eſt ſeruorum, qui venalem ſanguinem habent, voluntaria omnis, & gratuita opera pugnantium fuit, nam alij miſſi ab regulis ſunt ad ſpeciem inſitæ genti virtutis oſtendendam, alij ipſi profeſſi ſe pugnaturos in gratiam ducis, alios æmulatio, certamenq; traxit, ut quas diſceptaneo controuerſias finire nequiuerant, eo ut voluerant pacto, ferroq; decernerent, neque obſcuri generis homines erant, ſed clari, illuſtresq; Corbis & Orſua patrueles fratres de principatu ciuitatis, ferro ſe certaturos profeſſi ſunt. Corbis maior erat ætate. Orſuæ pater princeps proxime fecerat, à fratre maiore poſt eius mortẽ acceptum Oliv.

principatu,

principatu, cum verbis diſceptare Scip. vellet ac ſe dare itas, ſe-gatum id ambo dicere communibus cognatis, nec alium Deo-ſum hominumve, q̃ Martem ſe iudicem habituros eſſe, tubore maior, minos flore ætatis ſeros, mortem in certamine, q̃ vt al-ter alterius imperio ſubigeretur præoptantes, cum dirimi à tan-ta rabie nequireut, inſigne ſpectaculum exercitu præbuere, do-cumentumq́; , quantum cupiditas imperij malum inter morta-les eſſet maior vſu armorum, & aſtu, facile ſtolidas vires iunio-ris ſuperauit. [Duo Regis filij] Diſſentit à Liuio Val. hoc loco non enim fratres, ſed patruelis fratres fuiſſe dicit Liu. [Gladia-torio munere] In ludis funeribus adhibebantur gladiatorum pa-ria inter ſe ad ſanguinem, vel ad mortem, vſque certantium, vt ſupra diximus. Itaque eiuſmodi ludi celebriores habebantur, quo plures gladiatores occubuiſſent. [Carthagine noua] Ciui-tas eſt Hiſpaniæ, quæ noua dicta eſt, ad differentiā veteris, quæ fuit in Aphrica. [Fortunæ iudicio] Quia fortuna voluit, vt ma-ior, in quo iuſtitia pietasq́; illuſtrior, erat, victus exiſteret.

ASCEN. ILlud autem facinus. ſ. quod ſequitur, narrabitur affectu tran quilliori, quia externum, externa autē nos minus afficiunt. Scipione Aphricano celebranti Carthagine noua, quæ eſt in Hiſpania, memoriam patris, & patrui. ſ. P. & Cnei Scipio num in Hiſpania interemptorum, munere gladiatorio (quod propter effuſionem ſanguinis Dijs inferis, & manibus occiſorū gratiſſimum eſſe credidit miſeria gentilitas. Illud autem genus dimicandi in harena, vbi par pari opponebatur, dictum eſt mu-nus, propterea q; eo quaſi muneris loco voluptatem capiebat populus,) duo filij regij, patre mortuo nuper. i. paulo ante, alij tamen non fratres, ſed è fratribus genitos dicunt proceſſerunt in harenam, i. locum dimicandi, harena, ne ſanguine fuſo lubri-cus fiat, ſparſa, & polliciti ſunt, ſe præliaturos. i. concertaturos, ibi videlicet in harena, quo. i. ideo, vt facerent illud ſpectaculum illuſtrius ſua pugna, Cum Scipio monuiſſet eos, vt mallent di-iudicare. i. diſcernere verbis. ſ. diſceptando de iure ſuo, quàm ferro. i. armis, vter. ſ. eorum deberet regnare. Alij legunt, vt ver-bis diſcernere, quàm ferro dimicare mallent, ſed ſic non con-gruit, quod additur, vter regnare deberet, cum verbo dimicare, dereliqui ergo vt iuueni, ac maior natu obtemperaret iam con-ſilio eius. ſ. Scipio, aut quòd pudentior erat, quòd melius de iure ſuo ſperabat, cum ſenior eſſet, iunior fretus viribus corporis, perſiſtit in amentia. ſ. ſua. i. maluit ferro, quàm verbis rem diſcer nere, & in certamine in toto, impietas pertinacior, videlicet, iu-nioris multata eſt. i. punita morte, iudicio fortunæ, quæ in tali dimicatione multum poteſt, non quòd res aliqua ſi fortuna, ſed quòd fortuito euenire ſolet, vt iuſtior cauſa interdum ſuccum-bat, vnde talis concertatio ab Eccleſia non probatur.

DE MITHRIDATE.

MITHRIDATES autem multo ſceleratius, qui non cum fratre de paterno Regno, ſed cum ipſo patre bellum de dominatione geſſit, in quo quis aut homines vllos adiutores inuenerit, aut Deos innoca-re auſus ſit, pro admiratione habetur.

OLIV. MITHRIDATES] Mithridatis factum multo ſcelera tius, qui non cum fratre, ſed cum patre de Regno certa-uit, cum enim regnandi libidine nimia eſſet incenſus, præmaturam, & celerem patris mortem cupiebat, q̃ cum illi clam inferre nō poſſet, nec palam auderet occupata Regni par-te bellum indixit, ſed pater morte præuentus, ſceleratam filij cupiditatem adimpleuit. [In quo quis] Aut homines vllos, ſi-mile inquit monſtri, vel certe miraculi erit, ſi quis in eiuſmodi bello quod filius aduerſus patrem ſuſcipit, inueniri potuerit, qui aut auxilia præſtare, aut Deos inuocare auſus fuerit. [Pro admiratione habetur] Loco miraculi ducitur.

ASCEN. MIthridates autem ſupp. egit ſceleratius multo, qui non geſſit bellum] .i. non concertauit de paterno Regno cū fratre, vt ſuperiores fecerunt, ſed cum ipſo patre de præ ſentatione. i. tyrannide, non enim viuo patre, verum Regnum eo inuito poſſidere poterat, in quo. ſ. bello habetur pro admira-tione, qui. i. quomodo Mithrid. ſcilicet iunior, aut inuenerit, vl-los adiutores, aut auſus ſit inuocare Deos, cum Dij malis arti-bus, nedum neſandis inceptis auxilium non præſtent, licet in-terdum ultionem differendo malos regnare permittant. Quod audire deberent Chriſtiani, qui in re peſſima ſe cruce muniunt, aut oratione, aut ſacrificio, cum ad talia Deus ſurdas habeat aures. Scimus enim quia Deus peccatores (præſertim ad pecca-ta pertinenda) non exaudit.

DE SARIASTRE FILIO TIGRANIS REGIS.

QVANQVAM quid hoc quaſi inuſitatum illis gentibus miremur? cum Sariaſter aduerſus pa-trem ſuum Tigranem Armeniæ Regem, ita cum amicis conſenſerit, vt omnes dextris manibus ſangui-nem mitterent, atque eum inuicem ſorberent, vix fer-rent pro ſalute parentis tam cruenta conſpiratione fœdus facientem.

QVANQVAM quid hoc] Quaſi dicat bellum, quod cum patre habuit Mithrid. nō tam videtur admirandum cum & Sariaſter idem fecerit in Tygranem eius patrem Ar-meniæ Regem, hic Sariaſter, vt tradit Plut. in vita Pompeij, poſt pulſum è Prouincia Mithr. qui ad Tygranem in Armeniā profugerat, à patre defecit, & Pompeium in Armenia uocauit, illiq́; venienti occurrit ad Flauium Maraxem vinctis copijs, vrbes, & oppida patris cum Pompeio pariter expugnat. Sed Tygranes audito aduentu Pompeij, cognitaq́; defectione filij, communicato cum amicis conſilio, hiſq́; in regiam, & arcem collocatis, ad Pompeium ſup confugit. fretus illius humanitate, ac ſuauiſſimis moribus, erroribus veniam petijt, qua impetrata, vt diximus in cap. de humanitate, cum illum Pompeius in dex-tra parte, filium in ſiniſtra iuxta ſe collocaſſet, atque inter illos Regnum partitus eſſet, impius filius Sariaſter id ægre tulit, à Pompeio inuitatus ad cœnam, reſpondit non ſibi opus eſſe Pom peio, ſe Romanorum alium inuenturum, cui charior eſſe poſſit, quibus verbis iratus Pompeius illum in vincula conijci, & ad triumphum reſeruari iuſſit. Valer. vero dicit hunc patrem con-ſpiraſſe cum amicis, deteſtabili coniuratione, humano ſ. ſangui-ne facta. conſtat tamen illum à Pompeio in triumphum fuiſſe ductum. [Inuſitatum illis gentibus] Quaſi apud alias nationes non idem fieri conſueuerit. [Dextris manibus ſanguinem emit terent] HauriRent è dextris ſuis ſanguinem, nam vt teſtis eſt Herodot. apud Barbaras nationes, execrationis, & iuſiurādi mos fuit, ut dextris manibus ſanguinem hauſtum vino permiſtum bi berent, cum hac execratione, vt quicunque à fœderis lege, & coniuratione defeciſſet, execrabilis eſſet. [Conſpirationis] Igi-tur aduerſus Tygranem factæ, filius ſe ſocium, & principem præbuit. [Inuicem ſorberent] Confuſum admiſtumq́; ſangui-nem ex eorum dextris hauſtum combiberent, quod & Catilina in coniuratione ſua feciſſe dicitur. [Vix ferrent pro ſalute pa-rentis] Qui veſtigium aliquod humanitatis habent, non ſuſti-nerent pro ſalute patris hanc fieri execrationem, quàm aduer-ſus patrem Sariaſter feciſſe dicitur. [Tam cruenta conſpiratio-ne] Quæ humano ſanguine ſanciebatur.

OLIV.

ASCEN. QVanquam quid] Ideſt ad quid miremur, hoc. ſ. facinus Mi-thridatis quaſi inuſitatum illis gentibus, quaſi dicat fru-ſtra, cum Sariaſter ita conſenſerit cum amicis. i. ita communi-cauerit, & coniurationem firmauerit aduerſus patrem ſuum Ty granem Regem Armeniæ, ut omnes emitterent, dextris mani-bus ſanguinem atque ſorberent eum inuicem. i. alter alterius quod magis mirandum eſt. [Quia] ſ. Armenij vix ferrent. i. pe-terentur, ſup. filium facientem fœdus tam cruenta conſpiratio-ne pro ſalute parentis, vt nunc contra eam fecit.

DE QVODAM QVI INTERFICERE VOLVIT OCTAVIANVM AVGVSTVM.

*SED quid * ego iſta conſector, aut quid in his im-moror, cum vnius parricidij cogitatione cuncta ſce-lerata ſuperata cernam? omitti igitur impetu mentis, omnibus indignationis viribus, ad id lacerandam pio magis, quàm valido affectu rapior. quis enim amicitiæ fide extincta genus humanum cruentis in tenebris ſepe-lire conatum, profundo execrationis debitę, ſatis effica-cibus verbis adegerit? Tu videlicet efferatæ Barbariæ immanitate truculētior, habenas Romani Imperij, quas* princeps,

* Tyberium lege, quē Seianus noluit Interficerē, Suet. in Tyber. Dio. lib. 57. Tacitus li. 5. & Ioſep. li. 18. c. 13. antiq. etſi Auguſtū

Multi & coniurarunt. Suet. in Aug. & Dion. & Taci. & Sen. & Patere.

*princeps, parenſq; noſter ſalutari dextera continet, capere potuiſti? haud te compote furoris in ſuo ſtatu mundus manſiſſet. vrbem à Gallis captam, & trecentorum inclitæ gentis virorum ſtrage fœdatam allienſem diem, & oppreſſos in Hiſpania Scipiones, & Traſimenum lacum, & Cannas, bellorumq; ciuilium domeſtico ſanguine manantes furores, amentibus propoſitis furoris tui repræſentare, & vincere voluiſti? Sed vigilârunt oculi deorum, ſydera ſuum vigorem obtinuerunt, aræ, puluinaria, templa, præſenti numine vallata ſunt. * Nihil quod pro capite Auguſti, ac patria excubere debuit, torporem ſibi permiſit, & in primis auctor, & tutela noſtræ incolumitatis Iupiter, ne excellentiſſima merita ſua tutius orbis ruina collaberentur, diuino conſilio prouidit. Itaque ſtat pax, valent leges, ſyncerus priuati, ac publici officij tenor ſeruatur. * Qui autem hæc violatis amicitiæ fœderibus tentauit ſubuertere, omni cum ſtirpe ſua P. R. viribus obtritus etiam apud inferos, ſi tamen illuc receptus eſt, quæ meretur ſupplicia, pependit.*

** Vt homines ſunt dicti.*

** De Seiano Senec. li. 2. c. 12. de tranq.*

O11v.

SED quid ego iſta conſector] Hoc exemplum totum eſt in aſſentatione poſitum, & aperta nimis, atque impudens aſſentatio, quæ non ſine lectoris faſtidio legi poſſit. Coniuratione enim quàm aduerſus Tyberium auſus eſt moliri Seianus, cunctis reip. calamitatibus dicit non ſolum conferendam, ſed etiam eſſe præferendam Suet. in vita Tyberij, Seianum, inquit, res nouas molientem, quamuis iam natalem eius publice celebrari, & imagines aureas coli paſſim videretur, vix tandem & aſtutia magis, ac dolo, quàm principali auctoritate ſubuertit, nam primo, vt à ſe per ſpeciem honoris dimitteret, collegam ſibi aſſumpſit in quinto conſulatu, quem longo interuallo abſens ob id ipſum ſuſceperat. [Deinde de affinitatis] Ac tribunitiæ poteſtatis deceptum inopinantem criminatus eſt, pudenda miſerandaq; oratione, cum inter alia patres conſcriptos præcaretur, mitterent alterum ex conſulibus, qui ſenem, ſe, & ſolum in conſpectum eorum, cum aliquo præſidio perduceret. Sic quoque diffidens, tumultumq; metuens Druſum nepotem ſuum, quem in vinculis adhuc Romæ continebat ſolui, ſi res poſceret, ducemq; conſtitui præceperat. Aptatis etiam nauibus ad quaſcunque regiones meditaretur fugam, ſpeculatus ex altiſſima rupe identidem ſigna, quæ ne nuncij morarentur tolli procul, vt quidquid factum præſentiret, mandauerunt. Verum & oppreſſa coniuratione Seiani nihilo ſecuriore, aut conſtantiore per nouem proximos menſes nõ egreſſus eſt villa, quæ vocatur Iouis. Hanc igitur coniurationem deteſtatur Val. quàm dicit per aſſentationem ad humani generis euerſionẽ, excidiumq; pertinuiſſe, extincto enim imperatore Tyberio, à quo genus humanum regeretur, id à tanto imperatore deſerto periturum eſſe videbatur. [Sed quid ego iſta conſector] Quaſi ſeipſum reprehendit Val. quod dum in alienis exemplis narrandis intentus eſt, deteſtandum aduerſus Tyb. Seiani coniurationem prætermittat, quæ atrocitate facti cuncta ſcelera ſuperaſſe videatur. [Omni igitur impetu mentis] Quandoquidem hoc ſuperat omnia ſcelera, totis habenis ad id lacerandum impellor. [Impetu] Impulſu, & ardore mentis. [Pro magiſquam valido] Potentia, quia impares ſunt rei tantæ vires ingenij mei, nec mihi tanta eſt dicendi copia, quæ parem huic facto deteſtationem reddere poſſet. [Quis enim amicitiæ fide] Non ſatis dignis verbis. Hoc Seiani ſcelus vituperari poſſe dicit, qui amicitiæ fide violata, genus humanũ in diſcrimen occidendo imperatorem adducere voluerit. [Genus humanum] Quia in vno imperatore totius generis humani ſalus ſit repoſita. [In profundo] In baratro. [Tu videlicet efferate] Apoſtrophat ad Seianum quem omnibus Barbaris dicit eſſe crudeliorem, qui Rom. Imperiũ voluerit intercipere, quod ſi factum fuiſſet, totus terrarum orbis confuſus perturbatusque fuiſſet, ac propemodum euerſus. [Vrbem à Gallis captã] Poſtquam magnitudine, & atrocitate criminis inuectus eſt in Seianum, nunc per comparationem illius impietatem exagerat, dicit enim omnes clades Romanorũ ab hoſtibus acceptas cum hoc tanto ſcelere non poſſe conferri, quod quantum in eo fuit, non modo referre, verumetiam ſuperare omnes Romanæ vrbis calamitates voluerit. [Vrbem à Gallis captam] Nota eſt hiſtoria, quomodo Brenno duce Galli, fuſo fugatoq; apud Alliam exercitu Romano vrbem ceperunt, & totam præter Capitolium flamma, ferroq; vaſtarunt. [Et trecentorum inclitæ gentis] Trecenti & ſex Fabij aduerſus Veientes ſuis opibus, ſuiſque ſumptibus gerendum bellum ſuſceperunt, qui apud cremeram per inſidias cæſi omnes ad vnum fuerunt, quæ familia penitus extincta fuiſſet, ni vnus qui per ætatem arma ferre non poterat, Romæ relictus ea propagaſſet, de quibus Ouid. lib. Faſt. 2. Hæc fuit illa dies, in qua Veientibus armis Trecentum Fabij ter cecidere duo. Vna domus vires, & onus ſuſceperat vrbis. Sumunt gentiles arma poſſeſſa manus, &c. quæ ſequuntur. Ex hac igitur familia, vt diximus, vnus tantum ſuperfuit, à quo duxit originem Q. ille Fab. Max. de quo Enn. & alij. Vnus qui nobis cunctando reſtituit rem. Vnde & Ouid. Nam puer impubes, & adhuc non vtis armis. Vnus de Fab. gente relictus erat. Scilicet vt poſſes olim tu maxime naſci. Cui res cunctando reſtituenda foret. [Allienſem diem] Qui inter ne faſtos dies connumeratus eſt, eo q; bis eo die Romani clade fuiſſent affecti, & ab alia Flu. dictus. Vbi Romanus exercitus à Gallis fuſus turpiter fuerat, atque fugatus. [Oppreſſos] In Hiſpania Scipiones Cn. & P. fratres, qui Celtiberorum, perfidia decepti, cum duobus conſularibus exercitibus in Hiſpania, cæſi fuerunt, de quibus ſatis ſupra dictum eſt. [Traſimenum lacum] Apud quem Hannibal Cn. Flaminium cum exercitu deleuit. [Et Cannæ] Vbi Paulus Æmilius cum Terentio Varrone cum ingenti clade fuere ſuperati, ut ſæpius dictum eſt. [Sed vigilarunt oculi deorum] Reſpicit ad id, quod Iulius Cæſar in ſydus dicitur eſſe tranſlatus. [Aræ puluinaria templa] Ac ſi diceret cuncta numina omniſq; diuinitas, tũc pro Imperatoris ſalute vigilauit. [Et in primis auctor Iupiter] Recte Iouem ſeparat à cæteris Dijs, tanquam patrem, regemq;, hominemque, ſic & Virg. de Priamo. Forſitan & Priami fuerint, quæ fata requiris. [Nec excellentiſſima merita ſua] Quia regnante Auguſto, pax fuit in toto orbe terrarum, in quo ſtatu, & Tyberius acceperat imperium, quod mortalibus Iupiter conceſſiſſe uidetur. Itaque ſtat pax] Quia numinum clementia omnia placata, & quieta ſeruantur. [Qui autem hoc tentauit] Dicit Seianum cum vniuerſa ſtirpe eſſe deletum. [Et quas meruerat] Conſpirationis pœnas dediſſe.

Traſimenus. Cannæ.

SEd quid ego conſector iſta] .ſ. externa, gentibus illis ſolita, & in quibus parum iacturæ res totius vniuerſi fecerit, aut quid immoror in his, cum cernam cuncta ſcelera ſuperata. [Cogitatione] .i. conceptu, & propoſito unius parricidij .i. Seiani in Tyberium? (cum tamen uulgo in titulo habeatur de quodam, qui Octauianum, &c. cum non Octauianũ, ſed Octauium à doctis appellatum cõſtet) Igitur ego rapior omni impetu mentis & omnibus uiribus indignationis ad lacerandum .i. acerrime deteſtandum, id .ſ. parricidium, affectu magis pio .ſ. in patrem patriæ, quàm ualido quia non ualeo tantopere ipſum dilacerare, quantum uelit, & quantum meruit. [Quis] Enim adegerit profundo debitæ execrationis uerbis ſatis efficacibus .i. potentibus conatum .i. eum, qui conatus eſt, utpote Seianum, ſepelire in tenebris extĩctis genus humanum, & hoc fide amicitiæ extincta .ſ. per cædem Tyberij à perfido Seiano factam, q. d. nullus, uidelicet tu (quem ut nefandum hominem non nominat) ô Seiane truculentior .i. dirior, immanitate Barbariæ efferatæ .i. ferali feritate furentis, potuiſti capere .i. inuadere, habenas .i. gubernacula Romani imperij, quas princeps, & parens noſter .ſ. Tyb. Cæſar, continet dextera ſalutari .i. ſalutifera? certe mundus haud .i. non manſiſſet, in ſuo ſtatu .i. perijſſet, te compote furoris .i. ſi exequi potuiſſes parricidium quod per furorem concepiſti. [Tu uoluiſti repræſentare] .i. iterum exhibere, & innouare ſaltem in ualore, & uincere, immo etiam ſuperare, à mentibus propoſitis furoris tui, Vrbem .ſ. Romam captam à Gallis .i. malum, quod tunc paſſa eſt. [Et fœdatam ſtrage trecentorum uirorum inclitæ gentis] Scilicet Fabiæ apud Cremeram occiſæ, & diem allienſem infauſtam, propter ſtragem Romanorum à Gallis acceptam, & Scipiones .ſ. fratres duos Cn. & Publium oppreſſos in Hiſpania à Pœnis fraude Celtiberorum & lacum Traſimenum & Cannas .i. loca apud quæ Hannib. immanem Romanorum ſtragem ædidit, & furores bellorum ciuilium, ut Marij, & Syllæ, Cæſaris, & Pomp. Auguſti, & percuſſorum Cæſaris, manantes ſanguine domeſtico. [Sed oculi deorum uigilarunt] Quia deleta eſt coniuratio, & Seianus ad ſupplicium tractus, ut Iuuen. late docet, ſydera obtinuerũt ſuum uigorem, inter quæ Cæſ. aſtrum fingebatur repoſitum. [Aræ puluinaria] .ſ. in templis Dijs pro ſalute principis poſita, vt illis Dijs excubarẽt, templa .i. deorum uallata .i. munita ſunt numine .ſ. deorum præſenti .i. per inuocationem,

Aſcen.

tionem, (unde licet uulgus fortem putarit ſimulacra eſſe deos, tamen prudentiores, non tamen ſatis prudentes, quia vani erat aute lucem ſurgere putabant non Deos eſſe, ſed deorum domicilia, ad quæ per inuocationem deſcendebant.) [Nihil] .ſ. numinis, aut diuinitatis, quod debuit excubare pro capite.) ſalute Auguſti.ſ. Tyb. ac patria.i. pro ſalute patriæ permiſit ſibi torporem.i. dormitationem, quæ torpentes facit, & in primis.i. præcipue Iupiter auctor, & tutela incolumitatis noſtræ.ſ. Romanæ, aut noſtri ſæculi prouidit diuino conſilio, ne excellentiſſima merita ſua templa, & alia imperij inſignia, quæ merito, & beneficio Iouis Rom. aſſecuti erant, collaberentur ſup eum ruina totius orbis. [Itaque].i. & ita, quia Dij vigilauerunt pro Tybe. & imperio eius, pax.ſ. ſub Auguſto nata, ſtat.ſ. in vigore ſuo leges valent, tenor officij priuati, ac publici ſeruatur ſyncerus, idest integer & incorruptus. (Hoc autem boni habet id genus aſſentationis, q dum per aſſentationem dicuntur principes optimos eſſe, tacite vt tales ſint admonent autem.i. is ſop. videlicet Seianus, qui tentauit ſubuertere dicta hæc .ſ. bona ubertitis vitibus Pop. Rom. cum omni ſtirpe ſua pependit (legam pendit,) quia dicit meretur; quaſi adhuc penderet excolūt ſupplicia quæ meretur, etiam apud inferos, ſi tamen receptus eſt illuc .i. ad ſedes inferorum. Nam miſeri mortales credebant deteriorem conditione illorum, qui non reciperentur ab inferis, vt manes ſepultorum, & qui hic iuſta non eſſent aſſecuti, tales enim vt 6. Aen. dicitur. Centum erant annos, ex Aegyptiaca hæreſi.

DE MORTIBVS NON VVLGARIBVS, CAP. XII.

HVMANAE autem vitę conditionem prę cipuę primus & vltimus dies continet: quia plurimum intereſt quibus auſpicijs inchoetur, & quo fine claudatur, ideoque eum demum felicem fuiſſe iudicamus, cui & accipere lucem proſpere, & reddere placide contigit. Medij temporis curſus, prout fortuna gubernaculum rexit, modo aſpero, modo tranquillo, motu peragitur, ſpe ſemper minor, dum cupide votis exauditur, & ferè ſine ratione conſumitur. nam & ſi eo bene vti velis, etiam parum ampliſſimum efficies numerum annorum, multitudine operum ſuperando. Alioqui quid attinet inerti mora gaudere, ſi magnis exigas vitam, quàm approbes? ſed ne longius euager, eorum mentionem faciam, qui non vulgari genere mortis aſſumpti ſunt.

OLIV. HVMANAE autem vitæ conditionem] Dicturus de hominum morte non vulgari, præfatur quodammodo, & humanæ vitæ conditionem ex ortu & occaſu hominum cognoſci, vt eum vere fęlicem dicamus, qui natus optimis auſpicijs vitam honeſtiſſime finierit, ſed cum vita, quæ fruimur breuis ſit, dicit memoriam noſtri faciendam eſſe quam maximè longam virtute, & rerum geſtarum gloria, ne vitæ cupiditate ducti, malimus in ocio & languore diutius viuere, quàm breue temporis ſpacium factis illuſtratur. [Primus dies] Quo ſydere naſcatur quiſpiam. [Et vltimus] Quo genere mortis extinguatur. [Præcipue] q.d. non negauerim cæteros quoque dies ad conſiderationem vitæ conferre, ſed præcipue notandus eſt primus vitæ dies quo ſit ſydere natus, nam ſi benigno fuerit ortus plurimum valet ad reliquum vitæ tempus fęliciter exigendum. [Et reddere placer contigit] Iuxta illud Solonis, quod ab Ouid. ſumptum eſt, ſed.ſ. vltima ſemper expectanda dies hominis eſt, diciq; beatus. Aute obitū nemo ſupremaq; funera debet. [Medij autem temporis curſus] Medium, inquit, vitæ ſpaciū pro fortunæ libidine verſatur vt modo ſit amaritudine, modo ſit iocunditate reſperſum. [Prout fortuna gubernaculum rexit] Non ſine ratione gubernaculum dixit, nam, vt inquit, Lact. Firm. de Falſa religione fortunæ ſimulachrum cum copia, & gubernaculo fingebatur, tanquam ea eſſet, quæ opes tribueret, & humanarum rerum regimen obtineret, cui opinioni & Virg aſſentire videtur, qui fortunam omnipotentem appellat, & hiſtoricus qui ait, ſed profecto fortuna in omni re dominatur, eſt autem fortuna vt ab eodem Lact. diffinitur, accidens rerum ſubitus, atque inopinatus euentus. Cic. tamen lib. de Diu. fortunam penitus tollit, cum dicat nihil eſſe tam contrarium rationi, & conſtantiæ, quàm fortunam, vt ne in deum quidem cadere poſſe videatur, vt ſciat quid caſu & fortuitu futurum ſit, ſi enim ſi illud, certe eueniret, ſi certe eueniet, nulla eſt fortuna. [Spe ſemper minor] Quia homines ſe diutius victuros eſſe ſperant, ſed vitæ curſus ſpe ſemper breuior eſſe ſolet, ſed duplici ratione ſit breuis, & quòd ſibi longiorem vitam vnuſquiſque præſumit, & quod ſine ratione tranſigitur à multis. [Nam & ſi eo bene vti velis] Si bene viuendi rationem homines ſequerentur, vitæ curſus quantumlibet breuis longiſſimus efficeretur, danda eſt igitur opera, vt cum virtute viuatur. [Inerti mora] Ignauiæ vitæ longitudine. [Magis exigas] quàm approbes. Magis vitæ longitudinem optes, quàm virtute, & recte factis vitam illuſtres.

ASCEN. HVmanæ, &c.] Autem.i. ſed primus & vltimus dies humanæ vitæ continet præcipue conditionem .i. qualitatem, hoc eſt fęlicitatem, aut infęlicitatem, ſupp. eius, quia intereſt, ideſt refert plurimum, quibus auſpicijs.i. initijs & quibus ſyderibus ſeu quo horoſcopo, ac facie cœli, ſecundùm Aſtrologos inchoetur (vnde Iuuen. Diſtat enim quæ ſydera te excipiant, primos incipientem Edere vagitus, & adhue à matre rubetem. Cauſa eſt, plus etenim fati valet hora benigni. Quam ſi te Veneris commendet epiſt. Marti (& quo fine claudatur) quod certe plurimum refert, quia qualem te inuenio, talem te iudico, vnde precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. Mors autem peccatorum peſſima, ſed ferè qualia ſunt media, talis eſt finis] Ideoq; nos iudicamus demum.i. ſolum eum fęlicem, cui contigit, &.i. ſimul accipere lucem.i. ingredi vitam hanc proſpere.i. benigno aſpectu ſyderum, aut potius fauore deorum, ſed Rex Iupiter omnibus idem & reddere.ſ. deo, à quo tāquam depoſitariam accepimus ſup. vitam placide, curſus medij temporis peragitur, modo aſpero, modo tranquillo motu prout, ideſt ſecundùm quod fortuna rexit gubernaculum, (quod de rebus fortunæ concedi poteſt, ſed eſſe neque fęlicem, neque uere miſerum pariſſi exitum peragitur inquam eius, ſemper minor ſpe. [Dum] Ideſt quando quidem extenditur cupide uotis ſemper uidelicet plura cupiendo, & conſumitur ferè.i. quaſi totus ſine ratione.i. debita æſtimatione. [Nam ſi velis uti eo] ſ. curſu medij tēporis uitæ bene.i. decenter tu efficies paruum numerum annorum ampliſſimum ſuperando ſupp eum multitudine operum (quia licet in paruo tempore multa operari, & ſi quis peruentus fuerit, ut multa ſicut inſtituerat operari nequiuerit, Deus uoluntatem pro effectu coronabit, & ita ut recte dixit Seneca, non refert quandiu, ſed quàm bene uixeris) alioqui.i. aliter quid attinet ſ. ad rē.i. quid utilitatis habet, gaudere mora, ideſt productione uitæ inerti.i. ignauæ inutili induſtria, q.d. nihil, ſi.i. dummodo tu exigas, ideſt inſolenter petas, aut turpiter expellas magis uitam, quàm approbes.ſ. tibi decenter conceſſam, nihil enim eſt tempore precioſius, cuius precium bonis operibus approbatur. [Sed ne euager longe faciam mentionem eorum, qui abſumpti ſunt] .i. extincti, aut ſublati, non uulgari.i. inſolito genere mortis,

DE TVLLO HOSTILIO.

*TVLLVS * Hoſtilius fulmine ictus, cum tota domo conflagrauit. Singularem fati ſortem, qua accidit, vt columen vrbis, in ipſa vrbe raptum, ne ſupremo quidem funeris honore à ciuibus decorari poſſet, cœleſti flamma in eodem conditione redactum, vt eoſdem penates, & regiam, & rogum, & ſepulchrum haberet.*

*Liu. libro 1. & Diony. lib. 2.

OLIV. TVLLVS Hoſtilius fulmine ictus] Poſt multa bella confecta, cum homines uulgo eum ſtatum rerum, qui ſub Rege Numa fuerat, requirerent, unam.ſ. opem ægris corporibus relictam eſſe credentes, ſi pax, ueniaque Dijs immortalibus eſſet impetrata. Regis Numæ commentarios adiuit, huic igitur ea commentaria uoluentem tradunt, cum ibi quædam occulta ſolénia, & ſacrificia Ioui elicio facta inueniſſet operatū his ſacris ſe abdidiſſe, ſed nō rite factum, & curatum id ſacrum eſſe, nec ſolum ei nullam oblatam cœleſtium ſpeciē, ſed ira Iouis ſolicitata, praua iam religione fulmine ictum cum tota domo flagraſſe regnauit autem annis 32. cuius temporibus ferunt Byzantium ciuitatem, quę nunc Conſtantinopolis dicitur, fuiſſe conditam. Dionyſius Alicarnaſeus de hoc incendio duas af-

Byzantium ciuitas.

fert

fert opiniones, & dicit ſuccenſam domum alios putare per fulmen ob quorundam ſacrorum intermiſſionem, plures tamen humani inſidijs eſſe factum id opus aſcribentes. Martio, qui poſt eum regnum obtinuit, ſed hanc opinionem paulò poſt multis rationibus confutat [Vt columen vrbis].i. Res ſuſtentaculum vrbis Rom. nam columen à columna dictum eſt, ſicut enim columna domum ſuſtinet, ſic & reges ſuas vrbes, & oppida ſuſtinere videntur.

Ascen. TVllus Hoſtilius] Rex Rom. conflagrauit cum tota domo, ideſt, familia, ictus fulmine [Singularem].i. ò ſingularem ſortem fati.i. mortis, quæ accidit, vt columen vrbis, ideſt, Rex ipſe raptum, ſcilicet à morte, in ipſa vrbe, ne quidem, ideſt non ſaltem poſſet decorari à ciuibus ſupremo honore funeris; redactum cœleſti flamma in eadem (legerem in eam) conditionem, vt haberet eoſdem penates, & regiam, ſcilicet dum viueret, & rogum, & ſepulchrum, ſcilicet in funere poſt fata.

DE DVABVS MVLIERIBVS.

*Liu.li. 2 s. & Plutar.I Hánib. aliter Pli. lib. 7. c.53. VIX * *veriſimile eſt in eripiendo ſpiritu idem gaudium potuiſſe. quod fulmen, & tamen idem valuit. Nunciata enim clade, quę ad lacum Traſimenum inciderat, altera mater ſoſpiti filio ad ipſam portam facta obuia, in complexu eius expirauit, altera cum falſo mortis filij nuncio meſta domi ſederet, ad primum conſpectu redeuntis examinata eſt. Genus caſus inuſitatum, quas dolor non extinxerat, lætitia conſumpſit.*

Oliv. Gaudiū perimit. VIx veriſimile] Dicturus, de duarum fœminarum morte non vulgari, oſtendit mirum eſſe vim tantam in eripiendo ſpiritu repentinum, & inopinatum habuiſſe gaudium, quantam in Tullo fulmen obtinuit, Fuit autem tempore ſecundi pun. bel. poſt cladem apud Traſimenum Rom. illatam, cum varie affecta ciuitas eſſet fœminarum, præcipue, & gaudia inſigna erant, & luctus nam vnam nunciata clade in ipſa porta ſoſpite filio repente oblato, & in conſpectu eius repente expiraſſe ferunt, alteram cui mors filij falſo nunciata erat mœſtam ſedentem domi, ad primum conſpectum redeuntis filij gaudio nimio examinatam. [Soſpiti] Saluo, & incolumi filio. [Examinata] Hoc loco mortua dicitur, quamuis teſte Seruio, exanimus mortuus, & exanimatus territus dicatur. Virg. Exanimumque auro corpus vendebat Achilles. Item exanimata ſequens impingeret agmina muris. [Genus caſus] Genus mortis. [Inuſitatum] Præter conſuetudinem, nam id rariſſimum eſt, nec videtur eſſe naturale, quod quis gaudio pereat, Philoſophi dicunt cor à ſanguine deſeri in nimia lætitia, & quia relaxatis venis toto corpore diffunditur, contra vero in metu fieri, vt deſertis partibus exterioribus corporis ad cor ſanguis accurrat, & ei laboranti opem ferat, ſi corrigitur in lætitia deſeritur à morte facile opprimitur.

Ascen. VIx veriſimile eſt gaudium poſſe idem] .i. eundem effectū. in eripiendo ſpiritu .i. in ſubito necando, quod fulmen.ſ. potuit in domū Tulli regis, & tñ valuit idem. [Enim] .i. quia clade.i. calamitate, & ſtrage Rom. quæ inciderat in conflictum cum Pœnis apud Traſimenum .ſ. lacum, uel Traſimontem, altera duarum mulierum .ſ. Romanarum facta obuia filio ſoſpiti.i. ſaluo, quem interemptum crediderat, ad ipſam portam expirauit in complexu eius. altera cum ſederet domi mœſta falſo nuncio .i. ob falſum nuncium mortis filij .i. quem acceperat de morte filij eſt exanimata.i. priuata vita ad primum conſpectum eius. [Genus] .i. ò genus caſus, ſcilicet .i. mortem inuſitatum, quia ſup. lætitia conſumpſit, quas dolor non extinxerat.

DE M. IVVENTIO TALVA COS.

* Pli.li. 7.c.3. SED minus * miror, quòd mulieres. Martius Iuuentius Talua Conſul, collega Tyberij Gracchi conſulis cum in Corſica, quàm nuper ſubegerat, ſacrificaret, receptis literis decretas ei à Senatu ſupplicationes nunciantibus, intento illas animo legens caligine orta ante foculum collapſus, mortuus humi iacuit. quem quid aliudquam nimio gaudio euectum putemus? En cui Numantia, aut Carthago excidenda traderetur.

SED minus miror, quod mulieres] Comparat mulieribus M. Iuuentium conſulem Gracchi collegam, qui nimia & ipſe lætitia periiſſe creditur, nam cum ſacra Dijs exhiberet in Corſica, quàm auſpicijs ſuis, atque ductu ſubegerat literæ à Senatu redduntur, quibus ille ſupplicationes fuiſſe decretas ſignificabatur, ſed cum intenſiori animo legeret eas, nimio euectus gaudio, ante ipſa Deorum altaria, veluti victima moribundus cecidit. Plin. lib. 7. M. Iuuentius Talua conſul cum ſacrificaret.ſ. perijt. [In Corſica] Quam Liguſtici ſinus æquor aluit, teſte Solino. [Sacrificaret] Propter rem feliciter geſtam, dijs vota perſolueret [Supplicationes].ſ. fuiſſe decreta illi, nam mos erat, vt ſæpe diximus, q̀ parta victoria in omnibus templis ſupplicationes decernerentur dijs illis, quos victoriæ auctores fuiſſe exiſtimabant, deinde triumphi ſpes erat imperatori qui victoriam fuiſſet conſecutus, nam præcedebant ſemper ſupplicationes, ſequebatur deinde triumphus. [Caligine orta] Cum obtenebrati eius eſſent oculi. [En cui] Ironia eſt, q. d. quid ſi Carthaginem euertiſſet, ſi Numantiam ſuſtuliſſet, quod Scipio fecit. Oliv.

SEd minus miror, q̀ mulieres] .ſ. præ nimio gaudio extinctæ ſunt, q. d cum idem contigerit viris, nam M. Iuuentius Talpa conſul, collega Tyberij Gracchi iterum conſulis, cum ſacrificaret in Corſica.ſ. Prouincia, non procul ab Italia, q̃ ſubegerat nuper.i. paulò ante literis nunciantibus ſupplicationes.ſ. deorum, vt nos dicimus, rogationes, aut proceſſiones decretas ei.i. ad hominem eius, ab Senatu ob res bene geſtas ab eo receptis.ſ. à tabellario publico, legens illas animo intento, collapſus ante foculum, in quo ignis ad ſacrificium aptus fouebatur, caligine.ſ. oculorū orta.ſ. ſubito præ nimia lætitia, iacuit humi.i. ſuper humum mortuus. [Quem quid aliud putemus] Sup. paſſum, aut quid aliud, pro quo alio putemus euectum, q̃ nimio gaudio, q. d nil, aut nullo En (ironicos) ſup. virum dignum, cui Numantia, aut Carthago belliconſiſſima utraque urbs traderetur ſ. merito excidenda, cum pro tam leui gaudio ipſe extinctus ſit. Ascen

DE Q. CATVLO.

MAIORIS * *aliquanto ſpiritus dux Q. Catulus, Cimbrici, triumphi cum Mario particeps à Senatu datus, ſed exitus violentioris, nanque ab hoc eodem Mario poſtea propter ciuiles diſſenſiones mori iuſſus, recenti calce illito, multoq; igni percalefacto cubiculo, ſe incluſum peremit, cuius tam dira neceſſitas maximus gloria Mutianæ rubor extitit.* *Cic.li 3. de or. Tuſ.lib. 3. d nat. Paterla 2. Fluus Mario, & Flor. lib. 3. c. 21 & Appia. lib. 1.

MAIORIS aliquanto ſpiritus] Plut. In vita Marij, Catulus inquit, luctatius qui Marij collega fuerat, & de Cimbris cum eo triumphauerat. Item Plin. in princ. lib. 17. Aliquanto præſtantior in eodem palatio Quinti Catuli, qui Cimbros cum Mario fudit poſtquam Marius pro Catulo rogantibus dixit, eum mori oportere incluſus domi, accenſis carbonibus ſeſe ſoffocauit B Aug. de ciuitate Dei. li. 3. Catulus, inquit, hauſto ueneno ſeſe è manibus inimicorum ſubtraxit. Lucius Florus, Catulus inquit, ſe ignis hauſtu ludibrio hoſtiū exemit, fuit autem hic Catulus C. Marij collega in quarto conſulatu aduerſus Cimbros & Senones, in quo bello victoriæ dux, & auctor, fuiſſe creditur, nam poſt cæſos hoſtes cum Marij milites pecunias diripuiſſent, ſpolia, & tubæ, & ſigna in caſtra Catuli delata fuerunt, quæ apud ſe Catulus diligentiſſime ſeruari uoluit, vt appareret eum uictoriæ auctorem extitiſſe, & cum inter milites Marij, atque Catuli de uictoria contentio eſſet oborta, in hæc pacta conuenerunt, ut legati Parmenſium, qui tū aderāt, de re iſta iudicarent, hi ducti per cadauera hoſtium à militibus, conſpexerunt iaculis militum Catuli Barbarorum corpora eſſe perforata, dignoſcebantur ex inſcriptis literis, quæ nomen Catuli in telis deſignabant, verum famam, & gloriam totam Mario propter primam uictoriam, & nomen Imperij tribuebant. [Recenti calce illito] Noua calce aſperſo, & uncto, eodem ferme genere mortis, Mantuæ legi ſponſum, & ſponſam fuiſſe conſumptos cubiculo noua calce illito, carbonis igne correpto. Oliv.

MAioris, &c.] Q. Catulus dux .ſ. exercitus Romani datus à Senatu particeps triumphi Cimbri, ideſt de deuictis Cimbris, cum Mario ſup fuit ſpiritus, maioris aliquāto, ſed exitus uiolentioris, Nanque iuſſus poſtea mori ab hoc eodē Mario, propter diſſenſiones ciuiles, peremit, ſe incluſum cubiculo illito calce recenti, & præcalefacto multo igne, quia fumus Ascen

carbonum

bonum, & napotum tecentium parietum ſubito necat, uix dolorem aliquem ſentientes. [Catus] .ſ. Catuli neceſſitas tam dira, quia ad id genus mortis com[pu]lſus fuit, extitit maximus rubor gloriæ Marianæ .ſ. in bello ciuili.

DE LVCIO CORNELIO MERVLA.

*Flor. li. 3. ca. 21. Patere. li. 3. c. 21. & App. li. 1. Cic. Ver. 3.

QVA * tempeſtate reip. Lucius quoque Cornelius Merula conſularis, & Flamen Dialis, ne ludibrio inſolentiſſimis victoribus eſſet, in Iouis ſacrario venis inciſis contumelioſæ mortis denunciationem effugit, ſacerdotisq; ſui ſanguine vetuſtiſſimi foci maduerunt.

OLIV. Merulæ corneli⁹ inciſis venis periit.

QVA tempeſtate] Cornelius Merula, qui pulſo Cinna, conſul eius locum fuerat ſ[uffec]tus, poſt reditum Marij, atque Cinnæ, ubi uidit ſe manibus eorum elabi non poſſe in templo Iouis, cuius flamen erat, ... uenis ſibi mortem ipſe conſciuit, focos etiam, & a[ram] ſuo ſanguine reſperſit. Aug. de ciuitate dei, lib. 3. cap. 17. Merula inquit flamen Dialis præciſis venis Ioui etiam ſuo ſanguine ... Flo. uero, Merula, inquit flamen Dialis in capitolio Iouis ipſius oculos, uenarum cruore reſperſit. [Qua temp[e]ſtat[e]] Quo tempore in qua ſignificatione Sal. frequenter pon[it] ... pro calamitate accipi poſſit, dicimus etiam tem[pe]ſtatem teſte Seru. uentoſas auras, ſerenitatem. Virg. Dij Maris, & terræ tempeſtatumq; potentes, tempeſtatum dixit, ut vult Seru. uentorum, aurarum, & temporum ſerenitates, unde & alibi. Vnde hoc tam [cl]ara repente tempeſtas. [Ludibrio] Ignominiæ, illuſioni.

ASCEN.

QVa tempeſtate] .i. tépore calamitoſo reip. Lucius quoque Cornelius Merula ſup. uir cõſularis .i. qui al[i]quando conſul fuerat, & flamen .i. ſacerdos. [Dialis] idest Iouis, qui & diuus dicitur, ne eſſet ludibrio uictoribus inſolentiſſimis .i. ſuperbia petulantiſſimis, Mario, & Cinnæ, uenis .ſ. ſuis inciſis in ſacrario .i. ſacrorum repoſitorio Iouis .i. ad Iouem capitolin[um] pertinentium, effugit denunciationẽ mortis contumelioſæ, & foci uetuſtiſſimi .i. Iouis Capitolini, maduerunt ſanguine ſacerdotis ſui.

DE HERENNIO SICVLO

ACER etiam, & animoſus vitæ exitus Herennij Siculi, quo C. Gracchus, & aruſpice, & amico v[ſ]us fuerat, nam cum eo nomine in carcerem duceretur, in poſte illiſo capite in ipſo ignominiæ aditu concidit, ac ſpiritũ depoſuit, vno gradu à publico ſuppl[ici]o, manuq; carnificis citerior.

OLIV. Herẽnij mors.

ACer, & animoſus] Non minus fortiter uitam finiuit Herennius quàm ... Cum L. Opimius con[ſ]ul C. Grac. agrarias leges contra ſenatus auctoritatẽ ferre molientẽ ſuſtuliſſet Herennius Siculus, qui et aruſpex, & familiariſſimus Gracchi fuerat dãnatus, q cum Graccho ſenſiſſe diceretur, cum duceretur in carcerẽ, & in carceris poſte caput illiſit, ut uitam in aditu ipſo reliquerit ſuam, & ſic mortem non uulgari, quod immunebat ſupplicium effugit. [Eo nomine in carcere duceret in poſte] Ea cauſa, quod cõtra ſenatus decretum cum Gracco ſenſiſſe diceretur. [Ignominioſæ aditu concidit] In ipſo carceris, aditu ubi ignominioſe periturus erat. [A manuq; carnificis citerior] Ac ſi diceret parum abſuit, quin in carcerem truſus necaretur à lictore.

ASCEN.

ACer, &c.] Exitus uitæ Herẽnij Siculi, quo C. Gracchus fuerat uſus, & aruſpice, & amico, ſupp. fuit acer, & animoſus, nam cum duceretur in carcerem eo nomine .i. eam ob rẽ, q fuerat aruſpes, & amicus Caij Gracchi, & ita eius facinoris auctor putabatur, capite eius illiſo .i. cõfracto in poſte, concidit in ipſo auditu ignominiæ .i. cum in carcerẽ ingredi deberet, ubi à ſpiculatore necem accepturus erat, ac depoſuit ſpiritum citerior .i. uicinior ad eos, qui extra carcerem erãt uno gradu .i. paſſu, aut extenſione unius pedis in progreſſu à publico ſupplicio, & manu carnificis, quia ſi unum gradũ deſcendiſſet, iam illi carnifex manum iniceiſſet.

*Paulo a Pe Cic. li. b. 1. ad Att. & Plu. in Cic.

DE CAIO LICINIO.

CONSIMILI * impetu mortis Caius Licinius Macer. vir Prætorius Calui pater, repetundarum reus, dum ſententiæ dicerentur, in Mænianum conſcendit ſiquidem cum nobilem Marcum Ciceronem qui id iudi[ci]um cogebat, prætextam ponentem vidiſſet, miſit ad eum qui diceret, ſe non d[a]mnatum, ſed reum periſſet nec ſua bona haſtæ poſſe ſubijci. Ac protinus ſudario, quod forte in manu habebat, ore, & faucibus coarctatis, in[cluſo] ſpiritu pœnam morte præcurrit, qua c[ognit]a re Cicero de eo nihil pronunciauit. Igitur illuſtris ingenij orator ab inopia rei familiaris, & à crimine domeſticæ damnationis inuſitato paterni fati genere vendicatus eſt fortis huius mors, i[llo]rum perridicula.

OLIV.

CONSIMILI impetu C. Licinius Macer] Repetundarum poſtulatus ex Aſia cum dictum iri cauſam vidiſſet Ciceronem in accuſationem eſſe paratum, deſperata cauſa & ſalute in Mænianum aſcendit, & Ciceroni nunciari iuſſit orat[io]ne non eſſe opus, qui iudicium morte præueniſſet. & ita ſum[p]to ſudario, quod ſecum geſtabat, ſibi ſpiritum interclulit, ne damnato illo, eius quoque bona ſubhaſtarentur, fuit aũt hic Licinius, qui Ciceroni confer[e]batur in eloquentia, declamatur caſus, vt in Senecæ declamationibus videri licet. [Repetundarum reus] Accuſatus r[e]petundarum ex Aſia. [Mænianũ] Locum iudicij ab ædibus Menij denominatum, nam cũ ædes ſuas Catoni, & Flacco conſulibus Mænius vẽdidiſſet, ut locus eſſet, vbi iudicia exercerentur, columnam ſibi reſeruauit q̃ etiam tabulam circundedit vt inde poſſet gladiatorum munus ſpectare cum ſuis, & ab ædibus Menij, Mænianus locus dictus eſt, vbi iudicia ferebantur, erat aũt tanquam baſilica eminentior. [Iudicium cogebat] Iudices congregabat. [Pretexta ponentem] Separantem ad agendum. [Sudario] V[e]lamine, quo ſudorem abſtergebat. [Coarctatis] Conſtrictis, & cluſis. [Igitur illuſtris ingenij orator] Eloquentia quamuis plurimum valeret Licinius, tamen inuſitato mortis genere, & egeſtatem domeſticæ rei, & iudicij ignominiã vitauit. [Illuſtris orator] Quia clariſſimus fuit orator, cuius meminit Cice. lib. de orat. [Ab inopia rei familiaris] Quia ſi damnatus fuiſſet, & eius bona ſubhaſtata, ad inopiam red[ac]ta eſſet eius familia. [Crimine domeſticæ damnationis] Sic quoque genus, familiamq; ſuam à turpitudine futuræ damnationis vend[i]cauit, ut tanta infamia domus notari non poſſet. [Paterni fati] Quia pater non hoc genere mortis ea[m] inſ[ol]us fuerat. [Vindicatus eſt] Si liberauit. [Illorum] De quibus di[ci]t[ur] is ſim. [Ridicula] Riſo digna, ſed melius diceſ[e] deteſtanda.

Mænianum.

ASCEN.

C[onſim]ili &c.] Caius Licinius Macer uir prætorius .i. qui ali[q]ñ prætor fuerat, pater Calui .ſ. Licinij reus repetundarum .ſ. pecuniarum ablatarum ab Aſia prouincia, dum ſententiæ dicerentur .ſ. in eum, conſcendit in Mænianũ .i. locum iudi[cio]rum capitalium. [Siquidem] .i. qm̃ cum vidiſſet Marcum Ciceronem qui [co]gebat .i. conuocatis tenebat id iudicium .i. eos iudices deponen[te]m prætextam, vt .ſ. peroraret, miſit ad eum ſup. nuncium qui diceret .i. non periſſe damnatum, ſed reum priuſquam .ſ. ſententia ferretur, nec ſua bona poſſent ſubijci haſtæ .i. vendi ſub haſta, & vt dicit conſiſcari, quia indemnatus mortuus fuerit, ac præcurri protinus pœnam .ſ. ſubhaſtationis bonorum ſuorum cum vltimo ſupplicio morte .ſ. ſua ſpiritu .i. anhelitu incluſo ore, & faucibus ſuis coarctatis .i. conſtrictis ſudario .i. ſudoris abſterſiuo pãniculo, quod tenebat forte, quia nõ ad eum vſum in manu .ſ. ſua. [Quare] .i. cuius morte cognita, Cicero nihil pronunciauit de eo .i. non tulit ſententiam diffinitiuam. [Igitur orator ingenij illuſtris] .i. clari .ſ. Catulus vindicatus eſt .i. liberatus ab inopia rei familiaris, & à crimine dãnationis domeſticæ, vt Oliu. accipit, ne mora ſua familiæ ſuę vitio detur, & ita criminaretur .i. damnaretur, & male audiret eo nomine, vel à crimine damnationis domeſticæ .i. qua etiã domus eius damnata fuiſſet genere fati paterni inuſitato etiam .i. quo pater vſus non fuerat, aut inuſitato alijs, &c. Mors huius .ſ. Catuli fuit fortis, mors illorum .ſ. quos dixi ſup. fuit perridicula .i. multum ridicula, immo abominanda, ut patebit.

DE CORNELIO GALLO, ET TITO AETHARIO.

* Plin. lib. 7. c. 53.

CORNELIVS * enim Gallus Prętorius, & Titus Aetherius eques Rom. inter vſum puerilis Veneris abſumpti ſunt. quanquam quorſum atti-

net eorum cauillari fata, quos non libido ſua, ſed fragilitatis humanæ ratio abſtulit? fine nãque vitæ noſtræ varijs & occultis cauſis expoſito interdum immerentia ſupremi fati titulum occupant, cum magis in tempus mortis incidant, quàm ipſam mortem accerſant.

Oliv. CORNELIVS Gallus prætorius, & Tit. Aetherius] Horum mors non ſolum obſcœnitatis, ſed abominationis plena, vt dum pueris abuterentur in ipſa coitus obſcœnitate perierint, quanquam & obſcœnus poeta dixerit. Dum fecerent omnes vt nos moreremur in illo. Horum meminit Plin. lib. 7. naturalis hiſtoriæ, & eos Venere obijſſe dicit. [Quanquam quid attinet] Dignus certe reprehenſione Valerius, qui tantam turpitudinem excuſare quodãmodo velle videatur, quæ ſit omni inſectione digniſſima, dicit enim non eſſe omnino conuitiis lacerandos, cum non libidine, ſed caſu potius quodam perijſſet videri poſſint, quia fragilitas humana mille ſit ſubiecta periculis & caſibus, ego vero id diuino iudicio potius factum eſſe crediderim, ne tantum ſcelus impunitum eſſet.] Finem namque vitæ] Vult arguere potuiſſe illis ſubitam aliis de cauſis accidere mortem, cũ enim incertus ſit vitæ noſtræ finis, varijsq; caſibus expoſitus, nonnunquã ab inſtantibus in ſupremo fato, titulum mors ipſa ſortitur illi vero cum in obſcœnitate ſurẽt, quo tempore vitæ caſus inſtabat, obſcœnitati mors quidem aſcribitur, quanquam inſtantia in ipſo coitus tempore incid[illegible] magis aſſerant. [Supremi fati titulum] Quia mors denominatur ab eo, quod quis fecerit, cum ſubito caſu opp[illegible] imitus. [Accerſant] Prouocent, oſtendit ſceleſtos illos, etiam ſi alteri rei tũc fuiſſent intenti, & tamen mortem euadere non potu[iſ]ſe.

Ascen. COrnelius enim Gallus Prætorius & Titus Aetherius eques Rom. abſumpti].i. extincti, & ſpiritu, ac ſemine exhauſti, inter vſum immo abominabilem, & ſodomitico igne dignum abuſum, veneris pue[r]lis.i. coitus cum pueris. [Quanquam] .i. verũtamen quorſum attinet. [illegible] ad quid tendit cauillari.i. contumelioſa [c]auillatione perſequi fata.i. genera mortis eorum, quos non [lib]ido ſua, quaſi vero non ſoli ſint in coitu nimio) ſed ratio, id eſt, v[is] fragilitatis humanæ abſtulit. [.Nanque fine vitæ noſtræ] .i. humanæ expoſito.i. obiecto, varijs, & occultis cauſis.i. cum vita noſtra tot ſubiaceat caſi immerentia.i. innocua, & quæ nihil de nobis mali meruerunt, occupant interdum titulum ſupremi fati.i. dicuntur cau[ſæ] mortis noſtræ fuiſſe. [Cum] ſ. ea immerentia quibus imputatur mors noſtra, incidunt magis in tempus mortis, qu[àm] [qu]i acc[er]ſant id eſt accelerantes faciant ipſam mortem, quaſi dicat [e]tiam ſi in coitu non fuiſſent, morituros tunc fuiſſe, ſed nullo p[acto] ſ. [illegible] dita tem illam fatis texerit, cum etiam, ſi non fuiſſent mortui, nõ minus turpius eſſent dicendi.

EXTERNA.

DE COMA FRATRE DIOGENIS

SVNT & externæ mortes dignæ annotatu, qualis in primis Comæ, quem ferunt maximi latronum ducis Diogenis fratrem fuiſſe. * *Is enim ad Rutilium* Lib. 6. c. 10. *conſulem Ennã, quàm prædones tenuerãt, in poteſtatem noſtram redactã, productus, cum de viribus & conatibus fugitiuorum interrogaretur, ſumpto tempore ad ſe colligendum, caput operuit, innixusq; genibus cõpreſſo ſpiritu, inter ipſas cuſtodum manus, inq; conſpectu ſummi imperij, exoptata ſecuritate acquieuit. Torqueant ſe miſeri, quibus extingui quàm ſupereſſe vtilius eſt, trepido & anxio conſilio, quanam ratione vita exeant quærentes ferrum acuant, venena temperent, laqueos apprehendant, vaſtas altitudines circunſpiciant, tanquam magno apparatu, aut exquiſita molitione opus ſit, vt corporis, atque animi infirmo vinculo cohærens ſocietas dirimatur. Nihil horum Coma, ſed intra pectus incluſa anima finem ſui reperit. Enimuero minimo ſtudio retinendum bonum, cuius caduca p[oſſeſſio] tam leui afflatu violentiæ concuſſa dilabi potuit.*

SVNT & externæ non vulgares quoque externorũ mortes relatione dignæ [ſ]unt, qualis Comæ in primis fuiſſe traditur, qui Diogenis latronum ducis frater captus, cum ad P. Rutilium, ductus eſſet, & ea eo quæreretur de genere belli, & multitudine ſeruorum, atque eorum cõſilijs, ſumpto ad reſpondendum ſpacio ſibi ipſi ſpiritum intercluſit, maluitq; fortiſſimus latro, in conſpectu cõſulis, & totis, & totius exercitus ſibi mortem inferre, q̃ ſuorum conſilia prodere, & iudicio publico dãnari. [Comæ] Nomen proprium, eſt autem genitiui à Comes, ſicut Anchiſes Anchiſæ. [Ad Rutilium conſulem] Q[ui] ut diximus in cap. de mutatione fortunæ, conſul in Siciliam miſſus, vt prouinciam illam ſeruili bello occupatam reciperet, & [à] fugitiuorum impetu tutam paratamq; redderet, poſt confectum bellum, ea decem legatorum ſententia ſiculis leges impoſuit. [Ad ſe colligendum] Ad deliberandum, vel ad colligendum, vires, in vnum. [Innixusq; genibus] Quia humi prouolutus erat more ſupplicantium. [Summi imperij] Cõſulis Romani [Torqueant ſe miſeri] Inuebit in timidos, & cupidos qui vt neceſſario moriuntur, genus mortis inquirunt. [T[or]queant ſe] cruciẽt ſe de morte ſolicitu. [Trepido] Iuata illud. Sed timidi eſt optare necem [Vaſtas altitudines] E quibus præcipites ſedent. [Infirmo vinculo] Bene infirmo, nam vis parua plerunque hanc animæ, & corporis coniunctionem diſſoluit. [[Mini]mo vero minime ſtudio] Non eſt tantopere exoptãda vita, quæ ſicut in coma vidimus, tam facile amittitur. Oliu. Comæ mors.

SVnt &] .i. etiam mortes externæ dignæ annotatu.i. quæ annotentur, qualis ſup. eſt in primis ſup. mors Comæ, quem ferunt fuiſſe fratrem Diogenis maximi [d]ucis latronum. Asce. [Is. n. productus Ennam] .i. in eam vrbem Siciliæ, q̃ prædones tenuerant ſ. prius redactam. ſ. tunc paulo ante, in poteſtatẽ noſtram.i. Rom. ad Rutil. cõſulem, & victorem. cum interrogaretur. ſ. ab Rutilio de viribus, & conatibus fugitiuorum. [la]tronum, aut eorum, qui ad ipſius partes confugerant, tẽpora ſumpto ad colligendum ſe.i. quaſi ad recipiendum ſpiritum, & ſeparandum ad dicendum operuit.i. inuoluit caput, & innixus genibus ſpiritu.i. anhelitu cõpreſſo, acquieuit, exoptata ſecuritate extinctus eſt inter ipſas manus cuſtodum, & in conſpectu ſummi imperij. De cuius morte tanquam optanda proſequitur dicens. [Miſeri, quibus vtilius eſt extingui, q̃ ſupereſſe] .i. quibus vtilius ſit mori, q̃ ſuperuiuere, torqueant.i. crucient ſe conſilio trepido & anxio quærentes, quanã ratione vita exeat.i. finiatur acuant ferrum.i. mucrones, aut alia tela temperẽt.i. diluant venena, vt cito noceant, apprehendant laqueos. [Circunſpiciant altitudines vaſtas] .i. valde amplas, unde ſe præcipitent, tanquam opus ſit magno apparatu, aut molitione exquiſita.i. ſingulari conamine, vt ſocietas corporis atque animi, in qua vita conſiſtit, cohærẽs vinculo infirmo, dirimatur.i. diſſoluatur. [Coma] Aut Comes, nihil horum ſup. quæſiuit, ſed reperit finẽ ſui anima ſup. ſita.i. anhelitu incluſa intra pectus, ita ut non reſpiraret, ſed ſuffocaretur. [Enimuero] .i. certe bonum.i. vitæ noſtræ, cuius poſſeſſio tam caduca potuit dilabi.i. perire, concuſſa tam leui.i. modico afflatu violentiæ compreſſo. ſ. anhelitu, eſt ſup. retinendum.i. dignum, ut retineatur minimo ſtudio.i. conamine.

DE ÆSCHILO POETA.

AESCHILI * *vero poetę exceſſus quemadmodũ non voluntarius, ſic propter nouitatem caſus referendus. in Sicilia mœnibus vrbis in qua morabatur, egreſſus, aprico in loco reſedit, ſuper quẽ Aquila teſtudinẽ ferens, eluſa ſplẽdore capitis (erat enim capillis vacuũ) perinde, atque lapidi eã illiſit,* * *vt fractę teſtudinis carne veſceretur, eoq; ictu origo, & principium fortioris tragedię extinctum eſt.* * In uitę Græca. Plut. lib. 10. ca. 1. & Suid. Ariſtoph. in Ran.

AESCHILI poetæ] Hic primus tragediarũ ſcriptor fuit, teſte Quint. qui ab Aeſchylus tragœdias primus in lucem protulit Horat. quoque in poetica, perſonæ pallæque repertor honeſtæ, Aeſchylus modicis inſtruxit pulpita tignis. Et docuit magnũque loqui, nitiq; cothurno floruit Athenis, teſte Gellio tempore Miltiadis, anno 200 ſexageſimo poſt urbem conditam, cuius mors non profectò vulgaris fuit, nam cũ in loco aprico ſederet expoſitus ſoli, (vel) ut alij dicunt) eſſet, Aquila deſuper volitans, illius deluſa caluitie, quàm lapidem eſſe putarat teſtudinem, quàm pedibus uncis

geſtabat,

Apricus Ionicus. geſtabat, fractam demiſit in caput, & clariſſimū poetam inaudita morte interemit. [Aprico loco] Aperto, & ſoli expoſito, nam apricus quaſi apericus, hoc eſt ſine frigore. Apricis autem locis ſenes delectantur, vt Aprici meminiſſe ſenes. [Eluſa ſplendore capitis] Hoc eſt à caluicie, quàm lapidem eſſe putauit, & ideo teſtudinem demiſit in caput, tāquam lapidem, vt fracto teſtudinis oſtreo carne veſceretur. [Illiſit] Incuſſit. [Origo] Et principium, quia fuit, vt dixit tragœdiæ, primus inuentor, teſtibus Quintil. & Horatio.

ASCAN. Æſchilum, &c.] Vero. i. ſed quēmadmodum exceſſus. ſ. è vita, hac Aeſchyli poetæ ſ. tragici, non ſup. fuit voluntarius, vt. ſ. ſuperiorum ferè, ſic ipſe eſt referendus. i. dignus, vt referatur, propter nouitatem caſus. [Egreſſus mœnibus vrbis] In qua morabatur in Sicilia, reſedit. i. locum quietis accepit in loco aprico. i. ſoli expoſito, & nullo umbra recto, ſuper quem aquila ferens teſtudinem eluſa ſplendore capitis [erat. n. uacuum capillis] illiſit eam ſ. teſtudinem. i. concham marinam, ſup. capiti eius. i. demiſit eam in caput eius perinde atque lapidi, putans eam deijcere in lapidem, vt veſceretur carne teſtudinis fractæ (vbi ſcies in piſcibus, & pomis, quod pulpoſum eſt etiam carne dici) & eo ictu eſt extinctum principium, & origo fortioris tragœdiæ. i. Aeſchylus ipſe tragicorum princeps.

DE HOMERO POETA.

*Plu. in vita, ſed Herod. ex ægritudine.

NON * *vulgarius etiam Homeri mortis cauſa fertur, qui in inſula, quia queſtionem à piſcatoribus poſitam ſoluere non potuißet, dolore abſumptus creditur.*

NON vulgaris etiam Homeri] Cū inter omnes ferme ſcriptores magna ſit de Homeri patria, parētibusq; diſſenſio, de morte tamen conuenit inter eos, q̄ dum in Ioniam inſulam nauigaſſet, & in piſcatoris, qui littoribus appulſi, ſeſe pediculis expurgabant, forte quadam incidiſſet, queſiuit ab eis, nunquid haberent, vel ut alij dicunt, quid illic agerent erat enim teſte Cic. Tuſc. 5. circa finē. cæcus, qui obſcure ſatis reſponderunt, perdidiſſe, quod ceperant, quod vero non cepiſſent habere. vel vt alij dicunt, quod capimus perdimus, quod quærimus habemus, ſignificabant aūt ſeſe purgare pediculis, & ita quos ceperent perdere, quos non cepiſſent in veſtimentis habere, quod enigma cum interpretari non poſſet, nimio dolore cōfectus migrauit de uita, honorificentiſſime aūt à ciuibus ſepultus fuit, & in illius ſepulchro epigramma inciſum. Conditus hoc tumulo

Homeri epitaphium. vates diuinus Homerus, Græorum cecinitque benefacta ducum. De temporibus, & vita tam incerta feruntur ab auctoribus, ut de his tacere ſatius eſſe exiſtimem, quàm tam dubia referre [Quæſtionem à piſcatoribus poſitam], Sequitur opinionem eorum qui dicunt non interrogatos piſcatores quid haberet, ſed vltro quæſtionem propoſuiſſe. Lucenamin his quiuis Catulis, quod capimus perdimus, q̄ quærimus habemus conſtat

ASCAN. autem, ut diximus teſte Cic. Homerum fuiſſe cæcum.

NON, &c.] Cauſam etiam mortis Homeri. i. poetarū principis, fertur non vulgaris, qui creditur abſumptus dolore, in inſula. ſ. Ionia, quia non potuiſſet ſoluere quæſtionem propoſitam à piſcatoribus cū enim cæcus eſſet, & propter poetam autem unum uaticinādi habere crederetur, & à duce ſuo percunctaretur quoſnam in littore audiret, illeq; reſpondiſſet nautas eſſe, ad illos perductus quid nam agerent percunctatus eſt, tum illi, rem inquiunt tibi ueram dicemus, ſed enigmate perplexam, quàm diſſolues, ſi poteris. Venamur enim in proximis ſiluis quinis canibus, & quidquid capimus amittimus, aut perdimus continuo, quod nos effugit retinemus de uermibus. ſ. capitis locuti, quos, quinque digitis perſequebantur. quàm rem cum tantus uates intelligere non potuit inueſtigando extinctus eſt. Sunt qui dicant unum ex illis dixiſſe. In ſiluas pergo uenatum cum cane quino, Quod capio perdo, quod fugit id teneo ſed tales uerſiculi pro captu cuiuſque poſſunt fingi, cum conſtet græce loctos, qui enigma propoſuerunt.

DE EVRIPIDE POETA.

*Thomas Iunius, Suid. & Gel. li. 15. c. 20.

SED * *atrocius aliquanto Euripides finitus eſt. ab Archelai enim regis cœna in Macedonia domum hoſpitalem repetens, canum morſibus laniatus obijt. Crudelitas fati tanto ingenio non debita, ſicut illi exceſſus illuſtrium poetarum & moribus, & operibus indigniſſimi.*

SED atrocius aliquanto] De Euripide ſatis ſupra dictum eſt iii cap. de fiducia, quod uero ad eius mortē pertinet ſic breuiter Gellius tradit lib. 15. cap. 2. cum in Macedonia apud Archelaum regem eſſet, uteretur q; eo rex familiariter, rediens nocte ab eius cœna, nauibus à quodam æmulo immiſſis dilaceratus eſt, & ea his uulneribus mors ſecuta eſt, ſepulchrū autem eius, & memoriā eo digni ſunt honore, ut in gloriæ quoque loco prædicarēt ὑποτεταγμένα χρυσῆλεις λαιτέχω, qd egregius poeta morte obita ſepultus in eorum terra foret, quamobrem legati ad eos ad Athen. miſſi petijſſent, ut oſſa Athenas in terram illius patriam permitterent transferri, maximo conſenſu Macedones in ea re deneganda perſtiterūt. Archelaus uero rex audita tam indigna morte poetæ, q̄ primum iuſſit capillos ſibi & barbam reſecari in ſignum doloris. [Archelai] Qui Alex ſucceſſerat in partem regni. [Crudelitas fati] Deplorat quodāmodo Val. indignam poetæ mortem, & cæteri pariter qui ſequūtur. OLIV. Euripidis fatū.

ASCAN. SED Euripides] Etiam tragicus poeta finitus eſt atrocius aliquanto, repetens enim domum hoſpitalem in Macedonia. i. qua utebatur in Macedonia, ab menſa Archelai regis obijt laniatus morſibus Canū, Crudelitas fati. i. mortis, non fuit debita tanto ingenio, quantum erat Euripidis. [Sicut illi]. ſ. ſequentes exceſſus poetarum illuſtrium. i. clarorum moribus, & operibus ſup. fuerunt indigniſſimi.

DE SOPHOCLE.

*De Senec. li. 8. c. 7. Pli. li. 7. c. 13. aliter Lucian. in Macr. & Simoni. li. 3. epigram.

SOPHOCLES * *vltimæ iam ſenectutis, cum incertamen tragœdiam dimiſiſſet, ancipiti ſententiarum euentu diu ſolicitus, aliquando tamen vna ſententia victor, cauſam mortis gaudium habuit.*

OLIV. SOPHOCLES vltimæ iam ſenectutis.] His ut diximus, tragœdiarum ſcriptor clariſſimus fuit, qui iam exactæ ſenectutis cum cæteris poetis in certamen deſcendit, & compoſitam tragœdiam in mediū protulit, ſed cum eſſet cum ſocio relictus, cuius uis ingenij diſputationis euentū faceret incertum, diu ſolicitus tandem una ſententia ſuperior euaſiſſet, nimio uictoriæ ſucceſſu exultans confeſtim præ nimio gaudio perijt. Plin. lib. 7. nat. hiſt Gaudio, inquit periere præter Chilonem de quo diximus. Soph & Dion. Siciliæ tyrannus, uterque accepto tragicæ uictoriæ nuncio, de hoc alio loco, Sophocle tragici cothurni principem defunctum ſepelire liber pater iuſſit, obſidentibus mœnia Lacedæmonijs. Lyſandro eorum regem, inquit, ſæpius admonitū. & ut pateretur humari delitias ſuas requiſiuit rex, qui ſupremum diem Athenis obijſſet, nec difficulter ex his, quæ ſignificaſſet intellexit pacemq; funeri dedit. [Vltimæ iam ſenectutis] Vtpote annorum ferme centum, ut propterea nulli mirum eſſe poſſit, in ea ætate ſubito perijſſe.] Incertamen tragœdiam dimiſiſſet] Cum certaret de tragœdia cum alijs, ſic mos erat antiquorum, ut melioribus ſcriptoribus præmia darentur. [Ancipiti ſententiarum euentu] Quid. ſ. iudicaturi eſſent iudices, nam poetæ inter ſe pares ſenijs eſſe uidebantur, & ideo incerti erant, quis eorum futurus eſſe ſuperior.

ASCAN. SOphocles iam ultimæ ſenectutis, cum dimiſiſſet tragœdiam ſ. à ſe compoſitam in certamen i. contentionum de laude cum aliorum tragœdijs, ſolicitus diu ancipiti euentu ſententiarum quia nunc plures, nunc pauciores habuit ſecundum ſe ſententias, aliquando. i. tandem tamen. victor. i. non compos, una ſententia. i. per unam ſententiam, quàm pro ſe ſupra alios habebat (non enim intelliges, quod una duntaxat pro illo fuerit ſententia, ſed una pluſquam alijs) habuit gaudium cauſam mortis, quia præ nimio gaudio expirauit, ſoffocato. ſ. intus ſpiritu, occluſis præcordijs.

DE PHILEMONE.

*Lucia. in Macr. & Suid.

PHILEMONEM * *autem vis riſus immoderati abſtulit, paratas ei ficus, atque in conſpectu poſitas Aſello conſumente, puerum ut illum abigeret, inclamauit, qui cum iam comeſtis omnibus ſuperueniſſet, quoniam; inquit, tam tardius fuiſti da nunc merum*

Aſello. Ac protinus vrbanitatem dicti crebro anhelitu Cachinorum proſecutus, ſenile guttur ſalebris ſpiritus prægrauauit.

Oliv. PHilomenem] Ridicula ſatis mors Philemonis, qui cũ vidiſſet Aſellum ſibi paratas ficus edentem, ambiq; inde iuſſiſſet, id ſerius faciente puero, cum nouiaſſet ficus omnes Aſellum deuoraſſe, da potum, inquit, illi optimon. merum quo ioculari dicto, nimio riſu concitatus, vitam exhalauit. (Abigeret] Et propriæ dicit, nam ambiguntur aues, & pecora. [Cachinorum] Cachinus immoderatus riſus dicitur. Perſius, tides cum tibi caluem pinguis aqualiculus propenſo ſex qui pede extet. Quid faciam, ſed ſum petulanti ſplene Cachino, & Iuuen. ridens maiore Cachino concutitur. [Salebris] Aſperitatibus, vel amaritudine.

Ascen. PHilonem, &c.] Autem. i. ſed vis. i. violentia riſus immoderati ſuſtolit. ſ. è numero viuentium. Philemonem enim. i. quia aſello conſumere ficus paratas, atque poſitas in conſpectu. ſ. eius, inclamauit puerum i. miniſtrum ſuũ, vt abigeret illum. ſ. aſellum, qui. ſ. puer, cum superueniſſet omnibus. ſ. ficis iam comeſtis ab aſino, inquit, quoniam fuiſti iam tardus da nũc aſello merum. i. purum vinum, vt bibat, ne illi ficus noceãt, qui bibentibus aquam nocere ſolent, ac protinus proſecutus vrbanitatem dicti, crebro anhelitu Cachinorum. i. profuſorũ riſuum prægrauauit guttur. ſ. ſuum ſenile ſalebris. i. aſperitatibus ſpiritus anhelitus ipſum ſoffocantis.

DE PINDARO.

*Suidas. *AT* Pindarus, cum in Gymnaſio ſuper gremium pueri, quo vnice delectabatur, capite poſito quieti ſe dediſſet, non prius deceſſiſſe cognitus eſt, quam Gymnaſiarcha claudere eum iam locum volente, ne quidquam excitaretur. Cui quidẽ crediderim eadem benignitate deorum, & tantũ poeticæ facundiæ, & tam placidum vitæ finem attributum.*

Oliv. AT Pindarus] Hic Liricus poeta fuit omnium ſuo tempore præſtantiſſimus, vel certe Quint. teſte nouem Lyricorum longe princeps, magnificentia ſententijs, figuris, beatiſſima, rerum verborumq; copia veluti quoddã eloquẽtiæ flumen, quem Horat. dicit, nulli quidem mirabilem eſſe legitur, quod eum Alexander magnus Thebas cepiſſet, vrbemq; illam diriperet, ac ciues ſub corona vẽderet, ſoli Pindaro eiusq; familiæ propter ingenij nobilitatem, egregiamq; doctrinã parcere iuſſit, cuius mores minime vulgaris fuit, cum enim ludus ſpectaret, & præ laſſitudine ſpectaculi ſomno grauatus ſuper gremium cuiuſdam pueri, cuius ſtudioſiſſimus erat, caput depoſuiſſet non deceſſiſſe cognitus eſt, q̃ per actis ludis Gymn. princeps iuberet omnes exire, & fruſtra Pindarum excitaſſet. Quippe qui in æternum clauſiſſet lumina mortem. [Cui quidem crediderim] loquit Val. benigniſſimos deos huic poetæ, & in carminibus edendis eloquentiam, & placidum vitæ finem dediſſe. Plin. dicit. lib. 7 nat. hiſt. Alexandrum magnum cum Thebas caperet iuſſiſſe Pindari vatis familiæ, penatibusq; parcer.

Ascen. AT Pindaris] Lyricorum poetarum clariſſimum, cum dediſſet ſe quieti capite poſito ſuper gremium. i. complexum femorum pueri, quo delectabatur vnice. i. ſingulariter, non prius eſt cognitus deceſſiſſe. ſ. ex hac vita, q̃ Gimnaſiarcha. i. principe gymnaſij, (prius autem Gymnaſiarchum dixit) volentem iam claudere locum excitaretur nequidquã. i. fruſtra, quia iam mortuus erat. [Cui] . ſ. Pindaro, quidẽ. i. certe vel ego quidem crediderim. i. facile crederem attributum eadem benignitate deorum, & . i. ſimul tantum. i. tantam copiam facũdiæ poeticæ & tam placidum finem vitæ à quali tamen (ſi quidem non caſte amarit puerum) liberet nos dominus.

Theo. BEnignitate deorũ] Pindarus hoc à dijs immortalibus opetiit, vt eſt apud Suidam, puero nomen fuit Theuxeno.

DE ANACREONTE.

*Pli. li. 7. ca. 7. fuit. n. vinolẽtus. *SICVT* Anacreonti quoque, quem bis tantum humanę vitæ modum ſupergreſſum, dum paſſę vuę ſucco tenues & exiles virium reliquias foueret, vnius grani pertinacior in aridis faucibus humor abſumpſit.* lt. 3. epigra. cig.

Oliv. SICVT Anacreonti] Hic Teius patrius lyrici carminis poeta, cuius meminit Horat. lib. 4. odarum non aliter Samio dicunt arſiſſe baſyllo, Anacreonta Teium, qui ſæpe caua teſtudine fleuit amorem pati ratione Ouid. lib. triſtium 2. Quid niſi cum multo venerem contemnere vino. Præcepit lyrica Teia, nuta ſenis. Hic igitur cum iam exactę ſenectutis eſſet, quippe qui ſecundum ſæculum degeret. Cum ſeniles vires ſucco paſſæ vuæ reficeret, vnius acino, qui faucibus inhæres nec dimitti, nec reuocari poſſet, guttur premẽte ſuffocatus obijt. Pli. nat. hiſt. lib. 7. Anacreon, inquit, poeta acino vuæ paſſæ. ſ. perijt item vt Fabius ſenator prętor in lactis hauſtu vno pilo ſtrangulatus] Sicut Anacreonti] Cum ſuperiori coniungitur crediderim deorum benignitate tantum Pindaro fuiſſet tributum, ſic crediderim Anacreonti. Humanę vitę modum ſupergreſſum. Quia ſecundam iam agebat ętatem. [Aridis faucibus] Siccis & naturali humore carentibus.

Ascen. SIcut ſup. attributum crediderim quoque] . i. etiã Anacreonti. ſ. poetę lyrico Teio patria, quem ſupergreſſum bis tantum modum. i. menſura humanę vitę, & hoc eſt bis ſeptuaginta annos, dum foueret tenues & exiles i. modicas reliquas virium, ſcilicet ſuarum, ſucco vuę paſſę recemum vulgus vocãt, humor aut forte tumor vnius grani pertinacior, id eſt, inhęrentior, perſeuerantior, quàm utile erat in faucibus aridis abſumpſit, id eſt, ſtrangulauit.

DE MILONE CROTONIATE.

IVNGAM illos, quos & propoſitum, & exitus, pares fecit. Milo Crotoniates, cum iter faciens quercum in agro cuneis adactis fiſſam vidiſſet, fretus viribus, acceſſit ad eam, inſertisq; manibus, diuellere conatus eſt, quas arbor excuſſis cuneis, in ſuam naturam reuocata compreſſit, eumq; cum tot Gymnicis palmis lacerandum feris præbuit.* * Ouid. in ibi & Gel. lib. 15. c. 16.

IVNGAM illos, quos] Duos ſubiungit, qui eiuſdem propoſiti, & exitus fuerunt. Milonem Crotoniẽſem, & Polydamum Athletam: De Milone Gellius noctium Atticarum lib. 15. cap. 16. Milo Crotonienſis, inquit, athleta illuſtris. quem in cronicis ſcriptum eſt olympiade proxima coronatum eſſe, exitum habuit uitæ miſerandum, cum iam natu grandis arteni athleticam deſeruiſſet, iter faceret forte ſolus in locis Italię ſilueſtribus, quercũ uidit proxime uiam, patulis in parte media rimis hiantem, tum experiri uolens, credo etiam tũc, an ullę ſibi reliquę uires adeſſent, immiſſis in cauernas arboris digitis deducere, & reſcindere quercum conatus eſt, ac mediam quidem partem diſcidit, diuellitque, quercus autem in duas deducta partes, cum ille, quaſi profecto, quod erat conniaus manus laxaſſet, ceſſante ui rediit in naturam, manibusq; eius retentis, incluſisque ſtricta denuo, & cohærens dilacerandum hominẽ feris præbuit Soli de memorabilibus mundi in cap. de homine, Milonẽ quoque, inquit, Crotonienſem egiſſe omnia ſupra quàm homo ualet, etiam hoc proditur, quòd ictu nudæ manus tantum fecit Victimam, eumq; ſolidũ, quæ nactauerat die. abſumpſit tulis nõ grauatim ſuper hoc nihil dubium, nam factum elogium extat. Victor ille omnium certaminum obijt. Cicero in Catone maiore. Quæ enim uox poteſt eſſe contemptior, quàm Milonis Crotoniatæ, qui cũ ſenex eſſet, ac athletas ſe in curriculo exercentes uideret, aſpexiſſe laceratos ſuos dicitur. illachrymansq; dixiſſe, at hi quidem iam mortui ſunt. Hunc Mil. tantæ fortitudinis fuiſſe dicit Plin. lib. 7. natur. hiſt. ut cum conſtitiſſet, nemo eum veſtigio educere poſſet. Malum tenẽti nemo digitum corrigere, cucurriſſe mille centum 60. ſtadiis ab Athenis Lacedæmonem biduo Strab. uero lib. 6. dicit, hunc Pythagorę diſcipulum fuiſſe, & cum forte columna quandoque in philoſophorum contubernio laboraret, Milonem ſubeuntem ſaluos reddidiſſe uniuerſos, deindeq; ſeipſum extraxiſſe, quo membrorum robore fretum oitæ ſubuerſionem offendiſſe eo genere mortis, quo ſupra mõſtratum eſt. [Cuneis adactis] Infixis cuneis, nam cum agreſtes quercum, ſcindere uoluiſſent, cuneos adegerant, & eos in quercu reliquerant. eſt autem cuneus inſtrumentum ligneum,

ligneum, quod deſinit in latitudinem acutam, in ſuperiore parte Craſſum, quo ſcinduntur arbores. Virg. & cuneis ſcindebant fiſſile lignum, dicitur etiam cuneus multitudo in vnum collecta. A quo ordo militum in modum cunei factus. Gell. vero dicit, arborem fuiſſe paruulis ramis hiantem, non cuneis ſciſſum, in ſuam naturam reuocata. Cum rediſſet in ſe clauſiſſet, ac ſi ſolida extitiſſet. [Compreſſit] Conſtrinxit, ita vt eas educere non poſſet. [Tot Gymnus palmis] Tot victorijs, quas in Gymnaſio certando reportauerat, nam (vt diximus) Athleta fortiſſimus fuerat, qui in omnibus agonibus victor euaſerat.

ASCEN. IVngam illos, quos & propoſitum] .i. inſtituto vitæ (vulgo intentio dicitur, ſed à doctis in eo ſignificatio, neſcio an vſquam legatur, cum ſit corroboratio, & auctio) & exitus feciſſe pares, quia talem vitæ exitum aſſecuti ſunt, qualem factis ſuis propoſuiſſe ſibi viſi ſunt. [Milo Crotoniates] .i. cuius patria erat Croton vrbs Italiæ, cum faciens iter .i. deambulans uidiſſet quercum in agro fiſſam cuneis adactis, ſunt qui vi uentorum fiſſam dicant, acceſſit ad eam .ſ. quercum, fretus .i. confiſus, & munitus viribus, & conatus eſt diuellere .i. duas partes diſtrahere manibus iniectis .ſ. in fiſſuras, quas .ſ. manus arbor .ſ. quercus dicta, reuocata in ſuam naturam .i. priſtinum ſitum. [Cuneis excuſſis] .i. à Milone partes ambas aliquantulum diſtrahente, compreſſit .i. concluſit intra fiſſuram illam, & præbuit eum lacerandum feris, quia nemo auxilio venit, & ipſe diſcedere nequit cum palmis .i. coronis Gymnicis .i. quas in Gymnaſijs victor reportauerat, non quòd eas in capite haberet, ſed pro is eſſet, qui ſæpe viros fortiſſimos vicerat.

DE POLYDAMANTE.

* Pauſ. & Suid. *ITEM * Polydamas athleta tempeſtate ſpeluncam ſubire coactus, nimio & ſubito incurſu aquæ labefactata ea, ac ruente, cęteris comitibus fuga periculum egreſſis, ſolus reſtitit tanquam humeris ſuis totius ruinę molem ſuſtentaturus: ſe pondere omni corpore humano potentiore preſſus, imbribus petitam latebram dementis fati ſepulchrum habuit. Poſſunt ij pręhere documentum nimio robore membrorum vigorem mentis hebeſcere, quaſi abnuente natura vtriuſque boni largitionem, ne ſupra mortalem ſit fęlicitatem, eundem & valentiſſimum eſſe, & ſapientiſſimum.*

OLIV. ITem Polydamas] Pari ratione Polydamas ſtultæ virium ſuarum fiduciæ pœnas non vulgari morte pependit, qui cum alijs iter faciens, orta tempeſtate in proximam ſpeluncam ſubire coactus concuſſa, & labefactata aquarum impetu ſpelunca, cęteris fugientibus cum ruitura videretur ſolus remanſit, fretus viribus ſuis, quòd tantam ruinæ molem humeris ſuſtentare poſſet, ſed opinione fruſtratus eſt, potentior enim humana virtute ruina illum temere renitentem obruit. [Dementis fati]. Stultæ mortis. [Poſſunt hi pręhere documentum] Fortaſſe quęreret aliquis, quid conferant horum exempla, hoc uidelicet, ut homines intelligant, nunquam aut raro nimiam corporis fortitudinem cum animi ſapientia fuiſſe coniunctam, ut qui ſupra uires humanas fortis idem, & ſapiens fuerit, hæc enim duo in eodem corpore iungi natura negauit, rectè igitur dixit ille, cum uiribus corporis ſapientiam eſſe iungendam, ſicut uirum fortem rectè haberi poſſe. [Vigorem mentis] Sapientiam, quę ingenij viuacitate conſiſtit. [Vtriuſque boni] Sapientiæ, & fortitudinis. [Supra humanam fęlicitatem] Quo hæc duo conſecutus eſſe uideretur, ijs eſſet humana conditione fęlicior. hoc igitur humani natura negauit.

ASCEN. ITem Polydamus] (quæ uox dicit multorum domitorem, ſed quis hic fuerit commentarij non edunt, non enim de Polydamante Phrygio, cuius Perſius meminit, (intelligi pōt) Athleta .i. pugil coactus ſubire .i. ſubintrare, ſpeluncam tempeſtate .i. propter uiolentiam imbrium, & tonitruum q̄ neceſſitatem marto ſic applicat. Speluncam Dido dux, & Troianus eandē, Conueniunt ea .ſ. ſpelunca labefacta, ac ruente nimio, & ſubito incurſu aquæ cęteris comitibus egreſſis periculum fuga .i. perfugiū ſolus .ſ. Polydamus reſtitit .i. permanſit ſtans, tanquam ſuſtentaturus humeris ſuis, molem .i. pondus, totius ruinæ .i. partem ſpeluncæ ruituræ, ſed preſſus, uno oppreſſu, pondere potentiore .ſ. ad opprimendum omni corpore humano ad reſiſtendū habuit latebram .i. ſpeluncam petitā imbribus .i. pp imbres ſepulchrum fati dementis .i. mortis per demētiam initæ, quia nunquā aliud ſortitus eſt ſepulchrum. Quo circa ut etiam in ruſticorum verſatur adagio, Optimi natatores, optimi ſcanſores, robuſtiſſimi quiq; ne ſuis uiribus premi, ſuis artibus, & pereūt ferè, unde addit auctorij .ſ. iam dicti poſſunt præbere documentum .i. per ſeipſos docere, uigorem mentis hebeſcere .i. hebetē fieri, & obtundi, nimio robore membrorū, quaſi natura abnuente .i. refugiente & recuſante ſup. uni, & eidem largitionē utriuſque boni .i. prudentiæ omni, & uirium corporis, ne ſit ſupra fęlicitatem humanā eſſe, & ualentiſſimum, & ſapientiſſimum. In quam ſententiam extant etiā uulgares uerſiculi, rara ſub immenſo prudentia corpore regnat, Rarior exiguis conſpecta modeſtia mēbris. Quod uno uerſiculo etiā ſic explicatur. Raro breues humiles ſunt, aut longi ſapientes. Sed eiuſmodi, ut auctore carent, ita & fide.

THEO. POlydamus Athleta] Ianus ex Pauſania, Suidaque monimentis, autumabat eſſe legendum Polydamas, is Athletæ pantacratiaſtes ex oppido Theſſalię ſcotuſſa fuit, oppreſſusq; ſpeluncę ruina eſt, quàm ſi Val. ſequimur hymbris, ſi Pauſaniam Suidamq; æſtus uitandi cum ſubierat.

DE CVPIDITATE VITAE. CAP. XIII.

VERVM quia exceſſus è vita & fortuitos, & viriles, quoſdam etiam temerarios oratione attigimus, ſubyciemus nunc æſtimationi enerues, & effæminatos, vt ipſa comparatione pateat, quanto non ſolum fortior, ſed etiam ſapientior mortis interdum, quàm vita ſit cupiditas.

OLIV. VErum quia exceſſus è uita] Damnāt hoc capitulo molles, & effœminatos homines, qui uitæ cupiditate ducti, cum honeſte mori potuerint, maluerunt, aut turpiter ſupereſſe, aut ab alijs occidi, quàm ſibi ipſis mortem inferre. [Fortuitos] Qui caſu quodam contigerunt ut Tullio. [Et effœminatos] Vt Aeſchili. [Viriles] Vt Catuli, & Comę. [Temerarios] Vt Crotoniatę, & Polydami.

ASCEN. VErum quia attigimus oratione] .i. narratione exceſſus è uita .i. migrationes hominum ab hoc mundo in alterum uitā, & fortuitos .i. inopinatos, & uiriles .i. fortiter obitos, & quoſdam etiam temerarios, ut Mylonis, & Polydamātis. Subijciamus nunc exiſtimationi .i. iudicio legētium ſup. cætus uitę eneruos .i. ſine uiribus, & effęminatos .i. molles, & ſtractos, ut pateat in ipſarum comparatione .ſ. eorum, qui fortiter mortem oppetierunt, & turpiter fugerunt, quando cupiditas mortis, quàm uitę, ſit interdum non ſolum fortior, ſed etiam ſapiētior. Iudicio quidem auctoris, qui gentilem ſequitur ęſtimationem.

DE MARCO AQVILIO.

M. Aquilius, cum ſibi glorioſe mortem conſciſcere poſſet, Mithridati maluit turpiter ſeruire quem quis non immerito dixerit Pontico ſupplicio, quàm Romano Imperio digniorem, quoniam commiſit, vt priuatum opprobrium publicus rubor exiſteret. * Liu. li. 77. & 78 Paterc. lib. 2. & App. in Mithri. ubi uocat Atti lium.

OLIV. M. Aquilius] Ariobarzanes à tygrane iuſſu Mithridatis Cappadocia propulſus Rom. uenit, & eodem tempore mortuo Nicomede, filius eius Nicomedes, à Mithridate pellitur regno, qui cum ipſe ſup. Rom. uenifſet decernitur in ſenatu, ut res uterque reſtituatur in regnum, quàm ad rem miſsi ſunt M. Aquilius, & Manlius legati, qui comparato exercitu cum aduerſus Mithridatem infęliciter pugnaſſet captus Aquilius maluit in ſeruitutem regis uenire, quàm fortiter pugnando, aut ſibi mortem inferendo glorioſe interire. [Nō quis merito dixerit] Vituperat huius hominis uitę cupiditatem, qui dignior fuiſſe uidetur, ut à Mithridate Rege ponti ſupplicijs afficeretur, quàm hunc magiſtratum regeret, quandoquidem ſuo ipſius dedecore S.P.Q.R. dignitatem polluerit.

ASCEN. M. Aquilius] Legatus in exercitu Rom. cū poſſet conſciſcere .i. cōcitare, & inferre ſibi mortē glorioſe .i. cū gloria (errore illo uetere Romanorum, cū uera gloria ex

iniquo opere non fugat, iniquum autem eſſe anima eijcere, q̃ nobis eius conditor depoſito commiſit, nemo ſanè mentis inſi(c as ierit) maluit ſeruire turpiter. ſ. ſe debere Mithridati. ſ. regi ponti. Quem quis dixerit nõ immerito digniore ſupplicio pontico. i. eum inferatura rege ponti ſupplicium (vnde digni dicitur tam malo, q̃ bono, qui alterutrum meruerunt) quàm imperio Rom. i. qui præſit illi, quoniam commiſit vt exiſteret. i. euaderet, & fieret opprobrium priuatum. i. ſua perſona, & rubor publicus, quòd legatus Rom. imperatorio munere inſœliciter functus ſeruiret, aut vt priuatum opprobrium eius exiſteret rubor pub.

dici nolunt, & taceri non poſſunt, impote, nec amica ſilẽtio, qui non merentur occultari, neque familiaria. i. plauſibilia relatione. i. dum referuntur, aut congrua relationi, quia faſtidienda ſunt dictu. i. dũ dicũtur, pudet. n. talia dicere, ſed locus exigit, ut dicãtur.

DE CNEO CARBONE.

* Liu. li. 89. hic lib. 6. c. 1 & lib. 5. cap. 3.

CN. quoque * Carbo magnæ verecundiæ eſt Latinis annalibus: tertio in conſulatu ſuo iuſſu Pompeij in Siciliam ad ſupplitium ductus petijt à militibus demiſſe, & flebiliter, vt ſibi aluum leuare, priuſquam expiraret liceret: quo miſerrimæ lucis vſu diutius frueretur, eo vſque moram trahens, donec caput eius ſordido in loco ſedentis abſcinderetur: Ipſa verba tale flagitium narrantis ſecum luctantur, nec ſilentio amica, quia occultari non merentur, neque relatione familiaria, quia dictu faſtidienda ſunt.

OLIV. CN. quoque Carbo] Hiſtoria Carboni notata eſt in cap. de gratitudine, vbi oſtendimus illum Q. Pomp. victus, & morti deſtinatum, cum duceretur ad ſupplicium, vitæ cupiditate motum, breue tempus aſſero tantiſper, dum exornetaret, ventrem, de quo Cic. in epiſt. Fam. lib. 9 mentionem facit, & eum cũ fratre ſcurram appellat. Sciendum eſt aũt duos fuiſſe Carb. alterum Marianæ partis, qui cum Mario, Cinna, & Sertorio Romam occuparunt, & mortuo Mario cõſul factus eſt cum iuniore Mario, qui multa fœda in vrbe facinora commiſerunt, de hoc Carb. nũc loquitur Val. alterum virum ſenatorium Syllanæ partis, quem Carb. ſuperior cum alijs quibuſdam ſenatoribus in curiam vocatum crudeliſſime trucidauit, de quo Oroſius lib. 5. Damaſippus, inquit, prætor incitante. C. Mario conſule, Q. Scæuolam, C. Carbonem, L. Domitium in curiã, quaſi conſultãdum per antiſtion vocatos crudeliſſime beccidit, corpora interfectorũ per carnifices vnco tracta, atq; in Tyberim miſſa ſunt de fratre huius Carb. diximus ſupra in cap. de ſeditione. [Latinus annalibus] Chronicis P. R. Nã Chronica Græci dñt, quos annales Latini vocãt, ſunt aũt libri, in quibus annua geſta, & magiſtratus deſcribebantur, & ſæpe pro hiſtorijs ponuntur, Virg. & vacet annales noſtrorum audire laborũ. [Demiſſe] Suppliciter, & demiſſo vultu [Moram trahens] Adeo vitæ cupidus erat, vt etiam in exonerando ventre diutius immoraretur, adeo vt eo ipſo loco, in quo ſordido ſederet ab iratis militibus occideretur. [Vix verba tale flagitium] Hoc, inquit, flagitium, nec dicendum propter turpitudinem, nec tacendum pp reprehenſionem eſſe videbatur, res igitur ſecum luctatur, quodammodo, & certas quæ hic tacenda ſint [Nec ſilẽtio amica, quia] Nullo modo tacendum ſit, cum reprehenſionem mereatur. [Relatione familiaria] Quia turpitudinem, videbatur occultandum,

ASCEN. CN. quoque Carbo] Eſt annalibus Latinis. i. libris continentibus res geſtas, & magiſtratus Latinorũ, & præcipue Rom. dictis ab annis, q; per annuos magiſtratus diſcernebatur, magnæ verecundiæ. Qui ſup. in tertio conſulatu ſuo ductus in Sicilia. ſ. cum eſſet in Sicilia (nam vt Rom. in Siciliam duceretur, non eſt vero ſimile, nõ eſt igitur legendũ in Siciliam) ad ſupplicium. i. ad vltimũ, iuſſu Pomp. ſ. quinti, petijt dimiſſe. i. abiecte, ac humiliter, & flebiliter à militibus, vt liceret ſibi leuare. i. euacuare aluum. i. genere, priuſquã expiraret, quo. ſ. vt frueretur diutius vſu miſerrimæ lucis. i. vitæ huius, trahens eo vſque moram donec caput eius ſedentis in loco ſordido. i. egeſtorio, ſeu ſuper latrinas, abſcinderetur (in qua re magis damnanda videtur crudelis militum accelerati, q̃ miſeranda Carb præcatio, potuit. n. culpa vacare ſi non auditate vitæ, ſed vt honeſtius caderes, nec inter, cadendum aluum leuaret id poterit. Verum id auctor non immerito in eo reprehendit, quod auiditate ductus, cum ad leuandũ ventrem ſucceſſit, tantam illic morã traxit, ut militibus neceſſariũ penè fuerit illic ſedentem obtruncare quod quia turpe eſt, addit) ipſa verba ſup. mea, aut cuiuſcunque narrantis tale flagitiũ. i. puſillanimitatem, luctãtur ſecum, quia

DE BRVTO.

QVID Brutus * exiguum, & inſœlix momentum vitæ, quanto dedecore emit? qui à Furio, quem ad eum occidendum Antonius miſerat, comprehenſus, non ſolum ceruicem gladio ſubtraxit, ſed & conſtantius eã præbere admonitus, ipſis his verbis iurauit. Ita viuam? dabo cunctationẽ fati ærumnoſam. O iurandi ſtolidam fidem, ſed hos tu furores immoderata retinẽdi ſpiritus dulcedo ſubijcis ſanæ rationis modũ expugnando, quæ vitam diligere, mortem non timere præcipit.

* Lib. 46 Appia. 7 Liu. lib. 120. Paterc. li. 2. Appia. lib. 3. & Dio. lib. 46.

OLIV. QVID Brutus exiguum] Hic ille Dec. Brutus eſt qui Bruti Cæſ. interfectoris partes ſecutus, cum deuictis illius partibus fugiens in latebra ſe contuliſſet, Terent. eius amicus perſecutoribus latebras explorantibus ultro ſe obtulit, Brut. profeſſus, vt illum à morte liberaret, cuius uoce cognita Brut. iſte eductus, & iuſſus ceruicem extendere, gladio non ſolum retraxit, ſed etiam iurabit, ita uiuam. Dabo fati cunctationem ærumnoſam, non potuit Planius oſtendere uitæ cupiditatem, ſunt qui dicunt hunc eſſe Decium illum Brutum, ad quem Cic. lib. ſcripſit de quæſtionibus Tuſc. & de Parad. Sen. tamen in epiſt. 82. Huic attribuit quæ de Carbone dicta ſunt, dicit. n. mors illa, quæ in Catone glorioſa eſt, in Bruto turpis, & erubeſcenda. hic eſt enim Brut. qui cum parcetus mors moras quæreret ad exonerandum uentrem ſeceſſit, & uocatus ad mortem, iuſſusq; præbere ceruicẽ præbeo, inquit, ita, ut uiuam. [Ita uiuam] Iurauit eſt. [Dabo cunctationem fati ærumnoſam] Tandin mortem prorogabo, quo ad uerba pronunciauero, nam iurauit ſe tand. uicturum quouſque illa iuſiurandi uerba proferret, poſſumus hoc loco facere diſtinctionem, ut dicerit Brut. ita, ut uiuam dabo, cunctationem uero fati ærumnoſam, ſint auctoris uerba. [O iurandi ſtolidam fidem] Eſt moræ deteſtatio uel certe Val. inuehitur in Brutum. qui in ipſo mortis articulo uitæ iuſiurandum dederit [Stolidam fidem] Bene ſtolidam, qui iurauerit ſe uicturum, cum paulò poſt eſſe moriturus. [Sed hos tu furores oſtendit hanc dementiam hominum anima uita dulcedine naſci, quia naturaliter inſitus homini uiuendi appetitus, qui plerumque, rationem expugnat, quem iubet ſic uitam amare ut mortem non timeamus.

ASCEN. QVid Brutus] ſ. De alterius Bruti, qui Cæſ. cum Caſſio, percuſſit partes ſecutus, ſup. fecit quanto dedecore emit exiguum & inſœlix momentum uitæ. Qui comprehenſus à Furio, quem Ant. ſ. triumuir miſeras ad occidendum eum. non ſolum ſubtraxit gladio ceruicem. ſ. ſuam, ſed etiam admonitus ſ. à percuſſore, ut mitius caderẽt uno ictu necem accipiendo, præbere eam. ſ. ceruicem ſuam, conſtantius. i. firmiore animo, & ita exporrectiorem, iurauit his ipſis uerbis dabo. ſ. ceruicem meam conſtanter. [Ita uiuam] i. ita mihi contingat uiuere, ut uerum dico, & ceruicem conſtantius præbebo, hoc autem confirmauit iuramento, aut neſciens quid diceret, quia cum iam mori deberet, ſtultum erat per uitam iurare, ſed quia ea nihil carius habuit, per eam iurauit, aut ideo iurauit, ut tantiſper dum iuraret, uitam protogaret, unde addit auctor ſubaudiẽdo more ſuo, ô cunctationem. i. dilationem fati. i. mortis ærumnoſam, quia ex ea cognita eſt puſillanimitas Bruti. [O ſtolidam fidem iurandi] Quia per id iurauit, quod in poteſtate non habuit, hoc eſt per uitam. Sed tuo immoderata dulcedo ſpiritus retinendi, tu ſubijcis. i. clam infer, hos. i. huiuſmodi furores expugnando modum rationis ſanæ, quæ. ſ. ſana ratio præcipit uitam diligere, ſed mortem, ſi moriendum ſit non timere fruſtra enim timetur, quod ſi bene fiat malum non eſt, & euitari non poteſt, ſunt qui legant præcipis, ut referatur ad dulcedinem, quod ſi eſt, legam, mortem uero timere præciperis, quam lectionem ideo probẽ, q; perſtans in apoſtrophe ſubdat in ſecunda perſona. [Eadem Xerxem, &c.] Coegiſti, ut ſit ſenſus, & ordo, quæ ſ. dulcedo uitæ præcipis expugnando modum ſanæ rationis diligere uitam. Vero pro ſed, timere mortem cum ſana ratio dictet, non timendam, ſed prudenter expectandam mortem.

EXTERNA.

DE XERXE REGE.

Her.li.7 *EAdem Xerxem regem pro totius Aſiæ armata iuuentute, quòd intra cẽtum annos eſſet obitura profundere lachrimas coegiſti, qui mihi in ſpecie aliena, re vera ſuam conditionem deploraſſe videtur, opum magnitudine quàm altiore animi ſenſu fœlicior. Quis enim etiam mediocriter prudẽs mortalem ſe natum fleuerit?*

OLIV. EADEM Xerxem Regem] Cum Xerxes Græciæ bellum illaturus in numeroſum exercitum cõparaſſet, illum in patenti campo, vt ſuite, recenſeret, de ſuperiori loco conſpiciens in eam cogitationem venit, ut diceret intra centũ annos eorum neminem forte ſuperſtitem, & breuiſſimæ hominis uitæ conditionem ſecum ipſe cogitans dicitur illachrymaſſe, & quamuis Aſiaticæ iuuentutis uicem dolore uideretur, ſuam tamen potius deplorat. [Opum magnitudine] Plus opibus q̃ ſapientia ualebat Xerxes, qui mortalem hominum conditionem defleret, quis enim eſt tam inſipiens, quin intelligat ſe natũ eſſe mortalem, flere autem quod datum eſt à natura, ſtultum eſt.

ASCEN EAdem].ſ. tu ò dulcedo uitæ coegiſti Xerxem regem.ſ. Perſarum profundere lacrymas pro iuuẽtute totius Aſiæ armata, q eſſet obitura intra centum annos (ubi imperiti dicerent infra centum annos, quod hic forte poſſet dici, ſed in alio ſenſu, ut ſi peruenturi ſint ad centũ annos) qui.ſ. Xerxes uidetur mihi deploraſſe ſuam conditionem, uidelicet miſeram, & mortalem, ac breui morituram, in ſpeciẽ aliena fœlicior, magnitudine opum, q̃ altiore ſenſu animi.i. prouidentia, aut perſpicacitate ingenij. [Quis.n. etiam i. ſaltem mediocriter prudens fleuerit, ſenatũ mortalem? q.d. nemo, quaſi uero naturæ neceſſitate ſimus mortales, & non uitio primi parentis, quo beneficium immortalitatis amiſimus, ſed illud auctore huius operis latuit.

QVAM EXQVISITA CVSTODIA VSI SVNT, QVIBVS SVSPECTI DOMESTICI FVERVNT. CAP. XIIII.

REFERAM nunc eos, quibus aliquos ſuſpectos habentibus exquiſitior ſui cuſtodia quæſita eſt. nec à miſerrimo, ſed ab eo, qui inter paucos fœliciſſimus fuiſſe creditur incipiam.

OLIV. REFERAM nunc eos] Hoc cum ſuperiori rectè coniungitur. Nam ad uitæ cupiditatem pertinere uidetur, munire nos diligentiori cuſtodia aduerſus domeſticos, aliosue nobis ſuſpectos, hoc autem regibus, & principibus, ut plurimum euenire ſolet, quorũ uita ſemper ſolicita eſt, timent enim ne à ſuis, uel alienis petantur inſidijs, & ideo ſemper aduerſus hos diligentiori utuntur ſui corporis cuſtodia, q feciſſe traditur Maſiniſſa Rex Numidarum qui quanquam latum haberet imperium amicos complures, filios priuſquam quinquaginta, ſuam tñ ſalutem maluit canum q̃ hominum, fida cuſtodia munire, quippe qui plus fidei canum, q̃ filiorum pietati, aut amicorum charitati confideret, conſtat aũt canes hominibus eſſe fideliſſimos, & teſtibus Sol. & Plin. lib. 8. Dominos ſuos æqualiter omnes diligere, ſicut multis exemplis patet. Nam in Aegypto domini percuſſorem in cœnam agnitum latratu canis prodidit. Iaſone Licio interfecto canis ipſius ſpernatus cibũ inedia obijt. Lyſimachi regis canis flammæ ſe iniecit, accenſo rogo domini, & pariter igni abſumptus eſt. Garamantum regem ducenti canes ab exilio reduxerunt prœliantes aduerſus reſiſtentes. Colophonij, & Caſtabalẽſes canibus in bella ductis primas acies inſtruebant. Appio Iunio. P. Sicinio conſulibus, damnatum dominum, canis cum abigi non poſſet, comitatus in carcerem, mox percuſſum vlulatu proſecutus eſt, cumq; ex miſeratione P. R. poteſtas ei ſibi fieret ad os defuncti eſcam tulit. Vltimo deinde deiectum in Tyberim cadauer annatans ſuſtentare conatus eſt. Multaq; alia caninæ fidelitatis exempla commemorat Pli. quę conſulto prætermitto, ne forte faſtidiant homines, ſed conſtat q canes ſoli nomina ſua recognoſcunt, & iterum meminerũt. [Inter paucos fœliciſſimus] Conſtat Maſiniſſam poſt coniun-

Maſiniſſa canũ cuſtodię ſe credidit.

ctam cum P. R. ſocietatem, & amicitiam, omnia habuiſſe ſecunda, ut inter fœliciſſimos connumerari merito poſſit.

ASCEN REferam nunc eos, quibus habentibus aliquos ſuſpectos] Cuſtodia ſui eſt quæſita exquiſitior.i. accuratior, & diligentior.ſ. q̃ cęteris, aut q̃ par fuerit. [Nec incipiã à miſerrimo] ſed ab eo ſ. externo tñ videlicet Maſiniſſa, unde domeſtica non ponit exẽpla, vel q deſuerint, vel indigna Romanis putauerit] qui creditur fuiſſe fœliciſſimus inter paucos.ſ. fœlices.

DE MASINISSA REGE.

MASINISSA Rex Numidarum, & P. R. amiciſſimus, parum fidei in pectoribus hominum reponens, ſalutem ſuam cuſtodia canum valuit. Quo tam late patens imperium? quo tantus liberorum numerus, quo denique tam arcta beneuolentia conſtricta Romana amicitia, ſi ad hæc tuenda nihil canino latratu, ac morſu valentius duxit?

OLIV. MASINISSA Rex] Parum fidei cuſtodia canum] Legitur & Euander ſecum ſemper habuiſſe canes. Virg. greſſumq; canes comitantur herilem. [Tantus liberorum numerus?] Quos quinquaginta fuiſſe diximus in cap. de gratitudine Valentius duxit potentius exiſtimauit, & vituperat ſine dubio hoc loco. [Maſiniſſa Valentius] Qui plus canibus, quàm fidis liberorum pectoribus credere voluerit.

ASCEN MAſiniſſa Rex Numidarum & amiciſſimus P. R. reponens in pectoribus hominum parum fidei].i. fiduciæ, aut fidelitatis vallauit ſalutem ſuam cuſtodia canum. [Quo].i. ad quid ſup. vtile fuit illi, imperium patens tam late? Quo ſup. pertinuit tantus numerus liberorum videlicet quinquaginta. [Denique à quo].i. quid vtilis fuit amicitia Romana conſtricta tam arcta beneuolentia? non nihil duxit.i. iudicauit Valentius.i. potentius & efficacius ad tuenda.i. protegenda hæc ſcilicet dicta quæ habuit, & cum vitam amiſiſſet, latratu canino, q.d. nihil, dicẽdo autem latratu extenuat ſubſidium canum quaſi non aliam opem, quàm latrando afferre poſſint.

DE REGE ALEXANDRO.

HOC [a] Rege infelicior Alexander, cuius præcordia hinc amor, hinc metus torſerunt: nam, cum in finito ardore coniugis Thebes teneretur, ad eandem ex epulis in cubiculum veniens, barbarum compunctum notis threicijs, ſtricto gladio iubebat anteire: nec prius ſe idem lecto committebat, quàm à ſtipatoribus diligenter eſſet ſcrutatus. Supplicium irato deorum numine compoſitum, nec libidini, nec timori poſſe imperare. Cuius timori eadem & cauſa, & finis fuit. Alexandrum enim Thebe pellicatus ira mota interemit.

[a] Cic. li. 2. de off. & lib. 2. de Inuẽ.

OLIV. HOc Rege infœlicior Alexãder] Hoc fuit Alexãder Phęreus cuius meminit Cic. offic. lib. 2. qui Alexandrum, inquit Phęreum, quo animo vixiſſe arbitramur, ut qui, ut ſcriptum legimus, cum vxorem Theben admodum diligeret tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum ſtricto gladio iubebat anteire. Præmittebatq; de ſtipatoribus ſuis qui ſcrutaretur arculas muliebres, & ne quid in veſtimentis telũ occultaretur diligenter exquirerent, nec eum tamen fefellit opinio, ab ea enim ipſe per pellicatus ſuſpitionẽ interemptus eſt. O miſerum qui fideliorem & barbarũ, ſtigmaticum putaret, q̃ coniugem. Infœlicior igitur fuit ipſo Maſiniſſa Alexander, Non Maced. ſed Phæreus à Phærea ciuitate denominatus, qui imperauit. eſt aũt ciuitas Aſiæ, Huius vero Alex. idem Cic. Rhetoricorum lib. 2. mentionem facit. [Compunctũ notis] Damnatum à ſtigmatibus notatũ. Nam quia fugitiuus fuerat, notas illi candenti ferro inuſerat herus. [Threicijs] Autem ideo dixit, quia Thraces ſeruis ſuis fugitiuis has notas imprimere ſolent. [Supplicium] Dicit hoc ſupplicium à dijs immortalibus fuiſſe iniunctum, vt libidine pariter, ac metu ſemper agitaretur, vt neutro temperare poſſet. [Cuius timori] Suſpicio, inquit timoris principium dedit, & finem. Nam quia ſuſpectam habebat vxorem

Alexan. Phærea cuſtodia penes vxorem.

ad eam nunquam ſine metu accedebat, vxor vero pellicatus ſuſpitione virum occidit, & ita finem timori dedit. [Pellicatus ita mota] Adulterij, eſt enim pellea, quæ cum alieno viro concubuit, & dicitur pellea vxoris eius, quo cũ ſem habet à pelliciendo dicta Heiod. dicit non ſuſpitione, ſed ita ea re ipſa compertã Theben occidiſſe maritum, q duobus egregia indole fratribus ſuis rea iſte ſceleſtiſſimus abuteretur, à quibus re cognita, nam inuiti regię libidini obtemperabant, per ſororem ad regis cæde hortatis, atque etiam coactis, rex ſomno die quadam oppreſſus per inſidias occiſus eſt.

Ascen. HOc Rege, &c] Alea. ſ. Pheræus Pb erga vrbis Aſiæ princeps ſup. fuit infelicior hoc rege, videlicet Maſiniſſa. [Cn ius].i. Alea. præcordia.i. intimas affectiones, aut affectionum ſedes torſerunt, hinc.i. ex vna parte amor. hinc.i. ex altera parte metus nam cum teneretur infinito ardore Thebes coniugis. ſ. ſuæ veniens ad eandem ex epulis in cubiculum, iubebat barbarum ſ. ſatellitem, compunctum.i. ſignatum notis Threiciis.i. quibuſdam ſtigmatibus, quibus Thraces tanquam ad inſigne fortitudinis ſe pungunt, vnde non accedo ad mentem Oliuerij. qui crimine coniunctum ſit notatum gladio ſtricto.i. euaginato, nec idem. ſ. Alexander committebat ſe prius lecto. ſ. lectus eſſet ſcrutatus.i. excuſſus, & diſquiſitus diligenter à ſtipatoribus.i. à ſatellibus cum denſe comitantibus. [Supplicium].i. ò ſupplicium compoſitum.i. latenter illatum numine deorum irato.i. offenſo in illum, cũ ipſe ſua prouidentia, & libera voluntate ſe id facere crederet, ſupplicũ in quã videlicet, nec poſſe imperare libidini, vt cõiugẽ, ſi malam putet deſerat, aut deleat, nec timor, eam ſi bonam cenſeat, nõ timeat. [Cuius timori fuit eadem cauſa, & finis] Thebe enim mota.i. commota ira pellicatus hoc eſt, quod Alexander pellicem haberet, interemit Alexãdrũ, aut ſaltem fratres Thebes conſilio, eius vt Oliuerius recitat.

DE DIONYSIO REGE SYRACVSANORVM.

* Cice. Tuſc. 5.

*AGe Dionyſius Syracuſanorum tyrannus huiuſce tormenti, quam longa fabula, qui de quadraginta annorum dominationem in hunc modum peregit: ſummotis amicis, in eorum locum ferociſſimarum gentium homines, & à familijs locupletum electos prævalidos ſeruos, quibus latera ſua committeret, ſubſtituit: tonſorum quoque metu, tondere filias ſuas edocuit, quarum ipſarum poſtquam adultæ ætati appropinquabant, manibus ferrum non auſus committere, inſtituit, vt candentium * inglandium, aut nucum putaminibus barbam ſibi & capillum adurerent. Nec ſecuriorem ſe maritum agit, quàm patrem. duarum enim eodem tempore Ariſtomaches Syracuſanæ, & Locrenſis Durdis matrimonijs alligatus, neutrius vnquam, niſi excuſſæ, complexũ petijt. Atque etiam cubicularem lectum perinde quaſi caſtra, lata foſſa cinxit, in quem ſe ligneo ponte recipiebat, cum forem cubiculi extrinſecus à cuſtodibus opertam interiorem clauſtro ipſe diligenter obſeraſſet.*

* Glandiũ Dionyſij metus à familiaribus.

Oliv. AGa Dionyſius Syracuſanorum] Cice. Tuſc. libr. 5. ſiue quæſtione 5. Duo, inquit, de quadraginta annis tyrannus Syracuſanorum fuit Dionyſij cum quinque & viginti natus annos dominatum occupaſſet, qua pulchritudine vrbem, quibus autem opibus præditam ſeruitutem oppreſſam tenuit ciuitatem, atqui de hoc homine bonis auctoris ſic ſcriptum accepimus, ſummam fuiſſe eius in victu temperantiam, in rebus gerendis virum acrem, induſtrium, eundem tamen maleficum, natura, & iniuſtum, ex quo omnibus bene veritatem intuentibus videri neceſſe eſt, eſſe miſerrimum, ea enim ipſa, quæ concupierat. ne tamen quidem cum omnia poſſe cenſebat, conſequebatur, qui cum eſſet bonis parentibus, atque honeſto loco natus, & ſi id quidẽ alius alio modo tradidit, abundaretq; æqualium familiaritatibus, & conſuetudine propinquorum, haberet etiam more græciæ quoſdam adoleſcentes amore coniunctos, credebat eorum nemini, ſed his, quos ex familijs locupletum ſeruos delegerat quibus nomen ſeruituris detraxerat, ipſis, & quibuſdam cõuenis, ſed feris barbaris corporis cuſtodiam committebat, ita propter iniuſtam dominatus cupiditatem, in carcerem quodam modo ipſe ſe incluſerat, quin etiam ne tonſori collum committeret, tondere filias ſuas docuit, ita ſordido ancillari quoque artificio regiæ virgines, vt tonſtriculæ tondebant barbam, & capillum patris etenim ab his, qui ipſis, cum iam eſſent adultæ, ferrum remouit, inſtituitq;. & vt candentibus iuglãdium putaminibus barbam, & capillum adureret, cumq; duas vxores haberet Ariſtomachem ciuem ſuam, Doridem autem Locrenſem, ſic noctu ad eas ventitabat, vt omnia ſpecularetur, & perſcrutaretur ante, & cum foſſam latam cubiculari lecto circumdediſſet, eiuſq; foſſæ tranſitum ponticulo ligneo cõiunxiſſet, eum ipſum cum fores cubiculi clauſerat, detorquebat. [Idemq; cum in communibus ſuggeſtis conſiſtere nõ auderet, cõcionari ex alta turri ſolebat. Atque is cum pila ludere vellet eum (ſtudio enim illo delectabatur) tunicamq; poneret adoleſcentulo, quem amabat tradidiſſe gladium dicunt, huic cum quidam familiaris iocans dixiſſet, huic certe vitam tuam cõmittit, arriſiſſetq; adoleſcens, vtrunque iuſſit interfici, alterum quia viam demõſtraſſet interimendi, alterum, quia id riſu approbaſſet. Hinc facile intelligi poteſt quàm miſer fuerit tyrannos iſte tanta ſuſpicione plenus. [Quàm longa ſabula]. ſ. eſt, quia ſi omnia, quæ de huius tyranni metu, & ſuſpicione traduntur, eſſet hoc loco referenda, longa fabula, hoc eſt narratione opus eſſet. [Duo de quadraginta] .i. triginta octo, quaſi demptis duobus de quadraginta. [Ferociſſimum gentium homines] Thraces, videlicet quos conſtat fortiſſimos ſemper fuiſſe. [Ex familijs locupletum] Diligebat ex familijs ciuium ſuorum locupletum ſeruo robuſtiſſimos quoſque, eoſq. libertate donatos ad ſui corporis tutelam præficiebat, & barbaris iiſdemq; ſeruis magis quàm amicis, aut propinquis ſalutem ſuam committebat [Tonſorum quoque metu] De hoc idem Tullius officiorum lib. 2. Quid enim inquit cenſemus ſuperiorem illum Dionyſium quo cruciatu timoris angi ſolitum, qui cultros metuens tonſoris, candente carbone ſibi adurabat capillum [Candentium iuglandium] Iuglandes teſte Nonio ſunt agreſtes. Macr. conuiuiorum lib. 2. Nux iſta iuglãs, inquit ſecundum nonnullorum opinionem à iuuando & glande dicta exiſtimatur. Gabius vero baſſus lib. de ſignificatione verborũ hoc refert Iuglans arbor dicta eſt. perinde ac Iouis glans. Nam id arboris genus nuces habet, quæ ſunt ſuauiore ſapore, quàm glans eſt. Hunc fructum antiqui illi egregium glandiq; ſimilem, ipſamq; arborem Deo dignam exiſtimabãt. Iouis glandem appellauerunt. Quæ nunc literis intercíſis iuglans nominatur, de quarum ſpecie Plin. lib. 15 multa dicit. Ad harũ igitur ſimilitudinem rea, vt quidam volunt ſericas nuces fieri iuſſerat quas incendit primo deinde, barbę admoueri faciebat. Diſſentit hoc à Cic. qui non iuglandibus, ſed candenti carbone ſolitũ eſſe dicit capillos adurere. [Nec ſecuriorem ſe maritum] Quemadmodum filiabus pater, ita & vxoribus vir parum fidebat. [Neutrius] Antique dixit nunc vero neutræ diceremus. [Cubicularem lectum] Pro cubiculo, in quo lectus erat foſſa circumdedit. [Forem cubiculi] Non ſatis habuit foſſa cubiculum cinxiſſe, niſi & hoſtium firmo clauſtro occluderet. [Forem] .i. aditum.

Dion. filiæ tondebant.

Ascen. AGe Dionyſius Tyrannus Syracuſanorum, quàm] .i. quantum longa fabula ſup. eſt tormenti huiuſce .i. huiuſmodi qui peregit dominationem.i. tyrannidem, annorum duo de quadraginta .i. triginta octo in hunc modum, nam amicis ſummotis. ſ. ab aula ſua ſubſtituit in locum eorum homines gentium & ferociſſimarum, & prævalidos ſeruos electos è familijs locupletum, quibus committeret.i. crederet, latera ſua. Edocuit quoque filias ſuas tondere .i. radere barbam metu tonſorum, quarum ipſarum.i. earundem ſi iarum manibus non auſus committere ferrum.i. cultrum raſorium, aut nouaculam poſtquam appropinquabant ætati adultæ.i. maturę viro inſtituit, vt. ſ. filię adurerent ſibi.i. inſtituenti patri Dionyſio uidelicet barbam, & capillos. (Sunt qui habent non capiam.i. contractam manibus, quod alij non ineptè deleuerunt) putaminibus .i. ut dicunt teſtes, iuglandium.i. iuglandiu Iouis, qui dulces ſunt etiam hominibus, ſunt qui amygdalas putent. [Aut nucum candentium].i. incenſarum, putamina enim nucum, eo quod pingua faciliter incenduntur, tenuemq; calorem, ſed latam flammam emittunt tali miniſterio, non ineptam, ſtatimq; in Carbones uertuntur; unde Carbone candente Cic. uſum dicit. Nec egit ſe maritum ſecuriorem, quàm patrem .i. non minus timuit uxores, quam filias. [Enim] .i. quia ipſe alligatus eodem tempore matrimonijs duarum. ſ. uxorẽ Ariſtomaches Syracuſanæ, & Doridis Locrenſes, neutrius complexum petijt.i. adijt, unquam, niſi excuſſæ .i. ſcrutatæ, & inueſtigatæ, an ferrum haberent, atque cinxit etiam

lectum

lectum cubicularem.i.quo incubuit, aut qui in cubiculo erat] ſed foſſa lata,quæ tñ in cubiculo erat, ſed cubiculum cũ lecto ambibat perinde quaſi caſtra.i.ſicut caſtra cingeret, quem.ſ.lectum recipiebat ſe ponere ligneo.quem.ſ.ſubtraxit, eũ ipſe.i. proprijs manibus obſeraſſet clauſtro.i.ſera,& vectibus claudẽdi vim habentibus,diligenter forem interiorem.i. ab interiori parte(forte legendo ſit interius,vt reſpondeat ad illud extrinſecus)forem cubili,opertam.i.denſiſſime munitum,& clauſam extrinſecus.i.ab exteriore parte à cuſtodibus.ſ.corporis ſui.

THEO. IVglandium] Veteres codices habent, candentiũ glandium, quæ lectio probior,addit.n.continuo Val Aut nucũ putaminibus,iuglandaſq;,& nuces idẽ ſunt,vt diximus ex Macrob.

DE SIMILITVDINE FORMAE. CAP. XV.

*Pli.lib. 7.ca.12. Plut. li. 5.ca 11. & 12.de Plac.philoſ.

*DE ſimilitudine *autem oris, & totius corporis, altiore doctrina præditi ſubtilius diſputant eorumq; alij in ea ſunt opinione, vt exiſtiment illam origini, & contextui ſanguinis reſpondere. Nec paruum argumentum ex cæteris animalibus trahunt, quæ ferè gignentibus ſimilia naſcuntur. Alij negant certam hanc eſſe naturæ legem ſed ſpecies mortalium prout fortuita ſors conceptionis obtulit,attribui : atque ideo plerunque ex ſpecioſis deformes, ex robuſtis inualidos partus edi. Verum quoniam iſta quæſtio in ambiguo verſatur, pauca inter alienus conſpectæ ſimilitudinis exempla referemus.*

OLIV. Similit. oris vnde

DE ſimilitudine autem oris] Dicturus de ſimilitudine formæ breuiter præfatur,& oſtendit variam eſſe philoſophorum de re iſta ſententiam,quod alij dicant à lege naturæ datum eſſe, vt nonnulli diuerſis parentibus orti ſibi ſpecie vultus,& oris ſimillimi inueniantur,alij potius caſu, & fortuita conceptionis ſorte id euenire contendunt,& quoniam lis iſta adhuc ſub iudice manet, dicit ſe quoq; huius rei cauſam prætermiſſurum,& exempla pauca ſubiecturum. [Altiore doctrina]Profundiori ſcientia]Vt philoſophia cauſarum omnium indagatrix [Eorum]Alij ſunt,inquit, philoſophorum nonnulli, qui hoc à lege naturæ prouenire dicant, ut omne generans generatorum ſibi ſimile efficit, & à ſanguine ſimilitudine naſci volunt,quod à cæteris animalibus probant, dicentes,vt in brutis videmus catulis catulo ſimile procreari, ſic & homines ſibi ſimiles liberos ſæpiſſime generare. [Contextui] Compoſitioni ſanguinis,vt filij parentibus,quibus originem ducunt,ſimiles inueniantur.[Reſpondere]Conſentire. Virg.Et dictis reſpondent cætera matris. horum autem philoſophorum opin. ſequitur Sol.in cap.de homine, dicit enim iam vero,qui deſſe uum animum referat ad ſimilitudinem, cauſas quantum artificis naturæ ingenium deprehendet. Interdum enim id genus ſpectant,& per ſobolem in familiam tranſitus faciunt, ſicut plerunq; paruuli modo neruos,modo cicatrices, modo qualeſcũque originis ſuas notas ferunt,ut in lepidis,quorum tres,inter nulla famem ſerie,ex eadem domo, obducta membrana oculo ſimiles genti reperiuntur, uel in B zantio nobili pectore,qui cũ matrem haberet adulterio ex Aethiope cõceptam, qui nihil patri comparandum reddidiſſet ipſe in Aethiopum auum degenerauit. [Alij negant hanc eſſe naturæ legem] Hanc ſimilitudinẽ non à lege naturæ,ut origini ſanguinis reſpondeat,ſed à fortuita quadam ſorte,& caſu prouenire dicunt,quod videtur

Deformes à formoſis naſci

eſſe probabilius, quia uidemus diſſimillimos à parentibus naſci,à formoſis deformes, à validis imbecilles. [Phyſici vero dicunt] Id plerunq; accidere, ut in conceptione mulier ad alicuius imaginem adiecerit ſuum animum,& cum in eum tota fuerit intenta,ſimilitudinem eius partum,ſiue conceptum inde cõtrahere, quod probant ex muliere quadam, quæ cum pudica ſemper habita fuiſſet,Aethiopem tamen peperit cuius rei cauſam cum maritus diligentius inueſtigaſſet, qui ſuſpectam uxorem habere cœperat, cognouit à Phyſicis, quod tempore conceptionis vxor,cum Aethiopem,quem in cubiculo depictum habuerat, conſpexiſſet, & in eum tota fuiſſet intenta. conceptus inde ſimilitudinem duxerat. Quod idem ſentire videtur Plin.natur.hiſt.lib.7. cum dicat,Similitudinem quidem in mente reputatio, & in qua credantur multa fortuita ; ò le ſe,viſus,auditus, memoriaq;, hauſtæ, imagines ſub ipſo conceptu,cogitatio etiam vtriuslibet anima ſubito tranſuolans effingere ſimilitudinẽ,aut miſcere exiſtimatur, ideoq; plures in homine,quam in cæteris omnibus animalibus differentiæ,quoniam velocitas cogitationum,animiq; celeritas,& ingenij varietas,multiformes notas imprimit, cum cæteris animantibus immobiles ſint animi,& ſimiles omnibus, ſinguliſq; in ſuo cuiq; genere. [Fortuita ſors] Prout caſus concipienti mulieri imaginem aliqua obtulerit.[Inter alienos]Qui diuerſis parentib. nati ſunt, & uidetur latenter his aſſentire, qui in fortuito caſu ſimilitudinem ponunt. [Partus edi] Pariter in qua ſignificatione Iuuen poſuit.Si mulier vitulum,vel ſi bos ederet agnum.

ASCEN. DE ſimilitudine,&c.]Autem.i.præ cæteris donati, aut donati altiore doctrina.i.quam nos,aut ferè alij diſputant ſubtilius de ſimilitudine oris.i.faciei,& totius corporis,& alij eorũ ſ.præditorum doctrina ſunt in ea opinione,vt exiſtiment illã,ſ. ſimilitudinẽ reſpondere origini,& contextui ſanguinis, nec.i. & non, & trahunt ex cæteris animalibus argumentum nõ paruum.i.approbationem,magnam, quæ.ſ.animalia naſcuntur ferè ſimilia gignentibus. Alij negant hanc legẽ naturæ eſſe certam,ſed ſup.aſſerunt [Species mortalium attribui].i.vnicuiq; prout.i.ſecundũ quod ſors conceptionis fortuita.i.caſualis obtulit.ſ.vnicuiq; atq; ideo,ſup.aſſerunt,aut dicunt partus deformis ædi plerunq;.i.frequenter ex ſpecioſis,& inualidos ex robuſtis,quod niſi quandoque contingeret, vtili edicto prohiberetur impotentibus,& deformibus generare,quo cauto ſtatim omnes formoſi,& ualidi ederentur. [Verum,quoniam iſta quæſtio] Verſatur in ambiguo,nos referemus pauca exempla ſimilitudinis conſpectæ inter alienos.i.diuerſi ſanguinis,aut generis.

DE VIBIO, ET PVBLICIO LIBERTINO ſIMILIBVS POMPEIO MAGNO.

*MAGNO Pompeio *Vibius ingenuæ ſtirpis, & Publicius Libertinus ita ſimiles fuerunt, vt permutato ſtatu, & Pompeius in illis, & illi in Pompeio ſalutari poſſent. Certe quocunque aut Vibius, aut Publicius acceſſerant,ora hominum in ſe obuertebant, unoquoque ſpeciem ampliſſimi ciuis in perſonis mediocribus annotante: Quod quidem fortuitum ludibrium, quaſi hæreditarium ad eum penetrauit.*

*Pli.li.7 c.12.idẽ viũ rẽu refert Sol. c.4.

OLIV. MAGNO Pompeio]Duos dicit infimæ conditionis homines Pomp.adeo perſimiles,vt ſi eadem Pomp.& illorum fuiſſet fortuna mutuo pro Pomp. ſalutari potuiſſent.Sol tamen de memorabilib.mundi horum alterius tantum mentionẽ facit.Dicit inter Cn.Põp.& Cn.Vibiũ humili loco natum tãtus error extitit de paribus lineamentis, vt R. Vibium Pomp. nomine Vibij uocabulo Pompeio cognominarent Plin.vero eod.lib. vtrunque commemorat,dicit enim M.Pompeio. Vibius quidam à plebe,& publicius etiam ſeruitute liberatus in diſcreta propè ſpẽ ſuere ſimiles, illud os probũ reddentes,ipſumq; honorem eximię frontis. [Ingenuę ſtirpis] Solinus dicit humili loco natum. Plin. è plebe natum [Quod quidem fortuitum]Hanc fortunæ ludificationem, vt ſord dæ conditionis homines Pomp. haberet ſibi perſimiles. dicit ei fuiſſe, quaſi hęreditariam, quoniam pater eius Menogenem cocum longe ſibi ſimilem ſortitus eſſet, à quo etiam Strab.cognomen accepiſſe dicitur.nam Menogenes Strab. Coquus ille vocabatur.[Ludibrium] dedecus & ludificatio nam turpe videbatur eſſe clariſſimis viris à ſordido genere hominum ſpeciem repręſentari.

V.b. & Publicius Põp. ſimiles.

ASCEN. MAgno,&c.] Vibius ſtirpis ingenuæ, & Pub libertinus.i. libertinæ conditionis,fuerũt ita ſimiles Pomp. magno, vt ſtatu permutato, quia Pomp.princeps erat vrbis, illi ignobiles,&c.i.ſimul Pomp.poſſet ſalutari in illis pro Pomp & illi in Pomp.i.Pomp.loco alterius illorum. Certe quocunque, aut Vibius,aut Publicius acceſſerant ipſi ſup.obuerterant in ſe ora hominũ admirantium ſimilitudinem eorum cum Pomp. vnoquoq;.ſ. hominum annotante in perſonis mediocribus.i. mediocris conditionis,ſpeciem ciuis ampliſſimi, vt qui magno cognomen meruerit. Quod quidem ludibrium fortuitum].i. illuſio caſu orta,penetrauit ad eum,ſ.Pomp.magnum, quaſi hæreditarium.i.à patre acceptum,

DE

DE MENOGENE COCO SIMILI PATRI POMPEII MAGNI.

*Pli.lib. 7.c.12. NAM * pater quoque eius eo uſque Menogenis, Coci ſui ſimilis eſſe uiſus eſt, ut vir & armis præpotens, & ferox animo, ſordidum eius nomen repellere à ſe non ualuerit.

OLIV. MENOGENIS] Qui, & Str. dicebatur æque Põp. magni Pompei pater cognominatus eſt, teſte Pli. eodẽ li. nam talis, inquit, campum, quoq; eius Menogenis coci ſui cognomen impoſuit Strabonis à ſpẽ oculorum nomẽ habeotis uitiũ, imitata fuit alter Strab. perſpicaciſſimi viſus homo, quem ſupra diximus, perſpexiſſet ceorum &c; 5. millis paſſuum ſolitum caeuntem à Carthagine claſſem punicam, numerumque nauium manifeſtiſſime ea Lybitana ſpecula notare.

ASCEN NAm pater quoq; eius viſus eſt] Eſſe ſimilis Menogenis coci ſui eouſq; vt vir, &c. i. ſimul armis præpotẽs, & feroa alo. ſ. pr̃ Põpeij magni non potuerit repellere à ſe nomẽ eius. ſ. coci ſui ſordidũ, quia ſordidi hominis, aut à vitio corporis maiorib. eius inditũ, agnominatus. n. eſt ab illo Strab.

DE CORNELIO SCIPIONE, COGNOMENTO SERAPIONE.

*Pli.lib. 7.c.12. EXIMIAE vero nobilitatis adoleſcens Cornelius Scipio, cum plurimis, & clariſſimis familię ſuę cognominibus abũdaret, in ſeruilem Serapionis appellationem vulgi ſermone impactus eſt, quòd hu iuſce nominis victimario perſimilis erat: nec illi aut morum probitas, aut reſpectus tot imaginũ, quò minus hac contumelia aſpergeretur, opitulata eſt.

OLIV. Scipio Serapioni longe ſimilis. EXIMIAE vero nobilitatis] Nec iſtud fortunę ludibriũ nobiliſſimus adoleſcẽs Corn. Scipio ſubterfugere potuit, qui Serap. cuiuſdam victimarij io appellatione fuerit notatus, q iiſdem lineamentis corporis, & oris par eſſet illi, vnde Plin. eodẽ lib. vnde. Scipioni in ſeruo Serapione victimarij negociatoris vili mancipio, non illi valuit generis nobilitas nõ morũ probitas, nulla deniq; virtus. [Cognominibus] Vt Scipionum, quorum duo Aphricani, vnus Aſiaticus dicti ſunt [Serapionis appellationem] Quia vulgus eum Serapionem appellabat eo, q illi ſimillimus erat, erat autem Serapio iſte victimarius, hoc eſt ſacerdotum miniſter, qui ſacrificantibus miniſtrabat, vt ſupra dixi. [Reſpectus tot imaginum, q plurimas maiorum ſuorum ſtatuas haberet.

ASCEN EXimię, &c.] Vero. i. ſed Corn. Scip. adoleſcens nobilitatis eximiæ, cum abundaret plurimis, & clariſſimis cognominibus familię ſuę, nã Scipionũ, alius dictus Aphricanus, alius Aſiaticus, alius Numantinus, & Aphricanus, alius Naſica, &c. impactus eſt ſermone vulgi io appellationẽ ſeruilẽ Serapionis ſerui, quod. i. quia erat perſimilis victimario. i. victimarũ curatori, huiuſce noĩs. ſ. Serapionis. Nec aut probitas morum, aut reſpectus tot imaginũ. i. clarorũ virorum, quorũ imagines in ſtẽmate ſuo habebat, eſt opitulata ei, quo minus. i. vt nõ ſpargeretur hac contumelia, vt. ſ. victimarij nomẽ acciperetur.

DE LENTVLO, ET METELLO SIMILIBVS HISTRIONIBVS.

*Pli.lib. 7.c.12. GENEROSISSIMVS * conſulatus collegio Lentuli. & Metelli fuit, qui ambo in ſcenam propter ſimilitudinem hiſtrionum propemodum ſpectati ſunt. Sed alter ex quodam aſſeclarum cognomen Spintheris traxit, alter niſi Nepotis à moribus accepiſſet, Pãphili retiarij, cui ſimillimus eſſe ferebatur, habuiſſet.

OLIV. Metellus Retiario ſimilis. GENEROSISSIMVS conſulatus] Lentulus, ac Metellus conſules principeſq; Rom. ſic duorũ hiſtrionum ſpeciẽ referebant, vt cum in Scenam prodijſſent, illorum nomina non ſubterfugiſſent, niſi alter ſpintheris, alter nepotis cognomina multo antea ſortiti fuiſſent, nam Metellus, quia retiario Pamphilo ſimillimus eſſet, cuius nomẽ ſordidum non aufugiſſet, niſi à nepote, qui pius cognominatus eſt, auxiliate nomen accepiſſet. Plin. Sicut ſpinter ſecundanus, Retiariusq; Pamphilus collegio Lentuli, & Metelli conſulũ, in quo perquam in fortunæ fortuitum hoc quoq; fuit, duorum ſimul conſulum in ſcena imagines cerni. [Spectati ſunt] Quotieſcunque in ſcenam conſules iſti prodibant, vt in ſe omnium oculos conuertebant, quod hiſtrionibus ſimillimi forent. [Ex quodam ſæculari] Ex quodam mimo, qui in ludis ſecularibus hiſtrioniã exercebat, de ludis ſecularibus dictum eſt in cap. de inſtitutis. [Spintheris] Fuit nomẽ hiſtrionis. [Letulo ſimilis] A quo Lentulus cognomẽ accepit. [Alter à moribus nepotis]. ſ. Metel. qui pius cognominatus eſt à nepote optimis moribus inſtituto. [Pamphili retiario]. ſ. Pamphili gladiatoris.

ASCEN GEnerosiſſimus, &c.] Conſulatus fuit generoſiſſimus collegio Lentuli, & Metelli. i. cum Lentulus, & Metellus collegæ eſſent, qui ambo ſpectati ſunt propemodum. i. valde in ſcena. i. theatro, cum ſcenici agerentur ludi, illis præſentibus pp ſimilitudinem hiſtrionum, qui ludus varios agebant, ſed alter. ſ. Lentulus traxit cognomen ſpintheris ex quodam ſæcularium. ſ. ludorum actori, quãquam Oliu. ſæculari legat, & alij aſſeclarum, nam Plin. à mimo nomen ſortitum vult Metellus niſi accepiſſet ſup. cognomen à moribus nepotis, qui pius dictus eſt, habuiſſet ſup. cognomẽ, aut agnomen Pãphili retiarij. i. certantis cum Mirmillone rete, quod manibus geſtabat, cui. ſ. retiario ipſe ferebatur ſimillimus.

THEO. a NEpotis] Metellus, inquit, à Pamphilo Retiario, traxiſſet appellationem niſi prius à moribus, & ſolutiore vita nepos eſſet appellatus.

DE M. MESSALA SIMILI MENOGENIS, ET CVRIONE SIMILI BVRBVLEIO.

*Pli.lib. 7.c.12. de Curione Solin tacet cap.4. AT M. Meſſala * conſularis, & cenſorius, Menogenis, Curioq; omnibus honoribus abundans, Burbulei: ille propter oris aſpectum, hic propter parem corporis motum vterque ſcenici nomen coactus eſt recipere. Abũde ſint hęc domeſticis, quoniam perſonis ſunt excellentia, & non obſcura notitia celebrantur.

OLIV. AT M. Meſſala] De hoc Meſſala Sol Marcus, inquit, Meſſala, & Menogenes è fęce vulgari hoc fuerit vterque q ſinguli, nec alium Meſſalam putauerunt, q̃ Menogenẽ, nec Menogenem alium putauerunt, q̃ Meſſalam hoc idem teſtatur Plin. lib. 7. [Curioq;] Hic propter geſtus, & corporis ſui motus, hiſtrioni Burbuleo pares Burbuleus cognominatus eſt. [Scenici]. i. hiſtrionis, nam Menogenes, & Burbuleius fuerunt hiſtriones. [Perſonis ſunt excellentia] nam in perſonis clariſſimis hæc ſimilitudo conſpecta eſt. [Non obſcura] Quia apud omnes Rom. nota fuerunt hæc exempla.

ASCEN AT M. Meſſala] Supp. vir conſularis, & Cenſorius. l. qui aliquando conſulatum, & cenſuram geſſerat, & curio abundans omnibus honoribus. i. titulis magiſtratuum geſtorũ, vterq; coactus eſt recipere, ſcilicet à populo nomen ſcenici ſup. hominis arti ludicræ intenti, ille. ſ. Meſſala à Menogenis pp aſpectum oris. i. ſimilem aſpectum vultus, hic ſcilicet. [Curio Burbulei]. ſ. hiſtrionis propter parem motum corporis, hæc exempla dicta ſint. i. habeantur abunde. i. ſatis ampliter dicta, domeſticis ſup. exemplis, quoniam celebrãtur, &. i. ſimul excellentiora ſup. cæteris perſonis. i. propter perſonas illuſtrium uirorum, & non obſcura notitia.

EXTERNA.

DE REGE ANTHIOCO SIMILI ARTEMIONI.

*Artemõdi r. Plin. lib. 7. ca. 12. Arteon, & ea plebe à Sol. cap. 4. REGI Anthioco vnus ex ęqualibus, & ipſę regię ſtirpis nomine * Artemio, perquam ſimilis fuiſſe traditur, quem Laodice vxor Anthiochi, interfecto viro, diſſimulandi ſceleris gratia, in lectulo perinde quaſi ipſum regem ęgrũ collocauit, admiſſumq; vniuerſum populum, & ſermone eius, & vultu cõſimili fefellit, crediderunțq; homines ab Anthioco moriente, Laodicen, & natos eius ſibi commendari.

OLIV. Anthiocus & Artemo ſimillimi.

REGI Anthioco] Inter Regem Anthiocum & Artemonem ſimilitudo tanta fuiſſe traditur, vt alter altero, nec vultu, nec voce diſcerneretur, ex quo facile reginæ Laodices occultata fraus, vt occiſo Anthioco, Artemonẽ pro Rege ſimularet, & in regio toro veluti ægrotantẽ collocaret & aduocato populo illum tanquam teſtatum oſtenderet, à quo & Laodice, & liberi diligentiſſime commendarentur, cuius voce audita, populus facile deluſus eſt. Solinus, regem, inquit Anthiocũ Artemo quidam ex plebe Syriaca ſic æmula facie mentiebatur, vt poſt modum Laodice vxor regia obiecto populari iſto tandiu diſſimulauerit defunctum maritum, quod ea arbitratu eius Regni ſucceſſor ordinaretur. Plin. quoque lib. 7. Anthioco, inquit, regio Syriæ à plebe nomine Artemo in tantum ſimilis fuit, vt Laodice cõiux regia, necato iam Anthioco, manus per eũ commẽdationis, regniq; ſucceſſionis peregerit. [Vnus ex æqualibus regiæ ſtirpis] In hoc diſſentit à Solino, & Plin. Val. quod regiæ ſtirpis Artemonẽ fuiſſe dicit, ille vero ex Syriaca plebe vnum.

ASCEN. REGI, &c.] Vnus ex æqualibus. i. coæuis ſup. Anthiochi regis, & i. etiam ipſe ſtirpis regiæ Artemo nomine, traditur fuiſſe perquã ſimilis Anthioco Regi ſ. Syriæ, quàm Laodice vxor Anthiochi ... intersecto, collocauit in lectulo, gratia ſceleris diſſimulandi, perinde. quaſi. i. ac ſi ſup. collocaſſet illic ipſum regem ægrum, & ſ. fefellit in ſermone eius. ſ. Artemonis & vultu conſimili i. ſermoni, & vultui regis, vniuerſum populum admiſſum. ſ. ad lectulum, quaſi ad Regem, & homines, aut omnes crediderunt Laodice ſ. Regina, & natos. i. filios eius commendari ſibi ab Anthioco moriente.

DE HIBREA MYLASIO SIMILI CVIDAM SERVO GYMNICORVM.

* Orat. meminit Str. lib. 14.

*HIBREAM * autem Mylaſium copioſę, atque concitatę facundię oratorem, Gymnicorum ſeruo ſtramenta Gymnaſii colligenti, tam ſimilem ferunt, vt tanquam germanum fratrem totius Aſię oculi aſſignarent, ita lineamentis oris, & omnium membrorum compares erant.*

OLIV. HIBREAM autem] Hic Myleſius orator inſignis, & in tota Aſia celeberrimus adeo ſimilis ſeruo cuidam Tapetas, in Scena colligẽtis fuiſſe traditur, vt omnes eius fratrem exiſtimarẽt, quõ nulla inter eos vultus, & corporis erat diſſimilitudo, iiſdem parentibus nati eſſe credebantur. [Myleſius] Ab oppido Myl ſio quod fuit in Ionia, vbi optima vellera tingebantur teſte Seru in 4. Georg. vnde Virg. Mylleſia vellera dixit. [Concitatæ facundię] Vehementis in perſuadendo eloquentiæ. [Gymnicorum] Philoſophorum qui Cinici dicebantur, quorũ vnus fuit Diogenes mordaciſſimis philoſophus, nã Cinici dicti ſunt quaſi Canini. [Stramenta] Quos Gręci Tapetas appellant, qui ſpectatoribus ſubſternebantur in Scena, hic ergo ſeruus, peractis ludis, hos Tapetas, & reliqua Scenæ ornamenta colligebat. [Totius Aſiæ oculi] i. omnium Aſiaticorum oculi.

ASCEN. HIbream, &c.] Gerunt. i. rerum narratores Hibream Myleſium (vulgo Mylaſium legunt) e Myleto, ſecundùm Oliu. Ionio oppido oratorem facundiæ copioſæ. i. abundantis, atque concitatæ. i. torrentis more fluentis, aut promptæ, fuiſſe ſup. tam ſimilem ſeruo Gymnicorum. i. Gymnaſij inſtructorum (quod Oliu. quoque ſenſit, & tamen paulò poſt Cynicorum legit, & interpretatur) colligenti ſtramenta. i. tapeta, aut tapetas, quæ vel, qui ſternuntur pauimento, aut ſedilibus ſpectantium, pręſertim nobilium, cum Aulæa ſuſpenduntur, Latinè itaq; ſtramenta à ſternendo dici poſſunt, (alij tñ ſcribunt ſtragmẽta, alij ſtrigmenta) Gymnaſij, vnde Gymnicorũ non Cynicorũ ſeruus dicitur, vt oculi totius Aſiæ aſſignarent i. aſpicerent, & adnotarent eum tanquam fratrem germanum. ſ. Hibreæ, ita. i. in tãtum erant compares lineamentis oris, & omnium membrorum.

THEO. MIlaſium] Vetuſti codices habent Mylaſenum, gentiliter à Mylaſis Aſiæ ciuitate, de Strab. Tullius in Antonianis, & Stephanus. [Cynicorum] Placet, vt legas Gymnicorum, nam ſequitur ſtramenta Gymnaſij colligenti.

DE QVODAM PRAETORE ROMANO SIMILI CVIDAM SERVLO.

*Ille piſcator Plt. li. 7. c. 12. & Soli. c. 4.

*ILLE * vero, quem in Sicilia Pretoris ad modum ſimilem fuiſſe conſtat, petulantis animi. proconſule. n. dicente, mirari ſe quapropter ſui tam ſimilis eſſet, cum pater ſuus in eam Prouinciam nunquam acceſſiſſet: At meus inquit, Romam frequenter acceſſit, * ioco nanque laceſſitam matri ſuę pudicitiam, inuicem ſuſpitione in matrem eius reiecta, audacius, quàm virgis & ſecuribus ſubiecto conueniebat, vltus eſt.*

* De Augusto refert Macrob. li. 2 Saturn.

OLIV. ILLE vero] Sol. Horum ſimilitudinis meminit, ſed iocoſi, vel (vt Val dicit) Petulantis dicti, mentionem nullam facit, dicit enim piſcatore Sicilia proconſuli Suræ præter alia etiã rictu oris comparabatur, ita vt in eodem vocis impedimenta, & tardatæ ſonus linguæ naturalibus offendiculis congruerent, qđ vero de iocoſo reſponſio tradit Val. illud vel certe ſimili Macr. in Auguſtum refert dictum, dicit enim ioco in Auguſto magis mirari quos pertulit iocos, quàm ipſe quos protulit, quia maiorem patientiæ facundię laus, maxime cum æquanimiter aliqua etiam iocis mordaciora pertulerit, cuiuſdam pro vinculis locus aſper innotuit, intrauerat Romam ſimillimus Cæſ & in ſe omnium ora conuerterat. Auguſtus perduci hominem ad ſe iuſſit, viſumq; hoc modo interrogauit, dic mihi adoleſcens fuit aliqñ mater tua Romæ negauit ille, nec contentus adiecit, ſed pater meus ſæpe [Ille vero] Quem piſcatorem fuiſſe dicit Sol. [Loco nanque laceſſitam] Ea reiectione, inquit, ioculi dicti ſtimulata matris pudicitiam, audacter magis quàm facete vltus eſt, cum diceret patrem ſuum Romam ſæpius accepiſſe. [Inuicem ſuſpitionem reiecta] Quia pari ratione reiecerat ſuſpitionem impudicitiæ matris in proconſulem, ſed hanc iniuriam vltus eſt audacius, quàm prouinciali homini conueniret, qui pro conſulari imperio ſubiectus eſſet. [Quàm virgis] Et ſecuribus ſubiecto, quàm homini, qui proconſuli ſubiectos eſſet, in quem virgo expetiti, & ſecures patari iubere potuiſſet, proconſul.

ASCEN. Sura proconſ in Sicilia.

ILle vero]. ſ. piſcator, quem conſtat fuiſſet in Sicilia admodũ ſimilem prætoris. ſ. Suræ proconſulis, ſup fuit animi petulantis. i. ad laceſſandum proclivi. [Enim] i. quia, proconſule ſ. Sura dicente, ſe mirari, quã pp eſſet tam ſimilis ſui. ſ. proconſulis, qui idem Prætor erat, cum pater ſuus nũquã acceſſiſſet in eam Prouinciam, inquit, at. i. ſed meus ſupp pater acceſſit frequẽter Rom. q. d. & ita potuit te genuiſſe corrupta matre tua probat, quod petulantis animi fuerit, nanque. i. quia, ipſe vltus eſt ioco, ſed amaro, pudicitiam matris ſuæ laceſſitam i. petitam cõtumelia, à proconſule, inuerit eum à patre ſuo illũ per adulterium progenitum ſuſpitione. ſ. adulteria reiecta inuicem. i. viciſſim in matrem eius. ſ. procõſulis, audacius q̃ conueniebat ſubiecto virgis, & ſecuribus. i. prętorij ſex lictores cũ totidem faſcibus hñti.

DE IIS QVI INFIMO LOCO NATI, MENDACIO SE CLARISSIMIS FAMILIIS INSERERE CONATI SVNT.

CAP. XVI.

DE EQVITIO.

*Cap. 5. huius li.

*SED tollerabilis * hęc, & vni tantummodo anceps temeritas: quod ſequitur impudentię genus, nec ferendum vllo modò, periculique tum priuatim, tum etiam publicę latę patentis. nam vt Equitium Firmò Piceno monſtrum veniens, relatum iam in huiuſce libri ſuperiore parte pręteream, cuius in amplectendo Tyberio Graccho patre euidens mendacium, turbulento vulgi errore, ampliſſima tribunatus poteſtate vallatum eſt.*

OLIV. SED tollerabilis hæc] Tranſitum facit ad eos, qui obſcuro loco nati, ſe clariſſimis familijs inſerere voluerũt, & ne ex abrupto tranſitꝰ videatur, hoc vtitur ordine, vt dicat ſuperioris exempli temeritatem tollerari poſſe, quod ad vnius duntaxat periculum pertinuerit, ſed imprudentiam, de qua dicturus eſt nullo pacto ferendam, quòd non ſolum priuatos ciues, ſed etiam remp. in diſcrimen propemodum adduxerit. [Vna tantummodo anceps] Periculoſa tantum piſcatori ſiculo, qui proconſuli, Suræ temere ſatis reſpondiſſe uiſus eſt [Nam vt Equitium] Vt omittam, inquit, Equitiũ, qui cum C. Graccho ſimillimus

limus eſſet, in Gracchorum familiam ſe tanquam Tyberij filiũ inſerere voluit, annuente L. Apuleio Saturnino trib pl. qui grauiſſimas ea hac re in populo ſeditione dictum eſt, vt hunc nunquam omittam, videndum eſt quantum reip. periculum intulerit Helophili temeritas, & impudentia, qui ſe iunioris Marij filium mentitus tantum apud plebem, gratiæ, & fauoris conſecutus eſt ob aui memoriam, qui ſeptem conſulatus geſſerat in vrbe, vt multæ veteranorum coloniæ, municipia, & collegia ferè omnia ſibi patronum delegerunt, præterea cum imperij fundamenta nondum ſatis firma. C. Cæſ. ieciſſet, parum abfuit, quin rurſus excitaretur bellum ciuile per hunc Helophilũ, nam cum Cæſar, in Hiſpania deletis. C. & Sexto, magni Pomp. filijs, rediiſſet in vrbẽ, & in hortis ſuis forte ſederet cũ Helophilo hoc impudentiſſimo, omnes quicunq; ad Cæſarem gratulatum de victoria venerant, non minus Herophilum, q̃ Cæſarem ſalutarunt, adeo ſe iam plebi Helophilus iſte inſinuerat, quod vbi ſenſit Cæſar, metuens id, quod futurũ erat, ne qua ſeditio, aut conſutatio, fieret in populo, Herophilum exilio mulctauit, mortuo deinde Cæſ. reuerſus in vrbem ſenatui cædem, & inſidias machinabatur, qua re cognita, coniectus in carcerem meritas pœnas luit. [Firmo picenum] Firmum oppidum eſt in agro Piceno vnde fuerat. Equitius oriundus. [Monſtrum] Non homo, ſed verius monſtrum ob turpiſſimos mores dici poteſt. [Prætereã] Omittam, & eſt occupatio, color Rhetoricus, cum id maxime dicimus, nos omittere oſtendimus. [In amplectendo] T. Grac. hoc eſt in aſſerendo, & vindicando ſibi patre T. Grac. Turbulento vulgi errore, quia vt diximus, cum à Mario Quintum conſulatum gerente in carcere coniectus eſſet, eo quod contra leges tribunatum peteret, tantam ſeditionem in vrbe concitauit vt populus carcerem cõfregerit, illum eduxerit, atque etiam humeris ſuſceptum per vrbem tanquam ſenatu triumphans cum ſumma alacritate portauerit. [Ampliſſima tribunatus poteſtate] Saturnini trib. pl. qui dũ Gracchanas leges ſuſcitaret quibus populi fauorẽ, & gratiam aucuparetur Equitiũ in medium protulit, & Grac. filium eſſe aſſerebat, vt ſatis ſupra dictum eſt.

Ascen. Sed hæc temeritas. ſ. piſcatoris ficuti, tollerabilis, ſup. fuit, & anceps. i. dubij euentus tantummodo vni. ſ. ipſi piſcatori, ſi ſecus, ac in bonam partem accepiſſet prætor, ſup. illud genus impudentiæ, quod ſequitur, nec ferendum ſup. eſt ullo modo, & ſup. eſt periculi patentis. i. ſe extenti-late, tum priuatim, tum etiam publice, quia ſi ſe pro filio Gracchi probaſſet Equitius, res priuata hæredum Gracchi iacturam feciſſet, & propter ſeditionem pro eo per Saturninum citatam reſpub. in periculo graui fuit. [Nam vt prætercam æquitium monſtrum] Scilicet hominis vetnens. [Firmo]. ſ. oppidulo piceno. i. quod in agro piceno relatum. i. te citatum iam in ſuperiore parte huiuſce libri. ſcilicet nom c. 7. de ſeditione, in principio, cuius mendaciũ euidens in amplectendo vſurpãdo Tyb. Grac. patre, vallatum eſt. i. munitum, & protectum ſup. cum errore vulgi turbulento. i. ſeditioſe, & commotionis excitatiuo, ampliſſima poteſtate tribunatu. ſ. Saturnini tribuni plebis.

Oliv.

DE HEROPHILO EQVARIO.

HEROPHILVS * Equarius medicus C. Marium ſepties Conſulem auum ſibi vendicando ita ſe extulit, vt coloniæ ſe Veteranorum complures, & municipia ſplendida, collegiaque ferè omnia patronum adoptarent. quinetiam cum C. Cæſar, Cn. Pompeio adoleſcente in Hiſpania oppreſſo, populum in hortos ſuos admiſiſſet, proximo intercolumnio penè pari ſtudio frequentiæ ſalutatus eſt. quod niſi diuinæ Cæſaris vires huic erubeſcendæ procellæ obſtitiſſent, ſimile vulnus reſpub. excepiſſet, atque in Equitio acceperat. Cæterum decreto eius extra Italiam relegatus, poſtquam ille cælo receptus eſt, in vrbem rediit, & conſilium interficiendi ſenatus capere ſuſtinuit * quo nomine iuſſe patrum necatus in carcere, ſeras prompti animi ad omne moliendum ſecus pœnas pependit.

* Martium uocat Cic. lib. 12 & 14. ad Atticũ, Chatmã cẽ Liu. lib. 116. Amatiũ App. li. 3. niſi fallor.

* Vncus impactus eſt Cicer. Phil. 1.

Oliv. HEROPHILVS Equarius medicus] Qui equos curabat. [Coloniæ veteranorum] Coloniæ dicebantur, ac quas è maiori ciuitate Coloni mittebantur. Solebant autem frequenter Romani veteranos, emeritos milites ad eiuſmodi oppida mittere, eorum bona, qui ſibi rebelles, contumacesq; fuiſſent, condonare. [Municipia] Ciuitates, quæ propter beneficia fuiſſent Rom. ciuitate donatę. [Collegia]. ſ. augurum, pontificum, ſacerdotum. [Adoptarent] Elegerent. [Proximo inter calumnio] Intercolumnium dicitur ſpacium inter duas, vel plures columnas, proximo autem ideo dixit, ut oſtendat non longe à Cęſare, tunc Herophilum quem Cęſarem ſalutabant. [Seras pœnas] Graues. Virgil. Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

Ascen. HErophilus medicus Equarius] . i. equorum uendicando. i. attribuendo ſibi quaſi iure ſuo C. Marium ſepties conſulem auum extulit. i. ſuper reliquos nixit ſe, ita vt complures Coloniæ ueteranorum. ſ. militum, & municipia ſplendida, & collegia. i. cętus eiuſdem officij, aut pontifici, ut augurum, pontificum, ſacerdotum, &c. fere omnia adoptarent, ſup. cum patronarum. [Quinetiam cum Cæſ. Cn. Pomp. adoleſcente] Quia filio magni, oppreſſo in Hiſp. admiſiſſet populũ in hortos ſuos, ſcilicet Cęſ. ipſe, ſup. Herophilus ſalutatus eſt proximo intercolumnio . i. ſpacio inter duas columnas arborum, aut virium ad voluptatem derelicto, penè pari ſtudio frequenti . ſ. cum Cęſar hoc eſt paulo minores habuit ſalutatores, & congratulatores, q̃ C. Cæſ. Quia niſi diuini uires Cęſ. obſtitiſſent huic procellę erubeſcendę . i. commotioni, q̃ populus excitare parabat extollendo Herophilum reſp. excepiſſet vulnus ſimile, atque acceperat in Equitio. i. in ſeditione excitata propter Equitium. Cęterum. i. de Heroph. relegatus decreto eius . ſ. Cęſ. extra Italiam, poſtquam ille. ſ. Cęſ. eſt receptus è cœlo. i. in cœlũ, rediit in urbem, & ſuſtinuit. i. potius fuit, aut ualuit capere conſilium ſenatus interficiendi, quo nomine . i. pp quàm culpam ipſe necatus in carcere iuſſu patrum. ſ. conſcriptorũ pependit. i. luit, aut perſoluit ſeras. i. omnia tarde, pœnas animi prompti ad molliendũ. i. cum molle, & difficultate patrandum, ſi poſſit, omne ſcelus.

DE QVODAM, QVI SE FECIT FILIVM OCTAVIAE SORORIS AVGVSTI.

NEC diui quidem Auguſti etiamnum terras regentis excellentiſſimum numen intentatum ab hoc iniuriæ genere extitit, cum quidam clariſſimæ, ac ſanctiſſimæ ſororis eius Octauiæ vtero ſe genitum fingere auderet, propter ſummam autem imbecillitatem corporis, ab eo, cui datus erat, perinde, atque ipſius filium retentum ſubiecto in locum ſuum proprio filio diceret, videlicet, vt eodem tempore ſanctiſſimi penates, & veri ſanguinis memoria ſpoliarentur, & falſi ſordida contagione inquinarentur. ſed cum plenis impudentiæ velis, ad ſummum audaciæ gradum fertur, Imperio Auguſti remo publicæ triremis affixus eſt.

Oliv. NEc diui quidem Auguſti] Inuentus eſt, inquit impudentiſſimus homo, qui ſe Octauię Auguſti ſororis, & M. Ant. filium mentiri auſus fuerit, qui ut populo perſuaderet, hoc mendacio uſus eſt, ut diceret, ſe à nutrice accepiſſe, quod cum traditus eſſet ei nutriendus, quia imbecilli corpore uideretur permutatam eius ſortem fuiſſe, vt nutrix quẽ robuſtiorem haberet filium Octauio & Ant. miſerit, ſe uero pro ſuo educauerit, q̃ hominis impudentiam Auguſtus cum ęquo animo ferre non poſſet, remo publicę triremis affixit. [Et nunc terras regentis] Aut per Tyb. eius filium, aut ad illius diuinitatẽ retulit, quę pro Romano excubabat imperio. [Clariſſimę, ac ſanctiſſimę] Hoc non vſque quęq; aſſentatorium eſt. nam conſtat, teſte Plut. in uita Antonij hanc fuiſſe miræ virtutis fœminam, quæ mirum in modum diligenter à fratre, cui cum neglecta ab Antonio palam eſſe perſuaderi non potuit, vt relicta Antonij domo ſeorſum habitaret, turpe exiſtimans eſſe, ne duo Romanorum Imperatores ad arma ciuilia, concitarẽtur, alter amoris gratia, alter quòd pellex ſorori anteponeretur, atque hæc non uerbis, ſed re ipſa comprobarit, nanque filiorum eius curam remiſit, ſed diligenter eaoluit non ſolum communes, ſed etiã ea Fuluiá ante ſuſceptos amicos, etiam Antonij qui uel petendi magiſtratus, uel cęterarum rerum gratia Romam uenillent, ſuſcipiebat fouebat, & ſi quid opus erat pro illis à Cęſ. impetrabat, quinetiam ferunt cum Antonius diuortij libellum miſiſſet,

ac etiam

ac etiam qui Octauiam domo expelleret, egreſſam illam cum omnibus Antonij filijs præter maiorem natu, qui tunc erat cũ patre, plorantem, & iniqua ferentem, q; & ipſa vna ex cauſis diſcordiæ ciuilis putaretur. [Perinde, atque] Tãquam [Plenis velis] O. nni impetu, & eſt tranſlatio ſumpta à nauigantibus, nam nullo pudore à tanto facinore deterrebatur.] Ad ſummum audaciæ gradum] Nihil maius audere poterat, quàm Auguſtum ſibi vendicare auunculum.

Ascen. NEc quidem].i. non etiam, aut num ſaltem, cum maxima immunne eſſe deberet, nimirum excellentiſſimum diui Auguſti.ſ. Octauij regentis etiamnum .i. nunc adhuc in Tyb. eius ſucceſſore, aut diuina cura, aut potius tunc ad hæc terras. i.terrigenas [Exitit].i. emerſit intentatum ab hoc genere iniuriæ.ſ. falſæ aſſertionis alieni generis, & hæreditatis, cum quidam auderet fingere ſe genitum vtero Octauiæ ſororis eius.ſ. Auguſti, clariſſimæ, & ſanctiſſimæ ſ. matronæ, aût.i. ſed dicere ſe retentum ab eo, cui datus erat.ſ. nutriendus, pp ſummã imbecillitatem, pp quam (vt mentiebatur) nutriens, ac nutrix non auſi ſunt Octauiæ verum partum reſtituere, ſed ipſum reſtituerunt proprio filio.ſ. eorum ſubiecto.i. clam allato ad Octauium in locum ſuum.i. ipſius mendacium, qui talia fingebat. Videlicet, vt ſanctiſſimi penates.ſ. Octauiæ ſpoliarentur eodem tempora, &.i. ſimul, memoria veri ſanguinis, vt non agnoſcerent verũ partum, & inquinarentur contagione ſordida falſi.i. ſuppoſiti ſanguinis. Sed cum talis homo indignus, qui nominetur fertur plenis velis.i. omni impetu, ad ſummũ gradum, audaciæ, aſſiꝰ aus eſt imperio.i. per imperium Auguſti remo triremis publicæ.i. nauis impellendæ triplici remorũ ordine ad remp. pertinentis. Vnde veteris eſt moris pernicioſos, & perditos ad remigium dãnare.

DE QVODAM, QVI SE DICEBAT FILIVM QVINTI SARTORII, AT ALIIS.

REPERTVS eſt etiam qui ſe diceret eſſe Q. Sertorij filium, quem vt agnoſceret vxor eius, nulla vi compelli potuit. Quid Trebellius Calca, quàm aſſeueranter ſe Clodium tulit? & quidem dum de bonis eius contendit, in centumuirale iudicium adeo fauorabilis deſcendit, vt vix iuſtis, & æquis ſententijs, conſternatio populi vllum relinqueret locum. Illa tamen quæſtione neque calumniæ petitoris, neque violentiæ plebis iudicantium religio ceſſit. Multo fortius ille, qui Cornelio Sylla rep potentiæ, in domum Cn. Aſſidionis erupit, filiumq; eius patrijs penatibus expulit, vociferando non illum, ſed ſe Aſſidione eſſe procreatum. Verum poſt quã à Syllana violentia, Cæſariana æquitas, reduxit gubernacula Romani imperij, iuſtiore principe obtinente rẽp. in publica cuſtodia ſpiritum poſuit. Eodem preſide reip. in conſimili mendatio muliebris temeritas Mediolani repreſſa eſt. Siquidem cum ſe pro Rubria quędam perinde, ac falſo credita eſſet incendio perijſſe, nihil ad ſe pertinentibus bonis insereret, nec ei aut tractus eius ſplendidi teſtes, aut cobortis Auguſti fauor deeßet, propter inexpugnabilem Cęſaris conſtantiam irrita nefarij propoſiti abijt. Idem barbarum quendam, ob eximiam ſimilitudinem Cappadocię regnum affectantem, tãquam Ariarates eſſet, quem à M. Antonio interemptum luce clarius erat, quanquã penè totius orientis ciuitatum, & gentium credula ſuffragatione ſuffultum caput, imperio dementer imminens iuſto impendere ſupplicio coegit.*

* Sardionis.

Oliv. REPARTVS eſt etiam] Pari ratione inquit, inuentus eſt qui ſe Q. Sertorij filium profiteretur, peteretque, vt ab eius vxore, tanquam à matre reciperetur, à qua non auditus quidem, nedum receptus, neque enim vi vlla compelli potuit conſtantis animi fœmina, vt hominis monſtrum, tãquam filium cognoſceret [Q. Sertorij] Qui Nurſia Sabinorum vrbe oriundus non obſcuro genere natus orator primus, deinde clariſſimus imperator temporem bellorum ciuilium fuit, vt ſupra ſatis dictum eſt. [Quid Trebellius calca] Treuelliqs quidem eodem quo ſuperiores impudentiæ genere uſus Clodij ſe filium aſſeuerans in eius hæreditatem admitti magnopere contendit, & aduerſus inſtitutos hæredes in iudicium deſcendit, vbi licet aura populari foueretur ingenij, plus tamen iudicium æquitas valuit, q̃ populi cõſternatio. [Se Clodium tulit] Se Clodij filium dixit. [Cẽtumuirale iudicium] De quo ſupradictum eſt in cap. da iudicijs, vbi & de haſta aſſa tum uirali. [Adeo fauorabilis] Cum tanto populi fauore. [Conſternatio] Concitatio, qui nolon mente carens iuxta belli fauorem cõcitatus eſſe uidebatur. [Vix relinqueret locum] Fermè excluderet ſententias, quæ iuſte ferebantur, nam nõ p mittebat conſternatus populus, vt qui recte ſentirent, ſuam poſſent ferre ſenẽtiam. [Quæſtione] Inquiſitione. Vbi de bonis Clodij agebatur. [Religio ceſſit] Tanta fuit centumuirorum religio, ut nullo metu, nulla plebis concitatione potuerint à iuſtitia deterreri. [Multo fortius] Sylla rerum potitus, quidam illi non ignotus, Aſſarionis filiũ Syllę opibus eiecit, ſeq; omnium illius heredem bonorum cõſtituit, quæ tandiu poſſedit, donec ad Auguſt. Cæſ. æquiſſimum imperatorem Romani imperij gubernacula fuere tranſlata, qui cognita hominis iniquitate, uero Aſſaradionis filio paternam hæreditatem reſtituit, necato peſſimo, homine, quẽ in publica cuſtodia perire coegit. [Rupit] Per vim ingreſſus eſt. [Iuſtiore principe].ſ. Cæſ. Aug. qui longe iuſtior fuit Sylla. [Eodem præſide reip.] Imperante Auguſto Rubria Mediolanen. ditiſſima fœmina incendio perierat, & eius bona iam ab heredibus diſtracta fuerant, cum interea quædam altera nomine Rubeia, quæ illam mirum immodum referebat, inuenta eſt, quæ ſe verã Rubriam ſumma cum audacia, profiteretur, diceretq; falſum eſſe, quod homines ſibi perſuaſerant incendio extinctã fuiſſe, quare ſua ſibi bona reſtitui poſtulabat. cum forte Auguſtus Mediolani præſidia collocabat, ad eum igitur delatum eſt iudicium, qui cognita mulieris fallacia, quanquam illi, & falſi teſtes adeſſent, & eius cohortes fuerant, ſit tamen nefarij propoſiti ſpẽ irritam fecit Auguſtus. [In conſimili mendacia] Huius mulieris mẽdaciũ ſimile fuerat eius, qui Aſſaradionis bona occupauerat [Repreſſa] Refrenata [Perinde ac falſo credita] Quia diceret falſo homines credere. Rubriã incendio perijſſe. [Insereret] Immitteret. [Tractus eius] Similitudinis, & lineamentorũ, quæ totam Rubriam referebant, & tunc ordo erat, fauor tractus eius ſplendidi teſtis, nam ſimilitudo plurimũ ualet, ſed ſi dixerimus, ſplendidi teſtes, tũc intelligemus nobiles uiros, & auctoritate plenos qui teſtabantur mulierem illam Rubriam eſſe. [Inexpugnabilem Cęſaris conſtantia] Quæ non prece non precio, non gratia poterat à iuſtitia deduci. [Item Barbarum] Barbarus quãdam ob regis Ariaratis ſimilitudinem ſe regem facile mẽtitus Cappadociæ regnum propemodum occupauit, nam Aſiæ ciuitates illum regem, uel certe regis filium eſſe exiſtimantes, imperium ad eum magno fauore deferebant. Auguſtus uero, qui regem Ariaratem Aſiatico bello cæſum ab Antonio fuiſſe cognouerat Aſiaticos populos à temeraria credulitate repreſſit, & barbarũ tanquam noua molientem affectati regni pœnas dare coegit. [Credula ſuffragatione] Quia cum crederẽt illum uere Ariaratem eſſe ſummo fauore proſequebantur, & ſuffragari omni ſtudio nitebantur, ut in priſtinum regnum reſtituerent. [Fultum] Munitum, & ſuſtentatum. [Coegit] Ordo eſt. Idem auguſtus] coegit barbarum quẽdam &c. Impendere iuſto ſupplicio, quanquam caput dementer imminens imperio eſſet fultum credula ſuffragatione ciuitatum, & gentium totius Orientis.

REpertus eſt etiam qui diceret ſe eſſe filium Q. Sertorij] Quem ut uxor Sertorij.ſ. agnoſceret.ſ. filiũ. nulla ui compelli potuit, quia reuera non erat. [Quid Trebellius calca] Sup. fecit. quàm.i. quantum aſſeuerante. tulit.i. geſſit ſe Clodium ſ. iuniorem, hoc eſt Clodij filium, q.d. aſſeuerãtiſſime, [Et quidem].i. certe dum ipſe Trebellius contendit de bonis eius.ſ. Clodij patris deſcendit in iudicium centumuirale adeo fauorabilis.i. cum tanto fauore, aut tam gratioſus, ut conſternatio.i. commotio animorum populi illi fauẽtis, uix relinqueret ullum locum ſententijs iuſtis, & ęquis.i. ut uix permiſerit cõtra eum, vt iuſtum erat, ſententiam ferri, tamen.i. nihilominus religio.i. iuſta obſeruatio iuſiurandi ex religione.i. deorum, ac conſciẽtię metu, iudicantium.ſ. centumuirum, neque ceſſit in illa quęſtione.i. inquiſitione, & diſceptatione calumniæ.i. cauillationi petitoris, nec uiolentię plebis quia contra Trebellium iudicauit. [Multo fortius] ſup. egit ille, qui Corn. Syl. potentię reip.ſ. Romana per dictaturam perpetuam [Erupit].i. uiolenter ſe intruſit in domũ Cn. Aſſidionis (Oliuerius legit Aſſaradionis Ciui. Rom. & expulit filium eius.ſ. Aſſidionis, penatibus patrijs, vo-

Ascen.

ciferando

ciferando non illum, ſed ſe eſſe procreatum aſſidione., verum poſtquã æquitas Cæſ. nota.i Auguſti Cæſaris, quòd poſt multos contigit annos, reduxit gubernacula Rom. imperij à violentia Syllana.i qua ſub Sylla, & cum Sylla multi vi fuerant, poſuit.i. depoſuit ſpiritum, i. animam in cuſtodia publica.i. carcere principe iuſtiore. ſ. Auguſto obtinente temp. Eodẽ, &c. Temeritas muliebris repreſſa eſt Mediolani in conſimili mendacio, eodem. ſ. Auguſto præſide reip. [Sic idem cum quædam]. ſ. ignobilis mulier, insereret ſe bonis. ſ. derelictis à Rubria, perinde ac nentibus ad ſe pro Rubria.i tanquam eſſet Rubria, perinde ac ſup. Rubria eſſet, credita falſò. i. nõ vere, periiſſe incendio, nec aut ſplẽdidi teſtes tractus. ſ. lineamentorũ membrorũ eius, quæ ſimilia erant, cùm tractibus membrorum Rubriæ, aut fauor cohortes Auguſti tamen non abijt.i. ita fruſtrata nefarij propoſiti.i. ab aſſecutione hæreditatis, pp inexpugnabilem conſtantiam. ſ. in iuſtitia Cæſaris ſ. Auguſti. [Idem]. ſ. Auguſtus (vt eius laude opus claudat) coegit Barbatum quendam affectãtem regnum Cappadociæ, tanquam eſſet ariarates ob eximiam ſimilitudinem. ſ. eius cum ariarate, quem. ſ. ariaratem erat clarum ſupe interemptum ſup. eſſe à M. Antonio. ſ. triumuiro, quanquam ſuffultum.i. munitum ſuffragatione credula.i. credularum. ſ. gentium, & ciuitatum penè totius orientis, coegit dico impendere iuſto ſupplicio caput. ſ. illius imminens.i. inhians dementer.i. cum dementia quadam impetio. ſ. quod ariarates obtinuerat.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

*ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ, AABBCCDDEEFF.

Omnes ſunt quaterniones.